V. C.

B. D'ARGENTRÉ COMMENTARII IN CONSVETVDINES DVCATVS BRITANNIAE.

ALII'QVE TRACTATVS VARII.

Ex Herodoti Lib. 3.

Εἰ τις προθείη πᾶσι ἀνθρώποισι ἐκλέξασθαι κελεύων νόμους τοὺς καλλίστους ἐκ τῶν πάντων νόμων, διασκεψάμενοι ἂν ἑλοίατο ἕκαστοι τοὺς ἑωυτῶν· οὕτω νομίζουσι πολύ τι καλλίστους τοὺς ἑωυτῶν νόμους ἕκαστοι εἶναι· οὐκον εἰκός ἐστι ἄλλον γε ἢ μαινόμενον ἄνδρα γέλωτα τὰ τοιαῦτα τίθεσθαι.

Ad normam legum de singulis iudicandum est propria virtute adhibita, per quam neque muneribus, neque odio, neque amore leges iudex transgrediatur.

Plato lib. 2. de legib.

V. C.
B. D'ARGENTRE'
REDONENSIS
PROVINCIÆ
PRÆSIDIS,
COMMENTARII,
IN PATRIAS BRITONVM
leges, seu Consuetudines generales
antiquissimi Ducatus Britanniæ.
IN LVCEM EDITI CVRA ET
studio V. C. CAROLI D'ARGENTRE'
B. F. & in Senatu armorico
Præsidis. &c.
EDITIO ALTERA, EMENDATIOR
& auctior ex Auctoris αὐτογράφῳ.
PARISIIS,
Sumptibus
NICOLAI BVON
via Iacobea sub
signo S. Claudij
et hominis sil-
uestris.
Cum priuilegio Regis. M. DC. XIII.
L. Gaultier incidit.

AMPLISSIMO BRITANNIAE SENATVI CAROLVS ARGENTRÆVS, V. S. L. M.

A Quo tempore iudiciarium tribunal primùm conſcendit ὁ μακαρίτης pater meus (Senatores clariſsimi) quantùm lucis foro, quantùm adiumenti patronis attulerit, & temporis diuturnitas, & togatorum de eo iudicia, & inimicorum ipſorum confeſsio ſatis teſtatur. Si quidem tametſi per quadraginta continuos annos aſsiduus fuerit in iure dicendo, forenſis tamen laboris aſſiduitas impetrare ab eo non potuit, vt non aliquãdo diuerteret in publica commoda, & de tollendis litium ſeminibus quàm de captãdis iudiciorum ſportulis ſæpius cogitaret, famæ magis quàm pecuniæ ſtudioſus, quòd Εὐκλείᾳ cum Πλεονεξίᾳ nullam eſſe ſocietatem, eodem tecto capi vtramque non poſſe intelligeret. Itaque dum tot annos rem iudiciariam factitat, intercalaribus tamen feriarum diebus & ſucceſsiuis faſtorum horis effecit, vt non minus mortuus quàm viuus clientibus & cauſarũ actoribus prodeſſet, non minus præſens quàm abſens popularibus ſuis ſit ornamẽto. Nam & Britonum hominum noſtrorũ hiſtoriam accuratè

conſcripſit, non tam præmij pollicitacione quàm patriæ charitate illectus, & luculentis commentariis municipales Armoricorum & Prouinciæ totius cõſuetudines eſt cõplexus. Huic operi vix dum naſcẽti quantopere acclamarit vniuerſa togatorum natio, applauſerint omnes candidi lectores, vos ipſi (Senatores clariſsimi) ſatis meminiſtis: & pleríſque Senatuſconſultis, quod ordinis veſtri fuerit de hoc Papiniano noſtro iudicium docuiſtis. Quinetiam poſteritas ipſa, quæ nullo liuore infuſcata certiùs incorruptiúſque de abſentibus iudicat, eo auctorem elogio, eo opus cultu adhuc proſequitur, vt ego ex omni quod mihi à tam pio charóque patre relictum eſt patrimonio, nullam hæreditatis partem lubentiùs cernam hoc paterni ingenij fœtu, quem velut germanum fratrem exoſculor & veneror. Hos tamen tanti ſudoris & tot annorum commẽtarios, noua multarum rerum acceſsione locupletare ſtatuerat auctor, niſi funeſta belli ciuilis facies id meditantem interpellaſſet: ſub cuius initium ne commune Galliæ incẽdium & ciuium internecionem aſpiceret, optabilem ſibi duxit mortem, vt cadenti potius præmoreretur patriæ, quàm iacenti viueret ſuperſtes. Itaque morte interceptus, nec ea edidit quæ iam in ordinem digeſſerat, nec (quod morte ſe iam effugiſſe putabat) ab hoſtili ſæuitia prorſus fuit immunis ac liber. Nam ingenij ſui reliquias (quas velut poſthumam prolem tutore vacuam reliquerat) oppugnari à plagiariis ſenſit, & à ſimiolo quodam erodi, qui eiuſdem argumẽti librum edere populari lin-

gua

gua, indéque doctrinæ famam accersere sibi voluit,
cùm interim nil aliud quàm furta sua proderet, & Ar-
gentræi signa commutaret. Quod vero omnium est
grauissimum, regnante gladiorum impunitate (quam
temporum licẽtia tum cõcedebat) parum abfuit, quin
tanti ciuis bibliotheca de communi patria tantopere
meriti, à certis hominibus diriperetur, nõ tam scripto-
rum raritate (quos ille vndequáque collectos rarissi-
mos habebat) quam voluminum pretio illectis: quod
sex aureorum millibus æstimari prædam illam inau-
dierant. Et certè nisi hominum amẽtiam vestra (Sena-
tores sanctissimi) auctoritas inhibuisset, qui Argentræi 6. Idus Iã-
larario sanctitatem tribuistis, & interdicto cauistis, ne nÿ anno 1590.
tanti hominis suppellex literaria distraheretur, non ex-
taret apud me hodie naufragij tabula, quam ego ad re-
nouandam patris carissimi memoriam ordini vestro
sacrosancto offerrem. Quare quoniam per vos salutis
suæ auctores istud Palladium incendio ereptum, stat
adhuc intactum & incolume, per eosdem vos quæso
detersa fuligine in lucem prodeat, & famam in populo,
quam meretur, obtineat: erit enim idem & vestræ de-
fensionis ac patrocinij, & paternæ lucubrationis ac in-
genij monumentum Ευτυχεῖτε Patres clarissimi.

NICOLAVS BVONIVS OPTIMO CVIQVE ET CANDIDISSIMO LECTORI SALVTEM DICIT.

MAGNI vir ille nominis, & raræ quondam industriæ, BERT. ARGENTRÆVS, cuius nos tibi COMMENTARIA, Lector, denuò exhibemus; eorum pleraque viuus in lucem ediderat: ad Titulos nimirùm DE IVRISDICTIONIBVS. DE IVRIBVS PRINCIPIS. DE PROCVRATORIBVS. DE APPROPRIMENTIS, vt vocant, ac DE DONATIONIBVS: Tractatum insuper gallicum dederat qui obseruationes perquam vtiles super DIVISIONE bonorum continet. Sed enim pauca adeò fuêre Exemplaria, vt opus illud ad plures Nobilissimæ prouinciæ Iudices, Aduocatos, ac trituræ Fori studiosos vix peruenerit, nedum singulis innotuerit. Iam verò decimo octauo ab Auctoris obitu anno, hac secunda Editione non solùm eadem ab ipso diligenter emendata & expolita tibi reponimus, sed etiam præclara illa ad XIX. reliquos Titulos, diu multúmque desideratos, bonis, vt spes est, auibus adiecimus: quibus etiam Tractatum DE LAVDIMIIS, & quædam RESPONSA, cum ÆTIOLOGIA in nouam Consuetudinem subiunximus. Quæ certè omnia, viris clari iudicij & singularis peritiæ, non immeritò ex vera & natiua legum & æquitatis disciplina prodire visa sunt, habita scilicet ratione Magistratus vnici atque eximij, quem ille tot annos ita gessit, vt nullã non Iuris & Praxeωs partem attigisse videatur. Neque enim labori interim volens pepercit, aut subseciuis horis vnquam deesse sustinuit. Cúmque otium penitus ignobile respueret, nouam sibi quotidie exercitij speciem vel meditatus est, vel sanè iniunxit. Quare id tandem consecutus est, vt bono Reip. natus & patriæ amantissimus olim vbiuis, atque etiam nunc apud nos audiat. Hic nempe sua monimenta & vigilias propriæ vtilitati vel potius lucro anteposuit, neque prius habuit quidquã populi commodis, aut placido tandem & litibus vacuo statu. Non igitur mirum est, si CAROLVS IX. præstanti Rex ingenio, meritis ipsius ac virtuti in tantum fauerit, vt eum in spem erigeret splendidæ illius dignitatis cui supplices in Regia libelli committuntur: Quoque maior fides huic promisso fieret, ipsi intereà de quingentarum librarum annuo salario prospexit. At verò vt sunt litterati ad modestiam procliues, & sui, propè dixerim, nescij, posterius hoc priori beneficio, quamlibet parato vel instanti prætulit, nec ad honorem, tunc temporis minimè expositum, imò satis illustrem, & qui ne tunc quidem numero vilescere poterat, oblata sæpiùs occasione, se allici passus est. Veritus, opinor, ne partæ suæ confinia minùs coleret, néve sibi detrimento esset loci natalis, aut muneris sui, satis alioquin elati, desertio. Vix est profectò, vt alia causa fuerit quàm incredibilis erga litteras affectus, & mira quædam in suos ciues & necessarios propensio. neque verò Bibliothecam adeò bellè instructam quouis talento & gaza mutauisset, aut à Musis nimium quantùm blandientibus ad aulæ fastigia temerè euolasset. Quinetiam vbi

primùm

primùm HENRICVS III. Sceptro potitus eſt illuſtriſſimi Principis Ludouici Borbonij Ducis Montiſpenſerij, tunc Britãniæ proregis, commendatione diploma regium, ceu rem magnam & ſpecioſam, obtinuit, quo ſui honorarij fructus, licet mediocres, in futurum quoque perciperet, nihílque vlteriùs expetere viſus eſt. Tum denique indoluerunt boni, neque ipſius propoſitum, aliàs honeſtum & veteris exempli, hac in parte facilè admiſerunt; vt qui ſuas copias & vota publica in anguſtum plus ſatis cogeret, ſibíque metam ſpaciis vt multùm iniquis præfigeret. Sed hæc leuia, præut ea ſunt quæ paulò poſt, magna certè animi cõſtantia, vel contempſit vel ſanè præterire auſus eſt. Quippe vir Ampliſſimus Andræas Guillartius inſulæ dominus, Regis apud ſummum Pontificem Exlegatus ipſi per litteras, quæ quidem extant, ſignificauerat: ſe eius eſſe animi, vt ſuam primi in Britannia Præſidis dignitatem mox in ſinum ipſius, optima lege & conditione, deponeret: quo facto ſe à tota illa regione gratiam haud vulgarem initurum eſſe non dubitaret, quando virum talem ſibi ſucceſſorem eligeret, qui ingenij gloria & rerum experientia tantum Tribunal ornaturus atque etiam impleturus eſſet. Atqui nihilo ſeciùs hæſit, ſibiq; magis ac magis temperauit, nec vllis amicorum precibus & ſuaſu flecti potuit, multóque minùs de animi ſententia deiici. Plurium certè validas intentiones & dignas recipi, non modò eluſit, ſed grauitate ſibi innata longè depulit. Et vero Præſidatum gerens multo pleniùs ac liberiùs tam laudato ſcribẽdi genere defungi potuiſſet, vix quarta anni parte iuri dicundo occupatus. Quod & multis olim eiuſdem pænè ordinis vſu venit: Lizeto nimirùm Pręſidi, Coſmo Guymerio, Magiſtro, Boërio, ac deinde multis noſtræ memoriæ viris, nã vt V V. C C. Briſſonium, & Sanjorianum, alióſque omittam: quis neſcit Maximum illum Thuanum & Varium ſtupendæ eruditionis proceres, inter ipſa prope Curiæ negotia & ſtrepitus inconditos, fruge quadam inſigni & glorioſa litaſſe memoriæ? Prætereà noſter hic Themidis Antiſtes, vt erat acuminis haud inuoluti, & liquido amni ſimilior, in tam celebri conſeſſu plurima peruidiſſet, & ſine dubio annotaſſet, quæ aliis hactenus cum imperuia, tum etiam intacta erant: eáque ſuis operibus pro re nata inſeruiſſet, magna ſua cum voluptate, nec minore omniũ recti amantium applauſu & compendio. Virtutis enim laudem omnem in actione conſiſtere non neſciebat, neque vnquam ſe litteris ita abdere voluit, vt non potius rebus gerendis ſeriò & grauiter incumberet; dignus profectò cui poëtæ illius nitidiſſimi verſus eo nomine tribueres:

Ingenij redeunt fructus, aliíque labores,
Et vitæ pars nulla perit. quodcúmque recedit
Litibus, incumbit ſtudiis; animúſque viciſſim
Aut curam imponit populis, aut otia Muſis.

Quæ quidem, Lector, tibi inter cætera non inuitus aperui, vt Patria ipſa Auctori noſtro adeò iucunda & ſuauis agnoſcat, ecquid de illa, quadraginta annorũ ſpacio ſit promeritus, quantúmque emolumenti ex ſtudio & ſcriptis ipſius, etiam extincti, noſtra quoque opera & ſolicitudine, tandem adepta ſit. Hinc nempe augurari licet vera ornamenta & oblectamenta Britanniæ, ſiquis pręſertim ſibi ante oculos ponat HISTORIAM illam ſuis numeris & ſtructura planè abſolutam, quam Trium totius prouinciæ Ordinum impulſu ad exitum mira felicitate perduxit, vt meritò quis de illo etiam dixerit:

Omne tulit punctum qui miſcuit vtile dulci.

Verùm id incommodi ſæpe ex iis ſtudiis obuenire ſolet, vt ſi quis publica priuatis

vbique anteferat, vix vnquam rem faciat, eámque tantum non minuat: vbi præcipuè nulla remuneratio & laboris solatia aut obuiam eunt aut saltem subsequũtur. Nihilominus tamen ingrata quædam populi congeries tam nobili quoque prouentu ingenij fruitur, atque interim alienam operam tacitè in suos vsus conuertit; vt iam nimis pateat illud quod vulgo dici solet, de iis qui aliis inseruiendo suum defraudant genium.

Cunctos iuuare qui cupit, deest sibi.

Cuius tamen rei consideratio CAROLVM ARGENTREVM auctoris filium V.C. in Britannico Senatu Consiliarium & Inquisitionum Præsidem non adeò mouit, vt quod suarum credidit esse partium abiiceret. Sibíque honorificum & apud omnes bonos gratiosum duxit, Parentis sui & Patriç caritatem vno eodémque officio testari, quo fit vt manes viri laudatissimi, ac totius regionis incolæ sibi iam nihil fraudi esse agnoscant. Huius enim cura & studio hoc Opus bellorum ciuilium æstibus non modò ereptum, sed etiam pulchro satis apparatu emissum est. postquam illud scilicet ex Patris autographo, manu sua ipse descripsit, quo faciliùs typis mandari posset. CÆTERVM admonendus es, Lector, nos exterarũ gentium commodis ita consuluisse, vt Gallica Consuetudinis verba Latinè reddita sint, ac litterarum indicia singulis articulis apposita, quæ Explicationi subiectę inseruiant. Addidimus quoque ad oram vniuscuiusque Articuli numerum, quem ex noua Consuetudine habet; quam quidem Anno M. D. LXXX. reformatam in calce Operis collocauimus, cum auctoris ad eandem Notis, vt Veteris & Nouæ collatione facta iudicetur quid rectiùs additum, mutatum vel omissum sit. INDEX etiam locupletissimus & valdè accuratus additus est. Id vnum autem Lector te rogo & obtestor, vt si qua operarum delicta oculis tuis se fortè obiiciant, ea pro tua humanitate excuses. Scimus equidem, & piget, priori Editione non pauca obrepsisse menda vel errata, quæ plus nimio sanè incuriam aut festinãdi votum præferebant, verùm seriès ista malè affecta iam planè cura nostra, & prouisione conualuit. Sed maximè eiusdem V.C. Caroli Argentræi quamuis absentis monitu & diligentia. Is vero Titulos XX. & XXI. ex postrema Auctoris recensione ad nos misit: vbi multa addidit, & suis locis adhibuit cum SYNOPSI glossarum, quæ Summa non ineptè dicitur: vt omnia ex voto legentibus occurrant. Neque alienum erit si scias Auctorem ipsum Reformationi isti auctoritate Regia, ac totius prouinciæ suffragiis & rogatu interfuisse. Vnde quis facilius coniiciat quam probè idem Consuetudinis ipsius sensum callucrit. nam anteà PETRO ARGENTRÆO viro Nobili & primario iudici patri ipsius id honoris Anno M. D. XXXIX. obtigerat. Sed morbo graui impedito coram adesse non licuit, quo factum esse videtur vt minùs exactè se habuerit prior illa Consuetudinis emendatio. quod satis vbique Auctor noster indicauit. Plura non addam cum hæc repetita Editio totum hoc Opus non solum nouum sed & perfectum bona fide tibi denuntiet? Veritas certè ipsa verborum adminiculis non eget, ac per se iam credo, satis enitescit. Vale Parisiis, Idib. Septembris, Anno salutis M. DC. XIII.

A. Mr. CHARLES

A M. CHARLES D'ARGENTRE'
CONSEILLER DV ROY, ET PRESIDENT E'S ENQVESTES DV PARLEMENT DE BRETAGNE, sur l'Edition de cet œuure.

ENCORES il restoit au bon-heur de ton pere
(Dont l'exemple & les vœux & l'augure prospere
T'auoient de ses honneurs en ce diuin mestier
Aux Autels de Themis consacré l'heritier,)
Que d'vn merite égal ta pieté benine
A tes freres seruist de pere & de Lucine,
Tes freres immortels, diuin germe en ton sein
Nouuellement éclos, & dont ores ta main
De ton cœur noble & frãc digne sœur liberale,
Les merueilles desserre & en public étale.
Ainsi l'oyseau sans pair apres auoir gousté
De la vie & du iour la nouuelle clarté,
Pour offrãde à l'autel du Soleil viẽt appẽdre
De son pere embaumé les restes & la cendre;
Oyseaux de toutes parts honorans ce conuoy
De mille chãts diuers accompagnẽt leur Roy.
Ainsi pour decorer le veu que tu viens rẽdre,
Rauy de ton amour, d'vn Cygne ie veux prendre
Le plumage & la voix, & parmy l'air serain
D'vn chant bruyant, pareil aux trompettes d'ærain
Celebrer D'ARGENTRE' *ta cãdeur debõnaire.*
Tu nous vas r'animant l'oracle de ton pere;
Ton pere dont au Ciel les responses voloient,
Quand plus doux que Nectar de sa plume couloient
Les celestes deuis de sa Muse priuée;
Ou quand en plain Palais sur la chaire éleuée
(Vif image d'Astrée à l'œil étincelant)
Venerable il rendoit son Oracle parlant,
De la droite raison inspirant dans les ames
Le gracieux attrait & les ardentes flames
De sa vertu plus belle en si rare sçauoir.
D'Helicon les Lauriers premier il te fit voir,
Ma Bretagne, & portant en sa main tousiours viues
De Iustice & de Paix les fecondes Oliues,
La creance il acquit des peuples & des Rois.
Tels en ta fleur iadis, Rome, tu admirois
De ton graue Senat ces magnanimes peres,
Dont l'authorité saincte en paroles seueres
Du peuple regissoit les cœurs & les esprits.
Tel Solon remporta de sagesse le prix,
Et la gloire d'auoir, au bon-heur de sa ville,
Fait valoir de ses loix l'équité plus ciuile.
Tel reclamé des siens par la commune voix
Cet homme sans reproche authorisa nos loix;
Et d'icelles grauant l'amour en nos courages,
Puis le vif charactere en l'or de ses ouurages,
En voulut consacrer maint tableau pour témoin,
Qu'il eut au cœur empraint le desir & le soin
Qu'à ses hommes inspire vne vertu diuine,
Qui par le vray merite aux astres s'achemine.
Mais vante qui voudra les noms de ses ayeux,
Et d'vn si noble esprit les labeurs precieux
Dont la grace immortelle en nostre âge fleuronne;
Plus plus de lustre encor son merite luy dõne
De t'auoir engẽdré, qui de luy, qui des siens,
L'esperance & l'honneur éleues & soustiens
CHARLES, *du sainct Senat lumiere pure & saincte.*
Mais quoy? dans ce détroit ma loüange retrainte
Ne se peut égayer; & puis d'vn homme tel
Le los demãde à part son temple & son autel.
Viuent donc ces écrits par toy, qui nous découures
Vn si riche tresor, ains qui les veines ouures
De ce nouueau surjon (detourné de chez toy
Pour l'vsage commun des amis de la Loy)
D'or & d'argẽt tout pur coulãt en abõdance.
Tousiours de ton bien-fait viue la souuenãce;
Et consors de durée & de fameux renom
Fleurisse par le mõde & l'vn & l'autre nom.

Y. FYOT.

Nat. est anno 1519. die 15. Maij.

Te Iubare exoriente nouo Saturnia ab Astris
Virgo redux hominum cœtus Astræa reuisit,
Et sanctas fixit præsenti numine leges.
Ferrea mox tecum sæcla indignata, volentem

Obiit 1590.

Inuidit terris inuisa, polóque recepit,
Antiqui Iouis ô BERTRANDE *Argentræa proles.*

Y. FYOT.

IN COMMENTARIOS CONSVETVDINIS ET BRITANNICAM HISTORIAM B. D'ARGENTRE'.

Epigr.

Certabant Ius, gentilísque Historia, cuius
Argentrei in scriptis, laus diuturna magis
Temporis ad sellam rem deduxêre: perorant
Causam, diua Themis, musáque gesta canens.
At Tempus: finite, & placidum componite fœdus,
Æternùm (dixit) viuet vtrúmque decus.

PHILIP. D'ARGENTRE' Nepos BERTR.

ΕΙΣ ΤΑ ΤΟΥ ΑΡΓΕΝΤΡΑΙΟΥ ΝΟΜΟΓΡΑΦΙΚΑ, Γαλατικῇ διαλέκτῳ Ἀργυρέου.

Ἄγραφα τὰ πρὶν ἐόντα Βρεταννίδος ἤθεα γαίης,
Πυκτίσι χρυσείοις ἔγγραφεν Ἀργύρεος.

EIVSDEM IMITATIO LATINA.

Agrapha quæ fuerant telluris iura Britannæ,
Argentrêus tabulis scripsit in aureolis.

G. CRITONII Professoris Regij.

IN NOVAM EDITIONEM COMMENTARIORVM V. C. BERTRANDI ARGENTRÆI,

Epigramma.

Scriptor ab Armoricis iterum clarissimus oris,
Detersúmque nouo pumice prodit opus:
Condidit æternis complexa volumina chartis
Ius patrium, veteres & sua regna Duces:
Nulla tamen sensit vacuæ piger otia vitæ,
Raráque scribendi tempora nactus erat:
Namque quater decimas iudex numerauit aristas
Atque fori sedit municipalis, apex.
Miremur mediis audentem talia rebus
Et pectus tantæ molis vtrimque capax
Argentræus enim scriptor, sed prætor & idem
Optimus, in paucis hæc coïêre simul.

NICOLAVS BORBONIVS prof. Regius.

ΕΙΣ ΠΑΓ-

ΕΙΣ ΠΑΓΚΑΛΟΝ ΤΟ ΒΙΒΛΙΟΝ ΒΕΡΤΡΑΝΔΟΥ

Ἀργεντραίου ἀνδρὸς εὐγενεστάτου τε καὶ σοφωτάτου.

Ἁρμοεικὸν τοῦτ' ἔργον ἐνέπλετο ἁρμονικόν τε
　Ἁρμοστόν τε χέει τηλόθι μαρμαρυγάς.
Τοῦ δαίδαλμα πέλει; Πλέονές φασιν ἔμμεναι Ἑρμοῦ,
　Παλλάδος, ἢ Χαρίτων δ' ἄλλοι εὐπλοκάμων.
Ταῦτα μάλ' ἀτρεκέως: ΑΡΓΕΝΤΡΑΙΟΣ γὰρ ἁπάντων
　Εἷς λάχεν ἐλλογίμων ἀγλαὰ δῶρα θεῶν.

IN CAROLVM D'ARGENTRE' AMPLISS. PRÆSIDEM
COMMENTARIOS PATRIS EVVLGANTEM.

Dum furit implacido Rhedonis mors improba telo
　Et ferit ardentis pectora docta viri,
Miratur supereße tamen, iam vescier aura.
　Ætherea, & viuo vertice adire polum.
Tum secum indignans, redit Argentræus? & vnde
　Quæ siluit tumulo lingua diserta sonat?
An mors vitalis? fuit immortalis an ipse?
　An paria exurgit, qui gerat ora patri?
Sic est, effracto cedas mors improba telo
　Nil caput in magnum liuida iuris habes.
Nam docti mors, vita fuit; fatóque benigno
　Ecce refert viui Carolus ora Patris.

AD EVNDEM.

Affectum atque rudi, facto properante, figura
　Maximus in pluteis liquera Auctor opus.
Nunc tersum, & nitidum, gratáque coronide vernans
　Prodit, & à magno pumice fulget opus.
At qui iuncturas tam fabrè æquauit? amußis
　Carolus, atque vnguis, normáque docta fuit.

Effigies viri clariss. Bertr. D'Argentré quondam Redonens. præsidis.
Th. de Leu fecit. Anno 1604. mens. Decemb.

Hæc hominis non tam facies, quàm Numinis æqui est,
Cui se tota Themis iunxit, & hæc peperit.
Parcite, municipum fessi sartagine legum,
Hæc ARGENTRÆI *scriptio nempe satis.*

N. RICHELET, Paris.

Ἡδ' εἰκὼν φωτὸς φάος δ' χαίρει τε καὶ ἄπλετ.
Ἡδ' εἰκὼν ΑΡΓΕΝΤΡΟΥ, φῶς χαῖόν τε καὶ ἄπλον.

Os habitúmque vides ARGENTRI, cernis opúsque:
Igneus en vigor ingenij, Astrææque medulla.

FED. MOREL. professor Regius.

Du sage D'ARGENTRE' *l'Image icy tu vois,*
Dont Themis inspiroit l'esprit, l'ame, & la voix:
Et qui de ses Bretons consacre à la memoire,
En l'Argent de son nom, & les Loix, & l'Histoire

Y. FYOT.

V.C. BERT.

V. C.

BERTRANDI ARGENTRAEI

REDONENSIS PROVINCIÆ PRÆSIDIS,

ELOGIVM.

Auctore SCÆVOLA SAMMARTHANO Quæstore Franciæ.

CVM Argentræorum vetusta gens, & nobilis, quæ ab Argentræo citerioris Britanniæ pago nomen accepit, ad quadringentos ferè annos continuata militarium virorum serie inter equestres Britannici nominis familias honestum locum tenuisset, primus eorum Petrus togam armis prætulit, virtutísque meritò Redonum Prætor, quem Seneschalum vulgò vocant, à Rege Francisco magno appellatus est. Hunc patrem habuit Bertrandus, non paterni modò studij, sed muneris etiam hæres, & successor: cuius viri fama & existimatione sic Aremorici meritò superbiunt, vt non secus ab eo, quàm à Duarenis & Baronibus æternam sibi apud posteros gloriam polliceantur. Scripsit enim in Ius patriæ municipale doctissimas Annotationes, à Carolo Molinæo summi iudicij summæque doctrinæ viro, tanta cum admiratione perlectas, & probatas, vt ex eo Iurisconsultum in Gallia vix vllum præstantiorem

De Petro d'Argentré mentionem facit Egui. Barro I.C. eius coætaneus lib. 2. de nobil. c. 8. & de Petro illius proauo Froßartus meminit.

Anno 1546. ætatis 27.

agnoſceret. Nec minus ei claritatis attulit eximium
illud opus, quo totius Britanniæ ſitum, mores, vrbes,
nobilioréſque familias, & quæcumque ad eius hiſto-
riam pertinent, non ſuo ipſius impulſu, ſed ex publico
Anno 1580 trium ordinum decreto, per legatos honorificè roga-
tus Gallica facundia deſcripſit. Alia vero, quæ adhuc
Quod præſtitit anno 1508. & 1613. præmuntur, expectant ſtudioſi omnes, & à clariſsimo
eius filio Inquiſitionum in ſuprema Redonum Curia
Præſide vehemēter expetunt. Erat Bertrandus gran-
diuſcula ſtatura, vultu Senatoriæ grauitatis & ſenilis
conſtantiæ pleno, cauis oculis ſed admodum vegetis
atque perſpicacibus, colore ſubaquilo, barbáque & ca-
pillis etiam in ſenectute nigrantibus. Cæterùm, inter
ſuos ciues nullus erat in ſupellectile mundior, nullus in
omni vitæ cultu ciuilior aut ſplendidior, vtpote qui
omnes politioris ingenij viros, aut aliqua virtutis opi-
nione celebres præſertim exteros, ac ipſos etiam pro-
uinciæ proceres, vt forte in vrbem ventitabant, &
menſa & hoſpitio frequens exciperet, lautéque cum-
primis & hilariter haberet. Nempe vir elegans animó-
que à ſordibus & auaritia multum abhorrente his ferè
in rebus, vt & in prædiis ædificandis, ínque Muſæo,
quod precioſiſsimum poſsidebat, magis ac magis or-
nando, ampliſsimas opes vberrimóſque patrimonio-
rum reditus liberaliter impendebat. Hoc ſummè ad-
mirabilis, quod inter tot liberioris vitæ oblectamen-
ta, tótque inſuper commentationum & priuati ſtudij
pulcherrimos labores, nullus vnquam dies effluxerit,
quin Reip. ciuilibúſque negotiis inſeruiret. Peruenit
ad annum

ad annum lxxj. vlterius etiam progreſſurus, vt erat valetudine firmiſsima, niſi ex infœlici patriæ ſtatu, quam à bellis ciuilibus hactenus immunem, noua demum factio turbauerat, grauiſsimum animi mœrorem collegiſſet, cuius acerbitate oppreſſus Id. Febr. anno cIↄ. Iↄ. Xc. ex hac vita deceſsit, cùm pridie Franciſcus Hottomanus clariſsimum quoque Iuriſprudentiæ ſidus, apud Baſileam occidiſſet.

ΒΕΡΤΡΑΝΔΟΣ ΔΑΡΓΕΝΤΡΕΥΣ ὁ πρὸς τὸ κοινῇ συμφέρον ἐκ πατέρων εὐδοκιμούντων γεγονὼς, Πέτρου υἱὸς, Ιωάννου ἔκγονος, Ιωάννου προέκγονος, Πέτρου ἀπέκγονος, Βερτόλδου διςέκγονος, Ανδρέου τελσέκγονος, ἄρχων μεγάλην ἀρχὴν, πολιτευόμενος ἐν τῇ Ρεδόνων πόλει, ἐπὶ σχολῆς πολλάκις παρενοχληθείσης τὸ σύγγραμμα τοῦτο συνέγραψε. Εκ δὲ τούτου φὺς Κάρολος Δαργεντρεὺς ἀνὴρ λαμπρὸς, ὁ τῆς γερουσίας τῆς παρὰ τοῖς Αρεμορικοῖς βουλευτὴς, καὶ τῶν αὐτόθι ἐξετάσεων πρόεδρος, πλείστην καὶ ἡδίστην μνείαν ἔχων πατρικῆς ἀρετῆς ἐσπουδακυίας περὶ τὴν πατρίδα, οὐκ ἐλάττων τεσσαράκοντα ἐτῶν, ἐξενήνεγκεν εἰς τὸ φῶς, καὶ ταῦτα βιβλία Τυπογραφείῳ ἐξέδωκεν παρ' αὐτοῦ χειρογραφέντα, διορθωθέντα ἐπευφημούντων τῶν τὴν πολιτικὴν πεπαιδευμένων, καὶ πατρικοὺς νόμους ἀγαπώντων, εὐτυχῶς ἐδημοσίευσεν· Αρχομένου ἐνιαυτοῦ ὀγδόου ἐπὶ χιλίοις, καὶ ἑξακοσίοις, ἀπὸ τῆς θεογονίας· ταῦτα δὲ θεραπείας ἕνεκα συνεδρίῳ ὑψηλοτάτῳ ἀνέθηκε.

DE EODEM ARGENTRÆO VIRO CLARISSIMO.

Si cui Castalios irrorauêre liquores
Cinthius, & docti pulchra nouena chori.
Argentræus is est: cùm singula forte dedissent
Nosse aliis, illi peruia cuncta iacent.
Dulce melos linguæ, Latium quod, & Atcica tellus,
Æmuláque amborum Gallica finxit apis.
Facta antiqua virum, totum diffusa per orbem,
Præcipuè Armorici qua patet ora soli.
Quos inter generosa manus prælucet auorum,
Palmis, & rutilo sanguine conspicua.
Nec minus ad rigidas leges, & seria iura,
Quæ bis quinque viri, quæ draco, quæque Solon.
Mores ad Patriæ, sancti ad consulta Senatus,
Ad salebrásque fori vertitur ingenium.
Quin & clara patrem soboles virtutibus æquat:
Atque fouet patris scripta labore pari.
Sparge manu læta flores terra Armora alumno,
Qui tibi tot lauros, tot peperit titulos,
Sparge manu læta flores, quicumque laboris
Eius opem, cupido colligis ingenio.

IACOBVS BOCHETVS sceuolæ
N. in Senatu Armor. Patronus.

INDEX TITVLORVM IVRIS BRITANNICI COMMENTARIIS A' B. D'ARGENTRE' PRÆSIDE ILLVSTRATI.

ITEM EIVSDEM AVCTORIS.

V.C. BERTR.

V. C.

BERT D'ARGENTRE

PRAESIDIS PROVINCIAE REDONENSIS COMMENTARII.

IN PATRIAS BRITONVM LEGES, SEV generales consuetudines antiquissimi Ducatus Britanniæ.

TITVLVS PRIMVS.

De Iurisdictionibus, ministris earúmque iuribus.

TITRE PREMIER.

Des Iustices & Iurisdictions, Ministres & Droicts d'icelles.

AD RVBRICAM.

IVRISDICTIONEM generaliter sumunt pro omni notione, quæ Magistratus iure competit, vel cognitione, pronunciatione, Decreto in quacunque causa, siue sit ciuilis siue criminalis: Quæ tamen sæpe hoc titulo impropriè vsurpatur pro materia feudali, vt art. 10. quādo dicit *le seigneur* vox relatiua ad vassallum: Cùm ibi agatur de Iurisdictione, quæ separata & abstracta à feudo exerceri potest. Idem art. 344. *A luy retenir la Iurisdiction pour la Seigneurie ou l'obeïssance*, quæ dicitur respectu vassalli. Et art. 45. cùm de feudi subiecto tractet, exempla miscet, quæ propriè sunt Iurisdictionis. Sed ista reformatores perpetuò confundunt; Quod in Britannia rarum sit reperire feudum dominans sine Iurisdictione, de quo etiam disserit Molinæus §. 1. glo. 5. de feud. & alij. Aliud est de Domanio: *car encor qu'on puisse de son Domaine faire son fief*, & vice versa, *de son fief, son Domaine.* Hæ duæ qualitates nunquam simul concurrunt in eodem fundo: ita vt nemo non habere possit Domanium in suo feudo, & ideo si quid in Domanio admittitur, cognitio est superioris feudi, & eius forū sortitur. art. 50. Summa autem huius tituli est. *Des Iuges seculiers*, art. 1. 3. 5. 8. 17. 20. 33. 34. 35. 40. 41. 44. *Des Iuges d'Eglise*, art. 2. 4. 6. *Des arbitres*, art. 18. 19. *Des Iurisdictions*, art. 3. 4. 9. 10. 12. 31. 49. *De la Iurisdiction des Seigneurs, & de leurs subiects*, art. 12. 13. 14. 15. 30. 36. 37. 38. 39. 45. 46. 47. 49. 50. *De Retraict à Cour*, art. 28. 29. 31. 35. *Des submissions & prorogations*, art. 11. *Des gens d'Eglise*, art. 4. 7. 43. *Des Sergens exploitans*, art. 15. 20. 21. 22. *Des adiournemens*, art. 23. 24. 25. 26. & 27. *D'exception*, art. 32. *Des delinquans par quelle Iurisdiction iusticiables*, art. 12. 13. 14. 15. 31. *Des Geoliers*, art. 42.

ARTICLE PREMIER.

LES [a] Iuges seculiers ne pourront [b] tenir leurs iurisdictions, [c] plaids, & deliurances, és iours de festes [d] commandees garder par l'Eglise, & [e] chommables du peuple, [f] sur peine de nullité de ce qu'aura esté faict esdits iours. ART. I. NOVÆ CONS.

[a] *IVdices seculares, non possunt* [b] *Iurisdictionem suam, neque* [c] *placita, aut iudicia quæcumque exercere* [d] *diebus festis ab Ecclesia indictis: & in quibus* [e] *populus feriari & cessare solet ab omni opere,* [f] *sub pœna nullitatis eorum omnium actuum, qui his ipsis diebus facti fuerint.*

A

NOTA 1.

1 *Omnes Iudices feriis tenentur.*
2 *Iurisdictio contentiosa diebus festis exerceri non debet.*

1 a *Les Iuges seculiers.*] Iudices ciuiles Iustiniano vbique dicti, qui siue ordinarij, siue delegati, maiores, minores, ciuiles, ecclesiastici, omnes denique ferijs tenentur, quod Anchar. notat reg. ea quæ, verbo, Iudices, de reg. iur. in 6. hoc ipso in argumento feriarum eadem obseruatione & Pontificij tenentur ex c. 1. ext. de fer. ex Concilio Compendiensi, adde & arbitros. l. Pomponius. §. vlt. & l. si feriatis. D. de arbit. Eas verò ne consensus quidem partium excludit, cùm iudicantibus quoque sint feriæ, notant Bald. Alex. Raph. Fulgos. Ang. Castrens. Rom. Iasl. l. 1. D. de fer. Canonistæ. c. vlt. extr. de fer.

2 b *Tenir leurs iurisdictions.*] Ius quomodocunque exercere, iurisdictione contentiosa quidem inter repugnantes. Quare rectè Bald. l. cum antea. C. de arbit. ait talibus diebus iurisdictionem apud Iudices esse habitu tantum, exercitium & actum prohiberi; idem Bal. l. eadem D. de fer. ait suspensa esse feriis organa iudiciorum, in his, quæ substantialiter causæ cognitionem requirunt, & eadem ferè Fed. de Sen. cons. 10. & 11. & Ant. But. c. vlt. ext. de fer. Proinde notandum est discrimen cognitionum, quæ cum legitima causæ cognitione fiunt, id est, actore, reo, & Iudice constant, & earum, quæ ad informandum iudicantis animum duntaxat fiunt, vt postulanti potestatem suam accommodet, sed aduersarium & intercedentem nullum habent, vt cùm tutela datur, aut decretum alienationi rei minoris interponitur, de quibus Bart. l. 3. §. si causa. D. de bono. poss. Bart. Bald. Saly. l. 1. C. quor. bon. Bald. in rub. C. qui admitti. Quæ differentia non animaduersa magnis erroribus implicuit interpretes in diiudicandis controuersiis, quæ propter absolutam causæ cognitionem feriis excluduntur, & his quæ cum Iudice duntaxat agunt, & ferias patiuntur. Sed ista in Comment. fusè.

c *Plaids.*] Voce & ipsis quoque Concilijs & Pontificibus vsurpata. c. 1. ext. de fer. c. placita. 15. q. 4. c. tibi domino 63. dist. c. 1. ext. de immu. eccles.

NOTA 2.

1 *Feriæ quæ.*
2 Iours iuridiques *qui.*
3 Chommables *qui.*
4 *Nullitas actum his dieb. &c.*

d *Commandees garder par l'Eglise.*] Coniunctim clero 1 & populo festis, nec alteri sufficeret. c. vlt. ext. de fer. Nam fastorum olim quoque Pontificibus potestas fuit, quod vetus historia & Cn. Flauij factum indicat, sed & menstruas, quæ quolibet mense futuræ essent ferias, à rege sacrorum prædici solitas scribit Varro, quomodo nunc Dominicis diebus publicis Sacris Tales veteribus nefasti fuere: Contra χρήσιμοι (*Iuridiques*) 2 & profesti, quos 230. toto vertente anno constitutos rebus agendis ab Antonino Imperatore & Philosopho scribit Capitolinus. Sed nec intercisi quos Latini appellant, qui matutino festi à meridie profesti sunt, inter ferias computabuntur.

B

e *Chommables.*] Græci vnica voce ἀπεργάσιμους vocant, eadem vi & vocis potestate, qua nostrum 3 *Chommables*, Contra hos, *ouurables*, ἐνέργους. Sed & ferijs repentinis & indictis, quales sunt nostræ vulgò dictæ induciæ, idem ius, quamuis religio illarum non tanta in causis, cùm pleràsque cognitiones admittant, de quibus prolixa nostra est commentatio in Commentariis.

C

f *Sur peine de nullité.*] Consequens est, inquit Iuris- 4 consultus, dicere sententiam his diebus dictam nullius esse momenti. l. 1. D. de fer. & alibi, lege cautum, inquit, ne his diebus iudicium sit, & quod aliter aduersus ea iudicatum erit, ne quis iudicatum erit, ne quis iudicatum facere, néue soluere debeat, ne quis ad quem ea de re in ius aditum erit, iudicatum facere cogat. l. si feriatis. D. de fer. l. si feriatis, D. de arbit. Quare his diebus impune fuerit vadimonio non apparuisse, id est, vt forum loquitur, defectus concessi non valent, d. l. 1. quo loco Bart. Bal. Cast. Fulgos. Rom. Alex. Ias. & tex. l. si vt proponis. 1. C. quom. & quand. iud. Excipiuntur actus voluntariæ iurisdictionis, contractus, & quæ tempore peritura sunt; sed ista hæ notæ non capiunt. *Addit. art. 1. N. C.*

ARTICLE II.

ARTIC. VI^xXIIII NOVÆ CONSVET.

LA a cognoissance de la b solemnité des Testamens appartient c aux Iuges d'Eglise. d Et apres estre declarez solennels, la deliurance des biens se fera par e la Iustice seculiere, f qui baillera les biens qui furent au defunct, à ses executeurs, g s'ils le requierent: afin que h l'obseque soit faict; & les debtes, legats i, & amendemens du defunct, & les aumosnes, k comme ils sont contenus au testament, deuëment accomplis & payez: laissant toutesfois prouision à l'hoir ou hoirs du defunct.

a *COgnitio b solemnitatis Testamentorum pertinet ad c Iudices Ecclesiasticos: d Postquam verò solemnia fuerint declarata, tum demùm bonorum ipsorum fiet traditio per e Magistratum secularem, f qui eiusmodi bona curatoribus testamentariis tradent, g si illud ipsum requirat, vt ex his h funeris & exequiarum impensæ necnon etiam æs alienum, &* legata,

legata, [i] *aliæue defuncti satisfactiones & eleemosynæ debitè exoluantur: quemadmodum ipsius testamento* [k] *constitutum est, prius tamen relicta certa bonorum parte, seu prouisione heredibus defuncti.*

NOTA 1.

1 *Antiqua cum sacerdotio controuersia de testamentariis cognitionibus.*
2 *Formæ testamenti discrimen.*
3 *An Iudicis Ecclesiastici necessaria sit sententia super solemnitate testamenti.*
4 *Publici instrumenti, aut Regiorum Notariorum fides non pendet ab cognitione Iudicis Ecclesiastici.*

[a] *La cognoissance.*] Antiquam planè cum sacerdotio
1 controuersiam esse apparet de testamentariis cognitionibus, quam Imperatorum Sanctionibus compesci iam olim oportuerit. l. repetita. C. de Episc. & Cler. l. consulta C. de test. extat & Canon de Carthag. Concilio (quod epigraphe indicat) à Gratiano descriptus. 58. distinct. c. episc. tuitionem, quo Episcopi testamentorum tuitionem vetantur suscipere. Ac durauêre dissidij eius semina ad Petri Druydis Ducis nostri vsque tempora, quem sua ætas *Maucler* appellauit, quo Principe acriter est ea de re inter ordines gentis nostræ dimicatum. Ne Francis quidem ea res sine controuersia fuit, quod Heduensis Episcopi & Petri Cunerij aduersarij libelli & conflictationes indicant: Tandémque peruicêre, vt testamentorum apertio, publicatióque à sua potestate peteretur, cùm de validitate quoque cognitiones vendicarent, quod Reformatorum actus indicant: Résque sic constituta, vt Ecclesiastici Iudicis cognitio in formæ extrinsecæ, accidentalis, & externæ materia consisteret, & in his dumtaxat quæ ad solennitatem, quæ c. 1. infrà tit. de testam. exigitur, pertinent. De substantia verò, materia intrinseca, & validitate dispositionum, déque exequendo, quod ea de re dari, fierívе oporteret, solida Iudicis ciuilis potestas esset.

2 [b] *Solennité.*] Scripsit accuratum & doctum libellum Albert. Brunus de discrimine formæ eius, quæ substantialis dicitur, & rem (vt loquuntur Philosophi) in esse constituit, & actui aduenit existenti in potentia, vt ait Bald. l. vniuersa C. de precib. Imp. off. & eius quæ adest existenti in actu formato & producto, & solennitas appellatur, de qua multa multus vbique Tiraq. l. si vnquam, verbo reuertatur fal. 15. C. de reuoc. do-
3 nat. In hac quæ de solennitate testamentorum agi, testamenti exhibitio vt præparatoria, & ad finem iudicandæ solennitatis tantùm, comprehenditur, Bald. & Cast. l. ordinarij. C. de rei vend. Alex. cons. 58. vol. 1. & cons. 63. vol. 3. Tum appertio, quæ testibus vocatis fit, & tabulariis ad recognoscendas subscriptiones signatorum l. 1. §. si neget. D. quemad. testam. aper. cuius forma egregia est ex antiquitate eruta apud Iulium Paulum lib. 4. receptarum sententiarum, tit. 6. Postrema est publicatio ex titulis. Quemadmodum testam. aper. de qua multa Bart. Bald. Saly. Alex. Cast. Fulgos. Ang. Ias. l. publicati. C. de testam. quam tamen ipsa quoque glo. c. si heredes. ext. de testam. negarat ad episcopos pertinere: Sed tamen hæc ipsa est, quæ hic Iudici Ecclesiastico solemnitatis appellatione tribuitur iure præscripto potius quàm scripto.

[c] *Aux Iuges d'Eglise.*] Episcopos diocesanos intellige eius loci, vbi conditur testamentum, quippè illis legibus condi oportet, quæ eodem loco obtinent, qua de re Doct. vulgo. l. 1. C. de sum. Trinit. & c. vlt.

Argentraus, in Cons. Brit.

A ext. de test. sed & Archidiaconos accipe, qui præscripto iure apud nos testamentarias cognitiones sibi asserunt ex sententia Io. And. Zab. Imol. clem. 1. de Testam. Boër. decis. 133. Affixit hoc loco Carolus Molinæus vir incomparabilis breuiculam notam, qua Britannos ius hoc de Romanistarum (quos appellat) consuetudine duxisse existimat, quos, vt ait, frequentant, hac quidem in re ingenio obsequutus. Credibilibus à suis Francis ductum, quos paulò ante hanc ætatem hoc ipso iure vsos arguunt, quæ hac de re memorantur aresta apud Lucium anno 1427. lib. Placit. 2. tit. 1. art. 3. & Boër. anno 1409. decis. 297. Meminit & Papo, sed ex aliis.

B [d] *Apres estre declarez solemnels.*] Sententia Iudicis Ecclesiastici. Proinde, qui vulgatus est fori error, ne existimes omnimodo hanc Iudicis Ecclesiastici declarationem exigi, ita vt aliter ex testamento agi nequeat, nisi sententia Ecclesiastici super solemnitate antecesserit. Error est haud dubiè, sed tùm demùm exigitur, cùm testamentum publicam manum non habet, hoc est, non est in forma authentica; Quod si subscriptio Notariorum interuenerit, quibus ius sit eo loco instrumenta conficere, siue Regij siue alij sint, tùm ne dubites cognitionem, nec partes Ecclesiastici vllas esse in declaranda solemnitate, sententia est notanda Bart. Imol. Raph. Cumani. l. tabularum.
C D. quemad. test. aper. Bart. Bal. Saly. l. 1. & 2. q. 7. C. de Testam. Bal. Alex. Ias. l. testamenti. C. quemad. test. aper. Quare non de nihilo est, quod Ias. ait. l. publicati. C. de testam. raro scilicet publicari testamenta, quia ferè semper publicam manum habeant: Neque enim publici instrumenti, aut Regiorum Notariorum fides ab autoritate, aut cognitione Iudicis Ecclesiastici pendet; quod olim non sine causa Cunerius obiecit Heduensi. 4

NOTA 2.

D
1 *Domicilium defuncti spectandum ad actiones personales instituendas.*
2 *Legata de manu heredis accipienda.*
3 *Nemo cogitur esse testamenti executor.*
4 Amendement *quid.*

[e] *La Iustice seculière.*] In contractibus ad instituendas actiones locum domicilij defuncti specta, quia scilicet ex persona defuncti, in testamentis, heredis, quippè ab herede actiones oriuntur, quoniam cum eo potius quàm defuncto contrahitur, l. apud Iulianum & l. seq. D. ex quib. caus. in pos. eat. Alex. Cum. Ias. l. res.
E §. 1. D. de legat. j. Bart. Alb. Ang. Fulg. l. si fideicommissum. D. de Iud. 1

[f] *Qui baillera.*] Vulgò nota est regula, De manu heredis accipienda esse legata ab executoribus ex l. 1. D. quod legator. siue ab legatariis, visum est, inquit Iurisconsultus, vnumquemque ius sibi non dicere acceptis legatis, sed ab herede petere, idem l. non dubium. C. de legat. Loci apud recentiores, Tiraq. in libello *Le mort saisit le vif.* part. 8. decl. vlt. Guill. Bened. c. raynutius verb. mortuo. 2. nu. 70. Fab. l. nulli Bald. id quod pauperibus q. 18. C. de episc. & cler. Boër. in Cós. Biturig. tit. de testam. §. 6. Belluga in spec. §. 1. rub. 15. 2

Nec obstat exceptio [f] dominij agenti interdicto quod legatorum, quod Oldrad. Odoff. & Ripa. sensère, quanquàm repugnante Bart. Bald. Angel. nisi viuens Testator anteuerterit, & executores saisierit l. Lucius vbi Dy. Bart. Bal. & l. legatum vbi Bald. Alb. Cuman. D. de legat. ij.

3 [g] *S'ils le requierent.*] Nec enim quisquam executor esse cogitur. Bal. l. cùm ipse. C. de contrah. empt. Salic. & Fab. l. nulli. C. de episc. & cler. nisi legatum ea conditione relictum quisquam acceptauerit.

[h] *L'obseque soit fait.*] Etiam non expectata aditione aut herede, si præsens non est. Bart. & Angel. l. hereditas. §. vlt. D. de petit. hered. Ang. Saly. Ias. l. eam quam. C. de fideicom. ac ne inuentario quidem, Cy. & Bald. l. vlt. §. donec. C. de iur. de lib. quin & res hereditariæ distrahi possunt. l. si quis sepulchrum. D. de relig.

A [i] *Amendemens.*] Hac voce ter non amplius Consuetudo vtitur, indicat autem relicta pro his, quas satisfactiones pro malè ablatis vocant, quæ cùm pro incertis reliquuntur, inter pia relicta habentur, quod Bald. ait. d. l. hereditas vbi Angel. & Flor. l. cum quidam. D. de vsur. cùm certis aliud putant, quia vt debita peti possint, qua de re locus apud Tiraq. l. si vnquam. §. libertis num. 88. de reuoc. donat. C. de his longa nostra est commentatio, & Can. agitant. c. quia plerique ext. de immunit. Eccles. 4

[k] *Comme ils sont contenus.*] Non alio vsu clem. quia contingit de relig. domib. vbi Doct. l. legatum. D. de vsuf. leg. & l. legatum, & vtrobique Bart. D. de administ. rer. ad ciuit. pert. de quibus, si nihil est nominatim cautum testamento ab defuncto, propinqui statuant, vt inf. art. 79.

ARTICLE III.

Art. cxx. Novæ Cons.

VAND [a] Arrest est faict sur quelque chose que ce [b] soit, mesme desrobee (ores que la chose arrestee fust en la saisine & possession [c] d'aucune personne Ecclesiastique) la [d] cognoissance en appartient à la Iurisdiction laye, & non à autre.

CVM [a] Arrestatio quædam seu manus iniectio facta est super re aliqua mobili, etiam [b] furto surrepta, quamuis res eiusmodi sit in possessione, & saisina alicuius personæ [c] Ecclesiasticæ, [d] cognitio tamen dominij aut possessionis ipsius, solum pertinet ad Iurisdictionem laicam, & non ad aliam.

NOTA I.

1 *Manus iniectionis remedium, cur inuentum fuerit.*
2 *Res potius quàm persona conuenitur.*
3 *Eius cognitio in quib. versatur.*

[a] *Quand Arrest.*] Hæc est illa veteri iure vsurpata
1 manus iniectio remedium ad subitaria, cùm rei aut interuersio aut immutatio timetur, quorum alterum ad substātiam, immutatio ad facultatem quoque probationis pertinet, ac veluti actio ad exhibendum rem oculis subijcit. Hac formula exhibitam in eadem causa Iudici sistit, & vendicationes, aut quod hîc ait, furti actionem solet anteire.

[b] *Mesme desrobée.*] Non est hoc restringendæ dispositionis causa dictum, quasi in solo furti casu locum habitura sit, sed demonstrationis potius gratia additum, potest enim hæc formula congruere, etiam si res furtiua non dicatur.

[c] *D'aucune personne Ecclesiastique.*] Res scilicet potius
2 quàm persona conuenitur. l. locum §. si alter fundus. D. fin. regund. l. qui aliena. §. vlt. D. de negot. gest. l. denique. D. de iur. fisc. idque ea ratione, quod hîc statuit Consuetudo, iam olim in clerico censuerat Spec. tit. de satis. §. dicto vers. ad has, non est igitur spectandum, quid iuris singularis personæ habeat, cùm de re
B agitur, & hanc ipsam rationem vetus Consuetudo reddebat. c. 121.

[d] *La cognoissance.*] In qua id tantùm agitur, vt res exhibeatur & deponatur, aut si de re fit ab reo controuersia, satisdatio ei committitur per prouisionem, vt loquuntur, præstita cautione ex l. res quæ in controuersia. D. de iur. fisc. & Bart. Bald. Angel. sententia. l. litibus. C. de agric. & cens. lib. xj Bart. Bald Saly. l. 1. C. de proh. seq. pec. Namque vera est vulgata fori sententia, *Arrest n'estige rien*, id est, manus iniectio per se persecutionem rei non continet, sed adiungi veluti succenturiatæ actiones solent, vendicationes, aut personales, aut furti. Quod si aut personalis intenditur, aut furti eius actio quod alio loco factum esse dicatur, tum satisdatione præstita de iudi-
C cio sistendo & re restituenda, reus ad personalis materiæ Iudicem remittitur, ex l. Senatusconsulto D. de off. præsid. & l. Si fideiussor. §. vlt. D. qui satis. cog. vbi Ias. quod vetus Consuetudo disertè expresserat, c. 322. & seq. sin aut vendicatio intenditur, aut de eo furto agitur, quod illo ipso loco factum sit, tùm eodem loco cognoscendum erit, vbi manus iniecta est, quod Ias. ait d. l. si fideiussor. Azo. l. vlt. C. vbi in rem act. Hæc vera est sententia, & sine pugnare Doctores d. l. vlt. quos congerit vno loco Boër. decis. 218. Tiraq. lib. de primig. q. 48. 3

Article IIII.

E [a] iuge seculier [b] peut [c] en tout cas de delict [d] requerant capture, prendre & apprehender Prestres, Clercs & Religieux: & [e] aussi les arrester, au cas qu'ils denieroyent & refuseroyent donner seureté à autre: [f] sauf à les rendre [g] à leurs Iuges Ecclesiastiques, [h] s'ils sont requis, [i] & faire se doit. [k] Et seront tous les fraiz raisonnables de [l] la iustice seculiere, [m] payez, [n] s'il n'y auoit cas priuilegié: auquel cas ne seront lesdits fraiz payez [o] que pour la moitié. Art. III. Novæ Cons.

[a] Iudex secularis [b] potest [c] in omnibus delictis [d] requirentibus personæ capturam, manum iniicere in Presbyteros, Clericos & Religiosos: Et [e] etiam eos sistere, si denegent cautionem alij dare: [f] sine præiudicio remittendi eos ad suos [g] Iudices Ecclesiasticos [h], ipsis postulantibus, [i] & si fieri debeat. [k] Et omnes expensæ [l] iustitiæ secularis, vt iustum videbitur [m] rependentur, [n] nisi ob casum priuilegiatum: in quo casu prædictæ expensæ non rependentur [o] nisi pro media parte.

Nota I.

1 *Neminem Iudicem in foro incompetentem esse quoad prehensionem in flagrantibus delictis.*

2 *Quanta sit ciuilis Iudicis in clericos potestas: Et an Iudex laïcus clericum præhendere possit.*

3 *An Clericus vocatus venire debeat ad Iudicem ciuilem priuilegium allegaturus.*

1 [a] *Le iuge seculier.*] Tametsi è Magistratibus quidam præhensionem habent pro imperio, quidam vocationem tantùm: Tamen dicere solemus in foro, neminem Iudicem incompetentem esse quo ad prehensionem, si materia subsit, aut flagrantibus delictis, siue defensores ciuitatum, qui imperium non habent, §. audient auth. de defens. ciuit. collat.3. & §. necessitatem auth.vt iud. sine quoq. suff. fiant. collat. 2. siue Eirenarchæ l. diuus 6. D. de cust. & exhib. reor. siue Legati Proconsulum l. si quod erit. D. de off. proconf. siue minores Magistratus l.1.§.D.de off.præf. vrb. adde & vt forum loquitur, qui Iurisdictionem tantùm bassam habent, adeòque interdum & priuati veluti. l. quod si in seruitute D. ad l. aquil. l. capite quinto D.de adult.l. vlt. C.de malef. l. generali. C. de decur. lib. x. Quin & interdum lege permissum & iussum, vt ea Ord. quam Francis. I. Rex de assassinis fecit, & Carolus. IX. alia de armis vetitis anno 1566. repetita hoc anno 1567. Quare quantumlibet quis incompetens dicatur, decreto præhensionis parendum, quod est constitutum Ord. Francis. I. anno 1536. art. 39. & Carol. IX. anno 1564. art.18. notat Bal.l. nec timorem D. de eo quod met. caus. l. si qua per calumniam. C. de epis.& cler. Bald. & Ang. l. ictus fustium.D.de his qui not.infam. Proinde illi qui pro iure magistratus præhensionem non habent, non iure suo facere intelliguntur, sed veluti conniuentibus legibus, dissimulata interim potestate, fauore publicæ animaduersionis ea lege, vt captos protinus Magistratibus superioribus, quorum ea de re potestas est, transmittant.d. §.audient, & §. necessitatem. Bart.d.l. capite quinto & l. diuus, attigit Boër.decis.215.

[b] *Peut.*] Confossa hic dubitatio Canonistarum, qui 2 aut negant, aut ambigunt, aut distingunt, an tanta sit ciuilis iudicis in clericos potestas, & an iudex laïcus

Argentr. in Cons. Brit

A clericum præhendere possit: qua de re loci apud Ant. Butr. Host. Bald. Henr. Boich. Barbat. Panor. Imol. Fely. Decium, Zab.c.cùm non ab homine. ext.de iud. & c. si clericos de sent. excom. in 6. attigi: & è recentioribus Papo. lib.1.tit 1.art.1. Sed & ea quoque præcisa; an clericus vocatus venire debeat ad iudicem ciuilem priuilegium allegaturus; quanquam illi pernegant, vt & iuris ciuilis consulti quoque Bar. Balb. Alb. 3 Ias. l.2. C. si quis in ius voc. non ier. Panor. Fely. Decius, c. si duobus ext. de appel. Melior sententia fuerat glo.c. conuenior.23. q.8. quam vsus & forum probauit & Hostiensi placuerat.§.3.in Summa. ext. de iud. Locus hic petendus ex Aufrer. clem.1. reg. 2. fall. 23. de off. ord. Nec enim illa qualitas innascitur, sed B agnascitur naturæ, & illi accidit, quod Io. And. dixit. c. scienti vers. scire te volo de reg. iur. in 6. Bald.c. vlt. vers. sed quæro ext. De præsumpt. & c. at si clerici in fin. ext. De iud. nec consentit cum primæua origine rei; quod Bart. & alij tractant. l. si prius. D. de op. no. nunt. quare non præsumitur, & alleganda & probanda est. Nec hærendum, quod interdum ex informationibus appareat clericos, monachos, aut presbyteros esse, qui euocantur, quod olim quibusdam & Bart. l. non videtur, D. de iud. & decis. Tholos. 165. tenebras offuderat. Nam hanc sententiam vsus & tribunalia reiecère, & passim decernitur contra clericos & presbyteros, tametsi hac nota in elogiis describantur, & extat vetus ea de re Arestum Galli num.353. quo loco Molinæi nota, & Aufr. part. Styli. 7. aresto. 9. Bened. C meminit. c. raynutius. verbo & vxorem decis.2. num. 16. Quod si non appareant euocati, capti postmodum expensis luunt, nec ante ad Episcopos remittuntur, quam refusis contumaciæ expensis, quod è recentibus notat Imber. lib.4. c.6. Institut. Papo lib.7.tit.7. Aresto. 4.

Nota 2.

1 *Pro ciuili obligatione an Clericus præhendi possit.*

2 *Citatio verbalis fieri non potest, in territorio seculari.*

3 *De remittendis clericis ad Episcopum.*

4 *Priuilegium fori ademptum clericis simplicibus.*

[c] *En tout cas de delict.*] Idem in ciuili quoque obligatione, & debito priuato, & quod magis mireris, etiam 1

si nexum inierint, id est, si se ad ostagium obligauerint, quod personam contigit magis; quanquam hac quoque in re, tota Canonistarum iurisprudentia vapulat. Dom. Archid. Ioh. And. Anch. Philip. Franc. c. si clericos. de sent. excom. in 6. Ioh. And. Imol. Host. Anchar. Butrius Abb. Barbat. c. ex rescripto. ext. de iureiur. Rota adeo consuetudinem quoque ipsam damnat, quæ talis olim foret in Anglia, decis. 840. in antiq. Aufrer. q. 126. Tholos. Contra tribunalia obtinuêre & obseruant, sed carceribus episcopalibus detinent, & notarat iam olim Ioh. Fab. §. vlt. inst. de act. Imbert. in enchirid. verb. clericus: è nuperis Rebuf. tit. de lit. oblig. glo. 1. art. 2. num. 10. & art. 11. glos. 3. Dictet quidlibet iuris ratio, vicit vsus. *Ius Cor.*

2 [d] *Requerans capture.*] Idem & cùm citatio verbalis duntaxat & viua voce exigitur quippe nec ea potest in territorio seculari fieri auctoritate Episcopi; quod Gallus notat Aresto. 276. in Stylo. Boër. in Cons. Biturig. tit. *des iustices.* §. 15. Imb. lib. 3. instit. c. 8. & foro notum est. *Ius cor.*

3 [e] *Et aussi les arrester.*] Hic Consuetudo verbo *arrester* vtitur, quod sistere significat & vetare certo loco excedere. Carcerem non permittit Consuetudo hoc quidem casu: Nam & hic quoque remissio ad Episcopum locum habebit, si perstabunt in contumacia, nec fidem, & securitatem volent interponere, & per manus Viatoris ad Episcopum transmittendi erunt, & vetus forum hoc ipso iure vtebatur, & ad Episcopos remittebat, quod è Stylo Aufrer. apparet, tit. de assecuram. & q. Tholos. 489. Gallus part. 5. Styli art. 30. Aluar. & Iser. c. 1. qual. vas. fid. iur. debeat.

[f] *Refuseraient donner seureté.*] Ex formula. art. 622. & 264. inf. & l. denunciamus. C. de his qui ad eccl. confug.

[g] *Sauf à les rendre.*] Vetus Consuetudo intra 24. horas transmitti volebat ex. l. capite quinto. D. de adult. metu priuilegij: Nos non tam sumus præcisi & quandocunque constiterit legitimè, de ordinè remittimus.

[h] *A leurs Iuges.*] Loci vbi deliquerunt inf. art. 7.

[i] *S'ils sont requis.*] Reo vel Episcopo vel vtroque postulante: Proinde & conniuente atque adeò Episcopo c. si iudex de sent. excom. in 6. Quin, & cunctantem Episcopum per superiorem coërcendum putant Host. & Ioh. And. c. significasti ext. de for. comp. Alb. l. si quis in conscribendo & Auth. statuimus. C. de epis. & cler. idem & in reo quoque si reluctetur, quod ideo dicendum hic fuit, quia nunc reperiantur qui odio ordinis nolint remitti, de quo Innoc. c. vt famæ ext. de sent. excom. vbi Dom. & Fran. & è nostris Imol. Ang. Rom. l. nolle. D. de acquir. hæred. Bald. Alex. Cast. Ias. l. ab administratione. C. de legat.

4 [k] *Et faire se doit.*] Infinitam materiam hæ angustiæ non capiunt. Sed frustra tot Canones editi, frustra tot Imperatorum Sanctiones, frustra orbis, & sæculorum consensus, si valitura est Ordinatio Caroli IX. Regis edita Paris. ann. 1563. promulgata apud nos Maio mense ann. 1564. quę in totum priuilegium fori adimit simplicibus clericis, nisi in sacris sint: de qua sapienter Curia Parisiensis referendum ad Regem censuit, ne adhuc absolutam dispositionem recipit: sed & de eius acerbitate multum detractum est, alia posteriori Molinensi. art. 40. Nec quisquam negauerit effreni illius ordinis hominum quorumdam licentia & ausu prouocatam potestatem ciuilem indormienti sacerdotij socordia, vt remedium opponeret. Sed modum autoritatémque suam æstimantibus videndum fuit, qui ea de re Orbis, prisci Reges, tot egregij concessus, & antiquitas constituissent, quorum sensus non temerè damnandus fuit, illecebri perditæ licentia ætatis, nec salutare plerúmque feruenti ætati remedium, in totum, abrogandum, cùm satis multos constet legum acerbitati subductos, è summis periculis in viam rediisse, & frugem fecisse in Rep. non mediocrem: Sed hæc ætas nata est ad pristina instituta conspuenda.

NOTA 3.

1. *De refundendis impensis pro Clerico ad Episcopum remisso.*
2. *Expensæ à litigatorib. factæ finem litis expectant, nisi &c.*
3. *Clericus medicamentorum nomine condemnatur à iudice seculari &c.*
4. *Admittitur cautio de expensis quæ liquidari non possunt &c.*

[l] *Et seront tous les fraiz.*] Magna & momentosa quæstio, à quo tempore talia impendia rependi ab Episcopo oporteat, an scilicet à die prehensi clerici, an verò remissi, súntque multa à multis responsa; Et obstinatè à nostris iudicatum anno 1556. Februario mense, à die ipsa prehensionis deberi, quanquam repugnantibus superioris ætatis iudicijs, & multùm reluctante Maclouiensi Episcópo, ac pro se annitente ne nisi à die remissionis solueret, atque adeo Rescripto Henrici Regis è sententia Curiæ Parisiensis, Procuratoris & Aduocati Regij nitente. Sic habendum, non rectè ab Episcopo recusari impendia, quæ in prehendendo custodiendóque reo facta sunt, cùm ascriptione in ordinem spontanea rei qui deliquit, se ipse ad tales euentus componere debuerit, hoc est, vt loquuntur sibi imputare debeat, quod clericum talem ordinauerit, & potestati iurisdictionique Regiæ subduxerit. Sed tamen possunt circumstantiæ incidere, quæ sententiam mutent; veluti si iudex ciuilis non necessariam, & sine causa moram fecerit iudicandi, de ordine, & tempus inutili mora absumpserit, vel post iudicatum etiam serò denunciauerit, atque interim impendia creuerint. Nam quis hîc dicet ab Episcopo impendia deberi ex aliena mora. Quare non sine ratione aliud aliquando à Burdegalensi Curia constitutum Aresto, de quo Boër. Decis. 303. & ego probo, & æquius est. 1 *Vide auctorem art. 3. N. C.*

[m] *De la Iustice.*] Intellige impensas de fisco factas: nam quæ à litigatoribus sunt factæ, litis finem expectant, & euentum iudicati ab quo pendent, nisi si contumaciæ sint, aut vadimonij deserti, & defectuum, & diximus, sup. glo. verbo *peut prendre.* quanquam repugnante Aufr. q. Tholos. 165. Sed & priuilegij clericalis serius propositi, & litis spontaneæ apud Iudicem ciuilem agitatæ, adiudicari poterunt ex. c. exceptionem ext. de except. & incidentis quæstionis super remissione si contestatio facta est, quæ sententia est Ægidij Bellameræ. decis. 228. & Aufr. tractat. d. clem. 1. reg. 2. fall. 13. de off. ord. Hippol. Marsil. l. patre vel marito. num. 77. D. de quęst. & in practica criminali. §. diligenter num. 203. & è nostris Imbert. lib. 1. instit. c. 26. Nec sequimur Decij sententiam in consilio 241. qui magno molimine id agit, vt probet tales impensas etiam si debeantur, tamen iudicis ciuilis sententia adiudicari non posse, sed ea de re ad Ecclesiasticum eundum: Nam & vsus & ratio reiecit eam sententiam. Ne eam quidem admittimus, quã Io. Fab. dicit in l. 1. C. de off. procons. & legat. qui putat remissionem Clerici faciendam ad Iudicem Ecclesiasticum expensis Iudicis laïci, 2 *Ius cor.*

laïci, quod æquè forum improbat, & mirum eſt homini olim Franciæ Cancellario placere potuiſſe. Sed
3 & antequam remittantur pecuniæ clericos damnari vſitatum medicamentorum nomine, ſi quemquam pulſauerint, verberauerint, vulnerauerint idque à iudice ciuili, olim Gallus annotarat, arr. 13. parte Styli 7. vbi Molinæi affixa eſt nota; Imbert. lib. 3. c. 7. gl. verb. compellandi Chaſſ. tit. *des Iuſtices* §. 5. verbo *ſi aucun:* Papo lib. 1. tit. 5. Arr. 13. & hoc iure vtimur.

[n] *Payez.*] Quare cautionem offerri non ſufficiet, l.
4 4. §. ait prætor. D. de re iud. l. quod ſi non ſoluerit. D. de pignor. niſi cùm in promptu liquidari nequeunt, quo caſu cautio admittitur omni in materia. l. ſtatuliber. l. ſeruus ſi heredi D. de ſtatulib. Nec tamen Commentarienſis, aut fiſcalis coactor aut receptor domanij (vt loquuntur) retinere poterit carceratum pro expenſis, ſed omnino remitti realiter ad iudicem ſuum oportebit, facta exequendi poteſtate, *deliurant executoire, auec hypotheque de biens, ſur le debiteur*, Citantur Areſta Lucij. lib. 6. placit. tit. 12. Papo lib. 18. c. quanquam diuerſum aliquid ab ſuis obſeruari ſcribit Guido Papæ. deciſ. 448.

NOTA 4.

1 *De caſib. priuilegiatis, eorúmq; definitio & nu. 2.*
2 *Iudex ciuilis an ſeparatim cognoſcat de caſu priuilegiato & nu. 3. 4.*

[o] *S'il n'y auoit, &c.*] Patrum memoria nullos Britan-
1 nia caſus priuilegiatos norat, nec Regios pene vllos, præter eos, qui manifeſtè maieſtatem impetunt: nam de pecunia Regia, focariis & ſimilibus, etiam non Regij iudicabant, quod pleraque veterum geſta indicant, nec iuriſdictionis Regiæ occupatæ aut cótemptæ tantus erat metus aut coërctio: & quod hic de priuilegiariis ſtatuit, additum eſt ab Reformatoribus præter antiquam Conſ. Anno demum 1530. in tribunalia noſtra
2 de Francorum conſuetudine migrauere. Cuiuſmodi ſint, nulla vſque lege comprehenſum eſt, ſed eum in numerum ferè ſunt adſcripti, qui aut maieſtatem Imperij, aut iuriſdictionis ciuilis poteſtatem imminuunt, reperta ratione, qua ſe ciuilis magiſtratus ab impotentia aſſereret, immenſè & nimium nimiumq; ambitioſi dominatus, qui tum inuaſerat. Sed ea nobis videmur in Commétariis ſatis diligenter perſequuti: id tantùm adiecerimus, variatum ſæpiùs in foro ciuili

A perſequendi genere. Nam ſoli aliquando Iudices ciui- 3
les, nonnunquam Eccleſiaſticis adiuncti de priuilegiariis, quos vocant, caſibus, cognouère. Poſtremo Molinenſi Ordinatione, art. 39. laxata poteſtas, conſtitutúmque vt ſuo iure, & poteſtate. Iudex ciuilis functus *Hodie coniuncta art. 7. N. C.* caſúque priuilegiario cognito, & ſeparata cognitione terminato ad Eccleſiaſticum remitteret reum, qui pro poteſtate innoxium communi de delicto ſtatueret, quanquam multa ſunt quæ contradici poſſunt: ne iteranda cognitio, teſtes repetendi, totaque denuò retexenda iudicij tela ſit, labore & ſumptu geminato,
B ſed tamen lex ita ſcripta eſt. Quarum cognitionum is euentus eſt, vt iudex ciuilis pecuniæ dumtaxat reum damnare poſſit, in corpus nil ſtatuat, quippe caſus priuilegiati qualitates ſunt potius delictorum, quàm delicta, de quibus ipſis tota poteſtas animaduerſióque corporalis iudicis eſt Eccleſiaſtici, cui perſona ſuppoſita eſt. Plura habe in §. 7. inf. verbo *s'il eſt trouué deuāt eux*, ſed nec, quo iure nunc, vtuntur ſupremæ Curiæ, antiquis vſurpatum, vt ſacrati mulcta honoraria coërcerentur, quam negare non poſſumus, corpus famámque pertingere, qua de re Boërij eſt ſententia. conſ. 4. Maſuer. §. 1. tit. de iniur. Imb. lib. 3. c. 8. & Rebuf. tit.
C de ſent. exc. art. 3. Exempla tamen facti crebra ſunt, & quædam memorantur à Molinæo parte. 7. Styli arr. 148. & inter areſta Tholoſ. arr. 60. & 65. & in Libello de Paruis Datis art. 2. Certè res per ſe loquitur, nos noſtros fines egreſſos alienis oculos adieciſſe.

[p] *Que pour la moitié.*] Cum huius articuli tota ratio in 4
eo ſit, quod cognitio deinceps poſt remiſſum reum vtriuſque iudicis pro ſua cuiuſque poteſtate & iure futura ſit, coniuncta tamen, quo nuper iure vtebamur, apparet mutato & inuerſo ſtatu & finali cauſa, *Coniuncta art. 7. N. C.* aliud nunc ſtatuẽdum, neque hanc in futurum diſpoſitionem locum habituram. Nam cum ex Ord. Mo-
D linenſi art. 39. nunc ſeparatim iudex ciuilis de caſu priuilegiario cognoſcat, & iudicet ad commodum *Ius cor.* ſuum, nec vlla ratio habeatur Eccleſiaſtici in ea cognitione: Certè nec expẽſas ipſe agnoſcet alienæ cognitionis, nec proceſſus (vt loquuntur) à iudice ciuili facti, cuius nulla vtilitas apud eum futura ſit, & ex integro totam iudicij telam exorſurus ſit. Quæ ipſa ratio magnopere mouere debuerat, ne ita ille Molinenſis articulus obtineret: quanquam non ignoro rationes etiam obtendi, cur ita factum ſit & defendi, & pluribus demonſtrabitur inf. art. 7. verbo *s'il eſt trouué deuant eux.*

ARTICLE V.

LE [a] Iuge ſeculier [b] à la requeſte & ſupplication [c] du Iuge d'Egliſe, [d] ſera tenu prendre quelque perſonne que ce ſoit, accuſee de [e] crime d'hereſie. ART. V. NOVÆ CONS.

[a] I. *IVdex ſecularis* [b] *ad ſupplicationem* [c] *Iudicis Eccleſiaſtici,* [d] *tenebitur manum iniicere in quamuis perſonam* [e] *criminis hæreſeos accuſatam.*

NOTA 1.

1 *Iudices Eccleſiaſtici nullum territorium ratione ſpiritalis poteſtatis,*
2 *Nec ius præhenſionis ſine venia Magiſtratus.*

[a] *LE Iuge ſeculier.*] Quibus de cauſis Iudices Eccleſiaſtici cognitiones pro ſuo iure ſibi vendicant, ex hiſdem præhenſiones decernere poſſe non eſt dubium, in ſuos clericos. c. cum Epiſcopus, de off. ord.

E in 6. c. nouimus ext. de verb. ſignif. clem. 1. verbo *arreſtare.* ext. de hæret. c. ſi clericos de ſent. excom. in 6. idem & in laïcos ſpirituali quidem in materia poſſunt ſtatuere, quod Anchar. notat. d. c. ſi clericos. & reg. ea quæ. q. 11. in 6. Sed duci iubere id eſt realiter exequi 1
capturas, (vt forum loquitur,) extra Prætorij cãcellos nequeunt, cùm territorium nullum habeant, ratione ſpiritualis quidem poteſtatis, Quod Cy. Bald. Io. Fab. notant. l. Epiſcopale. C. de Epiſ. aud. Gallus. q. 276. in Stylo, nec recepit vſus diſpoſitionem. c. ſi Epiſcopus.

ext. de off. ord. Quod si contra faciunt prouocari solet ab abusu, aut si magis placet, nec ancipitis appellationis aleam subire consilium est, libello iudici Regio porrecto, cogūtur restituere, id est, (vt tribunalia loquuntur,) restabilire quod fecerint, & captos restituere eodem loco, dicta mulcta. Exempla extant facti, aduersus Parisiensem Episcopum apud Gallum in Stylo, aresto 276. & rursus 246. aduersus Senonensem q. 103. aduersus Turonensem, q.309. Remensem, q.363. memorat Placitorum scriptor Lucius lib.5. tit.1. Aufr. d. clem.1. reg.2. fal.4. Benedict. c. raynutius verbo & vxorem decis.2. num.132. Molin. super Stylo. §. vlt. tit. quor. cognit. pert. ad regem. Imbert. lib.3. instit. c.8. Iord. Brixius rep. c. Romana. §. contrahentes de for. comp. in 6. & nuper. Ægidius Magist. tit. de appell. c.5. Et in totum scripsit Anchar. reg. ea quæ. q.11. Episcopos realiter quenquam præhendere non posse, nec sentētias suas exequi, nec in possessionem realem fundi mittere, etiam præsupposita capacitate iurisdictionis in iudicāte, quia ad capacitatem iudicandi non sequatur, executionis potestas. Quæ sententia eius vera est, sed eam ad laïcos, quod ille facit, nō restringimus, cùm ne in clericos quidem id possint propter territorij, sic enim loquamur, impotentiam. quod Molin.
2 tractat. in Cons. Paris. tit. de feud. §.41. q.12. Quare nec armatos habere, nec Apparitores in eas præhensiones permittitur, qua de re citatur Arestū in Stylo Parlam. part.7. Aresto. in Tholos. Nec si habeant præhendere conceditur, etiam contumaces, aut conuiciantes, aut aliter noxios, quod Ioh. And. ait. c. cum cōtingat ext. de for. comp. Styl. Parl. tit. quor. cog. pert. ad reg. Imbert. lib.3. c.8. Papo. lib.1. tit.4. Nec solum in præhendendis, sed transuehendis quoque reis de loco ad locum obseruatur; quare nec sine venia Regis aut Magistratuum Regiorum faciunt, quod Gallus notat. q. 363. Imb. d. c.8. Nec ratio postulationis Episcoporum est habita, id est, vt forum loquitur, factum eorum nunquam est receptum, cùm proponere voluerunt se esse in possessione capiendi, quod Gallus memorat. q. 363. Bened. vbi sup. num.131.

NOTA 2.

1 *Ecclesiastici iudicis & ciuilis mutuum auxilium.*
2 *In decreto præhensionis causa exprimenda vt, &c.*
3 *De hæresi & aliis delictis, &c. est artic.*
4 *Hæreticorum prehensio à regibus olim permissa Ecclesiast. iudici.*

1 [b] *A la requeste.*] Non ferimus iussum, quod Canonistarum turba sensit. c. 1. ext. de off. ord. Debent quidem mutuum sibi auxilium Ecclesiasticus & ciuilis Magistratus, & quod olim ex veteri formula fœderatorum populorum dicebant, altera alterius maiestatem comiter conseruare, quod illo c. 1. statuitur & è nostris sanxit Lud. XII. Ord. public. anno 1512. art.45. & sumpsere illi quidem auorū ætate imperium grande: Nunc versa fortuna penè impotētius imperamus, & nulla ferè cum modo potestas cōsistit. Nec dubium

Ius cor.

A quin potestas illa ambitione hominū vltra ius fasque euecta, multum olim de alieno traxerit: Cui se Magistratus ciuilis penè serò opposuit, repertis appellationibus quas ab abusu appellāt, quæ patrum memoria Britannicis tribunalibus ignotæ, tantùm cum tempore incrementorum sumpsēre, vt tam alternāte fortuna, non sine iusta causa finium regundorum iudicium illi possint intēdere; fœlices si nostra cum modo tenere potius, quàm aliena appetere in animum induxissemus. Sed iam extra notas.

[c] *Du Juge d'Eglise.*] Cuiuslibet siue Episcopi siue Ar-
B chidiaconi, qui iurisdictionem ea de re habeat, quod Archid. notat. c. 1. ext. de stat. regul. Francus c. cum Episcopus ext. de off. ord.

[d] *Sera tenu.*] Nam & lege Regia tenentur obsequi d. 2 Ord. Lud. XII. quam supra citauimus, glos. verb. *à la requeste.* Ita tamen vt in epistolis rogatoriis causam exprimi oporteat decreti, vt inde iudicari possit, sit ne talis quæ in cognitionem iudicis Ecclesiastici cadere potuerit, in reliquum iudicem ciuilem non oportet esse curiosum, nec informationes requirere, nec processum ab Ecclesiastico factum, nisi manifestè decretum appareat esse nullum, ex sententia Anchar. cons.
C 382. Canonistarum c. de cætero ext. de re iud. Repræhensaque est Bartoli sententia, qui existimarat iudicem secularem, cui executio sententiæ Ecclesiastici mandata sit, de iustitia processuque cognoscere debere, in l. diuus 6. D. de cust. reor. l. magistratibus D. de iurisdict. omnium iudic. vbi Bartoli sententiam Ang. Ias. & cæteri, tum Canonistæ imprimis exagitant: negant tamen iudicem ciuilem executioni potestatem accommodare debere, si ab ea appellatum sit. Abb. Barbat. & alij d. c. 1. de off. ord. Alb. d. l. Episcopale. C. de Epis. aud. nisi talis sit, quæ non obstante appellatione executioni mandari possit & de-
D beat, vt decreta præhensionis omnia ex Ord. Francisci I. anno 1536. art.39. Caroli IX. anno 1564. *à Paris* art.18. *Ius cor.* 3

[e] *Crime d'heresie.*] Idem in cæteris delictis omnibus, nec opus erat expressione specialis casus, qua præsertim videri possit contrariam esse regulam. Sed hoc crimen priuatiuè iurisdictionis Ecclesiasticæ esse maiores nostri præsumpserant, & sanxerant veteres Canones, Pontificum decreta, & Imperatorum Constitutiones, c. vt inquisitionis §. prohibemus, & c. præsidentes de hæret. in 6. Anch. Abb. Imol. c. 1. ext. de off. ord. Quæ causa fuit Ludouico Regi XII. vt idem
E & ipse de præhēsione statueret, atque adeò ipsis quoque iudicibus Ecclesiasticis præhensionem permitteret, hoc quidem in crimine bona regiæ autoritatis pace, Ord. public. anno 1512. art.12. Cuius exemplum secuti Franciscus I. & Henricus II. Reges, idem & ipsi quoque de præhensionibus permiserant, Franciscus Ord. 1540. contra Lutheranos, & Henricus alia 1549. contra eosdem addito, ne quam eius cognitionis partem iudices ciuiles sibi vendicarēt. Nec quisquam hac de re dubitarat, antequam leges peccantibus esse cœpissent tam formidolosæ, & poterat docuisse auth. vt clerici apud propr. Episcop. §. si verò Ecclesiasticum col.6. relata, auth. clericus. C. de Epis. & cler.

Quare art. 5. N. C. dict accusee de crimes, dont la conoissance apartient au Iuge d'Eglise. 4

ARTICLE VI.

ART VI. NOVÆ CONS.

LEs[a] gens d'Eglise peuuent proceder par[b] semonces, par[c] inhibitions, & par[d] monitions.[e] Mais ne peuuent proceder par sentence d'excommunic contre aucun[f] debteur seculier, pour le cōtraindre à payer sa debte,[g]

s'il a biens meubles ou immeubles: sur lesquels le crediteur peut faire proceder à execution.

[a] ECclesiastici procedere possunt per [b] denuntiationes, [c] inhibitiones & per [d] monitiones, [e] sed decernere non possunt excommunicationis sententiam, contra quemuis [f] debitorem secularem, vt eum cogant ad solutionem debiti, [g] si bona mobilia aut immobilia possidet: in quibus creditor potest procedere per executionem.

NOTA I.

1 *Iudices Ecclesiastici olim maiorem iurisdictionem vsurpabant.*
2 *Quod iudices ciuiles nunc faciunt cum inhibitione, &c.*
3 *Non excommunicantur hodie iudices ciuiles, &c.*

[a] *Les gens d'Eglise.*] Qui scilicet iurisdictionem habent spiritualem.

[b] *Semonces. Semondre.*] Latini denunciare, appellare, conuenire, dicunt, rariùs interpellare.

1 [c] *Inhibitions.*] Magna olim perturbatio fuit Iurisdictionum & potestatum in exercendo iure & legis actionibus, quod Heduensis & Cunerij conflictationes indicant: nec Iudices Ecclesiastici modum ponebant incrementis cognitionum, alias atque alias ad se trahentes, sub obtentu peccati, Sacramenti, & Euangelicæ denunciationis, de qua in c. nouit. ext. de iud. Quarum rerum tanta vis ac potestas est, vt infinita comprehensione omnes omnino contractus contineant, & commercia, in eum vsum testatas denunciationes, hoc est, inhibitiones repererant, quæ iudicibus ciuilibus intenderentur: ne sibi illi vllam, qua de re visum inhibentibus esset, cognitionem sumerent, addito excommunicationis metu. Magnus is terror, quem tamen iam olim Franci exuerant, nostri serius *Ius cor.* manumissi, sicuti ante memorauimus. Inhibitionum meminit tex. cap. lator c. causam ext. qui fil. sint legit. c. tuam ext. de ord. cognit. c. ex tenore. c. ex trãsmissa ext. de for. comp. c. si iudex. de sent. exc. in 6. c. dilectus c. 2. ext. de rescript. & adhuc vsurpantur in causis appellationum in foro Ecclesiastico & ciuili. Earum promiscuus olim vsus fuit: Nam vt quisque litigator cognitionem Ecclesiastici quàq; de re prætulerat, mittebat Ecclesiasticus protinus Apparitorem ad ciuilem iudicem, qui cognitione interdiceret, hoc est, inhiberet, donec Ecclesiasticus de potestate aut competentia decreuisset, ille veluti ictus sydere sistebat pauidus cursum cœptæ litis, quin ne potestate quidem cognoscendi facta audebat pergere, si erat appellatum, quod Fed. de Sen. ait cons. 98. incip. Nicolutius. Ant. But. c. tuam. ext. qui fil. sint legit. Sed ea iampridem exoleuêre, nec vllo modo potest iudex
2 Ecclesiasticus inhibere iudici ciuili. Contra versa facie inhiberi Ecclesiastico ab ciuili, si causa postulat, vsitatum est, si se alienæ cognitioni interserit, quod Lud. Regis Ord. ann. 1512. art. 45. est sancitum, & alia Francis. I. anno 1536. art. 50. sed ita vt causa eiusmodi in libello denunciationis exprimatur, de qua iurisdictionem esse ciuilis iudicis appareat. Quod cùm erit factũ, & denunciatio iudici Ecclesiastico facta siue rectè siue perperam, interim interquiescere Ecclesiasticus debebit, & cognitionem suspendere, alioqui veluti attentatum reuocabitur, quod Ecclesiasticus decreuerat, etiam si (quod magis mireris) posterius iudicari contingat inhibitiones ciuilis iudicis non valuisse, quod Imbert. notauit. lib. 1. instit. c. 26. Lucius arr. scriptor lib. 2. tit. 4. arr. 4. & 8. Quare apparet longo ab errore sero reductos in viam iudices ciuiles, non segniter

A fines suos ex eo tempore tutatos esse, vereor ne etiam terminum exararint. Nam quod illis olim quoque vsitatum erat, 3 planè abolitum, vt iudices ciuiles excommunicarent, quod iam nemo audet, & extat ea de re irrogatum Regi Franco priuilegium Clement. 5. ex extrauaganti quæ incipit [meruit.] Meminit Boër. decis. 114. Feraldus in priuileg. regni priuileg. 6. vbi complura aresta cõgerit in eam rem lata aduersus Episcopos, Gallus q. 56. Arestum in Stylo Parlam. 10. part. 7. & part. 6. arr. 40. & 69. Degrass. lib. 2. iure 9. meminit pragmat. tit. de causis in fin. Guid. Papæ Decis. 346.

B

NOTA 2.

1 *Monitiones quæ, & quomodo decernantur.*
2 *Suspensæ monitionis cognitio est iudicis ciuilis.*

[d] *Monitions.*] Monere omnes possunt, qui & excommunicare, 1 est enim monitio antecedens necessarium c. sacro. ext. de sent. excom. c. Romana eod. tit. in 6. Panor. & Host. c. si sacerdos ext. de off. ord. Monitiones vsus probationum de Ecclesiastica disciplina in ciuile forum traduxit, eadem laxata promiscuo vsu neruos eius corrupit. Quare reuocatis antiquis regu- C lis multa in ciuili vsu rectè abrogata, cuiusmodi illud ne quisquam nominatim aut per obliquum perstringeretur infami appellatione, c. 1. 5. q. 1. c. si sacerdos. *Ius cor.* ext. de off. ord. vt aduersarius, & qui illi in consilio sunt, sine fraude exciperẽtur, qua de re Imbert. lib. 1. instit. c. 6. Papo tit. de sent. excom. quod Ægidius Magist. præses. Cu. Paris. factum ait, ad annum vsque 1539. sed ex eo tempore planè contrarium inductum, vt monitiones permittantur nemine dempto, quod ille ait, tit. de appel. c. 9. Tametsi id nondum video tribunalibus nostris inductum, sed & id obseruatione fori ciuilis introductum, ne pro re exigui pretij, D aut leui conuitio, vel friuolo tantus gladius exeratur, c. Episcopi & c. nullus 11. q. 3. ord. Aurel. art. 18. Sed & semel mota lite, ne nisi iudicis ciuilis, apud quem lis pendet, venia, monitio fiat; atque ea quidem de his, quas in forma malefactorum appellant. Quæ verò ad restituendas res pertinent laïcis intendi nequeunt, vt nec literæ de *significauit*, cùm nulla Ecclesiastico in laïcum potestas sit, nec de re soli, quod illi olim vsurpabãt, nisi de eo quod inter coheredes cõtrouertitur, vt Magistri. d. loco censet, & traditur in c. præterea ext. de appel. Quibus si quisquam intercedit & 2 promulgationem impedit, ad Iudicem ciuilem eun- E dum est. Nec quisquam testimonium edere apud Iudicem Ecclesiasticum debet, quod si fecerit, repeti apud Iudicem ciuilem oportebit, si tamen spontanea lis cœpta sit, super ea re apud Iudicem Ecclesiasticum, ex libello iudex ciuilis negotium ad suam cognitionem reuocabit, damnato spontaneo litigatore expensis præiudicialibus, quod Guid. Papa notat singul. 707. & Neuizani silua latiùs persequitur, & Æmilius Probus c. vt animarum de constit. in 6. & Imbert. vbi sup. Nec Guid. Papæ sententiam in cons. 105. vsus recepit, qui putat lite apud Iudicem intentata super debito

moneti, nihilominus debitorem poſſe vt ſoluat: A
quod nequaquam forum admittet, in præiudicium
cœptæ & pendentis litis apud Iudicem ciuilem, alio-
qui abuſus fit.

NOTA 5.

1 *Eccleſiaſticus iudex poteſt condemnare clericos debitores per excommunicationem, &c.*
2 *Per officialem exequitur ſententia ciuilis iudicis permittentis, &c.*
3 *Laicus non poteſt ad excommunicationem ſe obligare.*
4 *Quomodo Officialis exequitur ſententiam iudicis ciuilis in clericos.* B
5 *Bona continent actiones & nomina, &c.*

[e] *Mais ne peuuent.*] *Si autrement ils le font, c'eſt abus, & en peut eſtre appelé.* Quod ſi factum ſit reuocare ad-
miſſum coguntur, cuius inducendi decreti neceſſitas
litiganti imponitur, præſtituto die intra quem faciat.
1 [f] *Debteur ſeculier.*] Quid quóue modo ſacratus ordo
in ſuos conſtituat, ciuilis poteſtatis non refert; nec ſi
aduerſus Clericos quidquam decernant Epiſcopi. Ne-
que id Conſuetudo iſta inſtituit, vt poteſtatem Eccle-
ſiaſticam coërceret, neque ſi maximè voluiſſet pote-
rat, cùm quidem de ſuis Clericis ſtatuunt. Quare C
ſinendi ſunt illi pro ſuo iure de ſuis decernere, & vn-
de viſum fuerit, pro arbitrio ad iudicata facienda co-
gere, ſiue ab excommunicatione, ſiue aliunde malint
incipere, notant Hoſt. Io. Anchar. Ant. But. Imol.
Barbat. Henric. Boich. Zabarel. c. tuæ ext. vt lit. non
conteſt. Sed hic tantum agitur de ciuilium Iudicum
ſententiis & præceptis, ſi quem aduerſus clericum,
laïcúmue ſentẽtiam pronunciauerint; vt per Iudicem
2 quoque Eccleſiaſticum exequi poſſint. In tam cor-
ruptis moribus & deprauata diſciplina publica, gra-
tulandum eſt reuocatum aliquid priſca ad exempla,
ne ſcilicet ad interdictionem ſacrorum & excommu-
nicationem, niſi tentatis remediis cæteris omnibus D
deueniretur: quod veteres Canones ſtatuerant. Sic
igitur habendum, Si quid Eccleſiaſtici Iudices conſti-
tuerint aduerſus laïcum, ſi forſan cauſa fuerat, quæ ad
eius cognitionem pertineret, in iudicato exequendo
tùm demùm ad excommunicationem venire permit-
tendum rei, qui dare facereúe iuſſus eſt, ſi cætera ex-
pertis & tentatis omnibus, per Iudicem ciuilem per-
mittatur: Qui tùm facturus ſit, cùm diſcuſſis bonis
nihil reperietur, vnde iudicatum fiat. Et vero accidit
perſæpe, vt creditores de eo, quod à ciuili Iudice iu-
dicatum ſit, eodem recurrant, cum fortunis caſſi de-
bitores ſuppellectilem occultare credũtur. Id cùm fit,
doceri oportet diſcuſſas eſſe fortunas, & ab Iudice ci-
uili permitti, ſi quid Eccleſiaſtici nerui metu adhuc
proficere poſſit in mente euanidi debitoris, vicinæ
poteſtatis auxilio, & mutua opera ex c. 1. ext. de off.
ord. extundere queat. In reliquum non ſatis conuenit 3
Canoniſtis, an quiſquam per contractum ſeſe poſſit
in excommunicationem inducere, ſtipulatione. Qua
de re diſſerunt & repugnantes ſententias dicunt Hoſt.
Io. And. Anch. Fely. c. ex parte. ext. de ſent. excom.
Card. Zab. c. ſacro eod. tit. Magna turba Cano. c. p.
& g. ext. de off. deleg. Quam dubitationem in laïco
quidem homine forum & tribunalia reſciderunt, quia
nullo modo laïcus Eccleſiaſtici cognitionem proro-
gare, nec ſe ei ſummittere poſſit, vetante Ord. Fran-
B ciſ. I. Regis anno 1539. art 2. Quare vſurpatæ pridem 4
obligationes, de niſi antiquatæ. In ſacerdotibus verò
& clericis omnium primum immobilia, & quoniam
hoc quoque iure vti cœpimus ex Ord. Aurel. art. 28.
mobilia diſcuti oportet, iuſſo debitore bona vnde iu-
dicatum fiat indicare, quod cùm erit factum, & Ap-
paritoris renunciatione conſtabit, Iudex extrema
tentari & recurri ad Eccleſiaſticum Iudicem permit-
tet. Quæ tamen Iudex Eccleſiaſticus in ſuis iudicatis
non perinde anxiè obſeruat, & ab excommunicatio-
ne protinus orditur poſt præſtitutum præcepto diem
& monitiones. Hæc quidem forum ciuile & tribuna-
C lia, & è nuperis attigere Areſtorum ſcriptor Papo tit.
de ſent. excom. & Rebuf. tit. de liter. obligat. art. 2.
gloſ. 1. num. 109. Excommunicationis acerbitatem
laïcus ceſſione bonorum aut remedio, art. Aurel. 61.
ſacerdos beneficio c. Odoardus ext. de ſolut. vitant.
Nec aliter eſt effugere.
[g] *S'il a biens.*] Bona habet & qui actiones habet, & no- 5
mina parata & in confeſſo. l. 1. §. exactio. C. de rei vxor.
actio. l. 2. §. mobiles. C. quand. & quib. quart. pars. Nec
enim intereſt pecuniam quis in numerato, an in nomi-
nibus habeat, modo appareant, nec in controuerſiam
vocentur. l. 3. verbo ſi ſine quæſtione. C. quand. fiſ. vel
priuat. l. à diuo pio. §. ſed & aliud. D. de re. iud. & no-
mina cedere cogendum debitorem putat Io. Fab. in
D rub. d. tit. C. quand. fiſ. vel priuat. quanquam non ad-
modum eſt neceſſe, cùm nomina quoque pignerari
poſſint, vt debitoris bona ex art. 261. & ſeq. inf. & l.
cùm conuenit D. de pignor. l. nomen C. quæ res pig.
oblig. poſſ. l. ſi conuenerit D. de pig. act. Nec impo-
nenda neceſſitas creditori, vt operoſam & periculo-
ſam litem inſtituat aduerſus negãtem debitoris debi-
torem; Adde nec ſatiſdationem ſufficere ad liberatio-
nem l. item liberatur. §. qui paratus D. quib. mod. pig.
vel hypot. quanquàm ex Ord. Aurel. ſatiſdatio inter-
dum in cauſa ſit, vt inopi debitori & calamitoſo tẽpus
ſolutionis prorogetur ab iudicãtibus, & per interpo-
latas penſiones, quanquàm repugnante ſummo Iure.

ARTICLE VII.

ART. VII. NOVÆ CONS.

Es [a] clercs, Preſtres, ou autres gens de religion, [b] qui ont delinqué en la monnoye, doiuent eſtre rendus [c] aux Prelats ou à leurs commis, [d] en la iuriſdiction où le delict & forfait auroit eſté commis, [e] donnant caution de fournir droit, & de les rendre, s'il eſt trouué contr'eux qu'ils fuſſent faux monnoyeurs. [f] Et ſont leſdits Prelats tenus les degrader de leur priuilege, [g] s'il eſt trouué deuant eux qu'ils ſoient faux monnoyeurs, [h] pour eſtre punis par les Iuges du Prince, qui les pourront condamner à mort, [i] s'ils l'ont deſeruy.

Clerici,

[a] *Clerici, Presbyteri, aut alij Ecclesiastici,* [b] *qui in moneta deliquerunt, debent remitti* [c] *Prælatis aut eorum Vicariis,* [d] *in iurisdictione in qua delictum aut forefactum seu crimen perpetratum fuerit,* [e] *qui præstare debent in foro cautionem, & eos remittere, si conuicti fuerint de adulteratione monetæ.* [f] *Et idem Prælati tenentur eos exauctorare seu infulis exuere,* [g] *si eis manifestum fuerit eos esse adulteratores monetæ,* [h] *vt à Iudicibus ciuilibus in eos animaduertatur, qui eos morte mulctare poterunt,* [i] *si promeruerint.*

NOTA I.

1 *Simplicib. clericis priuilegium abrogatum in moneta falsæ crimine.*
2 *Olim remittebantur simplices clerici.*
3 *Episcopi cognoscunt de noxis clericorum.*
4 *Abbates an de monachorum delictis cognoscant.*
5 *Ad Episcopum iudicis capientis remittendus clericus.*

[a] *Les clercs.*] Cum hoc articulo congruit articulus 52. infra. Quantum ad simplices, quos vocant clericos, ducta est hæc de veteri iure Consuetudo, quo & nos ita pridem vtebamur. Nam eos de crimine falsæ monetæ postulatos ad Iudices Ecclesiasticos dicta casus priuilegiarij necessitate remittere solebamus, ex quo tempore casus priuilegiati nobis innotescere cœpêre. Sed hoc simplicibus quidem clericis priuilegium in
1 hoc crimine monetæ pridem Rex Francis. I. abrogarat Ord. facta anno 1539. art.4. quæ est de monetis & alia item anno 1540. Blesis sequutus est Henricus Rex alia & ipsa edita anno 1549. Extant omni in crimine Caroli IX. Regis aliæ, quas ante citauimus art.4. supra. Quare tali in crimine simplices clericos iam non remittimus ad cognitionem Ecclesiastici, nec magnopere necesse fuit, cùm in simplicibus clericis degradationem vsus & forum iampridem non requirat, quod Benedict. notarat in rep. c. raynutius. verbo & vxo-
2 rem. num.148. decis.2. sed tamen remitti exteris quoque olim Regibus & prouinciis solitum ostendunt exẽpla & iudicata Aufrer. decis. Tholosana 162. Boër. decis. 297. & in consue. Bit. tit. *des Iustices* §.5. fallent. 1. Benedict. d. c. raynutius. verbo & vxorem, decis.2. num 143. & 151. Thomas Grammaticus voto 33. & citantur Aresta Luc. lib.2. placit. tit.1. art.8.

[b] *Qui ont delinqué en la monnoye.*] Cudendo, radendo, circuncidendo, tingendo, deaurando.

3 [c] *A leurs Prelats.*] Episcopis qui primario & ordinario iure fundati sunt c.1. & c.Episcopus de off. ord. in 6. vulgo Cano. c.quæ in Ecclesiarum. extra de constit. Quanquam contingere potest, vt alij quoque præscripto scilicet iure de clericorum noxis cognoscant, veluti Archidiaconi, notant Archid. & Io. And. d. c. cum Episcopus Abb. Sic. c.cùm olim ext.de præscrip. Qui frequenter remitti ad cognitionem suam clericos petunt, si cum Episcopis concurrunt vincuntur, propter vetustiorem originem iuris quod notât Glos. Panor. Zab. d. c. quæ in Ecclesiarum.Panor. c. si quis contra vers. aut queritur & vers. de Archidiacono ext. de for. comp. Quanquàm Prælatum aliquando Priorem Dominicanorum Episcopo repetẽti monachum fratrem scribit Lucius lib. Placit.2. tit. 2. De Abbati-
4 bus, an de monachorum delictis possint iudicare non vna omnium sententia. Non inscita distinctio ab Innoc. Io. And. & Imol. traditur c. quanto extra de off. ord. vt in his quæ ad obseruationem regulæ attinent, cognitioni Abbatis summittantur, extra eam si quid peccatum sit, Episcopi esse animaduersionem, & sequitur Cur. Paris. Placit. Imbert. in Enchirid. verbo Abbas. Hæc tamen sententia oppugnatur plurium consensu, voluntque Abbatis esse iudicium etiam cognitionaliter, & contentiosè, si modo tale delictum non sit, cui aut depositio aut degradatio imponatur quod latè Panormit. agitat. d. c. si quis contra. De exemptis Ord. Aurel. art.12. statuit: & idem video Synodo Tridentinæ placuisse, vt ordinariis locorum pareant, omninóque expedit ad disciplinam. Curiæ supremæ & Præsides ferè omnes Episcopis restituunt reos monachos, & presbyteros, à quibus liberum sit repetere, si quis ea de re contendat. Episcopi Parisiensis ius est singulare, quod vbicunque capti rei, ad eum transmittuntur, quod Lucius notat. lib.2. Placit. c.9.

[d] *En la iurisdiction où le forfait auroit esté commis.*] Hoc 5 quidem verum, si ponimus ibi captum esse noxium: Nam si in domicilio captus sit, alia ratio est; Neque ea de re Consuetudo litem voluit dirimere inter Episcopos. Quare præiudicio non statuitur cuiusquam, ex eis quod hîc constituit Consuetudo: Namque inter ciuilem & Ecclesiasticam potestatem dijudicat, inter ipsos inter se sacerdotes nihil; idem tamen quod hîc dicit sensêre Philipp. Franc. & Lappus, Dominicus c. si iudex. §. vlt. de sent. exc. in 6. ad Episcopum scilicet iudicis capientis remissionem faciendum, & Innoc. c. vt fama ext. de sent. excom. Alioqui cùm in vniuersum traditur presbyteros apud proprios Episcopos conueniendos, de diœcesanis domicilij intelligendum rectè admonet Panor. c. vlt. & c. dilecti ext. de for. comp. quippe delicti forum extraordinarium, speciale, & per accidens tribuitur.

NOTA 2.

1 *Non cogendus Prælatus ad degradationem presbyteri & nu. 2.*

[e] *Donnant caution de les rendre.*] Cum vbique antiqua Consuetudo tam reuerenter ordinem Ecclesiasticum 1 potestatémque iurisdictionis eius habeat, interdum totis capitulis & ex professo, mirum est hoc Articulo qui de ea ad verbum descriptus est, impositam esse legem alienæ potestati, quam præsertim Canones respuant; nisi quia hoc crimen Remp. imprimis infestat, & maiestatem impedit Principis. Nam iure canonico Presbyteri & tales omnes quemlibet exauctorati, non sunt tradendi seculari potestati, nec vlla debet fieri aut realis aut verbalis traditio, quod Host. Io. And. Panor. notant c. nouimus ext. de verb. signif. Sed manu mittendi sunt, admonito Iudice ciuili vt in forum suum si videtur exauctoratum hominem & laïcum factum recipiat, addita etiam cohortatione vt quam benignissime poterit in hominem consulat. Et quanquàm vt Host. putat (& res loquitur) verborum ea clementia est, tamen ordini conuenit, & in leges non peccat. Proinde imbecillæ originis institutum vsus non recepit. Neque enim hæc cautio vnquam in foro præstatur, nec exigitur, cùm Presbyteri remittuntur ex moneta, aut alia vlla causa, & cùm aliquando indicta esset ab Iudice quodam Venetensi Episcopo

refragante ex appellatione, aut spreta aut dissimulata vis huius Consuetudinis.

f *Et sont le dits Prelats tenus les degrader.*] Quomodo
2 hæc necessitas indici non potuit ordini Ecclesiastico ab auctoribus scribendæ Conf. ea in re, quæ tota pendet à potestate & auctoritate sacerdotij. Sic apparet parum attenta animaduersione per veteris Consuetudinis occasionem vltra progressos Reformatores, quam veteres illi statuerant, aut conueniebat. Neque enim illi compulsiue aut necessitatiue, vt loquuntur, cogendos statuerant Episcopos ad degradationem, vt hic Reformatores, sed impulsiue & causaliter, *disant ces mots: Ils sont tenus, & bailleront caution de les rendre s'il est trouué deuant eux, qu'ils fussent faux monnoyeurs: Car ils sont tenus de les degrader s'il est trouué*, &c. Itaque per hæc verba nulla necessitas ab statuentibus imponitur, nec potuit. Sed Statuti eius quo de præstanda cautione præscribitur, ratio redditur, petita ex iure Canonico, non autem statuitur à Consuetudine. Namque cùm degradatio in totum pendeat à cognitione, cognitio autem tota sit in potestate Iudicis Ecclesiastici, quod Bald. notat auth. clericum C. de Ep. & cler. Doct. l. nam magistratibus D. de iurisf. omnium iud. Bart. l. diuus 6. de cust. reo. Cano. c. atsi clerici de iud. ext. & hic ipse tex. monstrat. verbo *s'il est trouué deuant eux*, & vetus Conf. nullo expressius, apparet nullam ea de re legem ab potestate seculari imponi potuisse Ecclesiastico, qui secularis processium nulla in re sequitur, & quod hic dicit *est tenu*, referendum esse, ad iuris Canonici obligationem. Ideòque itata Thermide factum est nuper, quod Episcopi quidam ab Iudicibus ciuilibus coacti sunt, iniecta in prædia manu Presbyteros exauctorare, citra ius & potestatem iubentium, & de re quæ alieni arbitrij esset. Quod cùm prospiceret antiqua Consuetudo cautionem exigi repererat, quæ à ciuili potestate cogi posset, cùm Episcopi non possent, & tamen necessitas exposceret.

NOTA 3.

1 *Olim casus priuilegiati nullus vsus.*
2 *De crimine priuilegiario non separatim iudicat iudex secularis, & nu. 3. & 4.*

g *S'il est trouué deuant eux.*] Hic planè apparet, quod
1 ante diximus, maioribus nostris nullum fuisse casuum priuilegiatorum vsum, hic enim & in veteri cap. 112. & 143. ex toto monetæ adulteratæ cognitionem tribuit Iudici Ecclesiastico in clericos, vbi disertè est expressum, *si le fait est prouué deuant le Iuge d'Eglise, qui en a la cognoissance.* Quare quod ante art. 4. est additum de casibus priuilegiatis, assumendum est Reformatorum ex vsu huius æui, aut paulo prioris. Ideòque meminisse eius hic quoque eos oportebat, vt casus priuilegiarij retentionem hic etiam adderent, valde priuilegiario in crimine, cùm tamen hic ex toto remittant descripto textu de veteri obliuione noui articuli quarti. Et vero animaduerti oportet, & si priuilegiaria cognitio retineatur nullum fore vsum, (aut vt loquuntur) practicam articuli Molinensis 39. quo sta-
2 tuitur Iudicem ciuilem de priuilegiariis delictis separatim cognoscere, & post iudicatum ad Ecclesiasticum remittere. Nam cùm priuilegiariam cognitionem ciuilis Iudicis, nulla condemnatio præter pecuniariam sequi possit, nulla in corpus animaduersio permittatur, accidet vt leges eludantur, si ita fit: Atque ita cùm tales rei conuicti aquæ feruenti & suspendio adigantur ex art. 589. infra, eueniet vt iudex ciuilis, qui in presbyterum reum tale ius non habet, frustra luctetur

Sic art. 7. N. C.

Nunc concurremmẽt auec le Iuge d'Eglise, art. 7. N. C.

casus potestate, & euanido euentu si separatim de priuilegiario crimine iudicet, & ex diuerso Iudex Ecclesiasticus, qui pœnam pro crimine nullam (vt loquuntur) condignam habet, reum aut impunitum, aut non pro merito coërcitum dimittat: cum satis potestatis ad cognitionem habeat, ad pœnam exiguam. Quod vt vitetur necessario coniungenda est vtriusque Iudicis cognitio dissimulato Molinensi articulo, aut quod per hunc articulum & in vetere Consuetudine fiebat, suspendenda, donec, argumentis, probationibus & tota cognitione Iudicis Ecclesiastici cõsumpta, appareat, sitne reus conuictus monetæ, in qua cognitione periculosa est separatio, quia sæpenumero contingat, nec vsus, nec doctrinæ, nec neruorum; adde nec integritatis satis esse Iudicibus Ecclesiasticis, nisi illuceatur. Quamobrem id statuo quod initio dixi, Molinensem Articulum ad vsum non satis vtilem & accommodatum, nisi tùm demùm crimen tale est priuilegiarium, quod qualitas potius videri debeat delicti communis, quam crimen per se veluti si cædes cum armis facta sit, si vis facta rupta publicæ tutelæ formula, in his enim delicti communis maior est noxa, & ei corporalis pœna imponitur de qualitate, qua regia potestas offenditur, & Iudex ciuilis pecuniarie & ciuiliter potest reum coërcere, & satis habet vnde faciat, & potestatis, & executionis. Quamobrem separatim potest iudicare. Quod si tale crimen
3 est, quod pœnam canonicam & Iudicis Ecclesiastici excedat, aut in quo separari vix queat qualitas à delicto communi, tum non video quomodo separari istæ cognitiones possint, veluti in hoc crimine falsæ monetæ difficilè separes qualitatem priuilegiatam à delicto communi, in his aut coniungendas cognitiones ratio suadet, aut suspendendam ciuilem, donec Ecclesiasticus reum habilem reddiderit ad iudicium & pœnam ciuilem, & reum adulteratorem declarauerit & exauctorauerit. Id verò dubium non esset in his criminibus, in quibus Ecclesiasticus pœnam condignam non habet, cùm tamen ad eius Iurisdictionem pertineant, & de quibus nihil ciuilis Iudex retinet remittendo, veluti duplici homicidio, de cæde hominis redempta aut locata (assassinatum vocant) de parricidio aut Sacerdotis cæde ex insidiis, aut incendiario Ecclesiæ, proditore patriæ, de latrone & grassatore. In his cum nullus casus qualitásve priuilegiaria sit, necessario expectanda est cognitio Episcopi, quæ magis interponitur degradationis causa, vt conscientiam suam possit accommodare, quam pœnæ irrogandæ, cùm nullam Episcopus condignam delicto habeat, & ideo post degradationem restituere soleat Iudici ciuili, ad cognoscendum de delicto iustis probationibus, & pœnæ executionem. Hæc sententia de criminibus, quæ in foro Ecclesiæ pœnam condignam non habent, fuit primùm Pet. Anchar. doctissimi & cordatiss. Canonum consulti, quem vnus ex omnibus laudatissimus sequutus est Panor. c. atsi clerici. ext. de iud. & immerito ambitione potentiæ cæteri reprehendunt sine ratione & iudicio, & pluribus persequitur Gul. Bened. in quæstione de homici-
4 dio. Sed hoc extra notas. In talibus igitur, & his priuilegiariis, in quibus qualitas à delicto communi inseparabilis est, aut quæ maius aliquid merentur, quàm forma Iurisdictionis Ecclesiasticæ pati possit, aut iungendam aut suspendendam cognitionem laïci necessariò puto, quod expressè tex. indicat §. illud palam. auth. vt clerici apud propr. Epis. collat. 6. Illud palam (inquit) est, si reum putauerit esse eum, qui conuenitur Prouinciæ Præses, & pœna iudicauerit (id est existimauerit) dignũ prius hunc spoliari ab Episcopo Sacer-

Ita fit art. 7. N. C. sumpta ex art. 22. de l'ordonnãce faite à Melun au mois de Feu. l'an 1580. verifiee au Parlement de Paris le 8. de Mars ensuiuant.

Sacerdotali dignitate, & ita sub legum fieri manu. Est enim quod Bal. ait auth. Clericus C. de Epis. & cler. q. 2. degradatio non terminus, sed præparatio legalis pœnæ. Hæc necessaria sunt ad discriminandas cognitiones, & potestatum metas, & intelligentiam Articuli Molinensis, nec fortassè vulgi fuerit ista animaduertisse, ad conciliandas dispositiones Cons. & Ord. & foro ad vsum tradendas.

12 [h] *Pour estre punis par les Juges du Prince.*] Est enim Regiæ cognitionis inf. art. 52. penéque solum hoc antiqua Consuetudo Principi reseruarat.

[i] *S'ils l'ont deserny.*] Quemadmodum ad Iudicis ciuilis iudicium de crimine, non sequitur Ecclesiastici in eandem rem consensus, cum totus processus (vt loquuntur) retexatur, vt ante diximus, sic ad Ecclesiastici iudicatum non protinus consequitur ciuilis condemnatio, quamuis contra putet Bald. d. auth. clericus in fin. & Canonistæ putant. Sed vsus non recepit & ex facto aliquando accidit in hęresis damnato & degradato, vt absolueretur anno 1553. ab Iudicibus ciuilibus.

ARTICLE VIII.

IVGE[a] ne doit[b] bailler appointement[c] entre les parties, ne proceder[d] en principal,[e] si les parties ne sont presentes,[f] ou Procureurs deuëment fondez pour elles.

IVdex[a] nullam debet[b] sententiam dicere[c] inter partes, nec procedere[d] in principali, seu causæ summam inquirere,[e] nisi adfuerint partes,[f] aut Procuratores legitimum pro eis mandatum habentes.

NOTA 1.

1 *Judicandum auditis partib.*
2 Appointement *quid valet.*

[a] *Juge ne doit bailler.*] Quid importuna sua sapientia efficere voluerint Reformatores, non est facilè iudicare, cùm regulas iuris de triuio & notissima elementa transferrent in articulos Consuetudinis scriptæ. Nota sententia est Iurisconsulti l. de vno quoque. D.
1 de re iud. De vnoquoque negotio, inquit, iudicandum præsentibus aut vocatis quorum interest. Notum est illud ex Areopago sacramentum Iudicum, ἀμφοῖν ὁμοίως ἀκροᾶσθαι. Alexandrum Regem refert Io. Zonaras cùm è duobus aduersariis alterum audiisset, dicere solitum integram se aurem alteri seruasse; & retulit Basil. in concione quadam de inuidia, & quod Lucianus persequitur in libello, de non temerè credendo calumniæ Græcus versiculus; prouerbio dicitur, μὴ δίκην δικάσῃς πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς, & in sacris exemplis. Nunquid quemquam lex iudicat nisi prius audierit eum, Ioh. 7. & quæ alia hæ Notæ non capiunt. Sed hic totus locus fusè cum exceptionibus ab Hipp. Mas. tractatur in repet. d. l. de vno quoque & Maria Socinno in repet. rub. de dilat. ext. Boër. Decis. 283. ex his pete, & res est per se non arcana.

2 [b] *Bailler appointement.*] Hæc vox sententias & interfationes Iudicum comprehendit, quæ causa cognita inter aduersarios pronunciantur, & reum & actorem habent; quod cùm dicimus, excludimus cognitionem illam notham & imperfectam, quæ ad informationem duntaxat animi iudicantis fit; quæ nec vocationem cuiusquam, nec citationem exigit, & natura contradicentem non habet, nec iudicialem συμπλοκήν, tametsi accidere possit, vt talibus quoque aliquis intercedat litigator. Qua de re nostris Commentariis egimus copiosè, & tractat Bart. l. 3. §. si causa. D. de bon. possess. Bald. in rub. C. qui admit. cuiusmodi est in danda tutela, decreto alienationi interponendo, & talibus.

NOTA 2.

1 *Appellatio quæ in oppositionem conuertitur, &c. Argentr. in Cons. Brit.*
2 *Judicato intercedens est actor.*
3 *Cui præiudicium fit, vocandus.*

[c] *Entre parties.*] Quibus directò & principaliter præiudicatur non si per consequentiam, quod glo. admonet. d. l. de vno quoque, vbi Imol. Paul. Alex. Hippol. Mars. quanquam & cùm per consequentiam alieno iudicato cuiquam præiudicium fit, possit appellari, l. sententia. D. de appel. Vsus tamen fori tum oppositiones potius vsurpat; Sed & si appellatum est, appellationem in oppositionem Rescripto, aut iudicantium Sententiis conuerti assuetum; in cuius oppositionis causis, quiduis potius causabitur opponés, quam nullitatem iudicati ex eo quod vocatus non fit, cum vocari non debuerit: quod Doct. agitant. l. decem stipulatus. D. de verb. oblig. Proinde hoc quoque scito, qui tali iudicato intercedat actoris partibus fungi, veluti etiam cum edicto publicè vocatis quorum interest, aliquis non nominatim perstrictus vltrò se opponit, tùm enim actor & ipse est, *& tel se doit dire en reiglãt les qualitez* ex sententia Innoc. c. cùm inter priorem. ext. de except. Vbi & Panor. Bart. l. de pupillo. §. seruo. D. de op. no. nunt. Alex. cons. 84. Vol. 3. Soz. cons. 282. Vol. 2.

[d] *En principal.*] Hæc vox inconsideratè addita priscæ controuersiæ fauet, quæ Iurisconsultos exercuit, an in interlocutoriis ferendis partes vocari necesse esset, quod quidam negarant. Bart. l. si prius. D. de op. no. nunt. Imol. Io. And. Pan. c. auditis & c. querelam ext. de procur. Magis probanda sententia quam forum retinuit, Quotiescunque cuiquam præiudicium fit, siue in principali, siue incidenti quæstione, toties eum vocandum, de quo latè Ias. d. l. si prius Lud. Rom. in rub. de arbit. Hip. d. l. de vnoquoque Mar. Socinus. d. rub. de dilat. ext.

[e] *Si les parties ne sont presentes.*] Aliter iudicatum, inquit, Iurisconf. nisi inter præsentes tenet. d. l. de vnoquoque.

[f] *Ou Procureurs.*] Addenda fuit tertia vulgatæ partitionis particula, aut partes contumaciter absint. l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudic. auth. vt spons. largit. §. ad hæc. col. 9. & nota res est.

Article IX.

Art. VIII. Noval Cons.

TOVS [a] domiciliaires & [b] eſtagers [c] peuuent eſtre conuenus pardeuant le Iuge [d] de leur demeurance. Et eſt leur Iuge [e] competant, pour raiſon des [f] crimes [g] & contracts, & en [h] toutes actions perſonnelles : [i] dont la cognoiſſance appartient audit Iuge, [k] ſi le conuenu & adiourné n'eſt perſonne priuilegiee.

OMnes [a] domiciliarij ſeu qui Dominum habent, & [b] ſtagiarij ſeu vaſſalli qui habent domum in feudo ſui Domini, in qua manent, [c] poſſunt conueniri coram Iudice [d] ſui domicilij. Et eſt Iudex [e] competens pro [f] delictis & [g] contractibus in [h] omnibus actionibus perſonalibus: [i] ex quibus cognitio ad prædictum Iudicem attinet; [k] Si is qui conuenitur aut libello citatur, non ſit perſona priuilegiaria.

Nota I.

1 *Domicilij forum ad omnes conuentiones.*
2 *Domicilium conſtitutum, aut legale.*
3 *Originis domicilium non eſt in vſu.*
4 *Signa domicilij conſtituti, aut non, &c.*
5 *Domicilium reuocatum, & alibi de nouo conſtitutum.* Rendre ſon denier à la parroiſſe. *ibid.*
6 *Legale domicilium quid.*
7 *Magiſtratus cauſa domicilium.*
8 Eſtager *quis & vnde.*

[a] *Tous domiciliaires.*] Bonam hîc operam nauarunt
1 authores ſcribendi iuris patrij, cùm totam fori com-
petentis materiam, iudicantium diſcrimen, fineſque
poteſtatum paucis regulis incluſere, ſparſa in iure ci-
uili, ne de rebus diſceptantibus incerta eſſet iudican-
tis perſona. Sic igitur ſtatuunt, In contractibus & de-
lictis ſpectandus eſt domicilij Iudex, & in perſonali-
bus actionibus, quæ ex his oriuntur. Rectè traditur
domicilij forum generale eſſe ad omnes omnino con-
uentiones, & cum omni alio foro concurrere. c. vlti-
mo ext. de iud. Card. & Anchar. c. 1. ext. de rapt. &
Bald. ait domicilium potentiſſimam cauſam eſſe Iu-
riſdictionis paſſiuæ. l. vlt. C. ſi à non comp. iud. quare
C domicilij Iudicem ſolum dicunt ordinarium quo ad
afficiendam perſonam, quod maximè fit in delictis &
contractibus perſonalibus, vt ſcribitur Innoc. Butrius,
Card. c. vlt. ext. de for. comp. Quod ſi contractuum
aut delictorum locis interdum reperiatur tribui Iu-
riſdictionem, fit id contra iuris ordinarias Regulas,
& vtilitatis publicæ cauſa, & ſingulari quodam iure,
ne locis vbi admiſſa ſunt, exempla deſint, & præ-
ſumpto conſenſu contrahentium in contractibus,
2 quod Hoſt. notat c. vlt. ext. de for. cõp. In tam diffuſa
materia annotationes inſtituenti pauca de plurimis
adiicienda ſunt, ad indicandos locos & vſum fori:
D domicilium deſcribit Iuriſconſultus, l. eius §. 1. D. ad
municip. & l. ciues de Incol. C. lib. X. quo loco de
veteris alicuius Iuriſconſulti libris, verba excerpta le-
guntur elegantiora, quæ vt illorum temporum videri
poſſint, Diocletiani ſcilicet & Maximini: Eſt & alia
deſcriptio l. 2. C. vbi ſenat. vel clariſſ. Ac domici-
lium quidem in conſtitutum, & legale rectè Iuriſ-
conſulti partiuntur; quorum alterum conſilio, &
facto conſtituentis, alterum à lege conſtituitur, no-
ſtra quoque Conſuetudo aliquid de iure ciuili deli-
A bauit, ſed parum conuenienter ad vſum infr. Art.
447. & ſeq. 449. ſi ſimpliciter accipiatur. Nam ori- 3
ginis domicilium, quod & naturale vocant, nullo
in vſu fori eſt, ſi aliud vllum eſt, & fruſtra tot pa-
ginas occupat in libris Iuriſconſultorum de immu-
tabilitate eius, de concurſu cum aliis, de indicen-
dis muneribus, de facultate conueniendi, & tali-
bus, & iam ante notauit Iaſ. l. qui Romæ. D. de
uerb. obligat. Quare cùm domicilium dicimus ſim-
pliciter, de eo intelligimus, quod ſibi quiſque con-
ſtituit, & re & facto incolit. gloſ. c. ſtatutum. §. cùm
B verò, verb. vnam dietam, vbi Anchar. Dom. Franc.
de reſcript. in 6. locus fuſè apud Tiraquel. in re-
tractu §. 9. gloſ. 2. num. 21. & Rebuffum in Ordi-
nat. regiis. tit. de domicilij elect. in præfatione.
Signa domicilij conſtituti. d. l. eius & d. l. ciues con- 4
tinentur, & l. in lege. D. de verb. ſignif. vt vbi ſcili-
cet quiſquam, vxorem, liberos, tabulas, inſtrumen-
tum rei domeſticæ habeat, ibi domicilium conſti-
tuiſſe exiſtimandus ſit. Quamobrem qui figendi eius
animum non habent, ſed vſus, neceſſitas, aut ne-
gotiationis cauſa alicubi ſint, protinus à negotio
diſceſſuri, domicilium nullo temporis ſpatio conſti-
tuent, cùm neque animus ſine facto, neque factum
C ſine animo ad id ſufficiat. l. domicilium re & facto,
& l. non vtique. D. ad municip. Quare Sfortia captus
in Gallia, Zizimus Turca Romæ, Attilius Carha-
gine nullo tempore domicilium conſtituent. Sed & 5
quomodo conſtituitur, eodem & reuocatur: Ideó-
que ſi quis Larem transferre ſtatuerit, facto ani-
mum ſignificante domicilium transferet. Nec de ni-
hilo noſtratium ruſticorum mos manauit, vt cùm de
altera in alteram Paroëciam migrant, inter Sacra
publicè conſilium ſuum exponant, & imaginaria
quadam incolatus abdicatione denarium (vt lo-
quuntur) ſuum reddant. Quod cùm ſunt proteſta-
D ti, muneribus & focariis eius Paroëciæ, qua dece-
dunt, eximuntur, & alteri adſcribuntur, ſi re vera
& de facto (vt loquuntur) poſt denunciationem,
pœnates transferant, ante peræquationem quidem,
vt id addam, ὁδοῦ πάρεργον (auant le foaige aſſis) eius
anni. Nam poſt tranſiiſſe, ſine fraude videri nequit.
l. ſemper. §. hoc circa. D. de iur. immunit. l. 2. §. pe-
nult. D. de excuſ. tut. diſertè l. incola. vbi Bart. D.
ad municip. Sed & duobus locis haberi domicilium
poteſt, ſi vtrobique æquè paterfamilias inſtructus ſit,
qualia Perſarum Regibus hyeme in Ecbatanis, æſtate
Babilone

Babilone fuêre: Solomonis Hierosolymis, & æstate in Libani saltu; cuiusmodi & Lucullus habuit Romæ, qui cum Ciconiis certabat téporum & locorum opportunitate, quæ alterum atque alterum domicilium habent. Legale domicilium alterum lege constituitur, vt Sacerdoti in sacerdotij loco, aut Magistratui vbi Magistratum gerit, plura etiam si plures Magistratus aut Sacerdotia quisquam habeat, quod Canonistæ notant, c. ex ore ext. de priuileg. Abb. & Fely. c. postulasti ext. de for. comp. Sed cùm tale est, limitatæ causæ limitatum etiam habent effectum ad ea dumtaxat, quæ Sacerdotium aut Magistratum spectant: Nam ceteræ actiones ad constitutum & ordinarium domicilium pertinent, quod Abbas notat. d. c. postulasti. Bald. l. senatores. C. vbi senat. vel clariss. Innoc. Anton. Abb. c. vltim. ext. de eo qui mittit in pos. caus. rei seruand. Tale domicilium est & Monachis, & Præfectis sacrorum & Prælatis, qui assidui esse iubentur obsequiis functionum, si modo litigiosæ non sint; Nam si tales sint, nemo residere in his tenetur, vnde nec citationes illis locis factæ valent, quod rectè Lud. Rom. scribit Consil. 347. per clem. causam de elect. Nec probanda Rotæ sententia, quæ diuersum sentit. Decis. 82. Incip. in causa beneficiali, in nouis. Sed & Regiis Magistratibus tale domicilium est, quales fuêre qui nuper semestres erant, & vxores, liberos, suppellectilem, totúmque domesticum instrumentum ruri habebant, in vrbem subinde remeantes cùm Magistratus euocabat, sicuti olim veteres Romani Cincinati temporibus. Quod etiam in Magistratu perpetuo potest accidere, si alibi domicilium habeat, & se totum ibi collocet excepta Magistratus necessitate; quale est quod de primo Præsidente Burdegalensi in Petrocoriis domicilium habente tradit Boër. Decis. 11. & d. l. senatores C. vbi senat. vel clariss. Hæc pluribus in Comment.

8 [b] *Estagers.*] Hi sunt, qui domum intra cuiusquam territorij fines habent, tametsi in ea domicilium non habent; Nam vox hæc à statione deducitur, vetus Consuetudo verbo etiam (*mansionniers*) vtebatur, qui iidem cum domiciliariis erant. Namque sola domus possessio, id est (*le seul estage*) in personalibus forum non tribuit. l. libertus. §. sola domus. & §. sola ratio. D. ad municip. l. cùm neque Cod. de Incol. lib. XI. & inf. art. 50. quia nota est Sententia; personales actiones fundum non sequi. l. 1. §. heres. D. ad Treb. l. æris. C. de donat.

[c] *Peuuent.*] Imo & debent, ita vt alio loco nequeant intendi.

[d] *De leur demeurance.*] Domicilij.

NOTA 2.

1 *Cognitio eiusdem iudicis de actionib. personalib. & delictis.*
2 *Domicilium intelligendum, quod qui habet eo tempore, quo conuenitur.*
3 *Iudex domicilij in omnib. contractib. & rescissionib. & num. 4.*
5 *Idem de mixtis actionib. &c. & de arreragiis.*
6 *Exempti, & exempla singularium cognitionum.*

[e] *Competant.*] Magis apposite dixisset (*ordinaire*) nam cùm hîc de domicilio ordinario agat, de ordinaria etiam iurisdictione tribuenda agitur: Nam competentia potest etiam per accidens congruere, ratione scilicet delicti aut prorogationis, quod art. 11. infra indicat, & tradunt. Abb. Barbat. Fely. vers. circa forum. c. vlt. ext. de for. compet. Abb. Zab. Mar. Soz. c. proposuisti eod. tit.

Argentr. Cons. in Brit.

[f] *Crimes.*] Quorum ratio, quod ad cognitionem attinet, eadem est cum personalibus actionibus. l. 2. Cod. vbi de crimin. ag. oport. l. præses, & l. congruit. D. de off. præsid. §. hæc considerantes. auth. vt omnes obediant. Iudicib. prouinc. col. 5. & §. cùm verò auth. vt nul. iud. col. 9. Cano. c. vlt. ext. de for. comp. Nam & crimina inter contractus, quodam respectu reponunt, & semper exequant in cognitionibus tribuendis, ex l. heres absens §. vers. is debebit. vbi Bart. Bald. Ang. Cast. Alber. & tota turba. D. de iud. Porro cùm hîc domicilium dicimus, de eo intelligitur, quod quis habet eo tempore quo conuenitur, etiam si aliud habuit delicti tempore, quod Panorm. notat d. c. proposuisti, & d. c. vlt. & Iurisconsulti l. cùm quædam puella. D. de Iurisdict. omnium iud. nisi lis in priore sit contestata, quod Alex. & alij notant. d. l. cùm quædam. Spec. tit. de comp. iud. adit. §. 1. vers. quid si debitor, Innoc. Ant. Card. Zab. Panor. Fely. d. c. proposuisti. 1 2

[g] *Et contracts.*] Pro omni materia accipiendum, ex qua personalis obligatio oritur, glos. Host. Butrius, Panor. Card. Fely. d. c. vlt. ext. de for. comp. glos. l. 2. verbo, contractu. Cod. de Iurisdict. omnium iudic. 3

Idemque in distractibus & rescissionibus contractuum existima; locus est apud Tiraq. in retract. lignag. §. 8. glos. 5. in princip. & in legib. connub. glos. 5. num. 8. Rebuffus variat, vt & Iurisconsulti complures, tit. de restit. glos. 1. art. 1. in Ordinat. Papo tit. de Iurisdiction. lib. 7. arr. 22. Tu ne hæreas, Rescissio merè personalis est, nec refert, quod subiectum consensus habeat siue mobile siue immobile, si personalis obligatio producta est, & ex consensu causa proxima obligationis nata est. Nam realium alia ratio est.

[h] *Toutes actions personnelles.*] Hæc vniuersalis oratio ad omnes omnino actiones personales porrigitur. Quare non est, quod quisquam singulares quorumdam sententias consectetur, qui putant consideratione rei scilicet soli, & obligationis quæ personalis est, vtrobique posse personales intentari, siue in domicilio, quod personam afficit, siue in loco rei sitæ, quod glosa mouit. l. forma censuali. §. agri. D. de censib. Spec. tit. de citat. §. 2. vers. nota quod si actio. Bart. Ang. Fulgos. Cast. l. vlt. Cod. vbi in rem act. fusiùs Fely. c. dilectus. 2. verb. computantur ext. de rescript. fusissimè Tiraq. in retract. d. §. 8. verbo, *le Iuge*, num. 7. Sed tu abscisse hanc consuetudinem specta. 4

De mixtis posset videri ratio alia, quia cùm in personas competant & tamen res sequantur, iudicari posset, mixta consideratione vtrique Iudici cognitionem competere ex sententia Bart. Imol. Ias. l. titiæ textores. D. legat. j. Sed nos Art. seq. magis conuenienti loco dicemus. Magis dubium de his, in quibus actione quidem personali agitur, sed instrumentum concludendi quod medium vocant, est reale & abs re sumitur, veluti cùm fructus petuntur fundi, addita causa petendi quia fundus sit petentis proprius, aut cùm reliquiæ petuntur fundiarij reditus, quarum dies cessit. Singularis ista consideratio est, & rectè iudicant quidam titulum potius actionis, quàm subiectum & materiam respiciendam, quod Molinæus sensit, tit. de feud. §. 31. vers. quod etiam Practici, cùm ait Præfectos Requestarum Palatij, qui de personalibus tantum & possessoriis iudicant, de personalibus posse cognoscere, etiam si cõtrouersia deducatur de iure feudi ad iustificationẽ debiti personalis; 5 *Art. 9. N. C.*

Addit ita se vidisse iudicari à septemdecim annis. Idem Gallus tradit in Stylo. Parlam. Art. 41. & rursum Aresto 52. Tiraq. in Retract. §.32. glos. 1. num. 80. 81. Imber. lib. 1. Instit. c. 28.

[i] *Dont la cognoissance.*] Id est secundum suæ auctoritatis modum l. officium. § officium. D. de re milit. l. diuus 2. D. de custod. reor §. audient. & §. iudicare auth. de defens. ciuit. Neque enim omnes Iudices de omnibus causis cognoscunt.

6 [k] *Si le conuenu.*] Tales erant nuper Clerici, quibus Ordinatione Caroli IX. abrogatum est priuilegium, B addita tamen exceptione Molinensi. Tales Priuilegio exempti, vt qui Conseruatores Priuilegiorum habent, *ou gardes gardiennes, ou leurs causes commises à certain Iuge, auec interdiction à l'ordinaire.* tametsi de exemptis Ord. Aurelianens. statuit. in delictis quidem, art. 11. & Concilium Tridentinum. Exempla singularum cognitionum crebra sunt, vt silentiariorum, l. penult. C. de silent. lib. XII. fabricensium. l. 2. C. de fabric. lib. XI. l. viros. C. de palat. sacrar. largit. cubicu- A lariorum. l. cubicularios. C. de præpos. sac. cubic. lib. XII. & omnium qui sub Magistro Officiorum conueniuntur, cuiusmodi nunc est, *le Preuost de l'hostel*. Quod ita accipiendum, si appareant vadimonio, & priuilegium opponant. Nam in Clericis vulgatam Canonistarum sententiam vsus non recepit, qui contra putant: qua de re extant iudicia Iurisconsultorum l. 2. D. si quis in ius vocat. non ier. Io. And. Host. Imol. c. ex parte ext. de verb. signif. De exemptis statuit Pontifex. c. cùm personæ de priuileg. in 6. Innoc. c. cum venerabili. ext. decensib. & reg. scienti de reg. iur. in 6. nisi notoria sit exemptio & in corpore iuris clausa. Fely. c. vlt. ext. de for. comp. Bald. l. generaliter C. de Episc. & cler. Quo iure & nos vtimur in his (*qui ont priuilege de menee*) neque enim in his incompetentia elidit, sed Priuilegium interim inhibet actum Iurisdictionis, quæ in habitu est, quod vulgò notant d. l. 2. & Bald. & Ang. l. quidam consulebant. D. de re iud.

ARTICLE X.

ART. IX. NOVÆ CONS.

ET [a] quant aux heritages [b] & choses immeubles, [c] le Seigneur [d] ou son Iuge est Iuge competant [e] en toutes les terres [f] & heritages, [g] qui sont en son distroict & Iurisdiction.

ET [a] quantum ad prædia [b] & res immobiles spectat, [c] Dominus [d] aut eius Iudex est Iudex competens [e] in omnibus fundis [f] & possessionibus, [g] quæ iurisdictioni suæ submittuntur.

NOTA 1.

1 *Quis sit iudex de immobilib. agit artic. & actione reali.*
2 *Res immobilis locus, & situs spectandus.*
3 *Feudi & iurisdictionis differentia.*

[a] *Et quant aux heritages.*] Articulus superior de contractibus, obligationibus personalibus, & delictis statuit: Nunc de rebus soli agendum, in quo rem sententiis Iurisconsultorum variam & controuersam 1 componi è republica fuit. Quidam domicilium, quidam rei sitæ locum spectant; sunt qui liberum vtrumque faciant, quorum sententias congerit Tiraq. d. §. 8. glos. 5. num. 9. è l. vlt. C. vbi in rem act. & c. vlt. ext. de Iud. id dissidium simplici pronunciato placari vtile fuit, vt omnimodo rei suæ locus spectetur, quando res potius quàm persona in realibus conuenitur, quod Iurisc. dixit l. locum. §. si alter fundus. D. fin. regund. l. qui aliena. §. vlt. D. de negot. gest. l. denique. D. de iur. fis. facit etiam pro hac sententia, quod è locis rei sitæ facilius probationis instrumentum comparatur, quod lex considerauit l. vlt. Cod. vbi de ratiocin. tàm public. quàm priuat. ag. oport. l. vnica D. quand. imper. inter pup. & vid. & glos. pragmat. §. statuit tit. de caus. Quare, quod Doctores vbique in cognitionibus domicilij forum cum cæteris adiungunt, & supplent vbi non est expressum rectè hic negat faciendum Hosti. in Summa, extra de for. comp. & ante diximus personales fundum non sequi, sic nec reales personam. Eadem de mixtis interdictis, hypothecariis statuenda ex sententia Panorm. & alio- C rum d. c. vlt. Ang. Cast. Fulgos. d. l. vlt. Cod. vbi in rem. act. & Tiraq. quo loco supra citauimus, & ibi etiam de condictione ex moribus ad Retractum tractat, ex sententia Parisiensis Curiæ.

[b] *Et choses immeubles.*] Quid hac voce comprehendi possit, nihil vberius dici potest loco, qui est apud Tiraq. tit. de retract. glos. 1. §. 7.

[c] *Le Seigneur.*] Hæc vox cùm sit correlatiua ad vassallum, ac respectu eius prædicetur de rebus vassalitiis, non aptè hic posita est, cùm hæc dispositio ad materiam subiectúmque feudale restringi non D debeat, sed ad omnes omnino res soli, quæ intra fines cuiusquam territorij sitæ sint, porrigatur, in quibus Iurisdictio exerceri potest etiam separata & abstracta à feudo, quæ incogitantia ferè perpetua est Reformatoribus, atque adeo veteribus, qui discrimen inter feudum & Iurisdictionem non aduertunt, siue rarum est in Britannia feudum sine Iurisdictione reperire, quod Molin. excutit. §. 1. tit. de feud. glos. 5. in Consuet. Parisiens. & è veteribus plerique. 2

NOTA 2.

E

1 *Dominus per se potest iudicare, vt suus iudex.*
2 Destroict *quid.*

[d] *Ou son Iuge.*] Hæc alternatiua sæpè reperitur vt Art. 16. 31. 37. 48. quo magis mirum sit aliter aliquando esse iudicatum, & ideo improbatum Domini cuiusquam iudicatum, quia per se iudicasset, cùm non nisi vicaria sit Iudicis constituti opera, qui aliena vice fungitur, quam Dominus per se præstare aut nequeat, 1

nequeat, aut nolit, & vulgatum est illud, Propter vnumquódque tale & illud magis: Locus hic traditur apud Iacob. de. Sanc. Georg. tractat. de feud. verbo vicariúsque perpetuus.

[e] *En toutes les terres.*] In materia dumtaxat reali, & cum vendicationes intenduntur, non si obligatio personalis interuenit etiam de re soli, quod sæpius repetendum est, & Art. superiori diximus spectandum titulum actionis ad cognitionem tribuendam, non subiectum, de quo controuertitur.

[f] *Et heritages.*] De cognitionibus in mobilibus diximus supra Art.3. & loci sunt d. l.vlt. C. vbi in rem act. apud Boër. decis.218.

[g] *Qui sont en son distroit & iurisdiction.*] Hæ voces non

2 solùm ad feudales res soli, sed & alias quaslibet, quæ iurisdictioni summitti possunt, protenduntur. Quod A si plures sunt, quæ eodem iure petuntur, omnes Domini adeundi sunt, quod Tiraq. notat, d. §.8. num.16. Sed succurri in foro solet Rescripto Regio, cùm id occurrit, vt de his rebus ad eundem Iudicem eatur. In reliquum quæ vis sit vocis districtis, fusè Fely. tractat c. Rodolphus ext. de rescript. Nouitia vox pro territorio surrepsit, & commentitia est definitio Bald. c. licet causam ext. de probat. nec melior Ang. cons. 77. quamquam cõfidenter à nullo, ait, se vidisse benè disfinitum. Petenda verbi potestas è l. pupillus. §. territorium D. de verb. signif. Ergo distributa cognitionum potestate si quid aliter fit, Dominus remissionem rectè petit ad suum Tribunal, quomodo Imbert. scribit lib. 1. instit. c.22. quamquam non recepto per omnia nostris Tribunalibus vsu. Molin. §. 2. glos. 3. num.11. tit. de feud. in Consuet. Paris.

ARTICLE XI.

ET [a] est [b] permis [c] à toutes personnes se [d] soubsmettre [e] à la Iurisdiction [f] du Iuge au dedans du distroit, duquel ne sont demeurans [g] ne iusticiables, [h] par prorogation & [i] submission [k] expresse : en vertu de laquelle ledit Iuge [l] est fait & censé leur Iuge competant. Art XI. Novæ Cons.

[a] ET [b] licet [c] omnibus se [d] submitti [e] iurisdictioni [f] Judicis intra districtum seu Territorium, in quo nec domicilium habent, [g] nec forum agnoscant [h] per prorogationem & [i] submissionem [k] expressam : per quam prædictus Judex [l] fit & æstimatur eis Judex competens.

NOTA I.

1 *Art. descriptus ex l.1. D. de iudic.*
2 *Qui prorogare non possunt.*
3 *Prorogationis & submißionis nulla differentia.*
4 *Qualis sit iurisdictio, in quam fit prorogatio.*

1 [a] *Et est permis.*] Frequens est nostra, nec fine causa, querela; cur Sententias de iure notissimas, in Ius nostrum patrium Reformatores transtulerint: Nunc cum nil notius sit l.1. de iud. D. de qua penè ad verbum hic Articulus decerptus est, & talibus, frustra hæc consumitur opera.

Obuij apud Iurisconsultos loci de prorogatione Iurisdictionum, d. l.1. & 2. l. est receptum & l. si conuenerit D. de iuris. omnium iud. l. inter conuenientes D. ad municip. Canonistæ frequentissimi c. pastoralis & glos. ext. de off. deleg. & c. cum olim eod. tit. c. statutum. §. in nullo. de rescript. in 6. Nos in tanta turba id tantum attingemus, quod vsus poscit, & tribunalia experimentis comprobauêre.

[b] *Il est permis.*] Non igitur quisquam prohibere posset, quantumlibet cognitioni suæ & sportulis causificans præiudicium adferri, quod Io. Fab. l.1. Cod. de off. Præf. vrb. putarat, & vulgò Iurisconsulti inquirunt. l.1. §. & post operis D. de op. no. nunt. & l. 2. D. de iudic. Canonist. d. c. p. & g. Sed & aliquid simile Aresto colligit Papo lib. 5. tit.8. art. 5. Sed nec quisquam cogitur, non magis quam compromittere, quin & coactio cõsensum excludit ex d. l.2. nisi quod inter consanguineos de re patria dissidentes, Molinensis articulus 83. nuper aliter statuit. & art. 566. N. C.

2 [c] *A toutes personnes.*] Restringe ad habiles ad con- A tractus & iudicia, exclude filiumfam. seruum, mulierem maritam, monachum, minorem, Procuratorem, Syndicum, & tales, de quibus Iurisconsulti d. l.1. Can. d. c. p. & g. nisi procurator speciale mandatum habeat, Alb. d. l.1. adde laïcum in Iudicem Ecclesiasticum vt Ord. 1539. ait, vt è contra, excipe & Clericum in non suum Episcopum c. significasti. ext. de for. comp. glos. c. Inter dilectos ext. de donat. Panor. c. cum tempore. ext. de arbit. & exemptum sine consensu Papæ d. c. cum tempore. Felyn. d. c. p. & g.

Argentr. Cons. in Brit.

[d] *Soubsmettre.*] Tex. d. l. 1. verbo hoc eodem subiiciendi vsus est; veteres nostri Pragmatici aliquid interesse putabant inter summissionem & prorogationem, falsò, nec temerè prorogandi verbo hoc quidem in sensu Iurisconsulti vtuntur. Proinde nihil interesse inter summissionem & prorogationem iam olim sensêre Bald. l. si per errorem in prima lectura D. de iuris. om. iud. & iterum d. l. si conuenerit Alb. & Iason l. est receptum eod. tit. Barbat. d. c. p. & g. Franci ad tribuendam Iurisdictionem summissionis dumtaxat voce vtuntur. Ord. Franc. I. Regis. tit. *des Baillifs*, art.14. 3

C [e] *A la Iurisdiction.*] Iurisdictionem ergo subsistere oportet in persona eius, cuius cognitio prorogatur. Cæterum satis fuerit, & si habitu tantum subsistat, quanquam actus in præsens desit, quod Doctores agitant. d. l. si conuenerit, si modo tempore cognitionis habeat, Alb. l. priuatorum. C. de iuris. omnium iud. Fulgos. l.1. C. vbi de crim. ag. oport. Panor. & Barbat. d. c. p. & g. Idem etiam si sub conditione tantum habeat, Ang. cons.162. aut de ea dubitetur, Barbat. d. c. p. & g. nu.112. & 116. Sed tamen cùm Iurisdictionem dicimus, intelligimus similem ei quę prorogatur. Quare

de criminali causa in Iudicem ciuilem non prorogabitur, nec è contra quod Bart. Bald. Salyc. Cy. Ias. Ang. notant. l. testamenta. C. de testam. Canonistæ d. c. p. & g. Nec Ecclesiastici de causa prophana, nec soli aut reali Ord. Francis. I. anno 1539. art. 2. Boërij locus decis. 69. quanquam Canonistæ pro se repugnãt, sed frustrà, Abb. & Fely. c. si clericus. ext. de for. comp. Nec laïci Iudicis in spiritualibus, c. lator. ext. qui fil. sint legit. Ant. Abb. Imol. Fely. c. Ecclesia ext. de constit. Nec eius cui vna tãtum species cognitionis tribuitur. Ang. d. l. 1. & Ias. d. l. si per errorem. Barbat. d. c. p. & g. Bald. & Fulgos. l. repetita. C. de Epis. & cler. & l. illud. C. de sacros. Eccles. & cæteri. d. l. testamenta.

NOTA 2.

1 *Qualis iudex debeat esse in prorogatione.*
2 *In arbitrum non fit prorogatio & alios qui, &c.*
3 *In materia personali prorogatio vsitatissima.*
4 *Prorogatio quid sit.*

1 [f] *Du Iuge.*] Iudicem esse oportet atque adeo, quod supra diximus similem iurisdictionem habere d. l. priuatorum, & c. significasti. ext. de for. comp. l. 2. C. vbi caus. fiscal. Bald. l. 1. C. de pedan. Iudicib. Barb. & Panorm. d. c. p. & g. Et vero de Iudice ordinario intellige Iurisdictionem contentiosam habente, vt regulariter cùm Iudicis fit mentio. glo. d. l. 1. verbo, consentiant. D. de iud. Io. And. d. c. significasti, siue tribunal habeat, siue nullum, siue voluntariam tantùm, quod vulgò glos. & Doct. notant d. l. 1. & Cano. d. c. p. & g. Sed & Delegati quoque potestas prorogationem admittit. quod. d. glos. & omnes notant d. l. 1. Multo magis Delegati ad vniuersitatem causarum Panor. Barb. d. c. p. & g.

2 Nec tamen arbitrorum, qui notionem dumtaxat habent, non etiam Iurisdictionem, eámque inter consentientes tantùm, vt ait Bald. l. ex compromisso. q. 7. D. de arbit. Fely. & Barbat. & recentiores d. c. p. & g. Nec officialium qui ad certas causas deputati sunt, ad alias præter commissas, quales sunt Præpositi mercatorum, qui nuper sese Consules Ciuitatum appellauêre, qui olim defensores Ciuitatum fuêre, quod Abb. Imol. Fely. Barbat. sentiunt. d. c. p. & g. Nec

3 Præpositi Marescallorum. Notariorum vsitatissima est prorogatio, in materia personali quidem & mobili: Nam de rebus soli, quo antehac iure vsi sumus, prorogari nequibat, nec instrumenta aut cautiones de talibus perscribi, nisi ab his quorum id territorium esset, vbi res sita esset, & cauetur Ord. Francisci I. 1536. art. 108. addita etiam nullitatis pœna, quanquam audio nuper contra iudicatum, ac tùm demùm contractus tales nullos dici debere, cùm Dominus Feudi prosequitur, in reliquum quo ad alios iuris non idem esse. Notat quidpiam ea de re Fely. c. cum P. tabellio. ext. de fid. instrum. Sed nec Notarij Apostolici, aut Episcopalis de re soli, aut inter laïcos prorogatio admitteretur, & citãtur veteres ea de re Sanctiones Regum ab Boër. decis. 242. & iterum 114. & extat apud nos Ord. Franc. I. anno 1536. art. 110. & res est notæ obseruationis.

[g] *Iusticiables.*] Id est, obnoxij respectu aut domicilij, aut delicti.

4 [h] *Par prorogation.*] Prorogationem volunt esse consensum in Iudicem ab litigantibus, qui alioqui prorogantium Iudex non sit, & tamen non sine Iurisdictione sit, in alios quidem quoslibet, vt volunt Iurisconsulti, d. l. 1. D. de iud. Io. Fab. l. si quis ex consensu. C. de Epis. aud.

A [i] *Et submission.*] Quid inter has voces intersit, diximus supra verbo, *soubsmettre.*

NOTA 3.

1 *Tacito etiam ascensione fit prorogatio.*
2 *Non admittitur pœnitentia prorogata iurisdictione.*
3 *Causa appellationis non prorogatur.*
4 *Per prorogationem præiudicium fit domino iurisdictionis.*

[k] *Expresse.*] Putant Io. And. & Anch. c. statutum. § in nullo. de rescrip. in 6. quoties statutum quidquam expressum requirat, toties tacitum non sufficere, qua de re nimium multa multus vbique Tiraq. in legib. connub. lege. 16. glos. 7. verbo, *expres*, num. 7. Sed tamen subiecta materia hîc aliter suadet, & è fori vsu interpretatio petenda, nec quod hic verbo, *expres*, vsa est Consuetudo, putanda est restringendi, aut limitandi causa dixisse, sed frequentioris vsus dumtaxat, adde & frequens incogitantiæ vitium Reformatoribus fuisse, ne semper apta enunciatione vterentur. Quare idem tacitus quoque consensus poterit, cùm consensum multomagis res ipsa & actus demonstret, quàm verba, quod Rota dixit hoc ipso in argumento prorogationis Decis. 380. incip. si Iudex delegatus, in nouis. Siue igitur pacto, siue stipulatione, siue contractu fiat, expressa prorogatio est. d. l. si qui ex consensu, & d. l. si conuenerit, siue tacita ascensione. cùm scilicet proceditur apud non suum Iudicem, nec exceptio incompetentiæ ab sciente & prudente opponitur, quod Iurisconsulti notant, d. l. 1. & l. 2. D. si quis in ius vocat. non ier. alij. l. quidam consulebant. D. de re iud. Canonist. c. cùm inter monasterium. ext. de re iud. nec recipimus Innocentij sententiam. c. cùm olim. ext. de off. deleg. qui diuersum quiddam loquitur. Sed & illud è tribunalibus aduertendum prorogata Iurisdictionem siue tacitè siue expressè, non admitti pœnitentiam, de qua in d. l. si conuenerit, quominus Iudex semel cognitionem exorsus peragat, quod & Consuetudo nostra expressè statuit, art. 48. & 50. infrà. & l. si quis in conscribendo. C. de pact. cauerat; Multominus regredi licuerit, si prorogatio in contractu est apposita, veluti deducta in commercij partem, quod grandi ratione Alex. Ang. Alb. Raph. Fulgos. Cast. Ias. notant d. l. si conuenerit. Roman. singul. 144. & apud suos Delphinates obseruari vsu scribit Guido Papæ. Decis. 77.

[l] *Est fait & censé.*] Est & hoc quoque incogitantiæ, quod verbo essentiæ, *est*, verbum fingendi *censé*, Reformatores adiecêre. Iudici autem Iurisdictionem tribui intellige in causa prorogata, si quidem talis est quæ prorogari possit, qua de re longus est tractatus, & extra notas. Sed tamen quod frequentissimum & vsu valdè necessarium est dicendum, Causam appellationis prorogari non posse, nec alium de ea iudicare posse, quam qui legibus & more gentis iudicare debeat, quod Bart. ait. d. l. 2. D. de iud. Fely. d. c. p. & g. glos. pragmat. sanctionis notauit. tit. de caus. §. statuit. Sed & id quoque intelligendum, prorogationem in contractu factam, vim suam porrigere ad contrahentes, heredésve eorum, aut vxores, quæ iure ex contractu quæsito vtuntur. Neque aliter possunt quam mutua obligatione & lege contractus, si quidem communioni maritali participant, siue contractu, siue statutaria dispositione actiuè & passiuè. Postremo quamquam peruulgata est sententia penè omnium, prorogatione patrono, id est, Domino Iurisdictionis non præiudicari, quominus subditos suos ad suam cognitionem reuocet, quod notant. l. 1. §. & post operis. D. de op.

de op.no.nunt.Imb.l.1.c.22.Iacob.de Sancto Georgio A libello de feudis, ſuper verbo, dictíque vaſſalli pro dictis rebus; tamen induci non poſſum, vt obtinere ſententiam putem, quando prorogatio in contractu apponitur, cùm quælibet clauſula mutuum & reciprocum reſpectum & implicitam relationem habeat, ſitque in conueniendi facilitate perſæpè præcipua contrahentium conſideratio, qua de re ſuum partibus conſenſum ſeruari multum omnino interſit earum, nec eludi contrahentium leges oporteat interpoſita domini perſona & redempto effugio, prætextu iuriſdictionalis emolumenti, frigidæ nec ſatis probabilis cauſæ, quæ conſenſu partium opponatur, & contractum ſubruat caliditate artificij. Quare probo areſtum Burdegalenſe coactis Claſſibus latum, cuius meminit Boër. Deciſ. 114. nec admitto remitti litigantes ad alium Iudicem quamuis patronum, ſi ſibi illi cauerint, & in contractum Iudicis quoque delectum deduxerint: Nam ſimplici proceſſu in lite, vt loquuntur, aliud fortaſſe videri poſſet.

ARTICLE XII.

ET[a] auſſi vn delinquant[b] non domiciliaire,[c] eſt iuſticiable du Iuge où diſtroict[d] & territoire duquel il a commis le delict,[e] pour raiſon d'iceluy delict,[f] s'il eſt apprehendé audit lieu,[g] ou pourſuiuy promptement, qu'on appelle, chaude pourſuitte:[h] au cas que le iuge eſt capable de la cognoiſſance du delict. Et où il ne ſeroit dict capable, doit intimer la iuſtice du ſeigneur ſuſerain, qui le doit, & eſt tenu prendre, pour le iuſticer, & corriger, ſelon la qualité du delict, s'il n'eſtoit clerc, qui doit eſtre rendu au Iuge d'Egliſe. ART. XI. NOVÆ CONSVET.

ET[a] etiam delinquens ſeu noxius[b] non domiciliarius ſortitur[c] forum Judicis diſtricti[d] & Territorij, in quo crimen commiſit,[e] pro eo duntaxat crimine, quod eodem loco admiſſum ſit,[f] ſi re ipſa apprehenſus,[g] aut ſtatim perſequatur in fuga:[h] modo Judex ſit capax cognitionis delicti. Et vbi non eſſet capax, debet intimare ſeu denuntiare Juſtitiæ Domini ſuperioris, quæ prehendere debet accuſatum, vt in eum animaduertat corripiátque, prout qualitas delicti requirit: niſi eſſet Clericus, qui debet remitti Judici Eccleſiaſtico.

NOTA I.

1 *Locus delicti tribuit iuriſdictionem art.35. Molin.ed. Et hac in re ordin.inſtabilitas, ibidem.*
2 *Et bona delinquentis ſubijciuntur iudici delicti.*
3 *Ciuiliter agendo de crimine ad iudicem domicilij &c.*

[a] *Et auſſi vn delinquant.*] Congruit Ar.40. & 47. infrà. Mira eſt hac de re æui huius inconſtantia: Cùm ante annum has notas inſtituiſſem, paulum modo progreſſus, ter mutare coactus ſum non iudicio, ſed inſtabilitate temporum, cùm aliæ ſuper alias Sanctiones ſub-
1 inde ingererentur. Veteri quidem Conſuetudinario Iure de delictis, primaria cognitio Iudicis domicilij fuit, quod Art.9. ſuprà ſtatuit, Exceptum cùm delinquens eo loco captus & deprehēſus erat vbi delictum admiſerat. Edita eſt ab Rege Carolo IX. Sanctio ann. 1564. quæ, Ar.19. Iudici delicti Iuriſdictionem de delicto ita tribuit, vt domiciliario abdicet, ſed ita demum ſi in loco delicti ſit deprehēſus noxius. Poſtremo Ordin. Molin. Art.35. præfractè & in totum Iudici delicti attributa, addita etiam neceſſitate Iudici domiciliario remittendi ad delicti locum, quare 9. ille Ar. hic ipſe, & ſequentes duo, pene ex toto ſublati, ſi quidem ille Molinenſis obtineat, De quo mirum eſt, cum promulgaretur tam euidenti Conſuetudinis offenſa, non eſſe ad Regē relatum *c'eſtoit matiere de remonſtrances.* Quid deinde futurum ſit, non libet augurari, niſi quod tam crebra legum mutatione, res per ſe loquitur, quid proficiatur, cum veteres dediſcuntur & obſoleſcunt, nouæ irridentur, tum facili auſu quam nos antiquas cōtempſimus. Congruit huic diſpoſitioni l. 1. & 2. &
B auth. qua in prouincia. C. vbi de crim.ag. oport. & §. ſi quis verò compræhenſorum. auth. vt nul. iud. col. 9. l. ſolent & l. non dubium. D. de cuſt. reor. l.1. & 2. C. vbi ſenat. vel clariſſ. l.vl. D. de accu. l.4. D. de off. præſid. c. poſtulaſti ext. de for. comp. c.1. ext. de rapt. c.1. & 23. q.6.

[b] *Non domiciliaire.*] Nam ſi domicilium concurreret, planè nihil erat veteri iure quod ambigeretur, ex regula Ar. 9. ſup. nunc ſi Molinenſis articulus obtinet, in totum Iudicis delicti cognitio eſt, ſi præſupponimus Principem Conſuetudinem tollere aut voluiſſe aut potuiſſe, ídque non nominatim perſtricto gentis more, quod vulgò negant.

[c] *Eſt iuſticiable.*] Quod ad coërcendam mulctandámque delinquentis perſonam, de qua ſi quid eſt conſtitutum, damnatus iudicatum facere per ordinarios terū 2
C ſitarum cogitur. Ord. *de Chaſteaubriant* 1565. Art. 4. Quod cùm eſt conſtitutum, eluditur illa quæſtio; an iudici delicti ſubiecta per hoc ſtatutum perſona, ſubiici bona quoque intelligantur, de qua Anchar. q.1. & Panor. c. poſtulaſti & c.vlt. ext. de for. comp. l. omnes. §. verùm ſi apparitor. C. de Epi. & Cler. Porro ſubijci delinquentes Iudicibus delicti intellige, etiam ſi Magiſtratus ſint, ex ſententia Anchar. & Panor. d. c. poſtulaſti, & de Metropolitanis delinquentibus in Diœceſi ſuffraganei, latè An. c.1. ex. de rapt. Pano. c. dilecto ext. de teſt. Adde & exemptos, quod Card. Aufr. & cæteri notant. clem. 1. de off. ord. Fely. c.vl. ex. de for. comp. & priuilegiatos, in quibus tamen ſeruandus priuilegij tenor, qua de re Bald. auth. qua in prou. C. vbi de cri. ag. op. tex. l.vl. C. de caſtr. & mini. li.12. & l. 2. de priuil. ſchol. li.12. De exemptis in coërcendis de-

lictis ſtatuit Ord. Aurel. & alibi diximus. Et vero cùm tribui Iuriſdictionem Iudici delicti ſtatuimus, intellige ſi extraordinaria, &, vt loquuntur, criminalis proſecutio ſit, quomodo Bald. ſcribit in l. quod euitandi. C. de cond. ob turp. cauſ. aut ſi de criminali in ciuilem verſa, reſeruata lege extraordinariæ criminis repetendi; Quod ſi ciuiliter ab initio de crimine agatur, actionum perſonalium locus ſpectandus erit, id eſt, domicilium. l. vl. D. de priua. delict. Pano. c. vlt. ex. de for. comp. qui ſenſus eſt Ar. 45. infrà, & rectè Iaſ. in l. imperium. D. de iuriſd. omn iud. ait, vbi ciuiliter de crimine cognoſcitur, tùm cognitionem non eſſe imperij, ſed Iuriſdictionis potius ſimpliciter ſumptæ. Quare apparet inſenſo iure factum, quod in diſcriminanda Iuriſdictione ciuili & criminali, nuper latrunculatoribus cognitio de his cauſis eſt attributa, quæ criminaliter inſtitutæ, examinandæ ciuiliter viſæ ſunt, quod & l. vlt. de abig. conuincit & d. l. vlt. D. de priuat. delict. qua de re ſingularis eſt Deciſ. Bernardi de Biſgneto auditoris Rotæ 10. tit. de appellat. Sed de hac re Commentarij fuſiùs.

NOTA 2.

1 *Delictum alibi cœptum alibi conſummatum.*
2 *Continuata proſecutio continuat iuriſdictionem.*
3 *Decreto iuriſdictio præuenitur in noxio fugiente &c.*

1 [d] *Où territoire duquel il a commis.*] Verbum eſt patrati & conſummati delicti: Nec minus tamen idem ſentiendum, ſi alibi cœptum alibi conſummatum ſit, veluti ſi quis è territorio Rhedonenſi ſagitta in Nanetenſi feriat, qua de re loci apud Ant. But. Aret. Felyn. c. vltim. ex. de for. comp. Ang. in tract. malef. verb. in platea communis Anchar. latè c. poſtulaſti. ext. de for. comp. Alber. & Ioann Fab. auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. ag. oport. Cy. & Bald. l. 1. eod. tit. Bart. & Saly. l. Gracchus C. de adult. idem in eo, qui puellam alibi rapuit, alibi ſtuprauit. Bald. l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſ. & cler. Fely. c. 1. ext. de præſumpt. vt qui alibi vinctum alibi ſpoliat, vt Bald. ait. d. l. ſi quis non dicam, & l. 2. C. de eunuch. Bart. tract. de Iuriſdict. Quibus omnibus caſibus volunt locum eſſe præuentioni, & vtrumque poſſe cognoſcere. De eo vero quod alibi mandatum alibi admiſſum eſt, admiſſi locum plures ſpectant, Bart. l. non ſolum. §. ex hoc ſequitur. D. de iniur. Locus c. vlt ext. de for. comp Bart. Caſtr. l. ſi vt proponitur. C de fideiuſſ. Abbas. & Fely. d. c. 1. de præſumpt. Angel. d. libro de malef. verbo, Sempronium mandatorem. Natura docet duo eſſe delicta, & ſeparari cognitiones poſſe, vt ſuo quiſque Iudex in territorio iudicet, tametſi ſæpe probationes coniunctæ ſint, & magna ratio faciat vt vtriuſque criminis iudicium vni tribuatur, Quod idem exiſtimant, cùm inſtrumentum falſum productum, quod in alieno

A territorio externus Notarius ſcripſit & ſubſignauit, ex ſententia Bald. l. nullum. C. de teſtib. Panor. d. c. vlt. verſ. dubitari poſſet ext. de for. comp. Bald. l. neganda. C. qui accuſ. poſ. Nam de furto alibi facto, re alibi contrectata Articulo ſequenti dicemus, & ſententia eſt Bart. l. etſi amicis de adult. D.

[e] *Pour raiſon d'iceluy.*] Dumtaxat de eo crimine, quod eodem loco admiſſum ſit, non altero, quippe iſta eſt accidentalis Iuriſdictio ad limitatam cauſam, nec vltra protenditur. Bart. l. ſi is cui. §. vlt. D. de accuſat. Diuerſum eſt in domiciliario, cuius poteſtas in perſonam exercetur de quolibet delicto, vt ſup. art. 9.

B [f] *S'il eſt apprehendé audit lieu.*] Si noxius re ipſa apprehenſus ſit, ex ſentẽtia Bart. Bald. Alex. Aret. Caſt. Imol. de Rip. l. 1. D. de acq. poſſ. & l. qui ſeruum. D. de verb. oblig. & l. ſi Barſatorem. C. de fideiuſſ. & mandator. Deprehendi verò in crimine dicitur etiam, qui poſt illud admiſſum capitur in fuga, Bald. l. ictus fuſtium. D. de his qui not. infam. nunc & ſi apprehenſus non ſit art. Molin. 35.

[g] *Ou pourſuiuy chaudement.*] Quo caſu continuata pro- 2
ſecutione poteſt è fuga retrahi etiam in alieno territorio ad delicti locum, è ſententia Bald. & Aluar. c. 1. §. ſi Iudex tit. de pac. tenend. Maſ. tit. de remiſſ. verſ. item in cauſa. Paris Puteus lib. de Sindic. §. ſi iudex. Quanquam ſunt qui repugnent, Sed magna ratio pro
C hac ſententia facit & fuſiùs demonſtrabitur in Commentariis. Sed id magis ambiguum, ſi noxius captus 3
non ſit quia effugit, an & quomodo Iuriſdictio præueniri poſſit, in quo traditur, ſi pluribus Iudicibus cognitio ex ęquo tribuatur de crimine, per citationem præueniri Iuriſdictionem, quamquam hac ſpecie vix eſt, vt tanti ſit citatio, quæ Iudici naturali & domiciliario cognitionem adimat, vt accidentali faueat, niſi Molinenſis Articulus obſtaret. Sed tamen pro recepta ſententia proditur, citationem ad præuentionem ſufficere, ex ſententia Bart. Bald. Caſtr. Ang. Rom. l. libertus aduerſus. D. de in ius vocand. ijdem l. ſi quis poſteà, D. de iud. Dyn. Bar. Bald. Ang. Alex. Alb. l. ſi pluribus. D. de legat. 1. Bart. l. 3. De ſepul. violat. & Ord.
D 1565. *à Chaſteaubriant*, Art. 3. decreto præuentionem meritur. Nec probo eorum iudicium, qui putant citatione reali quam vocant præferri Iuriſdictionem, ſi verbalis anteuertit executionem, in quo rectè Ariminenſis Angelum reprehendit. in d. tract. de malef. in verbo commiſit.

[h] *Au cas que le iuge eſt capable.*] Frequẽs eſt hæc cautio, vt cognitiones ex autoritatis modo tribuantur, quod Bart. Caſt. Alb. tractant l. magiſtratibus D. de iuriſd. omnium iud. l. officium §. officium D. de re milit. Sed de his longus eſt tractatus, quorum ordines recenſet Ioan. Baptiſt. Caccialup. l. imperium q. 10. De iuriſ. omnium iud. D.

ARTICLE XIII.

ARTIC. XII. NOVÆ CONS.

ET [a] où le delinquant ne ſeroit pourſuiuy au lieu où il a commis le delict, [b] le Iuge du domicile le doit iuſticier: [c] ſinon que le delict [d] fuſt commis en foire ou marché, [e] où la choſe emblee ou rauie [f] fuſt apportee pour eſtre venduë audit marché ou foire. Auquel cas la cognoiſſance [g] en appartiendra [h] au Iuge dudit marché ou foire, ſi le delinquant n'eſt clerc.

ET [a] vbi delinquens ſeu noxius non perſequeretur in loco vbi crimen admiſſum ſit [b] Iudex domicilij debet ei pœnam irrogare, [c] niſi delictum [d] perpetratum eſſet in nundinis

aut

aut mercatu,[e] vbi res furtiua deprehensa,[f] aduecta esset, vt venundaretur in dictis nundinis aut mercatu. In quo casu, cognitio[g] pertinebit[h] ad Iudicem dictarum nundinarum & mercatus seu emporij: nisi delinquens sit Clericus.

Nota I.

1 *Iudex delicti cognoscit de noxio redeunte art. 35. Ed. Molin.*
2 *Exceptio male addita hoc art.*
3 Emblee *vox vnde.*
4 *Rei furtiuæ quis iudex, remißiue & nu. 5.*
6 *Nundinarum securitas.*

1 [a] *Et où le delinquant ne seroit poursuiuy.* Adde, *ny preuenu par le decret du Iuge du delict & execution d'iceluy.*] Vt articulo superiore diximus. Quod si locum delicti effugerit, & posterius redierit, ne sic quidem Iudex delicti cognitionem semel ex Consuetudine amissam & domicilio restitutam recuperabit, si quidem ex interuallo redeat, nec in pristinam causam restituitur Iurisdictio, ad naturam reuocata, & veteri Consuetudine expressum. c.322. nisi delicti Iudex anteuerterit Sed hodie si Molinensis Articulus obtinet, in totum Iudicis delicti cognitio est.

[b] *Le Iuge du domicile.*] Quippe restituitur iurisdictio naturali origini & pristinæ causæ, ex regula Articuli 9. suprà.

2 [c] *Sinon que le delict.*] Neque hæc clausula adiecta erat in veteri exemplari, nec hoc loco collocari debuit, & apparet incogitàter factum ab Reformatoribus. Nam cùm duæ regulæ superioribus Articulis sint constitutæ, altera quæ in vniuersum Iudici domicilij omnem in personam cognitionem statuit, altera quæ Iudici delicti noxio deprehenso, aut præuersa cognitione potestatem de admisso tribuit, non potest non inconsideratè videri per hanc aduersatiuam (*sinon*) exceptum de delicto in mercatu patrato, quod ipsa in regula erat compræhensum, nec quidquam speciale continet, nisi quod ad rem furtiuàm attinet, cuius contrectatione hic forum tribuit.

[d] *Fust commis.*] Congruit art. 45. infra. Sed quis hunc casum specialem dicat, qui vnus excipi debuerit, cùm superiori regula includatur Articuli superioris?

[e] *Où la chose emblee.*] Vox vernacula de idiotismo nostro, *emblee* ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλειν τὰς χεῖρας ab inijciendis manibus, hoc nomine rem furtiuam appellant: sed & ἀποβάλλειν perdere inuitum dicunt, & ab participio ἔμβλητον formata est dictio. Est autem non sine fructu hac de re specialiter cautum, de qua essent molestissimæ Iurisconsultorum disceptationes; sed illud non prudenter, quod mercatus & nundinarum mentionem iniecêre Reformatores, quasi non idem sentiendum sit in omni depræhensione rei furtiuæ, quæ vsquam reperitur. Quæ dissertatio valdè Doct. exer- 4
cet. l. si abducta. C. de fur. l. si dominium. D. de furt. loci effusi apud Marcil. Hippol. in practica criminali. §. constante & eundem l. vlt. D. de iuris. omnium iud. Alex. cons. 111. vol. 1. col. 4. Angel. in tract. malef. verbo, hæc est quædam inquisitio, verbo, existens Florentiæ, & in omni delicto vulgata est sententia. Doct. l. 1. C. de sacros. Eccles. Nam quantum ad rem furtiuam, an Iudici loci rei repertæ Iurisdictio tribuatur, magna est pugna eorum; quos Boërius aduocat hoc in argumento Decis. 218. & Aresto Curiæ suæ Burdegalensis terminat, & nos attigimus suprà Art. 3.

[f] *Fust apportee pour estre vendue.*] Quare ex itinere à tran- 5
seunte illata posset videri Iurisdictionem non tribuere ex. l. Cæsar. D. de publican. & l. post hanc. C. de ædif. priuat. & quod vulgò sentiunt ad delicti cognitionem non sufficere in itinere depræhendi l. 3. C. de ser. fugit. Sed Consuetudo res & effectus, & coërctionem criminum spectat, vbi res furtiua depræhenditur, l. qui fiscales. C. de nauicul. lib. x. C. Bald. l. 1. C. de ædilit. act. & l. 1. C. de curs. pub. lib. xij.

[g] *En appartiendra.*] Re depræhensa, alioqui domicilium hîc quoque specta, sed nec pretij contrectatio furtum facit. l. qui vas. §. vlt. D. de furt.

[h] *Au Iuge dudit marché.*] Plato ἀγορανόμους nundinis 6
& foro venalium præficit & Bald. l. 1. D. de nund. putat eum qui nundinis præest, curare debere ne commeantes aliquid illicitum patiantur, & vulgò dicuntur in protectione & fide esse Domini mercatus, ideoque & suspensis signis familiaribus solemus securitates commeantibus polliceri, & inuitare commercia & concursum, *par le brandon.*

Article XIIII.

SI[a] aucun delinquant est pris hors du lieu & distroict[b] du delict[c] & de son domicile,[d] par autre iustice, &[e] apres l'auoir intimé aux iuges des lieux du delict & domicile,[f] iceux iuges ne le veulent retirer pour le iusticer,[g] le iuge qui l'a apprehendé, le pourra & deura iusticer & punir, selon le meffait & qualité du delict: si le delinquant n'est clerc. Artic. XIII. Novæ Cons.

SI[a] quis delinquens prehensus fuerit extra locum & districtum seu Territorium[b] delicti,[c] & sui domicilij,[d] per alium Iudicem qui nec domicilij sit nec delicti, &[e] denuntiatione facta Iudicibus locorum delicti & domicilij,[f] si ipsi Iudices repugnent eum repetere, vt de eo supplicium sumant.[g] Iudex qui eum prehendit, poterit & debebit eum corripere, prout deliquerit & secundum delicti qualitatem: Si delinquens Clericus non sit.

NOTA I.

1 *De noxio extra domicilium, & delicti locum deprahenso.*
2 *Soli iudici delicti denunciandum &c.*
3 *Iudici noxij reperti tributa iurisdictio.*
4 *De remittendo reo, iudici suo, aut delicti &c.*

1 [a] *Si aucun delinquant est pris hors du lieu & distroit.*] Cùm ante de cognitionibus, quæ domicilio tribuuntur, statuerit Consuetudo Art.9. & 13. mox de his quæ locis delictorum, vt Articulo præcedente, hic demùm quod superfuit ex partitione constituit, si noxius scilicet extra domicilij & delicti locum deprehendatur, ne scilicet vsquam coërctio sontium desit. Hic locus tractatur.l.1.C.vbi de crim.&c.vlt.ext.de for. comp.

[b] *Du delict.*] Huic enim primo ordine potestas de delicto tribuitur vt Art.9.& 13.

2 [c] *Et de son domicile.*] Cùm olim, & Iure Consuetudinario Iurisdictio Iudici delicti tribueretur, ita demùm si apprehenderat, & Iudici domicilij in totum & veluti ordinario iure, non erat apta hæc verborum collocatio, quæ priorem requiri Iudicem delicti statuebat, cũ ex ordine prior domicilij locus spectandus esset, & prior Iudex eius admonendus. Nunc ex illo Art. Molinensi 35 soli Iudici delicti denunciandum erit: Nam & ipse domicilij Iudex si haberet reum in potestate, remittere necesse haberet ex illo Articulo. Qua propter apparet, quod diximus, hos penè omnes Articulos tolli, illo Artic. Molinensi 35.

3 [d] *Par autre Iustice.*] Iudicem intelligit, qui nec domi-

A cilij sit nec delicti, quem volunt esse ex illo vulgato, vbi te inuenero, de quo glos. l.1. ver. à Iudice. C. vbi quis de curiali vel cohortal. aliáue condit conueniat. & l.1.verbo, reperiuntur. C.vbi de crimi. potéstque videri hęc dispositio sumpta ex eorum sententia, qui Iudici noxij reperti cognitionem tribuunt, superioribus duobus abnuentibus, sicuti & superiores Articulos apparet decerptos penè ad verbum ex illa l. 1. & auth. qua in prouincia. C.vbi de crim. de quo Iacob. de Belluisi. in pract. tit. de fug. reor. vers. si autem non commisit.

[e] *Apres l'auoir intimé.*] Denunciatione testato facta l. 1.§. magistratibus. D. de magist. conueniend.

[f] *Iceux Iuges ne le veulent.*] Nec tamen intelligendum 4

B in libertate eorum positum: Nam & repugnantes & inuiti per superiorem cogi possunt crimen coërcere, quod apparet ex Art.12.sup.verbo, *doit & est tenu prendre*, & art. superiori, verbo, *doit iusticer*, & auth. vt differ. iud. aud. int. alleg. col. 9. Fely. c. vlt. vers. secundo aduerte & vers. dum dicitur Iudicem. ext. de for. comp. & Card. Zab. ibi & vulgò cæteri Anan. c.1. de raptor. ext. Sed conuerso casu, Si Iudex delicti sponte repetat restituendus erit, Sed & si reus remitti se ad suum Iudicem postulet mos ei gerendus erit. Hodie si negligẽter in eo versatus est Iudex inferior, deuoluitur Iurisdictio ad superiorem, ita vt impendiis negligentis reus peragatur, ex Ord. *de Chasteaubriant, 1566. Art. 3.*

[g] *Le Iuge qui l'a apprehendé.*] Hic demùm & postremò ordine Iudex alienæ curæ succedit fauore (vt loquuntur) delictorum coërcendorum, cùm cæteri officium non faciunt, ne delicta sint impunita.

ARTICLE XV.

ART. XV. NOVÆ CONS.

VN [a] sergent [b] delinquant & [c] forfaisant [d] en son office, est iusticiable de la Iustice [e] du seigneur duquel il est commis, [f] ou de la Iustice superaine. Mais celuy qui sous couleur qu'il pretend auoir pouuoir de sergent ([g] combien qu'il ne le soit) veut & s'efforce d'exercer & faire office de sergent au nom d'aucun seigneur, il [h] doit estre puni [i] par le Iuge de son domicile.

[a] *Apparitor* [b] *delinquens* [c] *& scelus aliquod admittens* [d] *in exercitio sui officij, summittitur Iurisdictioni* [e] *Domini à quo illud Officium accepit, aut Iurisdictioni superiori. Sed is qui prætendit se Apparitoris potestatem habere* ([g] *quamuis non habeat*) *velit & nittatur exercere officium Apparitoris nomine cuiusdam Domini* [h] *pœna debetur ei irrogari* [i] *à Iudice sui domicilij,*

NOTA I.

1 Sergent *vox, & varia nomina.*
2 *Apparitorum diuersæ functiones.*

1 [a] *Vn sergent.*] Antiquis Apparitores, Viatores, Lictores, Accensi, Statores fuêre, Media ætas Executores, Officia, & Officiales reperit, atque inter hos diuersas adiectiones, prout cuique Magistratui apparebant, Cæsarianorum, Catholicianorum, Præfectianorum, Prefectoriorum, Magisterianorum, Augustalium, Rationalium, Presidialium, Largitionalium, Opinatorum & talium. Postremo victrix barbaries, Missas, Massarios, Baiulos, Bidellos, Biruarios, Ostiarios, Nuncios, Clientes, & qua hic appellatione vtitur Seruientes adiecit; fuêre & diuersæ functionis, sed non absimilis,

C admissiones, de quibus.l.2.C.de priuil.eor.qui in sacr. palat milit.lib.XII. quos & Ostiarios Plin. lib 12. natur.hist. vocat. Tales fuêre Coss. viginti quatuor cum fascibus, & securibus, Proconsuli sex, Legato quatuor, Prætori duo, Dictatori viginti quatuor. Præsidi duo, posterius Proconsuli etiam quadringẽti, vt tit. de Apparit. & legat. lib. XII. C. Et Comiti Orientis sexcenti tit. de Apparit. Comit. or. C. lib. XII. Sed hæc in re militari potius, Tribuno-plebis, Ædilibus, Duumviris, & minoribus Magistratibus nulli, quia nec vocationẽ nec prǽhensionem habebant. Sed & in militaribus functionibus similis honos vsurpatus, aliquando & Tribunum quatuor milites, Ducem sex, Legatum decem, antecedere institutum ab Alexandro Mammeæ, quod Lampridius scribit. Et Ordinatio Philippi Pulchri

chri inter Ord. Aufrerij tit. de Bailliuis Art.14. quam paucissimis contentos esse Senescalos iubet, & item titulo de excess. officiariorum. §. vlt. in Stylo Parlam. Sed honoratis quoque hominibus atque adeo fœminis is honos exhibitus, vt Agrippinæ, & Drusillæ, & alijs plerisque illustribus fœminis. Horum munus, fuit in ius vocare, & prehendere, id est vocatio & prehensio, Magistratibus apparere, obuios summouere, iubere via decedere, & caput denudare, fores virga percutere, quæ omnia ad nos vsque de veteribus exemplis manauere, & ab antiquis etiamnum retinemus.

3 b *Sergent delinquant.*] Multum huic hominum generi conciliauit odij, rapacitas & inclementia animi, iam olim notata Imperatorum censura l. ne diu. C. de pœn. l. 2. de Appar. præf. vrb. lib. XII. & alibi sæpe.

NOTA 2.

1 *Variæ species delictorum in apparitorib.*
2 *In delictis an garendum allegare potest apparitor.*

1 c *Forfaisant.*] Faciunt autem multis modis, vt cùm pecuniam capiunt quo minus magísue quidquam ex officio faciant, l. vel quomagis D. ad l. Iul. repet. vel ob hominem capiendum, vel non capiendum, vinciẽdum vel non vinciendum l. lex Iulia. eod. tit. idem si reum captum vel custodiæ suæ assignatum deserunt, l. si quis aliquid. §. miles. D. de pœn. l. milites. D. de custod. reo. quo casu capitalis noxa est l. vlt. §. fraudulenter D. de cust. reor. Qui adhibiti perquirendis, aut denunciandis sontibus, pecunia accepta dissimulant, aut conniuent, ne denuncient, l. si per impressionem. C. quod met. caus. vbi Bart. & l. aufertur. §. quod à Præside D. de iur. fisc. l. 2. C. ne rustican. ad vll. off. deuoc. lib. XI. l. 1. & 2. D. de concus. l. quod euitandi. C. de cõd. ob. turp. caus. idem & si prætextu officij falsa crimina renunciauerint, & aliquem calumniosè insimulauerint, quo renunciandi genere, *nos sergens Bailliagiers en l'endroit des offices*, vtuntur l. illicitas §. ne potétiores D. de off. præs. l. diuus 2. D. de custo. reo. l. 1. C. de Curios. lib. XII. ea quidem C de accusat. idem si quid falsi retulerint, aut ea quæ notoria dicuntur falsò renũciauerint d. l. diuus & l. 1. D. de fal. Rom. sing. 313. Bart. l. qui nomine. D. de fals. Bald. c. vlt. ext. de dol. Sed. & si aliquem iniussi, id est, sine decreto capturæ præhendant, l. vlt. C. de exhib. reis vbi Bart. Bald. & Salic. l. prohibitum vbi Doct. C. de iur. fisc. Ang & Fab. §. quadrupli inst. de actio Lud. Rom. l. plerique D. de in ius voc. Ord. Philip. Pulchri in Stylo Parl. tit. de Bailliuis Art. 31. idem & si captum pretio dimittant, Si illicita ministeria exhibent militaribus viris, seu equorum & veredorum nomine postas vocant, *en cheuaux de charroy d'artillerie, munitions*, aut cibariorum causa, *pour fournissement d'estapes*, aut sternendorum itinerum, *pour reparations ou rompture de chemins*, quo nomine plures sæpè damnari comperimus d. l. illicitas, & §. illud de mand. princip. & l. nemo ducum, C. de cursu pub. lib. XII. de quibus Ord. d. titulo de Bailliuis. §. 28. & §. 18. in Stylo. Denique qui amplius constituto salario exigunt, de quo nos inf. art. 22. §. & hoc quoque auth. vt litig. iurent in exord. lit. col 9. Si instrumentum ad exequendum commissum aduersario prodiderint l. si quis forte. §. si quis instrumentum. D. de pœn. Si animalia saltum ingressa saltuarius Apparitor, id est, Forestarius dissimulauerit l. 1. C. de fund. & saltib. rei domi. lib. XI. vbi Platea. Si ad verum, pecuniæ exactæ summam mobilium numerũ, speciem, quantitatem venditorum non expresserint l. Apparitores C. de exact. tribut. lib. X. C. §. coges. auth. de mãd. princip. Bart. l. missi. d. tit. de exact. trib. si causæ cognitionem sibi sumant l. vlt. D. de iud. Boër. in consuet. Biturig. tit. de iudicib. §. 15. si executione facta pecuniam redactam amplius triduo retinuerint Ord. Aurelianen. Art. 90.

Quibus & similibus speciebus neque autorem citare, id est, garendum allegare nec factum suum recipi ab alio postulare possunt, & in lite retinentur, *ils demeurent en procés, & ne se peuuent faire aduouër.* Quod aliter accidit, cùm simplex & nudus error in executionis forma proponitur, & qui mandauit, factum Apparitoris qualecunque sit, in se recipit, & se liti subijcit periculo damnorum. Nam cætera Apparitor, si inobseruata forma exequitur, quæ legibus & consuetudine præscribitur, præter officium facit, & damnis ex imperitia subijcitur, vt alius quilibet officialis. 2

Porro quibus casibus pecuniam capere vetantur, syngrapham abstulisse aut stipulatum esse dari aut fieri, similis noxa est glos. l. 1. §. hæc autem verba, vbi Bald. D. quod quisque iur. & l generaliter §. si igitur D. de calumniat. Peteus in tract. de Syndic. verbo barrataria, vel etiam à sponte dante. l. 1. C. de salgam. lib. 11. auth. vt iud. sine quoque suff. fiant c. Statutum. §. insuper de rescrip. in 6.

NOTA 3.

1 *Cognitio delictorum militarium ad quos pertineat.*
2 Capitaines de villes n'ont aucune iurisdictiõ &c.
3 *Pœna apparitorum delinquentium.*

d *En son office.*] Limitata & expressa causa in officio, neque enim idem iuris est in cæteris delictis, exempla superiori glosa dedimus, dicemus glos. vlt.

e *Du seigneur duquel il est commis.*] Talis est Ord. Regũ, titulo de Bailliuis Art. 58. in Ord. glos. & doct. l. Senatusconsulto, verbo parcissimè D. de off. præsid. Bart. & Alb. l. si quis fortè. §. vlt. D. de pœn. Bald. l. obseruare. §. proficisci D. de off. proconf. Io. Fab. l. quod promulgatis. C. de off. præf. vrb. Pet. Iacob. in pract. tit. de cõdictione ex. §. quadrupli, Paris Peteus in Synd. verbo familiaris. Boër. Decis. 9. tex. l. 2. C. de sport. l. omnes. C. de off. rect. prouin. §. nullo auth. de iudicib. col. 6. §. coges. auth. de mand. princip. col. 3. §. & maxime. auth. de quæst. col. 6. Guid. Pap. q. 326. Ord. Philippi Pulchri inter Ord. Regias, & Carol. VII. anno 1454. Art. 10. Qua de re longa Ciceronis admonitio extat epistola ad Q. fratrem. qua tales coërceri ab fratre Proconsule expetit, & in auth. de mand. princip. præcipua Præsidum cura inter mandata Principum, quæ Præsidibus in Prouincias proficiscentibus dabantur, vt comites & apparitionem innocentem haberent, qua de re extant veterum Præsidum accusationes, ob nimium indulgenter habitos comitatus.

Similis ratio de militaribus quidem delictis cognitionem ducibus tribuit, quandiu quidem illi in expeditione sunt l. 2. C. de off. mag. milit. l. officium. D. de re milit. & auth. vt neque milit. neque fœderati col. 8. l. magisteriæ. C. de iurisd. omnium iud. Melior tamen totam cognitionem etiam militaribus officijs de militibus ademit, Henrici Regis anno 1553. nisi quidem Legatis & Locumtenentibus Regijs, suprema potestate, vt & aliæ complures. Extra expeditionem aut obsidium cuiuslibet Regij Iudicis est cognitio de delicto non militari d. l. magisteriæ l. 2. D. de re milit. d. auth. de iudicib. §. quod autem l. 2. C. vbi quis de curial. vel cohortal. l. vnica C. in quib. caus. milit. for. præscrip. vti non poss. & l. 1. C. de exhib. & transmitt. reis. Hæc sententia est l. 1. de off. mag. milit. l. 2. de off. milit. iud. C. 1

Quæ eadem & in his noxis intelliguntur, quæ opifices committũt, si quidem collegium Iurisdictionem

habeat l. vlt. C. eod. tit. quod nos nondum admisimus, vt diximus in Comment. §. 1. suprà.

Nec tamen eam potestatem permittimus Ecclesiasticis Iudicibus, si Apparitores laïcos habeant, cùm de suis liceat illis deligere, sequimúrque Anchar. & Ant. Butrij sententiam c. cùm contingat ext. de for. comp. Aufrer. rep. clem. 1. de off. ord. de potestate super laïcos q. 25.

2 Quamobrem nec Præfectis arcium, quos Capitaneos vocant, permittimus ministeriorum suorū coërctionem, quos *mortepoix* vocant; quia nullam Iurisdictionem habent, quod Aresto sacri Consilij olim iudicatum est inter Præfectum arcis Maclouiensis, & Capitulum Ecclesiæ Fani Maclouij anno 1527. & contra Præfectum arcis Nanetensis 1557.

3 Porro delinquentium Apparitorum pœna, si quid extra debitum dolo exegerint, est quadrupli §. quadrupli Instit. de act. l. 1. & vlt. C. ad l. Iul. repet. & auth. vt iud. sine quoq. suff. fiant. §. sic igitur l. 1. D. de calum. sed tamen etsi res poscat, & delicti atrocitas & extra ordinem puniri & capitaliter possunt, & frequentia sunt exempla à Præsidibus damnatorum, quamquam Ioann. Faber videtur repugnare l. 1. de off. præf. august. Canonist. c. statutum. §. insuper verbo recipere. de rescrip. in 6. Et absentes quoque damnari contra iuris regulas l. ne diu. C. de pœn. neque damnati à Præsidibus appellare possunt, C. quor. appel. non recip. vbi Cy. Alb. Cast. Salyc. Fulgos. Sed eorum neutrum tribunalia admiserunt, quare neque damnari absentes nisi legitimo edictorum numero possunt, & reuocantes audiuntur, quanquam persæpè malo publico.

1. Cor.

[f] *Ou de la iustice suseraine.*] Quippe locus est præuentioni inter superiorem & inferiorem Iudicem. inf. Art. 28. præueniri autem cognitionem citatione diximus sup. Art. 12.

NOTA 4.

1 *Pœna apparitoris suspensi, aut priuati.*
2 *Functionem publicam vsurpans falsi pœna &c.*
3 Charge notable, & apparente pour suspendre vn Officier.

1 [g] *Combien qu'il ne le soit.*] Quo casu pœna falsi tenetur, sed quid si fuit aliquando, nunc verò aut suspensus aut abdicatus est, namque ad tempus officio interdici posse notum est ex l. moris D. de pœn. l. puto & seq. D. de postul. l. vlt. §. vlt. D. de interd. & releg. Respondeo suspensos, si quid contra audeant, perpetuo priuari & arbitrio Iudicis coërceri l. 1. §. qui aduersus D. de postul. l. relegati in fin. & l. capitalium. §. in exulibus & l. aut damnum D. de pœn. Priuati pœna mortis nō coërcentur ex sententia Bald. l. data vers. & idem in eo qui facit. C. qui accus. pos. quia iuuantur primordio veritatis. Verius arbitrium Iudicis esse pro consequentia & pondere admissi, vt & de eo qui vitiosè creatus vitium tacuit, de quo Fely. in proœmio Gregoriano.

2 Sed si, quamquam fortasse ὁδοῦ πάρεργον quæritur, an acta per eos facta valeant: Responderi solet, & ratio dictat, quæ ab eo gesta sunt, qui nunquam Apparitor, Notarius aut Tabularius fuit, nullo modo valere, Cōtra in gestis ab eo, qui fuit quidem aliquando, sed aut interdum interdictus, aut priuatus, quandiu quidem ignoratur interdictio aut priuatio, ac dissimulatur sententia, & toleratur ab his qui possunt prohibere, & pro tali habetur, alioqui multos in fraudem incidere necesse esset. De eo iusta opinatio est, quem suus Magistratus patitur Officium exercere, aut ante sententiæ promulgationem, nec id semel nobis vsu accidit. Hæc Bald. l. 1. C. de testam. vbi Alex. & Salyc. & Rayn. Oldrad. Alb. Ias. Bald. l. barbarius. D. de off. prætor. Bart. l. actuarios C. de numer. & actuar. lib. 12. Innoc. c. cum super ex. de off. deleg. & c. 1. ext. de fid. instrum. Anton. Panor. Io. And. c. fraternitatis ext. de testib. Bal. l. si quis ex argentarijs §. 1. D. de eden. & l. Cassius D. de senat. Put. in Synd. §. officialis fo. 116.

[h] *Doit estre puny.*] Qui Notariatum, Apparituram, Doctoratum, Magistratum, functionémve auctoritatis publicæ vsurpat, cùm talis non sit, pœna falsi tenetur, quod Bart. & Alex. ad eum notat. l. eos D. de fals. Bald. d. l. data vers. de eo qui asserebat, & d. l. 1. C. de testam. Bald. & Bart. l. qui sub prætextu. C. de sacros. Eccles. Panor. c. 1. de cler. non ord. ministr. Felyn. in Proœmio Gregor. & c. tertio loco de testib. Anania in rub. de fals. & item rub. de magist. Quod ita tamen intelligendum, si actus officij proprios vsurpet, Notarius contractus recipiat, Apparitor citationes, intimationes, & cætera sibi sumat, Extra id simplicis tituli extraordinaria coërctio est pro grauitate admissi, ex sentētia Bart. d. l. eos. Bonus Cartil. tractat. de nobilit. part. 3. Fely. d. c. tertio loco. Idem in eo, siue vassallo, siue alio qui Iurisdictionem vsurpat, siue mediam siue infimam siue merum imperium, cùm non habeat, quo in genere multi peccant, Aufrer. q. Tholos. 401. Guid. Pap. q. 423. Bald. d. l. 1. q. 6. de testam. 3

[i] *Par le Iuge de son domicile.*] Vt & generaliter de omni admisso quod extra munus, Officium, aut Magistratum committit, & communibus delictis in vniuersum, ex sententia Bart. l. 1. D. de off. rect. prouinc. Ioan. Fab. l. vltim. C. de off. præfect. vrb. Petr. Iacob. in practica tit. de cond. ex §. quadrupli. Ord. Philippi, d. tit. de Bailliuis Art. 58. incip. Statuimus.

Quæ ipsa ratio admissi in officio facit, vt interim suspendi administratio debeat, Magistratu reo postulato, de eo quod in officio admisit, si quidem grauiter notatus est, & vt loquuntur, oneratus, alioqui accusasse non sufficiet, quod plerumque etiam probatis & præstantibus viris accidit: qua de re Lucas de Penna l. iudices. C. de dignitat. lib. XII. Bart. l. ordine D. ad municip. & l. quod si fortè D. de solut. de quo locus apud. Par. Put. in Synd. §. accusatus in officio fol. 41. *Mais il faut à cela charge notable & apparente.* cùm sint hodie conductitij sectores, qui probis viris negotium facessant redempti, ac proinde inulti, quia nihil habent quod in offensione deperdant, quod ille olim dixit in diuinatione in Verrem. 4

ARTICLE XVI.

NVL[a] subiect seigneur ne doit cognoistre des choses[b], qui touchent le suserain seigneur, ne qui touchent[c] le faict de sa iustice, s'il n'a commission & pouuoir suffisant de ce faire. Et s'il le faisoit,[d] en seroit amendable:[e] ou ses officiers, en cas de desaueu, s'ils ne monstroient mandement dudict Seigneur inferieur.

Nullus

[a] *NVllus inferior Dominus, debet cognoscere de rebus [b] ad superiorem Dominum pertinentibus aut eius [c] Jurisdictionem, nisi facultatem aut speciale mandatum id agendi habeat. Et si faceret [d] mulcta damnari deberet : [e] aut sui Officiarij seu Officiales, modo non approbet quod per eos factum fuerit, nisi exhiberent mandatum Domini inferioris.*

NOTA I.

1 *Art. male concinnatus.*
2 *Inferior dominus non statuit de iure superioris &c.*
Inferior magistratus superiorem obseruare debet ibidem.
3 *Effectus superioris iurisdictionis.*
4 *Par in parem non habet imperium & nu.5.*

1 a *Nul subiect seigneur ne doit cognoistre.*] Me autore, nemo tales vnquam Consuetudinis Articulos scribet, incertos, infinitos, vagos, qui, si pro regulis scribuntur, conuenientiùs è iure ciuili & fontibus peti potuêre. Nunc cùm à Iure Consuetudinario, id expectetur potius, vt deductas de iure Romano sententias domestica & locali lege pressiùs constringat, & ad hypotheses, & species propiùs applicet, non video quid hac tam elumbi, & languida oratione proficiatur ad controuersias, cùm in specie occurrunt diiudicandas, cùm ad viuum non pertingat, & interpretatione, aut exceptione facile eludi possit, cùm se tot cuniculi pandant ad subruendas dispositiones indefinitas, si quis quidquam superstruat; Magis mirum repetitum hunc eundem Articulum, inf. Art.39 quæ perpetua fuit Reformatorum incogitantia. Sed vt accipiamus
2 quod datur, sic habe. De persona patroni, Dominíue superioris aut eius potestate in dicendo iure, inferiori ius fásue non esse statuere. Excipe casum articuli. 29. infrà, Tota rerum publicarum administratio, quæ bona ex parte in Magistratibus posita est, à distributione functionum pendet. Huius disciplina est præcipua ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι quem locum è Lacedæmoniorum Rep. Plato lib. de legib.3. fusè persequitur. Sed ea constare nequit, nisi inter impares gradus, iubentium & obsequentium. Neque enim hic quæritur quàm quisque priuatus reuerenter habere debeat Magistratum, sed quo quisque honore & obsequio magistratus inferior superiorem obseruare debeat, quoniam confusione potestatum magnam in rep. accidere rerum perturbationem necesse sit, quod olim Imp. dixêre l. consulta C. de testam. l. repetita C. de epis. & cler. Extant in sacra quoque disciplina creberrimæ ea de re Sanctiones, ipsis iam olim à Religionis rudimentis repetitæ: ipsa quoque cœlestia corpora, & Sancti spiritus ordine, & mutuo aut imperio aut obsequio Regi cedunt. Et iure quidem ciuili, frequentes in eum sensum traduntur sententiæ. Inferior gradus, inquit Imp. meritum superioris agnoscat. l.1. C. de off. præfect. vrb. & alibi, prioris, inquit, gradus Magistratibus competens reuerentia ab inferioribus tribuatur, l. potioris C. de off. recto. prou. Et alibi, excepta, inquit, reuerentia, quæ non solùm ab inferioribus sed etiam à maioribus Rectoribus Prouinciarum debetur l. ni-
3 hil. C. de palat. sacrar. largit. lib. XII. Ex eo est, quod inferior aduersus maioris sententiam non restituit, l. præfecti & l. minor autem magistratus. D. de minorib. Nec à maiore ad minorem appellatur, l.1. §. si quis. & §. denique. D. de appel. & l. ei cuius. D. de appel. recip. Nec contrariam valere consuetudinem putant vulgò Doct. in rub. de appel. ext. & c.2. de consuet. in 6. Nec Iudex inferior cogit superiorem arbitrium acceptare l.3. & seq. D. de arb. Nec citatio maioris Iudicis arctat citatum ad minus tribunal, l. contra pupillum. §. si

Argentr. in Cons. Brit.

A quis ad maius. D. de re iud. latè Ang. & Lud. l.2. §.1. D. si quis caut. Nec inferior Leges aut Statuta potest condere in præiudicium superioris, quod vulgò notant l. omnes populi. D. de iust. & iur. Cano. c.1. ext. de rapt. in re militari contumacia omnis aduersus Præpositum capitalis est, l. omne delictum. §. contumacia. D. de re milit.

Nec vero quod hîc dicit, locum habet dumtaxat 4
in inferiore aduersus superiorem, sed etiam in pari aduersus parem, l. ille à quo. §. tempestiuum. D. ad Trebel. l. nam Magistratus. D. de minorib. vnde & traditur, cum duo Domini eiusdem vrbis aut oppidi æqua potestate proponuntur, neutrum in alterum iure potestatis vti posse, quod Doct. notant l. est receptum D. de iurisd. omnium iud. Bart. Bald. Alb. l. vlt. D. B de rer. diuis. Sed illud quoque ex eadem ratione respondent collegam non posse collegam suum Iurisdictionem obturbantem coërcere, non magis quam olim Tribunus plebis vnus intercessionem collegæ tollere, qua de re Bart. l.1. §.1. D. si quis ius dicenti non obtemp. inde id quoque sequitur, vt cùm duo pares de iurisdictione contendunt, neutrius sit statuendi potestas de ea re, quæ sit cum pari controuersa, de quo Ang. Cast. Rom. l.2. D. si quis in ius voc. non ier.

Eadem & in Ecclesiastica Politeia obseruatio, quod 5
cano. vlt. 89. Distinct. statuitur & c. qui resistit. 11. q.3. ipsos, inquit, humanarum Legum gradus aduerte, si aliquid iusserit curator faciendum est, non tamen si contra Proconsul iusserit, Non vtique contemnis poC testatem, sed eligis maiori seruire, nec debet minor irasci, si maior Prælatus est, & quæ ibi alia pluribus; quare nec apud illos inferior in superiorem iudicium exercet, c. cum inferior ext. de maior. & obed.

Nec Marcellinum Episcopum clerus voluit iudicare c. nunc autem 21. Distinct. Nec maior à minore absoluitur, aut condemnatur c. inferior. 21. distinct. Nec inferior superioris negligentiam supplet, Panor. c. qualiter ext. de iud & minor potestas maiori ad obediendum proponitur c. quæ contra 8. distinct. Nec in foro pœnitentiali maior à minore benedicitur c. denique 21. distinct.

NOTA 2.

1 *Reatus excludit omnem dignitatem nisi &c.*
D 2 *Procurator regius non litigat apud iudicem inferiorem suo.*
3 *Inferior non cognoscit de iudicato superioris &c.*
4 Par desadueu le seigneur ne se descharge du tout.

b *Qui touchent le suserain seigneur.*] Id est, quæ patroni personam contingunt, quare inferior non poterit in superiorem quantumlibet delinquentem animaduertere c.1. extra de rapt. vbi Doct. Quamobrem quod 1
vulgò dicunt reatum honorẽ excludere, & delinquentem Magistratum pro priuato haberi, si quidem extra Magistratus causam & occasionem delinquat, l.1. C. vbi senat. vel clariss. glos. c.1.3. q.6. sic accipi volunt, si modo qui deliquit, non sit superior eius qui de delicto vult cognoscere, Anchar. clem.1. de for. comp. Fely. d. c. cùm inferior. vnde eueniet, vt nec Episcopus

à Suffraganeo, nec Consiliarius ab ordinario Magi-
stratu, nec Rector Prouinciæ ab inferiore aut subal-
terno iudicari possit; quam sententiam scio à pleris-
que magnis spiritibus defendi blandiente insolentia:
Nam de delictis in officio iusta ratio est. Proinde non
dubium quin sese inferiori superior subijcere possit. l.
est receptum D. de iurisd. omnium iud.

Et verò quod hîc actiuè dicitur, vt inferiori nulla
sit in superiorem potestas, passiuè quoque accipe, vt si
quid in inferiorem decretum iudicatúmue sit incon-
sulto superiore, de iure forsan patronatus, aut obe-
dientia (vt loquuntur) & iure Feudi, nil superiori præ-
iudicet, qua de re prolixa est disputatio Panor. c. cum
super. extra, de re iud.

[c] *Pour le faict de sa iustice.*] Si forsan in controuersiam
vocetur, an Dominus superior merum imperium &
altam Iustitiam habeat, an mixtam, an cognitionem
igneæ pœnæ, rerum perditarum, *droit d'espaues, de ga-
lois, de bannies, de seaux, d'inuentaires, creation de Notai-
res*, Ista in iudicium inferioris vocari non poterunt, si-
cuti, nec quæ Regalia dicuntur inf. art. 56. Et ex ista ra-
2 tione accidit, vt Procurator Regius nunquam apud
inferiorem Regio suo Iudice litiget, quia scilicet de his
inferior Iudex cognoscere non possit quæ Regem at-
tingunt, iuráve Regia, aut casibus, quos regios vo-
3 cant. Idem existimandum, & si de his agatur, quæ ab
A Iurisdictione iudicatóue superioris pendent, vt si de
executione iudicati eius l. si prætor. §. 1. & 2. D. de iud.
nec si in odium contemptúmve litis ad superiorem
pendentis aliquid attentatum sit, vel si quid penden-
te appellatione innouatum, si de reddenda ratione ab
curatoribus bonorum quæratur, qui ab superiore sint
deputati, si quid domino familiæ, Apparitorísue eius
munus commissum exercenti nocitum sit, his deni-
que quæ inf. Art. 45. continentur si de finibus Feu-
di, prærogatiuáue eius ambigatur. Quibus de rebus
omnibus superioris est potestas & cognitio, nisi cùm
hæ ipsæ in controuersiam ab inferiori vocantur,
quo casu ad superiorem vtriusque eundum est Art.
B 30. inf.

[d] *Il seroit amendable.*] Quippè cuilibet licet pœnali iu-
dicio Iurisdictionem suam defendere l. penult. D. de
off. eius cui mād. est iurisd. l. 1. §. 1. D. si quis ius dic. non
obtemp. c. 1. ext. de off. delegat.

[e] *Ou ses Officiers en cas de desaueu.*] *Le seigneur par desaueu* 4
ne se descharge pas du tout: Cum mala electio in culpa
sit, sed aut ipse damnum, quod alteri datum sit, præsta-
re debet, aut officiales suos ad id compellere, vt inf. art.
38. & 39. sed repræsentatione officialis eximitur noxæ
si ille soluendo est, alioqui dominus qui mandauit pro
fideiussore & nominatore habetur, & periculo alienæ
culpæ subijcitur.

ARTICLE XVII.

ARTIC. XVI. NOVAE CONS.

I [a] le Iuge qui a condamné aucun [b], ne trouue biens du condamné dedans son distroit & iurisdiction, suffisans pour mettre à execution sa sentence, il [c] peut requerir le Iuge, où distroict & iurisdiction duquel ledict condamné a biens. [d] Et est le Iuge qui est requis, [e] tenu obeyr [f] au requisitoire, [g] s'il luy appert sommairement que la condemnation soit donnée [h] par Iuge competant: autrement ne seroit tenu y obeyr.

SI [a] Judex qui condemnauit aliquem, [b] & nulla condemnati bona reperiat in suo Districtu seu Territorio & Jurisdictione sufficientia ad suam Sententiā exequendam, [c] potest rogare Iudicem in cuius districtu seu Territorio & Jurisdictione condemnatus sita bona habet. [d] Et Judex hortatus [e] tenetur obedire [f] ad postulationem, [g] si ei summatim appareat condemnationem latam fuisse [h] à competenti Judice, alias non teneretur obedire.

NOTA I.

1 *Art. sumptus ex l. à Diuo Pio D. de re iud.*
2 *Extra territorium iudici non paretur.*
3 *Qui territorium non habent nec executionem.*
4 *In executionib. nullus ordo immobilium ad immobilia seruandus &c.*
5 *Non recusanda executio à iudice rogato.*
6 *Fori vsus in talib. executionib. rogatis.*
7 *Solemnia auctionum peragenda in locis vbi sunt res sitæ &c. & nu. 9.*
8 *Nec rectè licitationes fiunt in parlamentis &c.*
10 *In capitalib. præhensio vbique facienda.*

HIC Articulus cùm nil præter ius commune contineat, frustra album occupat; Nam quæ vtilitas transcripti aut compilati iuris ciuilis? Adde quo magis incogitantiam mireris repetitum inf. Art. 229. Nota est iuris ciuilis sententia l. à diuo pio. §. sententiam. D.
C de re iud. Sententiam, inquit, Romæ dictam Præsides
in Prouincijs, si hoc iussi fuerint, ad finem persequi
posse Impp. rescripserunt & l. argentarium. §. 1. D. de
iud. Tutoribus (inquit) in Prouincia condemnatis, cu-
ratores iudicatum facere Romę cogentur. l. magis pu-
to. §. illud. quæri. D. de reb. eor. Quæ sententia in cri-
minalibus quoque causis valet. §. si quis verò compre-
hensorum auth. vt nulli iudic. col. 9 & l. solent. D. de
custod. reor. Notum illud de iure, extra territorium 1
ius dicenti impune non pareri l. vlt. D. de iurisd. om-
nium iud. c. vlt. ext. de constit. clem. pastoralis ext. de
re iud. quia territorium suis finibus clauditur & lati-
tudo eius meta est cuiusque potestatis, quod ait Bald. l.
vlt. q. 7. C. de edict. di. Adr. tol. Priuatus est igitur Ma-
gistratus, cùm fines territorij egressus est l. 4. D. de off.
præsid. quod de magistratibus dictum ad res quoque
extra territorium sitas protenditur l. pupillus. §. terri-
torium D. de verb. signif. c. postulasti ext. de for. comp.
l. cum vnus. §. penult. D. de bon. aut. iud. possid. l. nulli.

§ quod

§.quod ſi in viro. C.de epiſ.& cler.c.Romana.§. contrahentes de for. comp.in 6.

3 [a] *Le Iuge.*] De his intellige, qui iuriſdictionem contentioſam & cognitionalem exercent, quia pro regula traditur eum qui ſententiam ſuam exequi nequeat, nec alium quidem implorare poſſe, vt exequatur, quod ſentiunt Bart. Alex. Angel. Iaſ. d.§. ſententiam, Paul. Caſt. Iaſ. Ang. l. properandum. §. ſin autem reus. C. de iud. Tales ſunt Arbitri compromiſſarij, tales Iudices delegati ab inferioribus Principe, niſi his ex forma delegationis executio quoque commiſſa ſit. Tales quibus vniuerſitas, aut certum genus cauſarum commiſſum eſt, cuiuſmodi ſunt Conſeruatores priuilegiorum, Rectores vniuerſitatum, defenſores Ciuitatum, qui nunc ſeſe Conſules vocant, qui omnes cùm territorium non habeant, nec ſuas ipſi ſententias exequi poſſunt, nec alium implorare tanquam Iudices, vt exequatur, quod fusè Panormitanus perſequitur. c. ſi quis contra verſ. alij vendicant ſibi iuriſdictionem. ext. de for. comp.

4 [b] *Ne trouue biens.*] Hæc verba videri poterant ordinem quendam inducere, vt prius Iudex qui iudicauit, experiatur quid poſſit in ſuo territorio, ac tùm demũ alium imploret, quod gloſ. quoque ſenſit l. cum quidã, verbo generaliter. D. de iuriſd. omnium iud. Alex. Caſt. Iaſ. Angel. Imol. putauerunt decepti lectione. d.§. ſententiam, vbi legerunt, ſi hoc viſum fuerit, cùm melior lectio & Florentina editio habeat, ſi hoc iuſſi ſint. Sed re vera ordo nullus præſcribitur, nec ille textus hanc ſententiam adiuuat: Nam & id traditur iure ciuili, in executionibus ordinem nullum immobilium ad immobilia traditum, ſed mobilium ad immobilia, qui tamen hodie in totum Ord. 1539. ſublatus eſt. Poteſt igitur, qui iudicauit, aut iudicatum in ſuo territorio ad executionem deducere, aut alium implorare epiſtola publica, vt in ſuo exequi velit.

5 [c] *Peut requerir.*] Imò & debet, & compellendus eſt ſcribere ſi recuſet, & prouocari poteſt ab ea recuſatione, ſi iuſtum ſuæ poteſtatis vſum Iudex rogatus rogãti deneget, quod vulgò Bart. Alex. Cum notant d.§. ſententiam l. 1. D. de ſer. fugit. & Aufrer. q. Tholoſ. 411. Fely. c. vlt. de for. comp. ext. prouocatur autem non ad Iudicem ſuperiorem recuſantis, ſed requirentis ex Ord. Franciſ. II. 1560. ſed incœpta executione ad ſuperiorem grauantis, Doct. d.§. ſententiam, Deciſ. Tholoſ. 411.

6 *Requerir.*] Ex forma d. clem. paſtoralis, & l. ſolent. D. de cuſt. reor. & d. l. 1. de ſer. fugit. l. 1. §. Tribuni C. de his qui lat. vel al. criminib. reos d.§. ſi quis verò comprehenſorum, & d.§. ſentẽtiam & d.§. ſin autem reus, & dicto, §. contrahentes, & l. omnes. C. de agric. & cẽſ. Nec tamen imperio vtetur in rogatum, quod vulgò Doctores putant d.§. ſententiam, decepti vſu & ſignificatione verbi, ſi iuſſi fuerint, cùm iubere Latinis ſæpius ſit, hortari, rogare, præcari. Porro in talibus aduertendum, quid forum & tribunalia in vſu habeant. Notandum eſt diſcrimen iudicialium & extraiudicialium executionum; iudiciales voco, quæ cognitionem iudicialem poſcunt & partium vocationem, extraiudiciales in quibus contra fit, nec quenquam vocari neceſſe eſt, veluti inſtrumentorum garentigiatorum quorum cum executio petitur, partem vocari non eſt neceſſe, ſed protinus ab præcepto, & ſummatione, vt loquuntur, incipitur. Itaque ſi quis vti neceſſe habet ex eo inſtrumento, quod alieno in territorio perſcriptum & cautum ſit, licet ſi libet, etiam citra rogatoriam epiſtolam ſui Iudicis. Quod cùm Iudex concedit, etiam parte non vocata, ſolet clauſulam adiicere, vt intercedenti dies dicatur, id eſt, *en cas d'opposition d'adiourner les opposans deuant luy.* Hanc veniam nunc Literas obtemperantiæ, nunc annexas, nunc de Pareatis, nunc de Viſa, aut Placet, & alijs nominibus appellant, pro conſuetudine cuiuſque fori, quæ ſunt in totum Ord. Fräciſ. II. Regis anno. 1560. ſublata & Ord. Aurel. Art. 90. Quanquam non ſemper bona iudicantium pace, à quibus plerumque contradicitur, nõnunquam iure, interdum etiam ambitione potentiæ. Neque Normani hac in re finitimis æqui ſunt prætextu, *de leur chartre Normande*, ac ne Tholoſates quidem taciti ferunt, quia finibus ſuis ſubditos euocari externa ad iudicia non patiuntur domeſtico priuilegio, ſicuti Rebufus ſcribit tit. de lit. rogat. noſtri certè non tacita indignatione vetuſta gentis Priuilegia, & ſancitas Principis fœminæ matrimonio Leges abrogari, non rarò quæſti ſunt.

Argentr. Conſ. in Brit.

Ergo ſi ex authentica cautione manus in prædia 7
cuiuſquam iniecta ſit, ſolennia auctionum illo ipſo in territorio peragi neceſſe eſt, quia locis ipſis affixa ſint, & in parœciis promulgari conueniat, & apud locorum ordinarios renunciari, id eſt, certificari cridas, quod quanquam ſcio ita vſurpari, vt de interceſſionibus ipſi quorum iuſſu & autoritate auctiones fiunt, ſibi cognitionem ſumant, vt Parlamenta faciunt; ta- 8
men non probo, & res clamat non prono iure fieri, quod licitationes apud ſua tribunalia recipi & promulgari volunt, magna plerumque litigantium fraude, propter licitantium maiores opportunitates apud ordinarios locorum, & domi, quoniam ab licitando pleróſque deterreri conſtet, propter itinerum difficultatem aut longinquitatem, ſumptus profectionum, ignota tribunalia, & ignoratos mores cuiuſque gentis, tùm inopia conſilij, quo fit vt deſiderata perſæpè prædia omittant, & ingentis pretij fundi paruo addicantur incerto & ignotato tempore addictionis. Ideo me autore licitationes fieri conueniet 9
apud locorum ordinarios, & promulgari ex ſententia tex. & Bart. l. cùm vnus. §. is qui poſſidere. D. de bon. aut. iud. poſſid. & d.§. contrahentes, ita vt liceat apud ſupremas quoque Curias pretio adiicere, ſalua decreti interponendi auctoritate his, à quibus iudicatum eſt d.§. is qui poſſidere. Sed hæc alias. In capitalibus 10
autem præhenſiones vbique exerceri poſſunt, cùm fuga timetur, & vt Iudicibus locorum decreta exhibeantur, è veſtigio poſt factum, ne ignoratione eius perturbari contingat officia magiſtratuum, quod & Rebuf. notauit tit. de lit. rogat. in princip. Iaſ §. 1. inſtit. de actio. & de iniicienda manu in bona delinquentis per Iudicem criminis ſtatui oportet, ſed ipſa iniectio, *& la saisie* per Iudicem locorum fit *par l'Ordonnance de Chasteaubriant* ann. 1566. Ar. 4. c. poſtulaſti ex. de for. comp.

NOTA 2.

1 *Iudices Regij non lege agunt in terris Baronum id eſt &c.*

2 *Index rogatus cognoſcit de iuſtitia precum, non iudicati & nu. 3.*

4 *De exceptionib. quæ opponuntur aduerſus iudicatum eius eſt cognitio &c. & nu. 5.*

6 *De Oppoſitionib. extranei in executione.*

7 *Incompetentis iudicis ſententiæ non paretur &c.*

8 *De executione ſententiæ iudicis Eccleſiaſtici.*

[d] *Et eſt le Iuge requis.*] Hoc quidem dubium non eſt, cùm ſuperior in inferioris ſui territorio lege agit. Quare non ſolent Apparitores Præſidum ab ſubalternis aut inferioribus veniam petere, nec Parlamenta à Præſidibus. Nam quod Io. Fab. ait Inſtit. de excuſ.

tur. Iudices Regios non explectare in terris Baronum nisi in casu ressortus, in cognitionibus intelligitur, de his scilicet de quibus Baronum prius est iudicium, ne alienam Iurisdictionem Regij intercipiant, sed non in executiuis earum sententiarum, quę à Præsidibus latæ sunt pro sua auctoritate, quod idem Petr. de Ferr. senserat tit. de cond. ex lege quæ oritur. ex lit. obligat. Francis. Marcus, in constit. Delphin. decis. 91. & extat Ord. in Stylo Parlam. tit. de offi. Balliuorum Philippi & Caroli Regum Art. 57. 58. & 60.

[c] *Est tenu obeyr.*] Hoc verum siue Ecclesiasticus ciuilem, siue contra imploret cap. 1. de off. iudic. ordinar. & l. Episcopale Cod. de episc. aud. cap. principes & cap. de liguribus. 23. quæst. 5. Oldrad. cons. 89. & suprà fusè diximus Art. 4. siue alius alium quamuis.

[f] *Au requisitoire.*] Text. epistolam publicam vocat, authent. si vero criminis. Cod. de adulteriis. §. si quis verò comprehensorum. authent. vt nulli iud. & l. 1. D. de fer. fugit. §. damus authent. de quæst. col. 6. l. 1. Cod. de his qui latr. vel criminibus reos occult. Tales Præsidi à Præside, Parlamento à Parlamento mitti solent, quod Rebuf. notat, tit. de lit. rogat. art. hodie sublatæ Ordinat. 1560. vt diximus.

2 [g] *S'il luy appert sommairement.*] Hîc non quæritur, quas exceptiones contra iudicatum admitti conueniat, sed id tantum, an pati debeat Iudex alienæ sententiæ executionem fieri in suo territorio, quæ tamen vtraque vbique à Doctoribus confunduntur. Namque hæc cognitio ad informationem duntaxat iudicantis instituitur, nec partem vocari necesse est, cùm saluæ sint in executione exceptiones omnes, fit ergo summariè & de plano. Quoniam qualitas ipsa iudicantis persæpè actuarij subscriptione, sigillo Regio, aut alio confirmatur: Nam de regiis dubitari nequit, aliorum aut notoria, aut si dubitatur, summaria informatione doceri qualitas potest, aut ipsis sigillis c. post cessionem. ext. de probat. De competentia iudicantis summariè probandum ex domicilij loco eius, qui iudicatus est. Hæc sententia iuri ciuili quadam ex parte cõgruit, qua Iudicem rogatum aliqualiter, vt loquuntur, de iustitia
3 precum cognoscere debere statuitur. Sed hîc non de iustitia iudicati, sed iudicantis qualitate cognitionem admittit, & tamen probant quadamtenus cognosci, an executio suscipienda sit c. administrator 23. quæst. 5. & l. colonos C. de agric. & cens. Io. And. clem. pastoralis de re iud. Oldrad. cons. 89. incipi. episcopus inuocat. Dominic. c. sicut 2. quæst. 1. Fely. c. de cætero. ext. de re iud. post alios Host. c. cum contingat. ext. de rescript. Decis. Delphi. 574. Decis. Tholos. 411. Bellouis. pract. tit. de fuga reor. glos. l. de iure. verbo, ad munera D. ad municip. Atque hoc quidẽ de his exceptionibus, quæ
4 opponuntur ad impediendum processum: Nam de his, quæ aduersus executionem objciuntur ad merita vt loquũtur, magna dubitatio est, an vllas & quas executor, cui causæ cognitio mãdata est, recipere debeat. Causæ cognitio intelligitur attributa, si ei qui Iurisdictioni cuiquam præest, mandata est executio, Contra est in Apparitore l. vlt. D. de iud. longus est tractatus Doctorum & glos. l. 1. C. de iur. & fact. ignor. vbi glos. octo exceptiones colligit quæ iudicato opponi possunt. Spec. decem & octo recenset tit. de re iudic. §. postremo, sed ipsi de executionibus loquuntur, quæ contra iudicatum opponi possunt, hic magis de exe-
5 cutoris potestate agitur. Tu sic habe, executorem, cui causæ cognitio tribuitur, quales sunt Consiliarij Curiarum, Præsides, & qui Iurisdictionem ordinariam habent, exceptiones omnes admittere posse, quæ modo vim Iudicati in controuersiam non reuocet, quod tùm fit, cùm aut nullitas aut falsitas, aut iniquitas iudicati opponitur, quod tex. ait. l. si prætor in principio. D. de iud. alioqui in potestate erit executoris, quod iudicatum à superiore fuerit, infringere. Idem Bart. l. à diuo. pio in princip. vers. quæ cognitio. & §. si super rebus D. de re iud. & Doct. ibid. Canonist. c. cum super ext. de re iud. Atque id quidem de exceptionibus quas reus damnatus opponit.

Nam si tertius aliquis intercedit, hactenus hic executor cognoscet, quod satis sit ad inducendum victorem in eam possessionem, quã reus damnatus habuit, ex art. Mol. 51. Adhibebitur igitur summaria cognitio, quod & tex. statuit. d. §. si super rebus, salua quæstione pleni præiudicij in plenario iudicio possessorij aut petitorij, quod cùm executor fecerit, ponet modum cognitioni, & ad delegantem referet. Rectè omnino ad iudicati executionem constituit Molin. ille articulus, longè antequam ederetur desideratus ab eruditis Iudicibus, & multo ante prouisus, & appositissimè ad discriminandam executorum cognitionem & metas potestatis repertus, & cõuenit cum d. §. si super rebus, in cuius vsu multum antehac erratũ est à multis; Hæc sententia Bart. d. l. à diuo pio. Innoc. c. veniens ext. de testib. Panor. Fely. & aliorum d. c. de cætero Rom. cõs. 51. Petri Ferrarij in practica in forma libelli de forma execut. sent. quanquam illi subobscurè nec perspicuè loquuntur. Hæc tamen disputatio in ordinarios non cadit, qui cùm Iudices sint partium, exceptiones cuiuslibet tertij admittunt, & iudicant tam possessoriè quam petitoriè iure propriæ autoritatis & potestatis. De nullitate sententiæ frustra vsu nostro disseritur, quod Lud. Rom. d. cons. 51. disputat, & alij persæpè, cùm de nullitate sententiæ hodie nunquam disceptetur, nisi per viam appellationis; quod ait Aufrer. in Stylo tit. de appellat. §. 4. in qua non est difficile videre, quis eius Iudex esse debeat, nec vllus executor sit tam inconsideratus, qui sibi de ea iudicium audeat sumere.

[h] *Par Iuge competant.*] Dictæ enim ab incompetenti sententiæ impune non paretur l. fin. C. si à non comp. iud. c. etsi clerici ext. de iud. & l. vlt. D. de iurisd. omniũ iud. si notoria incompetentia sit, vt notat vulgò l. 1. D. si quis in ius vocat. non ier. Resisti tamen facto posse, quod illi vulgò tradunt, vsus & auctoritas Principis, & iuris aperta via non admittunt in hoc Regno, & merito. Vtimur verò persæpè hac ipsa dispositione, cum sententiæ à Iudice Ecclesiastico latæ executio petitur, propter mutuam suspitionem potestatum. Nec negant Canonistæ iudicem secularem non protinus exequi debere sententiam Iudicis Ecclesiastici, si scit vel suspicatur de iniustitia, quod Anchar. dixit cons. 382. & Fely. c. 2. col. 10. limitat. 5. ext. de sponsalib. in vniuersum notat. Boër. tit. de iudicib. §. 27. in Cons. Biturig. Est vero ad hanc dispositionem consuetudinis conuenientissima glos. vlt. clem. vnic. de seq. poss. & fruct. vbi negat tex. nullitatem propositam impedire executionem sententiæ posse, quod glos. sic accipit, nisi eiusmodi sit nullitas, quæ iurisdictionem neget eius, qui iudicauit & Iudicem fuisse eum qui iudicauit Barbat. latè c. cum in iure ex. de off. delegat. num. 44. & quæ notat Auf. in Stylo. c. 20. tit. de appell. glos. verbi, incompetenti.

ARTICLE XVIII.

LES[a] parties[b] peuuent[c] librement[d] compromettre[e] de leurs differens,[f] en telles personnes que bon leur semble, fors & excepté[g] en leurs Iuges ordinaires,[h] qui ne peuuent estre arbitres[i] entre leurs subiects. ART. XVI. NOVAE CONSVET.

[a] PArtes[b] possunt[c] liberè[d] compromittere[e] de controuersiis,[f] in eos omnes quos voluerint, nisi[g] in suos Judices ordinarios,[h] qui Arbitri esse non possunt[i] inter subditos suæ iurisdictionis.

NOTA I.

1 *De arbitris apud auctores Græcos & Latinos &c.*
2 *Arbitri & iudicis discrimen.*
3 *Arbitri sententiæ parendum, aut pœna promissa exsoluenda.*
4 *Arbitri & arbitratoris differentia.*

[a] *Les parties peuuent librement.*] Fuit hic componendarum controuersiarum & litium omnium ratio, sapientissimis hominum iam olim valde probata, vt quia
1 dissidendi in conuictu, commerciisque hominum infinita sit materia, & occasiones crebræ, causæ quam celerrimè in amicorum sinum deponerentur, & eorum iudicio conquiescerent: Nec quidquam magis conuenit hominis Christiani instituto, nec alienum ab eo quod Paulus statuit, Quin potius ait: Si quis insipiens est inter vos hunc constituite ad iudicandum. Plato. lib. de legib. 6. statuit τοὺς ἐγκαλοῦντας ἀλλήλοις εἰς γείτονας ἰέναι, καὶ τοὺς φίλους. Et paulo post κυριώτατον δὲ τὸ δικαστήριον, ὅπερ ἂν αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἀποφήνωσι ἕκαστοι κοινῇ ἑλόμενοι. & lib. 12. ante omnes statuit αἱρετοὺς δικαστὰς οὓς ἂν ὁ φεύγων τε διώκων ἕλωνται κοινῇ. quos διαιτητὰς appellari vult, & communis talium Græcis appellatio est. Constantinus Harmenopulus αἱρετοὺς & ipse δικαστὰς appellat, lib. 1. tit. 4. Quamobrem talia deorum iudicia inter se à Poëtis finguntur, vt sapientissima, talia regum, vt necessaria historiæ scriptoribus, pastorum vt simplicissima Bucolicis autoribus. Meminit horum & Demosthenes oratione contra Αφοβ. Extat apud eundem oratione κατὰ μειδίου ad hunc locum conuenientissima sententia legis vsu, ἐὰν δέ τινες inquit περὶ συμβολαίων ἰδίων πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητῶσι, καὶ βούλωνται διαιτητὴν ἑλέσθαι ὁντινοῦν, ἐξέστω αὐτοῖς αἱρεῖσθαι ὁντινοῦν ἂν βούλωνται διαιτητήν. Ἐπειδὰν δὲ ἕλωνται κατὰ κοινὸν μενέτωσαν τοῖς ὑπὸ τούτου διαγνωσθεῖσι. Qui locus de his Arbitriis loquitur, qui communi partium consensu de cõtrouersiis sumũtur, quos αἱρετοὺς δικαστὰς, aut διαιτητὰς appellant, quorũ munus in eo est, vt sicuti Iustinianus ait, auth. vt diff. iud. col. 9. κατὰ φιλικὴν συμβίβασιν inter dissidentes statuant, quos Thophili scholia μεσιτεύοντας vocant, vulgò mediatores, quales ferè sumi solebant, de finalibus cõtrouersiis, cuiusmodi est quod Theophilus in georgicis legibus indicat, & Terentius in Heautont. vicini nostri (inquit) ambigunt de finibus, Me cœpêre Arbitrum: & attigit. l. de modo D. fin. regund. Fuêre tamen, sicuti & Romano quoque iure, duplici potestate arbitri apud Athenienses. Namque fuêre qui non litigantibus, sed aut sortito, aut Magistratuum electione quotannis constituerentur rebus iudicandis, priuati ipsi nec Magistratus potestate, quod Vlpianus Demosth. interpres indicat oratione in Mediam, qui Iurisdictionem non habebant sed iudicandi potestatem his finibus conclusam, quibus concessa esset, de quibus tex. l. vlt. C. vbi & apud

A quem in integ. quales Romæ fuêre qui Iudices dati, Iudices delegati, Pedanei, singulares dicebantur, tùm etiam Recuperatores, qui ex formula litigantibus à Prætore aut Magistratibus dabantur; Quorum Iullius Pollux & Suidas meminêre, & itẽ Demosthenes orat. κατὰ ἀφοβ. quo loco & prouocationem ab his fuisse apparet illa oratione, & ὑπευθύνους fuisse indicat, id est, rationi & syndicatui (vt aiunt) obnoxios, quod Vlpianus interpres notat, non minus quàm Magistratus ipsos. Legebantur autem Athenis ex tribubus, sexaginta ex vna quaque aut paulo plures, Romæ ex decuriis, Iurisconsulti homines & periti rerum & causarũ. Arbitrorum vero, qui ab litigatoribus legebantur alia ratio fuit; Namque vt plurimum vicini & amici sumebantur,
B nec ab illis prouocatio erat, quod locus superior Demosthenis ex illa oratione κατὰ μειδ. ostendit: sicuti nec Romano iure & l. 1. C. de arbit. μηκέτι inquit μεταφερέτωσαν ἀπὸ τούτου, ἐφ᾽ ἕτερον δικαστήριον ταὐτὰ ἐγκλήματα, ἀλλ᾽ ἔστω τὰ κριθέντα ὑπὸ τούτου κύρια. Quorum munus interdum fuit iudicãdi ex forma compromissi, interdum litigantes tantum conciliandi, vt qua fieri posset dissidentes componerent, quod si non possent tùm demùm ad forum & iudicia ablegarent, veluti deplorata mente qui litigare mallent, qua de ipsa re Iurisconsultus loquitur l. idem Pomponius. §. recepisse. D. de arbit. qui, inquit, hactenus interuenit, vt experitur an consilio suo, vel auctoritate discuti litem litigantes paterentur, non videtur arbitrium recepisse. His spretis Athenis iudicari non licebat, cuius rei exẽ-
C plum nuper in vrbe Metensi reuocatum vidimus, cùm recens in Regis Franci potestatem venisset, & leges nouis colonis darentur: & omnino vsurpari vbique è rep. esset. Talium Iseus orator meminit oratione de hereditate Diceogenis. Nec multum diuersa Romanorum instituta: Nam è senatoribus & equitibus decuriæ legebantur, quæ munere iudicandi fungerẽtur, dabanturque singulis singulorum controuersiis aut Iudices aut Arbitri ab Magistratibus; Arbitri magis 2
cùm res ex bona fide agenda: Iudices cùm è stricto iure; quanquam confundi significationes nouum non est, & eum interdum Iudicem appellari qui alibi arbiter vocetur vt l. Lucius vers. est quidem constitutum
D D. depos. Arbitrum appellat quem eundem in simili casu Arbitrum, l. quia tantumdem D. de negot. gest. & lex Iulia minus accipi vetat ob iudicẽ Arbitrùmve dandum l. lex Iulia. D. ad l. Iul. rep. & l. à diuo pio. D. de re iud. iudicum vel arbitrorum à se datorum sententias exequi magistratus iubentur. Sed Arbitrij & iudicij discrimen. Cic. oratione pro Roscio notat & alia pro Murena attigit, & Seneca lib. de benef. 3. c. 7. Sed hæc ad notas non pertinent. Quod ad arbitria, 3
de quibus hîc agitur, attinet, tenenda est elegans diuisio text. l. societatem. §. Arbitrorum. D. pro socio, vt vnum eiusmodi sit, cui siue æquum siue iniquum sit,

pareri omnimodo oporteat, aut pœnam promissam depēdi: Nam etsi interdum sine pœna fiat, in incertum committit promissionem contingit l. diem proferri §. vlt. D. de arb. sed pœnam promitti frequentiùs est, & rei magis conuenit l. litigatores. §. arbitrio. D. de arbit. l. nō distinguemus §. 1. D. eod. quem morem Athenis quoque fuisse Arpocration indicat, vt pecunia deponeretur ab aduersariis.

4 Alterum est, quo rei dubiæ iudicium cuiquam concreditur, quod tamen ad boni viri arbitratum redigi oportet, etiam si nominatim cuiusquā persona compræhensa sit conuentione. Qui priori arbitrio iudicēt Arbitros, posteriori arbitratores appellarunt, ignota veteribus quidem appellatione & nomine. Sed quia Arbitratus voce fere ad hanc rem designandam Iurisconsulti vtebantur, ab arbitratu Arbitratorem, & Arbitramentum, æquè ignota, posteriores finxêre. Prius ad iudicia volūt pertinere ex l. 1. D. de arbit. & re ad litem deducta, l. Pomponius. §. vlt. & §. recepisse eod. tit. recepisse inquit arbitrium dicitur, qui partes Iudicis suscepit. Arbitratores quos vocant magis ad conciliationem ambigentium, quam litem terminandam dari volunt, quorum munus magis συμβιβαστικὸν sit, quod Bal. ait. l. vlt. C. de fer. & c. 1. ext. de fer. Bart. & Alb. l. si feriatis ext. D. de arbit. Io. And. Anchar. Panor. c. vlt. de fer. Spec. tit. de arb. §. 1. vers. est etiam differentia Bart. & alij l. 1. §. & post operis. D. de op. no. nunc Bart. d. §. arbitriorum.

Nota 2.

1 *Tres regulæ in materia arbitrorum.*
2 *Qui stare in iudicio nequit, nec etiam compromittere.*
3 *Qui compromittere prohibentur.*
4 *Nemo cogitur compromittere.*

1 *Les parties.*] Hîc quoque articulus de ciuili iure. Cū huius articuli materia in eo sit, vt intelligatur qui, in quos, & quibus in causis compromitti possit. Colligendæ sunt paucis regulæ, quæ de omnibus speciebus cum occurrent statuant, Tres omnino. Prima, Cùm ante arbitria diximus ad iudicia pertinere, neminem qui in iudicio consistere nequeat, in Arbitrum compromittere posse. Secunda Cùm alteram arbitrij speciem contractus vicem obtinere constituerimus, qui contrahere nequeat, nec compromittere posse, quia id potius transigentis & contrahentis sit. Tertia. Compromissum culpæ annumerari l. si dictum. §. si cōpromisero D. de euictio. Hæ regulæ retentæ, viam patefaciunt ad singulas controuersias de compromittētium facultate finiendas, si modo, quæ ex foro immutauit
2 vsus, adiungantur. Negant ab eo compromitti in Arbitrum posse, qui in iudicio stare nequeat, quia pœnam committi necesse sit ab eo, qui non pareat; Hæc ratio, quo quidem iure vtimur, multo validior est, quia hodiè etsi ab Arbitro prouocari potest, pœna tamen omnimodo committitur ex Ord. Francis. II. anno 1560. cùm antehac ex prouocatione vincenti restitueretur. Deinde quod addunt altera arbitrij specie, quod arbitramentum vocant, ad alienationem deueniri, quia laxata arbitrandi potestate de alterius iure detrahere liceat, quod alteri addatur dissimulato interim iuris rigore, propter conciliationis causam, d. §. recepisse, non magis valet, cum ad arbitrium boni viri recurrere liceat, & hodiè appellari æque atque ab arbitrio receptum sit, ex Ord. Lud. 11. anno 1512. art. 34. Sed hoc iniquiore loco est qui vincitur, quia sententia ab Arbitro dicta omnino iure recepto executioni mandanda est, etiam si appellatum sit.

A d. Ord. Francis. II. Ergò cùm quæritur de personis, quæ compromittere possunt sic habe. Omnes omnino cō- 3
promittere posse, qui non prohibeantur iure, aut consuetudine scripta. Prohibentur autem minores, de his quidem quorum alienatio interdicitur minori, vt immobilium, nisi quidem decretum interueniat. l. si minor. §. minores. D. de minorib. Bald. l. 1. circa medium. C. si aduers. transact. Spec. d. §. restat. tit. de arbit. vers. quid de minore. Ang. l. nam & postea. §. si minor. D. de iureiur. latè Alex. cons. vlt. vol. 6. Lanfranc. tract. de arbit. sectione. 3. Sunt qui aliter, atque aliter distinguant; De mobilibus verò compromitti
B non abnuunt.

Magis dubium quo casu Statuta de certis controuersiis compromitti iubeant inter cōsanguineos, quale illud est, quod nuper Molinis editum est Art. 83. An minor eo casu legis scilicet authoritate aut iussu compromittere possit, Sed ea de re seria est disputatio apud Alex. d. cons. vlt. vol. 6. *Vide art. 566. N. C.*

Nec pupillus potest. l. si pupillus & glos. l. diem proferre. §. coram, in verbo pupillo. D. de arbit.

Nec filiusfa. de quo quidem non est dubium, in his quæ patri acquiruntur, aut in quibus vsusfructus ei
C quæritur, quod Azo in Summa scribit ti. de arb. Specu. d. §. restat. Lanf. vbi sup. Host. in Summa de arbit. §. de quare Io. Baptist. lib. de arbit. 2. c. 13. Denique sic habeto, minoribus pupillis, filiisfamilias sine exceptione ne compromittere possint, obstare. 1. & 2. regulam, quia scilicet in iudicio consistere nequeunt, cùm in alterius sint potestate, ex art. 466. infrà item quia contrahere vetantur sine autoritate eorum, quorum in iure sunt ex art. 471. inf. quas vtrasque regulas coniungit, art. 508. infrà. Accedit, quod non læsi videri non possunt, qui se ancipitis pœnæ & executionis periculo implicant, & dubiæ & incertæ alea arbitralis
D sententiæ supponūnt, cùm legitima iudicia sine pœna pateant, & ius commune sine noxa, quamobrem compromisisse in culpa est. d. §. si compromisero. Nec tantum Arbitro, quantum Iudici lex confidit. c. nisi essent. ext. de præb. Ea omnia cùm concurrunt, planè nihil est, quod dubitetur compromittere tales non posse.

Eædem regulæ tutori, curatori, œconomo, commissarijs ad bona saisita (vt loquuntur) & talibus obsunt, ne compromittāt & tex. est expressus in tutore inf. art. 483. Aufrer. vbi sup. Ias. l. 2. D. de off. eius cui mādat. est
E iurisd. quanquam iure ciuili de mobilibus admittunt, quia transigere possunt, ita tamē vt debitum liquidum non remittant. l. imperatores. D. de pact. vbi gl. & Angel. ibid. Tex. & Doct. l. præses. C. de transa. in immobilibus negant, nisi decretum interueniat, quia transigi nisi hoc modo nequeat. l. non solum. C. de pręd. minor. Bald. d. l. 1. Cod. si aduers. trans. Lanf. vbi sup. quāquam Lud. Rom. cons. 50. compromissi validitatem metitur ex euentu, vt si vtile iudicatum compromissum sequatur, recipi debeat, sin minus aliter habendum sit. Sed claudicationem talis compromissi omnino Baptist. improbat. d. lib. 2. c. 4. num. 11. & 12. & c. 15.
F Litigent illi de iure licet nostra nos Consuetudo, & quod initio diximus, tenet.

Nec mulier marita poterit, quia prima & secunda regula obsunt ex art. 425. & 508. Nam etsi aliquando recusante marito possint iudicio consistere ad rei suæ defensionem, vt infrà art. 428. & seq. tamen transigere in præiudicium mariti, cuius sunt fructus prædiorum, non debent, ac ne de iure quidem suo sine autore decidere, nisi res ad mercaturam pertineat conniuente aut permittēte marito d. art. 425. & 427. qua de re plurib. Lanfrancus vbi sup. q. 4.

Nec

Nec pater adminiſtrator, *ou garde naturel de ſon fils*, quia res aliena ſit, & obſtat reg.2. quia de alieno contrahere nequeat, cùm (quo quidem iure vtimur) pater in bonis filij vſumfructum non habeat, & rationi reddendæ ſubijciatur, vt quilibet extraneus, quod in bonis quidem filij maternis intelligendum, & his denique, quæ filio quæruntur extra eas cauſas, quæ ſunt exceptæ inf. art.402. iure ciuili ſentẽtias in diſtinctiones ſcindunt, quas Baptiſt. recitat, d. lib.2. c.15. Lanf. d. lib. 4. ſect.3.

Prælato, clerico, monacho obſtat reg. ſecunda, quia ſcilicet nequeant alienare res Eccleſiæ, licet in iudicium deducere poſſint vt Innoc. ait c. edoceri ext. de reſt. ſpol. c. cùm olim &c. ex literis ext. de probat. niſi ſi quibus caſibus alienatio permittitur, aut quo caſu monachus in iudicio conſiſtit, vt ſi de beneficio eius aut officio clauſtralis agatur, & quos notat Spec. tit. de actore. §.1. Quin tamen in ſuum præiudicium compromittere poſſint ad vitam, modo diſpoſitio alienationem non ſonet non ambigitur, c. peruenit de arbit. ext. Nam & pœnam arbitralem de ſuo depẽdere poſſunt, & fructus perdere & prodigere ſine ſucceſſionis præiudicio. c. niſi eſſent. ext. de præb. c. ſuggeſtum. c. ex multiplici c. fin. ext. de decim. Hoſt. d. §. de qua re. Bapt. d. lib.2. c.4. Doct. c. cum tempore ext. de arb. alij d. l. Præſes Specul. d. §. reſtat. Lanf. vbi ſup. Alex. vol.2. conſ.32. quo loco Bap. ambigit, an de titulo ſui beneficij poſſint compromittere clerici.

Eadem ratio omni alienæ rei adminiſtratori obſtat, & reip. aut communitatis, quãquam tales adminiſtratores putant, veluti liberam habeant, tranſigere poſſe, d. l. Præſes. Bald. Cy. & alij. l.1. C. de procurat. Lanf. vbi ſup. Quo fit, vt procurator, ſyndicus, actor, negotiorum geſtor, curatores ædium ſacrarum, *Fabriqueurs, Treſoriers de paroiſſes, Preuoſts de communitez ou de meſtiers, Procureurs d'eſtats* nequeant iniuſſi, quia tranſigere non poſſunt, nec lites inſtituere ſine mandato, & compromittere in culpa habeatur, & pœnam dependi & iudicatum fieri neceſſe ſit tex. c. per tuas ext. de arbit. de quo Lanf. vbi ſup. Bapt. lib. 2. c.15. niſi liberam haberet. c. qui ad agendum ext. de proc. excepta donatione. l. creditor. §. Lucius. D. mand. & dilapidatione. l. contra iuris. §. filius. D. de pact. excepto dolo. l. ſi vnus. §. illud nulla. D. de pact.

Nec vſufructuarius extra ius ſuum quidem aut fructuum commoditatem, de quo Baptiſ. d. lib.2. c.16.

Nec emptor in præiudicium venditoris garendi autoris. d. l. ſi dictum. §. ſi compromiſero; itaque ſi fecerit, recurſum non habebit, niſi paratus ſit venditori reſtituere actiones, & iura omnia integra ad defenſionem præſtare. Eadem intelligenda ſunt in venditore, qui laudatus ab emptore in fraudem eius compromittit, cùm nec tranſigere queat, quæ tamen Baptiſta implicat. d. c.16. Lanfranc. vbi ſup. q.7. Nec teſtamenti curator, quod Baptiſt. agit. c.15. lib.2.

De vaſſallo & emphyteota ſuperuacua eſt quæſtio, cùm iſta hodie patrimonialia ſint, pro emphyteoſis quidem tempore, quod. Spec. tractat. d. §. reſtat. verſ. ſed nunquid vaſſallus, Nec ſeruus poteſt. l. non diſtinguemus. §. ſi ſeruus. D. de arbit. quia in iudicio non conſiſtit. l. ſeruus. C. de iudic. Nec ſtatuliber, cùm & ipſe ſeruus ſit, l. ſtatuliber à cæteris ff. de ſtatulib. Nec adſcriptus glebæ, quod ad res domini l. vlt. Cod. quib. cauſ. col. cenſ. lib. xj. Dubius de ſtatu, ſecundum poſſeſſionem in qua eſt, aut poteſt aut nequit l. circa D. de probat. Furioſus & prodigus nequit l. diem proferre §. coram. D. de arbit. quia nec in iudicio conſiſtunt. Deportati, relegati, banniti, confinati, vt loquuntur, his locis quibus excedere iuſſi ſunt, non poſſunt, cùm A iura ciuilia, & conſuetudinaria ſuæ ciuitatis amittant, Specul. d. §. differt. verſ. quid de bannito, quanquam paſſiuè conueniri poſſint, quod Baptiſt. tractat. d. lib. 2. cap.5. & 7. Poſtulati criminis de priuato intereſſe poſſunt, de publico nequeunt, idem Baptiſt. c. 8. Excommunicatos maiori excommunicatione non poſſe putat Specul. d. §. reſtat & Lanfranc. vbi ſup. Baptiſt. d. lib.2. c.6. Sed hodie forum ciuile excommunicationis exceptionem propemodum vbique reijcit, quod olim quoque Francis quidem vſurpatum Io. Fab. ſcripſit. §. vltim. Inſtit. de curat. Imb. ex eo li. Inſt.1. c.35. nec ſcio quàm piè.

B [b] *Peuuent.*] Nemo enim compromittere cogitur, non magis quàm tranſigere, aut contrahere, cùm ſupra pro 4 regula conſtituerimus, qui contrahere aut tranſigere nequeat, nec compromittere poſſe; Quanquam crebra Italiæ Statuta produ͂tur, quæ propinquos quidem de cauſis ſuis compromittere ſtatuunt, qua de re Bartol. l. prætor. D. de tut. & curat. dat. ab his, ſumptúſque eſt de more illo noſter Articulus Molinenſis 83. quanquam non eſt Regia Sanctio illa, ad quam ille articulus refertur, ab Curia Pariſienſi, ac ne noſtra quidem promulgatus. Vſurpatum tamen Curiæ illi iam C olim, vt propinquos & conſanguineos de gentilibus controuerſiis arbitros ſumere cogeret, in reliquum neminem Iudex ad compromittendum cogit, ex ſententia Barto. l. furti. §. qui iuſſu. D. de his qui not. infam. Paul. Caſt. Alex. Iaſ. l. quidam æſtimauerunt. D. de reb. credit. Alex. latè l.1. §. & poſt operis. D. de op. nou. nunt. Bapt. lib.5. de arbit. c.10.

[c] *Librement.*] Hæc vox abſolutæ & infinitæ libertatis eſt, quod gloſ. pragmat. ſanctionis notat. §. quod ſi aliter tit. de elect. verbo, libere. Io. And. c. pro humani ext. de homicid. & c. cùm Epiſcopus de off. ord. in 6.

D

NOTA 3.

1 *Compromiſſum quid eſt.*
2 *De quib. controuerſiis compromittitur.*
3 *Reiecta Doctorum ſententia de maiorum iudicum cognitione, &c.*
4 *Compromiſſum de cauſa publica nullum.*
5 *De priuato intereſſe fit compromiſſum.*
6 *Caſus quorum nullum eſt compromiſſum.*
7 *Compromittitur in perſonas iure non prohibitas.*

E [d] *Compromettre.*] Compromiſſum ſtipulatio eſt mutua partium de controuerſia in iudicium cuiuſque de- 1 ponenda, aut terminanda, addita pœna, Frequens Iuriſconſultis vox, & Ciceronis quoque vſurpata, Græci, ἐπιτετραμμένην δίκην, καὶ ἐπιτροπὴν δίκης compromiſſum vocant; ſit autem regulariter addita pœna, interdum & ſine pœna. l. litigatores. §. arbitrio, D. de arbit. quo caſu ad incertum, id eſt, intereſſe liquidandum ſtipulatio committitur, dicto §. arbitrio, &c. per tuas. ext. de arbit.

[e] *De tous leurs differents.*] Hic de ſecundo partitionis 2 membro agitur, quibus ſcilicet de controuerſiis com- F promitti poſſit, *De tous leurs differents*, id eſt, de omnibus collectiuè aut ſingulis diſtributiuè. Cùm de omnibus ſit compromiſſum, plenum compromiſſum dicitur. l. ſi cum dies. §. plenum. D. de arbit. ſin de ſingulis agitur, id tantum venit, quod actum eſt vt veniret d. l. non diſtinguemus. §. de officio & c. cùm dilectus. ext. de arbit. Proinde quanquam vniuerſalis oratio, ad habilitatem cauſarum & perſonarum coarctanda eſt: Nam controuerſiæ quædam compromiſſum non admittunt, quod Bart. tractat d. l. non diſtinguemus. §. vlt. Bart. & Alex. ad eum. l. Prætor. D. de tut. & curat.

dat. ab his. Panor. c. irrefragabili. ext. de off. ord. Alex. conf.62. vol.2. Quæ non vetantur permissa intelliguntur. Spec. d. §. restat Azo & Host. in Summa. Tota ab

3 fundo ratio Doctorum in dijudicandis controuersiis compromissibilibus ex eo sumitur, quod causæ quædam maiores Iudices poscunt ideoque compromitti nequeunt l. vlt. C. vbi & apud quos. d. l. non distinguemus, §. de liberali, & l. iamdudum vbi caus. stat. Hoc fundamentum si subruitur, conuulsa positione corruunt & consequentia: Namque, etsi causæ quædam maiores Iudices poscant, tamen nemo iure nobis recepto eorum iudicio subducitur per compromissum, cùm appellare liceat, & pateant iudicia quorumlibet iudicum, imò & supremarum Curiarum, cùm ab sententia arbitrorum recta appelletur, & ἀμέσως ad Parlamenta, si valitura est Ordin. Francis. II. 1569. dissimulata iuris ciuilis dispositione, quæ appellari non admittit. Nec compromissum pro transactione accipi debeat, cùm reuelatur prouocatione quodcunque iudicatum est; quare fallax est assumptum, nec

4 cum iure ciuili congruit. Quamobrem sic habe, omni de causa compromitti posse, si quidem ad interesse compromittētis tantum res pertineat, & pecunia priuata sit: Extra id, quod causam publicam contineat, non posse. Hæc ratio antiquis fuit, quod de liberali causa negarent compromitti posse. l. non distinguemus. §. de liberali. D. de arbit. & l. 2. C. de pedan. iud. quanquam Athenienses alio iure vsos indicat locus oratione Demosth. contra Næeram, quæ fœminam ex compromisso liberam pronunciatam scribit. Eadem sententia est de ingenuitate, conditione ascriptitia, libertinitate, aut denique statu quolibet personæ d. §. de liberali Bapt. lib.3. c.1. idem de filiatione & nobilitate Baptist. lib.3. c.2. Idem in causa monachationis & conuersionis d. glo. d. l. fin. C. de transact. glo. & Doct. d. §. de liberali. verb. idem dicendum. Spec. d. §. restat. glos. l. ait prætor. §. quacunque verb. agatur. D. de iureiur. Baptist. lib.3. c.3. causa matrimonij. glos. d. §. de liberali. cap. causa ext. de rest. in integ. Doct. l. titia. D. sol. matr.

5 Sed cùm de priuato tantum interesse agitur, & compromitti & transigi poterit, quod probatur. l. fin. C. de transact. & l. interpositas eod. tit. & l. cùm proponas. C. de reb. cred. causæ decimarum pro tempore quidem compromittentis. d. c. ex multiplici & c. vlt. de decim. ext. si modo res non alienetur. d. c. peruenit, & Bapt. d. lib.3. c.4. De alimentis si ex contractu debeantur poterit. Specul. d. §. restat. per l. cum hi §. plane, D. de transact. Bapt. c.5. De iure procurationis idem c.11.

6 Ex his sequitur tutelares causas compromitti non posse. Bar. l. prætor. D. de tut. & cur. dat. ab his. d. l. non distinguemus. §. Iulianus. Spec. d. §. restat. Bar. d. §. de liberali & Bal. ibid. §. Iulianus.

Nec populares. d. §. Iulianus. l. quid ergo. §. ex compromisso. D. de his qui notantur infam. Spec. vbi sup. §. restat. uerbo, item de publica, Azo in Summa. Host. in Summa de arb. §. potest autem Bapt. c.9. lib.3.

Nec criminales de publico quidem & publicæ animaduersionis iure, secus in priuato interesse c. causam. de rest. in integ. Azo. d. §. potest. Bart. d. §. Iulianus. Spec. d. §. restat. vers. quia de famoso. Lanf. vbi sup. part. 4. glo. c. literis verbo, statuerunt. ext. de præsumpt. Baptist. c.10. lib.3.

Nec causæ nobilitatis, quia per eas publico præiudicatur; nec matrimoniales, quæ consequentiam de publico ducunt, quarum resolutio ab arbitrio priuatorum non pendet. Eadem de sententia excommunicationis Bapt. lib.3. c.13. Host. ibid. Io. Andr. ad Spec. d. §. restat, Nec causæ vsurariæ, Nec spirituales Bapt. c. 11. lib.3. cōpromittuntur. Namque ista priuati arbitrij non sunt, & in leges publicas incurrūt, nec priuatorū commerciis aut elui aut coërceri possunt, cum publicam auctoritatem & animaduersionem exigant, & subiectum habeant quod ex consequentia publicum trahit, nec ad pecuniam priuatam spectat, quod si quid tale non est, nihil vetat compromitti, quale est quod de restitutione in integrum statuunt. c. causa de rest. in integ. & l. fin. C. vbi & apud quem. Sed haud dubiè vsu nostro compromitti poterit, si nihil aliud in causa vertitur præter pecuniam priuatam, quanquam ista maiores Iudices exposcat iure, verum istud recepto vsu nostro non consideratur, quod & Spec. senserat vbi sup. differt.

[f] *En telles personnes.*] Hîc tertium caput partitionis 7
tractatur, in quos scilicet compromitti possit, potest verò in eos omnes, qui iure non reperiūtur prohiberi, Spec. d. §. potest. Prohibentur vero serui. l. pedius. §.1. de arbit. Filiusfam. non prohibetur. l. sed & filius & l. quinetiam. D. de arbit. Sed & sacerdotes, & monachi, & quilibet tales. l. non distinguemus. §. sacerdotio. D. de arb. Fluxa est enim ratio eorum, qui alienum putant à professione eorum. Ac de arbitratore quidem dubium habere non posset, sed nec de eo qui alterum aut alteram controuersiam finiturum se recepit: Neque enim passim arbitria ad vnum deferuntur, quare tit. ne clerici vel monachi, nil obstat. Deportati, relegati. damnati ad metallum, & remum non poterunt. Spec. tit. de arbit. §. differt. Angel. disput. incip. duo inuicem litigantes; Sed & infamis esse potest, negabat vetus. c.322. Mulieres dumtaxat illustres c. quintauallis ext. de iureiur. cum iudicio legitimo, iudicare possint, Pupillus non potest ob iudicij imbecillitatem, Procurator & Aduocatus litis non vetatur, quod frequenter vsu venit, & notat Ias. conf. 135. §. vol. 4.

NOTA 4.

1 *Iuris inscitia, exceptio addita de iudicib. ordinariis.*
2 *Iudices Romæ dabantur quotannis & priuati & iurisdictionis exortes.*
3 *Intellectus l. sed & si seruus. §. si iudex. D. de arbitr.*
4 *Veteris Consuet. hac in re improbata ratio.*
5 *An delegatus, an consiliarius possit esse arbiter.*

[g] *En leurs Iuges ordinaires.*] Quod errore & patrum 1
inscitia primùm inuectum est, mirum est tam altè hæsisse, vt in vim quoque legis transierit. Hic Articulus occasionem à iure ciuili sumpsit. l. sed & si seruum. §. si iudex. D. de arbit. Si quis (inquit) Iudex sit, arbitrium suscipere, aut rei de qua Iudex est, in se compromitti iubere prohibetur. Eadem sentētia. l. tutor. D. de tuto. & curat. dat. ab his. qui tex. ad verbum describitur can.1. §. si quis vero Iudex. 3. q.7. His adducti Doctores iuris putarunt eum, qui Iudex ordinarius sit partium in causa de qua agitur, arbitrium recipere non posse, & est receptissima sentētia Doctorum, Bart. Bald. Alb. Rom. Fulgos. Angel. post glos. l. 1. vers. consentiant. D. de iudic. Quanquam glo. verbo, conuentum auth. vt differ. iud. §. si vero contigerit, dicit toto mundo contrarium fieri & in Iudices compromitti, quod ex ea Bart. Alex. Imol. Rom. repetunt. l.1. §. & post operis. D. de op. no. nunt. Cy. & Bald. l. si qui ex consensu. C. de Episcop. aud. Azo in Summa ti. de arbit. Host. in Summa eod. tit. Bal. l. pen. C. de iudic. Hîc de eorum sententia Consuetudo loquitur, qui compromitti non posse putant. Canonistæ rectius iure & vsu edocti compromitti admittunt,

tunt, gl. verb. ordinarij. c. à iudicibus. 2. q.6. & d.§.
ſi vero iudex vbi Archid. & Dominic. & gl. c. infames
3. q.7. verbo iudex, gloſ. Ant. But. Imol. Abb. c. inno-
tuit. ext. de arbit. c. cauſam. ext. de elect. c. niſi eſſent.
ext. de præb. c. literas. ext. de præſumpt. vbi gloſ. &
Fely. Specul. tit. de arbit. §. reſtat. verſ. ſed nunquid
in ordinarium, Inno. c. ex parte. ex. de arb. Cui con-
trouerſiæ initium præbuit antiqui moris parum co-
gnita Doctoribus origo: Neque enim d. §. ſi Iudex,
Iuriſconſultus de Magiſtratibus qui Iudices ordinarij
dicuntur reſpondere voluit, vt rariſſimè in iure Iu-
dicis appellatio Conſulem, Prætorem, Præfectum vr-
bi, aut alios Pop. Rom. Magiſtratus indicat, cùm illi
ſuis potius nominibus & titulis ſplendeant, nec iudi-
candi ſolum munus illorum ſit, ſed auguſtior appel-
2 latio & multo amplius imperium. Sed cùm Iudices
audis de his intellige, quos ante diximus, hominibus
Senatorij, aut equeſtris Ordinis rerum, legum, & vſus
peritis, qui quotannis ſingulis ex decuriis legi, à Ma-
giſtratibus ſolerent, priuatorum controuerſiis iudi-
candis, quique ex concepta formula pro oblata con-
trouerſia iudicare iubebantur, priuati ipſi, & imperij
atque adeo Iuriſdictionis omnis exortes. Hi iudican-
di neceſſitate obſtricti, non minus quam ad cætera
munera perſonalia, ſemel lecti annua opera funge-
bantur Magiſtratuum leuamento, qui reip. negotiis
maioribus occupati vicaria talium opera nitebantur,
quod l.2. C. de pedan. iudic. indicat, & l. munerum.
§. iudicandi. D. de muner. & honor. Hi qua in cauſa
erant dati concepta formula (hoc eſt, vt loquuntur,
ſecundum tenorem commiſſionis) iudicare iubeban-
tur, non alia poteſtate, quam eorum eſt, quos Com-
miſſarios ſolemus dare, ad audiendas partes in cauſis
minoribus; quem morem quædam tribunalia ipſúm-
que imprimis Pariſienſe Caſtelletum vſurpant, ta-
metſi Regia poteſtate: Tales ſunt de quibus Iuriſcon-
3 ſultus, d. §. ſi iudex reſpondet. Quare de eo colligen-
dum non fuit, compromitti in ordinarium Iudicem
non poſſe, ſed illud potius Iudicem commiſſum, qua
in cauſa commiſſus ſit, arbitrium ſuſcipere non poſſe.
Nam iure quidem ciuili quin in Conſules, Prætores,
& cæteros Magiſtratus compromitti poſſet, vix du-
bium eſſe poteſt ex l.3. & ſeq. de arbit. vbi negat tales
cogi poſſe vt arbitrentur, addita ratione non ex eo
quod Iudices ſint, ſed quia ab inferiore Magiſtratu
cogi non poſſint, quia in ſuperiores imperium non ſit
inferiori: Inferiores tamen cogi poſſe reſpondet, ta-
metſi Magiſtratus & ipſos l. nam & Magiſtratus. D.
de arbit. qui textus perſpicuus eſt. Ac proinde, cùm
eas ad cauſas recurritur, quæ vulgò adferuntur, cur

A compromitti in ordinarium Iudicem nequeat, eas
apparet tam inanes eſſe vt nil efficiant. Perſtrinxit eas
gloſ. d. §. ſi Iudex, tales tamen, vt non immerito Lud.
Rom. d. §. & poſt operis, eas contemnat, nec tamen
multo meliores adfert ipſe ex ſententia Hoſt. in Sum-
ma tit. de arbit. Sed hic refelli ſuſcepti operis lex non
permittit notas inſtituenti, & fortaſſe præſtabitur in
Comment. Vetus Conſuetudo vnam præter cæteras, 4
quas vſque vidi, adferebat, quia ſcilicet compromiſſo
derogari non debeat Iuriſdictioni ſuperioris Domini
Feudi, cui præiudicium fiat arbitrio ſuſcepto, ob præ-
ciſam appellandi facultatem. Sed in eo primùm falle-
B bat, quod appellari à ſententia arbitri non putabat
poſſe recepto pridem iure, & gloſa Pragmaticæ San-
ctionis iam olim annotarat. §. ſtatuit. tit. de cauſ. ver-
bo, iudice, & Ord. Lud. XII. & Franc. II. quas ante
citauimus. Deinde etiam ſi appellationi via præcluda-
tur per compromiſſum vna aliqua in cauſa, an ipſius
potius Iudicis ad quem appellandum fuit intereſſe
ſpectandum putamus, an ipſarum partium, quæ poſ-
ſunt, ac multo prudentius & conuenientius debent
controuerſias finire tranſactione, cùm vulgò Prouer-
bio dicatur; Malas etiam tranſactiones bonis quoque
iudicatis anteferendas, aut quaſi non omnia etiam ar-
C bitria tollantur, ſi hæc ratio recipitur. Quare effici-
tur, quod initio diximus errore ac parum animaduer-
ſo reſponſi ſenſu d. §. ſi iudex, receptam opinionem
pro iure ab autoribus Conſuetudinis ſcribendæ tra-
ditam. Sed vtamur, quando ita ſcripta eſt ab Conſue-
tudine diſcedere; & tamen occaſio introductæ Con- 5
ſuetudinis repetenda ab origine fuit: vnde illud con-
ſequens fuit, in delegatos compromitti non poſſe in
cauſa delegata, quod tantum ille. §. ſi iudex, voluerat.
Sed tamen diuerſa ſententia recepta eſt, & iuris Cano-
nici auctoribus video placuiſſe gloſ. c. literas de præ-
ſumpt. &c. niſi eſſent de præb. c. ex parte ext. de ar-
bit. glo. verb. ordinarij d. c. à iudicibus. Alex. d. §.
D & poſt operis Lanfranc. vbi ſub. ſectione 2. Spec. tit.
de arbit. §. poteſt. verſ. in iudicem.

An vero in Conſiliarium Parlamenti, & putát poſſe
Guido Papæ q. Delph. 69. quod ego nego in eadem
quidem cauſa, de qua iudicare aut debeat, aut poſſit,
non magis quam in ordinarium Iudicem.

[h] *Qui ne pourront eſtre arbitres.*] Arbitratores tamen eſſe
poſſe vulgò putant d. l.2. D. de iud. vbi Doct. & gloſ.
& item d. §. & poſt operis & d. auth. vt deff. iud.

[i] *Entre leurs ſubiets.*] Nam inter alios pro priuatis ha-
bentur, idem exiſtimandum & ſi ab his prouocatum
ſit, aut cognitione forſan interdictum Alb. d. §. ſi iu-
dex Bart. d. l.1. de iud.

ARTICLE XIX.

ET [a] ne peuuent leſdits arbitres [b] executer leurs ſentences, [c] ſinon qu'ils euſ- ARTIC.
ſent les choſes contentieuſes [d] en leurs mains, pour bailler à la partie, qui XVIII.
obtient gain de cauſe. NOVAE CONS.

ET [a] non poſſunt dicti arbitri [b] exequi ſuam ſententiam, [c] niſi res controuerſas penes [d] ſe haberent, vt eas redderent parti, qui abſtulit litem.

NOTA I.

1 *Jus ciuili ſententia arbitri exequitur conſenſu aut lapſu temporis.*
2 *Sententia arbitri mãdatur executioni ſalua appellatione.*
3 *Poteſtas arbitri à compromiſſo metienda.*
4 *Compromiſſo non tribuitur iuriſdictio, nec imperium. Nec executio ſententiæ ibidem.*
5 *Per iudices locorum ſententia arbitri exequitur, vt & doctorum rectorum, &c. nu. 7.*
6 *Delegati principum executionem habent, &c.*

[a] *Et ne peuuent les arbitres.*] Hic quoque Articulus me-
rum ius ciuile continet ex d. l. à diuo Pio in princip.
D. de re iud.
1 [b] *Executer.*] Iure ciuili duobus dumtaxat casibus Ar-
bitri sententia executionem meretur, scilicet si dictam
sententiam ab arbitro, expresso consensu litigantes
comprobauerint, aut tacito decem dierum lapsu non
reclamauerint iudicatis, quàm vulgò homologatio-
nem appellant. l. ne in arbitris. §. si quis autem, & l.
cùm antea. Cod. de arbit. quod pluribus persequitur
Boër. Decis. 284. num. 26. Sed diuersa est ratio, & signi-
ficatio exequẽdi de qua hic Articulus meminit: Nam-
que hic de ea intelligit quæ actu fit, & causæ cognitio-
2 nem non exigit, sed realiter fit; At quæ legibus illis
designatur, fit cognitionaliter per Iudicẽ & causa co-
gnita, visâque arbitri sententia. Neque enim vt illi lo-
Ius cor. quuntur executionem habet paratam nisi Iudicis iussu
antecedente: Nec Bartoli cæterorúmque sententias
vsus recepit, cùm existimant pœna apposita non dari
sententiæ executionem, sed pœnæ petitionem, proui-
sione hominis, vt loquuntur, legis prouisionem tol-
lente. Nam etsi id verum esset, cùm clausula rato ma-
nente pacto apposita non esset, tamen post homolo-
gationem expressam vel tacitam neutiquã discedi pos-
set ab his, quæ semel placuerunt. Sed Ord. Caroli IX.
postrema, constitutum siue pœna apposita sit siue nul-
la, semper dari sententiæ dictæ executionem salua ap-
3 pellatione. Proinde nota est iuris Sententia, arbitri
potestatem à compromissi comprehensione pendere,
vt quantum, quatenus, quaque de re compromissum
sit, id tantum arbiter & eatenus possit. l. non distin-
guemus. §. de officio. D. de arbit. Bart. & Ias. l. cum
aquiliana. D. de transact. Bald. cons. 509. vol. 5. incip.
arbiter. Lud. Rom. cõs. 403. incip. pro decisione. Alex.
cons. 124. vol. 2. incip. in causa. Socin. cons. 299. 2. vol.
incip. Capio & 104. vol. 4. Ias. cons. 168. 4. vol. Barbat.
4 cons. 30. incip. illud, vol. 4. Id autem partes duntaxat
tribuere possunt, quod in earum potestatem & com-
mercium cadit, iurisdictionem non possunt. l. priua-
torum. C. de iuris. omnium iud. multominus quod
imperij mixti aut meri sit, quo in numero sentẽtiarum
executionem reponunt. l. iubere cauere. D. de iuris.
omnium iud. l. 3. D. de dam. infect. Quare notionem
dicimus habere arbitros, Iurisdictionem negamus
glos. Bart. Alex. Imol. Cast. Alb. Ias. Raph. cum l. ait
prætor. D. de re iud. l. notionem. D. de verbo. signif.
Bart. l. 1. D. de iud. Ex eo est, quod mulctare nequeunt,
nec contumacem coërcere, aut pro pœna audientiam
negare, l. 2. §. his datur. D. de iud. glos. & Bart. l. non ex
omnibus. D. de arbit. quanquam speciali cautione
mulctandi quoque potestatem tribui posse sensit Ias.
l. sancimus. Cod. de iud. Nec Stratonis arbitrium vsus
noster reciperet, quem Demosthenes scribit Mediam
mulctasse, quod contumax esset, nec ad diem respon-
disset. Adde quod territorium non habent, Cùm id
esse territorium diffiniatur, in quo quisquam terrendi
pro potestate ius habeat. l. pupillus. §. territorium. D.
de verb. signif. quod nos sup. art. 4. in aliis attigimus;
Ista cum arbitro obstent, mirum non est sentẽtias suas
5 exequi non posse. Per Iudices igitur ordinarios loco-
rum faciendum est. d. l. à diuo Pio. l. Episcopale & l.
si quis ex consensu. C. de Episc. aud. l. cum antea. C.
de arbit. quo loco sentẽtias eorum in vrbe à Præfectis
vrbis, in Prouinciis à Rectoribus aut Apparitoribus
exequẽdas traditur, adde. l. vlt. C. de iud. & vulgò Ca-
nonistæ c. significasti ext. de off. deleg. Spec. ti. de arbit.
§. differt. Guid. Papæ. Decis. 60. Iudicem autem intel-
ligimus rei sitæ d. l. cùm antea. Porrò istum Athenien-
sibus quoque morem fuisse apparet, ex illa oratione

A contra Mediam, & Libanio eius interprete, quo loco
arbitrorum sententias à Magistratibus subsignari so- 6
litas innuit, vt ita à Magistratibus executioni manda-
rentur. In delegatis etsi ambigunt, recepta tamen sen-
tentia est existimantium delegatos Principum senten-
tias suas exequi posse, quod Bart. notat. d. l. à diuo
Pio. Ang. Alex. Imol. Cast. post. glos. l. vlt. C. de iudic.
Cano. d. c. significasti, &c. literas ext. de off. deleg. Pa- 7
nor. c. si quis contra clericum ext. de for. comp. Non
idem hi Magistratus possunt qui territorium non ha-
bent vt Rectores vniuersitatum, Præfecti mercato-
B rum, nisi quatenus nouissimis Ord. obtinuère, Docto-
res legum, Capitula Ecclesiarum: Nam per Magistra-
tus exequi decreta sua necesse habent, quod vulgò no-
tant. d. l. à diuo Pio, Bald. auth. habita. C. ne filius pro
patre Panorm. d. si quis contra clericum, & diximus.
art. 17.

NOTA 2.

1 *Sententia arbitri mandatur executioni pendente appel-*
latione ad Curiam supremam, &c.
2 *Pœna promissa semper exoluenda pendente appellatione.*
C 3 *Conuentione non tribuitur arbitro executio suæ sentẽtiæ.*
4 *Res mobilis ab arbitro tradenda vincenti.*

[b] *Executer.*] De executione reali & actuali statuit, quæ
arbitro interdicitur, sed sicuti non exequi, ita nec de
exequendo pronunciare potest, quod tamen quibus-
dam licet, quod Spec. notat tit. de sent. execut. §. nunc
dicendum. Panor. Imol. Ant. But. post glos. d. c. si quis
cõtra Doct. d. l. iubere cauere. Sed maius dubium est, 1
cùm hodie appellationes à sententia arbitrorum reci-
piantur, an dictæ ab his sententiæ executioni interim
mandandæ sint. Non licuit iure quidem ciuili appel-
lare, l. 1. Cod. de arbit. Nec Athenienses quidem ad-
D misère, quod lex illa, de qua sup. art. diximus, ex De-
mosthenis oratione contra Mediam indicat verbis, ἐν
τοῖς διαγνωσθεῖσι μενέτωσαν. Sed tamen alio iure vtimur
ex illa Ordinatione Lud. XII. & alia Caroli IX. quas
ante citauimus, & notauit glos. pragmat. d. §. statuit.
Sed & varia ratio à iure, etiam si appellationem ad-
mitteret; Namque ad superiorem arbitri prouocare-
tur ex sentẽtia Bart. Bal. Ang. l. 2. C. vbi & apud quem
in integ. rest. Panorm. c. quintauallis ext. de iureiur.
Rom. cons. 245. Afflictus Decis. Neap. 51. Hodie ex
d. Ord. Caroli IX. recta prouocaretur ad Curias su-
E premas inaudito iure, cùm ante ad ordinarium appel-
laretur ex d. Ord. Lud. XII. quamquam illa Ord. Ca-
roli nondum à nostris promulgata est. Nec ad Iudi-
cem appellationum pertinere id iudicium senserant
veteres, & persequitur Vitalis de Camb. in tract. clau-
sul. in clausula de reductione, §. videamus quis est Iu-
dex, longo tractatu. Nec poterat Curia suprema pro
bono viro eligi ad recursum, vt loquuntur, nisi super
appellatione apud eam pendẽte compromissum esset,
vt est Ord. Ioannis I. Regis in Stylo, Aufrer. tit. de ap-
pel. art. 6. Sed hodie quo tempore omnes omnium su-
periorum Regum Ordinationes antiquantur; contra
F statutum est illa Ord. Carol. IX. & quod magis mire-
ris, nonobstante appellatione iudicatus ab arbitrio,
iudicatum facere cõpellitur, *tant en principal que despens,*
qu'en la peine, si peine y a, alioqui *s'il y a faute, c'est vne fin*
de non receuoir en la cause d'appel, Quod ante hac non fie-
bat, & nisi confirmata sententia ab Iudice, qui de ap-
pellatione cognoscebat, ex illa Ord. Lud. XII. Multo
certè æquius & minore cum periculo, quinetiam in-
firmato iudicato pœna repetebatur. Non est igitur in
ea quæstione laborandum, an laudum habeat execu-
tionem paratam, de qua Panor. c. quintauallis ext. de
iureiur.

ius cor. iureiur. & quos congerit Boër. Decis. 248. num. 15. Frustra item illa; an à sententia arbitri, aut Iudicis reducentis ad arbitrium boni viri possit appellari, de qua ille eod. loco. Tertia etiam; an sententia ab arbitrio lata, pœna statim peti possit, an vero confirmatio sententiæ ab Iudice appellationis expectanda sit, de qua Dyn. cons. 3. & quos ibi Boër. citat. Nec admittetur excusatio à pœna, etiam si causam habuerit litigandi ex ista Ord. Carol. IX. de quo Boër. nu. 25. Quarta etiam illa, quod per appellationem, aut reductionis petitionem executio principalis, expensarum,
3 & pœnæ non differtur. Sed an conuentio partium valebit, si ea caueatur, vt arbiter exequi possit, & valere putauit. Petr. Iacob. tit. de recursu ad arbit. boni viri. cuius sententiam merito vsus non admisit, cùm id potestatem partium transgrediatur, nec sit in earum arbitrio tribuere, quod publicæ sit auctoritatis, quam priuato nemini vsurpare liceat iniussu superioris. Melior Bart. sententia l. non ex omnibus D. de arbit. vbi
A negat de eo compromitti posse, cùm id mixti sit imperij, & ante diximus.

[c] *Sinon qu'ils eussent entre mains.*] Sumptum est ex l. li- 4
tigatores. §. quod ait prætor. D. de arbit. vbi ait, sic compromitti posse, vt res ei detur qui vicerit, & ea lege apud eum deponi, meminit. & glo. talis conuentionis d. l. cum antea vbi & Castr. & actionem dant præscriptis verbis contra arbitrum, vt rem restituat vincenti ex l. si rem §. vlt. D. de præscript. verb. Sed etsi
B apud eum res sit cui adiudicata est, traditione nil opus est l. si rem D. de euictionib. §. interdum inst. de rer. diuis. l. hæc si. D. de rei vend.

[d] *Entre mains.*] Penes se & in potestate Ias. l. manumissiones. D. de iust. & iur. Ang. l. Sed eximendi. D. ne quis in ius voc. vi. eximat: hìc autem de re mobili loquitur; nam de immobili non eadem potestas erit, cùm missio in possessionem à territorio pendeat, & mixti imperij dicatur l. iubere cauere D. de iurisd. omnium iud. & ante diximus.

Article XX.

Art. XIX. Novae Cons.

Les [a] Iuges [b] ne tiendront leurs Iurisdictions, [c] ne feront exploits de Iustice [d] de nuict. Et tiendront leurs Iurisdictions, plaids & deliurances [e] en lieux suffisans, honnestes, & [f] à ce deputez, [g] Et aussi ne feront les Sergens exploits de Iustice de nuict: [h] si ce n'estoit pour forfait & delict, [i] ou autre cas requerant celerité.

[a] Iudices [b] prohibentur exercere suas Iurisdictiones, [c] nec actus Iustitiæ [d] noctu facere. Et suas Iurisdictiones exercere, & forum agere non poterunt, [e] nisi in locis idoneis, honestis, [f] & ad hoc destinatis. [g] Et etiam Apparitoribus suum munus exercere noctu prohibetur, [h] nisi esset pro delicto aut maleficio, [i] aut quouis alio casu celeritatem requirente.

Nota I.

1 *Art. è iure ciuili.*
2 *Actus quidam qui noctu fieri nequeunt inter partes.*
3 *Actus ab vno pendentes rectè fiunt noctu.*
4 *Post solis occasum nullus actus, &c. & nu. 6.*
5 *Dies naturalis, aut artificialis quis.*
6 *In nonnullis casib. actus valet, qui fit noctu.*

[a] *Les Iuges.*] Ne hìc quidem Articulus quidquam præter vulgatam de iure sententiam recinit ex. §. sedebunt auth. de iudicib. col. 6. & l. 1. §. dies vers. si forte dicta sit sententia D. quand. appel. sit & l. 2. §. & quia Magistratus D. de orig. iur. & vulgo notant Doct. l. more Romano. D. de fer. & l. non minorem C. de transact. c. consuluit ext. de off. deleg. Quod in ordinariis Iudicibus dictum, in Delegatis quoque intelligi debet, d. c. consuluit glos. §. & quia verbo vespertinis D. de orig. iur. glos. §. id autem Inst. de verb. oblig. Spec. tit. de sent. §. iuxta. Ne arbitri quidem aliud possunt, nisi ea facultas compromisso compræhensa sit Bald. l. eos. §. fin autem in fin. Cod. de appel. sed ea necessitas, eos quos arbitratores vocat non tenet, cùm pro interpretibus pacis & pacificatoribus magis habeantur, quam Iudicibus, quod Paul. Cast. Ias. & alij scribunt d. l. more. Fely. d. c. consuluit Rom. l. 1. D. de arbit.

[b] *Ne tiendront leurs Jurisdictions.*] Pro omni omnino actu accipiendum est, qui partiũ euocationem poscat, cognitionem & legitimam legis actionem, etiam si actus extraiudicialis sit, cui interesse partes oporteat.
C Neque enim noctu euocari litigantes queunt, quantumlibet extraiudicialis actus sit, etiam si cognitionem non poscat, nisi publica quędam causa intercedat.

[c] *Ne feront exploits.*] Regula est omnem actum, qui 1
non prohibeatur lege, noctu fieri posse, quod vulgò notant d. c. consuluit. Quanquam valdè quidem absoluta est hæc verborum enunciatio, & qua nullus penè actus exceptus videri possit. Quare frustrà litigant Bald. & Lud. Rom. d. l. non minorem, C. de transact. An interlocutoria noctu ferri possit: Neque enim iam
D quisquam ambigit. Sic igitur abscisse statue, nulla ratione aduersarium cogi posse, vt appareat, vt respondeat, vt ve caueat, nisi publica ex causa. Quo fit vt ne- 2
mo rectè debitum offerat creditori incongruo scilicet & intempestiuo tempore, quod Bart. notat l. solutorum D. de solut. atque eodem loco Paul. Cast. Notant item glos. Bart. Bald. Alb. Ang. Ias. d. l. more Angel. d. §. sedebunt. Fely. d. c. consuluit, sed nec quisquam solutionem recipere Bald. l. acceptam. q. 2. Cad. de vsur. Saly. d. l. non minorem, Panor. c. 2. ext. de fer. Nec re-
E ceptio testium, quod in iuramento quidem præstando intelligitur, vt rectè Fely. sensit. d. c. consuluit. Nam iurati ante examinari possunt ex sententia Alber. d. l. non minorem & hoc vsus recepit. Nec electio celebrari solenni quidem loco, & si à pluribus coeundum sit, quod Panor. scribit. c. 1. ext. de cland. despõs. Nec citatio aut alius quilibet iudicialis actus, neque adeo extraiudicialis vllus: Nisi quidem dies aut conuentionalis, aut legalis cuiusquam actus gerendi exitura sit, vt si fortè refundendi aut representandi pretij

ex retractus causa, aut iudicandi præstitutum tempus, A aut instantia peritura, aut quid simile ex. l. 1. & 2. D. de
3 fer. & c. vlt. ext. de iud. Cæteri verò actus, si qui ab vnius potestate pendent, nec cum alio explicantur, exerceri possunt, vt testamenta l. ad testium. §. posse. D. quemad. test. aper. Bart. d. l. more. & d. l. non minorem. Quo in genere & collatio est beneficij glos. c. vt nostrum ext. vt Eccles. benef. vbi Innoc. Panorm. Io. And. Fely. d. c. consuluit. Archid. c. si tibi. de præb. in 6. Et appellatio interponi Bald. auth. sed hodie C. de appel. Ias. l. non solum. §. morte. D. de oper. nou. nunt. Contractus omnes etiam celebrari possunt, d. l. non minorem glo. d. c. consuluit. verb. incip. Bart. B Alex. Ang. Cast. d. l. more, Adeo vt instrumento ne noctis quidem mentionem facere Notarij teneantur, sed illo ipso die factum scribere debeant, qui mediam noctem sequentem antecedit, sine metū falsi, ex sententia Innoc. & Bald. d. c. consuluit Imol. & Aret. l. qua ætate D. de testam. Bald. & Cast. d. l. non minorem Bald. Ang. & Alex. d. l. more Tiraq. in retract. §. 1. glos. 11. num. 8. quanquam vetus Consuetudo post Solis occasum ne contractus quidem permittebat, nimium id quidem scrupulosè. Excipiuntur casus quos infrà memorabimus. C

4 [d] *De nuict.*] Manauit hoc de veterum institutis. Legis XII. Tab. hoc caput fuit. Ante meridiem causam conscito, cum perorant ambo presentes, post meridiem præsenti litem addicito, si ambo præsentes, Sol occasus suprema tempestas esto, quod Gellius retulit lib. 7. c. 2. & Cic. Rhetor. ad Herenn. lib. 2. Macrob. & Censorinus, in die natali. Post eam legem M. Pletorius Plebiscitum tulit, Prætor, inquit, vrbanus supremum ad Solis occasum ius inter ciues dicito, sed & veteres retulure Senatusconsultum ante ortum Solem vel oc-
5 casum factum ratum non fuisse. Porrò noctis appellationem circumscribit diei descriptio: More Romano, D inquit, Iurisconf. dies à media nocte incipit, & altera media nocte finitur l. more. D. de fer. Plutarch. in Problem. Rom. c. 84. Nos diem naturalem vocamus qui ab ortu Solis durat ad occasum, quæ vulgaris & vsitata est appellatio, & hoc loco intelligitur, quem vulgò Doctores legum artificialem vocant, vt è contra naturalem qui vigintiquatuor horarum curriculo perficitur, qui dies ciuilis est Plinio & νυχθήμερον appellant, vt ex die & nocte compositum, & quæ alia pluribus Tiraq. d. §. 1. tametsi non desunt qui ista cōuertant & pro artificiali naturalem accipiant & è contra. Vsus, E cùm de discrimine noctis & diei agitur, diem ab ortu ad occasum accipit in actibus ciuilibus; quod Beda venerabilis pluribus exequitur, libro de nat. rerum.

Cuiac. lib. 1. obs. cap. 32.

6 Non potest igitur iure nostro ius noctu dici: Quod tamen tam præfractè non est accipiendum; vt si tribunalia multitudine causarū ius dicēdo diem in noctem produxerint, nullitas intelligi debeat; Nam & sæpè fit, & Bald. eum casum excipit. Bald. §. itaque circa in procem. digest. Bart. l. 1. D. de off. eius cui mand. est Iuris. Et Suetonius Tranquil. scribit. Imperatorem Augustum plerumque in noctem ius dixisse, quod & de M. Antonino Philosopho Imperatore scribit Ioannes F Zonaras in eius vita. Proinde nec tam ista abscisse statutuntur, vt nunquam liceat ius noctu dicere, veluti si partes consentiant, si necessitas ingruat, si delicti vindicandi aut inquirendi ratio poscat, si dies cognitionis exitura est. Denique & exceptiones alias quasdam Iason notat. d. l. more.

NOTA 2.

1 *Idoneus locus quis in iure dicendo ratione partium.*
2 *Metus absit, vt tuto commeare liceat.*
De delicto non est iustus metus delinquentis, ibid.
3 *Iustus metus transfert quandoque tribunalia alibi.*
4 *Domini feudales quo loco ius dicunt, &c.*
5 *Idoneus locus quis ad ius dicendum ratione iudicis.*
6 *Actus qui ab apparitorib. noctu non geruntur.*
7 *De delicto noctu inquiritur.*

[e] *En lieux suffisans.*] Hæc idoneitas tribus constringi- 1 tur, si talis locus sit, vbi copia peritorum haberi possit, si item annona idonea sit ad victum, c. statutum, §. sancimus de rescript. in 6. vbi Philip. Francus & Io. And. & Lappus allegat. 123. incip. Ciuitas Fesulana. Spec. tit. de citat. vers. quid si locus. Id, quod tertium 2 exigitur, vt tuto adiri & commeari possit. l. fulcinius. §. quid sit latitare. D. ex quib. caus. in pos. eat. Clem. pastoralis. §. Pisana ext. de re iud. c. accedens 2. ext. vt lit. non contest. quo loco exemplum est de hac nostra Britannia petitum c. venerabilibus. §. secus. de sent. excom. in 6. Quem metum non ad aduersarios tātum qui litigant, sed ad testes quoque, & aduocationem, vt tuto commeare possit, producunt, glos. c. ex parte ext. de appel. c. cum personæ de priuileg. in 6. Oldrad. cons. 43. glos. & Bart. l. metus. D. quod metus caus. Proinde iustus metus non est, quem delicti aut noxæ causa sonti inijcit, quod Bald. ait l. omnes. §. si vero, ad fin. C. de Epis. & cler. Bald. & alij l. Papinianus. D. de minorib. Angelus disputatione incip. Bononiensis l. 2. §. quod diximus D. si quis caut. tametsi aliquātum talem causam adiuuat tex. l. 2. C. ex quib. caus. maio. & l. sed & si quis id princip. D. si quis caut. Addunt & 3 talem metum iustam esse causam transferendi tribunalis eius, qui certo loco iudicare consueuerit, quod Rom. ait cons. 433. Ex ea ratione, quæ annonam curat in vadimonio obeundo sumptus est art. 119. infr. tit. *des arrests* alter item Ludouicæ olim Franc. I. matris, quo tēpore capto in Hispanis Rege, res Franciæ summa potestate procurabat, quo patroni beneficiorum, id est, Domini Feudales Iurisdictionem exercere iubentur in Vrbibus & Oppidis, non in vicis aut rusticis prædiis, etiam si alioqui extra territorium ius dicenti potestas non sit, dissimulato interim iure propter vtilitatem. Nam Normanorum tribunalia verius quidem latrocinia in quadriuiis, sub vlmo, in syluis, ad lacuum aggeres exercentur, huc qui conueniunt aut vapulant, aut diffiso die eluduntur, nec ratio est qua falsissima gesta refellas, nullo vt plurimum actuario scribente, sed ipso illo qui iudicat, quod protinus cum videbitur, mutet ex libidine aut sua aut Dominorum. Me autore tales talium omnium Iurisdictiones (sic enim dicamus) tollentur aliquando, aut viris clariss. præsidibus Prouinciarum ea cura mandabitur, vt vice patronorum iudicent, salua illis re pecuniaria, & Iurisdictionum emolumentis, id enim solum est, quod causificari possint.

Quo loco vero Domini Feudorum ius exercere 4 possint, aut debeant, tractat. glo. c. imperialem. §. præterea. verbo, per partes. tit. de prohib. feud. alien. per Freder. sed perplexè & ambiguè, melius eadem glos. verbo, cognitio, ibi exercendam putat, vbi iudicari consueuerit salua maiestate Imperij & dignitate, quod Panor. repetit c. cæterum. ext. de iudic. in fine. Iacob. de Sancto Georgio lib. de feud. vers. & dicti vassalli pro dictis. num. 28. De Prælatis inferioribus ab Episcopo & aliis Iudicibus, qui territorium non habent, longa est distinctio Innoc. & Panor. c. cùm contingat vers. vlterius quæro. ext. de for. comp. Bald. d. c. cæterum vers. sed nunquid glos. l. cùm sententiam C. de sent. & interl. iudic.

[f] *Honnestes.*] Non in lupanari, aut popina l. si cum

dies.

dies. §. arbiter. D. de arbit. l. si locus. D. de iudic. l. pen. D. de iust. & iur.

5 [f] *A ce deputez.*] Vbicunque, inquit Iurisconsultus, Prætor salua maiestate Imperij sui saluóque more maiorum ius dicere constituit, Is locus rectè ius appellatur, & d.l. si locus. D. de iud. si locus, inquit, in iubendo iudicare comprehẽsus non est, videtur eo loco iudicare iussisse, quo solet iudicari sine incommodo litigantium; quanquam quid hæc adiectio (sine incommodo litigantium) in tex. valeat, non facile est dicere & glos. d. l. cum sententiam penè significat superuacuam adiectionem esse Bald. quoque putauit Præsidem Prouinciæ rectè tribunal constituere in qualibet ex ciuitatibus sibi subiectis l. vt si proponis 2. C. quom. & quand. iud. vt & Episcopum c. Episcopus de off. ord. quod in Episcopo vsus repudiauit propter territorij abdicationem, præter consuetum locum; & in Præsidum tribunalibus spectandus mos antiquorum, & vetus consuetudo; & vero quin alibi, vel etiam domi iudicari possit, non dubium si partes consentiant, cùm prorogatio admittatur de loco ad locum, quod Bald. scribit d.l. cum sententiam Bart. Alb. Ias. Ang. Fulgos. d. l. pen. de iust. & iur.

Sed nec ei necessitati subiiciuntur, quæ causæ cognitionem non exigunt, & summariè & de plano decerni possunt, quod vox ipsa de plano indicat ex l. voluit. D. de inter. act. vt extraiudicialia penè omnia l. 2. §. dies. D. quis ord. in bon. poss. ser. Bal. d. l. si vt proponis Doct. vulgo l. à procedente C. de dilat. & l. nec quicquam. §. vbi decretum, D. de off. procons. Bart. extrauag. ad reprimend. verbo de plano Bart. l. vnica C. de confess. alij l. 3. §. si causa. D. de bonor. possess.

[g] *Et aussi ne feront.*] Hic quoque Apparitorum munera prohibentur, quo in genere sunt præcepta de soluendo, denunciationes, interpellationes, pignerationes, executiones, auctiones, subhastationes, missiones in possessionem, citationes, & quæ talia per officia & executores iudiciorum curari solent. 6

[h] *Si ce n'estoit.*] Hæc exceptio vtrumque determinat, hoc est Iudicem & Apparitorem; Nam & Magistratus, & Apparitores noxios præhendere, vincire, inquirere non prohibentur, verum cognoscere aut capitali supplicio afficere non debent. Quanquam sine exemplo non est præsertim in re militari, cùm tumultus timetur, & studia militaria in sontem. Sumitur enim rectè de loco ad tempus argumentum, vt quos omni loco præhendere licet l. plerique. D. de in ius voc. liceat & quolibet tempore & noctu. 7

[i] *Ou autre cas requerant celerité.*] Exempla supra dedimus, si dies cognitionis est exitura, aut tempus resoluendi contractus, aut retractus petendi, aut quidpiam tale.

Article XXI.

QVAND [a] on fait outrage [b] au Sergent [c] exerçant son office, [d] & qu'il crie, [e] & demande aide, [f] les subiects [g] qui le pourroient oüyr & secourir, & ne l'ont secouru, [i] sont punissables [k] & amendables, selon le méfait. Art. XX. Noval Cons.

CVm [a] vis infertur [b] Apparitori [c] suum munus exercenti, [d] & quiritanti [e] præsentium fidem imploranti, [f] subditi eius Iurisdictionis [g] qui eo loci fuerant vnde clamor posset exaudiri [h] & auxilium dare potuerunt, & non fecerunt, [i] debent puniri, [k] & mulcta condemnari secundum maleficium seu noxam.

Nota I.

1 *De vi quæ apparitori infertur.*
2 *Quomodo auxilium præstandum.*

[a] *Quand on fait outrage.*] Cùm vis adfertur in corpus, 1 neque enim cõuitij eadem fuerit causa quod suo tempore & per Iudicem vindicari quandocunque potest. Sed cùm vis sit, præsens auxilium ferendum est. Vis est, si Apparitori quidquam ex munere exequenti resistitur, si possidere publicè iussus non admittitur ab incumbente, si bona mobilia capere non permittitur, si nexum ducere, aut in vincula conijcere prohibetur. Denique si arare, serere, colligere fructus, facto cuiusquam, aut intentata vi impeditur, l. vim facit. D. quod vi aut clam. sed etsi vis nulla fiat, nec tamen satis virium sit ad omnia muneris exequenda, inuocati adesse iubentur. l. 1. & 2. Cod. de his qui latr. vel al. criminib. reos. l. 1. D. de ser. fugit.

[b] *Au Sergent.*] De priuato quid hac in re officij debeat, dicemus inf. §. penult. huius tit.

[c] *Exerçant son office.*] Extra id enim idem statuendum quod de priuato, & nos sup. art. 15. diximus.

2 [d] *Et qu'il crie.*] Vox Latinæ originis & penè Latina tota, veluti *quirie*, est enim à Latino verbo quiritandi, quod Quirites implorare & populum in auxilium ciere significat: Græci γετνιάζειν ἢ πτνιάζειν dicunt.

[e] *Et demande aide.*] Nota est vernacula nostra quiritatio (*à l'aide*) cùm præsentium fides imploratur; tenetur igitur quiuis Apparitori munus exequenti adesse ex d. l. 1. & 2. C. de his qui lat. vel al. criminib. reos & d. l. 1. D. de seru. fugit. Extat ea de re & nouissima Ord. Molin. art. 33. & alia prior. 1536. art. 36. nostro 97. Meminit Paris Put. tract. de Synd. verbo familiaris & seq. Io. Fab. d. l. 1. C. de his qui lat. Masuc. tit. de pœnis. vers. si seruiens. Cæterum sine mandato aut contra ius exequenti, nemo ad iniuriam alienam manum porrigere tenebitur, cum vulgò resisti quoque posse putent l. deuotum. C. de metat. lib. 12. Bart. & Platea l. contra præcepta de execut. C. lib. 12. Sed tamen manifestariam iniuriam esse oportet, neque enim si de iure ambigitur, & de commissione docetur, cuiusuis fuerit in cognitionem suam reuocare, quo iure Apparitor exequatur, nec quenquam in eo oportet esse curiosum. Quod notat Bart. in vassallo l. si quis in graui. §. si maritus. D. ad Syllan. c. domino guerram tit. hic incipiunt consuetud. vbi And. Iser. & Aluarot. & Bellouis. Bald. Notant Bart. Bald. Ang. Imol. Raph. Fulgos. l. quidam cùm filium. D. de verb. oblig. Iacob. de Sancto Georgio tractat. de feud. verbo & promiserunt eidem domino. Res vno verbo concluditur offendenti nemo adesse debet, defendenti nemo non tenetur, quod Bald. rectè statuit d. §. Domino guerram. 3

NOTA 2.

1 *Adesse apparitori aduersarij vetantur.*
2 *Clerici possunt adesse, &c.*
3 *Vox clamantis vt exaudiri poßit, &c.*
4 *Auxilium quomodo accipitur.*
5 *Pœna auxilij non præstiti.*

f *Les subiects.*] Subditos intellige eius Iurisdictionis, in qua potestas est Apparitori: Executionis potestatem item accipe siue officij iure in suo territorio, siue mandatam ab eo qui iubere eo loco potest, vbi exequitur; Nam sine venia exequenti in alieno territorio non minus impune paretur quam Iudici ipsi, nisi quatum hodie sublatis Literis de Pareatis à Rege permittitur, quod. Bart. dixit extrauag. ad reprimendum vers. per nuntium, & expresè vetus Consuetudo statuebat c.145.

1 Proinde nec istud sine exceptione admittitur, Namque aduersarij ipsi, quorum iussu executiones aut prehensiones fiunt, adesse ipsi Apparitoribus vetantur, quia iuris prętextu multa sæpè ab his per iniuriam fieri & facinorosè compertum est, diserta Ordinatione Molin. art. 33. & ante illam Ordinationem Arestis compluribus. Quare & illa quoque Doctorum sententia improbata, cùm existimant Iudicem alteri partium mandare, posse vt aduersarium in ius euocet, quod glos. putat. l. si vt proponis. 2. C. quom. & quād. iud. Bald. in margarita, verbo citario Specul. tit. de citatione. §. sequitur glo. Panor. & alij c. cum sit Romana in fin. extr. de appel. Hippol. Marf. l. de vnoquoque. D. de re iud. Ang. & Ias. §. pœnales inst. de actio. & §. quadrupli quæ tamen sententia de veteri more originem duxisse videri potest, quo olim aduersarium quilibet suum in ius vocabat, inuitum & renuentem ducēdi ius habebat; quod vir eruditus Duarenus ciuis noster iam olim docuit lib. anniuers. disput. 1. Sed ista pridem exoleuêre, & vt nunc viuitur, exoleuisse expedit. *Ius cor.*

2 Sed & clerici excipiuntur ex art. 43. inf. hoc tit. ne scilicet manum inijcienti in alium opem præstent, quod Socin. etiam putarat c. ad audientiam ext. de homicid. & c. vlt. ne cler. vel monach. in 6. operam tamen ad defensionem laborantis exhibere existimo ad officium clerici pertinere: Nec Moysis exemplum cùm Ægyptium occidit Iudæo opitulando aliud indicat.

3 g *Qui le pourroient oüyr.*] Id est, qui eo loci fuerunt, vnde exaudiri vox inclamantis posset l. 1. §. eodem tecto. D. ad Syllan. id autem ab arbitrio & Iudicis æstimatione pendet, vt ex qualitate personarum, & locorum interuallis diiudicet, an exaudiri potuerit; quare & interdum in rem præsentem eundum est, quod sæpè fit, cùm testium fides refellitur, quia exaudire non potuerint è longinquo, quod testantur. Nec spectandum, vt quisquam talis sit, qui firmissima inter omnes latera habeat, qualem Neronem fuisse Suetonius scribit, aut qualis Trachalus, qui in Iulia Basilica dicens ab omnibus tribunalibus audiretur, aut Stentor quem Homerus scribit tantum voce valuisse, vt quinquaginta vocalissimos ipse solus æquaret, aut Mars a Diomede vulneratus, qui tantam vocem ediderit quantam decem hominum millia vix potuissent.

h *Et secourir.*] Id enim exigitur, vt potuerint, & non fecerint l. 1. §. occisorum. D. ad Sylla. & l. vlt. C. de his quib. vt iud. Cæterum periclitari de sua salute nemo cogitur, quod Paris Puteus scribit d. §. familiaris, nec suam alienæ postponere; fuit enim alia seruorum cōditio ex S. C. Syllaniano, quàm liberorum quorum non tanta necessitas est, quod in vassallo proditur, qui etiam iuratus in Domini salutem, in alienam suæ proponere non tenetur, glos. c. 1. in princip. tit. quib. mod. feud. amitt. vbi And. Iser. & c. si à morte. tit. de alien. feud. pater. Iacob. d. tit. de feud. verbo, qui quidem promiserunt. Francis. Curt. tract. de feud. 4. parte princip. 4. causa & quæstione. Auxilium autem accipitur manu, obiectu corporis, clamore, denique omni vi l. cum Dominus. D. ad Syllan. & l. 1. §. tulisse eod. tit. quinetiam in ancilla ploratum pro auxilio lex habet d. l. 1. §. potuisse. Cæterum si nihilominus Apparitor occisus est, auxiliantium nulla pœna est l. 1. §. tulisse. D. ad Syllan. sicuti è contra si aggressores occisi pœna liberantur, qui auxilium tulêre, ex sententia Bart. l. si seruus C. de his qui ad Eccles. confug. & l. 1. C. vnd. vi Bald. & Ang. l. vt vim. D. de iust. & iur. Boër. decis. 170. Angel. in malef. verbo fama publica. Idem intellige & si præscitas insidias non detegant. 4

i *Sont punissables.*] Hæc vox ad pœnam corporis refertur, si cōscientia sceleris arguitur aut dissimulatio, aut consilium, aut si simulatione auxilij in periculum pertractus sit Apparitor, l. 1. D. de ser. fugit. & vulgatum est illud, non carere suspicione societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. 5

k *Et amendables.*] Cùm simplex auxilij recusatio non etiam conscientia arguitur d. l. 1. de ser. fugit. Angel. d. l. 1. Cod. de Nil. agg. existimat eos teneri condictione ex illa lege 1. C. de his qui lat. Idem existimat Put. in d. lib. de Synd. §. quia supra. verbo, familiaris. Bald. l. si quis in hoc genus. C. de Episc. & cler. dicta est lex. Ordinatione Molin. d. art. *sur peine d'amende arbitraire, & de plus grande si elle y eschet.*

ARTICLE XXII.

ART. XXI. NOVAE CONS.

ERGENT [a] executant ou exploictant [b] pour son Seigneur, [c] ne peut demander aucun salaire: mais quand il exploicte pour autre, [d] aura salaire raisonnable: s'il n'estoit [e] feodé qui deust faire exploicts sans salaire.

APparitor [a] munus suum exercens [b] pro suo Domino, [c] nullam mercedem pro opera sua petere potest: sed quando illud exercet pro alio, [d] recipiet salarium, vt æquum videbitur: [e] nisi esset feodatus seu ex lege & conditione inuestitura annua feudi solaria cogere suo sumptu teneretur, sine vlla spe salarij.

NOTA

Nota 1.

1 *Feudi & iurisdictionis discrimen.*
2 Sergent feodé pour causes domaniales & de fief, &c.
3 *Feudalis causa hoc art.*

[a] *Sergent executant ou exploictant.*] Etsi non perinde
magni momenti est, quod hic statuitur, tamen rari in-
1 telligunt, quid velit Articulus, cuius quæ sit sententia
multi inquirunt, cùm contra fieri nullo non die sibi
videre videantur. Statuit autem de his executionibus,
quæ à feudi potestate & iure manant, vulgò *exploicts*
domaniaux Franci appellant, *qui sont pour droicts, ou de-* B
uoirs non faits, ou non payez; Nam quæ à Iurisdictione
dependent, provt in abstracto Iurisdictio considera-
tur per se, & diffinitur esse potestas de publico intro-
ducta, &c. qualis est ea quæ ratione contractus, domi-
cilij, prorogationis, aut criminis admissi exercetur,
diuersa ratione æstimanda sunt. Et vero & si interdum
imo verò penè semper in Britannia Iurisdictio cohæ-
reat cum Feudo dominante præsertim, tamen istud
accidit à contingenti & extrinsecùs à causa separabili,
non ex natura aut conditione rei per se separatæ. Hæc
eo tendũt, vt intelligatur diuersam esse causam horum C
2 Apparitorum; Nam hic de feudalibus constituit, hoc
est qui ratione feudi & domani; exequuntur, De iu-
risdictionalibus alia æstimatio est, qui gratuitam ope-
ram præstare non tenentur, *Il parle donc des Sergens, hom-*
mes & subiects qui sont choisis en chacun Bailliage d'an en
an, au tour & rang pour exploicter dedans le fief es causes do-
maniales, & pour la cueillette des rentes, & s'en vont hors de
charge au bout de l'an, & tiennẽt compte. Autre chose est des
Iurisdictionnaux, qu'ils appellent regulieremẽt, generaux, qui
exploictent par tout le territoire & en tous Bailliages és ex-
ploicts concernans la Iurisdiction seule, vt ante dictum est.
[b] *Pour son Seigneur.*] Hic apparet de feudali causa & D
3 iure agi; Nam Domini relatio fit ad vassalli correlatio-
nem & causam feudalem; ideóque nec extra feudi
metas talis Apparitor progredi cogitur, quod vetus
Cousuetudo expresserat, c. 9. Quod alioqui omni in
vassallo statuunt, ne extra feudi metas Domino obse-
qui teneatur Bald. & Doct. cap. 1. tit. quib. mod. feud.
amitt. Bald. c. cum ex officij. ext. de præscript. & l.
quam collaterales. §. fin verò. de re milit. C. lib. 12.
Ias. l. cum seruus. D. de leg. Io. Fab. l. restituendæ D.
de aduoc. diuers. iud. Iacob. de Sancto Georg. vers.
& promiserunt eidem, lib. de feudis. E

Nota 2.

1 *Salarium quid, & variæ appellationes.*
2 *Suis impensis apparitor feudalis præstat operas, &c. & num 3.*

1 [c] *Ne peut demander aucun salaire.*] Salarium stipendium
aut merces est, quam quis pro opera percipit. Plin. lib.
31. c. 7. sal honoribus, inquit, militiæque interponitur
salariis inde dictis, magna apud antiquos autoritate,
sed & annuas erogationes significat interdum, quæ
alicui sui tuendi causa præstantur, l. vlt. D. de in rem
vers. l. vlt. D. de act. & obligat. Eorum appellationes F
pro causis erogationum variant; Nam in Iudicibus
sportulæ dicuntur l. 1. C. de sport. & l. 1. C. de suffrag. &
taxantur auth. vt iud. fin. quoque suff. fiant. In Aduo-
catis honoraria, Græci συνηγορικά, appellant. & totus
titulus. D. de var. & extraord. cognit. In Præceptorib.
διδακτρά, Latinis Minerualia. In Apparitoribus, quod
hoc Articulo agitur, ἐμβιβαστικά. In proxenetis, ἑρμηνευ-
τικά. In nutritoribus, τρόφιμα aut nutritia. In aulædis,
προσαύλια. In repertoribus εὕρετρα. In seruantibus rem,
σωτήρια *que nous appelons à la mer, droit de saluage.* In nun-
A ciis & indicibus μήνυτρα. In militibus stipendia; In
nautis naula. In præcone, præconia. In Commenta-
riensi, carceratica, Etsi quæ huiusmodi sunt. Sed cùm 2
hic tex. salarium neget, magis dubium, quid in impen-
diis victus sentiendum sit. Iure quidem ciuili pugnan-
tia (liberè dicam) Iurisconsultorum responsa extant, l.
suo victu. D. de op. lib. Suo, inquit, victu vestitúque
libertum præstare operas debere Sabinus scribit. Cum
ea pugnat l. imponi & l. penult. eod. tit. non solum
(inquit) libertum sed alium quemlibet operas eden-
tem, alendum, &c. quos textus glos. in certis incertis-
ve operis conciliat, & distinguit nulla ratione inuenti,
B & eam distinctionem Bart. Fulgos. l. si non sortem. §.
libertus vers. quarta differẽtia improbant. Bartoli sen-
tentia est, Suo quemque sumptu operas præstare de-
bere, qui operas debeat, si habeat vnde faciat; idque
generale esse in omni mercenario ex tacita conuentio-
ne; quod si non habeat alendum esse. Rectè omnino
est, quod regionum mores scribit attendendos, & in
hac ipsa Prouincia est, vbi tacita cõductione mercena-
rij ali quoque debeant, alibi non debeant. Quod ad 3
hunc Articulum attinet, nemo dubitat Apparitorem
ex causa feudali suo & victu & sumptu operas præsta-
C re ex lege feudi & cõditione inuestituræ; *& aussi l'em-*
ployent-ils en leurs tenuës. Tractatur hic locus fusiùs à
Fely. c. 1. ext. de lib. oblat. Bart. Bald. Angel. Fulgos. d.
§. libertus. Bald. d. c. cum ex officij Iacob. de Sancto
Georgio tit. de feud. vers. & promiserunt eidem, Plat.
l. vlt. §. erit autem. Cod. de re milit. lib. XII. C. Sed in
Apparitoribus Iurisdictionalibus & Regiis omnibus
(*horsmis les feodez*) diuersum cẽsendum est. Nam cum
gratuitas apparitiones hodie nemo concedat, & Rex
multo minimè, sed ingenti pretio veneant, quis ab his
gratuitam operam requirat? Quare nos nusquam id
ab Apparitoribus Regiis exigimus, quibus omni de
D causa salaria de fisco tribuimus, quoties occurrit.

Ant. Concius lib. 1. disp. cap. 14.

Argentr. Cons. in Brit.

Nota 3.

1 *De salariis iudicum aduocatorum notariorum, & apparitorum & num. 2. 3. 4. 5.*
6 Sergent feodé *quis.*
7 Receueur des amendes a le septiesme denier, &c.

[d] *Aura salaire raisonnable.*] Iudicum salaria olim Iusti- 1
nianus pro dignitate cuiusque taxauit auth. vt iud. sine
quoq. suff. fiant & Nouell. 124. Meminit & similis
E constitui in Consiliariis, Iudice maiore, locum tenen-
tibus Seneschali, Doctoribus, Bacalaureis Gul. Be-
ned. verb. & vxorem, Decis. 5. num. 27. Nostri quoque
nuper aliquid simile sibi visi sunt imitati in Rectori-
bus Prouinciarum Consiliariis Præsidum, & non Re-
giis Iudicibus, sibi nusquam non Aspendij quod di-
citur. Sed sine exemplo. Sed & salaria Aduocatorum
olim pro modo litis, facundia Aduocati, & consuetu- 2
dine fori taxabantur, quod tex. indicat l. 1. §. In ho-
norariis, D. de var. & extraord. cognit. Posterius cen-
tum aureorum fuẽre, d. l. 1. §. si cui cautum. Nota-
riorum *de ij. s. vj. d. par terme* Ord. Lud. XII. public.
F 1499. art. 160. & 15. solidorum, quo loco supra Bene- 3
dictus meminit. De Apparitoribus extant veterum 4
Regum Sanctiones, quæ aurea sæcula significent Phi-
lippi Pulchri anno 1302. quæ seruienti equiti tres so-
lidos diurnos, pediti decem & octo denarios præsti-
tuit, quæ apud Aufrer. legitur tit. de off. bailliuo.
part. 3. Styli §. 34. sequuta alia Carol. V. ann. 1358. quæ
pro diurna opera octo solidos Parisienses alibi Turo-
nenses, hostiario Parlamenti 16. solidos monetæ con-
stituit. Ordine subsequuta & alia Principis nostri Petri
Ducis anno 1451. quæ in singulas leucas duos solidos

statuit, paulo iam gliscentibus impendiis & pretiis rerum. Post hanc edita alia ab Lud. XII. anno 1499. art. 154. quæ decem solidos equiti, decem pediti constituit. Postrema illa Francisci I. prouisionalis, vt loquuntur, quæ viginti solidorum salarium sanxit art. 183. anno 1539. Nunc auctis rerum pretiis nullus triginta solidis sibi satisfactum putat. Meminit huius apud suos salarij Matth. Afflict. const. 90. lib. 1. Sed & opificum quoque salaria & mercedes taxata veteribus Sanctionibus Ioannis Ducis anno 1404. & hoc ipso anno 1567. idem facere Rectores Prouinciarum iussi Ord. Caroli IX. Sed si mala ab origine arcessimus, tollantur indicta & cætera fisci ingenia, spes est fore, vt non sine euentu remedia tententur, extra id frustra est, quod agimus.

A [c] *Sergent feodé.*] Id est qui ex lege & conditione inuestituræ annua feudi solaria cogere suo sumptu tenetur, *Ce sont vassaux tenus d'obligation & condition de fief, à recueillir les rentes des Seigneurs, à leurs frais & diligences. Ailleurs ils les appellent Preuosts: & est souuent leur fief de tel reuenu qu'il vaut mieux que tous les deniers qu'ils recueillent.* 6

Qui deust.] In Regiis constitutum est, *qu'ils recueillent les taux & amendes, & ont le septiesme denier par l'ord. du Duc Pierre de l'an 1451. & autre de l'an 1456. extraicte* inf. art. 673. *Ceux-là font les premieres sommations à leurs frais: mais s'ils y retournent, c'est aux frais du delayant ou refusant.* Sed quid si feudum resignant, id est, *s'ils guerpissent*, an eo debito exoluantur, dicetur alibi. 7

Article XXIII.

Artic. XXII. N. C.

[a] VL [b] n'est tenu [c] soy deliurer, [d] s'il n'a adiournement.

[a] *NVllus [b] tenetur [c] respondere aut actionem recipere, [d] nisi ante citatus fuerit.*

Nota I.

1 *Iudicium incipit à vocatione partis.*
2 *Libellata citatio esse debet.*
3 *Partis præsentia non æquipollet citationi, &c.*
4 *Fallit in duob. casib. & num. 5.*

[a] *Nul n'est tenu.*] Magna omnino ratione repertum est, quo cùm rem habeas, ad dicendam causam in ius
1 euocari, nec ante respondere cogi, quàm admonitus sit, qui conuenitur, & tempore ad comparandas defensiones dato. Alioqui futurum est, vt rei immeditati repentino agentium incursu opprimantur; Quare actionem dictari oportet, cùm quā Græci ἀπρόσκλητον vocant leges auersentur, estque tam frequēs tribunalibus nostris ex hoc iure exceptio (*Ie n'ay point d'adiournemēt*) vt penè iam in calumniosa effugia verterit. Hic porro Articulus ab octauo huius ipsius tituli, veluti ab sua causa pendet, & subiungi protinus sequēti ordine debuit. Nam cùm Iudex præsentibus, quorum res agitur, iudicare ex illo iubeatur, consequens fuit iudicium ab vocatione institui, quod hic Articulus constituit. Sed ea de re peruulgati sunt Iurisconsultorum loci, & tritæ vsu sententiæ. Proinde nec in ius vocatio sine sua descriptione, finibusque passim ad-
2 mittitur, nam citatione rem petitam, causam petendi, finémque contineri oportet, cuiusmodi libellatas appellant, quia scilicet libelli vicem teneant, nec minus ex his constet quid petatur, quàm ex ipso libello. Ac fuit quidem tempus, quo in potestate agentium fuit libellatam, nec ne, citationem dictarent, quod Franc. I. Regis Ord. anno 1535. Art. 1. ostendit, & rursum anni 1539. art. 16. & 17. Sed postrema Caroli IX. promulgata Maio mense anno 1564. art. 1. necessitatem indixit addita nullitatis pœna; Sed id quoque ex consuetudinis præscripto exigitur, vt tridui vadimonium dicatur, ex art. 25. quod cùm est factum, reus abscisse respondere cogitur, aut vadimonium deserere, ex dd. Ord. & gl. l. edita actio C. de edend. Ant. But. c. 1. de dilat. Barbat. c. 1. de iud. & his quos colligit Aufr. in Stylo. tit. de adiorna. Nec vero inutilis huius Articuli dispositio ad præcidendas disputationes Doctorum,
3 ac certa lege constituendas; Nam cùm permulti idem

A valere existiment partis præsentiam, quod citationem ipsam, vt quidem reus respondere cogatur, multi pernegent, vtile fuit certum aliquid decerni. Et Iurisconsultorum responsa quædam præsentiam pro citatione habent, vt l. de vnoquoque. D. de re iud. l. etiamsi à patre. §. hereditatem, & l. in causa. D. de minorib. & auth. si omnes C. si ab hered. se abstin. Extant ea de re multæ multorum sententiæ. Sp. tit. de libel. concept. §. sequitur vers. idem dicit quidam. Bal. auth. offeratur C. de lit. contest. & l. nec quicquam. §. vbi decretum. D. de off. procons. & in margarita vers. citatio
B & aliorū in rub. C. de in ius voc. & quos cōgerit Alex. d. l. de vnoquoque, & ibid. Hip. Marsil. Ant. But. Imol. Aretin. Fely. & operosa disputatione Barb. c. 1. ex de iud. Ias. l. 1. D. de in ius vocand. Sunt qui in tantum præsentiam citatione æquiparent, vt etiam si statutum expressè citationem requirat, cuiusmodi hoc ipsum nostrum est, satisfieri dispositioni eius putent præsentia, quamuis alioqui formæ non satisfiat per æquipollens; qua in sententia sunt Iacob. Butrig. Bald. d. auth. si oēs, Ias. d. l. 1. & idem l. 1. D. de lib. & posth. Rom. l. 1. D. de arbit. Sed planè falsa hæc sententia est, nec vsus noster eam recipit, & certè fallax est eius as-
C sumptum, cùm statuit ad hoc tantùm quempiam citari, vt adsit & sui copiam faciat, quod cùm est factum videri Consuetudini satisfactum; Nec enim ad hoc tantùm reperta est citatio, vt quis adsit, sed vt defensiones comparet, instrumenta & aduocationes conquirat, & patrocinium instruat aduersus paratum & spontaneum actorem, l. ait prætor. §. vlt. glos. verbo, aduocationes & l. ab hostibus in fin. D. ex quib. caus. maior. l. 1. C. de dilat. l. 1. D. de postuland. auth. offeratur C. de lit. contest. & quod Aufrer. in Stylo Parlam. notat. tit. de adiornam. §. 4.

D Quare non idem præstiterit fortuita præsentia cuiusquam quod meditata defensio ex citatione. Nec sine causa, quod de præsentibus dicitur, quidam & rectius intelligunt, de his qui ante euocati & admoniti sint, vt Bart. & Salic. l. 1. C. de in ius vocand. Alex. d. l. de vnoquoque, Barbat. d. c. 1. nec quemquam aliter respondere cogendum, quàm si instructus sit & meditata defensione, quod Ant. But. & Fely. sentiunt d. c. 1. Bald. & Imol. d. c. 1. ext. de testib. Bald. l. 2. C. vt lit.

lit. pend. & l. prolatam C. de sent. & interlo. iudic.
4 Quæ sententia recta est; vno duntaxat casu excepto, cùm scilicet, præsentia tantùm cuiusquam actui expetitur, non etiam ab eo quidquam petitur, vt rectè Bald. fines præsentiæ metitur & discriminat l. 2. C. quom. & quand. iudex l. 1. D. de in ius vocand. l. cum fratrem. C. de his quib. vt indig. l. 2. §. legatis. D. de iud. Proinde sic habe, à quo quicquam petas citandum nec aliter respondere cogendum, Quanquam interdum accidit, vt fortuito etiam præsenti & lis denunciari & libellus porrigi possit, sed tamen ita vt necessitas præsentis responsi Iudici non debeat, sed induciæ dandæ sint ad consulendum, instruendásque defensiones, quod Iason persequitur d. l. 1. D. de in ius vocand. notab. 8. Bald. l. addictos C. de appellat. & c. plerumque. ext. de rescript. & d. auth. offeratur, quod plerumque in iudiciis fit. Quin & tales citationes ab Iudice factas vim peremptorij habere volunt Bart. d. l. 2. C. quom. & quand. iud. Fely. c. consuluit. ext. de off. deleg.

[b] *N'est tenu.*] Nam volentem nil prohibet, quare suA peruacua ea de re disputatio est Doctorum, d. l. de vnoquoque.

[c] *Soy deliurer.*] Hoc est respondere aut actionem excipere.

[d] *S'il n'a adiournement.*] Nisi ante citatus. Imo vero ipsam illam ad causam, de qua agitur, citatum esse oportet; Nam ex alia euocatus alteri non respondet, l. aut qui aliter vbi Bart. & Alex. D. quod vi aut clam. Bald. Barbat. Fely. c. 1. ext. de iudic. & c. conquestus. ext. de fer. l. 2. C. de annal. except. & d. l. B cùm fratrem C. de his quib. vt ind. Alex. d. l. de vnoquoque Ias. d. l. 1. Adde & citationem ritè factam requiri l. si accusatoribus C. de accusat. c. 1. §. clericus tit. de pac. tenend. Denique hæc regula huius Articuli fallit in casu art. 35. inf. Collegit & Alex. exceptiones cõplures, & multoplures ex professo Hippol. Marsil. d. l. de vnoquoque. quibus citatio non exigatur, sed maxima ex parte fallaces (vt vocant) fallentias, & fortasse in Commentariis expendentur, sed notas excedunt. 5

Article XXIIII.

QVAND [a] adiournements sont requis à suseraine Cour, ils doiuent estre faits sçauoir par les Sergens des Cours, dont les teneurs tiennent de degré en degré.

QVando [a] adiornamenta seu citationes requiruntur ad superiorem Curiam seu Iurisdictionem, debent fieri ab Apparitoribus Curiarum, ex quibus detentores tenent de gradu in gradum.

Nota 1.

1 Plaids generaux, Assises & menees, *que.*

[a] *Quand adiournemens sont requis.*] Hic Articulus & sequentes quatuor, Styli potius sunt, quàm Consuetudinis scriptæ, & tribunalium arbitrio committi debuêre pro causis & circunstantiis, quæ lege diffiniri nequeunt, nec scripsisse magnum operæpretium fuit.
1 Conuenientius vero vsitata & lingua, & more accipiuntur, *Nos plaids generaux equipollent aux Assises de France, fors que lesdites Assises regulierement sont tenuës par les Lieutenans generaux par les villes & sieges de leurs ressorts sur les lieux. Ce que nous vsons autrement: Car les* D *Iuges des Prouinces ne sortent point de leurs sieges pour tenir les plaids. Mais chacune ville ou Iurisdiction ressortissante, a certains iours pardeuant ledit Iuge de Prouince, ausquels, & non autres, sont traictees leurs causes, tout ainsi qu'au Parlement de Paris, les iours (qu'ils appellent) des Baillages: pendant lesquels sont appelees leurs causes, & non autrement, s'il n'y a dérogation. Tels sont les Priuileges des Seigneurs & Gentilshommes des Iurisdictions subalternes, qu'ils appellent, à congé de personne, & de menee. Au congé se dépeschent les causes propres des Seigneurs: Aux menees, les causes de leurs subiects toutes, tant qu'il y en a vne seule, & ne s'en expedient autres. Et quand les subiects y sont adiour-*C *nez, il faut que soit le Sergent propre, & particulierement ordonné pour les subiects dudit Bailliage, qu'ils appellent (ameneur) autrement l'adiournement est nul, & c'est ce qu'il veut dire icy: & se fait cela de degré en degré: Car les Seigneurs qui ont de tels priuileges en la Iurisdiction Royale, ont des vassaux qui ont semblable priuilege en leurs Cours, qui vsent de semblables droicts. Comme le Baron de Vitré a priuilege en la Seneschaussee de Rennes, qu'il ne respond que deuant le Seneschal, & à ses iours, & n'est adiourné que par le Sergent propre ordonné sur luy, & ses subiects. Et aussi a-il des vassaux sous luy, qui ont semblables droicts deuant luy & ses Juges.* In reliquum generalis est Regula; Quoties quisquam in ius vocetur ad ordinarios D quidem Iudices, per eum Apparitorem vocari debere, qui eius Iudicis sit, qui de causa cognoscit, nisi specialiter cuiquam mandatum sit, *& par commission,* quod in delegatis perpetuum est, vt citationes mandent, vt & iure quidem ciuili in ordinariis quoque vsurpabant antiqui, quod alibi diximus ex. l. neminem C. de exhib. reis, vbi glos. Cy. Fab. Bart. Bald. Saly. Ang. Fab. Angel. §. omnium Instit. de pœn. tem. litig. Sed vsus admittit ad ordinarios etiam sine commissione citationes fieri, quod Anfrer. notat in d. tit. de adiorna. sup. verb. pares. & Aruern. consuet. diserta.

Article XXV.

Artic. XXIII. Novae Cons.

NVL[a] terme[b] n'eſt competant, ſ'il n'eſt aſſigné de[c] tier iour pour le moins: excepté des cas qui enſuiuent, c'eſt à ſçauoir, du[d] méfait du iour: ou du[e] fait d'entre marchands paſſans: ou du[f] fait de marché ou de foire, dont la Iuſtice en peut deliurer de iour en iour, & d'heure en autre:[g] ou du méfait d'entre termes, ou de[h] ſpoliation de biens:[i] dont la premiere aſſignation peut eſtre faite[k] du iour au lendemain,[l] ſans compter les feſtes.

NVllus[a] terminus ſeu dilatio[b] eſt competens, niſi ad minus[c] de triduo ſit vt quis iudicio ſiſtatur: exceptis caſibus ſequẽtibus, ſcilicet,[d] maleficij ſeu noxæ in die ipſo admiſſæ:[e] aut cum aliquid fuerit cum exteris mercatoribus in tranſitu actum aut contractum:[f] aut de eo ipſo quod in mercatu nundiniſve actum aut contractum ſit, & de re ad mercatum pertinente, ex qua re ius dici poteſt de die in diem, & de hora ad aliam:[g] aut de maleficio ſeu noxa inter conceſſas dilationes admiſſa:[h] aut de ſpoliatione bonorum:[i] ex quibus caſibus prima citatio[k] eſt diurna,[l] feſtis non computatis.

Nota I.

1 *Certum tempus præſtituendum in vocatione in ius, &c.*
2 *De Leucis dinumerandis ex vſu, & num. 3.*

[a] *Nul terme.*] Cum omnimodo ius dici partibus præſentibus ſtatutũ ſit, ſup. art.8. vocari autem oporteat, vt præſentes ſint, ex art.25. Conſequẽs fuit, de eo quoque conſtitui, vt certus conſtitutúſque dies præſtitueretur vocato, non arctior quàm pro locorum interuallis congrueret, non longior item, quàm cõueniret, ne aut calliditati præcipitati actoris aut artibus ludificantis rei Iudices obſequerentur, & vt Iuriſconſultus loquitur, quia talis dinumeratio neutri litigantium oneroſa eſt, l.1.D. ſi quis caut. & præcidi lege non inutile fuit. Nec deſcribi lege citationis formam inſolens eſt, quod gloſ. & Doct. notant l. ſi accuſatoribus. C. de accuſat. Alex. l. inter accuſatorem. D. de publ. iudic. Bald. l.2.C. quom. & quand. ind. & Plato quoque lib. de legib. 8. indicat leges ferri debere, περὶ προσκλήσεων καὶ κλητήρων quanquam non multas. Iure quidem ciuili cùm de tempore præſtituendo vocationi agitur, itinerum interuallis lex dies admẽſa eſt l.1.D. ſi quis caut. vicena ſcilicet millia paſſuum in dies ſingulos, præter citationis diem, & eum in quem ſe vocatus ſiſtere habeat. Idem l. in itinere. D. de verb. ſignif. Tantundem, tutori ad allegandas excuſationes, §. qui excuſare. Inſtit. de excuſat. tutor. l. ſcire. §. aliud autem. D. de excuſat. tut. totidem heredi ad petendam bonorum poſſeſſionem l.2. §. ſi preces. D. quis ord. in bonor. poſſ. ſeruet. Hoc quidem legis arbitrium & moderamẽtum eſt, quod quãquam contrahi non debeat, cùm à lege ſit conſtitutum, tamen produci interdum poteſt ex cauſis & circũſtantiis ſcilicet, ratione ſexus, ætatis valetudinis, temporis, itinerum, quod lex Continuus. §. cùm ita. D. de verb. oblig. conſiderat. Nam & XII. Tab. legis pars hæc quoque fuit, in ius vocato, ſi morbus æuitáſve vitium eſſet, vt iumentum daretur, quod Gellius lib. 21. ſcribit ne cauſatio, inquit, ægri corporis perpetuam vacationẽ daret fidem detrectantibus. Neque proinde quiſquam tam arctandus eſt, vt dies noctéſque currere cogatur, hæc ſententia d. §. cùm ita, qui exceptionis loco ſubiungi debet regulæ d. l. 1. D. ſi quis caut. Quare non rectè Bart. metu oppoſiti cõfugit ad diſtinctionem limitatorum itinerum & non limitatorum; Neque enim tam accurati ſumus quàm olim Romani ſub Tiberio Graccho, ab quo Plutarchus lapideas columnas ſpatiorum ſigna inſcripta habentes poſitas ſingulis miliaribus ſcribit, & Quintil. lib. 4. c. vlt. indicat. Meminit & lapidum Curſoriorum; Boëth. lib. 3. Geom. qui itinera diſcriminarent. Sed nos nuſquam talibus vtimur, ſed vulgaribus potius leucis recepto vſu & vſitata dinumeratione frequentia commeantium, non qualibus quantíſve conſuetudine eſt præſtitutum inf. art. 358. Sed quomodo vſitatum eſt, tametſi perſæpè inæqualibus, quod & ipſi quoque Iuriſconſulti fieri volunt d. l. 1. & gloſ. c. cupientes. §. 1. verſ. commodè. de elect. in 6. Canoniſtæ c. ſtatutum. de reſcrip. in vj. Quare ſolemus dicere vna tãtùm minima leuca diſtare Vitreos à Rhedonibus, cùm ſeptem interſint, ſed ex his vna minima, & cæteris impar. Melior igitur Baldi ſententia d. l. 1. qui d. §. cum ita, pro limitatione ad d. l. 1. accipit & veriùs eſt. Nam hic vſus obtinuit, quod ratio negat.

Nec hic diſputatio cadit, an tempus à lege præfixum contrahi ab Iudice, & facto, vt aiunt, hominis poſſit, de quo vulgò litigant Doct. l.2. D. de re iudic. & l. 1. & 2. D. de dilat. glo. verbo, interualla, vbi Bart. & Bal. auth. qui ſemel. C. quom. & quand. iud. Bal. l. conſentaneum C. eod. tit. Ang. l. 2. C. de annal. except. Spec. tit. de citatione. §. nunc de tẽpore. Canoniſtæ c. cum ſit Romana. ext. de appellat. verbo, diſtantia. & clem. 1. de iud. Innoc. & alij c. præterea. ext. de dilat. locus hic tractatur ab gloſ. prag. tit. de aut. concil. §. quem terminum verb. prorogetur. Tiraq. in retract. §. 8. gloſ. 2. num. 13. In totum ſic conſtitue, tempus id quod ad rationem interuallorum, & itinerum alligatum, & contemperatum ſit à lege, contrahi ab homine non poſſe, cùm lex impoſſibilitatem fingat comparendi, tametſi per naturam impoſſibile non ſit, & currentibus veredis, diplomate aut euectionibus celerius multo perueniri poſſit, Sed extrema & exceſſus lex non conſiderat, nec ſi ſeptimo die ab noſtris Romam aliquando quiſquã pernicibus veredis volauit, idcirco non longius tempus conſtituendum fuit, nec ſi quid allata auiditas docuit, idcirco imponi debuit hominibus moderati animi, quæ Lud. Gomes tractat. in reg. de veriſimili notitia. q. 4. & Feli. c. olim de reſcript. ext. In reliquum quæ dilationes dãtur citra itinerum conſiderationem, quandoque contrahi non eſt inſolitum. d. l. 2. D. de re iud. & c. cum ſit Romana.

NOTA 2.

1 *Quisquam non compareat arctiore die citatus, nu. 2.*
2 *Citationis vitium purgatur comparendo.*

1 [b] *N'est competant.*] Quare nec vadimonio non apparuisse fraudi fuerit, id est, defectus concedi non debet, nec excusatorem mittere quisque vocatus necesse habet, quia (sicuti diximus) lex impossibilitatem iuris fingit, tametsi facti non sit. Itaque qui tribus tantùm leucis distat ab vrbe, quanquam eodem aut posteriori die iudicio occurrere possit, tamen tales celeritates suscipi lex nõ exigit, nec ante triduum iudicio sisti; quod ideo dicendum fuit, ne quisquam Doctorum sententias opponeret, quorum quidam existimant, qui ad diem arctiorem vocatus sit, quàm vt comparere posset, quàm primùm post præstitutum diem comparere debere, vt, factum, factíque causam excuset, quod vulgò Canonistæ putant. c. cum dilecti. ext. de dol. & cont. Lud. Rom. Frãcis. Aret. Alex. l. impossibilis. D. de verb. obligat. Angel. & Imol. l. 1. D. de condit. instit. Bart. d. l. aut qui aliter Bald. & Bart. l. eum qui calendis. D. de verbor. obliga. Spec. tit. de citat. §. 1. vers. item quod facta
Ius cor. est. Sed eam sententiam in totum vsus damnauit, nec
2 quisquam comparere tenetur, arctiori die citatus, quã Consuetudine præstitutus sit, nec in absentem ius dici potest, & notat. Styl. Parlam. tit. de adiornam. §. 4. & quod vulgò dicunt citationem contra Stylum & consuetum morem factam non arctare citatum, quod Fely. tractat. c. quoniam cõtra 8. col. ext. de probat. Quod quidem sic accipiendum est, si ab initio breuior dies dicta sit, quàm lege est cõstituta; Nam si legitimi temporis initio sit præstituta, ac morbus, æuitas, aut quid aliud intercessit quominus iudicio sese reus sisteret, absentiam post tempus excusari, allegari & probari oportet, ex leg. 2. D. si quis caut. & Panor. sensit d. c. dilecti, & probatur l. scire oportet. §. sufficit. D. de excusat. tut. sufficit, inquit, absentiæ fidem firmari ex ipsa naturali iustitia & l. etsi sine dolo. D. de minorib. Omnibus, inquit, etiam maioribus dari eremodicij restitu-
3 tionem, si dicant se iusta de causa abfuisse. Postremo illud quoque sciendum, si cùm arctior dies dicta esset, quàm vt quisquam comparere teneretur, nihilominus comparuerit, citationis vitium purgari comparitione, quod vulgò glos. Bart. Bald. Ang. Alb. Alex. Ias. notant l. 1. D. de fer. Nam euentus & factum iuris impossibilitatem arguunt & reuincunt, & quæ non stultitia eius dici posset, qui fieri potuisse neget, quod fecisse ipsum illo ipso actu apparet? Hic locus fusè apud Tiraq. in retract. §. 9. glos. 2. num. 17. tractatur.

NOTA 3.

1 *Tempus induciarum ad respondendum iure ciuili.*
2 *Vadimonium in tertium diem & an dies à quo, & dies in quem computentur &c. ibid.*
3 *Citatio sine die nulla est.*

1 [c] *Tier iour.*] Iure quidem ciuili induciarum ad respondendum tempus variat, namque decem dierum est l. per interuallum, D. de iud. & l. properandum. § etsi quidem. C. eod. tit. posterius iure authenticorum 30. dierum esse cœpit. §. omñe vero. auth. de litig. & auth. qui semel. C. quom. & quand. iud. sed & aliæ iure Canonico c. vocatio & seq. & c. vlt. quinta. q. 2. Extat. Neapolitanorum in eam rem Sanctio apud Matth. Afflict. 90. lib. 1. At ferè vsu tribunalium mutatæ sunt legales dilationes, quod glo. prag. d. verbo, prorogetur, admonet.

2 Hic vero tex. variè legitur, nam quidem libri habẽt, A *au tier iour*, alij simpliciter, *assigne tier iour*, vetus Consuetudo, *assigné de tier iour*, autographon Reformatorum habet *de tier iour*; Quocunque modo legas, vadimonium in tertium diem concipi oportet; tametsi genuina lectio ex ipso archetypo est, *de tier iour*. Grande dissidium Iurisperitis excitatũ est ex l. 1. D. si quis caut. an diem à quo, diem item in quem vadimonium concipitur, computari conueniat, quos lex eximere videtur, Qua de re infinitas omnium sententias colligit Tiraq. tit. de retract. §. 1 glos. verbi *& iour*. Chass. tit. *des iustices*. §. 8. Nec nobis vacat ista expendere Nostris quoque res aliquando digna visa est, quę aresto consti- B tueretur, sic vt neuter dies in assignatione comprehẽderetur, essentque dies ex toto integri. Iure certè ciuili multùm interest quomodo orationem concipias. Constat vadimonio in tertium diem concepto, nihil esse necesse totum tertium diem expectari, vi & potestate vocis tertius, quæ in qualibet sui parte verificatur, vt loquuntur. Aliud verò existimandum, cùm lex tres dies exigit per accusatiuum cuius significatio sit vt integri intelligãtur, vt Bart. Ang. Cast. Fulgos. Rom. Ias. & cæteri notant l. si sic legetur. D. de legat. j. & l. 1. D. si quis caut. quod in vsucapionibus veteris legis C XII. Tab. notatum est in re vxoria, de ea quę trinoctio ab marito abfuisset, & vsurpatum iisset quod Gell. meminit lib. 3. c. 2. Sed ea res, quod ante diximus, ab conceptione verborum pendet, vt tertio die dictum cœpto intelligatur, etiam si completus non sit. Aliter existimantibus futurum est, vt cùm in temperamẽtis naturalibus dicamus tertio die moueri bilem, & febrem recurrere, nec quid tertiana sit febris, nec quid quartana intelligamus: Nec illud Socratis somnium hominis ex Homero prædicentis ἤματί κεν τριτάτῳ φθίην ἐρίβωλον ἵκοιο cum tertio post die supplicio affectum migrasse vita constet. Ne nostræ quidem Religionis principia D constabunt, tertio die resurrexisse Christum, & multominus quod ipse de se dixit, Soluite templum hoc & in tribus diebus reædificabo illud, & quod alibi opportuisse Christum tres dies & noctes in ventre terræ esse exemplo Ionæ, nisi cœptos dies accipias ab parasceue ad dominicam; Hoc discrimen Epiphanius Gręcus autor notauit, lib. 2. tomo item 2. ad finem, cum locos duorum Euangelij scriptorum conciliat, quorum alter octauo die factum scribit, alter post sex dies, vt alter de completis, alter de cœptis intelligi debeat, & eadem propemodum Beda in lib. de natura rerum. c. 5. E qui est de die. Sed & finem vitæ Iulio Cæsari Calendæ Martiæ cœptæ attulére, denunciato ante exitio. Sed nec septimo mense non nati intelligi debent, qui ante octaui primum diem nascuntur, cùm etiam prima hora septimi mensis natum sufficiat; Fuítque maiorum nostrorum in foro vniuersalis penè obseruatio, & catholicon pragmaticon, vt tertium, octauum, ac tales cœptos esse satis esse iudicarent, præteriisse verò nemo putaret esse necesse, quod ex eo perspicitur, quod in illa octaua, quam mancipandis fundis Consuetudo præstituit, dies à dominico in dominicum computatur, inf. Art. 265. quod perpetuum illi & certè foro F fuit. Quamobrem non video quid tantùm antiquam fixámque vtẽdi rationem refigere placuerit, citra vsum & necessitatem: Nam vt fuerit initio liberum de duabus sententiis quam sequereris, qui prætextus esse potuit nunc demùm immutantium, id quod Consuetudo, vsus fori, & inoffensa obseruatio interpretata esset, veluti si cùm in biuio alteram viam ingressus, confecto propemodum spatio recurras in caput viæ, vt altera pergas, non compendiosiori aut meliori, si vtraque perueniri potuit, Certè id aut non satis sani capitis fuerit, aut vero otio & tempori illudentis, vsque adeo,

Contra tamen art. 263. N. C.

quod Marcellus Iurifconf. dixit, de folemnibus nihil mutandum eft. A

5 Præcidit hîc tex. alterius quoque quæfiti materiam, cùm Iurifconfulti inquirunt, an fi citatione dies nulla comprehenfa fit, valeat tamen veluti ex confuetudine fupplenda fit. Nam valere quidam exiftimant. Spec. tit. de citat. §. fequitur verf. quid fi non præfixerunt, per c. eos qui. §. vlt. vbi Franc. de fent. excom. in vj. & c. cùm parati. ext. de appel. vbi Doct. & c. vlt. ext. qui matr. accuf. pof. Abb. & Fely. c. confuluit ext. de off. deleg. Melior fententia negat, Ordinationes ftatuunt, vfus recepit, ne fine die valeat, & tex. probat. l. aut qui aliter. D. quod vi aut clam. diem, inquit, & horam denunciatione complecti, qua de re multæ multorum fententiæ recitantur à Boër. Decif. 235. ne hîc multus fim.

NOTA 4.

1 *An præfenti die debetur per contractum cum extero factum &c.*
2 *De re ad mercatum pertinente intelligit art. &c.*
3 *Delicta inter dilationes &c.*
4 *De fpoliatione facta pendente lite.*
5 *Alij quidam cafus pendente lite &c.*

[d] *Du meffait du iour.*] Intellige quod pecuniariter & ciuiliter agatur; Nam extraordinariæ perfecutionis initium non fit ab citatione, fed ab arcana inquifitione, Quod verò ante eam diem admiffum fit, iure ordinario & triduana citatione perfequendum eft, nec eandem caufam habet.

[e] *Du faict d'entre marchands paffans.*] Prætoris peregrini ifta olim Romanis cognitio fuit, & quod Paris Puteus ait in lib. Synd. verbo negligentia, exterorum caufas fummariè examinandas, verum eft, fed quod hîc dicit non fimpliciter intellige, fed de eo dumtaxat,
1 quod cum his illo ipfo in tranfitu actum aut contractum fit lege tacita aut expreffa dandi faciendíve, alioqui fi cum difceffuro contractum fit ab fciente, dictáve dies fit dandi faciendíve, fruftra de eo agit, qui cum notæ conditionis homine contraxit, & qui domum reuocandi ius habeat. l. 2. §. legatis, & l. heres abfens. §. atfi quis. D. de iudic. quod Bart. & Alb. rectè ibid. notant. Nec verò hoc in dilationibus tantùm, quæ ad refpondendum dantur, fpectandum eft, fed in probatoriis quoque, & cæteris omnibus ex Ordin. Francif. I. anno 1536. Art. 12. Tacita tamen conuentione femper actum videtur, vt præfenti die fiat, detúrve, & eo ipfo loco. l. heres abfens. §. proinde. D. de iudic. Sed fi ex interuallo agitur legitimæ & ordinariẹ dilationes fpectandæ funt, ex glof. d. l. heres abfens. §. proinde, verbo, quotquot, quo loco, & Bart. Bal. Caft. Alb. Ang. & cæteri.

[f] *Du faict du marché.*] Quod eo ipfo in mercatu nundinífve actum aut contractum fit, & de re ad mercatum pertinente: Neque enim de alio contractu conueniri quifquam poffet, cùm hoc ipfum nundinarum fit priuilegium. l. vnica. C. de nund. Nec fi quifquam prædium vendiderit, & de euictione agere velit, id mercatui conueniet; fed & quod hîc dicit de contractibus, in delictis quoque quo ad forum fequendum ex Art. 13. fup. verum hîc tantum de vadimoniis dictandis agitur, id eft, terminis affignationum ftatuendis. 2

[g] *Meffait d'entre termes.*] Veluti de inftrumentis litis interceptis, aut vitiatis, de conuitio aut contumelia in odium litis facta, de corruptis teftibus, aut probatione fubducta, fi quid attentatum ad litem: Nam aliæ noxæ ad hunc Articulum non pertinent. Proinde hinc apparet, cum hi cafus fpeciales côftituantur, in cæteris confirmari regulam, & tridui vadimonia dictari debere etiam cœpta, & currente lite. 3 B

[h] *Spoliation de biens.*] De ea fpoliatione intellige, quæ lite pendente fit, vel fpoliatore in re ipfa & facto deprænhenfo, aut cùm interuerfio timetur, aut fuga, alioqui ordinarium tridui vadimoniû in fpoliationis caufa locum haberet, reo factum iure fuo defendente, tametfi quidem omnis fpoliationis caufa fummaria eft, & de plano tractari debet, c. bonæ ext. de appel. glof. c. non folùm. verbo, reducendum, de appel. in 6. Io. Monach. c. cupientes. de elect. in 6. Rota Decif. 14. In nouis, quo loco, nullo ordine feruato reftituendum putat, quod lite pendente admiffum fit, & fine libello, quin iniecta manu ftatuitur compellēdum ad rem reftituendum, qui reftituere damnatus fit, inf. art. 109. Sed & vnicam tātùm dilationem ad probandum præftituit Ord. Francif. I. 1539. art. 47. 4 C

Præter hos cafus, fimiles quoque expreffis adiici oportet, veluti in caufa damni infecti ex Bart. l. 4. §. prætor. D. de damn. inf. in cafibus. l. vlt. D. de appel. recip. in alimentis præftandis pupillo aut inopi, in fternendis aut muniendis itineribus, in infantibus exhibendis, & fi qui tales funt. 5

[i] *Dont la premiere affignation.*] Multò magis, quæ deinceps fient inftituta femel lite.

[k] *Du iour au lendemain.*] In fuperioribus horariam, hîc diurnam affignationem facit.

[l] *Sans compter les feftes.*] Eft igitur vtile hoc tempus, in quo feffionum tantùm dies computandi fint. l. 2. §. dies D. quis ord. in bono. poff. fer. & l. voluit. §. vlt. D. de inter. Bart. l. 4. §. hoc autem 6. 7. quæft. D. de dam. infect. Cy. l. 1. q. 3. C. de confef. feriati tamen non excludentur, cùm fpoliationis & horum omnium fit fummaria cognitio, quod ait Card. clem. fæpè de verb. fignif. D

ARTICLE XXVI.

ARTIC. XXIIII. NOVAE CONS.

N [a] toutes caufes l'adiournement [b] en premiere affignation eft competant, quand il y a [c] huict iours d'interualle, quand celuy qui eft adiourné, eft en [d] diftance de [e] plus de trois lieuës. Et au [f] deffus de dix lieuës, y aura quinzaine. Et au deffus de vingt lieuës, [g] trois femaines: [h] s'il n'y a autre conuention entre les parties.

IN [a] *omnibus caufis adiornamentum feu citatio* [b] *in prima affignatione feu euocatione competens eft, quando* [c] *interuallum feu vadimonium eft octo dierum, quando citati feu rei domicilium* [d]

micilium[a] *non distat*[e] *amplius tribus leucis. Quod si*[f] *amplius decem leucæ sint, vadimonium quindecim dierum erit. Et vltra viginti leucas,*[g] *in totum tres septimanæ requiruntur,*[h] *nisi alia sit conuentio inter partes.*

NOTA I.

1 *Vadimonium vt sit legitimum quod tempus &c.*
2 *Distantia locorum quomodo metienda in citationib.*

[a] *En toutes causes.*] Hic quoque Articulus Styli potius
1 est. Prioris Articuli regula negatiuè & vniuersaliter concepta est, id est, Nullum vadimonium triduano breuius legitimum esse: Hæc vero vniuersalis & ipsa, sed affirmatiua est. Quodcunque vadimonium legitimum esse octo dierum, si quidem rei domicilium tribus leucis amplius, intra decem tamen ab foro rei distat; quod amplius decem intra viginti tamen absit, quindecim dierum vt sit exigi, vltra viginti leucas in totum tres septimanas requiri. Nec negandum quin incidere causę possint, ex quibus breuiora constituantur, sed id ex decreto Iudicis ex libello fieri debet, ex qualitate causæ propositę, in quo plerumque pragmatici peccant, qui suo ipsi arbitrio breuiores consuetudinariis assignationes præstituunt; Nam cùm faciendum est, Iudicis non priuato arbitrio est faciendum, & vt loquuntur ex commissione Iudicis, quia plerumque euenit, vt auditis partibus tales esse causæ non deprehendantur, & inani sumptu fatigati rei vadimonio dimittantur, hoc est pronuncietur non teneri procedere, & assignatione non valere, quod futurum non erat exposita ex libello causa contrahendi vadimonij.

[b] *En premiere assignation.*] Multo vero id magis in sequentibus instituta & parata defensione, & quæsita aduocatione, dicemus. §. seq. verbo, *& à la premiere assignation.*

[c] *Huict iours.*] Quos integros sunt interpretati, repugnante veterum pragmaticorum consuetudine, & tribunalium vsu.

[d] *Distance.*] Hac voce vtitur & clem. 1. de iudic. inter-
2 uallum hoc autem metimur ab suburbiis nō à mœnibus eius vrbis, in qua quisque conuenitur. Vbi suburbia non sunt, ab postremis ædibus continentibus, vici, pagi, oppidive, l. mille passus, & l. 3. D. de verb. signif. Doct. l. 1. D. si quis caut. Quę res in personalibus actionibus dubium non habet, in quibus omnimodo defensoris domicilium sequimur, vt ante diximus Art. 9. Plusculum in realibus, quia sunt, qui putent citationem ad ipsum sitæ rei locum fieri debere, ideóque mēsuram iniri oportere à loco rei sitæ, quod Canonistæ existimant c. dilectus 2. ext. de rescript. & c. ex parte. ext. de for. comp. vbi Io. And. & cæteri, & vulgò c. nōnulli. ext. de rescript. Arch. & Card. statutum. c. de rescript. in 6. Melior sententia tùm demùm in loco res sitæ citationem admittit, si citatus ea in prouincia domicilium nullum habeat, quod Bart. Alex. & cæteri iudicant. l. 4. §. prætor. D. de dam. infect. Bart. l. in duobus. §. vbi duo rei. D. de duob. reis. & generaliter Constitutiones Regum citationes ad personam tantùm vt loquuntur, aut si persona nō reperitur ad domicilium probant. Proinde hæc siue intercapedo, siue interuallum attenditur in via publica, vsitata, & frequentiori, etiamsi alia quædam compendiosior, sed insolens reperiatur, quod Bart. Bald. & cæt. notant. d. l. 1. Bart. d. §. cum ita glos. l. eos. §. vlt. D. de fals. & l. non solum vbi Bald. D. de excus. tut. l. qui fiscales. C. de nauicul. lib. 11. Bart. & cæteri l. in itinere. D. de verb. signif. Alex. cons. 22. vol. 4. Securæ non tutis, quod furcæ Caudinæ indicant faciendum, maritimis terrestres. Nam & Cato sanæ mentis negabat eos esse qui nauigarent, cum terra ire liceret, quod Doct. d. l. 1. tractant. In molēdi necessitate Consuetudo ea itinera statuit, quibus viā præstare Dominus possit, tametsi vel priuatam, Art. 362. infra, quia moletrinæ priuati loci & iuris sint & sæpè auiis sitæ. Maritima nauigatio tota à tēpestatibus pendet & ventis, ideóq; incerta: secūdæ verò nauigationis tempora ab æstimatione nautarum petenda sunt, si iudicandum occurrat, quod & Host. Io. And. Fely. notāt. c. cū olim. ext. de rescript. Inanis est, sed mathematica æstimatio per aërē, nisi quidē auibus præstituūtur.

NOTA 2.

1 *De dictione* Plus.
2 *Leuca quæ.*

[e] *Plus de trois lieuës.*] Non est hæc particula (*plus*) otiosa, nam si tres & amplius leucæ intersunt omnino dies octo vadimonio dictari oportet, intra tres leucas triduum, quare quod plus est in via, triduo dies quinque adiicit. Nec hic particula ista accipitur, quomodo in l. in itinere. D. de verb. signif. quę istam vocem plus facit valere vicena millia passuum, atque ita vnum diem integrum cuique diei totidem millia tribuantur, sed hîc totos quinque dies valet. Quamuis in cęteris ferè inutilis sit hæc adiectio. D. de ver. sign. l. hęc adiectio. l. etsi post tres. vbi. Doct. D. si quis caut. Doct. d. l. 1. eo. ti. 1

Lieuës.] Leuca verbū est antiquum, sed ipsum Gallicum, quod Ammianus Marcellinus testatur; Hanc Antoninus in itinerario mille & quingentis passibus metitur. Meminit eius dictionis Hieronymus in Ioëlem. & Paulus quidam VVarnefridus lib. 15. appendicis in Eutropium, & Isidorus & Theodorici Regis leges Boioariorum vsurpant. Sed & qui de limitibus scripsēre ea voce vtuntur, & posterior Roman. Pontifex. c. ex parte. ex. de for. comp. Has Io. And. Host. cęterique variè æstimant. d. c. ex parte: sed nihil habent præter auditum. Cæterarum mensurarum appellationes recensent Alciat. l. mille passus. D. de verb. signif. tùm Budæus quædam. l. vlt. D. si mens. fals. mod. dix. & quæ ex variis auctoribus limitum traduntur. 2

[f] *Et au dessus de dix lieuës.*] Vsque ad viginti, Hæc tota dispositio positiui iuris est, nec proportionem mathematicam seruat. Nam cui octo dies pro decem leucis dantur, 16. pro vinginti dari debuēre, ac sic deinceps, sed non est tam molesta Consuetudo, vt ista expendat.

[g] *Trois semaines.*] Septem diebus Hebdomas constat, quod vox ipsa arguit, itaque tres Hebdomades, 20. vno die conficiuntur. Celebres illæ Danielis annorum Hebdomades, & anni septimi, diei item septimi Iudæis qui sabbathici fuēre, & hebdomades annorum, quibus Iacob seruiuit Laban. Atque hîc Consuetudo substitit, nec vltra progressa est, veluti cuiusque territorij fines in Britannia viginti leucas non excederent, quanquam aliter habet; Quare iudicantis arbitrium erit, si quis longiori ab interuallo accessatur, nisi cui magis placet proportionem scriptam ad cætera porrigere, sumpta ratione legis, vbi lex non statuit.

[h] *S'il n'y a autre conuention.*] Quod frequentissimè accidit, cùm partes de tempore ad tempus iurisdictionem prorogant, *& accordent par contract de proceder de huitaine en autre, ou autre temps,* de quo Doct. d. l. continuus. §. cùm ita, & d. l. 1.

ARTICLE XXVII.

ARTIC. XXV. NOVAE CONS.

SI [a] l'adiournement est fait [b] au domicile [c] aux gens y estans, [d] en l'absence de celuy ou ceux qu'on veut adiourner, [e] & à la premiere assignation [f] celuy, à qui aura esté fait sçauoir l'adiournement, [g] iure [h] qu'il n'a veu l'adiourné depuis l'adiournement, [i] il aura vn delay [k] pour faire comparoir son maistre.

SI [a] adiornamentum seu citatio facta fuerit [b] in domicilio seu loco habitationis [c] familiæ aut famulitio, [d] in absentia eius qui citandus est seu cum quo res est, [e] ad primam assignationem seu aduocationem, [f] is cui facta fuerit citatio [g] iuret [h] se non vidisse citatum à die citationis, [i] vadimonium legitimum ei dabitur [k] ad admonendum herum.

NOTA I.

1 *In arbitrio citantis est an in faciem aut ad domini citatatio fiat.*
2 *Quib. citatio facienda & nu. 4.*
3 *An procurator citandus &c.*

1 [a] *Si l'adiournement est faict.*] Iure ciuili, Constitutionibus Regum, & scripta Consuetudine receptum est sine discrimine, citationes in faciem vel ad domum admitti, iure quidem ex l. scire debemus. §. qui autem D. de excus. tut. l. 1. §. permittitur. D. de lib. agnos. l. 4. §. prætor ait. D. de dam. infect. l. aut qui aliter. §. etsi forte. D. quod vi aut clam. & quos congerit vbertim Tiraq. in retract. §. 6. glos. 9. verbo, *à son domicile*, num. 1. Constitutionibus, ea quæ ab Rege Francisc. I. facta est anno 1539. art. 9. quę & ad priorum Regum Sanctiones refertur, & Consuetudine hoc scilicet Art. Et cùm pugnetur sententijs, quibusdam existimantibus prius personam requiri oportere, magna id quidem ratione, quibusdam nil referre, an prius ad domum fiat, vicit vsus in arbitrio citãtis esse vtrum faciat, ac indistinctè admitti citationem ad domum, quod Io. Fab. in Curiis laïcalibus Franciæ obseruatum iam olim scribit. §. vl. inst. de pœn. tem. litig. & Aufrer. repetiit in Stylo Parlament. tit. de adiornamentis super glo. verbi secundum Stylum, & notauit. Rebuf. in Ordin. tit. de citat. art. 1. & Tiraq d. §. 9. vbi sup. quam Consuetudinem alibi quoque haberi scribit. Alb. Gand. in tract. malefic. tit. de citat. faci. & Alber. in tract. statuto. 4. part. q. 51. Quanquam stricta iuris ratione multi repugnent, quos etiam congerit Tiraq. vbi sup. num. 43. & 44. prima quidẽ citatione, & Aufrer. vbi sup. Sed vsus vicit, nec res ambigua est. Quare nec admitteremus negantem ad suam notitiam peruenisse, quod Tiraq. notat. vbi sup. num. 39. oppugnatur enim præsumptione necessaria iuris, quod Doct. censent. Sed in tanta copia autorum, quos Tiraq. Aufrer. & Rebuffus allegant, inutilis fuerit operæ plura regerere, & res est per se non arcana. Quo loco id quoque inquirunt, quæ sit huius Statuti sententia, & an ex iure communi interpretatio sumenda sit, an verò addere intelligi debeat. Sed vsus non est ambiguus.

[b] *Au domicile.*] Quæ sit huius vis diximus sup. Art. 9. & pluribus agit Tiraq. vbi sup. à num. 31. infra, hic pro habitationis loco accipitur. l. 4. §. prætor vbi. Alb. D. de damn. infect. l. 1. §. domum. D. de lib. agnos. clem. causam vers. domus. de elect. & clem. 1. de for. comp.

2 [c] *Aux gens y estans.*] Omnino ipsi, cum quo res est, si præsens est, dein familiæ, vxori, liberis, famulitio, quod

A si ne id quidem potest, vicinis denunciandum, l. meminerint. C. vnd. vi. l. aut qui aliter. D. quod vi aut clam. l. item ait. D. ex quib. caus. maior. glos. c. causam. ext. de dol. & cont. clem. 1. verbo scientiæ de iudic. Innoc. c. vlt. ext. de eo qui mitt. in poss. Io. Fab. §. vlt. Inst. de pœn. tem. litig. Angel. l. vt perfectius. C. de annal. except. familiæ appellationem describit glo. c. literis. ext. de testib. Atque hoc planè vsus recipit, vt vicinis denuncietur, si fores occlusæ sunt, nec quisquam respondet, & Tiraq. annotat. Procuratori verò generali 3 litem denunciari non est foro receptum, nec litem inchoari ab citatione Procuratoris, nisi in causis in quibus sunt instituti, & in assignatione in qua litigant, vt loquitur, Io. Fab. §. omnium Instit. de pœn. tem. litig. Quin ne de his quidem causis, quæ domanium, vt loquuntur, & prędiũ, Iurisdictionémue Domini contin-
B gunt, Procuratores ad superius tribunal citari receptũ, sed ipsos Dominos vocari oportet, denunciari tamen citatio Domini ipsi Procuratori officij, & Iurisdictionis potest de re officium cõtingente. d. l. meminerint; imò & fabris in operis noui nuntiatione. l. de pupillo. §. nuntiare. D. de op. no. nunt. Nec enim, etsi Dominus absit, ipsi vicini sunt citandi. l. cum proponas vbi. Cy. & Pet. C. de bon. auth. iud. possid. glo. d. c. causam. Bal. & Saly. vterque col. 2. auth. qui semel. C. quom. & quand. iud. Tiraq. vbi supra num. 15. *autrement ce seroit vne fin de fole intimation pardeuant le Iuge d'appel ou de mal adiourné en la premiere instance.* Quod quidem verum est in lite inchoanda, nam Procuratore semel in iudicio comparente in reliquum citari ipse potest, cùm litem susceperit &, vt loquuntur, Dominus litis factus: & quanquam Aufr. d. tit. de adiorna. in Stylo excipit
C productiones testium, aut descriptiones instrumentorum, quæ alibi sint quam in eo loco vbi lis agitatur, tamen nos sine discrimine tum quoque Procuratores citari admittimus. Nam etsi ista magis congruant ipsis litigantibus, tamen est, quod his imputetur, si negligentem Procuratorem constituerint per quem nõ sint admoniti ex glo. l. ex consensu. §. vltimo. D. de appel. l. 1. §. vlt. D. quand. appel. sit & 1. §. item cum ex edicto verbo propositum. D. de sent. quæ sin. appel. rescind. & d. l. vt perfectius vbi Bald. Tiraq. vbi supra num. 39. & in legib. connub. lege 10. Atque ista quidem vsus recepit & forum obseruat: tametsi iure quidem ciuili indistinctè citatio ad Procuratorem admittatur, absente quidem Domino d. l. meminerint, & d. l. aut qui aliter. §. etsi fortè Bald. & Ias. l. eum qui res. C. de procur, Innoc. Panor. & alij c. dilectus. ext. de procurat. Sed & citationes ad Procuratoris domicilium recipiunt, quod & nos quoque, sed eo demum casu, quo Procu-

Procuratori ipsi possit scilicet, iam in lite constituto, si aliud litigans constitutum non habet: nam tùm ipsius partis domicilium potius spectaretur.

4 [d] *En absence.*] Nam ipsi primum si præsens est, si abest familiæ est denunciandum. Absens verò intelligitur, qui domi non est; Neque enim extra domum in vrbe aut prouincia est requirendus, quod glos. ait. §. si verò etiam quidam, auth. de exhib. reis Bald. l. 2. C. quom. & quand. iud. & in Margarit. verbo, citatio Rom. cons. 454. Tiraq. num. 49. vbi supra.

NOTA 2.

1 *Semel citato reo postea citandus eius procurator.*
2 *Comparens excusat tantum absentiam heri.*
3 *Comparens quid iurare debeat.*
4 *An præsumptio sit admonuisse herum & nu. 5.*

1 [e] *Et à la premiere assignation.*] Non idem in subsequentibus: Nam semel constituto Procuratore nihil prætendi potest, cur excusari debeat, cùm litis instrumentum habeat & defensionibus instructus sit, diximus sup. verbo *aux gens y estans.* Proinde & quamuis sint, qui in ea sunt sententia, vt non putent valere citationem ad domum, nisi ante requisita persona, vt ante diximus, tamen excipiunt, cùm quis semel citatus est, aut semel comparuit, quo casu indistinctè putant citationem fieri posse ad domum, Innoc. c. vlt. ext. de eo qui mittit. in poss. Rota decis. 48 incip. valet citatio, in nouis & 395. In antiquis. Bart. d. l. 1. §. permittitur de lib. agnos. & d. l. 4. §. prætor ait. Tiraq. num. 45. & seq.

2 [f] *Celuy auquel.*] Sed is ipse comparere ad excusandum debet non alius pro eo, & iuramento absentiam confirmare. Eum vulgò excusatorem vocant qui facti tantum excusationes potest proponere siue minor, siue mulier, siue famulus, siue extraneus; defensiones causæ non potest, nec de rato cauet, de quo Innoc. & Panor. c. veniens. ext. de accusa Bart. l. vlt. §. ad crimen. D. de pud. iud. & l. liberto. §. vlt. D. de negot. gest. Sed nec infamis talem excusationem adferens excluderetur, quod Imol. ait d. §. ad crimen. glos. & Doct. l. seruum quoque. §. publicè. D. de procur. & vxor pro marito nullo non die admittitur, Bald l. alienum C. de procurat. & Ias. l. quia absente eod. tit.

[g] *Iure qu'il n'a veu.*] Iurare id quoque debet, nec de-
3 nunciasse, nec denunciare potuisse, si ex familia citati

A est qui excusat; Nam si consulto distulit denunciare ipsius domini culpa est, qui talem famulum aut ministrum habeat. Itaque domini lata culpa est dolus famuli, quod Bald. ait l. 2. C. vbi in rem act. Quid vero si dominus callidè famulum in conspectum non amisit, vt castè iuraret se dominum non vidisse, quis neget haberi pro admonito, qui fecit ne admoneri posset? ex clem. vlt. vt lit. pend. Atque hæc specialis est Consuetudinis cautio, cùm iure ciuili crebra sit sententia Iurisconsultorum necesse non esse, vt citatio ad citati notitiam perueniat, si ad domum facta est, quia scilicet citatus potuit Procuratorem relinquere. Et huic consuetudini fauet sententia Iacobi Rauenn. & Alber l. satis D. de in ius vocand.

B [h] *Qu'il n'a veu.*] Nam si vidit, præsumptio est dominum admonuisse, quod Angel. scribit cons. 186. incip. visis igitur supradictis per glos. l. si legibus. C. de episcop. aud. Sinon vidit, præsumptio quod admonuerit excluditur impossibilitate naturæ, veluti si tale interuallum sit itineris, quòd pati nequiuerit, tam longè absentem admoneri. l. Titius. §. Lucius. D. de lib. & post. Rectè Iason existimat. §. sed istæ col. 25. vers. & per ista. Instit. de actio. iuramento citati non probari ignorantiam citationis, quia tantum potestatis non habeat iuramentum, ea in re quæ præsumptione vrgeatur, quanquam repugnante Alex. l. de pupillo. §. nuntiationem D. de op. no. nunt. Nam nec positio quidem eius facti vsu nostro reciperetur, ideóque nec probatio, plura Rebuf. vbi sup. art. 2. glos. 3. Angel. d. cons. 186. 4

C

[i] *Aura vn delay.*] Arbitrio Iudicis, ex interuallis locorum, id est, *defaut, sauf selon la distance des lieux*, clem. 1. de iudic. sumpta ratione ex Articulo superiore, quod & Bald. notat l. generaliter. §. his de præsentibus. D. de reb. cred.

[k] *Pour faire comparoir.*] Id est, ad admonendum, nec 5
enim excusatoris vlla necessitas est, ideóque in eo differt hæc Consuetudo à dispositione l. 2. C. vbi in rem

D act. quod ibi conuentus qui alieno nomine possidet, dominum nominat in iudicio, cui tamen non admonito præiudicium nullum fit, quod Bald. d. l. 2. scribit. quia cum nominatore non cum domino iudicium instituitur, At cum hoc excusatore iudicium nullum est, sed cum domino, ideóque & aduersus dominum eremodicium constituitur.

ARTICLE XXVIII.

EN [a] toutes actions, [b] le Seigneur [c] peut retirer [d] son subiect [e] de souseraine Cour és [f] cas, dont le Seigneur ou sa iustice peut auoir cognoissance. [g] Et se fera le retraict dudit subiect, de degré en degré; Et si le Seigneur ne le retiroit, [h] pour ce n'aura-il perdu sa iurisdiction en autre cas. [i] Et en cause de doüaire, ne [k] d'officiers delinquans en leurs offices, n'y a retraict à Cour inferieure. ARTIC. XXVI. NOVAE CONSVET.

IN [a] omnibus actionibus [b] Dominus Iurisdictionem habens, [c] potest repetere seu reuocare [d] subditum suum [e] ex superiori Iurisdictione in [f] casibus, quibus Dominus aut eius Iurisdictio potest habere cognitionem. [g] & repetitio subditi fiet de gradu in gradum: quæ si non fit, [h] non propterea Dominus in aliis casibus iurisdictionem amittet! [i] & in causa dotalitii, [k] nec Officiariorum seu Officialium delinquentium in suo officio, nulla est repetitio à Curia seu Iurisdictione inferiori.

NOTA I.

1 *Iurisdictionis definitio.*
2 *Iurisdictio est in principe sicut in fonte &c.*
3 *Concessio iurisdictionis fit salua cognitione supremarum appellationum & ressortus & nu. 5.*
4 *Concessio iurisdict. est de eo, quod est cessibile.*
6 *Quomodo concessio intelligenda.*
7 *Dimittendus euocatus in prima instantia ad Regios iudices &c.*
8 *Si male iudicatum sit in incidenti an tota causa retinenda per appellationem &c.*
9 *Ab inferiorib. iudicib. regiis ad Parlamentum immediate appellandum.*

a *En toutes actions le Seigneur peut retirer son subiect.*] Dictum est alibi, quid inferior potestas superiori debeat, quid item par pari: Nunc contra, quid superior inferiori reponere correlatione debiti. Hunc Articulum Consuetudines Cenomanorũ & Andium vicinæ vtraque parte 2. paraphrasticè interpretari videntur. Pendet autem hæc dispositio à Iurisdictionis vi, ac potestate eius exercendæ in agẽte, tùm à distributione eius
1 in partes. Vulgò diffiniunt iurisdictionem esse potestatem de publico introductam, cum necessitate iuris dicendi & æquitatis statuendæ, quod glos. & Doct. notant l.1. D. de iuris. omnium iud. & noti sunt loci. Id publicum quo iurisdictio introducta dicitur, hodie autoritas Principis intelligitur, quę olim Pop. Rom. fuit, lege demum Rhennia in Imperatores Augustum primum, mox & cæteros deinceps translata, l.1. D. de cõstit. princip. & l.1 D. de off. præfect. prætor. Quo iure cæteri nunc Principes vtuntur, qui suprema potestate
2 funguntur, id est, superiorem non agnoscunt. Quamobrem rectè dicitur Imperium & Iurisdictionem natura, origine, materia, in solo Principe esse, suo quidem & proprio iure, Cæteri quicunque habent, concessa & alieno beneficio fruuntur: Ergo in Principe est, vt in fonte, quod rectè Bald. ait tit. quis dicatur dux vel march. idem. §. ad hoc tit. de Allod. Azo in Sum. tit. de iurisd. omnium iudic. In cæteris, vt in riuis, non sua vi; quod si se fons suis marginibus contineat, nulli extabunt riui. vnde fit, vt solus Princeps, & qui eius vice funguntur Iudices Regij & Præsides Prouinciarum solos se possint dicere verè, & materialiter ordinarios, & fundatos de iure in vniuersali Iurisdictione & Imperio in toto regno, & in qualibet eius parte, etiam Iurisdictione immediata & proxima, nec quisquam eam vendicare possit, nisi vt ab eo habitam veluti ex traduce, siue mediatè siue immediatè, prout cuique distributa est, & manauit in plures, quod Bald. notat. tit. de pac. iuram. fir. c. ad hæc. Angel. in rub. D. de iuris. omnium iud. Nemo igitur, qui quidem alterius imperio subsit, suo se imperio venditabit: Quod vtitur, alieno beneficio vtitur, quanquam priuata ad commoda, & autoritate ab alio manante, veluti ab Sole illucẽte Lunæ, opaco scilicet corpori, si per se spectes; Sed intelli-
3 genda est vis & conditio cõcessionis in Principe. Nam siue ante creatam formatámque, & certa lege adstrictam adhærentémque loco aut fundo concedat, siue de nouo creet, veluti de suo lumine alienum lumen accendat, ea lege & iure concedere intelligitur, nec aliter potest, quam salua sartáque supremę potestatis maiestate, quæ in cognitione supremarum appellationũ, & ressortus supremi, vt loquuntur, & cognitione Imperij versatur, & inseparabilis est ab corona & titulis principalibus, nec cuiquam concedi potest, quod Alb. scribit l.1. D. de off. eius cui mand. est iuris. Idem Alb. l. vlt. C. de iuris. omnium iud. Luc. de Penna. l.1. vers.

A vel dicas plenius. C. de priuil. schol. idem l.1. C. de veter. lib. 12. Laurent. Calcan. cons. 102. Hoc ius nec à Principe alienari potest, nec alteri mandari, alioqui cõtingeret tam lata manumissione plures subinde Reges existere, alieno absolutos imperio & sui iuris factos; quod in Yuetoti Rege olim accidisse historia proditũ est, qui semel exolutus alieni Imperij iure, Regis & titulos & decora vsurparit ad patrum memoriam. Quare ne Principi quidem cuiquam tantum iuris est in fraudem, immunitionémve supremi Imperij, regni, & maiestatis creditæ, & vsurariæ potius quàm propriæ. Itaque, nec si tam absoluta quidem & indefinita con-
B cessio proponatur, quæ omne quod vsquam rexi ius habet, aliquo loco alteri concedat cuisquam supremæ potestatis & appellationũ iure exoluetur. Talis enim 4
cõcessio, vt à priuato facta intelligitur, in eo quod cessibile est de ea Iurisdictione, quam Rex in loco habuit, ius regium & supremum imperium trãsferri aut alienari nequit, quod Io. And. sensit addit. ad Specul. tit. de iurisd. omnium iud. in add. incip. vidisti duas. Angel. l.1. §. qui mandatam. D. de off. eius cui mand. est iuris. Bald. in procem. feudorũ, in procemio item Codicis, idem c. licet causam de probat. alioqui homicida,
C inquit, dignitatis foret. Nec si consultus & meditatus Princeps faceret, hoc est, cum clausula motu proprio, quod notat. And. Iser. c.1. §. similiter. tit. de cap. qui cur. vendidit. Luc. de Pen. l.1. C. de iur. reip. lib. 12. & l. contra publicam & l quicumque. C. de omni ag. desert. Io. Plat l. prædia. C. de diuers. præd. lib. 11. estque ista perpetua, irrupta, immutabilis lex regni, domaniũ alienari non posse: qua de re, & anno superiori lata est lex Molini anno 1566. mense Feb. & tex. l. omnes fundi. C. de fund. patrimo. lib. 11. Luc de Penna. l.2. C. de fund. limitroph. Quod cùm in patrimonio fieri nequeat, multominus in illa abdicatione imperij summi,
D ne si pares quidem Franciæ sint, aut Regum liberi, à quibus prouocatio est ad Regem & Parlamenta. Ergo 5
cùm Iurisdictio sit in Principe vt proprium, in subiecto vt accidens, sequitur in his concessionibus, quæ ab Regibus fiunt de feudis antiquis, vrbibus, castris, cùm (vt dicitur) vti optima maximáque prædia sunt, id est, cum omnibus pertinentijs suis conceduntur, ea lege, conditione, & iure concessa videri, qua Rex habuit, nisi quod supremæ maiestatis ius exceptum videri debet, quia sit inseparabile, incipítque actionis & passionis discrimen, quod ante totum in actione fuerat;
E Quod si de nouo conceditur, & creatur Feudum, & conceditur Iurisdictio, id tantum, & eo modo, & eatenus concessum videri quantum, quatenus, & quomodo concessio concepta sit. Sed hic locus fusiùs à Molinæo explicatur. Tit. de feud. Consuet. Paris. §.1. glos. 5. q.1.

Hæc cum ita sint, libet illa propius ad huius Articuli materiam applicare, vt sic dicamus, concessione 6
Iurisdictionis à Rege facta, interesse quid agatur: Nãque accidit interdum, vt infeodatione aut beneficij concessione, eodem iure quo priuatus quilibet, totum prædium abalienet, concessa omnimoda Iurisdictio-
F ne, quo casu Iurisdictionem primam & instantiã alienat, ita vt Iudex Regius nullam cognitionem exerceri possit in territorio concesso, quo iure Io. Fab. Inst. de artil. tut. scribit Iudices Regios non posse expletare in terris Baronum, nisi in casu ressortus, & extant in id ius veterum Regum. Ord. pleræque, quæ habentur in Stylo Parl. apud Aufrer. tit. de Bailliuis, Philippi Pulchri scilicet Art. 29. & 32. & 60. 65. & 80. Confirmatæ Ord. Caroli V. Art. 5. Sed hoc intelligitur in exercendis cognitionibus per Regios intra fines territoriorũ Baronum, & conquerente Domino feudi, Alioqui & subditos

subditos in ius ad regia tribunalia vocari tã est assuetum, vt ne remitti quidem se ad suos Iudices petere possint nisi adiuncto Domino Feudi, & ope & aduocatione eius, quod soli nequeunt. Sed in talibus, vt ante diximus, spectanda lex præcipuè Feudi, ex inuestituris si apparent, sin minus ex possessionibus in quibus quisquam reperitur, & continuatis. Sed alio iure vtuntur nostri, quos si quis ad regia tribunalia euo-
7 cat in prima instantia, absolutè dimitti se iudicio petunt, & expensas auferunt, *& se font declarer mal adiournez*; etsi aliter iudicatur, rectè per se & sine adiuncto appellant, cōtra quam Imbertus putat. lib. 1. Instit. *simplement sans prendre la longueur de demander le renuoy de la cause*, & iudicio absoluuntur saluis actionibus, nisi quidem statis diebus conuentuum euocantur, *Car s'ils sont appelez en l'endroit de leur obeyssance aux plaids, ils sont tenus de respondre en premiere instance. Mais le Seigneur en peut demander le retraict (qu'ils appellent renuoy) pour le regard du subiect.* Sed quia delictorum alia causa est, & omni tempore delicta admittuntur, nec conditio persecutionis patitur status conuentuum expectari, nullo non die Iudices Regij quæstiones decernunt, prælensiones, & cognitiones capitales exercent in subditos vassallorum, quoad Domini Iurisdictionum remissiones petant. Semper itaque in Regio Iudice Iurisdictio est in vassallum, ac vassalli vassallum, ratione primarij illius & originalis imperij in Principe, de quo ante diximus, sed non semper actus adest habitui. Quod ius non animaduersum plerosque in foro fefellit, & quia non eadem lege omnes omnium vassalli habētur, sed plerique diuerso, & speciali conuentione inuestituræ reguntur, in quibus vera norma iudicandi est in continuatione possessionis. Sed ista tamen iura Regi non tanquam Regi, sed vt Domino Feudi & iure communi, vt cuilibet Domino, competunt; quo iure & confiscationes, & reuersiones, & commissa Feudi ad superiorem fiunt, citra regalis prærogatiuæ considerationem, quod Art. 57. inf. indicat, & ibi dicemus, quod ex eo apparet, quid cæteri quoque Domini Feudorum eodem iure vtuntur, & sæpe in subditos subditorum suorum Iurisdictionem exercent, quod ille Cenomanus & Andensis Articuli indicant ex dominij directi retentione, & iure dominico. Sed illa supremæ potestatis recognitio alia est, quæ non ex contractu aut commercio, sed vt Regi & sacræ potestatis iure competit, vt dignitati. Atque ea de his causis intelliguntur quas domini anteuertere; Nam si vassallus cognitionem præuenit, non potest apud Francos quidem ab eo causa euocari semel anticipata per viam querelæ (vt loquuntur) aut libellum superiori porrectum, sed per viam appellationis. Atque hoc quidem iure Franci vtuntur, sed maiores nostri in criminalibus quidem causis diuerso. Namque citra appellationis periculum & impendia, si reus fieri sibi iniuriam ab inferiori Domino querebatur, querelam apud superiorem exponere ius erat, *qu'on appelloit ouyr parler à droit*, ex Art. 167. infra, quo casu sisti eum superiori tribunali audirique dicentem, & præsentem oportebat, quod posterius sine lege ambitioso decreto sublatum est, dum imperio & authoritati suæ statuentes fauent repertis nuper appellationibus. Et consuetudini sententia Baldi fauebat c. 1. vers. à Comite tit. si de feud. fuer. contro. int. dom. & vassal. In ciuilibus vero perraro, nisi appellationis remedio succurritur de iniuria inferioris Iudicis querenti, nisi hactenus vt Iudices admoneãtur ius dicere. Proinde id quoque vsus habet ex illo iure appellandi superioris, vt si iudicatum irritetur, etiamsi de incidenti agatur, tota
8 causa ad superioris cognitionem euocatur. Sed diuerso nos iure quàm Franci, qui ipsi inconstanter eo iure vsi sunt; Patrum memoria si malè iudicatum in incidenti ab subalterno fuerat, tota causa ad superiorem euocabatur, si ab Regio Iudice prouocatum fuerat nō item, quod Molinæus testatur ex foro, tit. de feud. in Consuet. Paris. §. 2. glos. 3. Id posterius immutatum Cremolij Edicto anno 1537. quo statuta est æqua omnium conditio, vt siue ab Regio, siue ab alio prouocaretur, ob malè iudicatum in incidenti, tota causa apud Iudicem appellationis retineretur. Postremo id quoque immutatum, & constitutum Edicto præsidialium 1552. ne propter malè iudicatum in incidenti, principalis cognitio retineretur: Tam incertis legibus viuitur. Certè ætate maiorum nil istorum nostri norant, nec propter malè iudicatum in incidenti cognitio retinebatur Britannicis quidem tribunalibus, sicuti nec auditum quemquam ab cognitione Iudicis eximi per appellationem, quod illi aliter obseruant, & Iudices habent, quos vocant, exemptorum, iure quidem ciuili subiiciuntur ex tit. Apud eum à quo appel. sit & glos. pragmat. tit. de caus. §. & ne sub vmbra. verb. interponi. Demùm id quoque repertum, ne ab Regiis 9
Iudicibus ad superiores Regios prouocatio esset, sed ad Parlamenta immediatè Art. Aurel. 50. & alio Molin. 16. & anno 1564. art. 24. Sed & subditi Regiorum Iudicum illo iure, vt & olim quoque superiorum cognitiones, per se sine adiuncto declinant, cùm hodie illa superioritas in appellationis tantum cognitione resideat, & in deuolutione cognitionum ex negligētia & commonitione inferiorum; Quæ diuersa Imbert. lib. 1. Instit. scribit, vsum non habent.

NOTA 2.

1 *Iurisdictionis & feudi confusio & nu. 4.*
2 Retraict de barre ou renuoy *differentia & num. 4.*
3 *Ex negligentia deuoluitur iurisdictio ad superiorem in crimine.*
5 *Casus quib. dominus suum subditum non repetit.*

a *En toutes actions.*] Reales, personales, mixtas accipe ex distinctione, quam scripsimus sup. art. 9. & 10.

b *Le Seigneur.*] Scripsimus sæpè perpetuum esse autho- 1
ribus scriptæ Consuetudinis, vt Iurisdictionem cum Feudo confundant, & hic Domini vox correlationem habet ad beneficij & vassalitiam causam, quæ tamē natura sua Iurisdictionem nullam importat, cùm tamen hic de iuris dicendi potestate agatur, sed quia semper in Britannia Feudo adhæret, semper feudi & iurisdictionis causa confunduntur: Proinde hic statuitur, quod initio diximus soli Domino competere retrahēdi subditi ius, quia iurisdictiones in patrimonio habeantur, subdito non item. Quod vero Domino dicit, intellige & Procuratori eius speciali aut generali, ad omnes causas, aut fiscali eius Iurisdictionis, cuius subiectus vocatur, quod vetus Consuetudo expresserat c. 11. Masuer. tit. de remiss. & illi Articuli Cenomanens. & Andeg. de quibus supra.

c *Peut retirer.*] Vsu nostro, *le retraict de barre s'appelle* 2
respectu *du Seigneur qui pretend son subiect, le renuoy* respectu *du subiect qui demande estre renuoyé.* Cæterùm hic Consuetudo, verbo, Potest, vtitur: Est enim facultatis & iuris in persona Domini, in ciuili quidem materia, Nam in criminali præcisè tenentur & ius reddere, & officium facere, quod diximus sup. Art. 14. glos. verbo, *Iceux Iuges ne le veulent.* Postremo Ord. Castrobrient. 1566. Art. 1. necessitatem non præcisam, sed causalem indixit; Nam statuit ex negligentia inferioris 3
deuolui Iurisdictionem ad superiorem; qui impendiis

Vide art. 14. N. c.

negligentis Domini causam sit, reúmque peracturus; Sed & negligétiam describit temporis lapsu perquam necessario inuento & vsu. Potest verò Dominus subditum suum reuocare, ita vt prorogatione subditi impediri non possit, quod nos ante diximus art. 11. glos. vlt. & Boër. Decis.114. Guydo Papæ Decis. 275. Imb. lib.1.c.22.Instit. Nec refert, sit ne lis contestata an non; istæ enim sunt partium ipsarum obligationes, dominos nulla lege tenent.

4 [d] *Son subiect.*] Apparet hîc quoque de Iurisdictione agi, quæ ratione Feudi competit; Nam quæ ratione domicilij, prorogationis, delicti exercetur, Iurisdictionis est potius simpliciter sumptæ, quàm eius quæ Feudo inhæret. Porro quod ad retractum attinet, *qu'il appelle icy retraict de barre*, rectè is cui iurisdictio competit, domiciliarium subiectum repetit, prorogantem nequit suo quidem iure, quia per accidens tantum Iurisdictio in eum tribuitur, delinquentem olim non poterat, si penates repetierat sup. Art. 9. hodie potest Art. Molinensi, de quo d. Art. 9.

[e] *De suzeraine Cour.*] E superiori tribunali siue mediato siue immediato reuocare.

5 [f] *Es cas dont le Seigneur.*] Penè superuacua cautio, quæ enim vtilitas eius cognitionis quam exercere nequeat, qui eam vendicat. Quare Iudex non Regius de Regiis noxis aut causis non rectè litem intendet, aut subditum repetet, ne de his quidem in quibus anteuertere Domino licuit, vulgò præuentionis casus appellant, sed & habitum cum actu oportet concurrere, ideóque etsi capax sit Iurisdictionis cuiusquam causæ Dominus Feudi, interdicta sit tamen cognitio, veluti ex causa recusationis, aut quia alteri commissa sit, ne hîc quidem suas partes interponet, aut subditum repetet tali quidem in causa.

Nota 3.

1 *Prior est potestas domini immediati.*
2 *Tantum amissum in iurisdictione, quantum omissum.*
3 *Iudicis Eccles. nulla cognitio de dote & doario.*
4 *Delinquens officialis non remittendus ad inferiorem nisi &c.*

1 [g] *Et se fera ledit retraict de degré en degré.*] Hoc idem illi Cenomanensis & Andensis Articulus expressè statuunt, & hoc ipso in casu sensit Panor. faciendum Domino mediato & immediato subditum vendicante c. ex transmissa. vers. nota quarto. ext. de for.comp. & Bald.c.cæterum ad fin.ext. de iud.idem, c 1. vers.à comite tit.si de feud.fuer. contro.int. dom. & vassal. Idque pene perpetuum est omni in causa, vt prior sit immediati Domini potestas, iúsque in vassallum proximi, quod apparet ex Art. 68. & 330. & seq. Iacob. de sancto Geor. lib. de feud. vers. & promiserunt eidem Domino. q.9. & verbo dictíque vassalli, quarta causa & vers. & cum pacto, vers. quæro de quæstione quotidiana. num. 21. Operosè tractatur à Doctoribus quæstio, An vassallus vassalli mei sit meus vassallus, qua in re multa distinguuntur. Sed non est huius loci, & eam exercet Francis. Curt. loco destinato lib. de

A feud.pact. quarta causa 40. Sed & alia non præter rem agitatur ab glos. c. pastoralis. ext. de off. ord. An Archiepiscopus in subditos suffraganeorum suorum Iurisdictionem exercere possit, non absimilis huic nostræ, an Dominus in subditum subditi ius potestatémve habeat.

[h] *Pource n'aura-il pas perdu sa iurisdiction.*] Tex. ad hanc sententiam c. dilecto. ext. de off.archid. vbi si Archidiaconus iure suo vsus nō sit in aliquod monasterium, non propterea in cætera amittet. Regula est in præscribenda Iurisdictione: Tantum præscriptum videri quantum est possessum, ideóque cùm contrariorum eadem sit disciplina, tantum amissum quantum omissum l.licitatio.§.earum.D.de public si prestari, inquit, B consuetum ex indulgentia publicanus omiserit, alius exercere non prohibetur, vbi glos. ipsum quoque illum, qui omiserit, pro futuro tempore exigere posse scribit Bart. l.publicanus. §.in omnibus. D.de publican. l.1. §. hoc interdicto. D. de itin. actúque priuat. Sed & quædam ad hoc argumentum tractant Cy. & Alb.l. Voluntariæ.C.de excusat.tut.& Can. præcipuè Fely.c cùm accessissent. extra. de constitut. Denique neque mulcta neque pœna delictum egredi debet, vt quatenus peccatum est, eatenus coërceatur qui deliquit. congruit inf. Art.37. 2

[i] *En cause de douaire.*] Hic separatus Articulus esse debuit, congruit cum 441.infra. Sententia est Masuer. C tit. de remissio. In multis (vt loquitur) ressortis regni hoc idé obseruatur. Sumpta est ratio, ex titulo. Quand. imp. inter. pup. vid. & cætc. & Canonistis in c. ex tenore.ext de for.comp.& c.ex parte.eod. tit. Dotalitij causam, de qua hic agitur, sibi Canonistæ tribuunt, quod expresse sentit. Innoc. & Panor. post eum. per c.1. & 2.& c.de prudentia, ext.de donat.int.vir & vxo. quanquam glos. interdum neget dotis cognitionem per se motam, cognitionis esse Ecclesiasticæ, nisi accessoriè ad diuortij causam petatur, quam sequuntur Host. Anchar. & alij plerique, nisi vidua sit & oppressa, & locus hic vulgò à Doct.tractatur l.1. D.sol. mat. Ias. auth. quod locum vers. quarto nota. C. de collat. Fely.c.Ecclesia.ext. de constit.Lup.c.de donat.int.vir. & vxor.§.44.in notabilib. secundo notabili. Sed diuersa est significatio dotis & doarij, & in vtroque Ec- D clesiastici Iudicis cognitionem iampridem vsus repudiauit; sed hic locus commodiùs tractabitur. d. Art. 441.& art.44. nota 2.nu.22. 3 *Ius cor.*

[k] *Officiers delinquans en leurs offices.*] Congruit art. 35. inf. intellige autem nisi cœpta sit lis apud inferiorem, & cognitio anticipata, l. vbi cœptum. de iud. D. nisi liti apud inferiorem pendenti incidat. l.2. C. de ord. iud. Hæc regula negatiuam constituit per locum à speciali; Nam si speciale est, vt officialis delinquens non remittatur ad inferiorem Iudicem, regula est in contrarium cæteros delinquentes remitti debere. Quare falsa est Oldrad. sententia in conf. 124. cùm simpliciter statuit in criminalibus de maiori tribunali ad minus cognitiones criminales non remitti, secundum quam tamen iudicatum Chass. ait. §.1. tit. *des aeuez*, quanquam & præuentionis ius præsupponit. 4

Article XXIX.

Artic. XXVII. Novae Consvet.

En[a] matiere d'arrest [b] ou plegement [c] par Cour superieure, [d] le Seigneur peut retirer son subiect, [e] ores qu'on pretende infraction d'arrest, [f] ou attentat de plegement auoir esté faicts par le subject. Et s'il se trouue infraction

ction ou attentat, [g] le Iuge inferieur [h] condemnera l'infracteur en l'amende [i] enuers la Cour ſuſeraine, de laquelle amende ſera tenu [k] certifier, & icelle rapporter au Iuge ſuperieur.

IN [a] materia arreſtationis [b] aut plegiamenti [c] cum iuſſu & authoritate ſuperioris Judicis, [d] Dominus poteſt repetere ſuum ſubditum, [e] quamuis infractio arreſtationis prætendatur [f] aut attentatum ſeu nouatio facta per ſubditum. Et ſi ſit facta aliqua infractio aut attentatum [g] Judex inferior [h] infractorem mulcta condemnabit [i] erga ſuperiorem Juriſdictionem, de qua mulcta tenebitur [k] renunciare, eámque tradere Judici ſuperiori.

NOTA I.

1 *Ærreſtum quid & in quib. reb. ſit.*
2 *Plegiamentum recte ſubiiciendum areſto.*
3 *Plegiamentum hîc pro interdicto Vti poßidetis &c.*
4 Infraction & attentat *differunt.*

[a] *En matiere d'arreſt ou plegement.*] Hic Articulus in ſpeciem cum iure ciuili pugnare videtur, ac multomagis cum Regula Articuli 16. ſup. & alterius 36. inf. quibus in totum Iudicibus inferioribus cognitio adimitur de his, quæ ſuperiorem cognitionémve eius contingunt.

1 *Arreſt.*] Diximus Art.3. ſup. hanc veteribus fuiſſe manus iniectionem, quæ rem eodē ſtatu, loco, cauſáque immotam conſtringeret, ea ſit interdum in fructus pendentes aut ſeparatos, vt inf. Art. 116. 129. & 130. interdum in corpus nexum hominis cuiuſquam inf. Art. 117. interdum in Viatoris equum Art. 124. nonnunquam in rem mobilem, quæ vendicatur, inf. Art. 125. & 128. Actionis verò neque vim neque poteſtatem habet, hoc verò tantum agit quod rem ſaluam, & ſoſpitem ſiſtit iudicantis cognitioni, eodē iure quo actio ad exhibendum, niſi quod hic de re iam exibita ſtatuit.

2 Solet verò plegiamento ſubijci, veluti ſuccenturiata; cùm timetur ne ſatis ſit virium plegiamento, quod poſſidentem non prohibet iure ſuo vti, vt infrà dicemus ex Art. 110. inf. At arreſtum aut cautionem de re petita reſtituenda exigit & extorquet, aut ſequeſtrationem, ita ſit vt non ſine fructu ſit plegiamento arreſtum adiunxiſſe. Mirum verò cùm authoritate ſuperioris Iudicis intendatur, eiúſque imperium reſpiciat, ad inferiorem veniri de ea cognitione, cùm cuiuſlibet Iudicis ſit pœnali iudicio iuriſdictionem ſuam defendere, l. vlt. de off. eius cui mand. eſt iuriſ. & vbi cœptū ſit iudicium ibi finiri debeat. l. vbi cœptum. D. de iud. Quod tamen ante facere eruditi Iudices non ſolent, aut ad inferiores cognitionem remittere, quàm lite prouiſionaliter conſtituta, ſi prouiſio incidere poteſt, ne quid interim pereat inter iuriſdictionem controuerſias.

3 [b] *Ou plegement.*] Plegiamentorum non vna poteſtas olim fuit, vt nunc quidem: Namque interdum contra iudicantis perſonam iuriſdictionémve opponuntur, vt Art. 769. inf. qui de Ord. Lud. XII. anni 1510. excerptus eſt, & rurſum Art. 111. & 112. ac tum interceſſionis vicem habet, interdum idque crebrius pro remedio poſſeſſorio intenditur, vt inf. Art. 106. veluti interdictum, Vti poſſidetis. Cùm ad Iuriſdictionem opponitur, non poteſt huic Articulo locus eſſe, cum de eo ipſo diſceptetur, an Iuriſdictio inferior ſit idonea ad cognitionem, de qua agitur, ideóque non cadat in inferiorem, ſed in caſu illius Art. 106. de quo ſupra, verè & adæquatè hic Articulus locum habet, cùm interdictum, Vti poſſidetis aut caſus nouitatis intenditur, in

Argentr. in Conſ. Brit.

A quo cùm nemo pendente lite poſſeſſione ſpoliari debeat, vt infra dicemus, & totis titulis vt lite pendente. C. decretal. & clem. & in vj. ſi autem incertum ante ſentētiam quis poſſideat, cùm vterque ſeſe aſſerat poſſidere, ſuccedit illa regula quæ eſt inf. Art. 110. ſcilicet neminem nouare intelligi debere qui iure ſuo vtatur. Pendet igitur totus effectus nouationis quam hîc attentatum vocat, ab euentu effectúque inſtantiæ & litis eius, quæ de poſſeſſorio conſtituit: Nam probata poſſeſſione abſoluitur ab attentato, cui eius dica intenditur. vnde ſequitur, vt cùm plegiamenti cognitionem vt poſſeſſoriam Iudex inferior, cuius in territorio res ſitæ ſunt, ad ſe reuocet, debeat attentati quoque cauſam ad ſe reuocare, ne continentia cauſæ diuidatur, cùm alioqui interdum accidat, vt de incidenti is rectò cognoſcat, qui de principali iudicat, quanquam de incidenti principaliter moto non poſſet, l. ij. C. de ord. cog.

[c] *Par Cour ſuperieure.*] Hoc eſt, cum iuſſu & autoritate ſuperioris Iudicis plegiamentum intenditur, nam ſuperioris authoritate intendi poteſt, & de eo cognoſcit, niſi remiſſio petatur vt inf. Art. 45.

[d] *Le Seigneur peut retirer.*] Domini id quidem ius eſt, vt ſuperiori Articulo diximus, non ſubditorum, qui per ſe domum reuocari nequeunt, tametſi extra ſuos conuentus vocati, rectè ſoli ſe iudicio dimitti poſcūt.

[e] *Ores qu'on pretende infraction.*] *Infraction ſe dict pour le* 4 *regard de l'arreſt, attentat pour le regard du plegement:* Infringit autem, qui rem loco mouet, faciem mutat, interuertit, ſubſtrahit, adulterat.

NOTA 2.

1 *Nil nouari &c. id eſt attentari.*
2 *Attentatum in prima inſtantia & in appellatione pendente & eorum diuerſitas & nu. 5. & 10.*
3 *Exempla attentatorum &c.*
4 *Attentata in cauſis appellationum quæ &c. & nu. 7.*
6 *Iudicanda ſpoliatio incidens.*
8 *Appellatio à ſententia interlocutoria aut prouiſionali &c.*
9 *Quomodo reuocatur attentatum in diffinitiua &c. & nu. 10.*
11 *Curia parlamenti quo modo iudicat de attentatis &c.*
12 *Quis iudex cognoſcit de attentatis.*
13 *Mulcta arbitraria in attentatis.*

[f] *Ou attentat.*] Quod hic attentari intelligitur, Iuriſcō- 1 ſulti nouare vocant totis titulis nil nouari lite pendente, & tit. in integ. reſt. poſtul. nil nouari. Hinc etiam illa, nil nouari relatione aut conſultatione pendente l. 1. C. de relat. nil, nouari appel. pend. D. de recuſatione pendente arbitrio, recurſu ad arbitrium boni viri, ſede vacante, nullitate ſententiæ, ſtatus quæſtione, ſecuritate, dilatione, & quæ alia ſunt, quæ pluribus exequitur

diligens ſcriptor Vital.Camb.in tractat. clauſularum. A
Poſterior ætas ac præcipuè ius Pontificium & Roma-
na Curia attentati vocem reperit, Latinis quidem iam
olim vſurpatam ſed alio ferè ſenſu, cùm attentare nil
aliud ſit, quam contra moliri. l.attentare. D. de extra-
ord.criminib.l.ſi quis non dicam rapere. C.de epiſ. &
cler.l.attentari. l.apud labeonem. §. tenetur. D.de in-
2 iur. Sed in primis inſtantijs nouandi verbum ſolenne
eſt. Attentatum vero appellant, quod quis litigator
priuato arbitrio commiſerit de ea re aut lite, quæ in
cognitione Iudicis verſaretur, quo factum ſit, vt res
liſve integra, nec eodem ſtatu eſſet, Hîc tibi autem B
vello Iuriſconſulte, Res eſt non omnibus nota, & fo-
renſi tamen pulueri pernecesſaria. Diuerſa eſt reputa-
tio attentatorum quæ in lite & prima inſtantia fiunt,
ab his quæ appellatione pendente admitti contingit.
Litem hic pendere dicimus per citationem, denuncia-
tam & vt loquuntur, executam: finitur autem litiſpen-
dentia ſententia à qua prouocatũ non ſit, tex.eſt clem.
vlt. vbi gloſ. verbo, poſtquam, vt lite pend. nil nouet.
& c.vlt. vt lit. pend. in vj. Rota Deciſ. 426. In antiq.
incip. Nota vtrum poſtquam, Quod Rota attentato-
rum contingentiam vſque ad concluſionem in cauſa,
nec vlterius admittit Deciſ.56. In nouis, ſic intelligen- C
dum, ſi attentata ante concluſionem admiſſa ſint, nam
ſi eorum proſecutio ante concluſionem non fiat, vi-
detur, renunciatum; Quod ſi poſt concluſionem ſint
admiſſa, deduci tum quoque poterunt, quod rectè
Guid. Papæ conſ.4. verſ. præterea etiam legitur, in ci-
uilib. Matth.de Afflict. Deciſ.352. Incip. quidam Cor-
biſerius & Deciſ. 98. Vital. Camb. in tract. clauſul.
clauſula nil nou. lit. pend. per c.non ſolum de appel.
3 in vj. Rota Deciſ. 185. Incip. ſi pars rea. Exempla at-
tentatorum ad litem tradunt, veluti ſi reus beneficij
poſſeſſor in alium poſſeſſorem transferat pendente
lite, permutando vel reſignando: Nam poſſeſſio ſic D
tradita reuocabitur per modum attentati, quod Ro-
ta tradit. deciſ. 56. Incip. ſi lite pendente. & Deciſ.
400. incip. nota ſi lite pendente. in antiq. Milus in re-
pert. verbo, attentata per actorem. Spec. tit. de appel.
§. nouiſſimè. Idem ſi poſſeſſio in prophanis de vno
ad alium transferatur pendente lite. l. vlt. C. ſi per
vim vel al. mod. l. res quæ in controuerſia. D. de iur.
fiſc. l. defenſionis. C. de iur. fiſc. text. c.vlt. 11. q.1. &
c. cùm veniſſent. ext. de inſtit. c. conſultationibus.
ext. de iur. patro. Idem ſi pendente appellatione ſen-
tentiæ executio nihilominus fiat, quod tractat d.gloſ. E
pragmat. d. verbo, interponi, in fine. Itidem ſi res li-
tigioſa alienetur, vel executio ſententiæ fiat, a qua ap-
pellatum ſit, glo. l. vnica C. in integ. reſt. poſt. & §. ſu-
per hoc. auth. vt nulli iudic. col. 9. l. alienationes. D.
famil. herciſ. l. diuus. D. de petit. hered. Ea cùm ſunt
facta, reuocari oportet cum reſtitutione fructuum
perceptorum & percipiendorum, & expenſis, quod
ait Rota Deciſ.25. in nouis, incip. ex quibus inferreba-
4 tur. At in cauſis appellationum attentata incidunt in-
ter tempus interponendæ, aut interpoſitæ appellatio-
nis, & receptæ ab Iudice à quo, hoc eſt, ex quo Iudex
ad quem ſaiſitus eſt de cauſa per releuium (vt loquun- F
tur) ſignificatum & præſentationem, l.1. in princip.D.
de appel. recip. Hoc enim modo appellationis cauſa
deuoluitur ad ſuperiorem, quod cùm eſt factum ha-
bet appellatio effectum deuolutiuum & ſuſpẽſiuum,
de quo glo. pragmat. tit. de cauſ. §. & ne ſub vmbra,
verbo, interponi; quare nil nouari oportet ea pen-
dente à partibus aut Iudice à quo, d. l. 1. & d. c. non
5 ſolum. vbi gloſ. verſ. ante omnia. Sed in reuocationis
modo, ac forma multum intereſt in prima inſtantia,
& cauſis appellationum: Nam cùm litigantium iura

in principijs cauſarum non pateant, & adhuc in poſi-
tione factorum (vt loquuntur) conſiſtant, quorum
probatio expectatur, neceſſariò ad iuſtificationem at-
tentatorum expectanda eſt diffinitio cauſæ principa-
lis, & finalis calculus litis, vt intelligatur, an qui atten-
taſſe dicitur, re vera attentauerit, quia regula eſt, *Il n'at-
tente, qui vſe de ſon droict, pourueu que les choſes ſoyent repa-
rables*, vt inf. Art. 110. ob idque nemo poſſeſſioni ſuæ
inſiſtere prohibetur propter litem, neque per id atten-
tare dicitur c.1. ext. vt lit. pend. & c.2. eod. tit. & c. ſi-
gnificante. ext. de appel. Panor. c. literis. ext. de reſtit.
ſpol. Io. Capitius deciſ. 72. Ideóque ſolemus in foro
talia incidentia iungere cum principali, vt eadem ſen-
tentia diffiniantur, cùm vnum ab altero pendeat. Ex- 6
cipio ſemper ſpoliationem pendente lite factam; Nam
ſi talis ſpoliatio incidit, non expectata diffinitiua, imo
& inhibito curſu principalis cauſæ, de ea cognoſcen-
dum eſt, & ſuſpenſa proſecutione, in ea hærendum, &
probanda intra 17. dies ex Art.700. infra, qui excerptus
eſt ex Ord. Ioannis Ducis, anni 1424. ſumpta. ex c. fre-
quens de reſt. ſpol. in vj. Panor. c. dilectus. ex. de Ord.
cognit. Io. Monach. c. cupientes verſ. ſed in hoc mem-
bro de elect. in vj. Rota Deciſ. 14. In nouis. Caſſad.
tit. de reſtit. ſpoliat. Deciſ.3. Matth. de Afflict. Deciſ.
98. idque ſummaria cognitione & ſine libello. Non
hîc dico, an dominij exceptio opponi poſſit, an item
poſſeſſio probanda ſit, & quæ his locis Doct. agitant.
Sed non eſt par ratio aliorum attentatorum, quorum
iuſtificatio à principali pendet, in quibus principale
iudicium expectatur. Verum alio iure vtimur in at- 7
tentatis appellationum; Neque enim in his appella-
tionis iudicium expectandum, cùm ſæpè contingat
pronunciari malè iudicatum, aut nullam eſſe appella-
tionem, & tamen attentata reparari, quia ſcilicet at-
tentata iuſtificari non poſſint ex Iuſtitia appellationis,
cum vtriuſque ſeparata ſit conditio. d. c. non ſolum.
vbi gloſ. & Docto. Angel. l.1. D. nil non appel. pend.
Guid. Papa conſ.4. & conſ. 66 Io. Monach. d. c. cu-
pientes, Panor. c. bona. ext. de reſt. ſpol. Rota Deciſ.
99. in nouis; quanquam ſecus in deſerta putant qui-
dam, quia retro non fuiſſe appellatum fingatur, ſi de-
ſerta eſt, gloſ. pragmat. d. verbi interponi ex d. Deciſ.
Rot. & deciſ. 464. in antiq. quo loco id quoque tra-
ctant, an nullitas ſententiæ impediat attentatorum
cognitionem. Hoc vero cùm accidit, inhibetur cur-
ſus appellationis, & in attentatis proceditur ſuſpenſa
cognitione appellationis, de qua Iudex litteris in prõ-
ptu, aut decreta quæſtione & per informationes in-
quirendum ſtatuit ex Ord. Carol. VII. Art.10. Ideoque
propter retardationem cõdemnatur in emenda, qui ea
proponit, & nõ probat d. Ord. Carol. VII. quanquam
conſentire quidem partes poſſunt, vt in vtroque ſimul
procedatur, ſed appellans non cogitur, ſi nõ vult, quod
ait Rota Deciſ. 448. in antiq. 102. In nouis. Afflictus
Deciſ.131. & Deciſ.98. Bald. l.3. C. de appell. Atque in
tali attentatorum iudicio ſufficit docere de appellatio-
ne interpoſita denunciata, & præſentatione, ſi tempus
præſentandi venit, quod Rota ait Deciſ.765. In anti-
quis, incip. Sciendum. Guid. Papæ conſ.66. & conſ.
69. gloſ. pragm. d. verbo. interponi, & de attentatis ad
obtinẽdum ſi quidem à diffinitiua eſt appellatũ, quod
Rota tradit Deciſ.1. in nouis. Nam ſi ab interlocuto- 8
riis eſt appellatum, aut ſententiis prouiſionalibus, in
quibus Ordinationes tranſitum ad vlteriora admit-
tunt Ord. Carol. VIII. Art. 53. Lud. XII. anno 1499.
Art.81. & 82. anno 1512. Art.72. Franciſ. I. anno 1519. Art.
7. eiuſdẽ, *ſur la reformation de la iuſtice de Normand.* Art.
1. eiuſdem anno 1539. Art. 91. & apud nos anno 1535.
Art. 28. Henrici II. *des eaux & foreſts* anno 1554. Art.
12. po-

12. postrema Carol. IX. anno 1564. public. Maio mense 1564. In his (inquam) quod actum est non reuocatur via attentati, sed per viam grauaminis (vt loquuntur) & scribit Rota d. Decis. 1. & Guid. Papæ consi. 66. num. 6. & consi. 69. vbi negant in interlocutoriis iudicatum reuocari, nisi post iudicium demùm appellationis, si
9 malè iudicatum reperiatur: Sed post diffinitiuas iudicium appellationis non expectatur, sed protinus reuocantur attentata, cum primùm de his constat, adeo vt ne infirmato quidem iudicato reualescant attentata; vnus duntaxat casus excipitur, in quo sicut in diffinitiuis protinus reuocantur, quæ innouata sunt etiam interlocutoriis, scilicet cùm partibus auditis Iudex appellationis processit ad inhibitiones, quæ Iudici à quo sunt denunciatæ. d. c. non solum. Rota Decis. 130. Incip. si post inhibitionem, & 193. incip. si ab excommunicatione, in nouis Io. Monach. d. c. cupientes, verbo, si autem non detulit. Boër. Decis. 244. Partibus auditis dico & cognita causa: Non vulgatę clausulæ inhibitionum, quæ in releuio solet contineri in Cancellarij non cadē vis est, quia processum ad vlteriora in causa principali nō prohibet, quod Ordinat. Francis. I. anno 1519. Art. 4. & 5. statuit & c. Romana. §. quod obiicitur. & d. c. non solum de appel. in vj. Feli. c. dilectus. 2. ext. de rescript. Cuiusmodi autē debeat esse cognitio, & quid in ea probari scribit Vital. in d. claus. nil. nou. appel.
10 pend. Notanda est hæc differentia & conditio attentatorum, in principali causa, & causis appellationum interlocutoriarum & diffinitiuarum, quod discrimen ab eo manat, quod causa appellationis, vt diximus, Iudicem à quo priuat omni cognitione, suspenditque iudicatum, quod & extingui quoque Iurisconsultus censet l. 1. §. vlt. D. ad turpil. quod explicat glo. pragmaticæ d. verbo, interponi. Nam Iudex à quo iterum de appellatione à suo iudicato non iudicat, nec bis in idipsum iudicare potest: Et de contempto imperio & superioris auctoritate in attentatorum causa potius agatur, quam de interesse partis ipsius, quod Rota ait Decis. 25. in nouis. Cassad. Decis. 3. de restit. spoliat. Io. And. c. cùm Martinus ext. de const. Spec. tit. de appellat. §. nouissimè. Vitalis Camban. vbi sup. Adeo vt solo officio Iudicis citra partis requisitionē reuocari attentata solenne sit, solo Procuratore generali postulante præsertim post curiæ inhibitiones, sed in prima instantia aliter res habet; Nam Iudex superior tametsi capax sit cognitionis plegiamenti, vt diximus Art. superiori, tamen non priuatiuè capax est, imò primaria & proxima cognitio est inferioris & proximi Iudicis, vt patet Articulo superiori; quare prior ordine est eius cognitio & auctoritas, ideóque & eam quamlibet anticipatam à superiore reuocat. Quo fit vt attentatorum iudicium incidens, & accessorium, & quod ab euentu plegiamenti pendet, cum ipso plegiamento remittatur ad inferiorem, salua mulctæ dictione de contempto superioris imperio, quia eius propria & naturalis cognitio est de attentatis, qui Iudex est causæ principalis d. c. non solum. Benedictus refert c. raynutius. verbo, & vxorem. decis. 2. num. 141. Hæc fundamen-

A talis ratio est discriminis inter attentata primæ instantiæ, & causæ appellationis, & cur eorum cognitio ad inferiorem remittatur, contra quàm regularis & ordinaria est ratio & natura attentatorum, regulàque imprimis illa, quæ est in Art. 16. sup. & Art. 39. infra, ideóque inde obseruatio, vt in causa attentatorum nunquam fiat remissio ad partes in Curia Romana, quod Rota tradit Decis. 89. in antiq. incip. Nota quod vbi, & rursum 220. incip. nota seruat audientia, hoc est cognitio attentatorum nunquam remittitur ad Iudices locorum, sed vt propria & indelegabilis retinetur in Curia, quia de contemptu auctoritatis Curiæ agatur, & quidam simile Masuer. tradit. tit. de remissio. vers. item si causa. Sed & Parlamenti Curia ad quam omisso medio appellatum est, etiam si pronunciet ad se cognitionem non pertinere, & super appellatione cognoscenda remittat ad quem de iure, &c. tamen attentata non remittit, sed cognoscit & iudicat ex Ord. Caroli VII. Art. 9. Benedic. vbi sup. quanquam aliud quiddam Papo videtur innuere tit. de attent. Quod ipsum tum quoque facit, cùm appellationem non recipiendam iudicauit text. glos. l. 3. C. de appel. Ias. l. 1. Cod. de bono. pos. secūd. tab. Io. Monach. d. c. cupientes, perrarum est vero quod Bened. scribit, quod cùm Curia attentatorum cognitionem vult demandare alteri, attentata conuertit in excessus & sub excessuum nomine & qualitate cognitionem remittit ad Iudicem Prouinciæ alterius, quàm vbi attentatum est, quod manente qualitate attentatorum fieri non posset. Quę omnia nusquam in libris Iurisconsultorum satis explicantur, sed ea vsus è Canonistarum scholis melius induxit. 11

B

C

[g] *Le Iuge inferieur.*] Diximus ante, de attentatis cognitionem eius esse, qui de principali cognoscere debeat, addidimus causas, quid item inter principalis causæ & appellationis attentata interesset. At vero nunc pro magna limitatione adiicimus, cùm dicitur de attentatis primæ instātiæ cognitionem remitti ad inferiorem, nisi si Dominus ipse Iurisdictionis attentauerit, aut Iudex eius cuius nomine, & culpa ipse Dominus mulctam dependere debet: Nam tum ratio non patitur ad eum remissionem fieri, ne ipse in sua causa iudicet, & de eo statuere habeat, quod ipse deliquit. Hic igitur de attentatis partium agitur. 12

D

[h] *Le condemnera en l'amende.*] Pro qualitate admissi atque adeo extraordinaria prosequutione, si res poscat, quod vsus docet, & Guil. Bened. attigit vbi sup. & statuitur inf. Art. 110.

[i] *Enuers la Cour suseraine.*] Veteri consuetudine. c. 60. solidorum mulcta pro infractione arresti fuit, hodie cùm arbitraria sit, mirū est id arbitrium inferiori Iudici permitti, & Domini superioris Procuratorem apud inferiorem litigare; quod in Regio quidem Procuratore neutiquam admitteretur, vt ante admonuimus, & tradit Stilus Parlam. tit. quorum cognitio pert. ad Regem. 13

[k] *Certifier & rapporter.*] Renunciare, & exigere.

ARTICLE XXX.

I [a] le Seigneur veut [b] pretendre [c] plus grand deuoir luy estre deu par son subiect, [d] que le subject n'aduouë & recognoist, iceluy [e] subiect peut decliner la iurisdiction de sondit Seigneur, & aller [f] à la iurisdiction suseraine. Artic. XXVIII Novae Cons.

[a] *Argentr. in Cons. Brit.*

SI [a] Dominus Feudi velit [b] prætendere [c] maiora iura dominicalia ei deberi à ſuo ſubdito [d] quam ille ſubditus fateatur, [e] poteſt idem ſubditus declinare Juriſdictionem ſui Domini [f] & ſuperiorem Iuriſdictionem implorare.

NOTA I.

1 *Nullo cognitio domini de debito negato.*
2 *Ius metitur ex parte actoris in diſcriminanda &c.*
3 *Ex cauſa feudali ſi plus petitur.*
4 *Declinat vaſſallus iuriſdictionem etiam poſt conteſtationem.*
5 *Ex plus petitione ad ſuperiorem eundem, &c.*

[a] *Si le Seigneur veut pretendre.*] Quid, quantum, quóve iure Dominus & patronus Feudi Iuriſdictioné exerceat in ſubditum dicemus inf. Art. 45. Sed quod frequens Reformatoribus conſuetudinis fuit, vt nec methodum, nec ordinem ſequerentur rerum, hic quoque fecêre, cum exceptionem poſuerût ante regulam. Regula eſt Art. 45. inf. quæ ius poteſtatémque dominorum in vaſſallos deſcribit, quid ratione feudi, quid item Iuriſdictionis in abſtracto conſiderare poſſint, aut debeant. Huic regulæ ſubiici protinus exceptio
1 debuit quæ hoc ipſo Articulo traditur. ſcilicet, Toties de Feudi cauſa, iure, debito Domini poteſtatem & cognitionem eſſe, quoties nulla controuerſia eſt de iure debiti negati aut non confeſſi debiti, ordinarij Iudicis arbitrium eſſe, Domini feudi nullum.

Cuiuſmodi exceptio tam vniuerſalis eſt, vt penè regula ipſa infinita comprehenſione eludatur, & vt loquuntur, euacuetur: Nam ſi Domino nulla cognitio tribuitur de debito, quod in controuerſia eſt, quæ cognitio poteſt eſſe Domini, de eo quod vaſſallus non negat, cùm ius non niſi in inuitum reddatur, nec partes ſint Iudicis vllæ in confeſſum niſi in condamnando & compellendo. Tota igitur Dominorum patronorum poteſtas eſt in compellendo, cùm de controuerſia debiti iudicare nequeant, à quo iure hoc Articulo excluduntur.

[a] *Si le Seigneur.*] Ex hoc verbo & correlatiuo (*de ſubiect*) quod ſequitur, apparet de materia & ſubiecto feudali agi non de iuriſdictione in abſtracto conſiderata.

2 [b] *Pretendre.*] Ex parte aiunt actoris ius metimur, in A diſcriminanda, deſcribenda, aut coërcenda iuriſdictione, ideóque inſpiciendum non quantum debeatur, ſed quantum petatur, l. pen. §. vlt. D. de iur. omn. iud.

[c] *Plus grand deuoir.*] *Le deuoir* intelligitur ex cauſa reali 3 & feudali; Nam ſi ex contractu perſonali agatur extra cauſam feudi, talis materia ad hunc Articulum non pertinet, ſed ad Art. 49. inf. Porro plus peti intelligitur propriè cùm repetitur, tametſi & cauſa, tempore, & loco plus peti poſſit, quod tituli de plus petitionibus indicant. Sed hic Articulus tam exigua non cõſiderat, vt ſi de loco aut tempore ſolum agatur, nec intereſſe vllum doceatur, tam delicatus audiendus ſit debitor, ſi nihil vltra proponitur; Sed propriè ſtatuit, *pour les rentes, droicts & deuoirs non faits & non payez.*

B [d] *Que le ſubiect n'aduouë.*] Nam ſi fatetur, quid opus eſt cognitione, iudicio, aut lite de re confeſſa, cùm nil reſtet præter exactionem & legis actionem? *qui conſiſtent en contrainctes par exploictement de fief, qui eſt le vray pouuoir du ſeigneur du fief.*

[e] *Le ſubiect peut decliner.*] In quacunque parte litis ſiue 4 conteſtata ſit, ſiue ante conteſtationem, cùm perpetuum ſit grauamẽ & iniuria eius, qui velit in cauſa ſua iudicare contra ius, & tyrannico iudicio pro ſe ſcilicet: hoc autem poteſt ſiue ſimpliciter declinando, ſiue remiſſionem petendo ad Iudicem ſuperiorem.

[f] *A la Iuriſdiction ſuzeraine.*] Iure quidem feudorum 5 cùm inter duos eiuſdem domini vaſſallos, aut vaſſallũ & ſubuaſſallum queſtio eſt de feudi cauſa, parium feudi eſt cognitio, quod infra tractabimus d. Art. 45. atque C id quidem verum eſt qualitate feudali præſuppoſita: Nam ſi aut feudum, aut qualitas feudi in controuerſia verteretur inter dominũ & vaſſallum, ſuperior vtriuſque cognoſceret. Quod autem hîc negat, cùm dominus à vaſſallo amplius petit quam fateatur vaſſallus, ſuperioris eſſe iudicium, cum ea iuris feudalis ſententia affinitatem habet, quæ ſtatuit cum dominus quidquam vltra debitum à vaſſallo exigit, ſuperiorem implorari poſſe, de quo Spec. tit. de feud. §. nunc dicimus, Aluarot. c. 1. apud quem cont. feud. Bald. c. 1. tit. de capit. qui cur. vend. Oldrad. conſ. 234. & alibi dicemus.

ARTICLE XXXI.

ARTIC. XIIII. NOVAE CONS.

EN [a] cas de [b] crime & delict, [c] ſi le ſeigneur inferieur, ou ſa iuſtice, [d] eſtoit negligent de faire ſon deuoir, [e] & iuſtice ſuperieure prend les mal-faicteurs & delinquans, [f] elle cognoiſtra des delicts & crimes, ſans qu'il y ait retraict [g] audit cas, pourueu que la iuſtice ſuperieure [h] puiſſe monſtrer de ladicte negligence.

IN [a] materia [b] criminali, [c] ſi Dominus inferior, aut eius Juriſdictio, [d] negligens eſſet aut in negligentiæ culpam incidiſſet in ſuo munere exequendo, [e] ſuperior Juriſdictio in ſontes & criminoſos manus iniicit, [f] & cognoſcet de delictis & maleficiis ſine vlla ſpe reuocationis ſeu repetitionis [g] in eo caſu modo ſuperior Juriſdictio [h] rationes habeat probandæ negligentiæ.

NOTA I.

1 *Criminis & delicti differentia.*
2 *Iudicum inferiorum negligentia in criminib. vindicandis.*

D HIC Articulus, vt alibi ſæpe, ταυτολογεῖ cum articulo 37. inf. niſi quod de negando retractu exprimit.

[a] *En cas de crime.*] Regula hæc vniuerſalis de omni ius dicentis negligentia ſiue in ciuili ſiue in criminali materia

materia agit, quod conſtat ex d. art.37. & hic com-
pingi cum illo debuit.
[b] *De crime & delict.*] Hîc duo veluti diuerſa poſuêre
Reformatores non iudicio, ſed ταυτολογίᾳ & inconſi-
derata copia, quanquam vera ſignificatione Crimen
atrocius eſt, & quod (vt loquuntur) accuſatione &
damnatione dignum eſt, delicti leuior aliquanto ap-
pellatio, Quare priuata crimina nemo dicit, cum pri-
uata delicta Iuriſconſulti propriis capitibus tractent,
& delinquere ad ea quæ peccata negatiua dicuntur, &
in omittendo conſiſtunt & negligentiæ tribuuntur,
1 potius pertineat, quàm ad ea quæ admittendo con-
ſiſtunt. Eſt enim, quod Feſtus ſcribit, delinquere pro-
priè prætermittere, quod non oportuit præteriſſe, &
Auguſt. in quæſt. Leuitici; Delictum, inquit, eſt de-
clinare à bono, peccatum eſt cùm malum fit. Sed &
de eorum verborum diſcrimine quædam Doct. Io.
And. Panor. & Fely. tractant. c. ext. de teſt. quâquam
non omnino optimi verborũ æſtimatores Latina qui-
dem lingua Alb. in dictionario, verbo, crimen & ite-
rum verbo, delictum.
[c] *Si le ſeigneur inferieur.*] Cum hac diſpoſitione con-
gruit diſpoſitio Articuli 37. inf. & Ord. Franc. I. anno
1536. art. 6. & 36. apud nos edita inter criminales, quæ
tùm mulctas, tùm ſuſpenſionis & priuationis pœnas
2 ex negligentia indicit negligentibus Dominis cogni-
tione Regiis Iudicibus attributa, & alia Caroli IX.
art.30. Molinis. Poſtrema eiuſdem Caſtrobrientij an-
no 1566. art. 3. quibus omnibus & deuolutionem Iu-
riſdictionis ad ſuperiorem, & priuationem negligen-
tis ſtatuit, quanquam rarò ea legum ſeueritate ex ne-
gligentia vtimur, ſi non præter negligentiam aut con-
ſcientia ſceleris, aut receptatio arguitur, & aliquando
leuior d. Conſuetudo art.37. inf. quæ cognitione tan-
tum particulari, in qua negligentia admiſſa eſt, negli-
gentem priuat.

NOTA 2.

1 *Lapſus termini probat negligentiam.*
2 *Iuſſus ſuperioris de iuſtitia facienda.*
3 *Negligentiæ varia æſtimatio, & pœna & nu. 12.*
4 Procez decretez *olim.*
5 *Procurator Regius proſecutor publicarum actionum.*
6 *Magiſtratus quæ curanda etiam non rogato & nu. 8.*
7 *In priuatis controuerſiis rogandus iudex alias excuſatur.*
9 *Excuſatur iudex neceſſariam ignorantiæ cauſam habens.*
10 *Quædam cauſæ quæ adiuuant ignorantiam aut ei no-cent.*
11 *Quot monitiones requirantur in iudice vt, &c.*
12 *Pœna pro modo negligentiæ iudicis adhibendæ.*
13 *Quid ſi pars iudicem ſæpius rogarit, &c.*
14 *Negligentia iudicis facere non recuſantis.*

1 [d] *Eſtoit negligent.*] Multum olim licuit arbitrio & æſti-
mationi iudicantium in re, quæ nulla lege deſcripta
eſſet, quoad nobis impellentibus anno demùm 1566.
prodiit ille Articulus Caſtrobrientianus ordine ter-
tius, qui notoriam negligẽtiam in proſecutionibus ca-
Intra pitalibus & extraordinariis definiret, ſi intra octauum
15. art. diem à commiſſo crimine Iudices inferiores, Domi-
14. nive Iuriſdictionum quęſtionem non inſtituerint, aut
N. C. ex notoriis non decreuerint de reo, & alioqui lapſus
termini à iure præfixi probat negligentiam, & eam
conuincit, quod Bart. ait Conſ. 102. & l. 3. §. ſi ad
diem. D. de re milit. Imol. c. irrefragabili ext. de off.
ord. Matth. de Afflict. Conſt. Neapol. 38. incip. ſtatui-
mus. verſ. ſed quæro pro intelligentia. lib. conſtitut. 1.
ſiue à lege, ſiue à Conſuetudine, ſiue à Iudice id tem-
pus præfixum ſit, quod nos ſolemus ex libello facere,

A cùm ſupplices litigantes de iudicantium negligentia,
aut diſſimulato iure quæruntur, quos ſolemus ad Iu- 2
dices locorũ remittere addita comminatione niſi in-
tra diem poſtulanti reſponderint, ius dixerint, & de
actis renunciauerint, & glo. §. quod ſi hi, in verbo, il-
los. tit. de concubin. in pragmat. tale aliquid notat.
Quare vera eſt ſententia Iuriſconſultorum in delictis,
quæ negatiua appellant, & quæ in omittendo officio
committuntur, lapſu temporis delictum conſumma-
ri, ſi quod iuſſi ſunt intra tempus facere non ſunt exe-
quuti. Quod Bart. & Lud. Rom. tradidere. l. in cogni-
B tione. D. ad Syllan. aut ſi cùm tempus præfixum non
eſſet, non fecerunt, cùm primùm actus fieri potuit. l.
2. §. ſi mater, & §. confeſtim. D. ad Tertul. & Matth.
de Afflict. d. Conſt. 38. Fely. c. ſi autem extr. de reſcript.
Angel. l. 2. D. de furt.
Sed negligentiæ varia æſtimatio & pœna eſt, nec 3
eadem in publicis cauſis & priuatis negligẽtiæ cenſu-
ra: Nam cùm publicarum perſecutio, cura, ſollicitu-
do concredita ſit Magiſtratibus, expectare non de-
bent, vt admoneantur id facere, quod ex neceſſitate
officij & muneris incumbit, & fuit iſta quidem pri-
dem præſidum & iudicantium cura. Nunc datis Pro-
C curatoribus Fiſci veluti publicis actoribus proprio &
deſtinato munere habent iudicantes quod obtendãt,
ſi non eſt poſtulatum, quanquam negligentes Procu-
ratores & ipſos excitare, etſi cunctentur, coërcere iu-
bentur, Ord. Franciſc. I. anno 1536. art. 5. *Des criminel-
les.* Ac fuit quidem tempus olim, quo tantùm poteſta- 4
tis non fuit Procuratoribus Regum, cùm niſi Præſi-
dum & Magiſtratuum decreto & iuſſu litem vllam in-
tendere vetarentur, *qu'on appeloit procez decretez*, quod
plerumque malignè, tùm etiam diſſimulanter facere
eos compertum eſt. Atque haud ſcio an morem illum
etiamnum renouari expediret, quem tamen abroga-
D tum anno 1535. meminimus Ord. Franciſc. I. art. 7. *des
criminelles*, cùm ante id tempus Ord. Ioannis Ducis
vetarentur litem publicam intendere iniuſſi, cuius ex-
cerptum eſt inf. art. 683. & ab Duce Franciſco I. inno-
uata Sanctio, & confirmata eſt anno 1462. Nec abſi-
milis Carol. VI. anno 1408. Ord. extabat, in Stylo Par-
lam. part. 3. tit. de offic. proc. reg. ne cui ſe liti Procu-
ratores adiungerent, niſi expreſſum de hoc mãdatum
haberent à Iudice, vel ſuper hoc haberent informatio-
nem, aut quæſtio eſſet de Domanio Regis; & res per
ſe indicat plus maioribus noſtris fuiſſe mentis & cor-
E dis in ſtatuendis prudenter quæ è Rep. eſſent, quàm
his quos omnes venti circumagunt mira inſtabilitate 5
ingenij. Nunc quãdo publicarum actionum proſecu-
tio, curáque Procuratoribus Regiis mandata eſt, Iu-
dicum probabilis, nec tamen ex toto recipienda excu-
ſatio eſt ſi rogati non ſunt, & delictum atrox eſt. Ergo
ſi crimen grande perſequendum, ſi annona procuran-
da, viæ publicæ ſternendæ, profeſſio rerum principa-
lium & Regij patrimonij repoſcenda, Procuratoris
Regij ea ſollicitudo eſt, nec iuſta excuſatio negligen-
tis eſt, quia monitorem non habuit. l. congruit. D. de
off. præſid. Congruit, inquit, bono & graui Præſidi 6
F curare, vt pacata & quieta ſit prouincia, quod non dif-
ficile obtinebit ſi ſolicitè agat, vt malis hominibus
prouincia careat, eóſque conquirat: Nam & ſacrile-
gos, latrones, plagiarios, fures conquirere debet, l. 4.
§. mandatis. D. ad l. Iul. pecul. Mandatis, inquit, con-
tinetur de ſacrilegis, vt Præſides ſacrilegos, latrones,
plagiarios, conquirant, eadem & auth. de mandat.
princip. §. oportet col. 3. quo loco & tributorum exa-
ctionem inter curas præſidũ locat; ſed hodie iſta alio-
rum ſollicitudo eſt. Et vero particularia exempla legi-
bus extant pœnarum, quæ quibuſque Iudicibus ob

negligentiam sunt indictæ, vt l.vlt. C. ad l. Iul. de vi pub. vel priuat. Viri, inquit, clarissimi Rectores Prouinciarum in speculis esse debebunt, ne quis audeat hæc Statuta contemnere. & l. si quis in conscribendo, C.de pactis; Scituros, inquit, quod si neglexerint etiam litem suam facere intelligantur. & l. si quos Iudices. C. de off. præf. prætor. orient. Si quos, inquit, Iudices propter negligentiam sublimitas tua inutiles esse repererit, his ab administratione remotis aliis vice eorum subrogatis, &c. & quos ducentos quatuordecim casus Gomesius reg. Cancell. glosator collegit super reg. de triennali. q.28. nec dubium quinetiam plures colligi possint si quem locorum copia delectat. Hæc igitur, quæ publicæ curæ incumbunt, & Regem aut Remp. spectant per se ita Magistratui impendent, vt excusatio nulla sit ex eo quidem, quod rogatus non sit, quod & Bald. notauit. l.1. §. magistratibus. D. de magist. conue. & Luc. de Penna. l.2.C.de lucris aduocat. lib.xij. Paris Put. in libro de Syndicatu, verb. negligentia, & §.officialis propter negligentiam, fo.177. & Amad.Castel. quidā in tractatu de Syndic. capite, de sedendo ad banchum iuris: Nam & alias traditur Iudicem, qui crimen compertum non coërceat, vt conscium puniri. l.2.C. de com. & mercat. Bar. l. mācipia. C.de ser. fugit; nam negligentia latæ culpæ tribuitur, quod. Bald. scribit. d.l.mancipia.

7 Verum priuatarum controuersiarum non eadem conditio est, quibus nemo Iudex operam suam obtrudere debet si non rogatur, ne quisquam in talibus negligens dici debet, qui ante monitus & rogatus non sit, d. §. magistratibus. Non dedisse autem, inquit, videtur, qui monitus non dedit, Bart. l.4.§. autem iudicium, & Bald. eadem lege. §.in eum.D.de dam.infect. Bald. Alex. Ias. & cæteri. l.properandum. §. sin autem vtraque. C. de iudic. idem Bald. c.1. §. iudices. tit. de pac. iur. firm. Ias. l. admonendi. col.5. D. de iureiur. Ang. Conf. 140. incip. quidam Matthæus. Lucas de Penna. l.1.de naufrag.Cod.lib.xj. & leg.2.de luc. Aduoc. C. lib.xij. & l.ne diutius.C. de numerar. lib. xij. Paris Put. d. libro de Synd. d. §. officialis Matth. Afflict.Const.Neapol.38. incip. statuimus li.1. Ant. But. Panor. c. penul.col. penul.vers.nota vnum pulchrum ext.de iud. Fely. latè. c.si autem ext. de rescript. & in c. excommunicamus. §. moneantur ibi. & Io. Anan. ext. de hæret. Innoc. Io. And. Imol. Abb. Anchar. Host. c.extirpandæ.§. quia vero.ext. de præb.Hippol. Marf. sing. 341. incip. ille qui tenetur, & l.vnius facinoris. §. cogniturum.D. de quæst. & idem in rub. de fideiuss. num.145.

8 Tenentur igitur Magistratus facere etiam sine monitore, quod ad publicam aut reip. causam pertinet, idque intra id tēpus, quod à lege præfixum est, si quidem est ea de re lege cautum, si non est, quamprimum fieri poterit & licebit; quare sontes conquirere quam primum admisso delicto debent, non expectato qui admissum denunciat, aut inscribat, quod Ord. Regiis cautum est disertè Francisci I. apud nos anno 1536. art. 1. *des criminelles*, & Aurelian. art.63. & 71. & 1539. art. 145. Postremo & Caroli IX. Ordin. Castrobrient. anno 1566. art. 1. vnde apparet non esse receptam illam Doctorum sententiam, qui putant cùm pro facto negatiuo pœna imponitur Iudici, aut alteri, non ante eam committi quàm monitio præcedat, quæ fuit Innoc. in d.c. extirpandæ, & retulit latè. Alex. l.ita stipulatus.D.de verb. obligat. & Fely. d.c. si autem, neque enim hic monitio exigitur, cùm tempus à lege sit

9 præstitutum, vt ante diximus d. art.3. Castrobri. Nec quicquam excusari potest, nisi si probabilis & penè necessaria ignorantiæ causa prætexitur, quod Bart. ait.

A l.diuus. l.2.D. de custod. reor. & l.eum qui. §. in popularibus.D.de iureiurand. l.semper. §.hoc autem interdictum. D.quod vi aut clam. Bald. l.1.Cod. de priuat. carc. Alb. 2. part. statut. q.80. incip. sed quæro si consules, idem l.auus.D.de calum.& l.1.§.occisorum. D. ad Syllan. & l.si ideo.C. de his quib. vt indig.Hippol. Marf. l.qui falsam.D.de fals.Put. d. lib.verb. pone quod extat. fol.129. quanquam quidam. l.vlt.Cod. de dol. repugnant & tempus currere existimant. Alioqui scientia non præsumitur in Iudice, nec eius culpa nec negligentia, si aliunde circunstantiæ non onerant, quod Bart. ait l.damni §. sabini. D. de damn. infect.

B Ias. d. §. sin autem vtraque Adiuuat probabilitatem 10 ignorantiæ, maleficium clam commissum veluti veneficium, aut intra priuatos parietes, aut in syluis, aut specu, aut in longinquo, aut semotis arbitris, quod Bart. persequitur in Conf. 102. & alij d. §. occisorum. & l.cum fratrem.C. de his quib. vt ind. Alex. conf.24. vol.2. incip. animaduersis, Angel. l. si cum exceptione. §.in hac.D.quod met. caus. Alb. d. q.80, Put. vbi sup.§.qualiter arguatur fo.179. Contraria omnia negligentiam conuincunt facinus publicè admissum, in foro, nundinis, inter sacra publica, celebri concione,

C frequenti populo, fama publica de admisso, diffamatio de auctore, in quibus non est ferenda ignorātiæ excusatio, vt id ignorari dici possit à Iudice, quod omnes alij sciunt. l.1. 1. §.sed & facta. D. de pericul. tut. Bart. d. conf. 102. Puteus, d. verbo, negligentia, & verbo, contra magistratum, glos. pragmat. §. quod si hi, verbo, illos, de concubin. Idem multomagis, si etiam admonitus Iudex probetur. d. §.magistratibus. Quid si etiam si sub oculos, aut ante ædes Iudicis admissum sit? quod Bald.notat. l.1.§.quis.D.de off. præfect.vrb. Cyn. l. si seruus. C. de noxalib. Bald. l.nullus. C. de sum.Trinit. Ias. l. eum qui C.de Procurat. Paris Put.

D verbo, notorium Iudicis, cùm ea de re extet etiam Articulus 65. inter Aurelian.Ordinat.

Sed cùm in priuatis causis monitionem exigamus, 11 redintegrant rursus Iurisperiti dissidium, quibusdam vnam, quibusdam duas poscentibus, plures etiam trinam exigant. Vnica Bart. contentus est, atque etiam satis esse contendit. l.Titia Seio. §. vsuras, de leg.ij.D. quem & Imol. sequitur, idem Bart.Bald.Lud.Rom.l. mora.D.de vsur. Alex. latè. l.de pupillo. §. si quis ipsi prætori. D. de op. no.nunt.& d.l.ita stipulatus.Lucas de Penn. l.2. C. de diuers. off. lib.xij. per glos. c. cupientes.§. si quis per viginti vers. proposita de elect.in

E 6.Lud.Rom. conf. 427. incip. in præsupposito.

Binam exigit Bart. auth.hoc amplius.C.fideicommis. Panor. c.nos quidem. ext. de testam.

Trinam Bald. c.1. tit. si de inuest. int.dom. & vassallis or. &c. 1. de milit. vassal. qui cont. est idem auth. si appellatione.C.de appellat.& d. §. sin autem vtraque. & ibid.Ias. Salyc. & additio ad eum, Abb. c. ex parte. ext.de appell. Io. And. c. dilecto. eod.tit. Ant. Butr. Imol.Felyn. c. ex literis. ext. de constit. Salyc. l. vlt. §. illud. de temp. appel. Angel.Conf. 140. Ant. Bur. & Cardinal. c.cum causa ext.de off.deleg.Rom. sibi cō-

F trarius. d. §. si quis ipsi prætori. Matth. de Afflict. d. Const.38. num.47. Luc.de Penna l. quicumque.Cod. de diuers. offic. Inter eas pugnas omnino distinguendæ sunt circunstantiæ, & quantum quatenúsque sese aut negligentia, aut contumacia Iudicis porrigat, quātum deinde id sit, quod inde spectatur, vt quatenus delictum sit, eatenus coërceatur. In quo aduertendum 12 imprimis negligentiæ non vnam eandémque de iure omnibus pœnam impositam videri. Quidam deuolui ad superiorem Iurisdictionem putant, quia inferior officium non faciat quidam & plures negant, sed cogendum

gendum inferiorem pignoribus & mulcta officium facere; De quo, quid nobis videatur & legibus regni sit constitutum, dicemus glo. seq. Quidam aut suspédendum Iudicem aut priuandum, si etiam tanta culpa sit negligentis Iudicis existimant. Hic de effectu negligentiæ non pugnabimus, cùm & leges regni deuolutiuum effectum culpæ tribuant, quas ante citauimus glos. 1. & hic ipse Articulus, & tex. hic & inf. art. 37. sed & suspensionem & priuationem indicit Molinensis Articulus, si tam grauis contumaxque Iudicis negligentia proponatur, quæ in dolum vergat, vt & pleræque iuris ciuilis leges, & auth. statuimus. C. de Episco. & cler. Hæ pœnæ omnino pro modo negli- B

13 gentiæ adhibendæ sunt: Quam litigator bis aut ter rogarit, vt ius diceret, si cùm posset non fecit magna occasio est, cur negligentia postules, quod si etiam testato conuenerit, par contumacia, sed postulantis oratio acrior & (vt loquuntur) instantia vehementior, nec dubito ad deuolutionem particularis causæ id satis esse, atque etiam ad interesse aduersus tam moratorem Iudicem agi posse, qui non respexerit ad illum Iudicem Euágelicum, qui apud se tacitus obmurmurat, tametsi neque Deum timeo, neque homines reuereor, tamen quia molesta est, &c. Quod si hoc quo- C que petitur, vt in eum animaduertatur, aut Iudici Dominove Iurisdictione interdicatur, perpetuo, aut ad tempus, hoc est suspendatur vel priuetur, existimo ad priuati litigatoris preces, Iudicis quoque superioris contemptum accedere oportere, qui tum conuincetur, si ex libello autoritatéque superioris denúciatum sit vt ius diceret, nec fecerit cùm posset. Hoc casu tam insignis contumaciæ pœnas luere æquum est, interdicta causæ cognitione, & suspensione aut interdictione perpetua, adde & appellari posse à denegatione iuris cum consequentiis (vt aiunt) art. 175. inf. cuius remedio sibi cósulere non vsquequaque tutum D est, nisi testaris ante, denunciarísque superioris autoritate precibus, propter iudicátis autoritatem, & quia rarum est vt non specioso aliquo pretextu sese culpa exuant, siue multitudo negotiorum obtenditur, siue absentia, siue aliud quicquam, & quia communis est sententia quibus locis ante diximus, ad hoc vt superior in mora constituatur triplicem denunciationem exigi & meminit Luc. de Penn. l. quicunque. C. de diuers. off. alioqui à tarditate Iudicis, inquit, Bald. non potest appellari. l. vlt. §. 1. Cod. de temp. appel. & l. vlt. C. de sent. & interl. iud. & l. 2. 11. q. C. de Epis. aud. E Imbert. lib. 1. inst. c. 49.

14 Negligentiam autem intelligimus, etiam si non recuset, imo etiam si vt ille filius Euangelicus facturum se promittat nec faciat, aut petenti non respondeat, aut diem de die, aut alias atque alias subinde occasiones nectat, aut omninò nihil respondeat, aut copiam sui non faciat, quod Alex. ad Bart. notat. l. si alius. §. bellissimè. D. quod vi aut clam. Anan. d. c. excommunicamus. Fely. d. c. si autem. Bald. c. 1. de misit. vas. qui cont. est. Luc. de Penna. l. 2. de numerat. Matth. Afflict. d. Const. 38. Put. in Synd. §. contra magistratum fol. 179. & fo. 138. §. syndicantur, Quod si infe- F rior non negligit, sed dum accusationem parat, probationes conquirit, & accusationi instruendæ instat, accusandi tempus labitur, negligere non videtur textu optimo. l. 2. §. vlt. D. de adult.

NOTA 3.

1 *Nulla moræ purgatio in iudice inferiore.*

2 *An iurisdictio inferioris ex negligentia deuoluitur ad superiorem & nu. 4.*

A 3 *An vassalli iurisdictio per negligentiam ad superiorem deuoluetur.*

5 *Iurisdictionem totam non amittit negligens iudex.*

[d] *Et Iustice superieure prend les malfaicteurs.*] Hic Consuetudo contingenter loquitur, nec enim necessarium est fontem præhendi à superiore, vt locus sit dispositioni huius Cósuetudinis: Nam si post octauum diem à delicto admisso Iudex superior anteuerterit cognitionem, informatione & decreto, omnino Iurisdictio ad eum deuoluitur ex illo Articulo Castrobrientiano 3. propter diffinitam lege negligentiam. Vulgò inqui- 1 runt, an hic quoque moræ purgatio admittatur, id est, an Iudex inferior cognitionem retinere possit, si post tempus præfixum, ante tamen quam Regius anteuerterit, officium facere cœperit. Et Bart. negat. l. quamuis. D. de dam. infect. ait contra Ang. d. l. quamuis c. si à Iudice. de appellat. in vj. verior nostro quidem iure Bart. sententia, quia lex post moram, Iurisdictionem transfert in pœnam, quo casu executione à lege facta post moram negatur purgatio admitti ex sententia cómuni, Bart. l. qui ob rem. D. de cond. indeb. Alex. l. si insulam. fol. 11. D. de verb. obligat. Anchar. c. sicut. ext. de suppl. neglig. prælat. & Panor. c. licet eod. tit. & Bart. sententiam probat. Lud. Rom. d. l. quamuis & d. c. si à Iudice respondet.

[f] *Elle cognoistra sans renuoy.*] Idem statuit sed in causa publica & criminali ille Art. Castrob. 3. idem & aliæ 2 regiæ Sanctiones, quas citauimus sup. glos. 1. Est igitur hac dispositione confossa disputatio Doctorum, An per inferioris Iudicis negligentiam, Iurisdictio ad superiorem deuoluitur; Nam hic deuolui apparet, vt & inf. art. 37. & extat vetusta veterum Regum. Philip. & Carol. VI. Ord. apud Aufrer. in Stylo. tit. de baill. art. 60. & 65. quæ Iurisdictionem inferioris ad superiorem ex negligentia deuoluit, & ea sententia est Iacob. de Bellouisis in pract. tit. de fug. reo: Ex iurisperitis Iurisdictionem inferioris deuolui ad superiorem per negligentiam negant Panor. Card. Imol. c. pastoralis & c. graue. ext. de off. ord. Panor. longa disputatione. c. si quis cótra clericum. versic. quæro primo. ext. de for. comp. & Archid. Anchar. Zenz. c. 1. ext. de suppl. neglig. Prælat. in vj. Ioan. And. c. nullus. ext. de supp. neglig. Prælat. Reddunt rationem, quia deuolutionis pœna nusquam in iure, nisi in casibus à iure expressis exerceri debeat, ex senténtia Innoc. c. quia diuersitatem. ext. de præb. glos. verbo, neglexerunt, & verbo, illos in pragmat. tit. de concub. sed inferiorem negligentem coërceri volunt, & cogi officium facere pœna, mulcta, suspensione. Bald. l. 1. C. quom. & quand. iud. quod hodie multomagis locum haberet nisi lege contra cautum esset, cùm Iurisdictiones in patrimonio habeantur, quibus priuari quempiam ex negligentia durius est, quam vt ferri possit pro ea culpa, quæ vt maximum dolo duntaxat præsumpto tribui possit. Cæteri contra magno consensu deuolui volunt Iurisdictionem negligentis Episcopi ad Archiepiscopum, & data negligentia in Episcopi locum succedere, quod glos. sensit. d. c. pastoralis & 9. q. 3. in summa. Io. And. d. c. pastoralis & c. irrefragabili. eod. tit. & in c. 1. de supp. neglig. præl. in vj. vbi & Io. Monach. & Paul. Leaz. Host. in Summa. §. quia pertinet. de off. ord. Io. And. c. nullus. ext. de iur. patron. And. de Isern. c. imperialem. §. præterea si inter duos vers. Constitutio. tit. de prohib. feud. alien. per fred. Alber. l. si quos. C. de off. præf. prætor. Orient. & item. l. iubemus. D. de defens. ciuit. Leaz. quidem d. c. 1. scribit totum mundum tenere contra Panormit. vt & Dominic. & Franc. quanquam

admittit quidem Panorm. Iurisdictionem, quæ iure A
quopiam speciali aut præscripto competat, contra ius commune & ordinarias regulas ad superiorem deuolui ex negligentia inferioris, veluti Archidiaconi, aut alterius, qui ex priuilegio aut præscriptione habeat, quia talibus non competat nisi (vt ille ait) inquantum sunt vigiles in ea exercenda; Contra esse in ordinariis, vt Episcopo qui meliore iure nitatur, & solus sit fundatus in sua Diœcesi; Hæc sententia, licet à pluribus improbetur, tamen probabilis est, & operosè à
3 Panor. defenditur. d. c. si quis contra clericum. Nunc vt ad rem propius istas sententias applicemus: An scilicet in causa materiáve vassalitia Iurisdictio inferioris ad superiorem deuoluatur ex negligentia, dubium facit, quod meliori iure feuda nunc habentur quam B
olim: Nam in patrimonio sunt vt auitæ quæque hæreditates, & venduntur & alienantur, vt alia quæuis, quare deuolui ad superiorem graue est, & commisso aut confiscationi equipollet, nisi quòd, non nisi in particulari casu applicatur, & quáquam inter commissi causas hanc quoque annumerant, cùm vassallus Domino iustitiam facere denegat, c. 1. tit. quæ fuer. prim. caus. benef. amit. & c. 1. quand. dom. propriet. priuet. glos. c. 1. tit. quid sit inuest. vbi Iacob. Bellouis. Mart. Laud. And. Iser. tum Iacob. de Sancto Georgio, libro de feud. verbo dictíque vassalli promiserunt & vers. & dicti vassalli, verbo, vnum scitote. nu. 22. ta- C
men non est par causa negligentiæ aliena exterorum
4 in causa. Ex quo videri debet in Iudicibus quidē subalternis & Dominis inferioribus non deuolui Iurisdictionem ad superiores, neque Regios & ipsos ad effectum, vt Iurisdictio commissa dici possit præter causam quidem particularem, cum negligentiæ causæ inter causas committendi feudi non habeantur à iure nec Consuetudine, & hic art. & alius qui 37. est inf. causam duntaxat particularem ad superiorem defert. Nec probo Panorm. iudicium aliter existimātis, quáquam alio feudorum iure. c. ex transmissa 4. notab. ext. de for. comp. & c. cæterum vers. quæro igitur capiendo. ext. de iudic. quo loco per negligentiam immediati Domini deuolui putat Iurisdictionem ad superiorem mediatum, & si nullus mediatus est ad ordinarium, probóque sententiam glos. d. c. imperialem. §. præterea si inter duos verbo duos. & glos. vlt. cæterum, quæ ordinario loci tribuit. Ideóque & Cy. Bal. Alb. Cast. Raph. Fulgos. tenent neminem esse Iurisdictione priuandum, quia ius dicere neglexerit, & exemplum de Flandrensibus petunt, quorum Comes non rectè priuatus sit Iurisdictione ob tales causas, licet, propter abusum & graues excessus vassalli priuari possint, quod Bal. ait. §. qui aduocatia. tit. de pac. tenend. & pluribus agitat Molinæus in Cons. Parisiens. titul. de feud. §. 31. qu. 47. & Canonistæ. cap. 2. de re iud. in vj. Sed alia conditio, ius, & ratio est Regiorum Iudicum, per ea quæ diximus sup. art. 28. quia hi soli Iurisdictionem iure primario habeant, inferiores iure concesso & deriuato, ideóque inferiorum Iurisdictio, veluti quæ iure speciali habetur, facilè ad suam causam originémque reuertitur & resolidatur, idque multo magis quia inferiores à Rege nō nisi à Rege, siue mediatè, siue immediatè habere possunt, inferiores ab Episcopo etiam sine eo possunt veluti præscriptione. Nec ista omnibus sunt obuia.

[g] *Audit cas.*] Nihil amplius Consuetudo statuit de 5
priuatione aut deuolutione quā pro casu, vt loquuntur, particulari, in quo negligentia vassalli arguitur & conuincitur; Non igitur tota Iurisdictio amittitur, quod magis expressum est inf. art. 37. vbi dicemus, quod verò interdum cōtra sit, ius Regium est ex Constitutionibus specialibus contra Consuetudinem, Sanctiones ante citauimus.

[h] *Puisse monstrer.*] Rationes probandæ negligentiæ supra tradidimus & Bart. fusius persequitur. d. cons. cij. & in criminalibus quidem descripta est negligentia. d. Art. Castrob. 3. cùm scilicet tempus præfixum præteriit. Quid verò; cùm deuolutionis duntaxat pœnam indicat, an ne vlla Iudicis erit pœna qui neglexit officium? dicemus inf. art. 38. loco magis accommodato.

Article XXXII.

Artic. XXIX. Novas Cons.

VICONQVE propose[a] exception,[b] ou fait autre exploict[c] empeschant proceder au principal, s'il en est vaincu,[d] la vaincque vaut defaut[e] en principal.

QVicumque proponit[a] exceptionem,[b] aut alios fines non procedendi cursum litis principalis[c] inhibentes, aut remorantes, si victus aut repulsus ab eis fuerit,[d] victus vadimonij deserti tenetur[e] in principali.

Nota I.

1 *Exceptiones dilatoriæ aut declinatoriæ id est fines non procedendi hîc, &c. & nu. 2.*
3 *Appellatio ab interlocutoria non inhibet progressum in lite.*
4 *De peremptoriis exceptionib. seu finib. non recipiendi non agit art. nisi, &c.*

1 *Quiconque propose.*] Cuiuscunque generis tandem sint illæ exceptiones quæ proponuntur, siue declinatoriæ siue dilatoriæ, quas fines non procedendi appellant, siue de his quæ litis ingressum impediunt, quæ fines non recipiendi in foro appellantur, si his excidit qui eas proponit, vadimonium deseruisse videtur, id est defectus in eum cōceditur. Neque enim respondisse videtur, qui id respondit quod aut ab eo non est probatum, aut vero etiam falsum esse deprehēsum sit; Nam si ad rem non est responsum, id est οὐδὲν πρὸς ἔπος reiici protinus debuit, etiam nō admissa probatione. l. de ætate. §. quod autē. D. de interrog. act. quare nulla mora fit contestationi tali exceptione proposita, nisi quidem Iudex per imprudentiam non admittendam admiserit, quo & ipso casu vadimonium desertum videri debet. De peremptoriis alia ratio est, quia cùm per ipsas lis principalis cōtestetur, nulla mora fit processui, & hic de his statuit, *qui empeschent de proceder en principal.*

[a] *Exception.*] Quales ſunt declinatoriæ fori, aut recuſationes Iudicis, cùm dilatoriæ, aut quæ litis ingreſſum impediunt ſi per ſe examinantur ſuſpenſo interim principali, de quibus ante diximus: Nam victus in talibus vadimonij deſerti tenetur, & duplicata noxa defenſionibus excluditur per Ord. Regias.

2 [b] *Ou fait autre exploict.*] Veluti qui Iudicem recuſat, aut literas (vt vocant) euocatorias, aut ſolutionis moratorias annales aut quinquennales obtinet, aut quas ſtatus appellant, quibus poſterius decidit, aut excuſationem morbi proponit quæ falſa detegitur, *& pour ceſte fin l'on donne defaut ſans l'exoine*, aut cùm ab interlocutoria quapiam appellat, ac deinde vincitur. Hinc illa vſitata maioribus noſtris formula, *& ſi par l'appel n'eſt defendu, il a eſté iugé defaillant*, cuius ſonum audiebant
3 omnes, vim nemo pridem norat; Nam cùm ab interlocutoria appellatur, quamuis intimatue (vt aiunt) poſſit, ſi velit in lite procedere, cùm appellatio ab interlocutoria progreſſum inhibere non poſſit ex Conſtitutionibus Regis, tamen ſi appellationi deferat, ab appellante imputari ei nequit, quod ad vlteriora non proceſſerit per rationem. l. cum in fundo. §. quod ſi mulier. D. de iur. dot. & l. vendicantem. D. de euict. & quod Bartol. notat. q.9. inter quæſt.

4 [c] *Empeſchant proceder en principal.*] Quare peremptoriæ exceptiones, per quas lis conteſtatur, in hanc diſpoſitionem non cadunt, cùm hæ litem principalem non remorentur, imò verò ſuper his lis inſtituatur & procurat, ſed nec illi fines, vt aiunt, non recipiendi ſi ſunt cum principali iuncti, & ſimul inſtruuntur, hac Conſuetudine comprehenduntur, quia lis principalis non ſuſpenditur, quod Alex. notat. l. 1. §. his datur verſ. cui adde, in fine. D. ſi quis ius dic. non obtemp. vbi Alex. & Rotam citat & Dominicum de Sancto Geminiano. Sin verò tales fines non recipiendi per ſe examinẽtur, & curſum principalis litis inhibeant, tum victus in hunc Articulum incurrit, & vadimonij deſerti tenetur, *pour auoir retardé le principal, & inſiſté au iugement de la fin de non receuoir prealablement, & empeſché la procedure au principal.*

NOTA 2.

1 *Exceptionem non probans præſumitur in dolo.*
2 Sur deux defauts *lis pro conteſtata habetur.*
3 *Reſeruato iure ſuper finib. non recipiendi, ſi iudex vltra, &c.*
4 *Nomen hypotheſes ad artic.*

[d] *La vaincque vaut defaut.*] (*Vaincque*) vox parum germana, ſed qua tamen nullam Frãcica lingua meliorem habet, pro ea quam offenſionem Latini vocant, & opponitur victoriæ, Greci meliore voce ἧττα dicunt.
1 Ratio autem Conſuetudinis in eo eſt, quia in dolo videtur eſſe, qui exceptionem proponit quam non probat, quod Paul. Caſt. ait. l. diui. D. ad leg. falcid. & præſumptio eſt calumniæ contra eum, qui à propoſita excidit. l. tutor vel curator. D. de adminiſt. tut. l. nemo rem ſuam. D. de verb. oblig. inde ſumptæ vulgatæ iuris Sententiæ, Litem haberi pro conteſtata cùm per quem ſiue actorem ſiue reum factum eſt, quominus conteſtaretur, de quo regula traditur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. D. ſi quis caut. qui locus copioſè tractatur ab And. Tiraq. in retract. lign. §. 15. gloſ. verbi, *depuis la conteſtation*, idque ſiue ad interruptiones, ſiue perpetuationes actionum, fructuum reſtitutionem, litiſpendentiam inducendam, & latè tractat Franciſc. Balb. perdiligenti tractatu de Præſcript. tertia parte ſextæ partis principalis, verſ. circa tertiam ſpeciem, hoc quidem quod ad reales effectus conteſtationis.

A Nam quo iure nunc forum vtitur, hodie lis pro con- 1
teſtata non haberetur, niſi ad tale eremodicion aliud quoque accederet, quo ad litis ordinationem, *il faut deux defauts*, vt lis quidem pro conteſtata habeatur Ord. 1539. & res nota eſt: ſicuti & è contra, ſi actor vadimonio non affuerit ab ſe dicto, nec interrumpitur præſcriptio, nec vllus effectus eſt citationis ab eo factæ ad diem ad quem non apparuit l. & poſt edictum. D. de iud. c. 1. de dol. & cont. lib. vj. Bald. d. l. & poſt edictum. & hunc quoque locum exercet And. Tiraq.
in retract. §. 8. gloſ. 2. num. 8. inde illud quoque, quod 3
ſi propoſitis exceptionibus & finibus non recipiendi (vt loquuntur) Iudex reſeruato ſuper his iure, ad vlteriora proceſſerit, vt ſæpè fit, *quand les fins de non receuoir ne ſont pas preſtes ou inſtruictes*, probata iuſtitia exceptionum omnia medio tempore facta à tempore propoſitarum exceptionum corruunt, & ſunt inualida, gloſ. c. cùm contingat. ext. de off. deleg. Bal. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. D. ad Trebel. Iaſ. §. præterea 12. col. Inſtit. de actio. Locus apud Hippol. Sing. 696. *& lors que la fin de non receuoir ſe trouuera inſtruicte & verifiee, toute la procedure ſur le principal ſe trouuera n'auoir ſeruy de rien.* Iſta nullæ ſcholæ docent, fori ſunt, & pulueris,
C tametſi originem habent, vt oſtendimus, à iure, ſed
multis ignotam. Ex huius Articuli ratione & theſi ſta- 4
tuuntur pleræque hypotheſes in ſpecie, veluti cùm, traditur appellãtem, qui libellum appellatorium propoſuerit, ſuper quo diu litigauerit, atque interim proſequendæ appellationis fatalia tempora cucurrerint, appellatione excidiſſe videri ex ſententia Bal. auth. ei qui. C. de temp. appel. Hinc illa clauſula ſicuti ante diximus tribunalibus Britannicis vſurpata *& ſi par l'appel*, &c.

Inde illud etiam, quod ſi quis attentata propoſuerit impediendo procedi in cauſa appellationis victus
D in attentatorũ probatione, fatalium curſu impedietur à proſequẽda appellatione, nec quod actum eſt interrumpendi vim vllam habebit, quod Bald. notat. l. contra maiores. C. de inofficioſ. teſt. Rota deciſ. cij. in nouis, incip. fatalia. Id quidem & in eo quoque cenſent, qui nullitatem propoſuit qua victus eſt, ne poſſit poſt fatalium curſum appellationem proſequi, vt ait Bald. d. l. contra maiores. Angel. l. Paulus. D. de vſurp. Raph. Cum. conſ. 36.

Et is qui Procuratorem miſit, ſuper cuius mandato diu diſceptatum eſt, poſtremo pronũciato inualidum
E eſſe mandatum; In totum vadimonium deſertum dicetur quaſi non dato Procuratore, c. Nicolao. ext. de appel. Bart. l. 2. §. nõ ſolum D. ad Tertul. Bart. & Alex. l. ſi finita. §. Iulianus. D. de dam. infect. Caſt. d. l. diui Bald. d. l. contra maiores.

Et qui vendicationem intendit, *ou vn plegement de non tenir*, ſi ſubordinatè ex retractu rem petat, & res ex conditione retractus offeratur & adiudicetur, nec intra octauum diem actor pretium refundat quanquam lite diu tracta ſuper vendicatione, victus poſtea illa, retractu quoque excludetur, quod Fab. notauit. §. qui autem Inſt. de excuſat. tut. & ſæpiſſimè eſt iudicatum,
F cùm maiores noſtri vehementer de eo contendiſſent, ſed grandi tandem lite eſt conſtitutum, *entre le Seigneur de la Ragatiere grand Vanneur, & le Seigneur de Sainct Iean pour l'Adriannaye.*

Et ſi datus tutor appellauit, quia excuſatio eius non recipiebatur, victus tracto per litem negotio omni medij temporis periculo ſubiicitur, l. ſi quis tutor. §. quid ergo. D. de rit. nupt. l. tutor. D. de vſur. l. quanquam. D. de excuſ. tut. l. 1. & 2. D. ſi tutor vel curator.

Et matri ſuper excuſatione dati tutoris litigãti, poſtmodum victæ currit tempus & periculum non petiti

tutoris, l.2.§. non solum. D. ad Tertul. quanquam ab hac sententia circunstantiæ deducere possunt.

Et Magistratus creatus si appellat, victus medij temporis periculum præstabit l. imperatores, D. de appell.

Et status controuersiam passus, tractat per quinquennium lite quod ad mouendas status cõtrouersias præstituitur, victo actore liber reperietur post dictum tempus lapsum l. si pater. C. ne ex delict. defunct.

E contra vincenti actori nihil propter iniustam rei litem peribit, qui locus fusè ab And. Tiraq. tractatur A in retract. §.12. glos. 2. & §.4. glos. 4. eod. tit.

[d] *En principal.*] Hîc apparet de exceptionibus agi, quæ ad litis ingressum opponuntur aut dilatoriis, *fins de non proceder, ou de non receuoir.* Sed nec ad id solum valet victoria, vt defectus concedatur, sed expensis quoque mulctatur reus, hísque præiudicialibus ex art. 182. inf. adde & mulctam quoque infligi posse ob retardatum processum, si res poscat aut calumniosa exceptio detegatur & Alex. notat. l. 1. §. his darur vers. & quod. Bald. D. si quis ius dic. non obtemp. Anch. & Imol. c. constitutus. ext. de fideiuss.

Article XXXIII.

Artic. XXX. Novae Cons.

Les [a] Iuges [b] qui indeuëment & iniustement [c] taxent, & font leuer [d] amende, [e] sont punissables de peine arbitraire, iusques [f] à suspension ou [g] priuation de leurs offices: & [h] plus grande, si cas le requiert.

[a] *IVdices [b] qui indebitè & iniustè [c] taxant, & [d] mulctam exigunt [e] debent puniri pœna arbitraria, vsque [f] ad suspensionem aut [g] priuationem officiorum seu munerum, vel [h] etiam maiore si casus seu ratio exigat.*

Nota I.

1 *Quib. potestas erat mulctæ dicendæ iure Romano & num. 2.*
3 *Omnib. iudicib. ius mulctandi habent iure nostro.*
4 *De modo mulctarum apud Romanos.*
5 *Et iure ciuili & ord. regum.*

1 [a] *Les Iuges.*] Pœnæ & mulctæ discrimen modúmque posterius dicemus. Nunc id tantum dicamus, quod de iudicantis potestate satis sit, non fuisse scilicet antiquissimo quidẽ iure Magistratibus omnibus mulctæ dicendæ potestatem, quam is demùm Magistratus olim dicere potuit, cui ex autoritatis modo & iure competeret, fuisse contra quibus omnino non liceret, ni speciali lege esset attributum, & diserta cautione receptum, quod apparet ex l. aliud est fraus & l. si qua pœna. D. de verb. signif. Magistratus solos, inquit, Vlpianus, & Præsides Prouinciarum posse mulctam dicere mandatis permissum est & l. 2. §. vlt. D. de iud. His datur, inquit, mulctæ dicẽdæ ius, quibus publicè iudicium est & non aliis, nisi sit hoc eis specialiter permissum. Quamobrem Duumuiris & Magistratibus municipiorum non licuit, ex l. 1. D. si quis ius dic. non obtem. in cuius responsi sensu multa glosam, Doctorésque torsère, sine causa, ignoratione potestatis, cùm Duumuiri olim nil aliud fuerint, quàm principes Decurionum & Magistratus municipales noti crebra mentione iuri, & veteribus autoribus, & Ciceroni quoque, quorum decreta interdum memorat, iure & inter Magistratus externos quidem recensit l. Magistratus. D. de iurisd. omnium iudic. & l. vlt. C. de iudic. & d. l. 1. D. si quis ius dic. Nec defensores ciuitatum, qui & ipsi gradu nihilo meliori ius in municipiis dixère vsque ad ccc. aureos, §. audient. auth. de defens. ciuit. & mulctandi potestas adimitur l. defensores 2. C. de mod. mulct. Nec Procuratores Fisci. l. 2. C. eod. tit. Nec Consiliarij Præsidum, aut Assessores qui à Pedaneis nil differunt, auth. vt defunct. seu fun. eorum, Non arbitri l. non ex omnibus. D. de arbit. Doct. d. l. 1. Nec Delegati ab alio quam Principe, quod notant d. l. 1. vbi Bart. Bald. Ang. Alb. Franc. Curt. Lud. Rom. Salic. Ias. item glos. & Bart. d. l. si B qua pœna Canonistæ c. de causis. ext. de off. deleg. Spec. tit. de sent. §. 1. & tit. de contumacia. §. nunc dicamus. Ecclesiasticis tamen permissum. Spec. d. §. nũc dicamus; modo ne mulctas in suum fiscũ cogãt, quod Io. Fab. scribit l. mulctarum C. de mod. mulct. & l. 2. C. de Epis. aud. Fely. c. irrefragabili. ext. de off. ord. glos. & tex. c. Presbyteri. ext. de pœn. Archid. c. venerabilibus. ext. de sent. excom. lib. 6. Nec nos moueri 2
oportet repugnantibus responsis Iurisconsultorum, quibus existimãt omnibus Magistratibus mulctæ dicendæ ius permissum, vt l. Magistratibus. D. de iurisd. omnium iud. & §. audient. auth. de defens. ciuit. quæ in castigatione potius personali sunt intelligendæ, aliæ quæ opponuntur, coërctionem eam permittunt sine qua iurisdictio esse non potest, pœnas potius, mulctas C non admittunt: Nam casus l. vlt. de sport. specialis est mulctæ dicendæ attributio, vt interdum fieri d. l. si qua pœna, indicat. Antiquissimo quidem iure solis Consulibus mulctandi potestas fuit, quoad aliquãdo constitutum vt & cæteris quoque Magistratibus liceret, quod Dionys. Halycar. lib. 10. histor. scribit, quòd crebrò facere solitos Cõsules proditum Senatoribus, qui in Senatum tardius venissent aut omnino non venissent, quod Ciceronis orationes in Antonium ostendunt. Sed & Prætoribus quoque mulctandi ius fuisse ostendit l. 2. D. si quis in ius voc. non ier. l. 1. §. 1. D. de vent. inspic. & Ædilibus quoque, quod Liuij historia persæpè indicat, & Tribunis plebis, de quibus tamen à Nerone est cõstitutum, ne mulctam ab his dictã ante D quatuor menses in publicas tabulas referre ius esset, medio tempore vt contradicere liceret, & de eo Consules statuerent, quod Cor. Tacitus scribit lib. Annal. 12. Curatoribus quoque agrorum id ius fuisse Frontinus lib. de aquæ duct. 2. autor est. Et Præfectis prætorio grandis mulctæ ius l. 4. C. de modo mulctarum; & Præsidibus, illustribus & spectabilibus omnibus d. l. vlt. Sed nostro quidem iure, potestatum in dicenda 3
mulcta abrogatum discrimen, omnésque omnino mulctare receptum, qui ius dicere possunt & Iurisdictionem habent vel simplicem, quod ex art. 619. inf. apparet in materia feudali & totis titulis, *des aßises & des moulins*, sicuti nec mulctarum modus diffinitus, vt inf. art. 607. cùm contra veteri iure esset.

[b] *Indeuë-*

[b] *Indeuëment & iniustement.*] Indebitum ad modum quantitatémque mulctæ refertur, iniustum ad causam adiudicationis indebitæ mulctæ exemplum est inf. art. 595. vox, *iniustement*, maiorem iniuriam continet iudicantis. Nam indebitum interdum & bona mente adiudicari potest, iniustitia & iniquitas consultam &
4 meditatam iniuriam significat. Proinde ne ea in re peccaretur, veterum ea de re diffinitus lege modus fuit. Plutarchus in vita Publicolæ inuentum eius refert, vt mulcta quinque boum & duarum ouium esset, bos centum obolis, ouis decem æstimaretur; Cæteri autores videntur posterioris ætatis institutum iudicare, Cum T. Romilius, qui ante Consul fuerat, ob ea, quæ acerbè atque inimico animo gesserat in plebem, grauiter mulctatus iudicio populi fuisset, lata lex est de iure & modo mulctarum, si quis Magistratui non obtemperaret, dictúsque mulctarum modus ne amplius quàm duo boues essent, oues triginta. Quam legem diu Romæ in vsu fuisse Dionys. Halicar. scribit, & Festus & A. Gellius memorāt. Sequuta est lex Ateria ab A. Aterio Consule, quam alij Tarpeiam vocant ab Sp. Tarpeio Aterij collega, qua cautum, vt bos centussis, ouis decussis æstimaretur, & Varro mulctam supremam in singulos dies duarum ouium, triginta boum fuisse ait, sed quoniam pretia variarent, ideo factum vt ære æstimarentur; Cuius rei Pli. duobus locis meminit. Biennio post alia lata est de eodem mulctarum modo T. Menenio Lanato & P. Sextio Consulib. & alia item 25. post anno Papyrio, & Iulio
5 Coss. Extat nostro quoque imperatorio iure mulctarum moderamentum d. l. vlt. C. de mod. mulct. vt Præsides mulctam dicerent ad vncias duas, Proconsules ad semissem, quæ summa ferè est 60. coronatorum Idem vt Comes Orientis & Præfectus augustalis faceret, Cæteri spectabiles tres auri vncias, Præfecti prætorio vsque ad quinquaginta l. illustres C. eod. & l. 2. C. de Sport. addito ne cuiquam plusquam ter in anno mulcta diceretur, quin & Ordinationib. Regum cautum, ne pro infractione Saluagardiæ mulcta dici posset vltra valorem tertiæ partis bonorum delinquentis, apud Aufrer. tit. de bailliuis art. 92. Sed hæc omnia vsus abrogauit vt ante diximus. Vltra modum iudicatæ mulctæ nulla erat sentētia. l. certa. C. quando prou. non est necess.

NOTA 2.

1 *Mulcta pro modo admissi imponenda.*
2 *Mulcta semel dicto non minuenda aut remittenda.*
3 *Mulctæ ex maleficio.*

1 [c] *Taxent & sont leuer.*] Tametsi in arbitrio iudicantium mulctarū æstimatio est posita d. art 607. tamen iniquitatem arbitrij ratio non patitur, nec infinita comprehensio ex libidine cuiúsque intelligenda, Sed ex ratione pro modo qualitatéque admissi, & admittentis, & circustantiis temperāda est. Neque cuiquam tam laxas habenas lex admittit, vt iniuriam permittat.

Hæc verò aduerbia, *indeuëment & iniustemēt*, vtrumque verbum *taxent & leuent* cōiunctim, alterum item, & quoduis eorum determinare possunt. Nam accidere potest, vt quisquam mulctam indebitè & iniustè dicat & item exigat, dicat, verò, non etiam exigat, sed grauior culpa exigentis, cùm totus effectus iniuriæ in executione consistat, & vulgò putant Iudicem, qui nullam sententiam dixerit, in syndicatu parti non teneri, nec litem suam facere, quod glos. & Bart. dixere l. vlt. D. de var. & extr. cognit. Bart. Bald. in princip. & Angel. Cast. Lud. Rom. Ias. notab. 5. Francisc. Curt. l. 1. §. hæc verba. D. quod quisque iur. Bart. q. 9. incip.

Argentr. in Cons. Brit.

A index. Sed id intelligi volunt, nisi nullam illam & qualemcunque Iudex de facto exequutus sit, quod Bart. Angel. Alex. notant d. §. hæc verba Bart. l. obseruare. §. proficisci. 16. quæst. D. de off. proconſ. Bald. Angel. Fulgos. l. filiusfam. D. de iudic. Bart. & Bald. l. vlt. C. de pœn. iud. qui mal. iudic. Maior igitur iniuria est in exigente, est tamen & eius qui dixit tantum, iniuria, quia cùm nulla apud nos sententia sine appellatione retractari queat, quandocunque executioni qui mulctatus est patet, & obnoxius est, semel siue benè siue malè dictæ sententiæ, nec sine impendiis id periculum B sarcitur, præstari igitur ab iudicante æquum esset. Sed de his nos posterius.

Porro sicut grauiorem quàm oportet indicere non 2 possunt, sic nec quam dixerint semel aut minuere aut remittere, quod Bald. cæterique tractant l. præses C. de transact. Bart. l. ambitiosa. D. de decret. ab ord. fac. Put. in Synd. verbo, compositio, & tex. l. præcipit §. prouidentib. vbi Bart. Ioann. Plat. Luc. de Pen. Iacob. Rebuf. C. de cano. largit. tit. lib. 10. C. l. vlt. C. de his quæ ex priuat. collat. illat. sint. Est tamen Constitutionibus quoque Regiis permissum, si quæ mulctæ ex appellationibus debeantur, remitti, si ex informa-C tione de inopia debitoris cōstet, nec ex bonis damnatorum redigi queant, quod tex. ait l. illicitas. §. vlt. D. de off. proconſ. Sed quæ ex maleficio debeantur ra- 3 rum est remitti, aut induci nisi à Parlamentis, nisi aut perexiguæ sint, aut omninò exolui non possunt, alioqui in corporales mutantur, l. 1. D. de pœn. Alber. l. vlt. C. de off. rect. prou. Luc. de pœn. l. 1. C. de desert. Boër. Decis. 348. Fuit vero Atheniensibus olim tam insolens semel dictas mulctas induci, vt ne Demostheni quidem quanquam magna gratulatione populi ab exilio redeunti, gratiam eius facere populus Atheniensis voluerit, quod Plut. scribit in vita Ciceronis. D

NOTA 3.

1 Amende, *mulcta, pœna.*
2 *Et earum discrimen, & nu. 6.*
3 *Exempla mulctæ, quæ erat incerti arbitrij, & nu. 6.*
4 *Pœna succedit mulctæ in atrocioribus. &c.*
5 *Forma pronunciandi in capitalib. apud Romanos, &c.*
6 *Mulcta corpus non attingit si pro delicto imponatur.*
7 *Antiquæ criminum prosecutiones extraordinariæ, hodie sunt ordinariæ.*
E
8 *Pœnæ Consuetud. non debent mutari.*
9 *Relegatio, exilium deportatio, &c.*
10 *Mulcta non infamat, vt pœna, &c.*
11 *Pro modo admissi mulcta imponenda.*

[d] *Amende.*] Hæc vox semper pecuniariam significa- 1 tionem Gallico sermone habet, vt & Latinis mulctæ. Nam pœnæ nomen & ad pecuniariam & corporalem porrigitur (*Amende*) ab emendendo dicta, quod admissa emendet & corrigat. Hoc autem habet, quod sæpius fisco applicatur, vt inf. art. 38. 39. 479. & 366. F interdum & parti, vt quæ ob calumniosas oppositiones contra auctiones, ob recusationes calumniosas, ob retectam fraudationem annonæ, ob reprobationes testium falsas, vt art. 599. & 606. & 610. & 618. & seq. & 620. & toto titulo, *des assises.* Interdum & interesse & reparationem ciuilem significat, vt inf. art. 11. & seq. & 360. & 365. Nonnunquam & pœnam vt art. 595. & 607. & 609. Sed & vox, *desdommager*, quod interesse proprium est, nonnunquam pro mulcta accipitur, vt inf. art. 42. Iure quoque ciuili crebra confusio vocum mulctæ & pœnę. Pœna & pro interesse accipitur l. 1. §.

si plures. in glos. verb. pœnam. D. de eo per quem A
fact. erit, mulcta pro pœna compromissaria. §. & quia
cognouimus auth. de iudicib. verb. mulctam col. 6.
Iurisconf. vero l.1.D. de fer. fugit. modo pœnam dixit
quam mulctam ante dixerit. Quin & Cic. Oratione
pro Balbo vtrunque iunxit verbo alterius proprio,
Multa, inquit, & pœna mulctauit, & mulctare morte
dicimus, cùm tamen mulcta nulla sit, nisi pecuniæ.
Traduntur iure ciuili mulctæ, & pœnæ differétiæ plu-
res, quanquam non satis explicatæ in l. aliud est fraus
2 & d. l. si qua pœna, propemodum quidem ignotæ fo-
ro, sed quas tamen retineri expediat propter effectus
diuersos, atque illum imprimis, quia mulcta núquam B
infamiam irroget, cùm sæpissimè contra sit in pœna
l.1.C. de mod. mulct. & c. infames, 3.q.7.§. porro & §.
notandum 2.q.3. Quare non est exiguum pondus dif-
ferentiæ, quæ famam aut lædat aut seruet: Multam
veteres dixêre pecuniam, quæ ab Magistratu indicta
esset ob peccatum, Varro Sabinum vocabulum scri-
bit, Festus Oscum. Causam addit, quod ouis aut bos
multa esset, cum singula multa veteres dicerent, Hanc
volunt Iurisconsulti à pœna differre, quia pœna gene-
ris sit nomen omnium delictorum, mulcta specialis
peccati. Sed ista verborum magis quam rerum dif- C
ferentia est. Certè ex antiquorum lectione apparet
mulctam fuisse, quæ ob id diceretur, quod Magistra-
tibus non esset paritum ob contumaciam, aut inno-
minata delicta, de quibus nulla lege esset specialiter
cautum, & in leuioribus delictis quæ cótra Magistra-
tuum imperium commissa essent, de quibus Bart. d.l.
si qua pœna & l. nunquam plura. D. de priuat. delict.
3 veluti de Claudia Appij Claudij filia Liuius & Vale-
rius tradunt, quæ in turba pressa optauit fratris redi-
tum, vt in signi aliqua calamitate tam numerosum po-
pulum attereret, quod olim ductu eius Po. Rom. in-
signes clades accepisset multis millibus cæsis. Aut ille D
vespillo qui magnam pestilentiam optasse traditur, vt
magnum lucrum funerando mortuos consequeretur,
Et L. Crassus Consul. Pont. Maximus Flacco collegæ
& Flamini Martiali mulctam dixit, si à sacris discessis-
set. Licinius verò Nepos etiam Senatori quod Pli. iu-
nior epistola quadam scribit, & Cic. Orat. pro Cluen-
tio. Vno, inquit, iudicio mulcta ab eo petita est, quod
non suæ munere decuriæ neque ordine sedisset & Val.
lib. 8. M. Æmylius Porcinna graui mulcta afflictus,
quod nimis sublime villam extruxisset, & Liuius lib.
7. Centum millium, inquit, mulcta irrogata est, bis de E
ea certatum, tertio populus de ea suffragium ferre
noluit; Ex quibus apparet mulctas incerti arbitrij
fuisse, & quæ Magistratibus collibuissent, incertis
item delictis, & quæ lege nec diffinita essent ipsa, nec
pœnas haberét determinatas, & vt plurimum ob spre-
tum Magistratus imperium. Mulctæ, inquit Iuriscon-
sultus, Iudici potestas est quátam dicat, nisi lege cósti-
tutum est quantam dicat, d.l. si qua pœna. & d.l. aliud
est fraus. Multa, inquit, ex arbitrio eius venit, qui eam
dicit, pœna non irrogatur nisi quæ quacunque lege,
vel quo alio iure specialiter huic delicto imposita est.
idem & l. certa C. quand. prouoc. non est. necess. Nam F
atrocitas facti mulctam in pœnam transfert. d. l. vlt.
§. id quoque C. de mod. mulct. quam glosa perperam
intellexit sicuti & Oldrad. cons. 15. quasi mulcta à lege
indiceretur, aut indicta augeri, aut minui posset, nisi
Iudicis præcepto expressum esset quanta esset, quam
eius opinionem Host. sequutus est & Alex. d. l. 1. §.
his datur. D. si quis ius dic. non obtemp. Cuius con-
trarium senserat Bart. & Imol. l. filiusfam. §. diui. D.
de legat. j. nec mulctam quæ iure intra certum mo-
dum cohibita esset, excedi posse, quod d. l. vlt. indi-

cat, licet minui insolens non sit. Sed si (vt ante dixi- 4
mus) admissum mulcta non satis coërcetur, pœnæ ir-
rogatio succedit, veluti & in his de quibus actio ciui-
lis competit, pro quibus tamen & extraordinaria quo-
que prosequutio intenditur, si admissum exigit, & eius
exemplum est apud Liuium lib. 5. de bello Punico.
Carbilij, inquit, Tribuni plebis omissa mulctæ certa-
tione rei capitalis diem Posthumio dixerunt, ac ni
vades daret prehendi iusserunt, quo exemplo appa-
ret, qui ciuiliter ante mulctam irrogassent, postea ad
capitalem quoque noxam transiisse, quia atrocius ad-
missum videretur, quam vt mulcta coërceri deberet.
Est igitur pœna lege diffinita de eo delicto, de quo lex
in specie statuit, quæ vbi constituta est, de ea iudican-
tis nulla potestas est, sed in autoritate & potestate le-
gis manet, vt si Iudex semel de admisso pronuntiaue-
rit, protinus sine Iudicis facto succedat pœnæ irroga-
tio, à lege diffinitæ, & legalis executio. Neque verò 5
antiqua ea pronunciandi de capitalibus causis forma
fuit, qua nunc vtimur, vt super admisso & pœna simul
pronunciarent, quod nunc facimus, cùm dicimus Ti-
tium videri adulterij cõuictum, & ideò gladio plecté-
dum, aut falsæ monetæ compertum, & ideo aqua fer-
uenti mergendum; sed illo duntaxat, Titium videri
adulterium admisisse; id cùm erat factum protinus
sine vlla declaratione succedebat & infligebatur lega-
lis pœna, lege descripta, legis solo ministerio irroga-
ta, nec erat necesse de ea, sententia caueri, sic lex. 1.
D. ad Turp. pronunciat, calumniatus es, & l. fusti-
bus. C. de infamib. & l. verbum eod. tit. & l. ob hæc
D. de his qui not. infam. Callido (inquit) commento
videris accusationis instigator fuisse, & c. si quem. §.
notandum 2. q.3. vel vt Cic. in Verrem recitat. Sthe-
nium literas publicas corrupisse videri, & paulo post,
omnes, inquit, pronunciarunt non videri Sthenium
teneri Edicto Sallust. in Catil. Tarquinij iudicium fal-
sum videri, & Tacitus lib. 14. Pronunciemus Domi-
num vltrò iure cæsum videri, & Pli. epist. lib. 5. vide-
ri patrem iustas irascendi causas filio habuisse. Qui-
bus omnibus apparet de pœna pronunciare solitos
non esse, cùm de admisso statuerent, sed postquam de
delicto statutum esset legis pœnam successisset, quam
nec augere nec minuere Iudex posset d. l. aliud est
fraus, & d.l. si qua pœna, & d.l.1.§. Si non vtique. D.
ad Turp. etsi, inquit, de pœna nil Iudex subiecerit, ta-
men legis potestas aduersus eum exercebitur. Quia,
inquit, pœnæ persecutio Magistratus voluntati non
mandatur, sed legis autoritati reseruatur, & repeti-
tum est. d. c. notandum. Quare sicuti non à lege, sic
nec à tali sententia appellari poterat d.l. si qua pœna,
in mulcta contra l. & in multis. C. de appellat. quan-
quam Doct. interdum diuersum loquuntur, sed per-
peram perceptis legibus vt Bart. d.l. si qua pœna: Nam
cùm ordinario iudicio criminum persecutio fieret,
immutabilis legalis pœnæ rigor erat, cùm grauiores,
aut mitiores pœnæ apud Iurisconsultos infligi dicun-
tur, l. etsi seuerior. C. de infam. l. quid ergo. §. pœna
grauior. eod. tit. extraordinariæ cognitionis iudicia
esse intelligi debent, in quibus pro circunstantiis au-
gendæ minuendæve pœnæ facultas, iudicij forma tri-
bueretur l.1. §. vlt. & l. hodie de pœn. l. ordo. D. de
pub. iud. & tex. l. ordine. D. ad municip. durioribus,
inquit, pœnis affectos ignominia veluti, transacto ne-
gotio postea liberari; minoribus verò, quàm leges
permittunt subiectos, nihilominus inter infames ha-
beri, cùm facti quidem quæstio sit in potestate iudi-
cantium, iuris autem authoritas non sit, quanquam
fuêre extraordinaria quoque iudicia, quædam, in qui-
bus etiam diffinitæ essent pœnæ, vt de termino moto
l. 2. D.

A l.2.D. de ter. mot. & ſacrilegij. l. ſacrilegij. D. ad leg.
Iul. pec. & tamen extraordinaria hæc quoque iudicia
6 appellantur l.4. §. 1. ad leg. Iul. pecul. D. Fuit igitur
mulcta arbitrij incerti & ab Iudicis æſtimatione pen-
dentis, intra tamen modum cuique poteſtati permiſ-
ſum, vt ante diximus, neque enim is excedi potuit,
d. l. certa, quanquam & interdum diffinitæ reperiun-
tur mulctæ, vt ante diximus, quo caſu magis ad pœ-
næ naturam accedunt. Sunt enim pœnæ à lege diffini-
tæ, vt quæ ſtatuuntur inf. Art. 580. 583. 587. 588. 589.
590. Multa corpus nũquam attingit, itaque cum quem
virgis, aut flagris, aut loris, aut fuſtibus cædi audis,
B pœnam intelligito, item & cùm pecuniæ diffinitam
lege quantitatem, At cùm arbitrio Iudicis permiſſam,
tùm mulctam eſſe, qualis eſt Art. 577. 579. 581 586. 591.
& ſeq. 595. & ſeq. & 605. 609. 610. 618. 620. 623. qua
ſunt generali diſpoſitione in arbitrio iudicantium po-
ſitæ Art. 607. Falſum eſt, quod Bart. dixit. d. l. ſi qua
pœna; mulctam pro delicto non imponi, quod exem-
pla & ipſa mulctæ diffinitio arguunt; & quod. Spec. d.
§ 1. tit. de ſenten. pro contumacia, non pro crimine
indici, cum peccato grauiſſimo l. illuſtres. C. de mod.
mulct. interdũ eas infligat. Et vero difficile eſt mulctæ
C & pœnæ diſcrimen cum extraordinem cognoſcitur &
pecuniaria condemnatio infligitur, quia quantitatis
incertitudo ab arbitrio Iudicis pendens differentiam
7 confundit, & vtramque exequat. In quo res eſt digna
animaduerſione extraordinarias quas nũc omnes vo-
camus criminum perſecutiones, abuſiuè tales dici,
cùm nullæ magis ordinariæ ſint, cum hodie de his vna
inuariabilis, & Conſtitutionibus Regum diffinita ſit
norma proſequutionis, & ordo iudicij, nec ordinarias
vllas alias cognitiones habeamus, quarum reſpectu
hæ quibus vtimur extraordinariæ dici debeant, aut
poſſint. Nam illi ordinarias habuerunt, in quibus in-
D ſcriptione ex forma l. libellorum. D. de accuſ. cæte-
riſque ſolennibus vtebantur, quæ recentiores quidam
colligere conati ſunt è veterum tenebris, quarum
reſpectu extraordinarias vocabant, in quibus contra
fieret, quod gloſ. notat l.1. §. vlt. verb extraordina-
riam. D. de pœn. Nos de extraordinariis veteris iuris,
ordinarias fecimus: Quas ordinarias vocabant in to-
tum exoleſcere paſſi ſumus. Nomen retinemus extra-
ordinariarum cognitionum, res & effectus docent ni-
hil minus quam tales eſſe, cùm maximè omnium or-
dinariæ ſint, toto ordine Legibus Regum deſcripto,
E præcipuè Lud. XII. & Franciſc. I. 1536. apud nos &
1539. toto regno. Quare rem non tenemus nomine
8 abutimur. Hæ igitur cùm verè & effectu ordinariæ
ſint; cõſequitur pœnas à Conſuetudine indictas mu-
tari non debere, quod eſt ordinarij iudicij proprium
d.l. ſi qua pœna & d.l.1. ad Turpil. quas qui nunc or-
bem fatigant inſtabilitate iudiciorum, ſibi permittunt
crebro prætextu circunſtantiarum, quæ ſæpè nullæ
ſunt, præter conſuetudinis diſpoſitionem immutare,
& vt loquuntur alterare, quod non poſſunt, vnde mi-
rifica conſequitur iudiciorum incertitudo, cùm ſemel
à præſcripto defleximus. Pœnas voco, quæ Conſue-
F tudine aut Conſtitutionibus Principum ſunt diffini-
tæ: Nam iuris ciuilis pœnæ nos non tenent, cùm illis
pro ratione duntaxat, non etiam vt legibus vtamur;
Quin propemodum omnes & quæ frequentiſſimo il-
lis fuère, exoleuère, ſiue improbitas hominum id exe-
git, ſiue gentium moribus id inductum, veluti de-
portatio, niſi quod interdum Reges, quanquam per-
raro ea, quanquam confinationem vocant coërcent,
9 certè Præſidum ea pœna non eſt. Relegatio, exilium,
lata fuga, de quibus l. quod ſi fortè & ſeq. D. de pœn.
& l. exilium. D. de interd. & relegat. pro quibus bãno

Argentr. in Conſ. Brit.

A vtimur. Aquæ & ignis interdictio inſolens vel anti-
quis, pro qua Iuriſconſulti etiam inductam deporta-
tionem teſtãtur. In metallum damnatio exoleuit, quia
metalla non habemus, vt pridem notauit Imol. l.2. D.
de public. iud. pro qua damnatione ad remum vti-
mur. Amiſſio bonorum quæ confiſcatio eſt, vſurpata
multis Regni Prouinciis, noſtris inuiſa & damnata.
Ad beſtias damnari, tyrannorum fuit, aut truculento-
rum Imperatorum, ſed tamen Pop. Romano vſurpa-
tum. Cęteræ pœnæ ferè capitis ſunt, quas cùm aut cõ-
ſuetudine ſunt diffinitæ, aut vſu receptæ vtentium, ne-
go cuiuſque arbitrij eſſe vt mutet. d.l.1. D. ad Turpil.
B Sed ea de re extat copioſus And. Tiraq. libellus, qui eſt
de pœn. legum temperandis, quem ille locum vt alios
complures erudito otio & mox in toga forenſi, ſed ea
in modico munere, & perdiu rara, ita ornauit vt ſupe-
riores omnes copia ſuperaret. Vt igitur hunc locum 10
concludamus, id præcipuè in hoc diſcrimine mulctæ
& pœnæ ſpectandum, quod pœnæ infamant, nec qui-
dem omnes, nulla mulcta infamat. Ideo ridicula ho-
rum, qui nunc plerumque tribunalia obſident, incau-
ta cautio, cùm in his condemnationibus in quibus
mulctas infligunt, exiſtimationem reſeruãt quaſi pe-
C riculum ſit famæ, cùm nulla mulcta infamet. Ex pœ-
nis verò ſiue criminaliter ſiue ciuiliter agatur, ille tan-
tum quæ ex legibus publicorum iudiciorũ, quæ duo-
decim aut non multo plura numerãtur, in priuatis iu-
diciis nullæ niſi ex genere pœnæ, aut in quibus ciuiles
ex eodem facto natæ, ſolent infamare, ex tex. & gloſ.
l. infamem. D. de public. iud. & c. infames. §. porro.
3. q. 7. vnde accidit vt nec pœna ex concuſſionis cauſa
inflicta infamet, quod gloſ. in d.l. infamem ſcribit cum
ſit priuati iudicij, niſi in repetũdarum crimen trãſeat,
quod publici ideóque infamãtis eſt, nec ſtellionatus,
niſi ex dolo deſcendat quia doli ciuilis infamat. Sed
D hæc animaduerſio rara in foro.

[e] *Sont puniſſables.*] l. vlt. C. de modo mulct. modum 11
ſupergreſſo dupli pœnam indicit, hîc in arbitrio iudi-
cantis locat, alioqui ſententia nulla eſt. l. certa ratio-
ne. C. quando prouo. non eſt neceſ. Sententia ad hunc
locum Platonis conuenientiſſima eſt. lib. de legib. xij.
Cauere, inquit, pro viribus debet quiſque, qui ali-
quem iudicaturus eſt, ne ſponte aut inuitus ſuppli-
cium, aut mulctam falsò, aut non meritò iudicat, ne
Deam pręſidem iudicij offendat; Dicæ enim virgo
quędam pudica eſſe dicitur, &c.

E

NOTA 4.

1 *Muneris ſuſpenſio, aut priuatio.*
2 *Indefinita permiſſione arbitrij permiſſum quod ratio, atrocitas, &c.*
3 *Mulctatus ſine appellatione poteſt conflictari cum iudice, &c.*
4 *Aduerſus iudicem non recurritur niſi dolo, fraude, &c. & num. 5.*

[f] *Suſpenſion.*] Interdictio eſt muneris temporaria. l. 1
moris, de pœn. quanquam & perpetua eſſe poteſt, ſed
temporalis contemptæ priuatio pœna eſt. l. relegati.
F D. de pœn. vt irregularitatis incurſio Canoniſtis, ſi à
lege aut canone & à diuinis eſt indicta. c. fin. vbi gloſ.
ext. de exceſ. pręlat.

[g] *Priuation de leurs offices.*] Grande omnino delictum
eſſe oportet & exceſſum, pro quo talis pœna imponi-
tur, priuationis ſcilicet, & art. ſequenti dicemus, &
dolum exigit, aut latam culpam, ęxt. art. 595. infra.

[h] *Et plus grande, ſi le cas le requiert.*] Id eſt, ſi facti, per-
ſonarum, loci, temporis, denique circunſtantiarum
ratio exigit. Vulgò diſputatur ab Iuriſconſ. an arbitrio
in criminalibus cauſis Iudici permiſſo, is poſſit vſque

ad mortem & vltimum supplicium potestatem porri-
gere; id est forma & conceptione verborum iudican-
dum, nec si hæc Consuetudo intra suspensionem &
priuationem constitisset, dubium quin hîc quoque &
intra eas metas Iudicis potestas consistere deberet, nec
porro porrigi, sed cùm etiam, id quod amplius est,
2 permittat, iam dubij nihil est. Nam id statuunt indefi-
nita permissione arbitrij id permissum videri, quod
ratio, atrocitas, aut qualitas facti exigunt, etiam si
mors quoque sequi debeat, quod glos. Ang. & cæteri
notant. §. in summa. Inst. de iniur. Io. de Imol. l.1. D.
de pub. iud. locus apud Chas. rub.1. §.5. verb. *à l'arbi-*
3 *trage.* Sed quærimus, cùm in potestate fuerit eius, qui
damnatus est prouocare, & sibi consulere, Cur non
huic imputetur, quod non appellauit potius quàm
dubia lite & extraordinario remedio, & proinde pe-
riculoso cùm Iudice conflictaretur; Nec certè debet
videri prudentis patrisfam. factum. Iure tamen posse
cum eo Iudice congredi, qui iniuria multam dixerit,
differunt. Bart. operosa disputatione inter quæstio-
nes. q.9. nec eius tacitum aut præsumptum consen-
sum qui non appellauit ad Iudicem, porrigi qui parti
cui iniuriam fecit, imputare non debeat, quod non
appellauerit, glos. c. pastoralis quia vero. vers. etsi
sciat. ext. de off. deleg. Innoc. Io. And. c. sacro. verbo,
reuocare; ext. de sent. excom. Ang. Alex. Cast. Imol.
Lud. Rom. l.4. §. in eum. & §. si tam vicinum. D. de
dam. infect. Bart. Alex. ad eum. Imol. Angel. Lud.
Rom. l.1. D. de appel. Bald. c.1. §. iudices. tit. de pac.
tenend. Anch. Bal. Imol. Panor. c. sæpè. ext. de appel-
lat. Bal. l. obseruare. §. proficisci. D. de off. procons.
Put. in Synd. verbo, appellatio. Fely. in rub. ext. de
4 appell. Cæterum non est probanda eorum sententia,
cùm putant etiam si appellans victus sit, tamen Iudi-
cem ad interesse teneri, vt nec si deserta sit, aut appel-
lationi renunciatum, sed nec si vicerit appellans quid-
A quam habet, quod à Iudice repetat, nisi quanto mi-
nus ab aduersario consecutus sit, quàm impendit,
sententia est. Bald. d. §. iudices, veluti si fortè sine ex-
pensis litigantes dimissi sunt. Sed æquior multò ratio
in foro obtinuit, ne aduersus iudicantem recurri pos-
set? ni dolus, fraus, aut concussio eius argueretur:
quia in tanta varietate causarum & perplexo disidio-
sóque arguméto, & iudiciorum libidine æquum non
sit ab iudicantibus id exigi, quod ne Themis quidem
possit consultoribus etiam Areopagitis præstare. Ni-
mium profecto illi tam ardui operosique negotij ini-
qui æstimatores, in quo consessus amplissimi, Curiæ
B Centumvirales & quidque orbe toto in eo genere au-
gustissimum labi, falli, sua errata agnoscere sæpe co-
guntur. Nec sine causa maiores nostri aboleri passi
sunt veterum morem, quo mulctam ob malè iudica-
tum irrogari Dominis locorum solitum erat, & reuo-
catum nuper doluerunt omnes boni, qua de re agit
Imb. lib.2. c.6. Boër. decis.259. Rebuf. tit. de appellat.
in præfat.
Si cui igitur mulcta iniuriosè irrogabitur, prouo- 5
care habebit necesse, cum Iudice non congredietur,
nisi dolus proponetur, aut fraus, aut concussio, quo
C casu vocari in ius debebit. Nec enim aliter inter par-
tes iudicatum inauditum qui iudicauit, tenebit, quod
rectè Bart. scribit. d. q.9. & Put. d. §. appellatio, In-
noc. Abb. Sic. Præpositus c. cum speciali. ext. de ap-
pell. & quos Aufrer. citat. glo.1. c.4. tit. de adior. in
caus. appel. in Stylo Parlam. & nuper est Ord. publi-
cata Maio mense 1564. & art. 7. constitutum & dice-
mus art. sequenti. Et Plato lib. xij. de legibus potesta-
tem facit iniquè damnato iudicantem accusandi, Nec
alius vsus eius constituti, quod de syndicatu statuitur,
& Constitutio eam in rem extat, auth. vt iud. siue
quoque suff. fiant. §. si quis autem & seq.

Article XXXIIII.

Artic. XXXI. Novae Cons.

T [a] quand ceux qui ont le gouuernement sur autres, [b] mesprennent scientement [c] en leurs offices, [d] és choses qu'ils doiuent garder: ils doiuent [e] estre punis sans remede, [f] selon le cas & méfait, [g] à l'exemple de tous autres.

ET [a] quantum ad eos qui aliis præsunt in aliquo munere seu officio, & [b] dolum scienter committunt [c] in suis officiis seu muneribus; [d] in his rebus quibus custodia eis mandata est, debent [e] puniri sine vllo remedio seu gratia [f] secundum maleficum, [g] ad exemplum omnium.

Vulgatum de Ethicis axioma. Magnam omnino
personam sustinet qui iudicat, hac quidem in re,
Deus, quomodo quidem eos scriptura appellat, &
proximè Dei munus accedens; Quare Religione, in-
tegritate, pietate excellere eum conuenit, qui sibi id
munus imposuerit, Quod Plato lib. de legib. 12. exe-
quitur pluribus, & eum sequutus Arist. lib.3. politic.
c.7. Sed excurri communes in locos Notæ non pa-
tiuntur.
[a] *Quand ceux qui ont gouuernement,*] Cùm hæc oratio
vniuersalis sit, ideóque omnibus conuenire possit,
quibus quidquam publica de cura creditum sit, tamen
de his quibus iudicandi prouincia obtigit, præcipuè
statuere intelligenda est. Qui verò præstare debent do-
lum, latam leuémve culpam, posterius dicemus, ver-
bo, *mesprennent scientement*, Nec tamen quod ad alias
quascunque functiones attinet, inutilis operæ fuerit,
D quid cuiusque officij sit attigisse. Diligentiæ erit ista
laus, nec tamen, quod existimo, non & studiosis iuris
grata.

Nota I.

1 *Omnes de dolo & lata culpa tenentur: sed qui de leui, leuißima, imperitia & negligentia teneantur vsque ad num. 45.*

De Iudicialibus.

Magistratus omnes dolum, & culpam latam præ- 1
stare debent ex officij necessitate. l. magistratus. D. de
adm. rer. ad ciuit. pert. & l. vlt. D. de magist. conue.
Magistratus, inquit, reip. non dolum solummodo sed
& latam negligentiam, hoc amplius etiam diligentiam
debent præstare. l. non similiter. D. eod. tit. de magist.
conue.

conue. Bal. l. quæ fortuitis. C. de pigno. act. Bal. Ang. Imol. l. cum ita. §. ſpecies. D. de legat. ij. Nec tamen leuiſſimam culpam præſtant, quæ aut nulla eſt, aut ab Iudice præſtari non conuenit, ſi integra alioqui fama eſt, quod Nicol. de Neap. notat inter ſcripta Bart. l. proponebatur. D. de magiſt. con. Alex. ad Bart. l. vlt. D. de var. & extr. cognit. Iaſ. l. 1. C. vt omnes tam ciuil. quam milit. iudic. Bald. l. obſeruare. §. proficiſci; vbi & Ang. D. de off. proconſ. vbi de conſuetudine Iudices negant ſyndicari ſolere de leuiſſima, vt nec de negligentia; vt & Iacob. Bellouiſ. tit. de fuga reo. num. 57.

2 Conſiliarium, hoc eſt, qui iudicantis ſit à conſiliis negant teneri, niſi de dolo & imperitia, Bart. l. idémque. D. ſi quis ea. D. mandat. Bart. & Alb. l. ex maleficiis. D. de act. & oblig. Bart. l. 2. D. mand. Alex. Lud. Rom. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. Specul. tit. de requiſit. conſil. §. 1. verſ. conſiliarium. Sed hi loci de Aſſeſſoribus Iudicum intelliguntur; Nam quos Conſiliarios appellant Parlamentorum aut Præſidum quin vt quilibet Magiſtratus de dolo, lata culpa, & negligentia teneantur nulla dubitatio eſt. Sed etſi in eodem Magiſtratu plures ſint collegæ omnes tenentur de culpa pro rata & virili, vt ait Bald. in rub. C. de pœn. iudic. qui mal. iud. de his quidem quæ communiter geſſerunt communi adminiſtratione, nam ſi ſeparata adminiſtratio eſt, vnuſquiſque de eo tenetur quod fecit. l. imperator. D. de appell.

3 Ab Aſſeſſoribus dolum, latam & leuem volunt præſtari, in qua reponunt imperitiam, id eſt, ius eſſe profeſſum, cum qui ius ignoraret, quod Lud. Rom. Fulgoſ. & alij notant l. 2. D. quod quiſque iur. leuiſſimam etiam dixit Bald. d. l. quæ fortuitis, & ante diximus. His cùm peritiam iuris profiteantur, & ad hoc conſtituantur, & ſalarium capiant haud dubiè imperitiam imputant, & leuem culpam.

4 Quod ad Delegatos ea omnia præſtare debere, quæ & ordinarij debeant, quare non minus hos quam alios litem ſuam facere putant. Bart. l. vlt. D. de var. & extraord. cognit. Ang. §. 1. Inſtit. de his obligat. quæ ex quaſ. delict. naſcunt.

5 Eadem & in Examinatore teſtium, & referendario, & Auditore volunt, quod Io. Fab. notat. d. §. 1. 6.

6 De arbitro eadem ſententia eſt, quæ de Iudice, quod Bart. notat. vbi & Ang. & l. vlt. D. de var. & ext. cog. vbi additio Alex. idē Bart. Alex. Saly. Frācisſ. Aret. Fulgoſ. poſt. gloſ. Lud. Rom. d. l. ſi quis in conſcribendo. Ang. & Franc. Aret. l. mancipia. C. de ſer. fugit. & d. l. ex maleficiis. & d. §. 1. Caſt. l. filiusfam. D. de iudic. Bald. d. l. quæ fortuitis. verſ. redeo ad primum, Imol. l. diuus. D. de re iudic. Bart. l. vlt. D. ſi menſ. falſ. mod. dix. Alex. ad Bart. d. l. fin.

7 Arbitratorem dolum duntaxat, & latam culpam præſtare volunt propter laxiorem poteſtatem & arbitrium indefinitum, quod etiam conciliationis cauſa de iure alterius detrahi permittat. Sententia eſt Bal. Ang. & Alex. Fulgoſ. d. l. Si quis in conſcribēdo gloſ. l. vlt. Cod. de cont. empt. Bart. l. 1. C. de diſcuſſ. lib. x. Imol. d. l. diuus. Ang. d. l. mancipia. & d. l. filiusfamilias. vbi & Paul. Caſt.

8 Aduocatis dolus, imprudentia, & negligentia imputatur, Ang. d. l. ex maleficiis. Bart. l. 2. D. mand. Alex. in rub. C. de procur. Spec. tit. de aduocat. §. vtriuſque verſ. quid ſi per imprudentiam. d. l. Imol. diuus. D. de re iud.

9 Notarius, de dolo & imperitia tenetur, Bald. in rub. de pœn. iud. qui mal. iudic. & l. vlt. D. de magiſt. conueniend. Franciſcus Aret. d. l. mancipia. per gloſ. fin. l. final. Si menſ. falſ. mod. dixerit quo loco malè gloſa Tabularium pro Tabellione accipit. Paul. Caſt. & Ang. d. l. Si filiusfam. Caſt. & Rom. d. l. ſi quis in conſcribendo Alex. ad Bart. d. l. fin. Io. Fab. d. §. 1. de oblig. quæ ex quaſi delict. cum ibi Tabularius pro Cambitore, vt loquuntur, aut Calculatore accipiatur.

Argentr. in Conſ. Brit.

Executor, dolum & latam culpam præſtat, l. ſi pignora. D. de euict. qui ſunt Apparitores, ſi fortè conſulto dolo rem viliori prætio addixerint, aut quid eorum fecerint, quæ diximus ſup. art. 15. *Sergent delinquant.* Ang. d. l. filiusfam. Sed & negligentiam præſtare debent, quod Iaſ. notat. l. eum qui. C. de procur. & tex. l. quicunque C. de diuerſ. off. lib. XII. 10

Tabularius, *Changeur*, Calculator de dolo, lata culpa & imperitia tenetur, quia ad id præpoſitus eſt, & profitetur tabulariam, glo. d. l. vlt. ſi mēſ. fal. mod. dix. 11

Commentarienſis, dolum, latam & leuiſſimam culpam præſtat, quod dicemus inf. art. 41. Put. in ſynd. §. an ſi plures. fo. 72. 12

Procurator litium omnem culpam præſtare debet, etiam leuiſſimam. l. à Procuratore. C. mandat. Procurator verò ad negotia de leuiſſima non tenetur, quod Bart. ait, l. quod Nerua. q. 9. D. de poſ. & idem l. eum qui. §. ſi epiſtola. D. de furt. Imol. l. diuus. D. de re iud. Bal. l. quæ fortuitis. col. penul. C. de pig. act. gloſ. l. 1. verb. non fecit. D. de tutel. & rat. diſtrah. Decius l. contractus. D. de reg. iur. verſ. & diſcurrendo. Eadem eſt Actoris publici & Syndici cauſa, & omnis Officialis publici Bald. Imol. Angel. l. cum ita. §. ſpecies. D. de legat. ij. 13

Menſores agrorum, æſtimatores, *priſeurs, cordeurs*, de dolo & lata culpa tenentur, l. 1. §. hæc actio. D. ſi menſ. falſ. mod. dix. Bart. l. 1. C. de diſcuſſ. lib. x. Alex. in rub. C. de procur. Bald. d. l. quæ fortuitis. q. 1. nam imperitiam non præſtant, quia ſibi imputare debeat qui eos adhibuit, d. §. hæc actio. Quod in his verum eſſe poteſt, qui pro arbitrio deliguntur: Nam qui ex neceſſitate, alia in cauſa ſunt, cum legis ratio atque ideo diſpoſitio deficiat, veluti qui nuper ſunt à Rege Edicto conſtituti, quos adhibere præciſa neceſſitas eſt ex creatione, ideóque de dolo & imperitia tenentur, cùm neceſſario ſe & nolentibus obtrudant & menſoriam profiteantur, nec volūtariè accerſantur, & ignorantiam præſtare debent cùm mercedem capiant, vt quilibet artifices. 14

In Architectis, & curatoribus ædificiorum, & quos magiſtros operum vocant eadem ratio eſt, Nam & à Magiſtratibus cœpere inſtitui, ex Ord. Caroli IX. ann. 1567. voluntariæ aſcitorum alia cauſa eſt, l. vlt. D. ſi menſ. falſ. mod. dix. 15

Curator ad litem datus de dolo, & leui culpa tenetur, leuiſſimam non præſtat, quia inuitus adhibetur, quod Bald. ſcribit d. l. quæ fortuitis. col. penul. Bart. d. l. quod Nerua. Bald. l. 1. D. de fideiuſſ. & nominat. 16

Curator bonorum, id eſt, Commiſſarius gubernandis bonis ſaiſitis, dolum tantum & latam culpam, non etiam leuem præſtat. tex. eſt l. prætor ait. §. eſt prætèrea. D. de bon. authorit. iud. poſſid. glo. l. 2. verbo, rata habebuntur. D. de curat. bon. dand. Alb. ibidem Bart. Lud. Rom. Imol. Ang. Caſt. l. ſi finita. §. ſi quis damni. D. de dam. infect. præſertim cum curationem recipere cogantur ab Apparitoribus & Iudicibus. d. l. in fin. Sed contra exiſtimauit Carolus Molin. tit. de feud. §. 9. glo. 7. q. 2. & de leui etiam teneri putat, ad ſimilitudinem pignoris conuentionalis, cùm hoc ſit pignus prætorium. 17

Teſtis dolum & latam culpam præſtat, quod Paul. Caſt. & Lud. Rom. notant d. l. ſi quis in conſcribendo C. de pact. atque hactenus de iudicialib. 18

DE CONTRACTIBVS.

A

19 Qui ipsos contractus conciliant proxenetas de dolo & lata culpa teneri putant. Bald. d. l. quæ fortuitis. q. 1. Bart. l. 2. D. de proxenet.

20 Mandatarius de dolo, lata culpa, & leui l. contractus. D. de reg. iur. l. in re mandata C. mādat. idque extra iudicia quidem, nam mandatarius ad lites, id est, Procurator etiam de leuissima tenetur, vt ante dictum est. Doct. d. l. contractus. In contraria mandati etiam leuissima. Bald. l. quæ fortuitis. Bart. l. si seruus. §. quod verò sup. de furt. & d. l. quod Nerua. q. 9.

21 Commodatarius cùm gratia eius commodatum fiat de leuissima tenetur, §. item is cui. Inst. quib. mod. re contr. oblig. l. si vt certo. §. nunc videndum. D. commod. l. 1. §. is quoque. D. de act. & oblig. Si vtriusque gratia fiat tunc lata solum culpa & dolus præstantur, d. l. si vt certo. §. interdum. Bart. d. l. quod Nerua. q. 12. & Bald. d. l. quæ fortuitis. q. penult. vers. ideo qualiter.

B

22 Venditor in re vendita de dolo & lata culpa d. l. contractus. addo & de leui. §. cum autem. Inst. de contr. empt. l. quod sæpè. §. si res vendita. D. de contr. empt. Decius. d. l. contractus. l. custodiæ. D. de peric. & commod. rei vend.

C

23 Qui pignori accepit ex conuentione, de lata & leui culpa tenetur d. l. contractus, & §. creditor. Inst. quib. mod. re cont. oblig. d. l. si vt certo. §. nunc videndum. Bald. l. sicut. C. de pignor. & d. l. quæ fortuitis col. penult. vers. viso qualiter Decius vbi sup. Bart. Bald. Ang. Imol. Rom. Cast. l. si finita. §. si quis damni. D. de dam. infect. glos. & Doct. l. 2. D. de curat. bon. dand. l. prætor ait. §. est præterea. D. de bon. auth. iud. possid. secus in prætorio pignore, vt ante diximus.

24 Conductor & locator vterque tenetur de dolo lata, & leui culpa d. l. si vt certo. §. nunc videndum. l. in iudicio. C. locat. d. l. contractus. aliquando, & leuissima ex rei qualitate. l. si merces. §. qui columnam. D. locat. Decius cons. 473.

D

25 Nauta, caupo, stabularius tenentur de dolo, lata, leui, & leuissima glo. l. 3. §. eodē. D. naut. caup. stabul.

26 Negotiorum gestor, de lata & leui tenetur l. 3. §. interdum. D. de negot. gest. & l. tutori C. eod. tit. de leuissima non tenetur, ne alioqui homines abducantur ab rebus alienis procurandis. Bart. d. l. quod Nerua. q. 11.

27 Depositarius, si quidem quæ natura est depositi, gratia tantum deponentis fit dolum tantum præstat d. l. quod Nerua. Aliud est in eo qui se deposito obtulit, aut si depositarij quoque aliqua causa est. Nam tum leuissima quoque præstanda est, quod Bart. ait d. l. quod Nerua. q. 8. Decius d. l. contractus, & cons. 473. vol. 3. & Paul. Paris. d. cons. 74. vol. 1.

E

28 Emphyteota de lata & leui culpa tenetur, Bald. auth. qui rem C. de sacros. Eccl. Decius d. l. contractus.

29 Maritus qui dotem accepit de lata & leui respondet, d. l. contractus & d. §. nunc videndum glos. l. si constante. §. si maritus. vers. culpanda. & l. si mora. vers. culpa. D. sol. matr. Bald. l. quæ fortuitis q. 5.

F

30 In actione pro socio, dolus & lata culpa præstatur, d. §. nunc videndum, & §. vlt. Instit. pro soc. Bald. vbi sup. col. vlt.

31 In rebus citra societatem communibus, dolus lata & leuis culpa præstatur, d. l. contractus, & l. heredes. §. non tantum, & l. puto. §. sed & si. D. fam. hercis. Bart. vbi sup. Decius d. l. contractus.

32 Qui precario accepit, de dolo & lata culpa tenetur, l. quæsitum. §. cum quoque D. de precar. Bart. vbi sup. q. 13. Bald. vbi sup. col. penult.

Locator operarum, diligentissimam custodiam, & leuissimam culpam debet l. si merces, in fin. D. locat. Decius vbi sup. & cons. 473. lib. 3. 33

Tabellarius qui epistolas recipit perferendas, ad custodiam se obligat, & dolum, culpam atque adeo leuissimam præstat, si quidem prætium accipit Bart. l. cum qui. §. vlt. D. de furt. Alia causa est eius qui gratuitam operam præstat qui ex dolo duntaxat, & lata culpa tenetur. 34

Fideiussor, dolum duntaxat & latam culpam præstat, l. fideiussor. D. mand. Bart. d. l. quod Nerua, & d. §. si epistola. Bald. l. quæ fortuitis. 35

In actionibus autem contrariis omnibus, in quarum directis non venit nisi dolus & lata culpa, latissima semper præstanda est, quod Bald. ait d. l. quæ fortuitis. col. pen. ad finem, & vbi in directis non venit, nisi leuissima, in contrariis non venit, nisi grauissima. 36

IN MVNERIBVS AVTORITATE *publicis, vtilitate priuatis.*

Tutor & curator, dolum, latam & leuem culpam præstant l. 1. D. de tut. & rat. distrah. & eam diligentiam quam in suis rebus tenentur. l. à tutoribus. D. de administ. tut. l. quidquid. C. arbitri. tutel. Bart. d. l. quod Nerua. q. 10. Bald. d. l. quæ fortuitis & l. 1. D. de fideius. & nomin. Quod si coacti id munus subeunt, leuissimam non præstant, l. tutori C. de negot. gest. Doct. d. l. contractus glos. l. 2. De bon. authorit. iud. possidend. 37

Heredes tut. vel curatoris non tenētur de leui tut. tit. C. de hered. tut.

Protutor in eadem causa est, quatuor, l. penult. D. de eo qui pro tut. neg. gest. maior etiam culpa est eius qui sponte se obtulit. 38

Curator ventris etiam leuem l. 1. §. item si periculum. D. de vent. in poss. mitt. 39

IN VLTIMIS VOLVNTATIBVS.

Executores dolum, & latam culpam debent, Bald. d. l. quæ fortuitis. Bald. & Imol. l. cum res. §. 1. & l. si seruus legatus. §. cum quid. D. de legat. j. Quod si legatum ob causam executionis accepit, etiam de leuissima tenetur, veluti mercede accepta, Bald. d. l. quæ fortuitis vers. quæro de executor. 40

Heres de culpa legatariis tenetur, Bart. Bald. d. l. cùm res Bart. d. l. quod Nerua q. vlt. Alex. ad eum latè. Bald. d. l. quæ fortuitis. 41

Prælati & quicunque beneficia obtinent, de dolo & lata culpa tenentur, Io. And. Gem. c. 1. de suppl. negl. prælat. in 6. Panor. c. ea quæ. ext. de stat. reg. Ias. l. eum qui. C. de procurat. Luc. de Pen. quicunque, C. de diuers. off. lib. XII. 42

Omnes administratores alienæ rei, generaliter, tam vniuersales quàm rei aut gestionis certæ Oeconomi, Nosocomi, Curatores ædium sacrarum, de dolo lata & leui d. l. tutori, §. 1. Inst. de oblig. quæ ex quas. delict. cont. l. si negotia. D. de neg. gest. Molinæus in Consuet. Parisiens. tit. de feud. §. 6. glos. 7. 43

Reges, Duces, Comites, Imol. & Angel. l. quod si fortè. §. sunt quidam. D. de solut. 44

Capitanei galearum Nauarchi, de leuissima Alex. cons. 41. vol. 1. Decius d. l. contractus. 45

NOTA 2.

1 *Dolus quis, & peccata non æqualia.*
2 *Lata culpa quæ & num. 7.*
3 *Imperitia quæ.*

4 *Lata*

4 *Lata culpa est dolus præsumptus.*
5 *In capitalib. culpa non æquiparatur dolo.*
6 *Zazius latam & leuem tantum constituit ex arte.*
7 *Culpa latißima, latior, & lata quæ.*
8 *Iudex non tenetur ad litis æstimationem parti, nisi &c.*
9 *Iudex non respondet parti nisi arguatur de dolo &c.*
10 *Heredes iudicis ad quæ tenentur.*

[b] *Mesprennent scientement.*] Hic Consuetudo dolum
1 duntaxat attingit. Nec tamen culpæ nullam esse coërctionem intelligendum est. Dolum dicimus à diffinitione, consultam, meditatámque machinationem alterius circumueniēdi causa repertam. l.1.§.1.D.de dol. & pluribus describit Bart.d.l.quod Nerua vers.& primo. Quare non potest non mala mente, & offensione recti admitti, quod dolo admissum dicitur. Cæterùm non vna æstimatione peccata cēsetur: Nec Stoïcorum sententiam sequimur, qui ea æqualia putant, nec Draconis legibus tenemur, qui omnem omnibus delictis pœnam mortis sanciuit, tam eius qui olera, quam qui sacra compilasset, quod Plut. in Solone scribit. Nos humaniùs qui pœnas delictis attemperandas censemus, quod Bald. disserit, d.l.quæ fortuitis col.3. vers. sed hîc quæro. Disputant Theologi quomodo æternæ fœlicitatis sic suppliciorum gradus esse, nec pari aut honore, aut noxa haberi spiritus. Iurisconsulti delicta nominant, quæ mala mente admittantur. Cùm sceleris hæc prima sit vltio. Quod se Iudice nemo nocens
2 absoluitur. Proximè ea culpam collocant quam latam appellant, quæ triplici ab causa proficiscitur, cùm scilicet ignorātia crassa proponitur, eius quod omnes norunt, aut dissoluta negligētia officij, aut imperitia eius artis aut artificij, quod profitearis. Nam cùm naturæ humanæ indita sint diuinæ mentis semina quædam, vnde sint anticipatæ illæ notiones de rebus, quas prolipses vocant, quæ sunt intelligentiæ principia qui eas omnino non habent, aut in quibus vitio organorum aut victus aut aliis incommodis sunt deprauatæ ignorantes appellamus. Huius generis fuit illa in Claudio Cæsare damnata ἀβλεψία & μετεωρία Inconsiderantia & imprudentia, propria significatione, quanquam hanc sæpè Iurisconsulti pro imperitia iudicantium aut professorum vsurpant; Huic verò tribuitur ignorasse aut non intellexisse, quod omnes sciunt, non vidisse quod omnes vident. l.latæ. D.de verb.signif. quo casu actio ex quasi maleficio nascitur, l.vlt. D. de var.& extr. cognit.l. ex maleficijs.§. si iudex. D.de actio. & oblig.§.
3 1.Inst.de obligat.quæ ex quasi.delict. Sed & magis specifica ignorantia eius artis quam quis profiteatur, & imperitia dicitur, huic eidem culpæ tribuitur l. imperitia.D.de reg iur.l.si seruus seruum. §.si calicem.& l. item quæritur. §.si gemma. D. ad leg.aquil. & res est nō arcana. Huic generi etiam tribuitur socors & ignaua rerum curandarum securitas, de qua l.magna.D. de verb.signif. Magna negligentia, inquit, magna culpa est d.l. magna. D.de verb.signif. improbior aliquanto negligentia sæpius rogatum quod officij esset, non fecisse. Ac imperitum quidem esse, potius professioni imputatur quam naturæ; Neque enim imperitum esse simpliciter pro peccato habetur, nisi peritiā professo, quod Bart. ait d.l.quod Nerua.q. quinta, Professio sine excusatione est, quod Bald. ait d.l. quæ fortuitis col. penult. vers. iuxta hoc reuoco, Huic tribuitur in iudicantibus, perspicuas aut receptas de iure sententias nō esse sequutum, l.cum prolatis. D. de re iudic. singulares paucorum aut vnius alicuius sectatum, aut nō dubio iuris Articulo hęsisse, ne factum quidem rectè percepisse, vnde errorem iudicantis sequutum esse appareat. Culpa etiam peritos non adhibuisse perplexa aut

A momentosa in causa & minus exercitato; Nam id ignorasse, quod nisi pręstantissimi vsu & doctrina norint leuissimæ aut nullius potius culpæ est, quod Bart. dixit d.l.quod Nerua.q.5. in fin. Atque hæc latæ culpę 4
qualitates cum occurrunt adæquatè & formaliter dolus dici non debet, qui consultam & prouisam machinationem exigit ad alterum circōueniendum, quod Bart. dixit d. l. quod Nerua in descriptione culpæ latioris. Nam quantumlibet crassa ignorantia, imperitia, negligentia, in quibus lata culpa consistit, voluntatem tamen malæ mentis excludunt, quare eum qui ta-
B lis sit negligentem, supinum, imperitum, ignorantem possis dicere, quæ mentis vitia sunt, dolosum non possis, nisi aliunde dolus accidat, cuius doli proprium est in alium agere, ideo dicere solemus causam quantumlibet in iustam excusare tamen à dolo. Legitur §.1.D.de lib.caus.l.plagij, vbi glo. D.ad leg. Flaui.de plagiar. Dolo tamen præsumpto tribuuntur, quia scilicet in latam culpam cadunt. d.l. magna.& d.l.quod Nerua. Bald.d. l.quæ fortuitis.col.4.in princip. Magna culpa inquit 5
Iuriscōsultus, dolus est, quanquam in capitalibus quidem, cùm de pœna corporis agitur, lata culpa dolo nō exæquatur, nisi specialibus quibusdam casibus, qui ab
C Angelo numerantur. l.in lege. D.ad leg. Cor.de sicar. vbi Hippol.Mars. Hoc genere si quid est ab Iudice admissum quod in dolum cadat, si quid per sordes aut gratiam sit patratum, & eorum aliquid quæ in legem Iul.repetundarum incidunt, litem suam facere Iudex dicitur, totámque litis æstimationē, quæ in causa vertitur, impendia & quod interest restituit, & ex maleficio tenetur, & pœnis.l.vlt.C.de pœn.iud.qui mal. iudic.& auth.vt differ. iudic.aud interp.& legis Corneliæ de sicariis si causa capitalis est. Cæterarum culparū 6
specie Iurisconsulti plura fecēre, quas Zazius exagitauit, & aduersarias duas latæ & leuis cōstituit, quæ sen-
D tentia magis ex arte est, quamquam antiqua cum ratione iuris non pugnat, nec res spectantibus magnum eius rei momentum est. Constat quidem culpę tam la- 7
tam esse appellationem vt ipsa quoque crimina possit cōprehendere, neque culpa quæ latissima dicitur aliud est, quam formalis dolus, quod Bart ait.d.l.quod Nerua vers.& primo quæro. & Bald. d.l. quæ fortuitis col. 5.vers. Sed dubitatur. Sin quidpiam minus delicto est commissum, culpæ latę tribuitur, & ex quasi maleficio obligat. ita, vt minus aliquid delinqui intelligatur.l. vlt.D.de var.& ext.cognit vbi Iurisconf.negat ex deli-
E cto dari actionem, sed tamen quia peccasse aliquid intelligatur Iudex, licet per imprudentiam, actionem in factū dari, ad id scilicet quod Iudici æquum videatur, reuera id quod interest actoris. Hæc quidem vera sententia est de iudicantium culpis, vt quæ his gradibus sunt repositæ ita coërceantur, minores etiam pro modo admissi; Qua de re variæ & repugnantes à Iurisconsultis dicuntur sentētiæ, nec eas hoc loco vacat expendere: Locos indicabimus paucos de plurimis apud Bart.Cast.Fulgos.Angel. l.filiusfam.D.de iudic. Bart. Bald. Ang.Salyc.Francisc.Aret. l.mācipia.Cod. de serfugit. Bart. Cast. Alex. Lud. Rom. Imol.Fulgos. Ang.
F Alber. l.4. §.in cum. D.de damn.infect. Bald.cap.1.§. Iudices. tit de pac. tenend. Bart. Alexand.ad eam. leg. vltim.D.de var.& extraord.cog.Bart.Bald Lud.Rom. Fulgos.l.si quis in conscribendo. Cod.de pact.Doct.l. cum prolatis.D.de re iudic. Bart. quæst.15.incip. iudex per imprudentiam.Panor.c.cum sit.ext.de for.comp. Par.Put.in Synd.§.Iudex.fo.176.Ang.& Fab. d.§.1. de obligat.quæ ex quasi.delict.nascunt.

Atque ista quidem iure ciuili sententia est. Cæte- 8
rum vsu aliquanto mitius consulitur, Nec vsitatum, Iudicem ad litis æstimationem damnari quantumlibet

F iiij

dolus arguatur, nisi si res à collitigante seruari nô potest aut quantominus potest, veluti cum in maritimis capturis bona ei restituta sunt Iudicis iussu, qui hodie non comparet & malè Iudicatum pronunciatum est, per dolum aut sordes, aut grandi culpa. Alioqui si de opimo prædio iudicatum est quod extat, æstimationê eius à Iudice dependi, quia dolo malè indicauerit non est receptum, cùm res salua sit, & iniquum sit cuiusquam lucro cedere, qui dolo sententiam obtinuerit, & ex prouocatione restitutionem actor consequi possit. Impendia certè & id quod interest restituet, mulcta, abdicatione officij coërcebitur, extrema etiam exempla irrogari poterunt postulante publico Actore. Parti quidem nil præter id quod absit. arg. l. Imperator. D.
9 de appell. & l. tutores D. de confir. tutor. Nec receptû est partibus quidem respondere nisi dolus, fraus, aut concussio arguatur, aut si iuris & facti error proponitur, mulcta, aut si negligentia, quod ita tamen fieri potest si auditi sint ex Ar. 7. Ord. 1564. Nam inauditos damnari iniuriû & insolens, quâtumlibet aperto errore, quod diximus sup Art. 33. Vocati ex eodem processu interdum damnari possunt mulcta, cùm errores patent, nec iusta excusatio proponitur ex sententia. Bart. l. eum qui. C. de procur. Put. in Synd. vers. delinquens in officio. fo. 104. Bald. l. venales. C. sent. rescind. non poss. Porrò damnatis ex dolo aut culpa recursus, vt aiunt, non datur aduersus partes, quia ex suo dolo côuenti non habent quod conquerantur, & sua admissa luunt, Bald. Ang. Francisc. Aret. Cast. d. l. mâcipia. Cast. d. l. filiusfam. Ang. l. si quis dolo. §. si quis creditorem.
10 D. de re iud. per tex. l. si communis. D. de noxalib. Sed & illud quoque nota dignum, cùm ex dolo côueniuntur, non dari aduersus hæredes actiones nisi lite contestata; At cùm ex culpa dantur, hæredes quoque conueniri posse, quod Doct. d. §. in eum. notant. Put. in Synd. d. §. Iudex vt non arguatur. Sed in probationis forma magnum est discrimê, cùm aut ex dolo aut culpa agitur. Nam vulgo traditur, cû ex dolo agitur probari interesse sacramento, probato delicto, quod illi volunt. d. §. in eum. Ias. & Alex. d. l. argentarius. §. cum autem. D. de edend. vbi & Bald. & Ang. Sed dolum clarissimè oportet probari, cùm magna præsumptio sit pro Iudice, quod Bald. notat. l. obseruare. §. proficisci. D. de off. proconf. Ias. l. 1. C. vt omnes Iudic. tam ciuil. quàm militar. iniqua & absurda est sentêtia Bartol. l. si quis in conscribendo. C. de pact. qui ob malè iudicatum in exceptione declinatoria, putat Iudicem litem etiam de principali suam facere, & ad totale interesse teneri malè percepto textu, de quo Cast. Salyc. Angel. Fulgos. Bald. ibi litigant.

NOTA 3.

1 *Iudex extra officium delinquens litê suam non facit &c. Nec eius nominatores tenentur ibid.*
2 *Exempla quædam in officio delinquentium &c.*
3 *Qua pœna puniendi offiarij delinquentes & nu. 4.*
5 *Pendente quæstione delicti an administratione officij interdicetur &c.*
6 *Recipiendis in officio si crimen obijcitur.*
7 *Datur prælato coadiutor pendente accusatione.*
8 *Supplicia necessaria vt exempla.*

1 [c] *En leurs offices.*] Neque enim litem suam fecisse Iudex dici potest, qui extra officium deliquit, ideo qui vulnus aut plagam intulit, aut aliquid à quoquam corrasit, extra ius, nomen & occasionem officij, ad hunc Articulum non pertinet, sicuti nec quo ad competentiam, & Iurisdictionis capacitatem, quod supra notauimus. glos. vlt. §. 15. & §. 38. & 35. Quamobrem & Guil.

A Cun. scripsit. l. nulli. C. quor. appel. non recip. Syndicatores deputatos ad syndicandum non posse se intromittere de gestis extra officium, aut non respectu officij, & Salyc. l. 2. per illum text. C. vbi de ratio. ag. oport. Lud. Rom. cons. 415. incip. quo ad primum & côs. 424. incip. iniquo quæritur. And. Barbat. add. ad Bald. d. l. nulli. Bald. l. obseruare, §. proficisci. q. 2. D. de off. proconf. Sigismund. in tract. statutorum, verbo officialis. Bertach. in repert. vers. officialis electus, num. 10. Sed sicuti de gestis extra officium non respondet, sic nec nominatores nec fideiussores eius tenetur: quod Lud. Rom. notat Cons. 338. incip. in casu propositæ per l. 1.
B §. familiæ D. de public. quo loco Bart. & cæteri Bald. d. §. proficisci. quæst. 2. Ias. l. 1. Cod. vt om. iudic. tam ciuil. quàm militar. Rom. l. 1. D. naut. caup. stabul. Locus apud Mars. in rub. de fideius. num. 182. quanquam qualitas officij delicti grauitatem auget tametsi extra officium admissi, quod Bald. Salyc. Cyn. Fulgos. notant. l. nemo. Cod. de summ. Trinit. Bald. cap. 1. §. iudices. tit. de pac. iuram. fir.

[d] *Es choses qu'ils doiuent garder.*] Veluti si Præfectus arcis eam prodidit, de quo Oldra. & cons. 92. aut Commentariensis custodiam. l. ad commentariensem C. de 2
C custod. reo. aut Saltuarius saltus cædi, aut suppilari aut depasci permittat; aut Portitor portorium dissimulet, aut Præpositus monetæ adulterari sinat; aut pecuniæ regiæ Quæstor interuertat commissam; quæ nouissima exempla fuêre, aut si quæ talia sunt. His delictis victi nouissima exempla merentur, & periurij tenentur, & de dolo, & furto aut proditione, auth. iusiur. quod præst. ab his, & auth. de mand. princip. & auth. vt diff. iud. audir. interp.

[e] *Estre punis sans remede.*] Id est, inexorabiliter & nouissimis exêplis, Iudices, inquit Imperator, qui se sceleribus & furtis maculasse conuicti fuerint ablatis co- 3
D dicillorum insignibus, & honore exuti inter pessimos quosque & plebeios habeantur, nec sibi posthac de eo honore blandiantur, quo seipsos indignos iudicauerint. l. iudices. de dignit. lib. xij. C. Sententia est Ambrosij, Iudicet, inquit, de alterius errore, qui non habet in se quod condemnet, & qui non agit, quæ in altero putauerit punienda. c. iudicet. 3. q. 7. & alibi, Deterius, inquit, Prælati delinquant, ac per hoc ipsi quam alij crudelius puniuntur, c. præcipuè 11. q. 3. & Gregor. in pastorali. Prælati qui peruersa perpetrant tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis
E exempla transmittunt, qui locus eadem plane sententia tractatur à Philone Iudeo, in libello de Iudice, & c. nulli fas. 25. q. 1. Eo. pertinet dictum illud Pauli; Quapropter inexcusabilis es ô homo qui alterum iudicas, in quo enim alium iudicas teipsum condemnas; & paulò post: Existimas homo qui iudicas, quod talia faciens effugies iudicium. Qui locus etsi de priuatorum hominum iudiciis accipitur, tamê ad publica quoque Magistratuum iudicia transferri potest, ex loco illo. 2. Paralip. 19. Non hominum, inquit, iudicium exercetis sed Dei, & quodcunque iudicaueritis in vos redundabit. Eadem Cic. 5. Orat. in Verrem, eum qui ab altero
F vitæ rationem reposcat, sibi ipsi legem imponere ait benè viuendi, continentiæ, & virtutis, quod idem statuit. §. illud videtur. auth. vt iud. siue quoq. suff. fiant. Poëtæ etiam nobilis versus est.

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto maior, qui peccat habetur.

Hæc cum ita sint, non mirum est, ac res pœnas indici peccantibus Magistratibus: Possunt igitur mulcta 4
coërceri suspêsione, priuatione officij, & capitali supplicio, si admissum poscat. l. si quos. C. de off. præf. pretor. Orient vbi Alb. Bald. auth. statuimus. C. de epis. & cler.

cler.glos. & Bald.l.vlt. C.de custod.reor. Bald. & Francis. Aret. d.l. mancipia. Spec. tit. de accusat.vers. item quod est magistratus. Bart. & Francis. Aret. l. properandum.§.sin autem vtraque. C.de iud.Fely.c.excommunicamus.ext.de hæret. Put.in Synd.§. qualiter arguatur.fo.179.Iacob Bellouis.in pract.tit.de fuga reor. num.57.Imò,& ex negligentia. Ne semel abdicati Magistratum recuperant: l.si aliquid. C. de suscept.& arcar. lib.xij.l.2. C.de palat.sacr. largit.lib.xij. l.3.§.idem erit. D. de suspect. tut. ac ne ad alium quidem vllum admittuntur. l. quicunque. C.de diuers. off. Put. in Synd. verbo, refirmatio; & verbo, officialis si statutum Ord. apud Aufrer. in Stylo. tit. de Bailliuis. Art. 48.

5 Sed digna est inquisitione quæstio, an pendente quæstione delicti interdici interim exercitio debeat,& administratione muneris. Eam nos sup.§.25.attigimus. Recepta est sententia, si de delictis in officio agatur, interim interdici administratione, quod Bart. Imol. Angel putant, l. quod si fortè. D. de solut. expressius Bart. l. libertus. §. in quæstionibus. D. ad municip. & tex. l.eum quem. C de susp. aut. l. qui status. D.de re milit.glo.c nonne.8.q.4. Ang.& Io.Fab.§.si quis autê. Instit.de suspect. tut. Lucas de Penna, d.l.iudices. Vital. de Camb. tract. clausul. nil nouar. accus. pend. Matth.Afflict.const.37.lib.1.num.48.Paul.Cast.l.quãuis.§.vlt.D.de solut Thom.Gram.cons 10. Par.Put.in lib.de Synd.verbo,accusatus. Cæterum ad hoc vt ad id deueniatur,grauiter notatos,nec suspectis testimoniis esse oportet, hoc est, multum oneratos esse per informationes non suspectorum testium & complurium, quod Lucas de Pẽna rectè dixit. d.l.iudices.& Aufrer. q.370. alioqui quo modo nunc quidem viuitur, negotium fiet etiam præstantissimis & innocentibus viris, impacta calumnia inimicorum coitione, quos constat crebro in necem optimi cuiusque coire inuitatis potentibus,qui sceleris præmium pacti, innocentiæ probandæ vias obstruant.

Hæc quidem de his qui iam ad officia recepti sunt, 6 nam recipiendis obstat quælibet criminis obiectio. d. l.reus. §.1. & d. l. libertus. D. ad municipal. l. 1. C. de reis postul. l. reus delatus. D. de muner. & hono. l. reum C. de procur. l.qui status. D.de re milit.Spec.tit. de execut.§.nunc videndum. Anch.c.omnipotens ext. de accus. Innoc.c.accusatum, &c. licet. ext. de symo.

Ita vt ista quæstio ante terminari debeat,quàm quisquàm ad officium admittatur, quod Plat.ait.l.2. C.de dignit lib.xij. Rom.cons.297.incip.in casu isto Luc.de Penna.d.l.iudices.Bertach. in repertorio verb.officialis nu.10.Boër ad Dyn.in Regula Infamibus in 6. Infamatio tamen sola non sufficit ad repellendum, quod Innoc.vbi sup.putat.

In Prælato aliud putant, nec dignitate abdicari, 7 sed dari coadiutorem pendente accusatione. Anchar. d. c. omnipotens. c. venerabili. ext. de off.deleg. Anch. c. quia Maximiliani. 3. q. 2. Angel. d. l. quod si fortè. glo. c. presbyter. verbo, suspendatur. 2. q.5. q. Tholos. 370. Io. Monach. c. 1. de accus. in 6. Angel. latè. §. quod autem. Instit. de suspect. tuto. Vital. vbi sup.

[f] *Selon le cas & meffaict.*] Distinximus superius culpas à criminibus, circunstantias à factis: inde varietatem iudiciorum pete.

[g] *A l'exemple.*] Negauit Demonax omnino quem- 8 quam supplicio afficiendum ob maleficium, quia falsum esset vllum omnino hominem exemplo à flagitio reuocari, nec quidquam profici acerbitate suppliciorum, cùm quemque sua sors impelleret. Prudentius Iurisprudentes, & legum autores de toto hoc genere constituêre, & orbis consensus absurdam sententiam repudiauit; tametsi non vsquequaque proficitur, nec semper. Exempla tamen statui vtile, ipsaque adeo supplicia & sontium pœnas crebro Latini autores exemplorum nomine intelligunt, quod nemo iam non intelligit, & Donatus notat.

Article XXXV.

ET [a] doiuent respondre du meffait mis sur eux, & [b] des doleances [c] en present, [d] au cas qu'il seroyent officiers au temps de la doleance, sans autre adiournement [e] ne retraict d'autre Cour, [f] toutes dilations & plaidoiries cessantes. Et [g] s'ils sont hors de leurs offices, sont tenus respondre desdits malefices & maluersations [h] en les adiournant. Artic. XXXII. Novae Cons.

ET [a] debent respondere de maleficio quo accusantur, & [b] de querimoniis siue querelis [c] ex tempore & citra procrastinationem, [d] modo Magistratus munus obirent tempore querimoniæ, sine alia citatione [e] nec reuocatione seu repetitione aliæ Jurisdictionis, [f] omnibus dilationibus & foro cessantibus. Et [g] si depositi sint ab officio, seu Magistratu abdicati, tenentur respondere de maleficiis & sceleribus admißis, [h] citando, eos coram Judice domicilij.

Nota I.

1 *De Magistratibus in ius vocatis.*
2 *Mutuam pecuniam accipere possunt, fœnus autem exercere prohibentur.*
3 *Vectigalia conducere non possunt.*
4 *Prædia & possessiones acquirere possunt.*
5 *Vxores ducere non prohibentur, vt olim.*
6 *Officia in locis originum tenere possunt, quod olim non licuit.*
7 *Nec donationes, nec pensiones, nec beneficia capere.*
8 *Cancellarij cuiusdam improbatum iudicium.*

[a] *Et doiuent respondre.*] Hoc est respondere ad nomen citari, & sese defendere tenentur, idque siue ex libello, & per viam querelæ, vt loquuntur, siue appellatione à malè iudicato interposita, si Iudicis fraus, aut damnosa culpa, aut luculentus lapsus arguitur, quod

Bart. & alij notant. l. 1. §. si quis ipsi prætori. D. de op. no. nunt.

[b] *Des doleances.*] Ad expostulationes, querimonias, & querelas & libellos appellant.

[c] *En present.*] Hoc est, ex tempore & citra procrastinationem, & hic casus excipitur ab regula vniuersali, quę est sup. Art. 23. Nam quamuis non citati respõdere coguntur, & si talia incidere possunt, vt tempus petentibus dari, & multitudinem negotiorum, aut lapsum memoriæ causantibus succurri, & ratio & ius poscat; Nam & diuturnitas temporis, & implicatio facti, & crebræ occupationes, & repentinæ interrogationes possunt ingenia quamlibet insontium vehementer perturbare, quæ sent. est. Bart. & Ias. l. quod iussi. D. de re iudic.

1 [d] *Au cas qu'ils seroient officiers.*] Magistratus Po. Rom. maiores quidem Ædiles, Prætores, Consules, Præfecti vrbis, Censores in ius vocari olim sine fraude non potuēre, perfunctos potestate legibus interrogare cuius ius fuit. Crebra eius rei exempla, & legis repetundarũ, & nobilis Cicer. querela. C. Verres. Extant. responsa. l. 2. D. de in ius voc. l. pars literarum. D. de iud. l. si reus. D. de iud. sol. l. si adulterium cum incestu. §. vlt. D. de adult. l. sed etsi per prætoré. §. 2. D. ex quib. caus. maior. ac nec accusare quidem aut diem capitis dicere. d. l. si adulterium. & l. si maritus. D. eod ti. l. qui accusare. & l. hos accusare. D. de accusat. l. nec magistratibus. D. de iniur. c. prohibentur. 2. q. 1. adeo vt ne contestari quidem cogantur, quod alioqui fieri solet, cùm in ius progredi non licet. Bald. & Alb. l. Senatusconsulto. D. de off. præsid. Bart. d. l. nec magistratibus, & d. §. si quis ipsi prętori. Ne de admissis quidem in officio, quod malè contra putant. Doct. d. l 2. & d. l. pars literarum, neque enim. d. l. Senatusconsulto passiuè, sed actiuè intelligi debet, vt his, scilicet, agentibus lis contestari debeat, si res est peritura, cõueniri verò ipsi nequeant, & protestatione vtendum sit. Nam quod. l. iubemus. D. ad leg. Iul. repet. postulari permittit, mutati iuris antiqui est, & inclinati sub Imperatoribus Imperij Magistratus. Idem statuit & auth. vt differ. iud. aud. interp. Alia conditio fuit minorum Magistratuum d. l. nec Magistratuum. D. de iniur. l. quemadmodum. §. magistratus. D. ad leg. aquil. glos. d. l. Senatusconsulto & d. l. pars literarum, & eorum qui dignitatem habent sine administratione, vt senatorum. l. 2. C. vbi senat. vel clariss. & quæ pluribus. Panor. & Fely. tractant. c. legebatur. ext. de maior. & obed. Cæterum id in totum in omnibus obsoleuit, ex quo perpetui esse cœpêre Magistratus, ne perpetua essent & impunita flagitia. Quare. d. l. 2. apud nos sine vsu est, & cæteræ tales, quod vulgò notant. d. §. si quis ipsi prætori. l. præsidis. D. de reb. cred. glo. l. 1. C. de cont iudic. Perpetui autem esse intelliguntur siue indefinitè collato Magistratu, siue conceptis verbis quamdiu placuerit, quod Bart. Alex. Imol. Lud. Rom. notant. d. §. si quis ipsi prætori. l. iurisperitos. D. de excusat. tut. Quare & agere & conueniri possunt, ne interdicto in perpetuum commercio rebus necessariis carere cogantur, & inutili labore ætatem fatigare, qui salutarem Reip. operam nauant.

Ius Cor.

2 Ergo & pecuniam mutuã accipere possunt vt olim. l. præsidis. D. de reb. cred. fœnus exercere prohibētur, vt turpe & indignum. l. eos. C. si cert. pet. Ab eo tamen accepisse, cui apud eum Iudicem lis sit, sine suspitione esse vix potest, l. quamuis. C. si cert. pet. & cuidam nuper bono, alioqui viro vitio datum est. Quin & veteri Regum sacramẽto iurare cogebantur, quod mutuum non reciperēt vltra summam viginti librarum, & redderent intra duos menses, Ordinat. Ludouici & Philippi apud Aufrer. tit. de Bailliuis. §. 5. meminit & Bened. c. raynutius. verb. duas habens filias, num. 51. Sed & negotiationem aut mercaturam exercere prohibentur in eadem prouincia. l. quisquis. C. si cer. pet. & d. l. principalibus, Ordinat. Carol. V. alia item Regis Ioannis. Art. 6.

Nec nomen dare conductionibus vectigalium aut portionem aut publicis, aut societatem cum his coïre possunt, Ord. Reg. Aufrer. tit. de Baill. Art. 6. & Benedict. vbi sup. vt olim quoque ne Senatores per se vel alium, vectigalia conducerent, Adriani lege vetitum scribit. Xiphilinus ex Dione. Prædia tamen & posses- 4 siones acquirere non vetantur, quanquam iure ciuili prohibebantur, l. qui officij. D. de contrah. empt. & l. non licet. D. eod. tit. l. aufertur. §. à præside. D de iur. fisc. nisi specialiter concessum sit, quod tamen lex vnica. C. de contract. iud. concedi non admittit, præterquam pro alimonia, vestiario, & ædificatione, & l. penult. Cod. quod met. caus. Sed & veterum Regum temporibus renouatum ne liceret, quod Ord. ostendunt sub tit. de Bailliuis, Art. 38 & 72. quas iam olim edidisse diuum Lud. Regem scribit Guaguinus autor historiæ. lib. 7. c. 2. Deinde & Philippum & Carolum V. ann. 1388. Art. 72. eod. tit. apud Aufrer. Omnino tamen de re litigiosa contrahere prohibentur. Ord. Aurelian. Art. 54. Sed & vxores ducere non prohibentur, 5 quod olim non licebat, l. si quis officiũ. D. de rit. nupt. l. 1. Cod. si quac. præd. potest. l. præfectus. C. de rit. nup. l. etsi contra. C. de nupt. Ideo nec dotem constituere poterant. l. 3. videamus D. de donat. int. vir. & vxor. & Ord. vet. Regum apud eundem Aufrer. eod. tit. Ar. 2. 72. 39. Et liberis conditiones quærere, quod olim nequibant, l. qui in prouincia. D. de rit. nupt. quanquam filias collocare licuit iure quoque ciuili. d. l. si quis officium, quod tamen ipsum Ord. Regum erat vetitum, Aufrer. vbi sup. Art. 12. sed ne filias in monasteria inducere licebat sine venia Regis, d. Art. 72. & 29. Sed 6 nec officia in locis originum tenere poterant. l. vlt. C. de crim. sacrileg. & l. 3. C. de diuers. of. lib. xij. & l. consiliariis. D. de off. assess. l. si cui. & l. hi qui. Cod. ex quib. caus. maior. vt & Ord. Regum anno 1302. apud Aufrer. tit. de elect. Art. 4. Bened. vbi sup. & iterum verbo, & vxorem. num. 488. quo loco plures commemorat, & Philip. pulchri, Art. 16. quod tamen perpetuum non fuisse arguit alia Ord. apud eundem Aufrer. tit. de Bailliuis, Art. 39. & Carol. VI. Art. 1. Sed & Marci Ant. Imperatoris institutum refert Xiphilinus ex Dione, vt nemo cum imperio esset apud eam gentem, ex qua ortus esset. Contra hodie sancitum Ordin. Molin. Articul. 9.

Nec donationes acceptare. l. 1. Cod. de contract. iud. 7 Philippus Pulch. Artic. 13. Ordin. Carol. VII. public. ann. 1453. art. 118. & Carol. VIII. pub. 1493. Art. 16. Aufrer. titulo de Bailliuis, Articulo 4. 36. & 71.

Nec pensiones capere Ord. apud Aufrer. ti. de off. præsident. Ar. 1. & tit. de non carcerando debitores, Philip. IIII. tit. de Baill. Art. 68. & Moli. Art. 19. Aure. 42. & 43. Carol. VII. Art. 91. & 3. *des premieres.* Lud XII. Art. 24. & 35. *des premieres.* Nec beneficia à collatoribus Episcopis, aut Abbatibus sui ressortus capere Ord. d. tit. de bail. Art. 4. & 37. & 39. & 71. nec liberis, nepotibus fratribus, aut domesticis. Ord. Aurelian. Ar. 44. Molinens. 19. quanquam aliquando non fuisse prohibitum apparet ex Ord. Lud. XII. pub. ann. 1499. Art. 37. Nunc quando perpetua officia sunt, libera commercia 8 esse conuenit, quanquam & hoc ipsum his displicere video, qui importunã ostentatione sapientiæ, & ingeniosa simulatione integritatis se vẽditant mundo, cùm prisca & consensu sæculorum pridem damnata regerunt

runt instabili æuo, vt sic quoque exemplum ostendant posteris, quid in hæc ipsa, quæ grandi supercilio obtrudunt orbi, statuere debeant. Quid Rom. olim populus fecerit, nec soli norant, nec doceri nos attinebat. Alio populo, alia Republ. aliis legibus viuimus, nec deterioribus, si res ipsa expenditur, & valere eas insana ingenia paterētur: Nec quod olim maioribus quoque nostris placuit exemplum, magis spectari debuit, quam id posterius meliori Iudicio Regibus & genti, & amplissimis cœtibus damnatum, quorum ea de re tot Constitutiones extant. Vt id fuerit fortasse Reip. institutum temporibus Philippi Pulchri, Carol. VI. Cur antiquatum ratione & experimentis morem reuocamus, cùm perpetuæ Lud. XI. leges ea de re extent, qui & cauisse testamento dicitur, quas & ab Carolo VIII. confirmatas meminit Aufrer. '.. de excess. off. Art. 2. & alia de qua infra. Art. 760.

NOTA 2.

1 *Vbi conueniendus Officiarius pro concussionib.*
2 *Iudex ore proprio & summariè respondet de excessib.*
3 *De syndicatu iudicum.*

1 [e] *Ne retraict d'autre Cour.*] Officiales pro concussionibus conuenti fori præscriptionem non possunt obiicere. l. 2. C. vbi quis decur. vel cohortal. & sup. statutum. Art. 29. quod intellige ad instantiam ipsius Officialis delinquentis: nam si in commissione sibi facta deliquerit, rectè partes remissionem petent ad eum Iudicem, cuius mandato exequendo deliquit. Est & præuenienti locus ex hoc Art. Extat Ordinat. Regum apud Aufrer. tit. de of. Bailliuo. Art 57. quæ vetat Officiarios Regios impedire Altos Iusticiarios, quominus in suos Officiales delinquentes in officiis suis animaduertant, & de excessibus debitè corrigant, nisi ad Regem Iurisdictio de consuetudine pertineret. Quam animaduersionem sibi olim in Magistratus Regios Cancellaria Britanniæ vendicauit, & sublato illo consessu enixè cauēre, qui Parlamenti erectionem procurabant, vt disertè caueretur, vt idem iuris esset Parlamento, quare & in eorum erectione est expressum, quod intelligi debet de his, qui illi immediatè subiecti sunt. Nam de aliis præsidum ea cura est, quod & Ord. Cremolij ann. 1536. sanxit, & ratio id poscit.

Nam quod hîc dicit, *sans retraict*, de his loquitur, qui in prima instantia iudicāt, nec vllus retractus pra- A dicatur à Curia Parlamenti, cuius nulla est potestas primæ instantiæ, siue criminalis, siue ciuilis, nisi vitio vsurpata, ex Ord. Concil. sacri regist. in Curia Maio mense 1564. Art. 8.

[f] *Toutes dilations & plaidoyeries cessantes.*] Hoc idem sanxit Ord. Regum apud Aufrer. sub. tit. de Bailliuis, Art. 75. vt, scilicet, de excessibus Iudicum cognoscant Præsides, quos cogant ore proprio cum iuramento respondere summariè, & de plano sine figura iudicij ius faciant, præcipiendo Procuratoribus Regiis vt se adiungant. Eadem Bald. sententia. l. obseruare. §. proficisci. q. 10. quod accusans officialem non tenetur offerre libellum, sed sufficere simplicem & verbalem facti narrationem, & procedi debere secundum authenticam, nisi breuiores. C. de sent. ex breu. recitand. Et 2
B idem Bald. l. 2. C. de sportulis, sine processu & velo leuato vult procedi in talibus, Cast. d. l. 2. vbi quis decur. vel cohortal. aliáve condit. conueniat. & ibi Bal. cùm intra 20. dies talem instantiam terminari velit Imp. l. 1. C. vt omnes Iudices, tam ciuiles quàm milit. nec feriæ vllæ sint, l. 2. & 3. D. de fer. & Put. in Synd. §. appellatio fo. 47. Vim autem verborum omni dilatione & strepitu iudicij cessante persequitur, tex. & gl. Clem. dispendiosam, ex. de iud. & Bar. extraua. ad reprimendum Pract. ferar. in forma libelli in actione reali. verb. summariè, Bar. l. filiusfa. D. de don. quanquam ibi multa cum iudicio legenda, quia complura vsus repudiauit. Vetus Consuetudo viam ordinariam tollebat, ac ne quisquam pro eis aduocaret, ne tenuiores metu à iure suo prosequendo auerterentur, quam rationem &
C Put. adduxit lib. de Synd. §. accusatus.

[g] *S'ils sont hors de leurs offices.*] Vetere quidem iure ciuili Magistratus deposito officio quinquaginta totos dies subsistere in prouincia iubebatur, vbi omnibus interrogantibus responderet, l. 1. C. vt omnes Iudices tam ciuil. quàm milit. & auth. vt iudices sine quo. suffr. fiāt. ante excessisse conuincere erat admissi sceleris, quæ Ord. placuit antiquis quoque Regibus quod apparet ex Auf. tit. de of. Bailliuo. Ar. 21. & 53. 63. & 75. frequentata Italis practica, quorum extant de syndicatu tractatus, vt Parid. Putei. Cataldini, Amadei. Post eos dies in domicilio conueniendi erant. 3

[h] *En les adiournant.*] Ad iudicem Domicilij Bart. l. 2. ad leg. Iul. repetund. Bart. l. obseruare. §. proficisci 4. quæst. D. de off. procons. Panor. c. 1. ext. de immunit. eccles.

ARTICLE XXXVI.

ET doiuent les seigneurs informer & enquerir souuent & secrettement du gouuernement de leurs officiers, en leurs charges & offices: & s'ils font aucunes oppressions sur leurs subiects, afin que lesdits officiers ne s'enrichissent du bien desdits seigneurs, ne de leurs subiects. ARTIC. XXXIII NOVAE CONS.

DEbéntque Domini sæpe clanculùm inquirere in vitam suorum Officialium seu Magistratuum, in suis muneribus & officiis obeundis; si aliquas exactiones committant in subditos, vt dicti Officiales non ditescant in detrimentum seu dispendium suorum Dominorum, aut subditorum. 1

PRæceptum œconomicum potius quàm legale, sed quod ferè authoribus veteris consuetudinis perpetuum fuit, vt inepta ratiocinatione dispositionum vim corrumperent, hic quoque fecēre. Cur enim ra- *Reiecta art. 33. N. C.*

tio redditur inquirendum esse in iudicantes, ne discant, quæ impulsiua potius causa est, & vna de multis, nec ea vniuersalis, & pecuniam, id est, quod minimum est respicit. Quin ille potius iustitiæ finis spe- A ctandus, vt nemo lædatur, ius suum vnicuique tribuatur, honestè viuatur, domini & patroni officio suo hac in parte fungantur.

ARTICLE XXXVII.

ARTIC. XXXV. NOVAE CONS.

LE [a] Seigneur [b] ne doit refuser ne differer de faire Iustice par luy, ne ses officiers [c] chacun en son regard : & s'il le faisoit il perdroit sa iustice & iurisdiction, [d] specialement en celuy cas, [e] s'il en estoit repris de la suseraine iustice.

[a] Dominus [b] non debet denegare Jus nec procrastinare Justitiam facere per se, nec per suos Officiales [c] quisque pro sua parte, & si hoc faceret, sua Jurisdictione priuaretur, [d] specialiter in eo casu [e], si à superiori Jurisdictione reprehensus esset.

NOTA I.

1 *De Iurisdictionis priuatione ob negligentiam.*

[a] *Le Seigneur*.] Huius Articuli materia tractata est sup. Art. 31. qui cum hoc congruit, vt penè hic redundet, nisi quod ibi de criminalibus Iudiciis specialiter loquitur, hic vniuersalius, & ad omnes cuiuscunque generis causas protenditur, in quibus negligentiæ culpa incidere possit.

[b] *Ne doit refuser*.] REFVSER, expresè negantis est, quo casu appellatione succurritur iniuriam passo. DIFFERER, dissimulantis, procrastinantis, & consulto artificio rem trahentis est, quo casu periculosa est appellatio, quia rarò accidit vt non aliquid colorati prætextus sit, quod moræ prætendi queat, ideo rectius libello superiori porrecto consulitur. Appellationes à denegato iure magni momenti & periculosę, nec proinde semper congruunt, etiam si negato quod petitur, ius interdum negari videri possit, sed hæc alibi.

[c] *Chacun en son regard*.] Sunt enim quædam quæ Do- B minum spectent, quædam etiam quæ illum qui vice eius iudicet, & suam tamen ille & Vicarij sui culpam præstat.

[d] *Specialement en celuy cas*.] Hic planè apparet Iurisdictionis priuationem irrogari neganti aut dissimulanti, quæ protendi tamẽ quàm rarissimè possit, vltra particularem causam de qua agitur. Neque enim ex particulari negligentia præiudicari patiuntur vniuersali Iurisdictioni in cæteris, quod Canonistæ notãt, c. querelam. ext. de caus. propriet. noster Henrich. Boich. c. qualiter. ext. de iud. Feder. de sen. q. 147. Iacob de Sancto Georgio lib. de feud. verbo, Marchio, vers. quæritur etiam. Per Cy. Bald. Fulg. Alb. d. auth. statuimus. Bald. c. pastoralis. ext. de off. Ord. quanquam ille Art. Castrob. 3. priuationem etiam totius ex negligentia sola, sed reiterata indicit. 1

[e] *S'il estoit repris de la iustice suseraine*.] Hæc enim pœna non nisi superiori Domino potest applicari, nec aduersarium litigatorem spectat, cuius non interest, cui Iurisdictio applicetur, modo alteri, quam de quo conqueritur, mandetur.

ARTICLE XXXVIII.

ARTIC. XXXIIII. NOVAE CONSVET.

ET [a] si defaut est trouué en ses officiers, [b] ou s'ils mesprennent [c] en leurs offices, [d] il est tenu le leur faire reparer, [e] ou le reparer de luy mesme : [f] en desdommager [g] les parties, [h] & amender à Iustice suseraine.

ET [a] si de culpa arguantur sui Officiales seu Magistratus, [b] aut si in [c] suo officio peccauerint [d] tenetur eos cogere vt damna sarciant, [e] aut ipsemet de suo rependere damna : [f] præstando indemnitatem [g] partibus, [h] & mulcta fisco superioris Jurisdictionis aduersus Magistratum est adiudicanda.

NOTA I.

1 *De sententia lata contra contumacem officiarium non tenetur dominus.*
Vel si non sit probatum delictum ibidem & nu. 3.
2 *Vltra contumaciam probatio facienda contra im Rom.*
4 *Dominus tenetur de admissis in officio ab officiario suo.*

1 [a] *Et si defaut est trouué*.] Non est horum verborum vis exigua, quæ quidem valet ac si diceret, si probatum sit C delictum, aut officialis culpa, quia vulgata est Sententia; Quoties statuto vel lege disponitur quemquam ex sententia contra alium lata teneri (vt hoc nostro) Dominum ex facto Magistratus, toties locum non habere, cùm per cõtumaciam lata est. Loci l. qui repudiantis. D. de inoff. test. & l. si ideo. D. de euict. Bart. Alex. Imol. Ias. Rap. Cum. l. cum filiusfam. D. de verb. oblig. Bald. Alb. l. 1. C. ne filius pro pat. Bart. inter quæstiones q. incip. Perusinæ ciuitatis & l. eum qui delatorem. D. de iur. fis. Bald. & Lud. Rom. l. si filiusfam. D. sol. mat. quia cõtumaciæ potius ea pœna sit, quæ extra personã contu-

contumacis egredi non debeat, quod Bart. scribit d.l. cum filiusfam. & conf. 116. & l.2. §. diuus. D. de iur. fisc. Bald. l.2. C. de edend. vers. sed iuxta prædicta. Multo minus habitura erit locum contumacialis sententia, si statutum per hæc verba conceptum sit, scilicet, si probatum sit, tum enim verbis satisfaciendum est, & legitimè probandum delictum aduersus reum, vt ad alium deueniatur, quod illi rectè statuunt, d.l. cum filius, idē etsi per verba, si deliquerit enunciatio facta sit, vt infra, *s'ils mesprennent*, vtrobique enim iusta probatio exigitur, nec contumaciæ peccatum personale ad aliū
2 protenditur. Sed est tamen in hac Doct. resolutione, quod ex vsu admoneamus, aliam rationem esse decernendi aduersus contumaces, quàm olim fuit: Nam iure ciuili perfecta contumacia sine vlla facti probatione ius fuit aduersus absentem decernere, quo nunc iure non vtimur. Nam siue ciuili & pecuniaria in materia agitur etiam constitutis eremodicijs, probare tamen quod intendit actor debet, nec sine eo obtinet, quod Ord. 1539. Art. 27. statuit. Siue in capitalibus causis, post trinundinales citationes testes reuocandi, & probandum quod proponitur, ex Ord. 1536. Art. 28. Quare quacunque de re agatur, semper probandum est agenti, nec nuda per se contumacia (vt olim) tribuit, quod intenditur, quo fit, vt non sine causa dubitari possit, an ne amplius aliquid obtinere debeamus, ex contumacia qua vtimur, in qua probandum est, quàm ex il-
3 la legali. Et certè veteres, cùm id accidit, & vltra contumaciam probatio adiicitur facti, reuocant sententiam, & tùm ex verbis statuti tertium teneri ex eo, quod contra reum probatum sit, tanquam mutata resolutionis ratione putant. Bart. d.l. si filiusfam. vbi & Alb. C. ne filius pro pat. Lud. Rom. l. si filiusfam. 2. D. sol. mat. num. 34. per tex. l. 2. cum glos. C. de contrario iud. tutel. Sed hic quoque scrupulus obstat, quod quāuis probationes fiant, sunt illæ tamen admodum infirmæ, cùm nemo cōtra obstat, multáque accidere possunt, vt irritentur, aut testium fides eleuetur, & instrumentis cōtra dicatur: quare saluum, id esse semper absenti aduersus, quam ex aliena sententia decurritur, oportet, vt liceat & instrumenta refellere & testes. Erit id igitur integrum Domino, si ex sententia aduersus officialem eius per contumaciā lata conuenitur, quantumlibet probatum sit, *& pourra contredire les lettres, & reprocher les tesmoins*, ne vlterius progrediatur contumacia absentis aduersus eum quam par est, & personalis culpa fugitiui patitur.

[b] *Ou s'ils mesprennent.*] Hoc est, illud verbū, quod Doct. d.l. cum filius, notant ac diligenter considerari volunt, vt cùm in dispositione exprimitur, delictum omninò probandum sit, contra officialem, antequam ad Dominum deueniatur, nec sententia per contumaciam lata sufficiat.

4 [c] *En leurs offices.*] Limitata causa, scilicet. Nam extra officium admissa Dominos non tenent non magis quàm alios quosuis, cùm nulla eorum culpa arguatur, quod Bart. tractat ex tex. l. 1. §. familię. D. de public. l. 2. §. familiæ. D. bon. rap. & in tractat. de iurisdict. Idem & Bald. l. Titius. D. de testam. milit Bald. in rub. C. de pœn. iud. qui mal. iud. & l. obseruare. §. proficisci. D. de off. proconf. Rom. conf. 15. 415. & 438. Put. in Synd. §. an ex eo. fo. 116. & 112. & parte 2. §. an substituens. fo. 148. §. an ex eo. fo. 115. num. 17. & Bald. in c. 1. ext. de off. deleg. tenet potestatem non teneri ex quasi maleficio de facto officialis, nisi creauerit, ergo si creauerit, & c. consequens est teneri. Teneri autem de admissis à familia non mirum, cùm Magistratum ineuntes iuramentum præstent, non solum se, sed & comites insontes fore,

Argentræus, in Cons. Brit.

A auth. iusiuram. quod præst. ab his, & extat in eo genere epist. M. Ciceronis ad Q. fratrem, plena illustribus præceptis, & mandata Principum, inter quæ id præcipuum fuit auth. de mand. princip.

NOTA 2.

1 *Enumeratio 16. personarum quæ de alieno facto damna resarcire tenentur.*
2 *Ciuiliter non criminaliter.*

[d] *Il est tenu le reparer.*] Hæc obligatio statutaria, ab sta- 1
B tuto introducta est aduersus Dominum ex sua culpa in deligendo Magistratu, quomodò & alibi sæpè in iure is qui nominat Magistratum aut successorem periculo gestionis eius subiicitur, veluti legalis expromissor. l. 2. C. de peric. nom lib. xj. l. cum ostendimus. D. de fideiuss. & nom. l. 1. §. Magistratus. D. de magist. cōueni. l. 1. C. de decur. lib. x. l. 2. & l. libertus. D. ad municip. Qua ratione sentiunt hoc ipso in casu Iurisconsulti, si à Comite aut Principe constitutus sit Magistratus, eum qui cōstituerit, de facto eius aut noxiis teneri ciuiliter ad reparationem damnorum, si quid secius admiserit, l. 2. D. si mens. fals. mod. dix. l. ad similitudi-
C nem. C. de epis. & cler. l. agentes. C. de agentib. in reb. lib. xij. Lud. Rom. conf. 338. incip. in facto consulit. & conf. 297. Petrus Iacob. in pract. tit. de cond. ex §. quadrup. Bellouis in pract. tit. de fuga reor Alber. l. & omnino. C. ne vxor. pro marit. Ias. l. si quis in conscribendo. C. de pact. Locus hic apud Hippol. Mars. l. nil interest. D. ad leg. Cor. de fals. Id vero sumptum est ex ratione. l. 1. §. familiæ. D. de public. l. 1. & toto tit. naut. caup. stab. §. secundum. Inst. de obligat. quæ ex quas. delict. l. 1. ad leg. Iul. repet. D. l. post depositum. C. de off. assess. Bart. l. ne quid. D. de incend. ruin. & nauf. & § illud tamen auth. de mand. princip.

D Inde motæ quæstiones, an Iudex ordinarius de facto Delegati sui tenetur, quod negarunt Bald. in rub. de pœn. iud. qui mal. iud. Salic. l. vlt. C. eod.

An Episcopus de facto Vicarij Bald. & Saly. vbi sup.

An Magistratus de facto Assessoris Bald. ibid. Doct. l. 2. D. quod quisque iur. Put. in Synd. verbo, rectores, an exhibitione. fo. 117.

An scholasticus de facto famuli. Bart. d. §. familiæ.

An verò & Dominus domus de facto familiaris comitis aut domestici Bart. ibid.

An maritus de facto vxoris, l. 1. C. ne vxor pro ma-
E rit. & l. ob maritorum C. eod. tit. qua de re & Consuetudo statuit Art. 425. Alb. q. 18. 1. part. stat.

An pater de delicto filii & contra, rub & tit. ne filius pro pat. & Consuetudinis dispositio Art. 611. & caput Ezechiel. 18.

An etiam dos filiæ pro debito patris, l. rem quam. C. de iur. dot.

An consanguineus alius pro alio. glos. l. si fratres. D. pro socio.

An etiam ex statuto. Soz. conf. 31. vol. 1. Bart. l. iure. C. de fabric. l. 11.

An consors alius pro alio. Saly. in rub. res. int. alios
F actas, aut qui eandem domum habitant. Bald. & Saly. d. rub. Bald. l. 1. C. ne fil. pro p[illegible]

An vxor & liberi pro mercatore facultatibus lapso (fallitum vocant) Bart. in tract. represal. 3. q. primæ princip. Bald. l. dotis. C. de iur. dot. Rom. l. si filiusfam. 2. D. solut. matrim. Imol. d. l. cùm filiusfam.

An Respublica, communitas, regio, ciuitas pro latrociniis admissis intra territorij metas, Bald. Saly. in rub. C. res inter alios actas. Bald. l. de quibus. D. de legibus. Alb. 1. part. stat. q. 6. 46. & 63. & seq.

G

An rusticus vnus pro alio. Bart. l. legatorum petitio. D. de legat. ij. *Comme sont nos fiefs frereschaux, & reuanchables.*

2 Neque hic disputamus, an per statutum tam rigida dispositio statui possit, de quo iam nemo dubitat, & loci sunt peruulgati apud Bartolum, quæstione operosa cuius initium est, Perusinæ ciuitatis Statuto, & vulgò Doctor. d. l. cum filiusfam. & in rub. C. ne fil. pro pat. si quidem ciuiliter, id est, pecuniariè agitur. Nam vt criminaliter quisquā de facto alterius teneatur, nulla lege fieri potest, quod illi in d. rub. tractant, & alij d. l. cùm filiusfam. & Soz. cons. 31. & super ea re extat Consuetudinis dispositio inf. Art. 201. quæ pacto fieri posse negat, nec igitur statuto per glos. in rub. C. de decret. decur. l. non impossibile. D. de pact. & locus hic tractatur apud Tiraq. in lib. de primog. q. &, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Ezech. 18. Nec enim tyrannorum exempla sequimur, quorum fuit ista olim acerbitas in necandis, qui coniuratos sanguine contingerent quantumlibet innoxiis.

NOTA 3.

1 *An obligatio de alieno facto sit principalis, an accessoria, vt fideiussoria; notanda quæstio.*

c *Ou le reparer de luy mesme.*] Ciuiliter quidem & pecuniariè, vt ante diximus. Congruit huic dispositioni penè ad verbum Ord. Francis. I. anno 1536. Art. 36. *des*
1 *criminelles*, & Castrobrientiano anno 1566. Art. 3. Sed magna hic incidit dubitatio, an hæc obligatio per se & principalis sit, veluti ex facto Domini proueniens, an vera accessoria & fideiussoria ex nominatione eius, veluti per expromissionem ob alienum factum. Effectus perspicitur, tum propter discussionem, tum ob recursum, vt loquuntur, domini conuenti. Tum & id quoque consequitur, an si fideiussoriam præsupponimus, pro fideiussione, iudicatum solui, an iudicio sisti, indemnitatis, an vero contractus accipi conueniat. Discrimen non mediocre est. Dubium facit, quod illa obligatio à statuto inducta aduersus Dominum ex facto Officialis, videtur à mala ipsius domini electione, & culpa eius propria causari, quod Alb. obiicit l. 1. C. ne vxor pro marit. per l. si communis. D. de noxalib. ideóque aduersus alium de suo, aut dolo, aut culpa damnato regressum non dari. Veluti debitum proprium soluat, tum quia magis obligatur Dominus quàm simplex nominator, quia qui Magistratum nominat, eum deligit, qui non nominanti aut rei eius priuatæ sed alteri operam nauet; Ideóque de mala electione tantùm teneatur. Contra in Domino est, qui eum deligit qui vice sua fungatur, priuato & proprio vt iure, ita debito, cuius factum præstare ipse teneatur, cum facere ipse videatur, quod alius vice eius facit. Quæ rationes faciunt, vt Domino regressus negandus videatur, ex sententia Bald. Ang. Francisc. Aret. Cast. l. mancipia. C. de furt. & notauimus Art. 34. Addimus, & mulctam hîc infligi Domino, cuius mulctæ natura & conditio est, ne nisi pro dolo aut lata culpa iudicatur, vt inf. Art. 594. Contra verò vt fideiussoria obligatio videri debeat, facit quia non alia quam fideiussoria est obligatio, tum qui Magistratus nominant, iure quidem ciuili, ideóque secundo ordine conueniuntur, l. 1. C. quo quisque ord. lib. x & l. 1. C. de peric. nom. & d. l. cum ostendimus, & l. 1. de decur. & l. 2. D. ad municip. D. & l. 1. C. de filiisfam. & quō. pat. pro his tene. lib. x. facit etiam, quod Consuetudo vtitur verbis solitis consuetudinariæ fideiussionis, *qui sont tenus de reparer, ou faire reparer*, quæ perpetua est natura fideiussionum ex

A Consuetudine, vt inf. Art. 217. Postrema & maxima ratio, quod eius quod Dominus soluerit ex facto Magistratus, datur Domino regressus aduersus Magistratum, quod non fieret, si Dominus ex suo facto obligaretur. quod Bart. ait d. l. cum filius. Bald. l. 1. C. de fals. & Bart. d. q. 13. & Art. ille 3. Castrob. Ana. c. 2. extra de delict. puer. Ita quidem arguunt obligationem esse fideiussoriam, & pro alio inductam. Ideóque & Magistratum primo loco conueniendum & condemnandū priusquam ad Dominum perueniatur, ac tum demum deueniri & concludi *qu'il ait à reparer, ou faire reparer.*
B idque non aliter facta discussione aduersus Magistratum post condemnationem, quia Consuetudo ad conuentionem Domini nil amplius exigit, quam vt si probatum delictum aduersus Magistratum, per hæc verba, *s'il est prouué*, aut hæc, scilicet, *s'ils mesprennent*, in quorum vtroque probatio & sententia ex ea exigitur. Re quidem & effectu apparet Dominum de suo facto & electione teneri, pro suo vicario obligatione in persona eius concepta ab Consuetudine, sed quia aliena culpa sit, & alterius admissum, quod litigatori nocuit dari regressum aduersus Magistratum, qui agenti Domino nequeat culpam suam imputare,
C nec obiicere quod se elegerit, idque sine vlla cessione actionis, quod Alb. notat in prima parte Stat. q. 70 Hippol. in rub. de fideius. q. 25. & 26. Sed cùm quæritur, an is ordo conuentionis talis sit, qui est in fideiussore iudicatum solui, aut iudicio sisti, aut contractus, hoc est, an ex sententia aduersus Magistratum lata sine nouo processu aduersus Dominum agi possit, an noua lite opus sit, crebris sententijs receptum Dominum pro fideiussore iudicatum solui haberi, ideóque sine nouo processu ex sententia aduersus Magistratum lata conueniri posse, quod censent Bart. Alex. Alb. Ias. d. c. cum filius, quanquam for-
D tasse non inconsultum fuerit, vt huic effugio prospiciatur, Dominum ad litem, quæ aduersus Magistratum exercetur, euocare, quod & Castr. & Alex. consulunt d. l. cum filius & Alex. d. l. sæpe. D. de re iudic. Ex eo fit vt & sententia pro Magistratu lata Domino prosit, ita vt aduersus Dominum recurri nequeat, maximè si non ex defectu probationis ab agente, sed super defensionibus ab reo probatis iudicatum sit, quæ sententia est Angel. l. Papinianus. §. ex causa. D. de inoff. test. l. adulter. §. nupta & l. denunciasse. D. de adult. vbi glos. Quo casu solemus reos
E absoluere, *quand leurs defenses sont iustifiées & verifiées*, non simpliciter, *mettre hors de procés, ce qui se faict quand le demandeur ne prouue*, tametsi non omnes ista animaduertunt. Antecedere igitur Magistratus conuictionem, & condemnationem oportet propter verba Consuetudinis, *s'il est trouué*, sed post damnationem Magistratus, non est necesse discussionem bonorum eius fieri, sed protinus aduersus Dominum agi potest *de reparer ou faire reparer*, tametsi vbi etiam discussio exigitur pendente processu aduersus fideiussorem, putant fieri posse, & ea facta ex eadem lite condemnationem sequi. Angel. §. vlt. auth. de fideiuss.
F Guido Papæ Decis. 432. Quare hîc illa quæstio non cadit; An Dominus conuentus petere possit, vt Magistratus prior excutiatur, de qua Bart. l. fideiussor creditori. D. de fideiuss. Nam conuinci Magistratus prior debet, eo conuicto excuti eum nihil est necesse; Petere tamen Dominus potest tempus sibi dari ad bona Magistratus requirenda & distrahenda, interest enim eius de alieno potius soluere l. si procuratorem § si ignorantes. D. mand. sed tamen non rectè petit, vt id actor faciat, etiam si periculo suo fieri velit, quod alioqui iure ciuili admittitur, cùm conueniendi labor, sumptus,

ſumptus, & cura ad ipſum Dominum, qui conueniatur, pertineant, & ipſe teneatur *reparer ou faire reparer*; ideoque & ſua diligentia facere, cuius alieno in negotio æqua fieri æſtimatio non ſolet, vnde id quoque ſequitur, vt non magnopere neceſſaria ſit illa quæſtio; An Dominus liberetur repræſentatione Officialis ſui, quod vulgo putant, l. 1. §. familiæ. D. de public. & gloſ. l. obſeruare. §. proficiſci; vbi Bald. D. de off. proconſ. Idem Bald. in rub. C. de pœn. iud. qui mal. iudic. Rom. conſ. 338. & conſ. 15. & item conſ. 11. quæ ſententia neutiquam vera eſt. quoniam ſtatutum obligationem perſonalem in perſonam Domini indicit ex vicarij eius facto, & ipſius electione, vt dictum eſt, cui alium ſubſtituere nequit, cum perſonam ſequatur. qua ratione Bald. l. vlt. §. vlt. verſ. extra quæro. C. de vſur. rei iudicat. negat patrem qui filium ad Magiſtratum nominauit liberari exhibitione, vt nec eum qui ratione priuati officij teneatur. vt Nautam aut Stabularium, quod Bart. ait. d. l. 1. §. vlt. de public. vbi diſtinctis caſibus tandem concludit, ſi talia Statuti verba præſupponuntur, qualia ſunt huius noſtri exhibitione non liberari, quod & verum eſt, & Put. notat. in Synd. §. rectores. fo. 117. & §. poteſtas. fo. 118. Angel. l. 1. C. ad leg. Iul. repetund. Sed & ante mortuo Magiſtratu quam conueniretur, putant actionem aduerſus Dominum deficere, quia non ſit qui conuinci poſſit, & actio ex maleficio morte extincta ſit, ante conteſtationem, quod Bart. Imol. & Caſt. putant d. l. 1. §. vlt. D. de public. quod quidem verum eſt in his actionibus, quæ ex dolo deſcendunt, quia aduerſus hæredes non dantur, ſed ſi à culpa contra eſt; nam hæ & in hæredes Magiſtratuum exercentur, ideoque & aduerſus Dominum quoque, quod Doct. vulgò notant. l. 4. §. in eum. D. de dam. infecto & notauimus ſup. Art. 34. & Put. §. an ex eo. fo. 116.

NOTA 4.

1 *Fideiuſſor magiſtratus non tenetur de mulcta & pœna aliorum.*

A 2 *Regulariter fideiuſſor tenetur reipub. non parti.*

3 *Dominus debet mulctam fiſco pro dolo &c.*

[f] *Et deſdommager.*] Hic de partium pecuniario intereſſe Dominum obligat. Damnum autem vocant quod de ſuo cuiquam abeſt. *deſdommage*, indemnitatis præſtationem. Nec dubium quin ad rependenda damna Dominus teneatur, maius dubiũ, an etiam ad pœnas parti adiudicatas. In quo reſpicenda eſt verborum conceptio, quæ quo ad partes priuatas rationem tantum habet damnorum, quare in pœnalibus vltra expreſſa extendere contra ius eſt, ne ex maioritate quidem rationis tex. eſt, l. fideiuſſores Magiſtratuum D. de fideiuſſo. quæ fideiuſſores Magiſtratuum negat in pœnas vel mulctas teneri, quam non promiſerunt, quod Marſil. tractat in rub. de fideiuſſ. q. 8. & 25. & Luc. de Penn. & Io. Plat. l. 1. C. de pericul. eor. Put. in §. ſubiicio. fo. 121. Expenſæ quidem haud dubiè debentur, quod Alb. notat 2. part. ſtatut. q. 65. Mari. d. q. 26. 1

B

[g] *Les parties.*] Non eſt hæc vox otioſa propter deciſionem, quę traditur Statuto diſponente fideiuſſorẽ Magiſtratus teneri de eo, quod Magiſtratus in officio geſſit, intelligendum reipublicæ teneri, non etiam priuatis aut ſingulis de rep. quibus in officio nocuit. ex gloſ. l. 1. verbo obligatur. tit. de filiisfam. & quemad. pat. pro his teneat. lib. x. C. Itaque niſi hęc Conſuetudo de partibus exprimeret, Dominus Procuratori fiſcali dumtaxat teneretur, de eo quod Magiſtratus in officio feciſſet, quod Bald. notat, c. teſtimonium. ext. de teſtib. partibus non tenentur. 2

C

[h] *Et amẽder à iuſtice ſuſeraine.*] Hic apparet præter partis priuatæ indemnitatẽ, mulctam quoque fiſco deberi à Domino, qui noxiũ Magiſtratũ creauerit, quæ mera pœna eſt, & pro dolo aut lata culpa indicitur, vt inf. Art. 594. & art. 27. Ord. 1564. pub. menſe Maio. Sed ad eas mulctas aut pœnas quę fiſco aduerſus Magiſtratũ ſunt adiudicatæ, iure quidem ciuili non tenetur, l. fideiuſſores Magiſtratuum, & l. fin. D. de fideiuſſ. Bart. l. 1. D. de in lit. iur. 3

Sed qui fit, *qu'il ne peut deſauouër.* vt. Art. 16. & proximo, qui hunc ſequitur, dicetur Art. ſequenti.

ARTICLE XXXIX.

MESMES ſi les officiers du Seigneur ſubiect, vouloyent cognoiſtre [a] des faicts qui appartiennent au ſeigneur ſuſerain, le ſeigneur ſubiect [b] le deuroit amender, [c] & en ce cas, ceux qui [d] toucheroient foy mentie, [e] pourroit le ſeigneur deſauoüer ſes officiers, [f] s'ils n'auoyent mandement ſpecial de luy. ARTIC. XXXVI NOVAE CONSVET.

QVinetiam ſi Officiales Domini inferioris, vellent cognoſcere [a] de factis ad Dominum ſuperiorem pertinentibus, Dominus inferior [b] præſtare deberet damnum, [c] & in hoc caſu, & aliis [d] qui pertinent ad fidem mentitiam ſeu cum Magiſtratus in eas cauſas peccauit, quæ ſacramento beneficiario & iuramento fidelitatis ſunt comprehenſæ, [e] poſſet Dominus inferior improbare factum ſuorum Officialium, [f] niſi mandatum ſpeciale ab eo accepiſſent.

Hic quoque cantata recinunt Reformatores odioſa & inutili tautologia, cùm ante Art. 16. decreuerint.

[a] *Des faicts qui appartiennent au Seigneur ſuſerain.*] Exempla dedimus d. Art. 16. & exprimuntur inf. Art. 45. cùm plures eius generis ſpecies.

Argentr. Conſ. in Brit.

D [b] *Le deuroit amender.*] Eadem omnino ſententia d. articuli 16.

[c] *Et en ce cas.*] Attentè lege, hoc dumtaxat & ſequenti caſu Domino liberum eſſe non agnoſcere, quod à Magiſtratu ſuo factum & deſignatum ſit, ſcilicet, cùm Magiſtratus cognitionem ſibi ſumpſit de his quæ ſu-

perioris ius, auctoritatémque spectant, aut quidquam eorum commisit, ex quibus feudum committitur. His demum casibus licet factum improbanti, noxæ eximi.

[d] *Qui toucheroit foy mentie.*] Hoc est, cum quidquam omnino Magistratus in eas causas, sponsionésve peccauit, quæ sacramento beneficiario & iuramento fidelitatis sunt comprehensæ, ex quibus, scilicet, tam grandis noxa committitur, vt feudum periclitetur. Continentur vero, c.1.qual.vasal.iur. deb.& tit.de forma fidel. *Bref, tout ce qui se faict contre le serment de fidelité, Car c'est ce qui s'appelle foy mentie.*

[e] *Pourroit le seigneur desadvouër.*] Hæ duæ exceptiones à regula superioris Articuli subijciuntur, quo in vniuersum statuitur Dominum factum Officialium suorum præstare debere, ita vt exolui damnorũ aut mulctæ periculo nequeat, eo quia factum non agnoscat, aut improbet eorum, quorum culpæ authorem & vi-

A carium se constituit electione taliũ. Sunt igitur hi speciales propter nimium grande euentus periculum, vt d. Art. 16. In reliquũ superior Articulus obtinet, id est, Domin° absolutè tenetur: *& ne se descharge par desaueu, des dommages ny de l'amẽde ciuile, sinon en ces deux cas de foy mentie, ou quãd l'officier touche le faict du superieur seigneur.*

[f] *S'ils n'auoient mandement special.*] Traditur iure mãdato quantumlibet generali nunquam id Procuratori aut Officiali mandatũ intelligi, quo pœnam possit mandatori irrogare. glos.& Bart.l.si Procurator, verb.quoniã nihil. D.de cond.indeb. Panor.latè, c.1.ext.vt lit. non contest. Sed & id quoque traditur, quantumlibet speciali mandato noxæ non eximi Procuratorẽ aut alium quemlibet mãdatarium, si admissum in delicti nomen cadit, quia mandanti in re vetita parendum non fuit, Locus fusè apud Hippol.l.lege num.121.D.ad leg.Cor. de sicar.glo.latè l.liber homo. D.ad leg. Aquil.

Article XL.

Artic. XXXVII. Novae Cons.

I[a]VGE [b] ou autre officier [c] de Iustice, [d] qui est prouué [e] pariure, [f] est infame, [g] & incapable d'estre Iuge, ne en autre office public.

[a] IVdex [b] aut quiuis alius Officiarius [c] Justitiæ [d] qui probatus est [e] periurus [f] infamiam incurrit, & [g] incapax est exercere Officium Judicis, & aliud munus publicum.

Nota 1.

1 *Quæ officia infames gerere possunt vel non.*

[a] *Iuge.*] Id quoque è iure ciuili transcriptum l.2. & l. pen. C.de dignit.lib.12 l.infamia. l.infames. l ne quis. C.de decur lib.10.l.1.C.de infamib.lib.10.l.Cassius.D. de senat. l.eadem in princip. D.ad leg.Iul. repet. l.vlt. D.ad leg.Iul.de vi priuat l.2.§.miles. D. de his qui notant.inf.Canonistæ, Regula, Infamib. de reg.iur. in 6. glos.l. Pedius de arbit.D.

[b] *Ou autre officier.*] Infinita est comprehensio, ergo nec

1 Assessor aut Consiliarius iudicantis.l.2.D.de assess. tametsi tales dignitatem nõ habent, quomodo iure quidem ciuili habebatur, homines delecti à Præsidibus ad consulendum de cõtrouerso iure in causis, periti iuris & salario conducti, quales olim Vlpian. & Paul. Iurisconsulti fuerunt Papiniano Præfecto prætorio, quanquam & de publico constituta ab Alexandro Imperatore salaria his traduntur, quæ ante de suo Præsides statuebant.

Aduocati infames esse nequeunt l. 1. §. ait prætor. D.de postul.c.infames.3.q.8. Bart.l.vlt.C.de postul.sed hic locus tractatur ab Tiraq. tit de nobilit.c.9.num.12.

Procuratores causarum iure ciuili esse potuerunt.§. vlt. Inst.de excep.glos. Bart.Bald.Alb.& alij l.1. §.hoc edicto. D.de postul.glo.& Bart. l.Pædius.D. de arbit. Ideóque nec Nobiles esse possunt, & si sint interim amittunt, & publicis indictionibus, & focarijs subiiciuntur, de quo Decis.est Guyd.Papæ 89.& 394. & non ita pridem ita sacro Principis consilio constitutũ, cùm ea de re cõtrouersia esset exorta.ann.1543. cuius & Tiraq. meminit. Atque hæc quidem de iure, sed Consuetudo infames esse prohibet inf. Art.100. Procuratores quidem ad iudicia, & ibi dicemus.

Arbitri esse possunt l. Pædius.D.de arbit.glos.l.1.C. de inf.lib.10. Dy.d.Regula infamib. Bart.& ad eum.l. 2.ad leg.Iul. repet.D.

Notarius quoque infamis olim esse potuit Bart.d.l.

B 2. Aymo Crauetta cons. 163. Guido Papæ Decis.90. per rationem d. l. vniuersos. vbi glos. & Doct. Bald. d.l. Cassius. quod ego non puto in his quidem qui à Principe constituuntur, & de quorum æstimatione necessario probatio est, Ord. Aurel. Art.82. ex ratione Bart. d.l.2. Luc.de Penna l.2. C.de dignitat.lib.12. & idem d. l. vniuersos. Nam his quos Notarios & Secretarios coronæ Franciæ vocant, nulla est dubitatio, cùm & dignitatem quoque habere dicantur, qui locus fusè tractatur ab Tiraq.in tract.de nobilit.c.30. num.8. Bart.l. 1.C.si ser.vel liber ad decur.aspir.lib.10.

Tutor & curator esse potest, nec enim officium publicum est, tametsi munus sit authoritate publicum,

C nec dignitatem habeat, glo. l. vnica. C. de infam. vbi Io.Plat.Bald.l.Cassius.D.de senat.Bart. d.l.2. & tex. l. sed & milites.§.qui nimirum. D.de excus.tut. & l.1.§. bestias. D.de postul. nisi pupilli sint spectabiles. Bald. d.l.Cassius. Platea d.l.vnica.

Miles, Centurio, Præfectus Tribunus esse nequit.l. 1.§.ignominiæ.D.de his qui not.inf. l.1.de his qui non implet.stip.lib.10.C.

Apparitor esse potest, vt Bart. existimat.d.l.eadem, ego hodie esse non puto, ex Ord. Aurel. Art. 89. cùm probatæ non infamatæ vitæ esse debeant, ex Ord. Carol.V. Art.6.& 7.

Nec Episcopi esse aut Rhetores Ecclesiarum aut

D Prælati c. infames. 6.q.1.c. querelam & c. tua hoc ipso periurij in delicto glo.c. vlt.verb. electionis, & verb. periurio.de iureiur. in 6.

Nota 2.

1 *Nullus infami capax officij seu muneris.*
2 *Non sola probatio sed sententia infamiam irrogat.*
3 Condamné au forban est infame.
4 *Periurium quid.*

[c] *De Iustice.*] Hoc est, qui officium publicum habet, quod ad iuris administrationem & Iurisdictionẽ pertineat mandante Rege, aut eo qui Iurisdictionem habet.

habet. In eo numero sunt, qui iudicant Iudices, Consiliarij, inquisitores testium, Commissarij; Actuarij. Hostiarij, Apparitores qui iudicata exequuntur, hac vniuersali enunciatione non comprehenduntur. Notarij & Tabelliones alterius generis sunt & muneris, neque enim ad iudicialem tractationem pertinent, tametsi in iudicialibus interdum eorum vsus esse possit, veluti in denunciationibus, interpellationibus, obla-
1 tionibus, solutionibus, & talibus. Tenēda est hæc Regula ex d. l. 1. C. de dignit. & l. 1. de infamib. lib. 10. quãuis iure ciuili officia quæ administrationem aut dignitatem non habent, possint in infames cadere, ex sent. Bart. l. 1. C. si seruus, vel libert. ad decu. aspira. lib. 10. & cons. 174. incip. ser. Ioannes. Tamen hac Consuetudine nullum infamem capacem esse officij publici apparet, etiamsi dignitatem non habeat, quod & glo. iisdem verbis putarat, l. 1. §. ignominiæ. verb. sacramento. D. de his qui not. infam.

2 [d] *Qui est prouué.*] Adde *& iugé par sentence*, Nam hoc quoque exigitur: Neque enim ante probatum videri debet quàm iudicatum sit de effectu, & validitate probationis, & hoc expressè statuit Art. 593. Non enim ex sola probatione irrogatur infamia, sed ex sentētia quæ super probatione fertur. glos. sing. l. Sed etsi possessori §. vlt. verbo probatum esset. D. de iureiur. quā Bald. citat. l. 1. D. de his qui not. infam. & idem. l. 1. C. de execut. rei iud. manet enim (vt ille ait) sub Iudice lis etiam probatione facta, Ias. & Lud Rom. latè. d. §. vlt. Bald. & Ang. Cast. Fulgos. l. ictus fustium. D. de his qui not. infam. Nulla igitur probatio ac ne confessio quidem infamat, de quo dissentiunt Doct. d. l. istius. Bart. l. infamem D. de public. iud Innoc. & Panor. c. super his. ext. de pœn. Probationem autē intelligimus, quæ principaliter ad hunc finem per se fit, non si per exceptionem, aut incidenter, quod notant l. Lucius. D de his qui not. infam. Io. And. Panor. c. testimonium. ext. de
3 testib. Ex contumacia vero damnatum si defensus non sit, negant infamem fieri. Itaque banniti ex contumacia, *qui sont à forban*, non infamarentur, quod Bald. ait l. etiam. C. de furt. & l. cum mulier. vers. circa præmissa. D. sol. mat. Bart. d. cons. 174. Bald. l. Cassius. §. sed si damnatus. D. de senator. Quo non obstante infamari existimandum est, ex ratione quam diximus sup. Art. 38. in princip. quia scilicet alio ordine & solennitate perficere solemus contumaciam, & probationes addere, non simpliciter illata confessione ex contumacia sed probatione facta, quod Lud. Rom. sensit, l. si filiusfam. nu. 54. D. sol. matrim. & alij l. cùm filiusfam. D. de verb. oblig.

4 [e] *Pariure.*] Periurium Baldus definit esse mendacium iuramento firmatum & verum est, l. vlt. C. de iureiur. Cic. describit religiosæ affirmationis appellatione: addere debuit dijs testibus factæ: qua de re nos pluribus, sed alibi & suo loco inf. d. Art. 593. Iusiurandum Iudicum traditur auth. iusiurandum quod præstat ab his, & in commentariis varias eius formas pro cuiusque officio & functionibus trademus. Sententia est Ciceronis orat. pro Comœdo. Non, inquit, falsum iurare, peierare est, sed quod ex animi sententia iuraueris, sicuti verbis conceptis more nostro, id non facere, periurium est.

Nota 3.

1 *Periurus omnis infamis iure consuet.*
2 *De admissis in officio vel extra officium.*

[f] *Est infame.*] Operosè agitatur à Doctoribus iuris ciuilis & canonici hæc quæstio, An periurus infamis sit, cùm distingunt, an de re futura iuretur, an præterita, sed hanc istæ Notæ non capiunt; Locos indicabo. Bart. Bald. Alex. Ias. Cast. Saly. Cy. Pet. Rom. & quos alios l. si quis maior. C. de trāsact. Bart. Bald. Cast Alb. Fulgos. Ang. & alios l. lucius. D. de his qui not. infam. glos. c. quicunque. 6. q. 1. Canonist. c. testimonium. ext. de testib. alij c. querelam. ext. de iureiur. Quare præcidi eam vtile fuit hac Consuetudine. Ciceronis est sententia lib. 2. de legib. Periurij, inquit, diuina pœna exitium, humana dedecus. Constat igitur periurij damnatum sine distinctione infamem fieri, etiamsi stellionatus iudicio ageretur, d. glo. quicunque, quia à dolo descendit, quæ etiam ciuiliter mota actio infamat, & glos. & Bart. notant, l. infamem. D. de public. iudic. Ang. d. l. Lucius, quia titulus actionis potius quàm criminis inspicitur, ex sententia Bald. l. etiam. C. de furt. Non omnis igitur stellionatus infamat, ex glo. d. l. infamem, sed cum ex dolo descendit, infamat, vt in periurio. 1

[g] *Incapable d'estre Iuge.*] Conuenit l. 2. & penult. C. de dignit. lib. 12. & Reg. Infamibus. in 6. glos. d. c. quicunque & quos initio huius Art. citauimus. Ergo non solum priuatur eò quod habet, sed alterum honorem capere nequit. l. si aliquid C. de suscep. & arcar. lib. 12. C. glo. l. vnica. C. de infamib. glos. l. 2. verbo miles D. de his qui not. infam. verbo sacramēto. Bart. l. eadem. D. ad leg. Iul. repet. & l. 1. D. ad leg. Iul. de vi priuat. Idē Bald. d. l. Cassius. Bald. nominatim in periurio, c. querelam. ext. de iureiur. Bart. d. cons. 174. & l. 1. C. de munerib. non cont. lib. 10. Sed nec dari Iudices aut Delegari tales possunt, l. cùm prætor. §. non autem. D. de iudi. & l. Cassius D. de senat. & diximus Art. 34.

Sed hîc tamen aduerti oportet, quamuis multis de causis periurium incurri ab Iudice possit, tum quæ in officio admittūtur, tum extrinsecus grauiorem ac periculosiorem esse infamiam, quæ ex periurio in officio admisso incurritur, quoniam in talibus sicut in cæteris peccatis in officio, ipso iure sequitur officij priuatio sententiam, etiamsi de priuatione verbum nullum factum sit. Contra esse in cæteris, quæ citra occasionem officij committūtur, vt in adulterio, aut alio periurio, nam tum quanquam infamia irrogatur, non protinus sequitur priuatio, nisi in sententia expressum sit, sed tamen quia infamia incapacem reddidit, quandocunque libuerit, priuabitur altera sententia, quod singulariter Bart. & Bald. notant d. l. Cassius. 2

Cætera materiæ huius Articuli ex Art. 563. conuenientius pete.

Article XLI.

Qvi [a] met aucun [b] en torture [c] sans auoir charge, [d] par presomptions, [e] ou enqueste du faict, [f] ou de commune renommee, le [g] doit amender à la suseraine Iustice, & [h] desdommager la partie.

QVi [a] adhibet alicui [b] torturam seu quæstionem, [c] sine probatione, [d] per præsumptiones, [e] aut inquisitionem facti, [f] aut communis famæ, [g] debet mulcta condemnari erga superiorem Iurisdictionem, & damnum parti resarcire pro modo iniuriæ.

NOTA I.

1 *Art. 1. iure ciuili descriptus.*
2 *Quæstio quæ, & ad quid.*
3 *A tormentis non incipiendum &c.*
4 *Nulla confessio vi extorta.*
5 *Præsumptiones quæ, & earum vis.*
6 *Indicia necessaria, indubitata, τεκμήρια & nu. 9. 10.*
7 *Exempla 13. indiciorum.*
8 *Indicia probabilia, εἰκότα, quæ.*
10 *In ciuili materia ex indubitatis indiciis iudicandum, &c.*
11 *In indiciis indubitatis minor pœna infligenda. &c.*
12 *Comparanda inter se indicia iudicando & c. Varia exempla de his ibidem.*
13 *Tirannica indicia, eorúmque exempla quædam.*

1 Ne hîc quidem quicquam præterquam descriptum de iure ciuili, quo magis mirum frustra occupari aliena materia patrias tabulas, de re præsertim non eximia; vulgati sunt tituli de Quæstionibus libris Iurisconsultorum, extant & professi argumenti tractationes hominum doctorum, eadem de re Baldi, Angeli, Gandini, Guydonis Suzarij, & Pauli Castilionei, Alb. Bruni, ac demum Hippolyti Marsillij, & si qui alij sunt.

[a] *Qui met aucun.*] Is si priuatus est, nec titulum dignitatis vsurpat, maiestatis crimine tenetur, l. 1. C. de priuat. carcer. in fine.

Si Magistratus est, lege Iulia, de vi publica tenetur, l. 7. D. ad leg. Iul. de vi public.

Si seruus tortus est, l. Iulia de vi priuata. l. 4. D. ad leg. Iul. de vi priuat.

Si cùm Magistratus non esset, nomen, authoritatémque mentitus sit falsi pœna est, l. eos. D. de fals.

[b] *Torture.*] Latinis Quæstio dicitur, tormentum scilicet, & corporis dolor ad eruendam veritatem. Nuda
2 igitur interrogatio, aut leuis tortio ad verbum, Quæstionis non pertinet. Quæstionis verbo etiam mala mansio intelligitur, l. item apud Labeonem. §. quæstionem. D. de iniur. qua de re Bald. Suzarius, Brunus, & cæteri. Tales sunt, quæ quibusque locis aut prouinciis sunt vsitatæ, quæ variæ ab Hippolito Marsil. recensentur. l. 1. D. de quæst.

3 [c] *Sans auoir charge.*] Nota est iuris sententia à tormentis non esse incipiendum, quod D. Augustus Imperator statuisse dicitur; Sed ita demum ad eam veniendũ, si reus suspectus sit, & aliis etiam argumentis vrgeatur, & ita (vt Iurisconsultus loquitur) probationi admouetur, vt sola confessio deesse videatur. l. 1. in princip. l. vnius. §. in ea l. maritus. l. vlt. D. de quæst. in ea causa (inquit Iurisconsultus) in qua nullis argumentis reus vrgeatur, tormenta non facile adhibenda sunt l. 1. §. item illud. D. ad Syllan. l. milites. l. cum cognitionaliter. C. de quæstio. quo loco ne in criminibus quidem publicorum iudiciorum à tormentis incipi permittit. l. sicut. C. de fals. c. cùm in contemplatione. ext. de reg. iur. ac ne in crimine quidem lesæ maiestatis. Glos. Cy. Bald. Salyc. l. si quis alicui. C. ad leg. Iul. maiest. A qua tamen regula casus quosdam excipit glos.
4 c. quæstionem 12. q. 2. Quod si contra fit, nullam vim illicita confessio metu tormentorum facit, etiam si posterius ratificetur confessio extra tormenta. glos. l. quæ-

A stionem & l. penult. D. de quæstio. locus latè apud Marsil. l. 1. col. 4. vers. primo enim. num. 14. & l. quæstionis num. 10. D. de quæstio. Sed tamen, quas exceptiones eo loco Marsilius adiicit, forum non recepit, vt nec quas glos. d. c. quæstionem. & Bald. l. quicunque C. de ser. fugit. *Ius cor.*

[d] *Par presumptions.*] Infinita est materia, nec eam Notæ capiunt, & alibi fortasse ista opera præstabitur. Colligenda sunt tamen paucis fastigia, & commonstrandi indices rerum. Præsumptiones Iurisconsulti appellant propensiones animorum de coniecturis generatas & ortas ex signis, quæ facto sunt attributa, quæue id antecedunt, aut sequuntur, quibus mentes iudicantium aut impelluntur in fidem rei, aut dimouentur, quas Bald. l. Siue possidetis C. de probat. applicationes animi ad verosimile appellat. Alibi describit, conceptus B esse animi causatos in mente ab aliqua probabili coniectura. l. ea quidem. C. de accusat. Signa magistri dicendi appellant, quæ Iurisconsulti indicia, eáque inter eas probationes, quas ἐντεχνὰς vocant, solent præcipuo loco collocare; quia in his tota propemodum vis, facultas, & acumen dicentis consumitur, vt argumenta & necessaria ducat, ad flectendos iudicantium animos, aut probabilia. Hinc declamationum campi celebres antiquis, exercendis talibus locis, cuius generis fragmenta quædam extant apud Senecam, & eo excelluisse immodicè ab eo laudatus Latro Portius dicitur. Fabij etiam Quintiliani nuper quædam præter superiores prodière, de quibus Aristoteles, Hermogenes, & è Latinis Cicero, Fabius, Sulpicius, Victor multa præcipiunt. 5

C Sed indiciorum facultas duplex, nec eadem potestate omnia. Quæ propiùs factum accedunt, imo ipsi facto annexa sunt & attributa, nec possunt separari, vim & necessitatem probationi adferunt, & vt loquuntur, necessariò concludunt, vt cùm de præterito sic colligitur, hominem peperit, ergo cum viro concubuit, de præsenti fluctus agitantur, ergo ventus impellit, de futuro moriturum esse quia corde vulnus accepit. Hæc taliáque Græci τεκμήρια appellant, quæ si vsquam incidunt, non iam controuersia relinquitur, nisi de iure quod Quintilianus ait, id est factũ pro probato habetur. Ideóque negat argumenta rectè appellari, cùm argumenta instrumenta sint probationum de rebus dubiis & controuersiis; ista verò tam certa sint, vt iustæ probationis numeros omnes impleant. Sed ista Iuris- 6
D consulti non tam præfractè cõsiderant: & indicia sua, quæ Rhetores τεκμήρια vocant, non tanta necessitate naturæ obstringunt, nec exigunt, vt semper talia sint, vt aliter esse non possint. Nam pro efficientibus, id est, concludentibus, vt loquuntur, eas præsumptiones habent, quæ etiamsi non sint omni ex parte necessariæ: tamen naturæ rerum, locorum, personarum tam conueniunt, vt quæ frequentissimè eo in genere soleant accidere. Ideóque & indubitata solent appellare, de quibus agitur, l. excipiuntur. D. ad Syll. Senatusc. c. afferte. ext. de præsump. c. præterea. ext. de testib. c. literis. ext. de præsump. quæ vulgo illis locis ab Canonistis tractãtur. Bart. l. 2. D. de furt. Quare nudum iuuenem 7 cum venusta fœmina repertum eodem lecto, pro iusta flagitij probatione habent. d. c. præterea. tametsi lex amplius aliquid ad finem vindicandi ab marito adulterij requirit, l. quod ait lex. D. de adult. Id tamẽ verum non

non esse & potuit, & accidit atque adeo frequenter. Nam & Xenocrates nocte tota cum formosa Phrine sine vsu Veneris concubuit, ne negante quidem fœmina cum lapide se iacuisse. Et Alphonsus secundus Rex Hispaniarum, Eduardus III. Rex Anglorum, Henricus I. Imperator, cùm formosas coniuges haberent, nec essent ad Venerem inepti, vti tamen voluisse negantur, cùm quotidie cum vxoribus cubarent, Quare id indicium pro necessario haberi non debet, quod nec semper, nec omnibus accidit, atque adeo in multis fallit. Quia tamen sæpius accidit, & conuenientius ad naturam, solita pro indubitatis Iurisconsulti habent, ipsique imprimis Bart. l. 2. de furt. Furti verò quam vehemens est præsumptio, cùm quisquam cum re furtiua deprehenditur? quæ manifesti furti noxa dicitur, concepti cùm apud quenquam deprehensa, quæ tam violenta suspitio est, vt nihil præterea lex ad pœnam & damnationem requirat, quod Bart. ait d. l. 2. Ac ne nostra quidem hæc Consuetudo. Art. 152. 187. & 198. Eadem & in typis falsæ monetæ & aposphragismate falsi signi, & libris improbatę lectionis traduntur. Hæc tamen indicia quàm non sint necessaria ostendit Turni Hordonij casus apud Liuium, qui fraude Tarquinij superbi oppressus est ficto eiusmodi crimine, cùm magnam gladiorum vim in domum eius clam corruptis seruis Tarquinius intulisset, inscio & nihil tale cogitante Hordonio, quibus repertis veluti manifestæ coniurationis victus reus oppressus est. Potuit & hac præsumptione inscius Beniamin furti damnari reperta in sacco eius aurea Iosephi patera. Quid verò, quod est ab Vlysse in accusatione Palamedis designatum, cùm & testes subornasset, & subscriptionem mentitus esset? & pecuniam quasi certæ proditionis autoramētum in tentorio eius suffodisset, qua reperta nemo fuit Palamedi tam æquus, qui eum comperti facinoris vellet absoluere. In crimine vero cædis iustam conuictionem putant, si quis ex ea domo exerto cruento gladio visus est sese proripere, in qua quisquam repertus sit interfectus, nec alius quisquam. Hoc si quis calenti Locretiæ cæde vidisset cuiquam accidisse, non ante viso Tarquinio iustam putaret esse causam damnationis, nec sibi mortem attulisse Lucretia, & fœmina potuisset ex naturæ conditione credi, alienum esse facinus & virile omnino videri necesse fuisset. Quid si tibi Buta Catonis Vticensis seruus offerretur Vticæ cubiculo Domini morientis, & ferro incumbentis effugiens, trepidus, pallens, & exanimatus metu. Quid si Cleanthes Libertus? Quid verò si Stratonem qui Brutum, aut Pindarum, qui Cassium, aut Epaphroditum, qui Neronem mori volentes adiuuêre, in ipso facinore deprehendisses, an Dominorum iussum crederes aut excusares? At vero cùm minæ cuiusquam & consequuta cædes proponitur pro indubitato indicio. Quid censeres, si tibi illa mulier offerretur, cuius Paris Puteanus meminit? Illa forte transeuntem irata compellauerat, conuitio excepto addiderat, fore denique breui vt ei poplites succiderentur. Hanc vocem, cùm quidam excepisset, qui esset ipse illi eidem incensus & inimicus, nec de muliere quicquam vnquam scisset, infensum sibi quoque hominem occidit, arbitratus, id quod accidit, fore vt mulieris admissum potius existimaretur. Mulier indicio minarum capta & negans torta, vi tormentorum tandem fassa est suo iussu & opera occisum, damnatáque. Posterius capto alia quapiam de causa noxio qui facinus admisisset, confessus est à se admissam cædem, occasionem iurgij fœminei velando sceleri acceptam, fœminam nullomodo consciam fuisse, Cùm Titus Cœlius Romæ cubans inter duos filios occisus esset,

A aperto cubiculo quis indicaret aut insontes esse filios aut ignorátes cædis, quos tamen absolutos Val. Max. lib. 8. c. 1. scripsit, quia dormientes essent reperti? Et tamen indicijs non absimilibus, è duabus sororibus alteram nuper damnatam extremo supplicio vidimus Curiæ Parlamenti Iudicio, cùm frater in eodem cubiculo, quo cubuerant, noctu cæsus esset, nec ipsarum clamor auditus esset, nec autor sciretur, tametsi non multæ suspitiones congruerēt. Quid vero illud Cassij, quod tanti olim ponderis fuit. Cui bono? An vllum infirmius aut magis imbecillum indicium credi potest, si non melioribus adiuuatur. Hæc eo pertinent, B vt intelligatur, cum de capite hominis quæritur præsertim integræ existimationis, magna cautione & acuta meditatione expendendam indiciorum fidem, ne temerè quæ duntaxat probabilia sunt, pro necessariis accipiamus, & incerta pro certis, dubia pro compertis. Incerta sunt, quæ hoc vel illo modo potuerunt accidere, tametsi illud frequentius atque adeo magis credibiliter: Nam de genere probabilium posterius dicemus. Ergo vt in genere eo quod de indubitatis dicitur, vllum reponatur, facto inesse oportet, ita vt aliter accidere aut non potuerit, aut vix potuerit, aut vero C factum proximè, aut antecedere, aut sequi.

Secundo ordine ea sunt, quæ Greci εἰκότα Latina pro- 8
babilia vocant, quæ per se πιθανὰ quidē sunt: sed imbecilla, nisi numero & copiis adiuuentur, vt Fabius ait, vt cædem à Sempronio admissam, quia recens à cæde vestis eius cruore respersa visa sit, aut illud ipsum cui bono fuit, aut ante ædes cuiusquā repertū cadauer cęsi hominis. De quibus vtrisque sic Aristoteles in Rhetoricis ad Alexand. ait quædam esse, quæ scientiam efficiant, quæ τεκμήρια dicantur, quædam quæ opinionem tantum, vt hæc ipsa quæ εἰκότα appellantur; Ambigua verò quæ tantumdem vtramque in partem valeant, In D quibus Rhetorum acumen aut eleuandis aut confirmandis consistit. Sed illi callidi artifices mendacij serendis suspitionibus fallere volunt, at iudicantes verum deprehendere, & latentes euentus rerum rimari institutum habent. Sunt vero tam infinita & varia quàm ipsi rerum casus, ideóque neque quot, nec quando sufficiant ad iudicandum, regulis vllis doceri potest, multominus lege comprehendi. l. 3. §. eiusdem. D. de testib. c. præterea. ext. de testib. & traditur ab Alb. Bart. & cæteris. l. vlt. D. de quæstio. Sed multa in eo genere ex natura & actionibus hominum conatus est deducere Aristoteles in Rhetoricis, & M. Fabius. E lib. 5. aliquid non absimile attigit. Sed est infinitum. Nec factis omnibus eædem circunstantiæ insunt, nec humana ingenia eodem modo similibus in rebus affecta. Quo fit, vt hanc indiciorum varietatem sequi necesse sit quam videmus, tametsi eius obtentu sæpius quàm par sit, iudicátes à regulis & scripto abduci quærimur, magna plerúmque peruersitate ingeniorum, sæpiùs etiam inscitia & ignoratione scripti, quæ perpetua nostra querela est. Quæ fuerat olim causa Aristoteli præstanti in omnibus viro, vt omnia quibus indicia cōstituerentur scripto quantum fieri posF set comprehendi, & quàm paucissima iudicantium arbitrio relinqui vellet, propterea quod legem prudenter & rectè statuentem condere multo esset facilius, quā tot ingenia rationę prædita, & his rebus instructa, quæ necessariæ sunt inuenire. Ergo prioris generis in- 9
dicia ad condemnationem valent, vbi incidunt, posterioris, si quidem vehemētia, & (vt loquuntur) prægnātia sunt ad quæstionem infligendam, quod glos. dixit. l. 2. §. si absens. D. si quis ex nox. caus. agat. Sed an talia sint, hic labor est diiudicasse, periculum verò quia cùm in iudicando erratum est, necesse est absurdas de

negotiis sententias sequi, quæ super fallaci probatio-
10 nis instrumento sunt constitutæ. Nec dubitant tamen Iurisconsulti ciuili quidem in materia ex indubitatis indiciis sententiam ferre, vt in l. filium. D. de his qui sunt sui vel al. iur. At vero in capitalibus, vbi de salute hominis agitur, magna dubitatio est, nec nunc contrarias sententias vacat expendere. Sed hic locus à pluribus tractatur; & ab vno Hipp. Marsilio redundãter in rub. de probat. num. 229. In tractatione præsumptionum, & Papo commemorat exempla quędam talium indiciorum in tit. de quæst. Arresto 5. & Cornel. Tacitus lib. 4. de Plautio Syluano, qui Aproniam coniu-
11 gem in preceps iecisse sine arbitris diceretur. Sed ista cùm accidunt temperanda æquitate iudicij pœna minorque paulo infligenda illa, quę iustis probationibus exigitur, qui locus ab Hippol. Marsil. etiam traditur. d. rub. nu. 241. & Francisc. Bruno. li. 1. q. de indiciis & tortura. Quod plerumque accidere homines rerum imperiti mirantur, vt cùm homicidij accusatum virgis cædi aspiciunt, cùm tamen cędis pœna capitis sit, aut cùm monetæ postulatum mulcta; & dilemmate solent ratiocinari, aut est probatum aut non est, si non est probatũ, cur non absoluitur, si probatum est, cur non & pœna lege indita statuitur. Non rectè quidem id, nec idonea collectione: Nam nec nihil probatum est, vt absolui reus debeat, nec totũ vt damnari. Quare pœnam attemperari probationi oportuit, & parci periclitanti, ne ex suspitionibus damnaretur, quem iustæ probationes non conuincerent, & tamen insontem non esse iusta suspitio argueret.

12 Ergo comparanda inter se iudicia, componendæ coniecturæ, quæ ipsa aliis atque aliis elui, infringi, & labefactari possunt, cùm sunt in statera indiciorum docti & cordati Iudicis appensę. Quare si in eo exemplo, quod ante proposuimus, Buta Catonis seruus cædis postularetur, quia in eodem tecto cum Domino fuisset, ex S. Consulto Syllaniano scilicet, quia ad Domini fores cubuisset, nec acclamasset, quia deserente Dominũ fortuna, mutasse & ipse ingenium credi deberet, obstaret ex opposito alia, percharum semper Domino fuisse, imo verò & negotiis omnibus adhibitum. Dominum verò post Pharsalicam pugnam & Pompei; casum semper moriendi cõsilium sumpsisse, paucos ante dies ægrè cohibitum, ne sibi manus afferret, & ereptum accursu amicorum ferrum sibi doluisse, filium verò prohibentem increpuisse tanquam vim sibi afferret, dissimulatum verò consilium, non depositum, denique quoquomodo mori constituisse, ideóque solũ cubare voluisse. Hîc, quis Cleãthem damnaret tam validis & contrapugnantibus indiciis? In adulterij crimine, si Samius Duris Penelopen accusaret, vt Dion Prusensis fecisse scripto retulit, & Lycophron Poëta impudicitiæ infamauit, fœminam florenti ætate diceret domum procis omnibus præbuisse, absente tandiu viro, imbecilla ætate, & sexu, nec verosimile intactam pudicitiam, subactas famulas auctoramento proditæ dominæ, matrimonium & nuptias aliis atque aliis subinde venditasse, diem statuisse, nemini vni condixisse, quia omnibus potius promiscuè vteretur. Quid verò quod extremum est, & sine defensione, etiam dona accepta? quod Homerus scribit, grandi sanè indicio proditæ pudicitiæ & posthabiti pudoris.

Aurea legitimas expugnant munera tædas.
Virgineósque sinus aureus imber emit.

Hæc si quis dilueret, opponeret frequentes & continuas lachrymas, & continuum de mariti absentia dolorem & desiderium, crebras interrogationes de peregrinis, nũcubi maritum aut vidissent, aut audissent, domum vt à procis infessam, nuptias detinendis animis improborum hominum simulatas, dum ille aduentaret, telam textam quam noctu retexeret ex condicto, vt instantibus illuderet, rarum & coactum ad procos egressum ἀπεχθομένους πέρ ἔμπης, vt Homerus ait. Ody. Σ.
Quin & cum his appareret, suasu Mineruæ fecisse, τῇ δ' ἄρ' ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη, κούρῃ Ἰκαρίοιο μνηστήρεσσι φανῆναι, & quod suadente Eurynome vt corpus lauaret, & vngeret, respondit, μὴ ταῦτα παραύδα χρῶτ' ἀπονίπτεσθαι καὶ ἐπιχρίεσθαι ἀλοιφῇ. Deinde cùm prodit οὐκ οἴη, ἅμα τῇγε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἕποντο. Et paulo post, ἀμφίπολοι δ' ἄρα οἱ κεδνὴ ἑκάτερθε παρέστη. Atalantam vero cum virginem esse negãt, sic coniiciunt, quia cum iuuenibus in syluis & sola vagetur. Nec Baldus pudicam esse putat, ad quam subinde scholastici, delicata scilicet gens ventitare soleat. l. neque natales. C. de probat. In aulis post aulea sine arbitris depræhendi modico, aut nullo lumine cęteris tripudiantibus magnum indicium flagitiosi secreti. Cum viro lauisse fœminam perditi fuit olim pudoris glos. c. cùm oportet. 31. dist. & l. vlt. C. de repud. Si manus papillis admotæ patientia non flagitiosa esse non potest. Bald. c. tuæ. ext. de procurat. glos. & Doct. c. 1. tit. quib. mod. feud. amitt. Quorum nullum per se necessarium est, & accidisse etiam pudicis quibusdam constat. Interduum & quędam ex his indicia sanguine, affinitate, ætate, probitatis opinione eruuntur. Illud vero cui bono? tametsi incertum & fallax, nec omnibus congruit, tamen & leges considerant, cùm negant pupilli educationem ei committi debere, qui succedere ei debeat. l. vlt. Cod. vbi pupil. educ. deb. & l. viduæ. §. vlt. D. de nupt. & Bart. tractat. in eo qui syngrapham nominis sui surripuit. l. vlt. D. de quęstio. & l. 1. §. vlt. vbi Alex. D. quod vi aut clam. Quid verò quod parricidij reos vnus somnus & securitas absoluit in illo Valerij exemplo, quod etiam patrocinio innocentiæ suæ Philotas apud Alexãdrum conspirationis accusatus aduocat, apud Curtium historiæ scriptorem: Scelerati (inquit) obstupescente conscientia dormire non possunt. Libros verò hęreticos, aut mathescos improbatæ aut typos falsæ monetæ repertos integritas anteactæ vitæ aut purgat, aut debilitat, aut frangit, qui locus latè exercetur apud Hipp. Mars. l. qui falsam. D. de fals. Conspirationum verò aduersus Principes & Respublicas contra pugnãtia indicia tam luculenta & acuta sunt apud Cornel. Tacit. lib. 15. Annalium, in coniuratione Principum aduersus Neronem, in qua Seneca, Lucanus, Quintilianus occubuêre, vt nil possit dici ingeniosius excogitatum, ad inferendum aut eludendum: Sicuti nec his, quæ Philotæ obiiciuntur, & diluuntur apud Curtium. Id verò non vulgare indicium esse volunt, si cęsi hominis cadauer adhibito, qui sceleris autor dicitur, sanguinem contactu emiserit, cuius rei rationem petunt è causis naturalibus, & reddere conatur Petrus Apponensis, quæ qualescumque tandem hæ sint, constat euenisse sępè, & magnis autoribus tradita exempla. Cuiusmodi est, quod in cęde Cardinalis sancti Marci Paris Puteus memorat. §. mandauit Rex, & Angelus in libro maleficiorum, & Hippol. Marsil. subinde sibi compertum refert in §. diligenter in practica criminali, & cons. 14. & 100. & 110. & Ioannes Neuizan. in sylua nuptiali, & Boërius duplici exemplo confirmat, quod fusè, & ex professo prosequutus est Hieronymus Magius lib. Miscellan. cap. 5. neque ea de re quisquã plures aut autores, aut testes citauerit. Addunt & è trãsactione indicia captari Bart. Bald. l. transigere. Cod. de trãsact. Brunus vbi supra. q. 3. primæ partis. Marsil. d. §. diligenter. num. 178. & à promissione de nõ accusando accepta pecunia. Alex. ad Bart. l. vlt. D. de quęst. vers. adde quod dixit. Quæ
non

non aliunde aliquis, quàm è veteri comœdia melius percipiat, in qua tam acutè & ingeniosè suspitiones ducuntur, & coniecturæ captantur à suspitioso sene, à vafro seruo, à callida meretrice, vt nihil conuenientius ad humani ingenij actus, & totam æthologiam excogitari possit; vnde occulti sensus & arcana mentis deducuntur ad quæque diiudicāda, & fines rerum, vt ex illis, apud Terentium, Pamphili lachrymis in funere Chrysidis, ibi tum filius (inquit) vna aderat frequens, Curabat vnà funus, tristis interim, Nonnunquam conlachrumabat. Vnde iudicium suum Senex subiicit ductum ab cōmuni vsu. Placuit (inquit) id tum mihi. Sic cogitabam, Hic paruæ consuetudinis Causa, mortem huius tam fert familiariter. Sed paulo post cùm se Glycerium ostendit forma tam liberali, illico coniecturæ aliæ firmiores. Perculsit (inquit) illico animum, At at hoc illud est: hinc illæ lachrumæ: hæc illa est misericordia: hinc opinatio vehementior. Enimuerò cùm se Glycerium igni applicuit imprudētius, & satis, vt ait, cum periculo. Mediam mulierem Pamphilus complectitur, cum his verbis, Mea Glycerium, quid te is perditum? Mox cuncta indiciis iudicia. Bene celatum (inquit) amorem indicat, Illa (inquit) vt Consuetum facile amorem cerneres. Reiecit se in eum flens quàm familiariter. Adde verò & replicatas indiciis contrapugnātibus defensiones, ex signis item, ex persona filij; Quid commerui? Seruaui eam, quæ se voluit in ignem coniicere, prohibui, honesta oratio est. Tum consilium init Senex simulandarum nuptiarum. Quid verò cùm ad eas ventum est, quàm argutæ Daui coniecturæ, quàm aptæ & rei cōuenientes. Incidit mihi ex ipsa re suspitio, inquit, Hem, paululum obsoni, ipsus tristis, de improuiso nuptiæ, Non cohærēt. Ista cùm (vt ait) non cohæreant, nec nuptiis conueniant, protinus occurrunt coniecturæ, aliud agi quàm quod dicitur, Venio (inquit) ad Chremem, id est, sponsæ patrem, solitudo ante ostium, interea introire neminem video, exire neminem, matronam nullam in ædibus, nihil ornati, nihil tumulti. Tum verò respondet Pamphilus; Magnum signum. Tum subiicit. Num hæc videntur conuenire nuptiis? quàm sagaciter has cōiecturas seruus venatur ex antecedentibus adiunctis & consequentibus. Sed hæc taliáque apud morum magistros ex ipso viuendi vsu dicuntur, & longo volumine Aristoteles est persequutus. Quinetiam ipsa à natura & affectionibus corporis latentes persæpe sensus eruuntur: vt pallore, rubore, risu, oculis, vultu toto, vnde occulti sensus eliciuntur; quale est, quod de Antiocho Seleuci filio memoriæ traditur; cùm Stratonices nouercæ amore inflammatus pertinaci dissimulatione tabesceret. Cubantis de morbo sagax medicus affectum deprehēdit notato in vultu indicio, cùm iuuenis ad quosque Stratonices ingressus rubore perfunderetur, spiritus increbesceret, ea rursum egrediente palleret, spiritum duplicaret. Quibus argumentis ductus in coniecturas verum tandem deprehēdit: Nam ingrediente rursum fœmina brachium ægroti simulanter apprehendit; ac modo crebriore, modo relanguente pulsu cōperit perturbatione mentis organa extrinsecus agitari, & amorem esse. Hæc de historia, cùm nemo non tale aliquid in vita sit expertus. Nam quales illæ coniecturæ, quæ amantibus ab Ouidio amorum autore indicantur? quàm exercitata nequitiæ schola? Ac talium argumentorum signorum & coniecturarum nimium iam multi magistri sumus, qui præsertim in aulis versantur: qui cùm nunquam ex animi sententia loquātur, alios de ingenio suo metiti infida quæ nunc videmus commercia, miscent. Quod ingenium in forū & iudicia ab aulis traductum

A effreni censendi libertate, coniecturas de triuio, aut versuti litigatoris sparsas suspitiones pro exploratis probationibus in tribunalia, & pluteos iudiciales deduxit, in diiudicandis controuersiis.

Quæ ideo commemorare pluribus libuit, quàm fortasse patiantur Notæ, quoniam talia ferè solent vsu incidere, & exemplo esse possunt ad cetera aut expedienda, aut præcauenda, quæ scilicet & qualia sunt, quomodo cum rebus cōgruant, & ad effectus & animorum habitus, & ἤθεσι applicentur, aut deducantur, quàm verosimilia, quæ quibus item diluantur aut debilitentur, quomodo indicium indicio componatur, B corrumpatur, aut eleuetur, quomodo aut omnia aut singula aciem instruant. Nam singula sigillatim etiam persequi infinitæ & ingratæ esset operæ, & proinde impossibile, & sunt alij eo in genere professa opera defuncti de indiciorum materia docti homines Albertus Brunus, Guydo Suzarius, Ludouicus Bologninus, è veteribus Gādinus, Baldus in practica quam quidem Tancredo tribuunt. Multa etiam è prioribus mutuatus est, & collegit Hippolitus Marsilius, & Angelus maleficiorum scriptor.

Proinde nos ciuilia & legalia indicia colligimus C sumpta ab actionibus hominum, quibus arcana mentis extrinsecus panduntur, & se foras exerunt. Nam 15
tyrannica illa cum aut risisse, aut plorasse, oculorum etiam nictus & nutus nō modo pro indiciis, sed etiam criminibus exploratis cōiurationis habebātur, tractare non instituimus, & exoleuisse ista cum autoribus expedit, ne sit vllus qui ista velit aliquando imitari. Fuerunt isti furores temporum priscorum, cùm Tyberius, Nero, Caligula, Domitianus, & talia portenta dominarentur; infamatis infanda memoria seculis. Sed Neroniana tempora hoc in genere præcipua sunt testimonio autorum, & Cor. Taciti, veluti quod Scæ D uino obiectum pecunia seruos de suis quosdam & libertate donasse, fomenta vulneribus quæsisse, tanquam extrema agitantem; & Pisoni de Germanici cæde accusato, solo, & parietibus erutas hominum reliquias, carmina, deuotiones, nomen Germanici laminis plumbeis inscriptum, semiustos cineres & tabe oblitos per quæ animæ infernis Numinibus sacrari crederentur. Inter crimina verò Thraseæ Senatori, quod Senatu egressus esset, cùm de Agrippina referretur, quod principio anni votis solemnibus non interesset, quæ pro salute principis nuncuparētur, quod E solemne iusiurandum vitaret; Quod crimen, si nunc quoque in eodem numero est, multorum nunc parata damnatio est, quibus id iure obiicitur.

NOTA 2.

1 *Probatio duob. testib. legitima, & absoluta & nu. 2.*
2 *Ad vnius testis depositionem non infligitur quæstio, nisi, &c.*
3 *De quæstione, quæ infligitur retentis indiciis.*
4 *Infringitur quæstio, & probatio negante reo, & nu. 5.*

* *Ou enqueste du fait.*] Cum hîc indicia testibus captari 1
F Consuetudo statuit, necessariò de vno tantùm teste intelligendum, cùm hîc dicat expressè *enqueste du fait.* Nam quæ duo testes de facto deponunt, probatio legitima & absoluta est numeris omnibus, cuiusmodi cùm offertur, Quæstionem excludit, & locum facit diffinitiuæ sententiæ. Nam (vt ante diximus) quæ argumenta necessaria sunt, non sunt inter indicia iudicanda, cùm iam non facti, sed iuris quæstio relinquatur: quod Fabius Quintilianus dixit. Nam in ore duorum vel trium stat omne verbum, quæ diuina sententia, ideóque iam Iudicis partes incipiant, probationi

finis fit. Quanquam cùm plures etiam testes interrogantur, nec de facto testantur, pro indicio valet, quod deponunt. A

2 Regulariter traditur vnius testis depositionem, si modo omnem suspitionem persona superet, id est, (vt aiunt) maior sit omni exceptione, & de facto per sensus sensibilibus appropriatos (vt loquuntur) deponat, sufficiens indicium facere ad quęstionem, Baldus lege vltima. D. de quæst. qui locus latè traditur ab Hippolito Marsilio dicto. §. Diligenter. Francisco Bruno quæstione secunda primæ partis. Quanquam vetustis Ius cor. Regum Ordinationibus improbatum exemplum est; extat D. Ludouici Regis Cõstitutio, quæ quæstionem B infligi vetat, cuiquam modo non improbatæ vitæ, vel pauperi & facultatibus casso ad vnius testis depositionem, in quo iuris ciuilis sententia corrigitur. Ea extat apud Sebast. Aufrer. parte Styli tertia inter Constitutiones Regum, & tacita obseruatione vsus recepit, nisi quidem quispiam infamatæ vitæ latro, aut noxius aliquis obiicitur, & testis persona probatæ est vitæ, & conuenienter ex re & facto deponit, & circonstantiis vrget, vt mentiri iudicari non debeat, nec odio fides debilitetur, ea est tit. de quæst. 3. part. Styli meminit eius & Benedictus. c. raynutius, vers. Adiectæ impuberi. num. 34. & Papo. Arrest. 2. tit. de quæst. quæ C Ord. si admittitur huic Consuetudini locus esse non poterit, nec ferè obseruatum est vnius testis depositione fieri iustum indicium ad torturam, nisi in latronibus & deploratæ vitæ & famæ hominibus, quorum leuis est nec multi iactura, idque etiam perrarò. Id verò certum, si de indiciis remotis à facto probandis quæritur, duos omnino testes probare oportere, alioqui indicium nullum probatum videri, quod eodem illo loco indicant.

3 Sed cùm ante statuerimus si legitima & absoluta numeris suis probatio ostenditur per duos testes, tùm D locum non esse quæstioni, quia definiri negotium debeat, nec iam sit locus coniecturis incertis, si quidem de delicto deposuisse præsupponimus. Quæritur, An si quisquam tam meticulosus est Iudex, qui ad complendam omni ex parte informationem animi velit etiam Quæstione verum ex ipsius rei ore eruere, An factum eius probari debeat aut possit, An verò probationi pereat potius, quod fecerit, si reus tortus persistat negare. Nec inutilis ista inquisitio, quod Parlamentis quibusdam interdum vsurpari dicitur (quod vocant retentis indiciis) & sine preiudicio probatorum Quæstionem decernere, Cuius moris qui meminerit præter Albericum de veteribus Iuriscõsultis legi neminem, in rub. C. de quæst. vt intelligatur id iure E veteri autoritatem non habere. Nam nec illi qui faciunt, à cæteris Iudicibus fieri probant, & exemplum nolunt produci. Vulgata iuris sententia est, Quæstiones vsum subsidiarium esse, id est tùm demùm congruere cùm alia nulla sunt & probatio destituit. l. 1. §. reus. l. diuus. l. edictum. D. de quæstio. l. quoties. C. eod. tit. Eo posito sequitur, si iusta & legibus congruens & idoneo probatio est, non esse ad quęstionem veniendum, communíque sentẽtia Iudicis factum re- F prehenditur, qui id fecerit, quia accidere potest, vt reus perneget, ac proinde etiam firmæ probationes debilitentur, Sententia est Bald. Lud. Rom. Angel. l. etsi certus. D. ad Syllan. Cy. & Bald. leg. 2. C. quor. appellat. non recip. Bald. in practica quæ Tancredo tribuitur, inter quæstiones circa probationes q. vltima. Angel. in malefic. verbo, fama publica vers. nota secundo ante omnia, vbi & Aug. Arim. Io. And. c. cum in contemplatione de reg. iur. Gandin. in lib. maleficiorum, titul. de tormentis. Cepol. latè Cons. 32. incipiente quidam rustici vincentini, Thomas Ferratus cautel. 5. Albert. d. rub. de quæst. & l. edictum. D. de quæst. vbi & Hip. Marsil. Idem Hippol. l. 1. in 4. requisitio. D. de quæst. & in practica. §. quoniam, num. 40. & sing. 108. & 262. Francisc. Brunus tract. de indic. & tortura. 5. q. partis secundæ num. 15. Afflictus Constit. regni 27. lib. 1. q. 12. Nec probata est Bald. sententia contra existimantis. l. 2. C. quor. appel. non recip. vers. nota per hunc. & l. 1. C. de iuram. calum. vbi assessorum factum probãdum putat, qui præter iustas probationes etiam quæstionem, adiiciant, vt cõfessionem exprimant, atque ita viam appellationi præcludant, quia conuictus & cõfessus non appellat in atrocibus, pręsertim in quibus ius esse ait iuris formas cõtemnere & leges supergredi. Hæc sententia iustis rationibus à Cepolla & Ferrario conuincitur, nec vsu nostro probaretur, cùm præsertim appellantes etiam conuictos & confessos audiri receptum sit antiquato Ius cor. ciuili iure, tùm quia etiam si appellatio excluderetur confessione extundi eam, violento & indirecto modo, & arte, neutiquam probari hoc sæculo posset tam zelotipis Iudicibus appellationum: Quare & ratione & vsu Baldi sententia destituitur. Quo fit, vt stet communis opinio, qui iustis probationibus, aut duobus testibus conuictus sit, torqueri non debere, quin & Iudicem, qui tale quid fecerit, stultitia damnant. Atque ita inauditum priscis morem, quem Parlamenta vsurpant, quæstionem irrogando, quam retentis iudiciis vocant; Eóque multomagis, quod periculosus est, & vim probationibus iam factis & integris adfert, quia tolerata quæstione pernegando purgari indicia, & elui suspitiones constantia torti vsu receptum sit, tametsi expresso iure non traditũ, sed iustas etiam probationes infringi existimant. Alb. d. rub. vbi glos. & ipse. d. l. edictum. Cepol. vbi sup. Bald. ipse in l. milites. C. de quæst. & l. fin. in fin. Cod. de probat. ferrat. vbi supr. Nec ignoraui Chas. in Consuet. Burg. tit. *des Iustices*. §. 5. verbo *si aucun commet* casu 11. aliter existimare, & quemlibet tortum & negantem damnari ex probationibus posse, quod & apud suos vsurpatum scribit; vtitur autoritate, glos. l. 1. verbo, præscriptionis. C. de quæst. & Castr. l. si quis in hoc genus, Cod. de Episc. & cler. quo loco, glos. malè præcepta est, nec quidquam ad rem facit, cùm non de quæstione reo inflicta loquatur, sed de ea quæ seruo in causa aliena, quæ nullo modo congruit cum eo, quod in disputatione est, & casus diuersus est. Quod & Alber. d. rub. de quæst. aduertit. Ac videntur quidem Saly. & Angel. l. si quis alicui Cod. de adult. admittere & Quæstionem & Probationem, sed tamen infringi Probationem innuunt reo pernegante, cùm dicũt, si quid 4 tale accidat, reum nec condemnandum, nec absoluendum veluti Probatione vrgeatur, quia Probatio quæstione debilitetur, quo genere pronunciandi vti solemus, cum reos ampliamus nulla diffinitiua pronunciata, *qu'ils appellent eslargir* quousque: Lud. Rom. l. 1. *Hodie sæpius dicunt eslargir quant à present.* §. si quis in villa. D. ad Syllan. censet etiam si tortus quæstionem tolerauit, damnari tamen posse ex probatis per testes, sed pecuniariè tantum & minori pœna. Quæ sententiæ, vt non omnino sine ratione dicuntur, ita auctoritatem iuris scripti quidem nullam habent, sed suo quæque prouinciæ & Iudices sensu vtuntur: Certum id tamen plerósque reos quanquam obstinatè negantes à Parlamentis damnatos capitali supplicio, & Papo. in tit. de Quæstionib. quædam eius generis memorat. Extant apud Val. Max. exempla seruorum septies tortorum negantium & damnatorum; sed id de seruis traditur. Certè Ord. Francisc. I. anno 1539. art. 164. simpliciter constituit reum tortum, qui negauerit

gauerit in quæstione, absolui debere, sed id potest vi- A
5 deri ad id quod frequentius sit relatum. Quare sic demùm statuo legitimè cōuicto malè addi quæstionem, quod si re & facto tamen adhibita sit, esse quod cum Iudice agatur, quippe infringi vires probationum, & reum ampliandum si vrgētes probationes non erant, aut si leues in totum absoluendum iudicio, *qu'ils appellent mettre hors de procès.* Contra cùm à Iudice cætera probato factum esset, memini in Curia reprehendi; quod ego ideo annotatum volui quod res est per se digna inquisitione, ne quisquam receptum, sed tamen varium morem pro comperto iure acciperet, vt ne id quidem quod facere solemus, cum reos damnatos quæstioni subiicimus. Quod ipsum sine auctoritate iuris est in damnatis, receptum tamen publicæ vtilita- B tis causa, cùm scripto iure non nisi in certis casibus, & ante damnationem torqueri quemquam in socios auditum foret.

NOTA 3.

1 *Fama non sufficiens indicium ad torturam nisi, &c.*
2 *Fama valet ad inquirendum, non ad iudicandum.*
3 *De iudice per dolum, aut culpam torturam infligente.*

[f] *Ou de commune renommee.*] Sæpa deprehenditur primos scribendæ Consuetudinis autores, elemēta modo tritásque de iure sententias caluisse, pleráque etiam
1 non suo sensu de iure percepisse. Ambigitur inter Iurisconsultos, An fama sufficiens sit indicium ad Quæstionem. Hanc verò quanquam sint, qui existimant C sufficere, è quorum sententia hæc Consuetudo loquitur; melior tamen & receptior non putat propter incertam, & ambiguam originem eius, & mendacem naturã, quomodo à Virgilio describitur. Hunc locum inter probationes artificiales varie Rhetores exercēt, & extollunt, aut eleuant. Receptior sententia Iurisconsultorum negat indicium facere, idoneum quidem ad Quæstionem, nisi vehemens sit, valde probabilis, & originem à verisimili habeat. Quare si statutum eiusmodi offeratur, quale hoc nostrum perspicitur, de eiusmodi omnino fama intelligi volunt, quæ talis sit. Quod Bart. Cons. 151. incip. Domino Paci Burgo, notauit Bald. Cons. 465. & 402. volumine 4. Bald. & Salyc. l. ea quidem. C. de accusat. Ang. in malef. vers. non à maleuolis. Alexand. Bart. Imol. l. vltim. D. de quæst. latè Hippol. l. de minore. §. plurimum. D. de quæst. & §. diligenter num. 18. in practica & sing. 205. & 97. Brunus vbi sup. Vera est Baldi sententia Cons. 2
447. lib. 5. incip. ad euidentiam, famam non esse per se speciem probationis, sed egere adminiculis & substantia veri, & valere ad inquirendum non ad iudicandum, & circa præparatoria non circa decisoria, quod idem repetit. Cons. 482. lib. 1. & 254. Vol. ij. & Cons. 77. vol. iij. Vsu quidem nostro nemo ex fama per se quæstioni reum subiiceret, est enim mendacissimus is testis, & autores persæpè improbos & inimicos, & stultos, sæpè & leues sectatores habet.

[g] *Doit amender.*] Cùm Articuli 594. inf. regula con- 3
stituatur, Mulctam nullam imponi nisi ex dolo, malitia, aut lata culpa: hìc verò mulctam irroget, consequitur hìc dolum, malitiam, aut latam culpam in Iudice præsupponi. Lata verò culpa est per imperitiam sine indiciis quemquam Quæstioni subiecisse, doli vero multo exitiabilior noxa, & Bald. quidem in rub. de pœn. iud. qui malè iudi. putat Iudicem, qui dolo malo, aut sine causa quæstionem indiderit, capitali supplicio puniendum; pœnámque esse maiestatis, Quod & Angel. & idem Bald. l. decuriones, & l. milites. C. de quæst. putarunt, & Io. de Ana. cap. 1. de cler. percuss. Ang. in malef. verb. fama publica. Ang. Gracchus. C. de adult. Saly. l. 2. C. de exhib. reis Brunus. q. 7. partis 2. Sed & grauiùs torti quam debuit, est pœna ex l. quæstionis modum, vbi Bart. sibi vsu venisse scribit. D. de quæstio. & l. item apud Labeonem. §. si iussu. D. de iniur. Bald. l. 1. Cod. de emend. seruo. Quod si dolo factum sit, etiam legis Corneliæ de sicariis pœna est, Culpæ tamen potius quam dolo in incertis tribui debet d. l. Gracchus. & Anan. d. c. 1. de cler. percuss. Hipp. l. quæstionis. D. de quæst. Casus nulla est pœna si modus non est violatus, Angel. l. 3. C. de adult. Brun. d. lib. 2. q. 5. Bald. in practica. p. 19. circa probationes.

[h] *Desdommager la partie.*] Pro modo iniuriæ, ita vt etiam si membra perierunt, alimenta & victum præstet, vt inf. art. 607. & l. itaque. §. vlt. & l. præceptoris. D. ad leg. aquil. Sed & pœnam & reparationem quantum iudicanti videbitur, præstare debebit.

ARTICLE XLII.

Art. VI[e] LXXXIII. Novae Cons.

SI[a] aucun[b] prisonnier[c] eschappe de[d] prison,[e] celuy qui le tiendroit ou auroit en garde,[f] n'en tomberoit en peril,[g] s'il pouuoit monstrer & faire apparoir[h] deuëment,[i] que ce ne fust pas sa coulpe. Et si ledit prisonnier estoit eschappé[k] par l'ignorance de celuy qui le tiendroit, ou auroit en garde, ledit garde[l] seroit tenu desdommager[m] enuers Cour &[n] partie,[o] selon la qualité du cas:[p] mais s'il estoit trouué[q] qu'il eust enuoyé le prisonnier[r] ou soustenu secrettement, parquoy[s] il s'en fust allé hors de prison,[t] il seroit puny comme le malfaicteur.

SI[a] qui in[b] carcere detinetur,[c] euadat[d] custodiam,[e] Commentariensis aut custos[f] in periculum adduci non posset,[g] si probaret[h] testib. aut coniecturis[i] caruisse culpa. Et si qui custodia aliena committitur effugisset[k] ignorantia Commentariensis aut custodis, Commentariensis[l] teneretur indemnitatem præstare[m] Curiæ &[n] parti,[o] secundum qualitatem casus.[p] Sed si probaretur dimisisse incarceratum[r] aut consensum præbuisset[s] vt custodiam euaderet,[t] eandem pœnam, quam malefactor, subire teneretur.

NOTA 1.

1 *De pœna eorum, qui à priuatis captiuos eximunt.*
2 Prisonnier *quis dicitur.*
3 *Quis euasisse dicitur carcere.*
4 *Inepta cautio custodiam ad fores carcerum statuere, vt obligatis, &c.*
5 *Carceris definitio eiusque appellationes variæ.*

[a] Quæso vos, quis hîc quoque manifestum autorum scribendæ Consuetudinis furtum non deprehendit, quis alienam suppellectilem non agnoscit? Nota est l. ad commentariensem. C. de cust. reor. nota l. milites & l. vlt. toti denique tituli huius argumenti de custod. reor. B

Hic Articulus tametsi, quod apparet, de his statuit, qui publicè custodia attinentur, & iudicantium autoritate,
1 est tamen & nonnulla eorum pœna, qui à priuatis captos eximunt, his quidem casibus quibus interdum bona legum & publicæ autoritatis pace permittitur, veluti cùm pater nec obedientem filium coërcet. l.1.& 2.C. de pat. potest. & propinquus propinquum ex tit. C. de emend. propinq. aut quisquam latronem comprehendit quem Iudici sistat. l.1. C. de C his qui lat.vel al.criminib.reos. aut in casu.l. generali. C. de decur. lib. x. aut adulterum maritus l. capite quinto. D.de adult. aut debitorem creditor. l.ait prætor. §.si debitorem. D. de his quæ in fraud. cred. aut falsæ monetæ compertum ex l.1.C. de fals.monet. aut in casu l. itaque.D. ad leg. Aquil. His quidem casibus præhensionis ius est; Ac tametsi retineri amplius 20. horis vetantur, si quis tamen per id tempus custodiam receperit, etsi non hisdem planè legibus tenetur, nec tam seuerè coërcetur, quam hi qui publico imperio & autoritate Magistratus custodiæ publicæ obstricti sunt, tamen fidem fallunt, & custodiam præstare debent; D Quare arbitrio Iudicis mulcta sunt coërcendi, & parti id cogendi reficere quod intersit. Quod si vltra permissum lege tempus quisquã priuatus vinctum retinet pœna priuati carceris tenetur, nec custodiam reliquisse noxæ fuerit, cùm nulla pœna sit rupti priuati carceris, quod ad partem quidem priuatam attinet ex glos. l. succurritur. D. ex quib. caus. maior. Bald. si pacto quo pœna 5. notab. C. de pact. per. l.1. §. offilius. & §.vlt. D. ne quis eum qui in ius voc. vi. exim. Lud. Rom. expresse cons.320. incip. hæc istorum quinque Bart.q.incip. Lappus. Bal. cons.178. vol. E 2. Habet tamen Regius Procurator quod expostulet, si grandis peccati reum captum, sponte custos dimiserit sciens, nec Iudici præsentauerit. d.l.1. C. de his qui à lat. capt.

[b] *Prisonnier*] Talem intelligimus, qui iudicantis imperio
2 carcere detinetur, aut palatio, aut domo descripta excedere vetatur, de quo Doctores ambigunt, an pœna rupti carceris teneatur, Curt.Rom. cæteri l. admonendi Ias. num.173. D. de iureiur. Boër. Decis. 215. num.15. Talem item qui licet vinculis leuatus sit, manibus tamen tenetur. l.qui neque.D. de verb. sign. l.2. D.de lib.hom.exhib. cui scilicet facultas recedendi F non datur, aut qui certo loco excedere vetatur, & qui etiam libera custodia habetur. l. nec non. §. item si quis.D. ex quib.caus. maio. item & si sibi permissus, aut fideiussori dicto tamen loco. l.1.D.de custod.reor. aut qui militi sit aut Apparitori assignatus, à quo discedere prohibeatur.

3 [c] *Eschappe.*] Euasisse aut effugisse dicitur, qui custodiam effugit eius cui assignatus est, aut eo loco excessit vnde vetitus est, etiamsi in conspectu sit, nec tamen apprehendi possit. l.naturalem. l.Pomponius.D.

A de acquir. rer. dom. Qui vero etiam carcere emissi sunt, manibus tamen tenentur, vel additis custodibus qui ab latere non abscedant, vagantur, fugisse non dicuntur. Quare solet eorum solertia repræhendi, qui 4 cum carceratis aliquid negotij habentes, solent eos ad fores carcerum statuere, vt ibi contrahant, ne sibi videantur incidisse in l. qui in carcerem. D. de eo quod met. caus. veluti exolutis vinculis. Sed inepta cautio est, quod Bart. notat. l.1.de acq rer. dom. Lud. Rom. l. plerique. D. de in ius vocand. Angel. in malef. in verb.qui iudex Caium; tex. l. qui neque. D. de verb. signif. Solutum, inquit, non intelligimus qui licet vinculis leuatus sit, manibus tamen tenetur, ac ne eum quidem intelligimus solutum, qui in publico sine vinculis seruatur. Abb.Panor. c. accedet. iij. ext.de proc. Fely. c. innouamus. ext. de treug. & pac. & d. l. succurritur. Nec probanda est glos. si contra sensit. l.vlt. C. de curios. lib.xij. & eam reprehendit. Card. Alex. c. super eo. extr. de appellat. Hipp. Mars. §. attingam. num. 26. in pract.

[d] *De prison.*] Carcerem à coërcendo Varro lib. de 5 ling. Lat. 4. deducit, vt & Seruius, inde & in circis carceres appellant, quibus ante cursum equi coërcentur, interim dum Magistratus signum det. Carceris appellatio publicæ potestatis est, vt Tulliani, Gemoniarum, Latomiarum, cuius nominis & Romæ & Syracusis fuisse carceres proditum est, inde illa Epicharmi plena libertatis vox contra Dionysium, mitte me in Latomias. Sed & priuatus carcer dicitur facti magis quàm iuris. d. l. qui in carcerem, & l.1. C. de priuat. carcer. Vinculorum quoque ambigua appellatio est, d. l. succurritur. & l. vinculorum. D. de verb. signif. Custodiæ publicæ tantum appellatio est. d. l. vinculorum, quo nomine & ipsi quoque custoditi in iure appellantur quod glos. l.vlt.D. de quæst. rectè intellexit, male in l. ne quis. D. de cust. reor. Carcer & siue vinculis esse potest, & sæpe est, vt in l.1. C. de custod. reor. quo nomine pedicæ, manicæ, cathenæ, boïæ intelliguntur, l. verum. D. de verb. signif. Multiplices vero carceres, imo potius carcerum causas Bald. commemorat. auth. si captiui. C. de Epis. & cler. *Nous appelons prisons fermees, arrest en villes ou maisons, ostages semblables* inf. art. 118. *ou arrest en presence d'vn Sergent*, applicato scilicet milite aut Apparitore, *quelquesfois prison en maison particuliere, de laquelle les Seigneurs respondent comme Geoliers, qui seruent souuent à Iuges volontaires de déguisement*, quando videri non volunt reos ampliasse.

NOTA 2.

1 *Custodes qui.*
2 *Commentariensis culpæ præsumptione grauatur, & num. 4.*
3 *Casum interitus probat custos.*
4 *Dolus non præsumitur in commentariensi.*

[e] *Celuy qui le tiendroit.*] Is aut Commentariensis est 1 professo munere, & propria cura, aut miles, aut tyro, aut paganus. l.milites. D. de custod. reo.d. l. ad commentariensem. l.1. D. de ser. fugit. aut Apparitor, aut admissio; Sed & eadem lege tenentur, quos solemus vicarios Commentariensi curæ substituere, *qui s'obligent de respondre comme Geoliers.* Sed & quibus alienæ custodiæ commendata est cura, *qui tiennent par prison empruntee*, eodem periculo obstringuntur, quod Puteus tractat quanquam subobscurè in Synd. §. an potestas qui aliquem in fin. fo. 72. eóque magis, quia cùm salarium accipiant custodiæ obstringuntur, & omni periculo subiiciuntur, vt inferius dicemus.

f Ne

f *Ne tomberoit en peril.*] Eodem genere loquendi vtitur Iurisconsultus. d. l. milites, Milites (inquit) si custodias amiserint, ipsi in periculum adducuntur, quid autem his amissis præstare debeant inf. dicemus in verbo *coulpe*.

2 g *S'il pouuoit monstrer.*] Hic apparet Commentariensem aut quemcunque custodem præsumptione culpæ grauari; Nam cùm regula sit, qui dolum dicat dolum probare debere, qui culpam item dicat. l. quoties. §. qui dolo. D. de probat. l. dolum. C. de dolo, glos. l. cum ita. §. species. D. de legat. ij. glos. vlt. Inst. quib. mod. re. contr. obligat; tamen id aliter habet, cùm quisquam ratione officij aut publici, aut priuati, ad custodiam rei tenetur, & salarium pro custodia recipit. Nam tùm si res perierit, præsumptione culpæ grauatur, quod & ipsa quoque diuini verbi auctoritate confirmatur, Non est, inquit, pastoris excusatio si lu-
3 pus oues comedit, & pastor nescit. Sed nec custodis cuiusquam si rem sibi commissam periisse dicit, imo vero & probat, nisi & casum probet, sine sua culpa sua accidisse, quæ exceptio generalis est aduersus quoscúque, qui custodiæ sunt obstricti, glos. l. si quis ad se fundum. §. Imperator. verbo, probari. D. locat. glos. D. §. si dolo. & l. Si procuratorem. §. si dolo. D. man-
4 dat. Eam præsumptionem culpæ aduersus Commentariensem hic quoque apparet confirmari, quod è iure sensère. Bart. Saly. Ang. Alber. l. si creditor. C. de pignor. act. per l. si à bona fidei. D. de rei vend. tex. ex l. vlt. §. ergo si casu. D. de custod. reor. vbi Angel. Idem Bald. Paul. Cast. d. §. species. Bald. Item. cons. 32. vol. 5. Bald. Bart. omnes denique. l. si quis ex argentariis. §. prætor. D. de edend. quo loco manifestis probationibus casum probari volunt & Francisc. Aret. cons. 38. Alex. cons. 58. incip. in causa vol. 2. Flor. q. incip. Inquisitus. Anton. Nata cons. 72. vol. 1. Thom. Grammat. voto 26. Ias. cons. 27. vol. 3. Philip. Decius latè cons. 473. vol. 3. Bellouis. in pract. tit. de quæst. Paris. Put. in synd. §. qualiter fo. 76. Angel. in malef. verbo fama publica, & verbo, qui Iudex Caium. Io. Anan. c. ad falsariorum. ext. de fals. Hipp. Marsil. l. qui falsam. D. de fals. Boër. decis. 216. quibus locis culpam, & quod magis mirandum sit, dolum quoque præsu-
5 mi volunt in custode. Quibus ego de culpa quidem consentio: Dolum verò præsumi, nec ciuilis præsumptio patitur, nec iuris ratio admittit, quod ipsum verba, quæ hoc Articulo sequuntur, demonstrant, in verbo, *mais s'il estoit troué*, atque ibi dicemus, alioqui id quoque sequeretur ex præsumptione necessario ad capitalem condemnationem deueniri, cùm doli admissi capitalis pœna sit. Sed tamen Consuetudo doli probationem exigit, non igitur præsumit; Neque enim si præsumeret, probatione opus esset. Nam de culpæ præsumptione non ambigitur, quæ custodem ad damna interesse, priuationem muneris, & pecuniariam mulctam obstringit (ista quidem ciuiliter) capitis pœna non vindicat, nisi dolo probato. Quæ sententia rationi & æquitati congruit, & hæc verborum conceptio demonstrat. Nam iure ciuili quæ cuiusque aut doli aut culpæ sit probatio, aut casus, notant. Bart. Bald. Cast. Cun. d. l. cùm ita glos. Cy. Bart. Bald. Alb. Saly. Cast. Angel. d. l. si creditor. Bart. Bald. Fulgos. Cast. Salyc. Ias. Alb. Alex. post Gul. Cun. d. l. si quis ex argentariis.

h *Deuëment.*] Testibus coniecturis, locorum demonstratione, & cæteris circunstantiis, quæ ex facto nascuntur.

NOTA 3.

1 *Leuißimam culpam præstat Commentariensis, &c. Argentr. in Cons. Brit.*

A 2 *Quæ cura Commentariensis, & quidam casus culpæ, & doli in eo, &c.*

i *Que ce ne fust par sa coulpe.*] Qui culpæ se eximit multomagis dolo eximitur, cùm minor sit culpæ noxa; 1
itaque qui culpa caruit, dolo caruisse multomagis intelligendus est, siquidem culpa veluti genus est, quo remoto à subiecto species eius omnes remoueri necesse est. Culpam autem, cùm à Cõmentariensi præstari dicimus, etiam leuissimam, quæ in faciendo consistat, intelligimus, quod Bald. ait l. quæ fortuitis. C. de pigno. act. quia qui id munus assumit, videtur sibi
B arrogare diligentissimæ custodie curam ex sententia. Bart. l. item qui. §. Si epistola. C. de furt. Lud. Rom. l. in actionibus. D. de in lit. iurando, & quod magis mirandum sit leuissimam quoque, quæ omittendo sit, ab eo præstari volunt, quod magna auctoritate affirmat Bald. l. si cuius rei. §. denique. D. de vsufr. Thom. Gram. voto. 29. Put. in Synd. §. an si plures lib. de Synd. Sed quia quid culpæ tribuendum sit, non 2
potest rectiùs intelligi, quàm si id prius intelligatur quæ debeat eius esse cura, qui talem custodiam recipit, de eo aliquid dicendum. In quo id primùm re-
C ponunt, vt eo modo Commentariensis nec laxiùs, aut constrictiùs custodias habeat, vinculis aut pedicis, oneret, quàm quomodo ab suo Iudice iussus est, quod sibi præscribi diligenter petere debet annotatione Actuarij aut Apparitoris, qui noxium curæ eius assignat. Contrà fecisse etiam si miseratione factum sit, culpæ tribuitur. l. si vt certo. §. custodiam. vers. si vinctus est commendatus. D. commod. Ordin. Carol. VIII. pub. anno 1425. art. 4. tit. *du Clerc de Geole.* Quod si grande crimen est, aut suspecta persona, diligens custodia etiam vincere permittit. l. 2. D. de ser. fugit. latiùs tamen ex l. 1. C. de cust. reor. & l. carceri.
D D. de cust. reor. Denique d. l. 1. C. eod. tit. officium Commentariensis ex magna parte describit. In reliquum si Iudex nil statuit mos loci in custodia assignãda seruandus, ex sententia Bald. l. 1. vers. sed pone. C. de ædilit. actio. Idem l. nemo. C. de Epis. aut Bart. Bald. Saly. l. pignus. C. de pignor. Francisc. Aret. cons. 58. Alb. l. vlt. D. de custod. reor. Par. Put. d. §. an si plures. Boër. Decis. 217. Thom. Grammat. voto. 29. Quare de eo dubitatũ est, qui custodiam in altissimo turris tabulato seruaret, quæ se nihilominus præcipitasset, qua specie custodem culpæ eximit. Ias. cons. 27.
E lib. 3. Sed tamen hunc ipsum præcipitationis casum culpæ Iurisconsultus tribuit, l. vlt. D. de custod. reor. Boër. decis. 217. num. 5. & 20. Sed & qui custodiam tam laxè habuit, vt effugere posset, in culpa est, eaque lata, l. milites. §. saluius. D. de cust. reor. Itaque & si claues in potestate habuit, aut ianua aperta relicta est, aut coacti noxij vim fecerunt, cùm separatim agere deberent, in culpa est custos carceris. Idem si funem in puteo aut horreo, aut alibi Commentariensis habuit, ex quo se carceratus demiserit, quod Ias. not. d. cons. 27. Item si per vinum aut desidiam custodia ef-
F fugerit, probata culpa est, d. l. milites, quo loco capite plectitur custos. Si vni famulo aut paucioribus quàm conueniebat, custodiam Commentariensis credidit, in culpa est, l. vlt. D. eod. Old cons. 62. Put. in lib. de synd. §. licet. fo. 75. nec exhibitione liberabitur, quod Gram. d. voto 29. scribit, l. ad Commentariensem. C. de custod. reor. Quo loco excipio nisi à Rege aut Iudice numerus custodum descriptus sit, quod Ord. Caroli in comment. Parisiensis carceris est factum. Si miseratione custodia dimissa sit, capite lex non plectit, sed vix est vt eam pœnam euadere possit, si sciens fecit, ex hoc Articulo. Si custodiam interfe-

H

cerit, dolus est. & l. Cornelia de sicariis tenetur, l. vlt. A §. fraudulenter. D. de cust. reor. Si fœminam carceratam stuprauerit, tenetur, l. & tit. Si quis eam stupr. cuius tut. fuer. Io. Fab. l. item lex instit. de adult. Boër. decis. 217. & alia decis. 216. Paris Put. in synd. §. adulterium. Papo tit. 8. lib. 28. Si cùm vinctus esse carceratus deberet, sine vinculis agere carcerarius permiserit. l. carceri. D. de cust. reor. Boër. decis. 116. Si ferrum serras, radulas, venenúmve inferri in carcerem sciens, imprudénsve permiserit, nunc lata, nunc leuis est, provt præuideri potuit, aut non potuit, d. l. carceri, Boër. d. decis. 216. Bald. l. libertus. D. de stat. hom. si chartam aut atramentum inferri passus sit, ex B Ord. Caroli VIII. & arestis Curiarum. Si ingredientem diligentissimè non excussit, aut gladio accinctum, aut armatum ingredi passus sit, Francis. Aret. cons. 38. & d. Ord. Carol. art. 30. Boër. d. decis. 216. Si mentito habitu laruatum admiserit, cuius rei vafrum exemplum est apud Val. Max. lib. 4. c. 6. si ad colloquium cum carcerato quemquam iniussu Iudicis admisit, d. ord. & clem. 1. § sane. ext. de heret. si vacuas, & sine custode claues reliquerit, aut inualido famulo commiserit, ex sententia Ias. d. cons. 27. & Tho. Gram. d. voto. 29. Si ostium apertum dimiserit. Tho. d. voto. C Infirmitas etiam custodiendi, in culpa est. l. idem iuris. §. 1. D. ad l. aquil. Si victum aut stratum ab amicis carcerati inferri passus non sit, l. si victum. D. de pœn. d. Ord. Carol. art. 8. & 30. Boër. d. decis. 216. si vnum aliquem de carceratis aut numerum omnium recognoscenti Iudici subduxerit. l. vlt. C. de cust. reor. si eorum nomina, ætates, causas, 30. quoque die non ediderit. l. vlt. C. eod. si custodiam noctu non geminauerit. l. 1. C. eod. si aditus aut egressus, aut colloquium vendiderit, quod perquam sæpè faciunt d. Ord. art. 9. si nomine quouis mentito quidquam contra ius exigerit, præter ius, *comme à titre de Preuosté ou autre.* Nec D ambiguū quin ingeniosa in periculis mortalitas multa inueniat, & excogitet admiranda & inaudita, si vitæ spes ostenditur, aduersus quæ curam acui oportet eius, qui in se id munus periculo capitis sui receperit, quæ cui potiùs aut culpæ, aut dolo, tribui debeant solertis fuerit ingenij æstimare, & pro modo admissi castigare.

NOTA 4.

1 *De ignorantia Commentariensis.*
2 *Lata culpa æquiparatur dolo in Commentariensi speciali iure ciuili.* E
3 Desdommager *quid hoc artic.*
4 *Culpa lata non æquiparatur dolo in Commentariensi iure Consuet.*

1 [k] *Par ignorance.*] Superiori clausula culpam, vt genus posuit, eámque præsumi voluit in Commentariensi, ita vt ab eo excusationem culpæ probari exigeret, hîc duas culpæ species separatis clausulis distinguit, & suos etiam cuique pœnarum fines attribuit. Hic de ignorantia tractat, quam à dolo separat, de quo clausula subsequente, nec tamen cuiusmodi ignorantia sit F distinguit, cùm tamen non eadem eius æstimatio sit, quam Iurisconsulti distingunt. Cùm crassam & supinam velint dolo tribui. l. magna negligentia, & l. latæ. D. de verb. signif. hanc eodem loco nimiam culpam & nimiam negligentiam Iurisconsul. appellat. d. l. milites, & pœnam ei capitis constituit, à qua tamen culpa eam separat, quæ per vinum aut desidiam admissa est, & pœnam variat: Rursus d. l. vlt. D. de cust. reor. negligentiæ culpas diuidit. Quare iusta dubitatio incidere potest, an hic Articulus ex iure interpretationem sumere debeat, an vero simplici & absoluta appellatione omnem omnino ignorantiam, quæcunque illa tandem sit, comprehendisse intelligatur sub hac clausula, quæ ciuiliter tantùm & pecuniariè coërcet, vt ita iuri ciuili deroget. Nec de nihilo agitur, Namque si vti iure ciuili magna & supina negligentia, 2 lata culpa est, d. l. magna 1. lata autem culpa dolo æquiparatur, consequitur supinæ negligentiæ eandem esse pœnam, quæ doli sit, id est, capitalem, cùm hic ipse casus de Commentariensi in iure ciuili specialissimus habeatur, in quo contra regulas communes lata culpa dolo æquiparetur, quod omnibus videtur, d. l. milites, & d. l. ad Commentariensem, vbi Bald. Bart. Angel. l. in lege. D. ad l. Cor. de sic. vbi & Hippol. Marsil. quo loco sex non amplius similes latæ culpæ casus è toto iure Angelus colligit. Idem & Ias. & Lud. Rom. l. in actionibus. D. de in lit. iurand. Oldrad. cons. 92. Boër. decis. 217. Nec quisquam de eo in iure dubitat. Sed an hæc Consuetudinis clausula alium habeat sensum, glos. seq. videbimus verbo, *desdommager*, & an cum iure congruat.

[l] *Desdommager.*] Hîc apparet negligentiæ cuiuslibet, & ignorantiæ quantumlibet crassæ & supinæ, sine vlla distinctione vnum eundémque esse finem *de desdommager à la partie.* Sed cùm tex. dicit, *à Cour*, mulctæ dicendæ potestas mandari intelligitur: Nec illud ver- 3 bum *desdommager*, determinat verbum *à Cour*, sed verbum *à partie*, quæ vtræque *amender à Cour, &, desdommager à partie*, ferè vbique in Consuetudinis textu coniunguntur, quod & hîc quoque fieri debuit, & omissum membrum alterum oscitantia Reformatorum apparet, cùm res & necessitas poscat subintelligi, & hoc ipso loco in veteri erat expressum. Nec enim *desdõmage* respectu Fisci potest intelligi, quod damnū re pensare significat, cùm fisco nil absit, cuius respectu adiudicatio tota in pœna est; Et naturæ rerū conuenit, vt cùm negligētiæ vbique sint iure ciuili pœnæ Commentariensi constitutæ, Consuetudine quoque debeant esse non impunitæ. Nam *le desdommage*, interesse duntaxat indemnitatem & reparationem (quam vocant) duntaxat partis priuatæ respicit. Ergo cum cu- 4 iusuis quantumlibet latæ ignorantiæ ex hac vniuersali indefinitáque oratione coërctio non alia sit quam mulctæ & indemnitatis, id est, pecuniaria, apparet latam culpam dolo per hanc cõsuetudinem, ne isto quidem casu (qui iure ciuili specialis est) æquiparari, cùm iure ciuili capitalis sit, hoc quidem casu lata culpa. Hîc facit sententia Bart. l. 1. §. non autem. D. si quis testam. lib. ess. ius. sit, cùm inquirit, An, Statutis quoque lata culpa dolo æquiparetur, vt si statutum per verba dolum importantia disponat, latam culpam non comprehendi intelligamus. Quod hic multomagis perspici potest, vbi separatas doli & latæ culpæ clausulas & secretas pœnas, & fines diuersos statuit, & discriminat, idem sensit & Lud. Rom. d. l. in actionibus. Quare hîc negandum latam quamlibet negligentiam, dolo hoc casu æquiparari, & communes iuris regulas sequor saluis actionibus contra fugitiuum, quod Boër. persequitur, decis. 216. in fine.

[m] *Enuers Cour.*] Adiici debuit, *amende à Cour*, vt in veteri extat, & hîc omissum apparet, & præcedenti nota diximus, nec id in Commentariensi duntaxat locum habet, sed & in eo quoque qui vi ab Apparitore eximit, aut noxium ad fugam hortatur aut receptat, Ord. Franc. I. 1536. art. 34. & 36. *Omisso art. 683. N. C.*

NOTA 5.

1 *Ad quod tenetur Commentariensis parti ciuili.*

2 *Exce-*

2 *Exceptiones rei fugitiui an competant commentariensi, &c. num. 3. 4. 5.*

1 [n] *A partie.*] Partis postulatio est, vt si pro debito ciuili & pecuniario carceratus attinebatur, totum debitum Commentariensis cuius culpa effugit, rependat, l.vlt. in fin. D. de custod. reor. l. quoties. C. de exact. tribut. lib.10. l. si vt certo. §. si me rogaueris. D. commodat. & d.l. ad Commentariensem. Anchar. cons.340. Bald. cons.117. vol.2. incip. ista captura. & cons. sequenti. Idem c. 1. vers. quæro ego feci. ext. de appell. Corn. cons. 93. vol.1. Boër. decis. 217. Alex. cons.35. vol.2. Sin criminaliter agitur quanti sua pro-
2 bauerit petitor interesse. Sed grande hic dubium est, An reo fugitiuo Commentariensis de debito appellatus, defensiones ex persona absentis possit opponere, & in se probationes suscipere, & causas pro fugitiuo allegare. Non haberet id quidem in fideiussore contractus dubitationem, cui ex natura fideiussionis competunt exceptiones ex persona rei, & responsum est. l. si cum in princip. vbi glos. Alex. Ias. Cast. Angel. post Bart. D. si quis caut. l. sancimus. §. sed si quidem C. de fideiuss. vbi de fideiussore repræsentationis statuit, Alex. & Cast. l. si per alium. §. docere. D. ne quis C in ius vocat vi ex. Hippol. Mars. in rubr. D. de fideiuss. num. 16. sed in eo qui aut vi eximit reum, aut qui facit ne se iudicio sistat, aut Commentariensi qui carcere emittit, diuersa ratio & separata causa est. Nam in eo qui vi eximit odiosa & coërcenda violentia, contemptus imperij, & audacia, in eo qui id effecit, ne quis se iuri sisteret, calliditas & dolus in Commentariensi præter ista omnia, etiam custodia recepta, & cauta, muneris debitum, & sponsa fides, & officij ratio, quorum nihil fideiussori potest imputari. Pugnant vulgo sentētiis Doctores in discernēdis finibus edicti, ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat, & alte- D rius qui est de eo per quem fact. erit. Recepta est sententia cùm vi exemptio facta est, eximentem ad defensiones ex persona exempti non recipi, cùm id edictum sit merè pœnale, tam ex persona agētis quàm rei, ideóque nō respici quid intersit. Nam si exemptus est qui per calumniam detinebatur, nihilominus qui eximit pœnam debebit, l. sed eximendi. §. Item si quis. D. ne quis eum qui in ius vocat. est vi exim. & alibi; etiam (inquit) si quis calumniator sit, eam pœnam consequetur, l.vlt. §. in eum. D. eo. tit. Merè igitur pœnale est, d.l.vlt. non igitur audientur defensio- E nes eius, qui vi exemerit ex persona fugitiui, qui exemptus est, quod nihil debeat, aut quod crimen non admiserit. Aliud volunt esse in edicto de eo per quem factum erit: Nam cùm ad interesse detur, defensiones audiendas putant ex persona exempti, l. ex hoc edicto. D. de eo per quem fact. erit. Hæc. Bart.
3 Bald. Ang. Cast. sententia. d. l. sed eximendi. Sed in Commentariensi grauiùs aliquid obiicitur: Nam cùm ex dolo aut culpa teneatur, id etiam causam eius onerat. quod custodiam quoque præstare teneatur eius rei, in qua deliquit. Quare incidit in Articulum 34. sup. *de ceux qui mesprennent ès choses qu'ils doiuent garder.* F Hæc itaque inexpiabilis culpa est, cùm in eo delinquitur, cuius custodia delinquenti incumbit, sicuti pastoris qui oues deglubit, quo fit vt odio doli & proditæ custodiæ pœnaliter aduersus custodem agatur, totáq; pœnalis sit actio, siquidem dolus conuincitur, nec admitti debeat ad defensiones ex persona fugitiui, quem
4 emisit iure quidem ciuili. Quamobrem & vulgo statuunt, siue iure, siue iniuria carceratus erat qui fugit, siue in ea causa erat vt absolueretur, eodē modo Commentariensem teneri, qui sibi tantùm iuris sumere nō

Argentr. in Cons. Brit.

A debeat, vt de causa custodiæ cognoscat, aut statuat, vt ait Bald. l. 1. vers. pone quod mulier. C. de Edilit. actio. Anchar. expressè. d. cōs. 340. Angel. l. 1. D. ne quis eum qui in ius vocat. Alex. cons.38. vol.2. Angel. in malef. verbo, fama publica. vers. & aduertas tu Iudex. Angel. l. plerique, D. de in ius voc. & d.l. Sed eximendi, Cepoll. cons.14. Anan. cons.63. Matth. Afflict. cons. 88. lib. 1. Nellus tractatu bannitorum 2. parte secundæ partis. q.32. Boër. decis.215. num.32. & decis.217. num. 16. Hippol. Marsil. in pract. §. attingam. num.46. & 47. Sed & præter has extat. Ord. Lud. XII. public.
B anno 1499. qua vetantur custodes quemquam soluere custodia, siue benè siue malè carceratus sit, addit pœnam *de l'amende, & de rendre le prisonnier, ou payer pour luy.* Ex qua apparet defensiones de non debito non ad- 5 mitti, de quo in criminalibus multominus esset dubij, cùm criminis probatio aduersus custodem fieri non possit eodem modo, quo aduersus noxium poterat, per interrogationes, gestus, motus, & cæteras actiones, quæ in criminalibus efficacissimas habent coniecturas ad detegenda conscientiæ arcana, quo casu ne à fideiussoribus quidem recipi volunt defensiones ex persona reorum, quod Bart. Angel. Ias. & alij notant, d.l. Si cum per l. 2. §. si quis iudicio. D. eod. tit. Bart. l. si actor. D. de procur. quia in persona multomaxima posita sit pars probationis. Nec dubitandum, quin si custos fugitiuum repræsentaret, liberaretur ab obligatione ciuilis interesse, quod Boër. rectè sensit contra aliorum sententiam. d. decis.217. num. 14. Ita tamen vt negari non debeat probato dolo aut nimia culpa, fisco adiudicari pœnam & debere & solere, etiam si reus repræsentatus sit: Est enim ipsa per se dissimulatio aut patiētia fugæ, delictum in custode præsertim. Probationem verò interesse aduersus dolosum & violentum admittunt sacramento actoris fieri, ex l. si quando C. vnde vi. Hippol. Marsil. in rub. de fideiuss. num. 137. glos. l. sancimus. C. de fideiuss.

[o] *Selon la qualité.*] Ex his verbis clarè probatur quod ante diximus, omnem ignorātiam hac clausula intelligi, qui cùm plures coërctionis gradus præsupponit, necesse est negligentiæ quoque non vnum gradum constituere, cùm pœnæ plures vni speciei applicari nequeant, atque id respectu fisci intelligitur; Nam parti vna semper indemnitas satis est, Idem & tex. d. l. milites statuit, pro modo, inquit, culpæ statuendum est, glos. verbo fugerit, l. penult. C. de cust. reor.

NOTA 6.

1 *Consuet. non præsumit dolum in Commentariensi.*
2 *De reo fugiente & redeunte.*
3 *Reus fugiens effracto carcere qua pœna teneatur, &c.*
4 *Fugiens reus pro conuicto non habendus.*

[p] *Mais s'il estoit trouué.*] Ex his verbis plusquam ma- 1 nifestum est dolum hoc casu non præsumi à consuetudine, quam tamen lex ciuilis præsumat, in Commentariensi quidem, vt ante diximus: Nam cùm probationem exigit præsumptionem excludit, igitur nisi dolus probetur, intra metas culpæ hæc pœna consistet, & Boërij hæc sententia est, d. decis. 216. in fin.

[q] *Qu'il eust enuoyé le prisonnier.*] Hic dolum & proditam custodiam notat, quæ capite plectitur; fraudulenter, inquit Iurisconsultus, si versatus est in dimittenda custodia, capite plecti debet. l. vlt. §. fraudulenter. D. de custod. reor. & d.l. milites, & probatur Regum 20. Custodi (inquit) virum istum, qui si effugerit, erit anima tua pro anima illius.

[r] *On soustenu.*] Hoc est si fugienti conscientiam accommodauerit, & si ita scienter habuit vt effugere posset, d.l.milites, §.saluio, multomagis, si deduxisset in fuga, aut comites addidisset.

2 [s] *Il s'en fust allé hors.*] Hoc est, custodiam effugisset, ita vt amplius non rediret: Nam qui rediit, fugisse non videtur, vt nec mulier diuertisse, quæ breui post rediit, l.diuortio.D.de diuort. Sed hic locus fusè tractatur ab Boërio d. decis.215. num.17. & decis.217. num. 14. Sic habeto, pro conuicto non habendum qui fugæ opinionem aut factum purgauit reditu, sed tamen multa ordinaria (si ita videatur) coërceri posse, & expensis partium modo in eadem se causa sistat, & res integra sit: Sin minus id præstare Commentariensem debere, quod actoris intersit, non fugisse noxium, si forte interim bona alienauit, aut interuertit, aut occultauit, aut soluendo esse desiit. Nec enim sistere se videtur, qui in eadem causa non sistit. l.si quis quemquam. D. si quis caut. sed etsi à quocunque repræsentatus est, aut reductus, satisfit legi. inf. art.303. quanquam impendia persecutionis debeantur, quod ibi dicemus.

[t] *Il seroit puny comme le malfaicteur.*] Hæc est Sententia Domini. Hæc dicit Dominus, quia dimisisti hominem dignum morte, erit anima tua pro anima illius. A Teneri verò eadem pœna statuit, d.l. ad commentariensem & l. vlt. & d. l. milites. Io. And. Anan. c. à nobis ext. de apostat. Cæterum qua pœna teneantur, 3 ex eo dependet, an ipsi fugitiui pro conuictis habeantur de eo crimine, de quo sunt in carcerem impacti, quod ita esse apparet. l. eos. D. de cust. reor. sed eam intelligunt, si per conspirationem effracto carcere vincti effugerint, quod Bart. notat. Idem Bart. Ang. Fulgos. Ias. l. si quis ex argentariis. §.vlt. D.de edend. Ias. Curtius, Lud.Rom. l. admonendi. D. de iureiur. Card. Io.Imol. Abb. Fely. c.nullus ext. de presumpt. B Oldrad. cons. 65. qui locus latè habetur apud Boër. decis.215. num.5. Aliam causam esse putant eius, qui sine effractione effugerit, ne pro confesso habeatur. Bald. cons.32. vol.3. Alex. ad Bart. d.l. in eos. Puteus 4 libro Syndicatus, verbo, carcer. Gram. d. voto 29. Certè vsu nostro nec pro conuicto nec pro confesso quisquam ex eo habetur, quod quouis modo effugerit, sed Edictis & probatione aduersus cōtumacem opus est, ex Ord. 1536. art. 29. sed ea contumacia duobus tantum Edictis perficitur. Notauit & Arestum Papo. lib.23. tit.2. Arr.1. Boër. d. decis.215. num.22.

ARTICLE XLIII.

LERCS [a] ne doiuent [b] tenir les bannis des Iuges seculiers, [c] mais ne sont tenus (par cause de leur priuilege Clerical) à prendre ne faire prendre lesdits bannis, ou autres, qui pourroient estre criminels.

Clerici [a] non debent [b] receptare bannitos seu proscriptos secularium seu ciuilium Iudicum, [c] sed non tenentur (propter priuilegium Clericale) præhensiones decernere in proscriptos aliósve criminosos.

NOTA I.

1 *Contentiones acerrimæ inter potestatem Ecclesiast. & ciuilem.*
2 *Sontes receptare prohibentur clerici.*
3 *An Episcopus à suo diœcesi bannire possit clericos.*
4 *Clerici prohibentur adesse præhensionib. suppliciis capitalib. torneam, &c.*

1 [a] Hæc priscis fuit magna turbarum materia, sed rebus versis non magno fructu hîc paginas occupat de re, de qua iam nemo dubitet. Acerrima pridem certamina de iure potestatum Sacerdotium, & ciuiles Magistratus exercuêre. Immensum erat, quod sibi sacerdotium vendicabat, de iure ordinandi & de priuilegiis ordinatorum, déque asyliæ iure. Id sine modo haberi, fieríque sontium bono, bonis omnibus displicebat, quod ea manifesto pœnarum effugio ab sceleratis & facinorosis expetebantur. Priores Franci intercessere, nos serius manumissi. Inquirunt iuris canonici Consulti nominatim hac in re, An excommunicatos ab sacerdotio, Iudex ciuilis proscribere debeat, An vicissim à Iudice ciuili proscriptos Ecclesiasticus excommunicare, mutuæ potestatis auxilio & necessitudine. Horum quidem, vt nunc viuitur, nullum sit. Et fuit olim in cōcipiendis fœderum formulis quæ æquo cùm populo Romano iure inirentur, solemnè adiicere, vt alter alterius populi ius maiestatémque comiter conseruaret, quod M. Cicero in oratione pro M. C Fonteio memorat. Fuerat idem his quoque potestatibus multomagis faciendum: Nunc ambitione potentiæ, mutua discordia altera alterius officia perturbant. Negant quidem Innoc. Io.And. Panor. Bald. & cæteri c. 1. extra de off. ord. alteri in alteram ea de re imperium esse mādato (vt loquuntur) arctatiuo & compulsiuo, rectè tamen atque ordine facere, si mutuas sibi operas in perficiēdo quod ab altera decretum sit, præstiterint, d.c.1. & c.2. vbi glos. extr. de maled. & c.2. extr. de cler. excom. ministr. quod & Imperator l.Episcopale. C. de Episcopali aud. statuit, de exequendis à potestate ciuili Episcoporum decretis. Hostiens. d. c. 1. de off. ord. etiam necessitatis esse putauit in Iudice ciuili & probat, d.c.2. ext. de maled. & glos. d.c. 2. de cler. excom. minist. vt & Bald. sibi contrarius in D c. licet vndique. ext. de off. deleg. & glos. vers. ex ea. l.1. D. de postul. & c. vlt. de except. in vj. Bald. c. 1. ext. de cōstit. & c. Ecclesia Ibid. Bart. & Ias. l. à diuo pio. §. sin autem. D. de iudic. Scitum est illud, quæ à potestate Episcoporum pendeant, non esse in iure laïci vt ad ea Ecclesiasticum compellat, si quid tamen præter ius publicum & vtrique potestati commune priuilegia, libertates, & franchisias regni (vt loquuntur) Ecclesiastici statuerint, sæpè eos ad retractationem ab ciuilibus Iudicibus compelli, quanquam si verum amamus persæpè nimium quàm ambitiosis decretis, remedio appellationum quas ab abusu appellamus, patrum memoria repertas, sed ea de re Bened. c. raynutius, verbo, si absque liberis 2. num. 47.

[b] Tenir

2 [b] *Tenir les bannis.*] Sontes receptare vetantur generaliter Clerici & sacrati omnes, & extāt ea de re Aresta, quibus exigere & propellere ædibus sacris, & priuatis quoque noxios iubentur, vt & Lucius memorat. lib.1. tit.2. ann.1481. & Papo lib.1. tit.1. Quod & sine discrimine omnibus, & dominis quoque feudorum indictum est Ord. anno 1536. art.36. *des criminelles*, Molin. art.30. Quod ideo dicendum fuit, quia Bald. c.1. §. si iudex tit. de pac. tenend. contrà putauit, & Dominum castri protegere quidem nocentes subditos suos non debere, sed tamen non teneri iudicio repræsentare si nolint, quia Dominus non debeat (vt loquitur) esse bocarius sui subditi, quæ ratio inanis est, & planè pugnat cum l.1. & 2. C. de his lat. vel al. crim. reos. & his quæ diximus sup. §.21. & Angel. l.1. A. de Nili. agg. non rump. & l.1. D. de fer. fugit. Perstat tamen Bald. c.1. §. conuenticulam tit. de pac. iuram. fir. Sed & priuati quoque veteri Consuetudine quemquam receptare vetabantur, alioqui participationis pœnis subiiciebantur, exceptis duntaxat qui sanguinis necessitudine tenebantur, intra tamen consobrinos & patrueles, quia sanguinem suum prodere ex humanitatis conditione non deberent, ex l.1. D. de receptat.

3 Sed & illud quæritur, An Episcopi à suis diœcesibus bannire possint, & posse magna auctoritate affirmat Io. Gallus Arestis Parl. q.82. incip. Episcopus Aurelian. & Consuetudinem hac de re notoriam & generalem esse dicit Senonibus & Aureliis. Dubitatum tamen iam olim ab illa curia scribit Gallus, nec ex tempore iudicatum allegat. Io. And. & Host. qui tamen hoc non dicunt. Affixa est illi Galli quæstioni Nota quędam Caroli Molinæi in lib. Styli Parlam. qui negat Ecclesiastico Iudici licere bannire, atque id vsu receptum scribit, vtitur authoritate tex. d. c.2. ext. de cler. excom. minist. vbi tentatis remediis ceteris quæ Iudex Ecclesiasticus habet in potestate ad Regium A auxilium & externæ potestatis subsidia deueniendum statuit, quæ postulante Ecclesiastico exilium irroget. §. si verò crimen auth. de sanctiss. Epis. col.9. Melius probat. tex. c. cùm non ab homine. ext. de iud. vbi clericum depositum & incorrigibilem per Iudicem secularem comprimendum statuit, ita vt ei exilium deputetur, vel alia legitima pœna inferatur, quod per secularem Iudicem fieri intelligendum est, cùm nihil vltrà Ecclesia possit. Vsurpari tamen scimus ab Episcopis noxios à sua cuiusque diœcesi banniri, nec video quid magnopere reip. intersit, cùm in personam tantùm agatur, quæ tota supposita est Episcopali potestati & cognitioni, nec territorium attingatur. B Sed vbique illi ordini parum æquus Molin. fuit.

4 [c] *Mais ne sont tenus prendre.*] Hoc idem Masuer. dixit. tit. de pœn. num.28. ne quoquo modo contingat cædem fieri, vnde irregularias consequi possit, aut ipsi illi Clerici iniuriam accipiant, cùm ne iussis quidem & ex lege irrogatis suppliciis capitalibus adesse permittantur, sine metu irregularitatis c. clericus. c. sententiam. ex. de cler. vel monach. Socin. c. ad audientiam. ext. de homicid. Qua eadem ratione torneamentis quoque & certaminibus singularibus adesse C vetatur, tit. de torneam. ext. & tit. de cle. qui pugnat. in duel. Et verò etsi prehensiones exercere vetantur, decernere tamen pro officio & merito cuiusque non prohibentur, sed exequi non possunt in alio territorio, quod diximus sup. art.5.

Sic nec contra excommunicatos in foro seculari vitari aut Iudiciis arceri receptum, qua de re magnæ & acerbæ contentiones deflagrauère sub Petro *Mauclerc* & Ruffo eius filio, vnde magnæ sunt rerum perturbationes consequutæ. & extat titulus in pragmat. de excommunicatis non vitand. qui de pristina disciplinæ seueritate multum remittit.

ARTICLE XLIIII.

HVGE [a] seculier a la cognoissance sur les meubles, [b] & sur les heritages des [c] Clercs mariez, Et ne les sauue le priuilege, [d] qu'en crime sur la personne.

IVdex [a] ciuilis de rebus mobilibus cognoscit [b] & immobilibus [c] Clericorum coniugatorum, & non iuuantur priuilegio, [d] nisi in crimine ab eis admisso.

NOTA I.

1 *De origine & discrimine cognitionum vtriusque potestatis ciuilis & Ecclesiasticæ.*
2 *Clericorum mobilia olim pignora non capiebantur.*
3 *Excipiebatur, nisi clericus non viuebat clericaliter.*
4 *Nec in pensionib. domorum.*
5 *Si mulcta indicta esset cum carcere.*
6 *Hodie mobilia clerici pignore capiuntur ordin. Aurel.*
7 *Ex delicto clericorum bona confiscantur à iudice laïco.*
8 *Bona vacantia post mortem clerici, non pertinent ad Episcopum.*

[a] Extant hic etiamnum priscarum controuersiarum
1 vestigia, quæ maiores nostros inter vtriusque potestatis confines terminos acriter olim exercuere. Diximus sæpenumerò, & semper verum est, nullam vnquam nisi ab sapientissimis hominibus potestatem cum modo haberi posse. Cùm ad humani generis necessitates & societatem continendam sacerdotium & ciuilis potestas datæ essent, illud cœlum suspicere, & pro D materia mentes hominum tractare & excolere iussum. Principes dominia rerum possessiones terrarum, Respublicas in curam recipere, vt nihil tamen amplius essent quàm Magistratus. Sed cùm illi publici solicitudinem & rei communis procurationem priuatas ad opes delitiásque animi insolentia traduxissent, splendore & illecebris decorum vicinam quoque potestatem in admirationem earum rerum traxère, quibus is fulgor pararetur. Ita factum, vt ab cœlo cogitationes in terram sacerdotium deduceret, atque humi defi- E geret, dum eadem, dum etiam plura, mox omnia posse committitur, contráque vt illis eueniret, quàm olim his quibus consilium datum est, vt viderent ne dum cœlum intentius aspicerent, terram amitterent, quando hi dum terram aspiciunt affixi humo deterrima comparatione pœnè cœlum amisère. Nec dubium quin incorruptissimis hominum, quos sua quæque secula tulère, illabentes sensim mentibus illæ illecebræ, & prospectæ & damnatæ sint, cum Dominia, Principatus, Imperia, cæterúmque prophanæ rei

Argentr. in Conf. Brit.

instrumentum appetere, homines sacrosancti prohiberentur. Extant veterum grandes ea de re sententiæ, extat Augustini illustre pronunciatum, illis etiam hominibus vsurpatum. Quo iure (inquit) defendis villas Ecclesiæ diuino an humano? Diuinum ius in scripturis habemus, humanum in legibus Regum, vnde quisque possidet quod possidet, nonne iure humano. Iure igitur humano dicitur, hæc villa mea est, hic seruus meus est, iura humana omnia Imperatorum sunt. Tolle iura Imperatorum, & quis dicere audebit, hæc villa est mea? Et paulo post, noli dicere, quid mihi & Regi, quid tibi ergo & possessioni, per iura Regum possides. Dixisti, quid mihi & Regi, noli ergo dicere possessiones tuas, quia ipsa iura renunciasti, c. quo iure, 8. distinct. & c. si quæ causæ. 11. q. 1. Clerici (inquit) ex officio Episcopo sunt suppositi, ex possessionibus prædiorũ Imperatori sunt obnoxij, ab Episcopo vnctionem, ab Imperatore prædiorum possessiones nanciscuntur, & c. si tributum ead. causa. Si tributum (inquit) petit Imperator, non ei negamus, agri Ecclesiæ soluunt tributum, si agros desiderat Imperator, potestatem habet vendicandorum. Ambrosij etiam sentẽtia c. te quidem ead. caus. sacerdotium ab omni prophana cogitatione abducit ex auctoritate Clementis, quanquam quibusdam autor epistolæ eius displicet. Idem c. conuenior & c. tributum, 23. q. 8. quo loco magno animo sua tuetur Ambrosius aduersus Imperatores, magna æquitate aliena agnoscit & cedit. Sed eo obtinere non potuêre, & res est quæ infami dogmatibus seculo sine inuidia dici nequeat. Sed ea ipsa res est, quæ iuris dicendi potestatem olim egit tàm perturbatè, & hæc vestigia pristinum incendium renunciant, & nos fastum vix quidem ferendum maiori propemodũ fastu, vt ille olim,
2 retudimus. Clericorum quidem bona mobilia ante orbis crediderat, & res per se indicabat, conditionem personarum sequi debere, quæ ipsæ cum priuilegiis Imperatorum, Regum, Dynastarum, Pontificum decretis, sacrorum cœtuum Sanctionibus, orbis consensu & Placitis Iurisdictioni ciuili subductæ essent, bonorum quoque mobilium eadem conditio putabatur, ex l. 2. C. de Epis. & cler. c. Ecclesiarum seruos 12. q. 2. glos. c. vlt. ext. de vit. & honest. cle. Alex. cons. 16. vol. 1. Io. Plat. lib. 2. c de priuileg. eor. qui in sacro pal. milit. Anch. Reg. eaque de reg. iur. Gallus q. 212. in Stylo Parlam. Extat & famigeratum ea de re Priuilegium sancitũ Ord. Philippi Pulchri anno 1302. quod disertè vetat manum inijci in mobilia Clericorum: Quare hactenus valuerat, ne pro clericorum debitis bona eorum mobilia pignori caperentur, & crebræ veteris fori ea de re sententiæ extabant. Aufrer. in Stylo Parlam. part. 3. tit. de rescript. quo loco d. Ord. Philippinæ meminit, quæ & repetita est Ioannis Regis anno 1351. public. 1355. quam inter chartas suas esse testatur Molin. ea Nota quæ illi ipsi Aufrerij loco affixa est. Repetit Bened. c. raynutius. verbo, & vxorem 1. num. 240. Et iterum decis. 2. num. 34. & 4. & verbo, si absque liberis 2. num. 47. Rebuf. tit. de lit. obligat. art. 2. glos. 1. num. 106. Imbert lib. 1. Instit. c. 34. & in Enchirid. verbo, bonorum differentia. Papo lib. 18. tit. *des executions*, & res erat per quam vsu nota.

3 Sed tamen species quasdam excipiebant. Primùm, si clericaliter non viuebant, qua de re Arestum citat Rebuf. eod. loco, & retulit Papo. Ideo & quæ negotiatione erant quæsita, capi posse putabant. clem. præsenti de censib. vbi Card Zabar. & c. quantum extrà de censib. Alb. auth. statuimus. C. de Episc. & cler. Aufrer. d. clem. 1. de off. Ord. Reg. 2. limitat.
32. Ac ne in pensionibus quidem domorum tantum 4
priuilegij volebant esse bonis clericorum, quod eodem loco Papo, & Rebuffus iudicatum referunt. Se- 5
cundo, & si dicta forte ex delicto mulcta esset, adiecta carceris necessitate: Nam cùm persona coërcetur, rebus absurdum esse priuilegium tribui, quod non nisi à persona habent, quod Imbertus notauit lib. 3. Institut. d. c. 8. glos. verbo, ius habet, quæ ipsa ratio adiuuatur dispositione Consuetudinis nostræ. inf. art. 124. Luc. lib. 2. tit. 2. Itaque & si mobilium affatim erat, immobilia præhendi necesse erat, aut pensiones conductionum, aut reditus pendentes, & quorum nondum dies exiisset, quod Masuer. notat. tit. de execut. & Bened. d. verb. & vxorem decis. 2. num. 4. Imber. lib. 1. Instit. Sed ista pridem nemo ignorat; Nam excommunicatione compelli. non sine discrimine ex laïci Iudicis iudicato nunc est receptum, inauditum paulò ante tribunalibus nostris, illibata Ecclesiastici Iudicis potestate, & Aresta memorat Papo. Sed ista pridem homines mussabant non 6
iure fieri, quod homines locupletes, & pecuniosi qui sæpè fortunas omnes in pecunia haberent, maligna detrectatione eius quod deberent, creditores frustrarentur, argento signato & infecto abundarent, atque interim ex his omnibus nihil esset, quod enecto creditori attingere liceret. His partim querela, partim inuidia hominum & propensione seculi elicita Ordinatio Aurel. art. 28. quæ in totum & abscisse mobilia clericorum pignori, & auctioni subiiceret, præter vestes & instrumẽtum sacrum, & personæ necessaria, quanquam vix id quidem concessum de toto vt superesset, & egrè retentum.

Sed & ex delicto clericorum bona confiscantur, si 7
noxia exigat, quod iam olim Oldrad. dixit cons. 17. & latè prosequitur Alber. in Statut. parte 3. q. 17. & decis. Tholos. clem. Gallus. q. 212. in Stylo, & iterum 290. & iterum 109. incip. fuit dictum. Boër. in Cons. Biturig. tit. de iurisdict. §. 11. Specul. tit. de feud. §. penult. Rebuf. tit. de lit. obligat. art. 2. glos. 1. num. 117. Imber. lib. 3. Institut. c. 17. glos. verbo publicari, & hanc esse generalem Franciæ Consuetudinem scribit Aufrer. d. regul. 4. fall. 2. Imbert. in Enchirid. vbi sup. Chas. in cons. Burg. titul. de confisc. §. 1. glos. *& appartient*. Degrassalius lib. de priuileg. regni iure 18. Confiscantur verò Episcopis, si quo casu cognitio de delicto aduersus clericum his competat, quod Gallus Aresto diffinitum scribit. d. q. 109. & Imb. lib. 3. c. 16. quanquam ille non omnia ibi quidem verè. Cæterùm id in simplicibus Clericis iam locum habiturum non est: Nam cùm hodie ex Ord. Caroli IX. Regis, priuilegio in ciuilibus & criminalibus caussis clerici excludantur, vt ante art. 4. diximus, non dubium quin quo casu Iudicis laïci sit cognitio de crimine, quod impingitur, eodem & confiscatio Iurisdictioni eius applicetur, cùm præsertim à Consuetudine confiscatio nulla indicatur, nisi ante indita corpori pœna, ex art. Consuet. inf. 593. quod fieri non potest priuilegio manente. Extat vetus Constitutio Ducis Ioannis ann. 1424. cuius descriptum est infrà art. 750. qua damnato sententia laïci clerico duntaxat coniugato, bona mobilia Duci confiscantur, imo & bonorum immobilium reditus, ad vitam damnati applicantur Principi. Sed id obsoletum.

Alia est conditio bonorum vacantium, quæ nemo 8
Episcopus (iure quidem Episcopali) vendicare potest, siue ante Clericorum fuerint siue aliorum, quod Gallus latè disputat. d. q. 212. & q. 190. rémque iam olim iustam visam esse Curiæ Parlamenti scribit, quam in consi-

consilium mitteret. Sed hodie nemo dubitaturus est, A cùm defunctorum Clericorum hæreditates ad hæredes sanguinis spectent, Inf. Art. 510. & si nulli sint ad Dominos territoriorum in quibus reperiuntur, inf. Art. 111. & 569. Quare non inuentariorum quidem confectiones his permittuntur, d. decis. Galli & Guid. Papæ decis. 261. Aufrer. reg. 4. fall. 2. d. clem. 1. & §. sequenti dicemus.

NOTA 2.

1 *Iurisdictionis Ecclesiasticæ & Ciuilis inter se conturbatio.*
2 *Exempla 12. vsurpatæ cognitionis à Pontifice de rebus prophanis.*
3 *Nulla iurisdictio Ecclesiastica in laïcos de actionib. personalib. & nu. 4.* B
5 *Nec de materia reali ab anno 1498. & nu. 6.*
6 *De Realib. cognitio est iudicis ciuilis, priuatiue ad Ecclesiast.*
7 *Amplia etiam in dotib. fundationib. Ecclesiarum & in bonis Clericorum.*
8 *Etiam in re communi, aut singularium.*
9 *Et in rebus fictè aut interpretatiue tales.*
Sed quid in reditu ibidem.
10 *Idem de reliquiis id est,* arrerages.
11 *Reliquiarum in stipulationem deductarum actio personalis.* C
Domini Requestarum de reliquiis rectè cognoscunt ibidem.
12 *De vendicationib. & inde de hypothecaria est iudicis ciuilis cognitio.*
Quid si ad solutionem simpliciter agatur ibidem.
13 *De actione personali principaliter intentata, cui adiungitur hypothecaria.*
Nunquam hypothecariæ actioni, personalis est accessoria. ibid.
14 *De actionib. mixtis.*
15 *De rebus feudalib. est cognitio iudicis laïci.*
Et si de prahensione feudi agatur, ibid.
16 *Idem in oppositionib. aduersus rem iudicatam à iudice ciuili.*
17 *In confiscando feudo idem.*
18 *Et in emancipatione perpetua rerum feudalium.*
19 *In Decimis infeodatis idem.*
20 *Idem de Rescissionib. contractuum vsurariorum.*
21 *Idem in feudali causa si de euictione tenetur clericus.*
22 *Idem in causa dotis & dotalitij.*
23 *Idem de inuentario bonorum, quod semper fit à iudice ciuili.*
24 *Et in iuramento accedente ad materiam realem.*
25 *Idem in legitimatione ad effectum & c.*
26 *Et in monitionib. concedendis in forma malefactorum & c.*
27 *Iudex ciuilis cognoscit de omni possessorio.*
28 *Non fit prorogatio iurisdictionis Ecclesiasticæ de Realib.*
29 *Ne quidem in voluntaria iurisdictione.*
30 *Nec in causis appellationum.*

1 b *Et sur les heritages.*] Hic enimuero malorum veterum vestigia & reliquiæ. Diximus huius Articuli initio quædam de origine & iure cognitionum, quæ rerum dominia & possessiones tractant, & quid cuiusque potestatis imperio, principio fuerit attributum. Res per se non obscuras ambitio cum tempore conturbauit. Acta est controuersia plenis velis perturbationum, vnde accidere necesse fuit, vt pulcherrimarum functionum officia libidine hominum perturbarentur Reperti etiam Philosophi Rhetores, Theologi, Iurisconsulti, qui personas alienas in theatro orbis subirent, pugnatum orationibus, sententiis, decretis, libellis amarulentissimis idque insensissimè. Nec magno negotio factum, vt ea authoribus controuersiarum placerent, solicitante natura imperij auida, & vecordia iudicandi. Tela suggessêre vt plurimum αὐτοποιητὰ quoniam immensæ illæ potestates vltra humanum fastigium supergressæ cùm leges etiam, ipsámque rationis potestate sibi subiecissent, id esse ius credi voluêre, quod collibuisset. Hinc tot Leges, Epistolæ, Decreta, Sanctiones ad confirmandam cuiusque potentiam. Sed cui non ista, capite illo Paralipom. 2. c. 19. videri poterant constituta, munerum partitione
2 tam diserta? Nam quorsum sacrosanctæ potestatis tot decreta de rebus prophanis? Quid vt ab nostra Britannia ordiamur, agit illa decretalis. c. ex tenore. ext. de for. comp. in qua de hæreditate quæstio vertitur inter mulierem & I. de Meduano, quorum vterque domiciliarius est, Comitis (vt loquitur) Britanniæ. An immerito Britannus, quod illa decretalis innuit, quæstus est Iurisdictionem suam suppilari. Quid in c. ex parte eod. tit. vbi Pontifex cognitionem sibi sumit de dote inter Angliæ reginam & G. nobilem, adde & de feudo quæstionem esse: Nam rationes planè ineptas adducunt de miseratione personæ in regina, cùm in d. c. ex tenore similem causam de dote eximendam non censuisset, & oppugnatur c. significantibus ext. de off. deleg. Quid in c. nouit. de iudic. vbi Pontifex cognitionem sibi sumit de feudo inter duos Reges, quorum alter inconfesso alterius beneficiarius erat, & obstrictus lege feudi, idque quod historia tradit non gratuita opera. Quid in c. olim ext. de off. deleg. vbi inter Comitem Altissiodorensem & Abbatem Virgiliacensem quæritur de stagno nuper constructo, quod à iure Feudi pendebat, & iure reali, & Comes, vt illic præsupponitur, reus esset. Quid in c. significantibus. ext. de off. deleg. vbi inter duas mulieres (quid ad clerum) controuersia erat de patrimonio in diœcesi Ambianensi. Quid in c. constitutus. ext. de rest. in integ. vbi de rescissione contractus agitur, & iure retractus, & in municipio (vt loquitur) Parisiensi. Quid in c. dilecti. ext. de arbit. vbi de vsu nemoris quæstio est. Quid in c. tuam ext. de ord. cognit. vbi vetat regem Francorum de successione reginæ Cypri cognoscere, dum ipse de natalibus cognoscit, & de possessione constituenda quæreretur, lite possessoria, vt & in c. lator eod. tit. Quid in c. per venerabilem ibid. vbi ad successionem prophanam Pōtifex legitimat, quam iniuriam ne ipsa quidem glossa dissimulat: Nam glos. si clericus. ext. de for. comp. satis liberè Pontificum factum reprehendit, qui quotidie concedant literas cōtra laïcos, ad vsurpādam Iurisdictionem eorum. Quid in c. ex parte. ext. de consuetud. vbi Consuetudinem Rupellanam de capiendis hæreditatibus abrogat (irrationabilem credo) sed quid ad sacra? Quid, quod ne id quidem verè, aiunt de omnibus laïcorum causis olim Pontificum cognitionem fuisse in c. qualiter. ext. de iudic. & quod Iurisdictionem temporalem habeāt habitu, quam in casu negligentiæ laïci, resumant. Ac re quidem ipsa de personalibus inter laïcos cognouêre in Britannia ad annum 1539. me nondum adolescētiam ingresso. Infinitus sim, si omnia colligam, & ve- 3

reor vt ſtomachum moueam his qui modum tenere A
non poſſunt, ſed tamen iſta magna auctoritate, etiam
in realibus, ſed nimiùm quam ambitioſè à Iuris cano-
nici Conſultis pridem defendebantur, quamquam alij
diſtingunt, an clericus reus ſit, an actor, aut neuter, an
alter, vt Bald. l. iubemus. C. de ſacroſ. eccleſ. & l. de his.
C. de epiſ. & cler. & c. 1. tit. de cont. apud par term.
neque tamen negat hoc principali conſtitutione indi-
gere. de re de qua expreſſa iuris ſententia non extet, &
Archid. c. 1. de cler. coniug. in 6. Alb. Bald. auth. ſtatui-
mus. C. de ep. & cler. nominatim perſtricta Franciæ
Conſuetudine, vt & c. 2. ext. de iud. quæ negat Con- B
ſuetudine fieri poſſe. Idem c. cùm veniſſent ex. de eo
qui mittit in poſſ. cauſ. rei ſer. Archid. Panor. Felyn.
Barbat. Collectar. c. qualiter ext. de iud. Panor. & addit
ad eum c. eccleſia ext. de conſtit. & Felyn. Ibid. Bar-
bat. in rub. ext. de reb. eccleſ. nõ alienand. Idem conſ.
1. vol. 3. & quos copioſè congerit Tiraq. ſ. 32. gloſ. vni-
ca. num. 80. in retract. lignag. Boër. deciſ. 69. & in cõ-
4 ſuetud. Biturig. tit. de iuriſd. §. 22. Res hodie indubia
eſt nullo modo ferri Iudicem Eccleſiaſticum in mate-
ria reali, in qua ſit incompetentiſſimus. Scripſerat iam
olim Io. Fab. §. item Seruiana. Inſtit. de actio. & §. ſi
vero reus. Inſt. de ſatiſd. Idem auth. ſtatuimus. C. de C
epiſ. & cler. Aufrer. d. clem. 1. reg 2. fall. 4. de off. ord.
Maſuer. tit. de remiſſ. §. item presbyter, & titulo de
iudicibus. Gallus. art. 45. anno 1385. quo tempore ap-
paret ea de re etiamnum dubitatum, cũ multis id are-
ſtum admirationi fuiſſe ſcribit idem Gallus, art. 383. &
idem art. 179. Gul. Benedict. c. raynutius, verbo & vxo-
rem deciſ. 2. num. 30. & 47. Lupus in rep. c. per veſtras,
ext. de donat. int. vir. & vxor. §. ſed eſt pulchra dubita-
tio, fol. 127. Tiraq. in retract. §. 8. gloſ. 5. num. 12. & §. 32.
Imbert. lib. inſtit. 1. c. 24. Chaſ. tit. *des ſucceßions de ba-*
5 *ſtards.* § 5. nu. 54. Papo. lib. 1. tit. 5. areſto. 15. Extat ea de
re diſerta Ordinatio in monumentis præſidatus Rhe- D
don. Annæ Principis anno 1498. public. 21. Decemb.
ſubſcripta promulgatione Y. *Bruſlon* Actuarij, qua
actiones reales & poſſeſſoriæ vetantur apud Eccleſia-
ſticos intentari, additis pœnis. Adiecta edicto, & Prin-
cipis mandata Præſidibus miſſa, quæ omnem omnino
ad materiam realem, indicta, peræquationes, focaria,
& ſimilia omnia edicti diſpoſitionem producũt. Fuit-
que id primum tempus, quo Britanniæ Principes ſua
ſibi aſſerere in materia reali ſunt auſi, commerciis tùm
primum Francorum imbuti. Extat apud Francos ve-
tuſtior multò Philippi Pulchri Ordinatio. anno 1274. E
quæ Epiſcopis prohibet, ne in poſſeſſionem rerum ſoli
mittant, addita ratione quia immobilia non ſint de ſua
Iuriſdictione Epiſcopali, quamquam etiamnum Con-
ſuetudinem excipit, ſicubi talis erat. Quod tamen re-
ceptum non eſſe poſteriora tempora indicant, ex illo
Areſto Galli 45. quo pronunciatum eſt Epiſcopum nõ
eſſe recipiendum ad proponendum, aut in facto po-
nendum ſe eſſe in poſſeſſione cognoſcendi de reali-
6 bus. Ergo nemo iam ea de re controuerſiam mouet,
repertæque eum in vſum inhibitiones, quæ ab Iudice
ciuili impetrantur, vt partibus, atque etiam ipſi Iudici
Eccleſiaſtico denuncietur, ne quid quod realem cogni- F
tionem ſpectet, in examen ſuum, aut auditorium vo-
cet, in quibus quidem expreſsè cauſas inhibitionis
contineri oportet, quod ſtatuit Ordinat. Lud. 12. de
qua ſuprà diximus, art. 6. verbo *inhibitions*. & Anchara-
ni ſententia. c. 2. ext. de dilat. verſ. ex cuius dictis. Quæ
cùm ſunt denuntiatæ Iudici Eccleſiaſtico ſiue rectè, ſi-
ue perperam, ſuſtinere cognitionẽ debet, alioqui abu-
ſus ſit. Nec mirùm cùm præter ſuperiores rationes, de
quibus in d. c. quo iure, illa quoque dicatur non inua-
lida, quod in realibus non perſona, ſed fundus conue-
nitur, l. loci corpus. §. ſi aliter fundus. D. fin. reg. l. qui
aliena. §. vltim. D. de negotijs. geſt. l. Imperatores. D. de
publican. Ioan. Fab. ſ. præiudicialis. collum. 9. de act.
Molin. §. 1. gloſſ. 5. numer. 2. gloſſ. §. omnium inſtitu-
tion. de action. Guillem. Benedict. d. c. raynutius, ver-
bo, & vxorem, deciſ. 2. numer. 34. 59. & 49. Bald. Cun.
l. de his. Cod. de Epiſc. & cler.

Nec vero regula iſta vniuerſalis, & catholicon regni 7
pragmaticon, in prophanis dumtaxat locum habet,
ſed etiam in prædiis, dotibus, & fundationibus (vt lo-
quuntur) Eccleſiarum, & quamlibet ſacro patrimo-
nio, adde & rebus clericorum & bonis eorum immo-
bilibus & ſoli, ſiue de re ipſa & fundo controuerſia
ſit, & vendicetur, ſiue ius reale quodpiam aut rei an-
nexum in iudicium deducatur, cenſus, ſolarium, tribu-
tum, c. tributa. 11. quæſt. 1. tex. l. munerum. §. patrimo-
niorum, quo loco pontificem quoque talibus ſubii-
cit. D. de munerib. & honor. l. placet. Cod. de ſacroſ.
Eccleſ. c. ſi clericus laicum. ext. de for. comp. c. noue-
rint. ext. de ſent. excom. l. de his. vbi Cun. Odoff. Cod.
de Epiſc. & cler. Aufrer. d. clem. 1. reg. 2. fall. 18. & 20.
Barbat. conſ. 1. lib. 3. Sequimur igitur Bartoli ſenten-
tiam. l. reſcripto. D. de muner. & hono. cum de rebus
quæritur perſonæ priuilegia non ſpectari, vt ita ratio-
ne cenſus non ſoluti ad Iudicem ciuilem eundum ſit,
quod Salic. dixit. auth. ſed periculum. Cod. ſine cenſ.
vel reliq. & add. ad Bald. ibid. Benedict. vbi ſup. num.
24. Papa deciſ. 472. & illa ipſa Ducis Annæ Conſtitu-
tio, de quo ſupra. Nec attinet referre repugnãtes quos
congerit Aufret. vbi ſup. & Boër. d. deciſ. 69. cùm vſus
peruicerit & tribunalia obſeruent, ne quid ea de re Iu-
dex Eccleſiaſticus ſibi ſumat. Itaque ſi qui in capita-
tione ſunt comprehenſi aut indicto, aut ſuperindicto,
rectè ne an ſecus Iudicis laïci eſt cognitio, & illis ipſis
Annæ Ducis mandatis cõtinetur, & illa Philippi Pul-
chri Ordinatione. Si edicto principis ad arma vocãtur,
quæ ratione prædiorum debentur ad bannum (vt lo-
quuntur) hiſdem Iudicibus ſubſunt & coërcentur eſt
enim id munus rei quam maximè annexum, cum ea
lege feuda accipiant, niſi de amortizatione conſtet, &
commẽtariis rei dominicæ principum noſtrorum an-
notatum quot quibus Epiſcopis armati, olim iudice-
retur, delectu habendo, quanquàm ſunt poſterius iu-
re emancipationis perpetuæ à principibus ea neceſſi-
tate exoluti, & quia immenſum eſt, quod decimæ no-
mine ab his exigitur, iure quidem veteri perſonaliter
ad caualcatam, quod idem eſt cum banno, non adige-
bantur 23. q. 8. c. 1. ſed tamẽ alios ſufficiebant ſuo loco.
c. 1. tit. de cler. qui arm. bell. depoſ. Antibolus tractatu
diligenti de munerib. num. 67. verſ. ſed de iure. Specul.
tit. de immunit. Eccleſ. Degraſſ. libello de priuil. Fran.
priuileg. 15. Sed iam extra Notas.

Proinde & regulam accipimus de reali cognitione 8
laïci Iudicis, vt perpetuo locum habeat, & ampliamus
(quod aiunt) ſiue res ſit propria Eccleſiæ, ſiue collegij,
ſiue clerici aut ſacrati, aut cuiuſquam hominis ſingula-
ris, ſiue communis cum clerico, aut laïco, ſiue reali
agatur, ſiue mixta, ſiue duplici iudicio famil. herciſc.
communi diuid. fin. regund. Id iam olim notarat. gloſ.
l. 1. D. de quib. reb. ad eund. iud. eat. Aufrer. d. clem. 1.
reg. 2. fall. 15. Benedict. vbi ſup. verbo, & vxorem, deciſ.
2 num. 46. Quare nil proderit conſortibus bona com-
munia in clericum tranſcripſiſſe, vt oneribus realibus
eximantur, l. 1. & 2. Cod. quando & quib. quart. pars,
& l. vlt. C. quemad. muner. ciuil. indic. Antib. tract. de
munerib. part. 3. princip. num. 109. verſ. ſed dic. contra.
Spec. tit. de cler. coniugat. verſ. quid ſi clericus. Fru-
ſtra igitur repugnant. Fely. c. placuit. Abb. c. vlt.
ex. de iur. part. & c. dilectus ext. de off. deleg. cum
de re

de re communi Iurisdictionem tribuunt Ecclesiastico.

9 Amplianda secundo regula, de realium cognitionibus, etiam in his quæ non verè & substantialiter, sed fictè & interpretatiuè pro talibus habentur, vt census, reditus fundiarij, quæ solaria dicuntur, quod Bened. notat. vbi sup. num. 34. & 35. Tiraq. d. §. 32. glos. 1. num. 80. & 83. Nec tamen eiusdem generis, aut in eadē causa habendi reditus omnes; vt qui sunt pecunia constituti, de quibus si personali actione agitur, & à contractu initium actionis sumunt, non à fundo aut reali actione, regula vulgaris tenenda est, actiones personales fundum non sequi, sed spectandam esse rei conditionem qui conuenitur, quod eo modo Benedictus tradit, nec tamen simpliciter accipi conuenit, sed tùm demùm cum personalis intenditur. Nam si hypothecaria agitur in rem, vt cedatur aut soluatur, aut vt res hypothecata declaretur, aut ad continuationem reditus sub hypotheca generali bonorū, aut specialis fundi, realis conclusio est, & sententia fundus affectus declaratur, ideóque iudicis Ecclesiastici cognitio esse nō potest, quod Tiraq. probat. d. §. 32. num. 79. glos. vnica. & §. 1. glos. 6. num. 11. & seq. tit. lib. de retract. lign. Nam tales reditus tam certo iure inter fundiaria & realia habentur, vt vulgò in permutationibus veluti fundus pro fundo in Rep. Parisiensi vsurpentur, vel ad excludenda laudimia, haud scio quàm hoc rectè.

10 Eadem ratio facit, vt cùm de reliquijs agitur, quæ arreragia vocamus, idem sit statuendum, cùm scilicet personali agitur aduersus obligatum, vel eius hæredem ex facto aut conuentione personali; Sin reali vt aduersus detentorem rei, nulla deducta conuentionis causa, ad Iudicem ciuilem eundem est, quod verum est, & Tiraq. notat d. §. 1. glos. 6. num. 10. Benedict. vbi sup. num. 35. Molin. in lib. de contractib. vsur. q. 10. num. 154. quanquàm sunt qui hac quidem in re perplexè loquantur, & meticulosè, sed sine causa. Papo. lib. 1. tit. 5. art. 16.

11 Major dubitatio tenuit de his reliquiis, quæ essent in stipulationem & nouam obligationem deductæ, an naturam priorem seruarent, an potius quod ex personali conuentione consequens esset. Hanc nos sup. Ar. 9. attigimus, in quo contrariæ dicuntur sententiæ atque adeo aresta, & multis quidem rationibus Gallus pugnat Iudicis Ecclesiastici, veluti de merè personali cognitionem esse. q. 52. Benedict. vbi sup. verbo, & vxorem. decis. 2. num. 35. Boër. decis. 69. num. 24. Mas. tit. de Iudicib. in princip. Idem Gallus. q. 106 Tiraq. d. §. 52. num. 81. Papo. lib. 1. tit. 5. arr. 16. Contra idem ipse Gallus iudicatum scribit quæst. 52. contra Abbatem sancti Vincentij. Papo eod. lib. arr. 9. Nos si verū amamus, nec nimium insolentes sumus apud recuperatores, fatebimur in personalibus de reditu aut fundo si ex promisso agitur, Iudicis personæ, id est, Ecclesiastici iudicium esse aduersus sacratum: Nam cùm ex promisso agatur, non veniet in controuersiam debiti aut indebiti substantia, cùm indebiti causa non sit peremptoria ad obligationis causam, quæ in stipulatione deducta est, nisi si ipsa promissio nullitatis arguitur, quo casu incidenter deuenitur ad examen nullitatis causæ, vt promissioni materia & substantia subministretur, quæ sine causa nequit consistere, sed tamen super causa Iudex non pronunciat, sed super actione fundata in promissione l. 1. Cod. de Ord. cognit. & notant Bart. & Bald. l. intra vtile. D. de minorib. Nam cùm quis restitutionem petit quia minor & læsus, Iudex probata minoritate non super ea, sed super restitutione pronunciat, quod ipsemet Molin. agnoscit in lib. de contract. vsur. q. 11. num. 154. tametsi alibi diuersum quiddam sentire videtur, nota afixa. d. q. Galli 52. Sed & verum est, titulum potius actionis, quantùm ad conuentionis Iurisdictionem, quam materiam & subiectum actionis esse spectandum, hoc est, qua actione agatur potius quam quid per actionem petatur, & actionem potius quàm reditus realitatem, qui per actionem petatur. Inde illa vulgata Regula, Personales actiones fundum nō sequi. l. 1. §. hæres. D. ad Trebel. l. æris. D. de donat. Nō sunt igitur rebus affixæ actiones, sed personis potius, vt ita Iudex earum spectetur quod vulgatum est. Quare Molinæus iudicio magis integro, & posita Ecclesiastici ordinis inuidia, mutatis dumtaxat nominibus, in sententiam suam impingit, in §. 31. numer. 4. in princip. cùm statuit Consiliarios Requestarum Palatij, qui de personalibus tantùm & possessoriis cognoscant, de arreragiis rectè cognoscere, quantumcunque media realia sint, & fundata super iure feudali, si modo non petuntur reali actione, hypothecaria aut vendicatione, quam sententiam confirmant & vulgatæ Panormit. Decij, & aliorum sententiæ, cap. cæterum ext. de iudic. si ex contractu agatur personaliter etiam de feudo, quantumcunque receptis regulis, feudi causa ad domini cognitionem pertineat, tamen hoc casu eius non fore Iudicium, sed ordinarij & personalium actionum, id est, domicilij, idque ita esse expressè mādata quæ ante citauimus Reginæ Annæ pronunciant. Sed Molin. interdum longè euehitur feruore disputationis, & inuidia eius Ordinis. Sed quid ad verum & ius. Eadem existimanda sunt, cum fundus & quamlibet prædiale aut immobile quidquam actione personali petitur, vt actionis titulus spectetur, non subiectum ad quod competit, & aliter iudicatum illo Paponis aresto 16. mirandum (si tamen sic vnquam iudicatum est.)

Ampliamus porro, quod de realibus cognitionibus (id est,) vendicationibus dicimus, etiam ad hypothecarias, cùm per se & principaliter sua vi intenduntur, id est, vt aduersus detentores rei hypothecatæ abstracta omni materia & promissione personali, Vel cùm agitur, vt res declaretur hypothecata, aut res cedatur, dixit Io. Fab. §. item Seruiana Inst. de act. Bened. verbo & vxorem, decis. 2. numer. 46. Nam si ad solutionem ageretur, ciuilis Iudicis cognitio nō esset, quia esset hoc (vt Benedictus ait) intrare materiam personalem, quæ Iudici ciuili non competit, quod idem scribit ibid. num. 121. & 122. Idem & si de inducendo, id est (vt loquuntur) cancellando debiti dissoluti instrumento ab Notariis Regiis recepto agatur, si instrumentum vt vacuum condicitur, vt idem scribit, num. 126. Aufrer. d. reg. 2. fall. 19. & verum est, & vsus probat. 12

Atque ista quidem de simplicibus actionibus. Sed iusta dubitatio tenuit, cùm quis ad solutionem egisset tum ad declarationem hypothecæ vi instrumenti publici, atque ita vtramque & personalem & realem miscuisset, quæ quāquam actio cognitionem trahere deberet. Ne hîc quidem sententiæ constant, & cùm principaliter personalis intenditur, quantumlibet adiunctis sequaci & appendice hypotheca, quidam putant nôn mutari cognitionis conditionem, quæ natura ex personæ qualitate Ecclesiastici esse debeat, quod Aufrer. Aresto comprobat, part. 7. Styli Aresto 130. Imbert. lib. 1. cap. 24. glos. verb. agnoscant Boër. decis. 66. numer. 24. Papo. lib. 1. titul. 5. Ar. 17. Contrarium Arestum idem Aufrerius profert, part. 6. Aresto secundo. Nec ibi Molin. dissimulat agi etiam apud Ecclesiasticum posse, cùm hypothecaria non nisi accessoriè, & vt appendix actionis personalis intenditur, vt & nota 13

A dicti Aresti.2.part.scribit.& Aufrer.quęst.Tholos.126. Lucius tit. 2.lib.2. Aresto 17.Papo lib.1.tit.5. Aresto 17. & 18. Vera est sententia, cognitionem ex natura accessoriæ actionis mutari non debere, quæ velut succenturiata subiungitur, vt alteri subseruiat, nec per se exerceatur, aut principaliter subsistat: Est enim personalis ex obligatione, hypothecaria executionem potius & solutionem respicit. Erit igitur Iudicis Ecclesiastici cognitio de hypotheca, si accessoriè intenditur ex contractu,non vt super ea Ecclesiasticus principaliter pronunciet, sed hactenus vt cùm reum dare oportere iudicauerit quę in obligatione continentur,subii- B ciat veluti additamento(& ad hoc bona eius hypothecata secundum cōtractum partium declaramus.) Hæc fuit simplex priscorum hominum sententia,quaquam quod illo Paponis Aresto apparet, magno abusus, magnis item nuper retaliare cœpimus. At contra numquàm hypothecariæ personalis accessoria esse potest, cùm personis potius res accedant, l.iustissime. D. de edilit. edict. Itaque personalis apud ciuilem Iudicem non intenditur,quo magis subit mirari temporum instabilitatem & fluctuantia ingenia, quæ huc tandem nos adegere, vt nihil in vita certum sit, dum legibus, C dum mortalibus illuditur, insana libidine antiquissima quæque mutandi. Fuit pridem receptum foro, vocato ad ciuile tribunal homine clerico, vt chirographum agnosceret, hac re defunctum protinus ad Ecclesiasticum Iudicem remittere, nec postulationem recipi petentis apud laïcum, vt ex agnita syngrapha pecuniam clericus deponeret, quod Gallus d.arr.130. indicat, id alio immutatum apparet.ext. d.arr.2. rursum prius illud restitutum ne cogeretur, quod Molin. indicat illa nota.& Imber.d. c. 24. Nunc demum quarto iam Ordin.Caroli IX. anni 1564.public. Maio,constitutum,vt prouisio ab Iudice laïco peti & adiudicari possit, art. D Ord.10. Et quis tandem modus inconstantiæ.

14 Quæ de realibus actionibus dicimus,eadē ad mixtas quoque porrigenda, quæ in personam lege aut cōtractu conceptæ dantur etiam aduersus rerum possessores,veluti retractus,tū interdicta omnia quæ in rem scripta sunt,quod Masuer.sentit.tit.de iudicib. §.1. & iterum tit. de remiss. §. item si Presbyter Benedict. d. verbo & vxorem,decis.2.num.46. Tiraq in retract. §. 34.nu.82.glos.1.§.8.glo.5.Papo in Arestis.tit.de retract. trahunt enim ista de reali plus aliquid. Ideóque ciuili Iudici subijciuntur.

15 E Amplio etiam regulam de realibus cognitionibus ad feudales controuersias omnes,quæ quocūque modo de feudi causa aut Iuribus mouentur,quę ex omnibus maximè inter reales sunt reponendæ.Istud ne Canonistæ quidem negāt,c.cæterum ext. de iud.c.verum de for.comp. Quare rectè Innoc.in d. c.verum, putat quemlibet vilem laïcum posse clericum iudicare ratione feudi, & sententias suas ea de re exequi, & feudo propellere,quod Bald.quoque existimauit. c.1.§.præterea.tit.de prob.feu.alien. per fred. Boër. in cons.Biturig.tit de feud. §.16. Guid. Papæ decis.139. Molin. c. 42.Nec desunt tamen qui repugnent,sed vicit hęc sententia, Iudicem Ecclesiasticum esse in materia feudali F incompetentissimum, & ne id quidem dissimulat Pōtifex d.c.nouit.ext.de iud.quamuis perquam ambitiosa actione, & nota res ex historia est, Aufrer.d.reg.2. fall 1.Iacob. de sancto Georgio tit. de feud. versic. dictique vassalli pro dictis. Nec id tantum verum est cùm de proprietate aut possessione feudi quæritur, & iure ad feudum attinentę,sed etiam si præhensio feudi in controuersia sit,aut manus dominicæ exemptio petatur, quod Lupus latè exequitur rep. c.per vestras. §. sed est pulchra, num.127.ext.de donat.int.vir.& vxor.

Nam nec territorium Episcopus habet, vt quicquam eorum exequi possit, imo nec suas sententias quidem citra veniam in alieno exequitur,quod nos Ar.17.diximus, & Ar.5. sup.Boër.decis.164.Benedict.d.verbo & vxorem,decis.2.num.130. Degrass.iure 10.

Ampliandum id in intercessionibus, siue oppositionibus quibuscunque, quæ aduersus Iudicis ciuilis iudicata interponuntur, de quibus ad eum eundum est, & notauit Aufrer.d.reg.2. num.10. 16

Ampliandum verò etiam si de confiscando feudo agatur, quantumlibet damnato aut absoluto clerico sententia Ecclesiastici: Namque aliter confiscatio non valet, quàm si sententia & iudicio Domini feudalis ad declarationem eius processum sit, his casibus quibus aut confiscatio,aut commissum locum habet; At sententia Episcopi in personam fertur, & corpus distringit.De feudo,domini iudicium est quod Oldrad. putat d.cons.17. Boër.decis.264. Chass.in Consuetud.Burg. tit.de confisc.§.1.glos.verbi, *& appartient.* Imbert lib. 3.cap.16. Molin. d.§. 42. num.16. quamuis repugnet. Panor.cap.verum.num.17. ext.de for.comp.&c.qualiter.ext.de Iudic.Io.And.Anchar.d.c.cæterum. Barbat.Consilio 1.vol.3. Aufrer.reg.4. fall.2. Nec vtimur sententia Bald l.de his. Cod. de Episc. & cler.qui putāt, si possessio clerici incidat in commissum, Iudicem laïcum non debere extendere manum ad bona, nisi prius declaretur sententia Iudicis Ecclesiastici, qua de re & Degrass. vbi sup. iur. 16. & 18. Sed alio iure vtimur, & quotiescunque de re immobili statuitur, aut adiudicanda,aut transferenda, Iudicis ciuilis potestas, & cognitio est,sicuti,& cùm de venia delicti,aut obtinenda, aut apud Iudicem probanda, etiam aduersus clericum,quod Chass.notat d. tit. *des confisc.§.5.* vers. *s'il n'a grace,* Aufrer. reg.4. in princip. quamquam si talia rescripta oppugnantur, & de capite sacrati agitur, rectè tum quoque Iudicem suum reposcit. 17

Ampliandum verò quod de realium cognitione dicimus, etiam in emancipatione perpetua rerum feudalium à lege feudi, per eam quæ amortisatio dicitur, quia nullum feudum i. nullū ius in re immobili transferri potest, in Episcopum,Collegium sacratum, aut aliam manum mortuam (quam vocant sine Regis authoritate & iussu,quæ rescripto Regio conceditur, nō ante tamen quàm super commodo inquisitum est per rationum præfectos Regios, denique & post causam probatam depensa etiam summa pro interesse Regio, id est,financia, cùm olim tertia rei ipsius Regi præstari soleret. Qua de re absolutam esse principis potestatem quidam contendunt, etiam si domini immediati & patroni feudorum repugnant, quibus si indemnitas præstatur,negant ius esse,vt Ecclesiam,aut manum mortuam cogant ad emancipandum,id est,ad vacuandam manum suam, *payant indemnité, & baillant homme viuant, mourant, & confiscant,* quod Ægidius Magister. decis.4 notauit. cui planè Molinæus repugnat. §. 22.numer 134.& §.41. num.60. & § 42.num.6 & §.2. glos.4.num.16. & 18.& § 1.glos.5.Bened. verb.& vxorem decis.2.num 24. Imbert lib.1. cap. 24. instit. Degrass. iure 20. vicit sententia quæ non posse cogi putat, & nuper ex appellatione Iudicatum est à nostris, anno 1567. *baillant homme, &c.* Non igitur sequimur dispositionem.c.videntes 11 quæst.1.nec Speculat. tit. de immunit. Eccles. qui putant clericos statuto cogi non posse, vt vendant possessiones acquisitas. 18

Ampliatur verò etiam in decimis infeodatis, quæ cùm in feudum teneantur, nihil planè differunt à prophano quolibet patrimonio,nisi quod possessorem ex qualitate onerant præsumptione, vt immemorialis possessio & positiones de infeodatione Concilium 19

Latera-

Lateranenſe antecedente, opponendæ ſint agenti Eccleſiæ ex c. prohibemus, ext. de decim. id eſt anno 1179. Itaque quo iure apud nos habentur, vt quid temporale habentur & iudicantur, idque verè & effectualiter, etiam ſi ad Eccleſiam redierint, quamdiu quidem in feudum habentur, & dominum recognoſcunt. Itaque ſi quid controuerſiæ de his naſcitur, vt de prædio & fundo, cognitio eſt iudicis ciuilis priuatiuè ad Eccleſiaſticum, & rectè notauit, quod vſus docuit, Molin. d. §. 46. num 21. & §. 42. num. 9.

20 Ampliandum etiam in reſciſſionibus contractuum vſurariorum cum hypotheca, vel etiam ſine hypotheca, ad declarationem vſuræ commiſſæ, de quo priuatiuè cognitio eſt laïci, neque in foro quiſquam ambigit, quamuis Canoniſtæ contrà cenſeant, de quo Molin. in lib. de contracti. vſur. q. 10. num. 154. quod & in cæteris quoque contractuum reſciſſionibus volunt, de quo Aufrer. d. clem. 1. fal. 4. & reg. 2. fal. 19. ſed iſta alibi, quia potius ad diſtractus ſpectant, & perſonales conuentiones.

21 Ampliandum etiam in euictionis cauſa, ſi lis apud Iudicem ciuilem de feudo inſtituta eſt, & clericus ſacratus vt venditor ad euictionem euocatur, quod vulgò Bald. Fulgoſ. Alb. Iacob. de ſancto Georgio in l. vẽditor. D. de Iud. Anch Reg. ea quæ. q. 17. & quos cumulat Aufrer. reg. 2. fall 5. Boër. deciſ. 69. num. 27. Bened. d. deciſ. 2. verbi & vxorem. num. 125. Papa Deciſ. 562. quanquam Angel. & Caſt. in d. l. venditor repugnent, quod ratione quidem Iuris defendi poteſt, quo caſu lite finita, & re euicta perſonali agitur de intereſſe aduerſus ſacratum. Secus ſi lis apud ciuilem adhuc pendet, aut ſi vocatus comparare noluit quamdiu lis pepẽdit, ne alioqui cognitionem diſſimulatione transferre in poteſtate eius eſſet.

22 Ampliandum autem & in cauſa dotis quoque aut dotalitij, aut donationis ex matrimonij cauſa, quod latè Lupus perſequitur. c. per veſtras. §. ſed eſt pulchra, num. 127. ext. de donat. inter virum & vxorem. & notatur c. ext. tenore, ex. de for. comp. quanquam contradicẽtibus Innoc. Ioann. And. & Abbat. cap. de prudentia eod. tit. de donat. inter vir. & vxor. Iaſ. auth. quod locum Cod. de collat. Io. Imol. Bald. Caſt. l. 1. D. ſol. mat. Sed nec nos principaliter ferimus cognitionem Eccleſiaſtici de dote aut dotalitio, ac ne incidenter quidem quamquam fauente tali iudicio diſpoſitione d. c. de prudentia. Nec iam Canoniſtarum fauor (quem vocant) quęrendus, cùm & breuius & compendioſius iudicio ſeculari veniatur ad finem talis litis, qui prætextus illis quæritur.

23 Ampliandum etiam in inuentariorum confectione, quæ ſiue laïco, ſiue clerico, aut ſacrato ſucceditur, per Iudicem ſecularem fieri, & res deſcribi oportet. quod Aufrer. notat. reg. 2. fal. 12. Papo tit. *des inuentaires*, & hoc mandatis Annæ Reginæ diſertè continetur, & Clementina illa (quam Concordatum vocant) quæ de non agiis (vt appellant) conſtituit, qua cauetur diſertè vt inuentaria per Iudices ciuiles fiant: Et eſt ea de re aliquid inter Cunerij & Heduenſis conflictationes actum. Nam de teſtamentorum cognitione, iudicio, & executione, diximus ſup. Art. 2.

24 *Ius cor.* Ampliandum etiam ſi iuramentum ad materiam realem inter laïcos accedat, qua infinita comprehenſione omnes olim ad ſe cõtrouerſias Eccleſiaſtici trahebãt, nec vtimur diſpoſitione. c. vlt. extra. de for. cõp. nec. Felyni d. c. cæterum. ext. de iud. vbi duplicari forum volunt ratione iuramenti, cuius vſu quidem recepto effectus pænè omnes, qui ab Iuriſcõſultis traduntur, in foro exoleuêre, & notauit Imbert. lib. 1. c. 33. inſtit. gloſ. verbi, ſententiæ. Aufrer. d. reg. 4. fol. 4.

Ampliandum etiam quod ad legitimationem attinet, ad effectum quidem ſuccedendi in temporalibus, c. per venerabilem. ext. qui fil. ſint legit. Eſt enim inter ſymbola regiæ poteſtatis præcipua natalibus reſtituere, quod & ante Bened. notarat, verbo. ſi abſque liberis. 2. num. 47. Boër. deciſ. 242. Degraſſ. in regalib. iure 18. lib. 1. & iure 11. Ferald iure 11. 25

Amplia etiam in monitionibus concedendis in forma malefactorum in materia reali, denique in omni lite apud Iudicem ciuilem pendente, vt non aliter parti promulgare impetratas liceat, quàm Iudicis ciuilis venia ex libello, quod nos diximus ſup. Ar. 6. verbo *par monitions*. Papo. tit. *des excomm.* art. 8. 26

Ampliandum non ſolùm in materia petitoria, & de proprietate, ſed & in poſſeſſoriis omnibus, non ſolùm de rebus prophanis, ſed etiam ſacris, & patrimonio Eccleſiarum, quod Aufr. notarat, reg. 2. fall. 24. Boër. d. deciſ. 69. & in Conſuet. Biturig. §. 4. tit. de iuriſd. om. iud. Bened. d. verb. & vxorem, num. 38. Papa deciſ. 1. & deciſ. 85. Io. Fab. §. retinendæ Inſt. de interd. Canoniſt. c. literas. ext. de iurament. calum. Degraſſ. lib. 2. 27

Amplia non ſolùm in ordinaria Iuriſdictione, ſed & in prorogata quoque, vt ne prorogari quidẽ conſenſu partium Iuriſdictio Eccleſiaſtici poſſit ad cognoſcendum de realibus, in præiudicium Regiæ aut ciuilis poteſtatis. Ord. 1539. Art. 1. & 2. Boër. d. deciſ. 69. Bened. d. verbo & vxorem. num. 52. & 53. Io. Fab. l. ſi qui ex conſenſu. Cod de Epiſc. aud. Quare tam incapax eſt Iuriſdictio Eccleſiaſtica, vt hunc conſenſum recipere non poſſit, quin quandocunque altera partium voluerit, cognitionem ſui Iudicis repoſcat, inductis interlitiſque actis omnibus, & ſententia etiam ſi quæ eſt ſequuta. exceptis dumtaxat expenſis voluntarij proceſſus, vt loquuntur. Contra tota Iuriſconſultorum ſchola olim putarat. l. 1. ſ. & poſt operis. D. de op. no. nunt. 28 *Ius Cor.*

Amplia non ſolùm in contentioſa Iuriſdictione Eccleſiæ, vt prorogari nequeat, ſed ne volũtaria quidem. Itaque nec Notarius Apoſtolicus aut Eccleſiæ facit fidem contractus de materia reali, aut inter duos laïcos, & recipere prohibetur indicta mulcta, quod Gallus dixit. q. 259. & Ord. 1536. Art. 6. quæ Valentiæ edita eſt. Boër. deciſ. 242. 29

Amplia non ſolùm in primis inſtantiis, ſed etiam in cauſis appellationum in omnibus ſupradictis cauſis, quare hic multæ decretales ſubuertuntur, & contra putarant. Bald. Panor. in rub. ext. de appell. per c. ſi duobus. §. denique eod. tit. ſed iure à Pontificibus edito quod ſuo item iure Reges antiquarunt, & notat Bened. vbi ſup. num. 25. 30 *Ius cor.*

His ſatis diligenter (vt putamus) excuſſimus diſcrimina cognitionum, & vtriuſque poteſtatis ciuilis & Eccleſiaſticæ, locos indicauimus & veteres pugnas, deinde receptum vſum, & leges regni, non alibi (vt exiſtimamus) vno loco coacta.

NOTA 3.

1 *Clerici coniugati pro laïcis habentur.*
2 *Quid de non coniugatis & nu. 3.*
3 *In Crimine clerici coniugati pro laïcis habentur.*

[c] *Des cleres mariez.*] Hæc additio eſt ex iure antiquo, quo apparet tempore ſcriptæ Conſuetudinis veteris Iudices Eccleſiaſticos de realibus quoque interdum cognouiſſe, quod hæc exceptio de Clericis coniugatis indicat, quæ in cæteris confirmat regulam, & implicat in non coniugatis aduerſatiuam. Quid enim de coniugatis exprimere oportebat, ſi diſpoſitio erat vniuerſa-

lis? Tenuisse verò eam controuersiam apparet inter A ciuiles & Ecclesiasticos Magistratus ad Annæ vsque principis tum viduę tempora, cuius Constitutione demum ea de re constitutum est, & extat vetus quædam Constitutio Ioannis Ducis anno 1424. quę clericorum ac coniugatorū dumtaxat mobilia afficit, & rerum immobilium fructus ad vitam dumtaxat, quia scilicet cō-
2 fiscatio immobilium nobis locum non habet. De agamis nihil statuit, & propemodum perspicitur oculo, consulto euitasse cœlibum mentionem, tanquam in his aliud ius esset. Nunc rebus versis & audaciore mūdo, de clericis coniugatis in totum vsus recepit, vt pro laïcis habeantur, nec quidquam priuilegij retineant, & apud Francos iam olim illa Philippina (de qua ante diximus) erant exclusi, & similis constitutionis Neapoli meminit Afflictus lib. 1. const. 27. Canonistæ quidem, & ipsi priuilegijs coniugatos exemerant, prætерquàm Canonis si quis suadente & fori c. 1. vbi Io. Monach. Dom. & alij. ext. de cler. coniug.

[d] *Qu'en crime.*] Nunc ne id quidem obtinent, cùm 3 (vt dixi) pro merè laïcis habeantur in omnibus & per omnia. Quin magno ausu & nouo exemplo ea quoque priuilegia etiam cœlibibus adempta Ord. Carol. IX. pub. anno 1574. Art. 21. quanquam non probante Curia Parisiensi, & ante diximus, Art. 4. Nisi quantum ille rigor temperatus est Molinensi Art. 40. Sed si iure cœlibes ad priuilegia recipimus, coniugatos excludimus, quid de eo iudicabimus, qui ante cœlebs mox coniugatus, postremo vxore amissa viduus agit, B vt in focarij solutione, & priuilegium recuperare putarunt Dominic. & Philip. Franc. c. 1. de cler. con. in 6. Imol. c. Ioannes. ext. de cler. coniugat. Nostri aresto excluserunt etiam Ordinatione illa 1564. nondum condita *entre Brient Biet, & les parroißiens de Geuesé*, Nunc quidem non magna dubitatio est, cùm Ord. talis sit: Nam coniugatos ad intributiones cogi iam olim putabat Guido Papæ decis. 383. Antib. in tractat. de muneribus.

ARTICLE XLV.

ARTIC. XXXVIII XXXIX. NOVAE CONSVET.

LE [a] Seigneur peut suiuir [b] ses hommes par sa Cour, pour les choses [c] qui luy touchent, [d] sçauoir, pour les deuoirs de son fief, pour [e] le mesfait ou mesdit qu'on auroit faict ou dict, [f] à luy, ou [g] ses gens, [h] ou ceux qui seroyent en sa garde, [i] ou qui viendroyent prendre droit par sa Cour, [k] ou qui contreuiendroyent aux commandemens qui auroyent esté baillez par sadite Cour, [l] qui attenteroit contre ses plegement & arrest, qui depeceroit son marché ou foire, ou son [m] brandon, [n] ou semblable cas. [o] Aussi pourroit-il suiuir les hommes d'autre iurisdiction (combien qu'ils declinassent) [p] s'ils ont delinqué esdits cas, en sa Iurisdiction, [q] Et pourroit arrester les malfaisans, iusque à [r] plege de fournir droit.

[a] D*ominus potest conuenire* [b] *vassallum apud Judicem suum seu Iurisdictionem* [c] *pro debitis* [d] *ex causa feudali, pro* [e] *iniuria facta aut dicta occasione feudi* [f] *sibi aut suis, aut* [h] *his quos in fidem tutellamue receperit* [i] *aut qui venirent vt iudicio sisterent in sua Curia seu Jurisdictione,* [k] *aut qui non obtemperarent mandatis suæ Curiæ,* [l] *qui attentaret seu aliquid innouaret contra sua plegiamenta & arrestationes, qui mercatum suum aut nundinas aut sua* [m] *insignia in mercatu suspensa ruperit,* [n] *aut alia similia fecerit.* [o] *Et etiam posset conuenire vassallos aliæ Jurisdictionis (quamuis declinarent seu remitti ad suum Judicem postularent)* [p] *si deliquerunt in prædictis casibus in sua Jurisdictione.* [q] *& posset retinere malefactores* [r] *donec satis dedissent iudicio sisti.*

NOTA I.

1 *Feudi & iurisdictionis differentia, quæ hic male confunditur.*

1 Hic Articulus animaduersione intenta & exercitatione iuris eget. Diximus sæpè multum interesse inter feudum & iurisdictionem per se & in abstracto sumptam, propria & natiua significatione, qua de re Molin. disputat. §. 1. tit. de feud. in Cons. Paris. & è veteribus plerique; id discrimen nusquam authores veteris Consuetudine scribendæ sensêre, & Reformatores veterem errorem sine iudicio & ipsi sunt secuti. Ita factum, vt perpetuo quæ iurisdictionis per se sunt, cum feudo confunderent, vt hic quoque valde perspicuo C loco, vbi cum de feudi materia subiecto & causis tractetur, & tradere instituant, incauto lapsu exempla miscent feudalibus, quæ propriè iurisdictionis sunt, nec feudo, vt feudo possunt congruere. Distinguenda sunt huius clausulæ cola, & verbum, *qui luy touchent*, intelligendum de his quæ Dominum feudi tangunt in qualitate feudali, & Dominica, respectu & ad causam (vt loquuntur) feudi, sed Articulus sequens in verbo, *touchent son office*, ad iurisdictionem per se sumptā pertinet. His consequens erat, vt suo cuique membro sua exempla subiicerentur non aliena, & conuenienter ad ius & naturam, quæ hîc imperitè permixta cōfusáque docebimus. Hoc igitur mēbro cum de feudi iure agatur, addenda fuerunt exempla, de fide & homagio, de dinumeramentis, de professione rerum feudalium, de bonis

bonis heremis, laudimiis, rachatu, commisso, ratione personalis domini offensæ, aut earum causarũ ex quibus feudum committitur, denique de his quæ nemini non patrono, aut in alia qualitate, quam feudali possunt competere in altero de his quæ ratione iurisdictionis tribuuntur, vt de maleficiis, delictísque publicis, & communibus extra feudi causam, de foro ratione contractuum, de prorogationibus, denique de iuris potestate, ratione solius domicilij, citra feudi possessionem, aut causam passiuam; de quibus sigillatim, vt perturbata hîc sint, trademus.

NOTA 2.

1 *Quando qualitas vassalli est in confesso Parium curiæ cognitio est &c.*
2 *Rex iudicat in sua causa ratione feudi.*
3 *Exceptio ad Artic.*
4 *Inter duos vassallos de feudo agentes domini est cognitio.*
5 *Prorogatio vassalli non derogat causa feudali num. 6. 7.*
6 *Nulla iurisdictio ex contractu censuario.*
7 *Reus negans se vassallum ad iudicem ordinarium remittendus & nu. 10.*

[a] *Le Seigneur peut suiuir son homme.*] Hæc Domini vox, mox correlatiua *son homme*, arguunt hîc de feudi causa & subiecto agi, neque enim verba alteri subiecto, aut qualitati possunt congruere. Sed cùm hîc generalem regulam constituat, dominum pro debitis ex causa feudali, vassallum conuenire posse apud iudicẽ suum, id est domini ipsius, videndũ est quomodo quaque in parte hæc dispositio cum iure feudorum conueniat.

1 Traditur regula & sententia vniuersalis. Quoties inter dominum & vassallum controuersia vertitur, si qualitas domini & vassalli in confesso sit, non domini feudi, sed Parium Curiæ esse cognitionem. c. imperialem. §. si inter duos. tit. de prohib. feud. alien. per Fred. c. 1. de cont. feud. ap. par. term. Locus hac de re apud Bart. & cæteros. l. qui iurisdictioni. D. de iurisd. omnium iud. Bald. l. cessante vers. sed nunquid. C. quom. & quád. iud. Alex. ad Bart. l. de iure. D. ad municip. Abb. Panor. cons. 82. incip. conditoris omnium vol. 1. Iacob. Bellouis. Card. Alex. Bald. tit. de inuestit. in marit. fact. §. vlt. Iacob. de sancto Georg. tit. de feud. vers. & dicti vassalli pro dictis rebus. Socin. cons. 18. vol. 2. Aluarot. tit. apud quem vel quos contr. feud. term. debe. Oldrad. cons. 272. Francis. Curt. tract. de feud. vlt. parte. Canonist. Innoc. Anton. But. Henric. Boich. Panor. Francis. Aret. Imol. Felyn. Anchar. Decius. Host. Io. And. Bald. Collect. Goffred. Vincentius glos. c. cæterum. ext. de iudic. Henric. Boich. c. 2. ext. de feud. Boër. in Cons. Biturig. tit. de feud. §. 16.

Pares Curiæ vocabant conuassallos, qui eidem domino fidelitatem iurassent pro aliis feudis, quæ tenerent ab eodem domino, c. 1. tit. si de inuestit. int. dom. & vas. lis oriat. debent autem eiusdem esse qualitatis, cuius est is qui iudicatur, vt Barones Baronis, Comites Comitis, Castellani Castellanorum, quod schola notat. d. c. cæterum. Iacobi de sancto Georgio vbi sup. Sed ista pridem exoluêre, ac ne imago quidem in Fràcia olim parium nomine retenta multum iuris habet

2 præter nomina, & inanes voces. Cæterum quod statuunt dominum in causa feudi nõ cognoscere, verum etiam volunt esse etiam si talis sit qui superiorem non agnoscat, cuiusmodi est Rex Franciæ, quod putat Aluarot. c. 1. tit. apud quem feud. term. debe. Bald. Aluar. & c. 5. præterea tit. de prohib. feud. alim. per Feder. Sed tamen agnoscunt cõsuetudine iurisdictionem tribui posse. Decius d. c. cæterum. & Henric. Boich. c. 2. ext. de feud. Sed nos pridem ista reiecimus (vt dicemus infra Art. penult. huius tit.) & Rex in sua causa iudicat, imo & cum ratione feudi dominantis recepto vsu & cõsuetudine nostra, iurisdictio semper domino tribuatur, nec (nisi me experimenta fallunt) vllum sit in Britannia dominans feudum, quod non & iurisdictionem habeat in subditos, cõsequitur vt iurisdictione annexa, idem sit ordinarius ratione iurisdictionis, qui dominus est ratione feudi, quod Io. And. Panor. & Bald. notant d. c. cæterum. Alex. cons. 79. vol. 1. Atque 3

ita cùm apud ordinarium controuersiæ agitentur de feudis, quas dominus feudi iudicare vetetur, concurrente vtraque potestate ordinaria & feudali, posse de controuersiis inter alios quidem iudicare, de suis non posse, nisi quantum speciali dispositione consuetudinis tribuitur hoc articulo, qui tamen cùm à iure communi exorbitet (vt loquuntur) tam arctè concluditur, vt vltra expressa porrigi non debeat obstante dispositione alia articuli 30. 49. & 50. qui articuli vniuersali exceptione penè huius ipsius vim, potestatémque eludunt, & eneruant ita vt si lis domino cum vasallo intercedat, nihil planè in domini cognitione relinquatur de debito aut iure, sed hoc tantum an solutum sit, de substantia debiti nihil.

In reliquum, cùm inter duos vassallos de feudis 4
ambigitur, quæ in eiusdem patroni & dominio & iure sint, domini cognitio regularis & ordinaria est, d. §. præterea si inter duos, & d. c. cæterum d. c. verum d. c. nouit. d. c. extransmissa ext. de for. compet. Idque verum cuiuscunque tandem conditionis sit vassallus, siue clericus, siue alius. Nec vlla prorogatione vassalli 5
tali iurisdictioni derogari potest in materia quidem feudi, quod vulgo Bart. & alij notant l. 1. §. & post operis. D. de op. no. nunt. Quamobrem Anchar. d. c. cæterum talem iurisdictionem, quæ ex causa feudi competat, alterius cuiusdam naturæ esse putat, quàm vulgarem iurisdictionem, quia feudalis prorogari extra domini cognitionem nequeat, quod Iacobinus persequitur in lib. de feud. vers. dictíque vassalli pro dictis, num. 32. Boër. decis. 114. Guido Papæ q. 275. Quod 6
ego sic quidem accipio, si simpliciter de materia & causa feudali quæratur, siue possessorio siue petitorio. Alioqui & si de feudo ambigatur, si tamen nõ in qualitate feudi, sed ex contractu forsan agatur, aut actione personali tam prorogari ista cognitio potest quàm alia quælibet de consensu partium, quod & rectè Panor. & Philipp. Decius putant. d. c. cæterum, contra Io. And. ita vt à domino feudi prohiberi litigantes nequeant. Quare sine iudicio, & parum expensa ratione 7
vulgo traditur indefinitè iurisdictionem alienam in præiudicium domini prorogari non posse, quæ sententia tum demum vera est, cum de feudali materia & subiecto agitur, propter conditionem feudi passiuam à natura, & importantia actiua feudi dominantis ex lege infeodationis. Sed longe aliter habet in iurisdictione simpliciter considerata, extra subiectum & materiam feudi, quæ personæ potius quàm rei cõpetit, & à persona maximè dependet, & ab ea abstrahitur, & prorogabilis est actiuè & passiuè, in qua qui iurisdictionem simpliciter habet, non magis probabile interesse habet, si ab eo discedit, quàm vnus piscator è pluribus, si pisces in alterius nassam crebrius incurrunt, aut propola in foro, si plures in vicinam tabernam ventitant. nec ex alieno litigio quisquam rationabiliter captat prædam, quod Imperator dixit. Ergo liberum erit cuique apud quem experiatur, volente etiam aduersario, quod aliter habet in domino feudi, ne de ea re in qua directum dominum habet quis-

quam inscio aut nolente eo statuat, quod ipse nolit; sic accipi volumus, quæ breuiter diximus, Art. xj. sup.
8 & Guid. Pap. Decis. 275. Sed ea dubitatio inter duos emphiteotas non cadit, quia per contractum emphiteoticum nulla iurisdictio acquiritur; quod Bald. & Decius notant, d.c. cæterum Idem in libellariis (quos vocant) quod ibid. Felyn. notat. Idem in censuariis, quo quidem iure vtimur in Britannia.

9 Sequitur species alia, cum lis inter duos instituitur, & is qui reus esset, negat se vassallum esse, cum alter contra intendat. Quo casu putant ordinarij esse iurisdictionem, quod verum est; ordinarium hîc vocant, qui extra feudi causam iudex est litigantium, & iurisdictionem ordinariam habet. Itaque cùm qualitas feudalis, quæ iurisdictionem tribuit, negetur absolutè, ad ordinarium eundum est, cùm illa feudalis specialis sit, & speciali iure inducta. Quamobrem cùm iurisdictio ex talibus causis prætenditur contra regulas iuris communis, de qualitate iurisdictionem tribuente primùm omnium oportet constare, quod Canonistæ rectè docent, d.c. cæterum Henric. Boich. d. c. 2. ext. de feud. Oldrad. d. cons. 262. Isern. Bald. Aluarot. Card. Alex.
10 Bellouis. d. c. præterea. Alex. d. cons. 79. vol. 1. vnde illud quoque consequitur, vt si vnus aliquis vassallus à duobus Dominis vendicetur, ad ordinarium recurrere necesse sit, qui sit partium superior, aut certe rei postulati, à quo petat se per manum supremam inuestiri, quam vulgata iam est foro practica, & notat Felyn. vers. 7. fallit. Panor. d.c. cæterum. vers. si vero est quæstio Bald. ibid. num 14 Io And. d.c. verum vbi & alij Rom. Cons. 47 Boër. Decis. 106. Sed istud alterius est loci, & nos infra dicemus Art. 112. Atque hæc de competentia Iurisdictionis feudalis actiuæ. Nec ignoro alios casus complures ex superioribus mixtos in scholis implicari: sed in hos vsu & fori exercitamentis incidunt & resoluuntur.

Nota 3.

1 Deuoirs de fief, *quæ sint.*
2 *Exemplum iurisdictionalium pro feudalib. impropriè.*
3 *Delictorum & contractuum par conueniendi ratio.*
4 *An magistratus cognoscit de iniuria sibi illata, Distinctio.*
5 *Artic. est de officialib. exercentibus.*

a *Le Seigneur.*] Hæc vox causam, subiectum, & materiam feudalem per se implicat: extra eas causas ordinariorum Iurisdictio est, vt infrà Art. 49.

b *Ses hommes.*] Hîc quoque correlatio vocis HOMMES, feudalem causam dat intelligi, nec enim subiectus, id est, HOMME, aliter intelligitur quam ratione feudi.

c *Qui luy touchent.*] In qualitate Domini feudalis, & ex causa feudali.

1 d *Sçauoir.*] *pour les deuoirs de son fief.* Hîc se Consuetudo aperit de realibus & iuribus feudi disponere, alioqui inepta & extra rem essent exempla, quæ subiicit, nec dicto aut proposito conuenirent. *Deuoirs de fief sont, Foy, hommage, rentes, obeyssances, minuz, adueuz, ventes, aides coustumiers*, & quæ talia immediatè à causa feudi dependent, & debentur.

2 e *Meffait ou mesdit.*] Hîc se prodit authorum veterum imperitia iuris, & Reformatorum inconsiderantia, qui regulæ de feudalibus causarum cognitionibus, exemplum iurisdictionalium subiicere. Neque enim quod quisquam de iniuria sibi aut suis facta cognoscit, hoc habet à feudo, sed à Iurisdictione simpliciter & per se, quod ex eo patet, quia ei quoque ista cognitio potest competere, qui feudum nullum habet, ergo A originem & causam suam non habet à feudo. Nec refert, an his præsupponamus iniuriam esse factam occasione feudi, aut in odium controuersiæ feudalis, veluti si forte manus Domini apposita feudo, violata est, aut vis facta Apparitori ex ea causa exequenti. Nam id quantumlibet præsupponamus, actio vindicatio, & prosecutio Domino non potest competere cognitionaliter in quantum Dominus, cùm de nulla controuersia contra vassallum suum cognoscat (quod ante diximus) iure quidem feudali, quod Bart. dixit. l. qui iurisdictioni. D. de iuris. om. iud. Sed in quantum Iurisdictionem habenti, cui scilicet, licet, pœnali iudicio iurisdictionem suam defendere. B De vulgariis verò iniuriis, quæ alia occasione inferuntur, veluti de iurgio, aut rixa qualibet, neque Iure Consuetudinario, nec ciuili, nec feudali potest Dominus feudi inquantum Dominus cognoscere, ne in causa sua iudicare contingat, contra communes regulas. Non est igitur hæc domanialis (vt loquuntur) sed iurisdictionalis cognitio, & malè inter exempla feudalia reponitur. Ideóque rectè Innoc. & Panor. existimant in c. postulasti. ext. de for. comp. quod si quis habeat possessiones intra limites feudi cuiusquam Domini, & eum C offendat, cùm tamen ibi domicilium non habeat, non posse Dominum in cuius feudo est possessio de ea offensione iudicare, sed adeundum esse domicilij Iudicem.

f *A luy.*] Iure, si Domino facta iniuria proponebatur, 3 siue ad commissum, siue ad alias iuris pœnas ageretur, Domini feudi Iurisdictio non erat, siue sicuti Domino, siue vt extraneo facta dicebatur l. lege Cornelia. D. de iniur. l. qui iurisdictioni. D. de iuris. omniũ iud. l. Iulianus. 2. D. de iudic. l. Senatusconsulto. D. de off. præsid. ex reg. vniuersali & tit. ne quis in sua caus. iudic. Bald. Innoc. d. c. cæterum. tum ex Art. 49. inf. D quia contractuum & delictorum par est ratio, quo ad conueniendi locum, vt ante Art. 9. dictum est, & illic de contractibus statuit non posse, ergo nec de delictis qui mali contractus dicuntur. Secus existimant cum 4 Magistratui vt tali, & Magistratum exercenti facta iniuria est, quæ ratio esse potuit, cur hic quoque cognitionem Domino feudi tribueret, & in Art. 49. in qualitate Domini Iurisdictionem habentis, de quo operosa est distinctio scholæ Bart. Bald. Alb. Salyc. l. qui iurisdictioni Bart. l. si quis forte. §. si quis vbi & Alber D. de pœn. Alex. Cons. 13. lib. vj. Cyn. & Salyc. E l. 1. C. ne quis in sua caus. iud. Barbat. Decius. Felyn. Abb. Anton. But. c. cum venissent. ext. de iudic. Oldrad. Cons. 7. incip. quædam maledicta. Longa commentatio Matth. Afflicti Const. 32. incip. eos tantum lib. iij. Cæterum cuiusmodi nunc sunt mores & ingenia hominum, vix quidem ea cognitio probaretur, quamlibet Magistratum de iniuriis sibi in ea qualitate factis cognoscere, quæ si tamen notoriæ essent & publicè factæ, veluti pro tribunali & alias munus exercenti, omnes leges clamant vindicari posse, tex. l. item apud Labeonem. §. adiicitur. D. de iniur. Si Magistratus (inquit) insignia petulanter atrectantem ceciderit, F ita tamen vt ex tempore iudicet, & hactenus vt mulctam dicat, non capitaliter iudicet, quod Angel. dixit d. l. qui iurisdictioni, expressus tex. c. 1. de pœn. in 6. In non notoriis negant esse offensi cognitionem. Bart. d. l. qui iurisdictioni. Innoc. c. ex parte. ext. de verbo. signif. & c. dilecto de sent. excom. in 6. Nec immeritò, cùm iratus Plato castigationem serui etiam priuatim omiserit, ne quid vltra modum faceret: væ tibi (inquit) quia vapulares ni iratus essem, id Magistratui offenso, multomagis conuenit. Certè quidem Romanos Magistratus tantam olim dignitatis rationem habuisse

habuisse constat, vt contra admissa ipsi vindicarent. Quin & iniuriam Magistratui factam contempsisse inter capita accusationis fuit imminutæ maiestatis, & quosdam ea lege periclitatos historiæ proditum est.

5 [g] *A ses gens.*] Hoc quoque infensa iurisprudentia d. l. Senatusconsulto vbi Bart. & Alb. Abb. item d. §. si quos. Bart. in tractatu de iurisdictione. Sed quod hîc dicit, accipi conuenit non de domesticis, sed de officialibus officium exequentibus, si quid contemplatione respectúve officij iniuriæ factum sit. Sin vt priuatis contra cẽsendum, quamuis enim domino actio competat: de iniuria etiam famulo non seruo facta, ex qualibet causa vt inf. Art. 217. latè Afflict. d. const. 32. lib. 1. c. 1. Tamen ius ea de re dicere nequit, d. l. Senatusconsulto. Bart. l. iniuriam. D. de iniur. & l. item apud Labeonem. §. si quis sic fecerit, & §. item si liberum & l. lex Cornelia. D. de iniur. Bald. tit. de pac. Constant. & idem d. l. Senatusconsulto. & ibi Alb. Abb. Fely. c. si quando & c. causam que. ext. de off. delegat. Barbat. d. c. cùm venissent.

NOTA 4.

1 *Exempla de iurisdictionalib. quæ sunt proprie feudalium.*
2 *Si quis ius dicenti non obtemperauerit.*
3 Brandon *quid.*
4 *Alij casus de contemptu domini &c.*

[h] *Ou ceux qui seroient en sa garde.*] Veluti si quem in suam fidem tutelámve receperit, aut fidem priuatę tutelæ interpositam ruperit aliquis. Sed hæc quid ad feudum, aut feudalem qualitatem? certe ista iurisdictionis sunt potius, & eodem errore hic miscentur, quo ante diximus.

1 [i] *Ou qui viendroyent prendre droit par sa Cour.*] Tenentur autem tales edicto de eo per quem fact. erit, quom. quis se in iud. sistat, aut alio, ne quis eum qui in ius vocatus est, quibus qui tenetur, & ad interesse partis & mulcta obstringitur. Ad hoc quis negabit ad exẽpla Iurisdictionis pertinere, non ad feudales cognitiones.

Sed & quod hîc dicit, *qui viendroient*, de eo delicto intelligi conuenit, quod intra fines territorij admissum sit: Nam extra admissi, tametsi in Iudicium Domini euntis coërctio non potest tribui alteri, quàm in cuius territorio sit admissum, ex §. 9. sup. Idem existimari debet, & si in odium litis apud quempiam Iudicem pendentis quidquam admissum à litigantibus aduersariis proponatur c. Romana. §. in alium. de appel. in 6. Bened. c. raynutius, verbo, & vxorem. Decis. 2. num. 14. Boër. Decis. 297. Stil. Parl. tit. quor. cognit. pert. ad Regem. §. vlt. Idem iuris tribuitur Romam petentibus iuris petendi causa. c. 3. de pœnit. in extrauag. & alia extrauag. de priuileg. quia in tutela sint Pontificis Romani.

2 [k] *Ou qui contreuiendroient*] Tales tenentur ex Edicto Si quis ius dicenti non obtemp. & authentica vt omnes obed. Iudicib. Prouin. actione, scilicet, in factum, eáque mere pœnali, vt de contemptis edictis, bannis, & politicis constitutionibus, de quo Io. Fab. l. 3. C. de defens. ciuit. Sed & vetus eum quoque expresserat, qui ius ex officio exequenti, vi restitisset. Nam & in vniuersum Iurisdictionem suam pœnali iudicio licet cuique defendere. l. vlt. D. de off. eius cui mand. est iurisd. & l. 1. D. si quis ius dic. non obtemp.

[l] *Qui attenteroit.*] De attentatis in vniuersum diximus Art. 29.

Qui depeceroit son marché ou foire.] Hoc est, qui negotiatores arcent à mercatu terrore, minis, verberibus; Nam & mercatui alias magna securitas debetur,

A cùm ne ius quidem exequi, & lege agere, id est, obligationes exequi in multis permittatur, quod Bart. tractat in tractatu repræsal. & l. 2. D. de fer. ad fin.

[m] *Brandon.*] Vetus & obsoleta vox, signum, scilicet, quod nobiles indicio aperti mercatus solent suspendere, cuiusmodi sunt militaria signa quæ in templis suspendi solent post victorias, aut funera appictis insignibus gentilitiis. Meminit vocis Molin. §. 52. tit. de censib. eodem sensu, sed propria vi & potestate alia, principalium velorum & signorum meminit l. 1. & 2. C. vt nemo priuat. reg. tit. quibus in Saluagardiis vtimur. 3

B [n] *Ou semblable cas.*] Non enim debent exempla restringere regulam, sed de similibus, ad ea quæ similem habent rationem, procedendum est, veluti si Apparitori Domini vis facta sit, quod vetus expresserat, c. 54. & 55. Sed & ad alios quosdam casus addiderat, c. 239. *comme, s'il trepassoit sa coustume sans depry*, id est, qui metas, quibus vectigal exercetur, sine professione transgressus sit, de quo tex. l. vlt. §. licet. & §. diui. D. de public. *ou s'il emportoit les denrées des marchans sans congé, s'il faisoit escousse à sergent, s'il dementoit son Seigneur, ou s'il desauoüoit le Lieutenant de son Seigneur.* In quibus omnibus, cùm de C contemptu Domini agatur, maior mulcta Domino, minor litigatori debetur, vt inf. Art. 604. 4

NOTA 5.

1 *Iurisdictio prorogata statuto speciali.*
2 *Pro delicto non tribuitur iurisdictio domino feudi.*
3 *Cautio iudicio sisti &c.*
4 *Iudicatum solui in casu huius art.*

[o] *Aussi pourroit-il suiuir les hommes d'autre iurisdiction.*] Hic plane apparet de Iurisdictionis simplicis iure & D potestate agi. Nam cùm hîc potestas tribuatur in externos non vassallos, constat extra causam feudi agi, sed Iurisdictionem prorogari legali prorogatione, in non subditum ratione qualitatis delicti, & personalis admissi, citra ius reale aut feudale. De quo quidem si extraordinariè agitur, dubitandum non fuit, ne veteri quidem iure si delinquens ibi captus erat, ex Art. 9. 12. & supra. Nunc Articulo Molinensi passim & sine discrimine Iudex delicti cognoscit. Sed hic tamen Articulus ius speciale constituere voluit, & omnimodo Iurisdictionem Domino loci tribui. Itaque intelligẽdus est, cùm ciuiliter de delicto agitur ex supradictis E causis, quo casu iure communi domicilium rei sequẽdum foret, vt in personalibus omnibus, diximus Art. 12. verb. *est iusticiable.* Sed id vt contingat, & reus actionem ibi accipere cogatur, cum ex his causis postulatur manu iniecta, sistere se cogitur, vt sic cautionem interponere cogatur de iudicio sisti, atque ita eodem se loco defendere is, qui in actione ciuili domum reuocaturus erat, cùm nihil esset quo distringi posset, ibi procedere, quia alioqui conuentionem excluderet discessu, & Dominus abeuntem sequi cogeretur. Cui incommodo hac ratione occurritur. 1

F [p] *S'ils ont delinqué esdits cas.*] Intellige relatione facta ad qualitatem dominicã, cùm iniuria facta est in ea qualitate, alioqui pro simplici & vulgari delicto cuiquam Domino facto, nequaquam Iurisdictio eidem quamquàm Domino feudi tribui posset, de iniuria propria. Ac vereor ne vsus ne hunc quidem casum recepturus sit, cùm iusta sit causa recusationis, si Dominum offensa attingit. 2

[q] *Et pourroit arrester.*] Cùm de delicto admisso olim iurisdictio tribueretur Iudici loci, sed ita demum & conditionaliter, si delinquens ibi captus erat, 3

fiebat vt discessu Iurisdictio excluderetur. Id cũ timebatur cautio Iudicio sisti, & eodem loco defendi interponebatur, vt se eodem loco reus defenderet: Nec hodie illo Molinensi Articulo dubitari potest. Sed cùm actio ciuiliter instituitur aduersus non subditum, nisi cautione interposita iurisdictioni succurri non potest, quod in debitis quoque feudalibus exigendis Consuetudo prouidit, Art. 129. inf. ex l. Senatusconsulto. D. de off. præsid. & l. fideiussor. §. vlt. D. qui satisd. cog. vbi Ias. nos supra. Art. 3.

A [f] *Plege de fournir à droit.*] Iudicio sisti, & iudicatum eodem loco fieri, quæ vltima cautio tametsi in foro præstari desita est iure ordinario hîc tamen præstari conuenit, alioqui nihil hoc Articulo ageretur, in quo de commodo tantum Iurisdictionis agitur. Ex quo apparet, quid de eo statuendum sit, qui cum alieno equo deprehensus est transiens, vt eodem loco se defendere cogatur, si eo loco subductus dicatur, sin minus fideiussione præstita remitti debeat ad Iudicem suum. 4

Article XLVI.

Art. XL. Novae Cons.

Pareillement [a] cognoistra le [b] Seigneur ou son Iuge, des choses [c] qui ne touchent son faict, [d] comme seroit faict de crime, qui touche son Office, soit [e] à denonciation de partie, ou sans denonciation.

Item [a] cognoscet [b] Dominus aut eius Judex seu Jurisdictio, de rebus [c] quæ ad rem feudalem minimè spectant, [d] veluti si de crimine ageretur, quod suum Officium respicit, siue [e] sit ad denunciationem partis, aut sine denunciatione.

Nota I.

I *De his quæ ratione simplicis Iurisdictionis, & in abstracto considerata exercentur.*

[a] *Cognoistra.*] Superiore Articulo de his dixit, quæ Domino competunt in qualitate feudali, admiscuit & cognitiones de personalibus causis, quæ ratione
I Iurisdictionis feudo annexæ tribuuntur. Nunc de his agit, quæ ratione simplicis Iurisdictionis & in abstracto considerata exercentur, de quibus quilibet Iurisdictionem habens etiam citra feudi considerationem cognoscit.

[b] *Le Seigneur.*] Hæc qualitas hîc inconsideratè addita est, cùm sequentia exempla non pertineant ad ius do-

B minicum, & pro eo qui Iurisdictionem habet, ponatur vox, *Seigneur.*

[c] *Qui ne touchent son faict.*] Hoc est, quæ Dominum in qualitate Domini feudi non respiciunt.

[d] *Comme seroit faict de crime.*] Anceps relatio & amphibologica, refertur autem ad verbum *qui ne touchent son faict*, & pro exemplo ponit criminis prosecutionem, quæ Iurisdictionem potius generaliter sumptam, prout & imperium continet, quàm ius feudale spectat, quod vetus consuetudo explicatius expresserat. Art. 239.

[e] *A la denonciation.*] Id est, siue per denunciationem & postulante parte, siue ex officio criminis persecutio fiat: Namque denunciatione non eodem modo, vt olim iure, vtimur.

Article XLVII.

Et [a] celuy qui ne seroit homme, & n'auroit meffait en la Iurisdiction, doit estre [b] enuoyé deuant son Iuge, pour le iusticier.

Et [a] is qui non esset Vassallus, & delictum non commisisset in Jurisdictione, debet [b] remitti ad Judicem domicilij ad eum puniendum.

[a] *Et Celuy qui.*] Hîc partes superioris partitionis resumit, vt tertium è duobus casum constituat. Nam Articulus 45. de feudalibus causis statuit, Art. 46. de Iurisdictionalibus. Hîc denique constituitur vtraque qualitate exclusa, quid sequendum sit. Remittit itaque ad domicilij Iudicem, qui naturalis & vniuersalis ad omnia germana cognitione, vt diximus supra Art. 9.

[b] *Enuoyé deuant son Iuge.*] Id est, domicilij, sup. Art.

C 9. Sed quartus quidam casus vltra priores existit, cùm is qui nec delicti, nec domicilij Iudex est, denunciat vtrique vt reum recipiant & recusant, sup. Art. 14. & Alb. d. l. Senatusconsulto. D. de off. præsid. Nam de grandi illa controuersia, quæ scholas vsque ad pugnam exercuit de cognitione delicti, alibi admissi diximus aliquid in Art. 13. verbo, *ou la chose emblee*, & locos indicauimus.

Article XLVIII.

Nvl[a] ne sera contrainct respondre en cause d'heritage, deuant le Iuge du Seigneur, qui[b] veut retirer à soy, ou à[c] son hoir[d] l'heritage contentieux, [e] si celuy qui seroit conuenu [f] ne l'auoit accepté à Iuge sur luy, [g] auquel cas ne pourroit resortir à suseraine Cour, [h] si n'estoit de grief faict depuis l'acceptation. Art. xli. Novas Cons.

[a] Nullus cogetur respondere in causa hereditagij seu prædij coram Judice Domini, qui [b] vult retrahere pro se aut pro [c] suo hærede [d] prædium contentiosum, [e] nisi is qui conueniretur [f] Judicem seu Jurisdictionem approbasset, [g] in quo casu non posset resortiri in superiorem Curiam seu Jurisdictionem prouocationis Jura repetere, [h] nisi esset de grauamine seu iniuria facta post acceptationem.

Nota I.

1 *Triplex est Retractus.*
2 *Cùm de feudi proprietate agitur, Iurisdictio Domini de ea non cognoscit.*
3 *Appellatio est de iniuria iudicati.*

[a] *Nul ne sera contrainct.*] Regula est constituta sup. Art. 30. Dominum feudi de his causis non cognoscere, quas cum vasallo habeat, si de debito non conuenit, Id cum de finibus feudi aut dotibus sit constitutum, multomagis locum habere putandum est, si de ipso feudo agatur petitorio aut possessorio inter Dominum & eum qui se vassallum dicit.

1 [b] *Veut retirer.*] Siue retractu sanguinis, siue feudali, siue conuentionali, nihil enim refert, cum semper interesse Domini in controuersia vertatur, de qua ipse iudicare nequeat.

[c] *Ou son hoir presumptif.*] Nam viuentis quis hæres esse potest? nisi vt Heliogabalus, qui cùm terram & maria prodigeret, incusanti respondit, quid melius quàm vt ego mihi hæres sim, & vxori meæ? sed ista Imperatorij furoris fuere. Cæterum nil interest, quota in parte hæres sit futurus, propter indefinitam appellationem hæredis quæ omni hæredi conueniat, quamuis antiqua Cons. hæredis tantum principalis mentionem faciebat. De hęrede hæredis, & si nō idem esse disputari potest, tamen iusta videretur causa recusandi Domini in eorum causa, qui sanguine tam arctè attingerent, vt retractus competeret.

A [d] *L'heritage contentieux.*] Quocumque modo de feudi proprietate agatur, rectè negant Domini esse iurisdictionem. Schola d. c. cæterum, siue principaliter, siue incidenter agatur. vbi Panor. num. 21. & c. verum. ex. de for. comp. num. 14. & ibi Io. Imol. num. 8. 2

[e] *Si celuy qui seroit conuenu*] id est reus.

[f] *Ne l'auoit accepté.*] Siue expresso consensu, siue tacito omisso forsan exceptione fori declinatoria, quod sup. Art. 11. diximus & veteri erat disertius expressum c. 328. quæ vetabat Iurisdictionem declinari post responsionem ad libellum.

B [g] *Auquel cas.*] Solent Franci quibus nulla lis sine mille Rescriptis transigitur, cum tales exceptiones fori obmisère, Rescriptis restitui ad eas proponendas ante contestationem quidem, ex l. si conuenerit. D. de iurisdictione omnium iudicum, & l. 1. D. de iud. Nobis hactenus inauditum, & sequimur dispositionem. l. si quis in conscribendo. C. de pact. quæ huic Articulo congruit.

[h] *Si ce n'estoit de grief.*] Nam qualicunque acceptatione iudicis nunquam id acceptatum videtur, vt iniuria fieret, quod Bart. ait l. nemo. D. de legat. & disputat in arbitris latè Io. Baptista lib. de arbit. 7. c. 14. Quare appellanti non fori, sed alia quæuis potius causificatio adferenda erit, & de iniuria iudicati probandum, nec an competens fuerit qui iudicauit, sed an bene iudicarit, sic iudicando, quod ait Bart. l. cum minor. §. 1. D. rem rat. hab. & l. si expressim. D. de appellat. 3

Article XLIX.

Et n'est en ce compris[a] le Roy, Duc, [b] ne sa Iustice, qui cognoistroit des choses qu'il voudroit auoir sur son subjet.[c] Aussi ne peut le Seigneur suyuir son homme proche, [d] ou arriere par sa Cour, des obligations & contracts que le Seigneur diroit auoir faicts auec son homme, [e] d'autres choses estranges [f] qui ne toucheroyent l'Office [g] ou le faict du Seigneur, [h] comme exploicts de sa Cour, amendes, ou autres cas[i] (dont est dict) que le Seigneur peut suyuir son homme par sa Cour. Artic. xlii. Novas Cons.

Et in hoc quod dictum est non comprehenditur [a] Rex, Dux, [b] nec eius iustitia, quæ de rebus quas prætendit habere in subditū. [c] nec etiam potest Dominus feudi conuenire vassallum [d] aut subuassallum apud suam Iurisdictionem pro obligationibus cōtractibúsve quos Dominus

se fecisse cum vassallo assereret, [c] *pro aliis rebus externis* [f] *quæ non spectarent ad Iurisdictionem* [g] *aut ad rem Domini feudalem* [h], *veluti sunt expeditiones suæ Curiæ, mulctæ, aut alij casus* [i] *(de quibus dictum est) quod Dominus potest conuenire suum vassallum ad suam Iurisdictionem.*

NOTA I.

1 *Nemo sibi ius dicit.*
2 *Iudices Regij cognoscunt de causis Regis, & subditorum eius &c.*

[a] *Le Roy, Duc.*] M. Antonius Philosophus solum Deum aiebat esse Iudicem Principum, quòd Xiphilinus ex Dione scribit in vita eius, sed id ipsum quod faciunt non tam ratione iuris aut æquitatis quàm necessitate facti possunt, cùm aliter consistere Imperia & Regna non possint impotentia imperandi, & parendi impa-
1 tientia. Certè nec ratio ciuilis patitur quemquam sibi iudicare, & an per Consuetudinem quoque fieri posset, multi dubitauêre, de quo Consil. extat. Lud. Rom. 344. Cy. Alb. Ang. post Bart. & Bald. tota deniq; schola l. vnica. C. ne quis in sua caus. iud. schola item l. proximi. D. de his quę in test. delent. & l. & hoc Tyberius. D. de hered. inst. Bart. Bald. Angel. Alex. Alb. Fulgos. Cast. Ias. l. est receptum. D. de iurisdictione omnium iudicum. Bald. And. de Iser. Aluar. Card. Alex. cap. Imperialem. I. præterea tit. de prohib. feud. al. per Fred. Io. And. Host. Fely. Abb. Fräcis. Aret. Decius. cap. cum venissent. extra de iud. Oldrad. cons. 7. Bald. & Salyc. l. exemplo. C. de probat. Soz. cons. 187. vol. 2. Fit igitur hoc modo, quia aliter fieri nequit, quamquàm vt iuris imagine magis speciosè fiat, non solent illi qui omnia possunt, omnia pro suo iure exequi, sed Iudicibus, quamquam ab se aut datis aut creatis, veluti mediis quibusdam personis, iudicandi munus committunt, qui vacui priuato interesse aliis sine perturbatione iudicent, de eo quod inter Principem & priuatos ambigitur. Nam se inferiorum iudiciis summittere etiam superiores, & possunt & solent. d. l. est receptum, cùm tantùm non cœlum fastigio contingant hę potestates, splendore, mirum, etiam si non insolentia animi. De Prælatis & potestatibus Ecclesiasticis differunt etiam Bald. Alb. Saly. d. l. vnica. Bertach. tract. de Episcop. part. quinta, libri quarti. q. 8. De Pontificia mira quædam sed sine Iudicio tradunt Antonius Rosellus, Petrus Montanus, & Lud. Bolog. Iurisconsulti otiosa commentatione & professa opera, & Theologi quidem, quibus bilem frigentium stomachorum multum commouêre.

2 [b] *Ne sa Iustice.*] Iudices Regij de causis Regis cognoscunt priuatiuè ad alios, nec vnquam Rex apud inferiorem litigat, vt in stylo tit. quor. cognit. pert. ad Reg. Itaque & qui casus Regij dicuntur, solos Regios Iudices habent vt de patrimonio dominico & fisci Ord. Aurel. Art. 136. & vetus est.

NOTA 2.

1 *An dominus mediatus potest exercere iurisdictionem in subuassallos in prima instantia & c. & nu. 2.*
3 *Subinfeodatio fieri potest, retenta tamen iurisdictione.*
4 Iustice fonciere ou domanialle, *nulla differentia.*

[c] *Aussi ne peut le Seigneur suyuir son homme.*] Hoc ipsum quod hîc dicit Panor. Felyn. Decius d. cap. cæterum fusè scripsêre quotiescùque actione personali ex contractu Dominus aduersus vassallum agat, toties Ordinarij esse Iurisdictionem non Domini ipsius, quod

A ipsum verum est, etiam si feudum ipsum in promissionem deductum sit, vt ante diximus.

[d] *Ou arriere.*] Cùm hîc casum specialem excipiat, quo 1 Iurisdictionem Domini in subuassallos exercere nequeant, videtur indicare contrarium esse ius commune, & in non exceptis confirmare regulam. Res est digna inquisitione, an Iure, vel Consuetudine Dominus mediatus feudi potestatem suam & ius dominicũ, ratione feudi, aut iurisdictioné in retrouassallos exercere possit in prima instantia. Antecedit ordine illa, an vassallus vassalli mei, vassallus meus dici debeat, de qua crebra schola glos. l. de accessionibus, verbo debet. D. de perpet. & tempor. l. Modestinus. D. de verb. signif. c. legitur. 81. distinct. Bart. l. si quis à libertis. D. de lib.
B agnos. Bald. c. cum dilecti. ext. de dol. & cont. & c. pastoralis. ext. de off. ord. & c. I. §. illud tit. de proh. feud. al. per Fred. & l. vlt. versi. quæro testator. C. com. de legat. & quos congerunt Franciscus Curtius libro de feud. parte quarta Causa 40. Chassaneus Rubrica I. §. tertio glos. verbi *en haute Iustice.* Molinæus §. I. glos. 6. Iacob. titulo de feud. verbo, ita etiam quod ipsi vassalli, 2. col. 2. versic. item quæro. & versic. qui quidem inuestiti præstiterunt, col. 3. Doctores c. I. §. vltimo, titulo de allod. Id nihil habet dubitationis, si ponimus feudum, quod secundus & subuassallus habeant à primo non recognosci, quo respectu ne vassalli quidem dici possunt, vt hîc dicit verbo, *d'autres choses estranges,* & res per se patet. Sed iusta de eo feudo dubitatio est, quod à
C primo per secundum ad tertium, qui subuassallus est primi manauit. Ne longum faciam, vera est sententia, Dominum primum quãdiu vassallus medius interstet, & obsit, non posse iure communi vlla iura feudalia exercere in subuassallum, quãquam vassallum & ipsũ, sed qui non simpliciter, sed relatiuè & secundum quid est vassallus primi. Itaque Dominus primus non agit in tertium, sicuti nec oculus in ædes interstante medio pariete, sed manet potentia & habitus in persona Domini apta ad agendum, vt semoto pariete aut diducto velo videre possit, & Dominus actionem suam exercere & potentiam ad actum deducere. Ergo quoties tolli de medio, medium, & ipsum vassallũ continget, aperto feudo per mortem eius, occasione forte rachatus, vel per prehensionem feudi in persona secundi ex defectu hominis, propter fructus malæ fidei, aut propter commissum feudi, toties via fiet, & porta Domino aperitur,
D ad omnia Iura exercenda in tertium quę secundus poterat, cum superat, & vires aut extinctas aut sopitas resumet, quandiu præhẽsio durabit, aut in perpetuum commisso perpetuum feudo ex persona secundi: Citra id manente & superstite secundo nihil planè eorũ poterit primus in tertium, quod latè Molin. scribit. §. 35. glos. 3. & Cons. Borbon. Art. 373. Contrà Aurel. tit. de feud. §. 67. & aliæ pleræque, & Iacob. de sancto Georg. vbi sup. vers. ita etiam ipsi vassalli num. 6. & d. vers. qui quidem vassalli præstiterunt, num. 14. & dicemus. §. 81. Sed enim ab hac iuris dispositione separãda est cautè Consuetudinaria nostra dispositio, ne Iuris fiducia fallamur.

Nous practiquons vne forme de Tenuë qui s'appelle, comme iuueigneur d'aisné, Celuy qui tient ainsi de son aisné, tient aussi à ligence du Seigneur de son aisné, vt inf. Art. 311. *En ce cas le iuueigneur à diuers respects tient mediatement & immediatement du Seigneur premier: mediatement, par le moyé de son*

de son aisné. Immediatement, pour le regard de la ligence: pour le regard de laquelle, le Seigneur auquel elle est deuë, agit & exerce immediatement tous droits feodaux sur le iuueigneur: soit de foy, d'hommage, defaut d'homme, fruits, de male-foy,
2 *& autres.* vt inf. art. 326. & 329. & 330. patet. Atque hic regula superior fallit, quæ res digna animaduersione est. At cùm de iurisdictione simpliciter & per se exercenda, quæritur aduersus vassallum vassalli in subfeuda, in prima instantia, res est, quæ multos fallat. Diximus alibi perpetuo in Britannia feudis dominantibus inesse Iurisdictionem, nec negari tamen debet ita feudum concedi posse alteri, vt nulla retineatur, nec quidquam aliud præter fidem & homagium, sed tales concessiones nusquam vidi, *sans retention de Iurisdiction & obeïssance.* Inquirunt Doctores, an cui feudum concessum est, subinfeudare, & ipse alteri possit, res est alterius loci, & patet inf. art. 343. posse, de quo iusta esse dubitatio poterat, propter manifestum præiudicium primi Domini, & feudorum vtilitates, quæ subinfeodatione in alterius commoda transferũtur: & quia vassalli in alterius Iurisdictioné transeunt, & vno gradu abscedunt à primi Domini potestate &
3 Iure, & pro prima instantia ressortus relinquitur. Sed tamen hoc Iure vtimur, vt talis subinfeodatio fiat & sustineatur, etiam sine consensu primi Domini, atque ita plures & subordinati gradus fiant Iurisdictionum, primi & secundi in tertium, cui infeodatio facta est, quamuis ante immediatè tertius à primo feudũ suum cognosceret, ita vt iam medium intercedere incipiat, & tertius sit à Domino qui ante secundus erat. Sed hoc cùm fit, non ita Iurisdictio à primo abdicari propter infeodationem à secundo in tertium factam intelligitur, quin primariæ & originalis Iurisdictionis vestigia supersint, cuius vi Iurisdictionem in vassallos secundi vassalli Dominus primus exercet, sed id non absolutè, nec simpliciter, sed sub lege & conditione inuestituræ, id est, vt quotiescunque eam siue in parte, siue in genere, mediatus reuocare à primo, liceat ei per hoc remissionem vassallorum suorum petere in Curia Domini superioris & primi, & hoc expresè disponit ille Articulus 29. ita vt si mediatus omittat remissionem petere rectè iudicium aduersus vassallum vassalli procedat, quinetiam certis & specialibus causis eo tex. expressis, ne fieri quidem debeat, vnde apparet Iurisdictionem illam habitualem & potentialem residere adhuc de priore iure in persona Domini, quæ in actum exeat, quoties mediatus non repetit, & patitur eam in suos vassallos exerceri, aut cùm casus à Consuetudine expressi occurrunt, aut Curia forte Domini recusata est, aut de talibus Iurisdictionem non exercet, aut subditos grauat grauamine consuetudina-

A rio. Inde est vt Domini locorum Iurisdictionem exerceant, in prima instantia in subditos vassallorum suorum, vsque ad remissionis petitionem ab inferiore Domino factam, cuius ope vocatus remitti se obtinet, quod solus obtinere non posset, propter primarium ius residens in iure primi feudi, nec potest subditus tertius interesse vllum causari, cùm iure itidem antiquo teneatur: & subinfeodationis interesse non personam eius, sed mediati Domini, cui subinfeodatio facta est, contingat, imo eius interfit per tot gradus Iurisdictionum non transire, & tota causatio interesse eius non alia sit, quàm vt ad domicilij locum remittatur, quæ ipsa ratio à Iurisdictione simpliciter sumpta
B proficiscitur, & originem habet. Sed eam alleganti obstat feudi lex potior, & originalis obligatio residens actiuè in persona Domini, quod nos aliqua ex parte sumus d. art. 29. prosequuti, id est, vincit domanialis potestas Iurisdictionalem, & causa feudi causam Iurisdictionis. Accedit ratio, quod cùm Dominus primus habeat Iurisdictionem ordinariam, generalem non solùm in vassallos, sed alios omnes ratione forsan domicilij aut delicti, si altam Iurisdictionem habet, potest vi ordinariæ etiam, in vassallum vassalli eam exercere: qui casus specialiter traditur à Bald. tit. de
C pace constant. glos. fin. in princip. & Iacob. de sancto Georgio vers. qui quidem vassalli præstiterunt, num. 14. Summa, multum interest inter eam quam vulgò 4
Iustitiam fonciariam & domanialem vocant, quæ de iuribus & debitis feudi quidem, sed in vassallum vassalli nunquam exercetur, nisi aperto vassalli medij feudo, & in manibus Domini existente veluti remoto obstante velo, quod secus est in Iurisdictione ordinaria & simpliciter sumpta, etiam feudo annexa & ratione eius competente, quæ in vassallum vassalli exercetur, non solum in casu ressortus, sed etiam in prima instantia vsque ad remissionem petitam per d. §. 29. Hæc vero multomagis in Rege per ea quæ ibi dixi-
D mus.

[c] *D'autres choses estranges.*] Vetus dicebat *des fiefs estranges*, id est aliis quàm quæ Iure ab eodem Domino recognoscuntur; Hic igitur sic statuit, quoties cuiquam controuersia mouetur à Domino feudi, ratione aliarum rerum externarum quàm ipsius feudi, aut ratione feudi externi, Domini non esse cognitionem sed ordinarij, id est, Iudicis domicilij.

[f] *Qui ne toucheroit son Office.*] De quibus supra art. 46.

[g] *Ny le fait du Seigneur.*] In qualitate Domini feudi, de quibus art. 45.

[h] *Comme exploits de Cour, qui touchent l'Office.*] id est, *la Iurisdiction.*

[i] *Est cy-dessus.*] Art. 45. 46. 47.

ARTICLE L.

E [a] Seigneur ne peut iusticer son mestayer [b] ou censier par sa Cour, [c] si n'estoit de contract par sa Cour, [d] ou de méfait commis en sa Iurisdiction, [e] s'il n'a autre seigneurie & Iurisdiction sur luy. ART. XLIII. NOVAE CONS.

[a] 1 D*ominus nullam Jurisdictionem & potestatem coërctionis habet in villicum* [b] *aut census debitorem,* [c] *nisi de contractu in sua Jurisdictione facta ageretur,* [d] *aut de delicto admisso in sua Jurisdictione,* [e] *si nullam aliam habeat in eum potestatem Jurisdictionemve.*

NOTA I.

1 *De Iurisdictione & potestate Dominorum in suos agricolas.*

2 *Verus intellectus. §. vt vero forsan auth. de quæsto. aduersus Molin. & num. 3.*

4 *Jure & legib. vita agenda.*

5 *Domanij & feudi differentia.*

1 [a] *Le Seigneur*] Annotarunt è veteribus quidam esse quandam Dominis in agricolas suos Iurisdictionem & potestatem coërctionis. Bald. & Aluarot. c. 1. tit. qualiter vassal. iur. deb. per c.1. §. si ministerialis. tit. de pac. tenend. qui etiã si maximè eo iure teneremur, tamen hoc non dicit, nec eum sensum habet. Sed Io. Fab. l. 1. ne quis in sua caus. iud. tenuit Dominos inter agricolas suos cognoscere & iudicare posse. Hæc quia sine auctoritate iuris dicũtur, non magnopere quemquam mouere debent, ad insolentiam hominum per se satis ferocium excitãdum. Sed & Carol. Molin. §.2. glos. 8. vers. huc accedit, sibi primus omnium deprehendisse visus est, iure veteri & Iustiniani Constitutione Iurisdictionem Dominis prædiorum in agricolas suos fuisse, miratúrque à nemine animaduersum, ex §. si verò forsan auth. de quæsto col.6. Quæ tamen sententia si vera esset, palmæ Molinæi cedere non debuit, cùm tanto ante eum Bald. annotasset. d. c.1. tit. qualit. vass. iur. debe. & in eam rem d. §. si vero forsan, citasset, & ante hos omnes glos. verb. Domini d. §. si vero forsan perstrinxerat. Sed ille præstanti quidem vir ingenio, & exercitatione iuris mirifica, cogitationibus fretus, eo persæpè feruore dicendi progreditur, vnde non sit facile, si quis vrgeat falsas copias deducere. Certè nec ille, nec qui illum tanto ante anteuertere, id in eo §. si verò forsan, deprehendêre; quod nec
2 sensit, nec statuit illa Iustiniani Constitutio. Sed cùm agricolis impensè Imperator ille faueret, quod crebræ Constitutiones eius indicant: nec vlla occasione euocari ab opere rustico vellet: auocamentorum causas præcidere voluit. Inter quas cùm & lites interdum esse intelligeret, interdum etiam negotia, quæ cum dominis prædiorum, qui in vrbe morarentur, intercederẽt, ex his causis euocatos, celeriter à Dominis, iuris causa profectos celerrime ab iudicantibus iudicio dimitti voluit additis etiam pœnis moratorum iudicum, quia (inquit) eorum præsentia superflua in vrbe esset, & agriculturæ cessatio ipsis & Dominis quoque damnũ allatura. Eam sententiam apertiùs Græcus text. indicat. Mol. glosam, deinde. & Bal. sequutus aliud se ibi vidisse existimauit, idque primum, sed cur ille tam se acutum vidisse putaret, causa non fuit, cur se primùm
3 id vidisse diceret multominus. Vera est sententia quæ & id quoque constituitur Dominis feudorum nullam esse iurisdictionem in agricolas, publicæ quidem potestatis & iuris, quanquam œconomica, & (vt vocant) reuerentialis quædam fuit priuatæ cuiusdam animaduersionis, vt l.1. Cod. de emend. propinq. & castigatio de qua in §. adscriptio auth. de nupt. & l. vlt. C. de agric. & cens. & l. serui & filij. D. de furt. Cæterùm ea ad iurisdictionem aut publici iuris potestatem nil at-

A tinuit. Bald. quidem auth. ad hæc in fin. Cod. de lat. libert. toll. & Alex. in addit. ad eum d. l. tenet nobiles posse homines suos mediocribus plagis afficere: quæ sententia præterquam quod nullo iure nititur, & tyrannidem resipit, non magnoperè probanda est ad intendendam ferociam hominum per se plus satis insolentium. Quare melius iure & legibus vitam agi, no- 4
centes emendari: nimium periculi priuato in arbitrio est, & iam olim Iurisconsultus aduertit. l. non est singulis. D. de reg. iur. Plato quidem lib. de legib.3. gradus quosdam & ordines imperandi & parendi constituit inter hos, vt nobiles ignobilibus, potentiores infirmioribus imperent, illi subsint. Hoc quidem si pro
B ratione accipiatur, iure tamẽ & legibus exerceri oportet, & ea moderatione quæ in tyrannidem non exeat. Host. Ant. But. Anch. Barbat. Fely. cùm contingat ext. de for. comp. negant clericos iudicare debere de rusticia Ecclesiæ, nec de officialibus suis, quanquam Io. And. in aliquibus partibus Hispaniæ Dominos ait, iudicare homines suos infenso iure, & Vincentius Canon. scripsit Canonicos Parisienses tenere curiam de factis familiæ suæ; quod si aliquando factum est, fieri, certè desiit. Sed hæc alibi sumus persequuti, vt de vxore, liberis, filiis, Tiraq. in legib. connubial.

[b] *Ou censier.*] Diximus alibi ratione census nullam iurisdictionem vnquam acquiri, ac ne dominium qui-
C dem directum retineri. §.73. inf. verbo, *censie.*

[c] *S'il n'estoit de contract fait.*] Ratione domicilij, scilicet contrahentis, aut prorogationis, & vi iurisdictionis per se sumptæ non feudalis potestatis aut iuris, id est, enim quod hic tex. excludere voluit.

[d] *Ou mésfait commis.*] Ex art.12. sup. Id autem intelli- 5
gendum est de eo, quod intra metas territorij infeodati & subiecti committitur. Nam quod intra prætorium, aut villam Domini, aut in domanio (vt loquuntur) admissum sit, alio iure habetur. Neque enim quisquam in feudo suo domanium suum habet, cùm nemo possit esse homo sui ipsius, *& n'y a nul qui tienne*
D *son domaine de luy mesme, mais le tient de son Seigneur, comme son fief.* Et ideo si quid in eo admittitur, in superiori feudo admittitur, & ibi ratione delicti sortitur forum. Itaque Dominus inferior non magis de eo ius dicere potest, quàm de eo quod ipse admiserit, cùm nemo sibi seruiat, vt ne res quidem vlla sibi ipsi. In quo plerique falunt & falluntur.

[e] *S'il n'a autre iurisdiction.*] Vt ratione domicilij aut rei, non ex eo quod villicus aut census debitor, quanquam qui villam Domini habitat, domiciliarius Domini dici potest, quia in domanio eius habitat, cùm quidem de iure dicendo agitur.

TITVLVS

TITVLVS SECVNDVS,

DE IVRIBVS PRINCIPIS, ALIORVMQVE DOMINORVM, ATQVE DE OPITVLATIONIBVS CONSVETVDINARIIS.

TITRE SECOND.

Des Droits du Prince, & autres Seigneurs, & des Aydes.

Hic Titulus præcipuus est inter Consuetudinarij iuris locos, qui alienam, aut ignotam bona ex parte Iure ciuili materiam continent, priuatis, scilicet, gentis Moribus, & vetusto vsu constitutam: Quod erat vbique eximiè Reformatoribus spectandum, ne Iuris ciuilis sententias, & alienæ supellectilis instrumentum compilasse arguerentur, quæ melius suis è fontibus petuntur. Tractationis summa est, *Des Regales, art.* 51.52.53. 54.55. *Chemins, art.* 54. *Noblesse du Prince, art.* 56. *Espaues, art.* 57. *Choses trouuees, art.* 58. *Lodes & ventes, art.* 59. cum seq. vsque ad *art.* 73. *Bail & Rachapt, art.* 74. cum seq. vsque ad *art.* 80. *Rolles & papiers terriers, art.* 81. 82.83.84. *Adueuz & teneures, art.* 85.86. *Aydes coustumiers, art.* 87. 88.89.90.91. 92. *Autres Aydes, art.* 93.94.95. *Guets, art.* 92.

Article LI.

AV Roy, & [a] Duc seul, appartient de bailler [b] sauuegarde. Artic. XLIIII. Nouae Cons.

AD Regem, [a] Ducémque solum pertinet [b] saluagardiæ concessio, seu publicæ tutelæ assertio.

Nota I.

1 *Saluagardiæ concessio quæ nunc Regum est, Magistratuum etiam olim fuit.*

2 *Etiam eo iure Dux Britanniæ iam olim vsus est.*

1 [a] *Au Duc seul.*] Nam & Magistratus quoque ciuiles & militares id sibi iuris olim sumpsisse constat, quales fuère locum tenentes Regij, Gubernatores Prouinciarum, Comites stabuli, & Maiores Palatij, quod Guido Papæ notat decisione 56. Sed & ab Seneschalis, Bailliuis, & Rectoribus Prouinciarum id vsurpatum Constitutione Ludou. XII. publicata anno 1512. art. 60. ostedit, & superfuisse eius rei vestigia ad Francisc. Regis I. ætatem, argumento est Ordinat. eius Cremoliensis, anni 1536. articul. 15. qua Præsidibus ea potestas adimitur: & Chassan. sua etiam ætate vsitatum scribit, vt speciales concederent, generales vetarentur rubric. *des Iustices.* §. 4. glos. verbi *sur ses hommes.* Extant & particulares quoque Cõsuetudines Prouinciarum, quæ etiam Dominis locorum eam potestatem tribuãt intermixti imperij iura iure ordinario, vt Senonens. titul. *de moyenne Iustice.* Sed hæc nunc abrogata in potestatem Regum redacta sunt, & quanquam in plerisque vis penè eadem in formulis, quæ ab ordinariis Iudicibus conceduntur, manet augusti tamen tituli ap-

A pellatio, & Regiæ imaginis amplitudo detracta est. Nam quantum ad Duces nostros attinet, vetus est auctoritas, & ius Principibus Britãnis cautum, receptúmque iam olim diserto fœdere, quod pridem inter Ludouicum Regem nonum, & Petrum Druydem *Mauclerc* ictum est apud Andes, anno 1231. Cùm ille Princeps, sed ascititius & insertus Principis fœminæ matrimonio, magnis propinqui & necessarij Regis conditionibus illectus, alieni principatus Maiestatem ad id tempus intactam, imminuere haud pro magno duceret. 2

Nota 2.

B 1 *Saluagardiæ fundamentum, & origo.*

2 *Gardia simplex, & gardia gardiana, & earum vis.*

3 *Gardia gardiana à Iurisdictione ordinaria eximit.*

4 *Gardiæ ab omnibus Magistratibus concedebantur.*

5 *Duo capita Saluagardiæ, & an sit per se remedium possessorium.*

6 *Saluagardia neminem possessione priuat.*

[b] *Sauuegarde.*] Publicæ tutelæ assertio, auctoritas, & ius à Principe concessum & sancitum, originem habet 1 ea forma ex titul. vt nemò priuat. impera. tit. C. & leg. capitalium. §. ad statuas. D. de pœn. Vetus Consuetudo gardiam & saluagardiam expresserat diuerso

iure, vt illud quoque Andense fœdus: Gardias vocant
2 leges priuatim priuilegio cuiusquã Ecclesiæ, aut Collegij, aut corporis, aut loci, aut personæ irrogatas, quibus Regiæ tutelæ interdum, & cognitioni postulantes asseruntur, pridem hac quidem potestate, infrequentes Britanniæ, *Gardes gardiennes* Franci appellant, quæ his demùm locis concedi solent, quos Reges dotauêre, id est, qui sunt è fundatione regali, Abbatiis vt plurimùm, aut ptochotrophiis. Nam aliis concedi, qui in ditione Baronum, aut Optimatum sint, vt insolens ita Regiis Ordinationibus improbatum, quod veterum Regum Constitutiones testantur apud Aufrer. part.3. Styli Parlament. titul. de rescriptis, art.5. 6. & 7. Fuisse vero eas perpetuas, & locis ipsis affixas, & prælaturis apparet. & dict. art.6. & Ioan. Fab. notat. §. adhuc, verbo quid de Gardiatoribus instit.
3 mand. Itaque quibus sunt concessæ, ordinaria iurisdictione eximũtur; & Præsidibus Prouinciarum subiiciuntur, quibus sunt specialiter tales cognitiones attributæ; (Nam præpositi id ius non habent. Ordinat. Francisc. I. apud Cremol. articul.9. qui ab effectu gardiatores appellantur. Ideóque olim parcè tribuebantur ab Regibus, nec nisi auditis & vocatis Baronibus, quorum ea de re erat cognitio, quibusque impetrantes suberant, idque cognita causa ex dict. art.6. quia scilicet ius singulare continent, & priuilegium irrogant contra ius commune, quod & renouatum Art. Aurelian.74. & alia Ludou. XII. anno 1499. art.42. & 1412. art.59. & alia Caroli VIII. 1494. art.76. Atque vicem obtinent Conseruatorum, qui ad Priuilegia cuiusquam conseruanda in cognitionibus delegantur.
4 Nec verò (vt ante dictum est) ab Magistratibus tantùm ciuilibus concedebantur, sed ab militaribus quoque, cùm scilicet aut præfecto Præsidij, aut stationis, aut cuiquam militari officio mandabantur; ea formula vt vim iniuriásque à quoquam arceret, & in possessione cuiusquam prædij defenderet impetrantem, ea lege vt si quisquam aduersarius intercederet, dies ei ad Parlamentum Franciæ diceretur, cuius pridem in Francia, & solius cognitio de intercessione fuerat, vt nunc Magistratuum omnium, in simplici quidem saluagardia, ex forma. cap.1. de off. deleg. in 6. vnde fiebat, vt intercessione potestas talium quidem gardiatorum intercideret, si quis ius opponebat: Cuiusmodi formulæ meminêre, & Ioan. And. & Dominic. in d. cap.1. Posterius propter molestias itinerum, & Parlamẽti nimias occupationes, Magistratibus iurisdictione præditis cognitio de intercessionibus est attributa, propriáque Pręsidum ea de re autoritas esse cœpit. Sed ea, quæ gardiana dicitur, omnium in vniuersum causarum cognitionem tribuit, saluagardia vnius ferè
5 & ad possessiones tuendas reperta est: Cuius duo capita sunt, vnum vt vis & iniuriæ arceantur, alterum vt quis in possessione fundi, domus, iurísve cuiusquam defendatur; vnde fit, vt cùm priori vis prohibeatur, nemo ad intercedẽdum admittatur, non magis quàm denunciationi ne occidat, ne furetur, ne quid generaliter eorum faciat, quæ sunt prohibita, & illicita. Posterius cùm de possessione constituat, tam intercessionem admittit quàm aliud quodlibet interdictũ: Ideóque semper ex formula adiici solet *à la cõseruation de ses droits seulement*, & notum foro iam olim aduerterat Masuer. §. item si quis timeat. titul. de possessorio. Quamobrem nemo ob denunciatam saluagardiam iure suo aut possessione vti prohibetur, nemo ob intentatam litem possessione excidit, & notum consuetudinarium assumptum, *il n'attente qui vse de son droit*, ex art.29. supra vbi diximus ex articul. 110. infra. Nouam tamen possessionem apprehendere denunciata

A ante saluagardia prohibet, alioqui in attentatum incideretur, quod ibi. Masuer. notat. d. §. si quis timeat, quãquam non maiori multo ratione quàm in adepta, si nulla vis proponitur iure suo vtendo. Nec verò, quod Masuerius notat, remedium per se possessorium est saluagardia, nisi interdictum subiiciatur, quod tamen Rebuff. putarat in Ordination. tit. de mater. possess. art.2. Ne id quidem verum, quod Masuer. 6
scribit per eam manum Regiam apponi, si quidem sequestrationem intelligit, cùm ea incognita causa sit prohibita. l.1.Cod. de prohib. seq. pec. cùm res, quæ in controuersia sunt, interim apud possessorem esse
B debeant, l. res quæ. D. de iur. fis. l. prohibitum. Cod. de iur. fisc. cap. cùm venissent. ext. de instit. §. si verò controuersia. tit. de feud. dar. poss. & alibi plenius dicemus. Sed ea vis est saluagardiæ, vt autoritatem Regiam & publicam addat priuato iuri, veluti confortatio manus Regia in priuatis feudorum pręhẽsionibus, vt ita acrius coërceatur, si quis contra ius alienum priuatus ipse, & iniurius incurrerit, & locus fuit mulctæ etiam extraordinariæ.

Literæ Status ab Rege solo conceduntur.

C [c] *Appartient.*] Regium est igitur publicæ tutelæ asserere, quod olim Io. Platea dixerat. l. vltim. Cod. de erog. milit. anno. Iacob. Rebuff. l. de his. Cod. de nauicul. lib. xj. & è nuperis Feraldus & Degrassalius homines diligentes, priuatis ea de re titulis de regalib. Idem sentiendum de Literis quas Status appellãt, quæ ad suspendẽdas cognitiones tribuuntur certis de causis, quanquam ad gubernatoribus quoque Prouinciarum olim concessas testatur Aufrer. in Stylo. d. titu. de rescript. art.12. part.3.

NOTA 3.

D

1 *Solus Princeps, Iudicésque Regij, de infracta Saluagardia iudicant.*
2 *Saluagardia cognitionem possessionis Iudici Regio non tribuit.*
3 *Infractio eluditur iustificatione iuris possessorij.*
4 *Intellectum. l. si de vi. D. de iud. non recepit vsus.*
5 *De separata cognitione infractionis.*

[d] *Bailler.*] Vt Saluagardiam concedere solius est Re- 1
gis, ita & de infracta iudicare, cùm de cõtempto eius
E imperio agatur, etiam olim notarant veteres pragmatici, Masuer. tit. de remiss. §. item saluagardia. Aufrer. in Stylo titul. quor. cognit. pert. ad Reg. & glos. eiusdem Aufrer. eodem titulo, parte 2. cap.4. Quod ta- 2
men sic accipi non protinus conuenit, quasi de possessorio quoque eius rei, quæ in alterius iurisdictione sita sit, Iudex Regius, aut Præses prouinciæ sibi cognitionem sumere debeat, aut possit vi saluagardiæ attributæ. Nec enim id verum est, sed ordinarij cuiuslibet etiam non Regij manet ista potestas, qui ordine prior cognoscere debet de possessione, & infractionis cognitionem anteuertere, cùm de possessione ante cõstitui oporteat, quàm infractio vlla aut intelligi, aut po-
F ni possit. Nam cùm peccatum cognosci non possit, nisi per legem, dici infractor nequit, nisi ante de possessore iudicatũ sit, cùm (vt ante diximus) nemo possessione excidat propter denunciatam saluagardiam. Prius igitur lis possessoria constituenda & diffinienda 3
est, quæ deinde infractorem diffiniat, veluti antecedés necessariũ: Est enim illa possessio, quæ apud infractorem est, lite quidem pendente incerta, ambigua, & anceps, quæ ab euentu aut legitima, aut iniusta iudicabitur. Is igitur naturalis cognitionum ordo est, vt ante de pos-

de possessione agatur, & euentus infractorem diiudicet. Quanquam, quo ritu in foro & tribunalibus vtimur, accidere potest, vt & de infractione & de possessione vna agatur, cùm apud eundem iudicem agitur, vel extraordinem apud Regium, qui solus & priuatiuè de infractione potest cognoscere, & ad iustificationem facti, & vis factæ quæstionem reus possessionem & ius opponit, quo casu admissum probatione iuris aut possessionis eluitur, l. vltim. de abig. qui tex. valde est notandus; qui pecora (inquit) quorum controuersiam faciebat, abegerit, ad examinationem ciuililem remittendus est. Hic Iurisconsultus & crimen proprietate iuris excludit & litem extraordinariè institutam ordinario iuri restituit. Quod cùm accidit, eadem opera Iudex de proprietate rei aut possessione, & de infractione cognoscit, & iudicat, & rem restitui statuit, & ab infractione absoluit reum, quod ab Baldo fusius explicantur, l. quod euitandi. C. de cond. ob turp. caus. Bart. l. interdum. D. de furt. Sed ista alterius sunt loci. Nec remorari nos debent perplexæ dis-
4 putationes Doctorum. l. Si de vi. D. de iud. quas vsus & experimenta expediuêre, nec ordinem separandarum istarum cognitionum recepimus foro, cùm apud Iudicem vtriusque cognitionis capacem agitur Naturalis hîc igitur (vt diximus) ordo est instituendorum cognitionum de possessione, & infractione saluagardiæ, vt actor vim factam proponat, reus vim neget, quia sua sit possessio, & suo iure vti licuerit ex d. art. 110. Hîc quæstio facti constituitur, vtrius in iure aut possessione res sit, vt ita reus probata possessione ab infractione absoluatur, & in possessorio retinendæ vincat, si de eo actum sit, vt & in furto fit, & criminibus cæteris, quæ qualitate extrinseca purgantur, vt d. l. vlt. & exempla sunt inf. art. 187. 152. & 198. Nam cùm furtum diffiniatur alienæ rei contrectatio, totum

A crimen versatur in verbo (alienæ,) quod reuincitur probatione proprietatis.

Quod si separatim contingat de infractione agi 5
propter cognitionum separationem, & incapacitatem iudicantium, vt in casu articuli 29. sup. infractionis cognitio possessorij cognitionem non attrahet, nec ordinarius possessorij Iudex propter infractionis causam, iurisdictione sua priuabitur, tex. cap. ex parte, ex. de priuileg. & notarunt veteres Guydo Papæ decis. 56. Iacob. Rebuff. d. l. de his. Pet. Iacob. in pract. tit. de cond. ex. §. quadrupli. verbo item gardias, & B latè hunc locum persequitur. Ias. Consf. 87. volum. 3. & Ordinat. Regum apud Aufrer. tit. de bailliuis, art. 62. quæ disertè cognitiones discriminat, vt ordinarius de possessorio cognoscat, quo terminato suspendatur interim iudicati executio, donec Bailliuus Regius de infractione iudicet. Nec ignoro aliud quiddã ab Imberto traditum. lib. 3. cap. 5. atque adeo diuersum sæpè ab Præsidibus vsurpari, vt de vtroque cognoscant prętextu infractionis ambitione plerumque plura ad se trahendi, aut quia non eadem est disciplina aut rigor iudicandi apud inferiores non regios. Sed & ratio reC pugnat, & separatorum cognitio dispar. Quod ipsum ostẽdit discrimen cognitionis Ecclesiasticæ in talibus, in qua Iudex Ecclesiasticus de delicto communi cognoscit, cùm laïcus infractionem iure priuilegiariæ cognitionis apud suum tribunal exerceat. Separabilis igitur cognitio est instructionis, quod & Art. ille 29. apertissimè ostendit, licet ad eundem Iudicem cognitionem remittat, non necessitate iuris, sed conuenientia ordinis, & vtilitate; qua de re plura Aufrer. clem. 1. fall. 1. de off. Ord. Proinde quanto tempore duret saluagardiæ denunciatio petendum ex Ioan. Fab. d. §. adhuc Iacob. Rebuff. d. l. de his.

Article LII.

Au[a] Roy & Duc seul,[b] & à ses Iuges[c] appartient la cognoissance de monnoye.[d] Et peuuent auoir la cognoissance sur toutes personnes, soient Prestres,[e] Clercs, ou gens de Religion. Et les peuuent prendre & condamner[f] à mort,[g] pourueu qu'ils soient degradez. Art. xlv. Novae Cons.

AD[a] Regem Ducémque solum[b] & ad suos Iudices[c] attinet cognitio monetæ.[d] Et possunt habere cognitionem in omnes personas, siue sint Presbyteri,[e] Clerici, aut Religiosi. Et possunt eos prahendere mulctaréque[f] morte,[g] modò degradati seu infulis sint exuti.

Nota 1.

1 *Monetam auream & argenteam signabant Duces Britanniæ.*

2 *De expositione Monetæ falsæ.*

[a] *Au Roy & Duc seul.*] Hæc ipsa adulteratæ monetæ cognitio, vt salua esset Duci Britanno, disertè cautum est fœdere illo Andensi, de quo ante memorauimus, quanquam signandæ albæ & nigræ tantùm, id est, argenteæ & æreæ illa formula meminit: cùm tamen ante omnem memoriam auream quoque signasse principes nostros constaret. Quo etiam iure vsi sunt ad id vsque tempus, quo principatus in Francorum regiam transiit, quanquam inter belli causas, quod à Ludo-
1 uico XI. Britanno Duci indictum est, ea quoque fuisse traditur, quod auream monetam cuderet, quod

D Annales nostri memorant.

[b] *Et à ses Iuges.*] Ad Præsides, scilicet Prouinciarum: Nam eorum, quos præpositos caligatos appellant, quantumlibet Regios Iudices, ea cognitio nunquam pertinuit, & disertè Cremolij Edicto vetantur arrogare. Est vero quominus ad alterius cuiusquam iudicium istud pertineat, ea causa quod falsæ monetæ admissum inter capita habetur legis Iuliæ maiestatis. l. vlt. C. de fals. monet. Quare principis autoritati est reseruatum, cuius maiestas offenditur. De expositione quidem, 2
quod Latini locare vocant, ambigunt quidam an inferiorum quoque iudicium esse possit, qua de re alicubi Arestum memorat Papo: Quod ego non probo, cùm facti multo maxima culpa & effectus in locatione consistat, nec noceat signatam esse nisi locetur, si prĕsertim conscientia locantis arguitur, & non imprudẽtis factũ. Quare fit vt totum crimen, omniáque

capita eius, speciésque regiæ debeant esse cognitionis. Quanquam si non numerosa locatio proponitur, nec alioqui suspecta persona est, non protinus omni ex prouincia postulatos remittendos puto, sed elogia prius ad præsides transmittenda ex quibus illi constituant, quid suæ curæ & cognitionis sit, vt vel ampliandos statuant, aut sub satisdationibus euocandos, aut suæ fidei committẽdos. Nam res est, quæ cautos quoque patresfamilias fallat persæpè, & contingit perquam probatæ vitæ hominibus, quibus etiam in Sole imponitur falsa imagine veri, nec ista imperitia culpæ annumeratur, nisi artificium & monetariam trapeziticámve professis. Copia, aut personæ existimatio, & anteacta vita multùm coniecturæ addunt ad propensionem iudicandi in talibus.

NOTA 2.

1 *Nulla erant priscis tribunalibus Britannicis priuilegiata crimina.*

2 *Discrimen cognitionis ciuilis & Ecclesiasticæ in falsæ monetæ crimine.*

3 *Probationis potestas in cognitione est Ecclesiastici, sed ciuilis Iudicis de pœna.*

4 *Separari cognitiones non debent contra Ord. Molin. Art. 39.*

[c] *Appartient la cognoissance.*] Diximus Art. 7. Falsæ
1 monetæ crimen inter priuilegiaria repositum: Sed tamen Britannicis tribunalibus, quo tempore vetus Consuetudo scribebatur, nullum fuisse vsum priuilegiatorum criminum, cum solida cognitio de pœna infligenda Iudicis ciuilis esset, de probatione Iudicis Ec-
2 clesiastici. Et quia ad pœnam in sacratis non antè deueniri poterat, quam reus habilis redderetur, ad iudicis ciuilis coërctionem antecedere Iudicis Ecclesiastici cognitionem, & appendicem eius exautorationem oportuisse, qui iudicaret, an crimen probatum esset, an reus conuictus iusta probatione, fini tantum legitimæ degradationis. Atque ita intelligi volumus, quod in d. §. 7. diximus: totam iudicis Ecclesiastici cognitionem eius criminis esse, id est, sine vlla retentione casus priuilegiarij illis temporibus incogniti. Iudicabit igitur Episcopus de crimine an probatum sit, pronunciabit conuictum videri de adulterata moneta, conuictum exauctorabit, id est, degradabit; at vero exauctoratum restituet iudici ciuili, neque quidquam statuet de pœna, Iudex ciuilis pœnam irrogabit ex moribus & legibus ciuilibus, & illo Articulo 7. qui de veteri Consuetudine, ita vt erat, descriptus est errore, & incogitantia Reformatorum, qui formam procedendi (vt aiunt) immutatam non meminerant. d. art. 4. eiusdem tituli, & nuper inuectos casus priuilegiatos, quorum tamen oblitos fuisse. d. art. 7. apparet: cum ius antiquum transcriberent, nouum non meminissent nuper inductum. Est igitur Iudicis Ecclesiastici 3
solida cognitio de probatione, ciuilis iudicis de pœna, in hoc quidem crimine, Sed hodie aptius cõiungi istæ cognitiones solent, quod pridem non fiebat, aut certè antecedere Ecclesiasticam oportet, nonobstante illo abrogato art. Molin. 39. de quo d. art. 7. meminimus. Nec etiam si disiungi possent expedit, propter iterãdæ cognitionis pericula, ne si separatim tractentur, auditis semel testibus & testimoniorũ arcanis reus subinde cautior fiat, & magis comparatus ad eludẽdas probationes; Talémque fuisse veterum pridem vsum apparet ex Ord. Regum, quæ extant apud Aufrer. in Stylo parte iij. tit. de Bailliuis art. 62. Sed autores Consti- 4
tutionis Molinensis illius molestiam coniungẽdarum pertæsi, & Ecclesiasticorum Iudicum difficiles cõgressus, cùm eodem tempore persæpè è diuersis locis euocentur, nec se alibi quàm in suo tribunali velint sistere, rationem sibi istam reperisse visi sunt, qua Regij Iudices promptius sua cognitione defungerẽtur, Regius fiscus impendiis leuaretur sine molestia alterius appellandi, quod perquam nimiæ solertiæ est. Et fuit istud quidẽ priuatim cauere fisco, publicè & è repub. prospicere non fuit. Non est igitur degradatio hic terminus pœnæ in Iudicis Ecclesiastici cognitione, quod Bald. ait l. presbyterij ij. C. de Epis. & cler. Sed antecedens necessarium ad pœnam, & iudicis ciuilis cognitionem: Quod & in his quoque delictis intelligendum, in quibus Iudex Ecclesiasticus propter atrocitatem criminis pœnã (vt loquuntur) delicto condignam non habet, de quo genere Doct. agunt c. cùm non ab homine. ext. de iud.

Cõcurrement auec le Iuge d'Eglise, att. 7. N. C.

[d] *Et peuuent auoir la cognoissance sur toutes personnes.*] Hîc apparet, quod initio diximus, solidam de pœna iudiciis ciuilis cognitionem esse, qua de causa, & iudici Ecclesiastico satisdationis necessitas indicta est. d. art. 7.

[e] *Clercs.*] Diximus art. 7. clericos primæ tonsuræ hoc in crimine desitum esse ad iudices Ecclesiasticos remitti, & abrogatum priuilegium Ord. Francisc. I. Henrici II. Caroli IX. cum olim diuerso iure Francia vteretur.

[f] *A mort.*] Pœna scilicet Articuli 589. inf.

1 *Clerici primæ tonsuræ non solent in Francia degradari.*

2 *Crimina in quibus degradatio vsurpatur.*

[g] *Pourueu qu'ils soient degradez.*] In sacratis istud quidem; Nam in simplicibus clericis iam olim desitum. 1
Imponitur igitur exauctoratio non his tantum, quæ enumerantur glos. c. nouimus ext. de verbo signif. & c. ad abolendam, ext. de hæret. quæ alij recensent c. atsi clerici ext. de iud. Sed pro quolibet alio grauissi- 2
mo facinore, quod Anch. notat. cons. 158. & reg. ea quæ q. 22. & 23. de reg. iur. Panor. d. c. ad abolendam & d. c. nouimus. Hæc ætas etiam aliquid amplius ausa est, licentia seculi.

ARTICLE LIII.

Art. XLVI. Novae Cons.

[a] RESOR [b] d'or ou d'argent [c] trouué en terre, [d] par bechement & ouuerture, [e] est au Prince, [f] s'il n'y a poursuitte; Et si terre n'estoit bechée & ouuerte, [g] ce qui est trouué doit estre rẽdu [h] à la Iustice dessus les lieux, [i] pour le faire bannir, & rendre à qui il appartiendra.

[a] *THesaurus* [b] *auri aut argenti* [c] *humo refossa repertus* [d] *pastinatu, aut chasmate* [e] *ad Principem pertinet,* [f] *si vendicãtem nõ habet; & si terra fossa apertáve nõ sit,* [g] *quod inuẽtum est, debet reddi* [h] *Iustitiæ locorũ,* [i] *ad faciẽdas proclamationes, & reddere ei ad quem attinebit.*

NOTA

NOTA I.

1 *Thesauri diffinitio & differentia.*
2 *Quomodo dicatur thesaurus infossus repertus.*

a *Tresor.*] Thesaurum diffiniunt Iurisconsulti esse ve-
1 terem quandam depositionem pecuniæ, cuius non extet memoria, & quæ Dominum non habeat notum, l. nunquam. §. thesaurum. D. de acq. rer. dom. & alibi condita ab ignotis dominis vetustiori tempore mobilia l. 1. C. de thesaur. lib. x. Has sanè diffinitiones aut descriptiones retineri conuenit, ne res ignorata tenebras offundat ad res & cõtrouersias di- B iudicãdas. Itaque multum interest, an ab aliquo condita sit pecunia, an nuper, an olim ab ignoto Domino. Nam quod metu militum, aut latronum, aut magistratus, aut alio consilio conditum sit à quoquam, thesaurus non est, nec in hanc dispositionem cadit, & vendicanti & probãti Domino sine dubio restituendum. l. thesaurus. D. ad exhib. l. item Labeo. D. famil. ercisc. l. à tutore. D. de rei vend. l. 3. §. nerua. & l. peregrè. D. de acq. poss. ideóque senex ille apud Menandrum in fabula, cui titulus Thesaurus, thesaurum ab se depositum propter timorem hostium mentitur. C Dicenti tamen incumbit probatio, quod ratio postulat. & Angel. putat post glos. d. §. thesauros Inst. de rer. diuis. Matth. Afflict. const. 59. lib. 1.

b *D'or ou d'argent.*] Signati vel puri nil refert, idem & si mobilia sint. d. l. 1. C. de thesaur.

2 c *Trouué en terre.*] Refossa igitur humo repertum esse oportet, vt thesaurus dici possit, quia super humum repertus dici non possit vetus depositio pecuniæ in aperto scilicet, quod humana auiditas non patitur. Sed etsi in antro aut specu repertus sit obstructo, thesaurus est, modo ab ignoto Domino sit depositus, domi aut in priuato pariete depositus priuati est, & in- D uentoris, nec Iurisdictionis aut feudi Domino quidquam in eo iuris est, nisi si in veteribus parietinis, quas nemo vendicat, repertus sit. Tempus depositionis ex ipsa pecuniæ signatione deprehenditur & epigraphe, quod Angel. & Platea rectè notant. d. §. thesauros. Porro quod verbo *trouué* vtitur, huic dispositioni locum volunt esse, etiam si oculis tantum cõspectus sit thesaurus, nec apprehensionem necessariam esse putant Aluarot. & Card. Alexand. c. 1. tit. quæ sint regal. quod verum esse potest, cùm infossa humo repertus est, nec alius anteuertit. E

d *Par bechement.*] Igitur etsi solum chasmate subsederit, vt olim nobili illo terræmotu Antiochiæ Traiani tempore, quo solidi montes desedêre, aut Vuesuuij casu imperante Tito, quod Dion scribit, aut quassato tormentis aggere, verum erit dicere apertam esse humum, licet non infossam, aut cùm in morte Christi Seruatoris terræmotu sepulchra aperta sunt.

e *Est au Prince.*] Regem intellige.

NOTA 2.

1 *Ius thesauri reperti ad quos spectet.* F
2 *Quid eius quem in suo quis reperit.*
3 *Quid in alieno.*
4 *Quid in publico.*
5 *Quid in sacro.*
6 *Quid in fundo vassalli aut emphiteotæ.*
7 *Quid in vsufructuario.*
8 *Quid à marito in fundo vxoris.*
9 *Quid in fundo hypothecato vel in antichresim dato creditori aut saisito.*
10 *Quid in fundo vendito sub redimendi lege.*
Argentr. in Cons. Brit.

A 11 *Quid inconditionaliter vendito.*
12 *Quid si ab sciente.*
13 *Apollonij iudicium de thesauri iure.*
14 *Quid in loco qui nullius est.*
15 *Inuentoris semper est dimidium.*

f *S'il n'y a poursuitte.*] Id est, *s'il n'est aduoüé ou pretendu par autre.*] Quod vetus Consuetudo expresserat, id est, 1
si vendicãtem non habet, quæ penè ridicula exceptio est, nisi ad iuris vendicationem referretur, vt quæ scilicet locum nunquam sit habitura: Quis enim thesaurum fingere potest sine vendicãte; In quo animaduertendum est de thesauri iure, & proprietate, & dominio nihil hîc cõstitui respectu priuatorũ, spectandum igitur ius ciuile ad discernendam proprietatem;
Quo statuitur sine distinctione eius esse, qui in suo re- 2
pererit siue consulto siue fortuito repertus sit. d. §.
thesauros & d. l. 1. C. de thesaur. Sin in alieno Do- 3
mini loci & inuentoris, modo ne data opera quis in
alieno repererit. Idem statuunt si in eo loco repertus 4
sit, qui sit Cæsaris aut Regis. d. §. thesauros. & l. 3. §.
vlt. D. de iur. fisc. Doct. c. 1. tit. quæ sint regal. De eo 5
qui in religioso esset repertus, repugnantia Iurisconsultorum responsa dicuntur. d. l. 3. d. §. penult. quod dimidium fisco tribuit. & d. §. thesauros, quod totum inuentori adiudicat, quæ Alciat conciliare nititur lib. parergon. 7. c. 1. Magicis artibus repertus fisco semper vendicatur. l. 1. D. de iur. fis. glo. d. l. 1. C. de thesaur. His casibus omnibus fiscus & regia actio excluditur, cùm sint qui iure vendicare possint, nec hic. tex. dispositionem legum abrogat, aut mutat, sed in eum casum prouidet, cùm nemo est qui ven-
dicet. Proinde cùm thesaurum repertum in suo dici- 6
mus, intelligimus Domini appellatione & vassallum, & emphyteotam, qui in solo vassallitio aut emphyteoticano repererit, ex glos. d. §. thesauros. vbi Ang. Io. Plat. Ioan. Fab. Spec. tit. de locat. §. 6. And. de Iser.
d. c. 1. quæ sint regal. Si in fundo in quo alterius vsus- 7
fructus sit dimidium inuentori cedit & Domino vsufructuario nihil iure vsusfruct⁹. l. si is quis in aliena. §. quod si seruus. D. de ac. rer. dom. Ang. d. §. thesauros. And. de Iser. d. c. 1. & iure repræhensa est Benedicti sententia ab Molinæo. tit. de feud. §. 1. glos. 1. verbo,
le Seigneur, num. 43. Ergo, nec maritus iure tantum 8
mariti fundo dotali fruens, meliori iure nitetur quàm vsufructuarius, nec thesaurum vendicabit iure ciuili, nunc etiam deteriori iure quàm olim, quo fundi dotalis Dominus dicebatur, quo tempore durãte matrimonio thesauro fruebatur, dissoluto restituebat. l. diuortio §. si fundum. D. sol. matr. Nunc quidem vendicare poterit & consumere, non vti in fundo vxorio repertum, sed quia in mobilium vim & numerum cadit. Ideóque & mariti arbitrium est ex art. 408. infra.
Sed nec creditor, nec qui antichresim accepit in fun- 9
do obligato, aut saisito ex aliqua causa repertum vendicat. d. l. si is qui in aliena. §. vlt. D. de acq. rer. dom. quod Molin. eod. loco tractat. & Ang. d. §. thesau-
ros. & Isern. d. c. 1. Quæsitum verò & de eo qui in 10
eo fundo esset repertus, qui ex lege venditionis redemptioni esset suppositus: Et constat thesaurum in fructu non esse, nec enim ex solo percipitur. Sed cùm hæc venditio pura sit & numeris perfecta omnibus, sub conditione tamen resolubilis, quod nos Inf. §. 64. agitauimus & plenè Tiraq. in §. 6. tit. de ret. 1. conuent. verum est talem emptorem Dominum esse, & in suo reperisse, ideóque & vendicare thesaurum posse, nec redempto fundo ad restitutionem teneri, per ea quæ dicemus art. 64. & quæ decidit Molin. §. 22. q. 30. & 40. tit. de feud. & Bart. d. l. à tutore. & §. vlt.

11 d.l.si is qui in aliena. Quod aliter habet, si initio conditionalis fuerit contractus; Nam deficiente cōditione omnia resoluuntur, & contractus pro non facto habetur, vt & ea existente pro puro, ac si nunquam fuisset apposita, ac retro vim & effectum habet; igitur si defecerit conditio, res videtur semper in dominio mansisse venditoris, ideóque & eius thesaurus erit, vt in suo repertus, præter id quidem quod repertori competit & nos.d.§.64. Sed si sciens aliquis fun-
12 do alieno thesaurum inesse, ab ignorante Domino emerit fundum, restitui actionem ad thesauri æstimationem æquum putant, Aluarot.& Card. Alexand. d. c.1. Ridiculum vero est Appollonij iudicium, apud Philostratum qui cōtrouersio inter emptorem & venditorem thesauro arbiter sumptus, probiori ex his adiudicandum putauit. Quod non immerito Eusebius Cæsariensis in libello contra Hieroclem reprehendit, quia dominium rerum ab habitu mentis cuiusquam non pēdeat, nec alienum quamlibet probato cuiquam viro, adiudicandum sit. Nec melius Apolinis ipsius, qui tripodem aureum repertum à Milesiis iuuenibus piscatoribus, adiudicauit sapientissimo ideóque Socrati, cùm aut publico aut inuentoribus deberetur. Melior illa Cyri institutio in παιδείᾳ lib.1. quem puerum iudicandum institutum à pedagogis virgis cęsum tradit Xenophon, quod malè iudicasset, è duobus togis prolixiorem alteram adiudicando ei, qui procerior esset è duobus pueris, & breuiori breuiorem, cōuenientiam non ius sequutus, cùm prolixiorem breuioris esse propriam constaret. Neque enim Iudex

A sumptus es (inquiunt) de eo quod congruit decoro, sed de eo quod cuiusque proprium est; vt id auferat. Postremum est quęrere de eo thesauro, qui in eo loco 14
repertus sit, qui nullius sit, vt in littore maris aut ripa fluminis publici, quo casu totum inuentoris esse putauit. Bald. l. item lapilli in fin. D. de rer. diuis. Sed sine lege. Nec proinde horum temporum rapacitas & inclementia tale iudicium ferret, ac non potius aut fisco totum, aut dimidium certè vendicari, de quo & Pet. Iacob. in pract. tit. de actio. reali, verbo iure do- 15
minij. Denique & id quoque notādum inuentori dimidium semper & omni casu deberi, nisi magicis artibus quæsierit, aut consulto & sciens in alieno, aut conductus ad hunc ipsum effodiēdum destinata opera, veluti olim Aminocles Magnesius aliquis, quo casu promissum tantum salarium debetur, quod glos. B & Ang. notant. d.§. thesauros, sed rarus est superiorum vsus, nec iam ingratitudo terræ thesauros reddit, vetus est prouerbium thesaurum quærens inuenit Carbones. Hæc expectatio multos lactauit & elusit.

[g] *Ce qui est trouué.*] Fortuitò & casu, quod vetus Consuetudo vocabat *trouuailles*, diuersum à thesauro & eius diffinitione, id scilicet quod nuper & non ita pridem Dominus aliquis amisit.

[h] *A la Iustice.*] Id est, officialibus eius territorij, in quo res reperta est, si tamen merum imperium habent ex art. 57. infra.

[i] *Pour le faire bannir.*] Ex forma Articuli.58. infra hoc ipso titulo.

Article LIIII.

Art. xlix. Novae Cons.

Les [a] Seigneurs [b] qui ont iusticement sur les hommes [c] en leur terre, [d] doiuent garder & [e] bourner [f] les voyes & [g] routes, [h] qui ne sont de ville marchande à ville marchande. [f] Et tous les autres chemins [i] sont en la garde du Prince.

[a] Domini [b] quibus ius & potestas est iuris dicendi & statuendi [c] in suo territorio [d] inter suos subditos, debent tueri [e] & metari, [f] & limites ponere viis [g] & semitis, [h] quæ ducunt ad loca in quibus solemnis nullus mercatus est. [i] Et omnia alia itinera [k] sunt in custodia seu tutela Principis.

Nota 1.

[a] *Les Seigneurs.*] Quicunque cuiuscunque gradus, qui Feudum & Iurisdictionem temporalem habent.

[b] *Qui ont iusticement.*] Vox obsoleta, id est, quibus ius & potestas est iuris dicēdi, & statuendi in suo territorio inter suos subditos, etiam si merū imperium non habeant, vt infra patet ex art. 372. & 403. indefinita dispositione & vniuersali enunciatione.

Etiam non subditi sed fundum possidentes tenentur ad refectionem viarum.

[c] *En leur terre.*] Id est intra territorium; Sed & contra quoscunque etiam extra territorium habitantes, qui domum aut fundum in territorio habeant vicinum viæ reficiendæ, cùm id munus sit reale & rei affixum, atque ideo nihil opus sit domicilij cōsideratione, qua de re nos inf. art.92. l. per Bithiniam. C. de im. nem. conced. lib.x. l.1.C.de mul.& quo loc. mun. sex con. sub. debeant. Antib. in tract. de munerib. parte 2. num. 19.

C

Nota 2.

1 *Initio viæ publicæ ad Regem.*
2 *Curatores viarum primæ dignitatis.*
3 *Magistratus est cura viarum.*
4 *De admissis in via non semper cognitio Regiorum iudicum.*

[d] *Doiuent garder.*] Tueri: Nam inter regales Princi- 1
pum prerogatiuas publicorum quoque itinerum tuitio reponitur in c.1. tit. quæ sint regal. Quare in iure quoque ciuili ea cura Principum est, vt tuto possit D commeari vt l.1.§.summa. D. de his qui deiec. vel effud. vt olim Ædilium, & qui posterius curatores via- 2
rum dicti sunt. l. ad curatores. D. de dam. infect. l.2. §.1. ad municipal. de incol. D. de quibus Lampridius in vita Alexandri meminit, vbi & primæ dignitatis hominum curam fuisse indicat, adeóque & consularium; Sed & eam functionem Agrippæ genero mādasse Octauium Cæsarem Suetonius scribit, & eorum meminit Iuriscōs. d.l. ad curatores. Ante cōstitutum imperium, Cēsorum ea cura fuerat, quod Liuius

lib.1. decad.5. indicat. Censores (inquit) vias sternen- A
das in vrbe silice, glarea, extra vrbem substruendas,
marginandásque primi omnium locauerũt. Posterius
Principes ad se reuocauere. Athenienſibus ἀστυνόμοι de
quorum munere Arist. in Politic. scribit, & Plat. lib.
de legib. 6. quibus eandem curam imponit viarum in
vrbe & militarium, meminit & Arpocratio; Sed &
Vlpianus. l.ædiles. D. de via pub. eodem eos nomine
3 appellat. Francis ea functio est eorum, qui se electos
appellant, nobis id munus Magistratibus ordinariis
mansit de híſque, quæ contra publicam vtilitatem in
his fierent, qua de re quædam Guil. Bened. in c. ray- B
nutius verbo & vxorem decis. 2. num. 147. & Chas.
farragine gloriæ mundi parte. 5. consid. 24. è nuperis
Degrassal. iure 14. q. 10. Extat apud Doctores in schola
crebra mentio Statutorum Italicorum, quibus cauetur
Dominos locorum, aut communitates teneri
(vt loquuntur) habere stratas tutas, hoc est, præstare
vt tuto commeare liceat, alioqui ad refundẽda damna
teneri damnum passis, de quo Statutorũ genere multa
vbique Alber. in Statutis. & Paris Puteus in Synd.
vers. Robaria & Neapolitana Constit. quæ incipit super
incisionibus rub. 26. lib. 1. vbi Isern. & Afflict. latè
alia, incip. Si damna clandestina quæ est 27. lib. 1. C
& alia quæ incipit dicto. Quod tamen non sic accipi
conuenit, vt passim de amissis in publicis itineribus
4 cognitiones Regi regíſve Iudicibus vẽdicari debeant,
quod quidam perperam & ambitiosè opinantur, sed
tum demum, cùm ad ipsorum itinerum latitudinem,
longitudinem, aut spatia controuersia pertinet, quod
disertè Cõsuetud. Andium, & Cenomanorum restringunt;
& rationem habet, quia publicorum itinerum
disceptatio iudicem alium habere non debeat, quàm
publici curatorem, id est, Regem aut Principem, cum
de ea imminuenda, aut detrahenda, aut arctanda quæritur.
In reliquum si quid extra eam causam sit, vt la- D
trocinium in via publica admissum, nõ magis ad Principem
pertinet ea cognitio, quã in alio quolibet loco
patratum facinus. Nominatim verò publicorum itinerum
procuratio recauta est Britanno Duci fœdere
illo Andensi.

Paucis ab hinc annis creatus Curator viarum quem vocant.

Le grãd Voyer de Frãce. Anno 1599. postea eius muneris suppressio publicata in Senatu, 21. Iuly anno 1611. Ce requerãt les Estats du pays.

Nota 3.

1 *Viam metari, aut aperire, & c. quomodo.*

1 [e] *Bourner.*] Id est, metari, aperire terminis & limitibus
positis, si quis fortè deuia quid exarauit aut decerpsit. E
l.vlt. D. de via pub. In qua iudicatione antiqua
forma seruanda est, ne aut minor sit via, aut angustior,
aut quod etiam mirandum magis latior. quam pro solito.
l.1. §. si quis in specie. D. de via pub. viam aperire
(inquit Iurisconsultus) est ad pristinam altitudinem,
latitudinémque restituere, tametsi satis incommodè
dictum est ab Iurisconsulto latiorem fieri non debere,
aut de strata terrenam, antè contra, cùm natura
constet meliorem fieri sternendo scilicet, aut ampliorem
faciendo, ni ita accipitur cùm hoc modo deterior
fit. Nam meliorem facere nil prohibet. l. fluminum.
D. de dam. infect. deterior non debet. l.1. D. de rei- F
pub. mun. l.2. D. ne quid in loc. public. Bart. l.1. D. de
via public. l.1. §. non autem omne. D. de fluminib. public.
Iure ciuili viæ latitudo diffinitur in latum & anfractum.
l. viæ latitudo. D. de seruit. rustic. præd. qua
currus circumagi possit, quod Aggenius Vrbicus scribit.

Nota 4.

1 *Viæ vicinales quæ.*
2 *Quomodo reficiendæ viæ.*

Argentr. in Cons. Brit.

[f] *Les Voyes.*] Vias vicinales hîc intelligit, quæ ad viam 1
publicam ducunt vel quæ in vicis sunt, aut pagis, cùm
& ipsæ inter publicas habeantur. l.2. §. viarum. D. ne
quid in itin. pub. l.3. D. de loc. & itinerib. public. viæ
vicinorum, inquit, quæ ex agris priuatorum collatis
factæ sunt, quarum memoria non extat, publicarum
viarum numero sunt; hæ verò aut in vias militares
exitum habent, aut sine vllo exitu intermoriuntur. l.
2. §. priuatæ. D. ne quid in loc. pub. *Telles sont les adresses de grand chemin à autre, ou à bourg, ou à parroisse, où n'y a marché: & lesquelles ne portent iusques aux villes marchandes & demeurent courtes,* & vt loquuntur Iurisconsi.
intermoriuntur. Viarum discrimina tametsi Iurisconsultus
aptè describit, tamen è veteribus etiam qui professa
opera de cõditionibus agrorum scripserunt, peti
conuenit. Siculus Flaccus vetus autor vias vicinales
tradit, in quas de publicis diuertitur, & sæpè ad alteras
publicas. Sed & reficiendi legem perquam appositè ad 2
hunc locum de veteri iure adscribit, cùm ait tales muniri
solitas per pagos, id est, magistros pagorum, qui
operas à possessoribus ad eas tuendas exigere soliti
sint: Hodie cùm magistri pagorum non vbique sint,
quo loco qui vulgo, *Maires*, appellantur succeßêre, ad
ordinarios Iudices itur, qui ab possessoribus qui circumiecta
habent prædia, operas exigunt: id est, *les contraignent à faire ou payer iournees pour la reparation,* Addit
& aliam muniendi rationem, cùm vnicuique possessori
per singulos agros spatia assignantur, quæ suis impensis
tueantur, & titulos finitis spatiis habent, qui
indicent cuius agri, quis Dominus, quod spatium
tueatur.

Nota 5.

1 Routes *quæ sint.*
2 Villes marchandes *quæ.*
3 *Diuersa nomina viarum publicarum, & quæ.*

[g] *Routes.*] Hæ propriæ semitæ sunt, in quas de via pu- 1
blica diuertitur, cùm publica itinera cœno, vligine, aut
imbribus merguntur, etiam in priuatorum agris, nec
aliter commeari potest, & priuati viam publicam non
reficiunt: hîc pro itineribus accipio tam augustis, vt
quadrigæ agi non queant.
[h] *Qui ne sont de ville marchande.*] *Villes marchandes* ap- 2
pellat, in quibus mercatus aut nundinæ publicæ statis
diebus exercentur, *non marchandes* in quibus solemnis
nullus mercatus est. Ita fit vt itinera, quæ ab agris, paroëciis,
aut pagis inchoantur, licet in mercatum ducant,
pulica dici non debeant, cùm à mercatu ad mercatum
non ducant, vt hoc textu. Sed etsi ab vrbibus
incipiunt, nec tamen in vrbes aut alios mercatus ducant,
publica hac quidem lege non sunt.
[i] *Et tous autres.*] Viæ publicæ, Regiæ, quæ & Basilicæ, 3
& militares, & consulares, pretoriæ dicuntur Latinis,
d.l.2. §. viarum. & d. c.2.3. quæ scilicet exitum ad mare,
aut vrbem, aut flumina publica, aut aliam militarem
viam habent, d.l.3. D. de loc. & itiner. publ.

Nota 6.

1 *Regiorum iudicum cognitio de viis reficiendis, & transferendis, &c.*
2 *De reficiendis viis, Regula.*
3 *Pontium cura ad quos.*
4 *Transferendarum viarum facultas.*

[k] *Sont en la garde du Prince.*] Reip. inquit tex. interest 1
per vias publicas tuto commeari. l. 1. D. qui deiec.
vel effud. & in eam rem extat titulus. D. de via pub.
Extat & veterum Regum Constitutio apud Aufrer.

part.3. Styli. tit. de Bailliuis. art. 65. quæ talium itine-
rum etiam Baronibus ipsis intra ditionum suarum fi-
nes, curam & refectionem tribuit, quod ita accipien-
dum, vt iure Magistratus refectionem iubere possint,
non suo sed veluti mandato & commisso iure, nec pri-
uatiuè ad Regios Iudices, quorum ista præcipuè soli-
citudo est, qui si eo venerint, vti imperio possunt, sa-
larium tamen petere non possunt, aut quidquam aliud
præter impendia, & hoc iure vtimur in subiectos, &
obnoxios omnes Regiis tribunalibus, quos ea de re
statis placitorum diebus nominatim compellare sole-
mus, *aux offices (que nous disons)* quorum hæc præcipua
materia est. Ergo si de immutando viæ statu, transfe-
renda ea, aut ponendis limitibus agatur Regij Iudi-
cis priuatiua (vt loquuntur) est cognitio, de reficien-
da, reparanda, minuenda, sternenda, aperienda, qui-
libet loci ordinarius statuit, non tam iure proprio quá
cognitione mandata ab Rege, propter vtilitatem pu-
2 blicam, De reficiendis regula statuitur, in vrbibus ante
suas quemque ædes reficere vias stratas debere, vt &
in pagis, & oppidis. l. ædiles. D. de via pub. κατὰ τὴν ἑαυτοῦ
οἰκίαν ἕκαστον, vt Iurisconsultus loquitur. Sed & ea lege
vsufructuarius tenetur, & doaria pro ὑποβόλῳ. l. arbo-
ribus. §. si quid cloacarij. D. de vsuf. Arearum publica-
rum, macelli, fori venalium ad Regem aut Respubli-
cas prout quisq; de his aliquid colligit intributi, quod
soli proprietatem arguit. Quem in vsum solent vrbes
& communia certa vectigalia colligere Principum aut
permissu aut patientia, *comme cloaisons, pauages, & au-
tres octrois.* Rhedones nostri priuato iure, & recepto
vsu extra vrbem intra veteres metas, vbi strata fissa est,
cogunt è regione vicinos reficere, extra eas aut fissa
non est, de re publica reficiunt: Et sua cuique loco his
de rebus consuetudo seruanda est. Siculus Flaccus re-
gales vias publicè muniri scribit, hoc est, impendiis
publicis & curatores accipere, & autorum nomina

A inde indi, vt viæ Appiæ, Flaminæ & aliarum, & per
redemptores muniri, quod vbique expediret, & loca-
ri præstandas munitiones. Sed & in quarumdam tute-
lam à possessoribus certam summam exigi per tem-
pora solere, quo casu nos ad subuectionem materiæ,
calcis cementorum vicinos compellere solemus col-
latis duntaxat impensis & sine mercede, de quib. Io.
Plat. Luc. de Penna. Iacob. Rebuf. scribunt, d. l. per
Bithiniam, Pontium cura ad eosdem pertinet, ad quos 3
& itinerum, vt ad Barones intra fines ditionum sua-
rum, plurimorum ad Regem, nisi cùm quidpiam æris
B in transitu ad pontem exigitur, quo casu refectio ad
eum pertinet, qui exigit à transeuntibus, vt Archid.
notauit. c. si quis peregrinos. 24. q.3. Host. tit. de cen-
sib. Bald. c.1. §. conuenticulas. tit. de pac. iuram. fir.
Fely. c. postulasti vers. existis. ext. de for. comp. Paris
Put. tit. de Synd. §. robaria, Quod nos perquam sæpè
solemus vsurpare, vt & in pontibus Meczaci fecimus
indicio exactionis, & alibi sæpè; & conuenit rationi,
cùm manifesta hæc sit conuictio debitæ refectionis, si
quid ad pontem colligitur à transeunte, itaque & præ-
hensione talium solemus ad refectiones cogere. Sed
& vt exigere liceat, stipes à transeuntibus indicta refi-
C ciendi necessitate à Principibus impetrari solet, & sæ-
pè ex codicillis Regum pluribus permisimus, Sed & 4
transferendarum quoque viarum facultas scriptis tri-
buitur, cùm cuiquam nimium vicinæ sunt, & gratia
apud Principes pollet, non ante tamen quam super
commodo aut incommodo inquisitum sit, alioqui
quantumlibet vtiliter fieri dicatur, nemini cuiquam
tantùm iuris est, vt per se aut sine decreto Iudicis Re-
gij faciat ex. d. l.1. D. de via publ. vbi Bart. & l.1. D.
de rip. mun. l.1. D. de fluminib. An vero in eam refe-
ctionem Ecclesiæ, an Princeps, an resp. an vrbs. an
suburbani incolæ, an alij teneantur dicemus. §. 92.
inf.

ARTICLE LV.

Art. L. Novae Cons. *dicit* ou les anciens Barons, &c.

VL[a] a cognoissance[b] de punition de feu, si n'est le Prince, ou les Barons en[c] leurs Baronnies.

NVllus[a] habet cognitionem[b] de pœna ignis, nisi Princeps, aut Barones[c] intra fines Baroniarum suarum.

NOTA I.

1 *Casus in iure ciuili quibus ignis pœna statuitur.*
2 *Nec tamen Regiæ sunt omnes cognitionis.*

[a] *Nul a cognoissance.*] Statuit hîc Consuetudo de his
criminibus, quibus pœna ignis imponitur Regis so-
lius; aut Baronum esse animaduersionem. Hoc si nos
ad impositas à Cõsuetudine pœnas referimus, vnicus
is tantum casus erit, qui est, inf. art. 588. qui putatur
esse casus. l. cùm vir. C. de adult. hoc est παιδεραστίας,
infando nomine; Ac tametsi lex illa de pœnæ genere
nil exprimit, & regium alioqui id crimen Franci vo-
lunt esse, quod Chass. notat in rub. tit. *des Iustices:* De-
grass. iure 14. casu 2. iure tamen consuetudinario, de
eo specialiter est cautum d. art. 588. Cæterum nos ante
docuimus pœnas iure ciuili irrogatas, vt plurimum,
vsu abiisse & alias introductas priuatis gentium mori-
bus, diserta plerúmque dispositione, veluti cùm falsæ
monetæ pœna ignis sit iure imperatorio, alia est iure
1 nostro, art. 589. Tradũtur iure speciales quidam casus,

D quibus pœna ignis imponitur, qui tamen ipsi non
omnes possunt Baronum Iurisdictioni congruere; vt
proditionis patriæ. l. si quis à Barbaris. C. de re milit.
lib. xij. aut si quis Principis consilia renunciauerit, aut
transfugerit l. si quis aliquid. §.1. D. de pœn. de qui-
bus cùm maiestatem Principis impetant, certum est
Baronem cognoscere non posse. Non est recepta pœ-
na inducta. l. vniuersa. C. vbi caus. fiscal. nec l. vnicæ.
C. de mulier. quæ se prop. ser. iunx. nec l. vlt. C. de rapt.
l. capitalium. §. igni. D. de pœn. quæ omnes ex vsu cum
ipsa seruili conditione abierunt. Haruspices, sortile-
gos, mathematicos cremari, & receptũ est vsu, & le-
gibus cautũ. l.3. C. de malef. & mathem. Nec proinde 2
ea potestas magistratuum tãtum regiorum est. Incen-
diarios, qui prędæ causa vel per inimicitias domos cre-
mauerint, idque in vrbibus cremari & ipsos quoque
constitutum, & vsurpatum. d. l. capitalium. §. nunquã.
Incendij extra vrbes admissi leniorem esse pœnam vo-
lunt, vt minus periculum est. l. qui ædes. D. de incend.
ruin. & nauf. Bart. & alij l.1. D. de off. præf. vigil. quem
locum Afflictus latè persequitur. lib. 1. Cõst. 26. const.
Extant

Extant & Consuetudines quædam quæ incendij cognitionem mixto imperio tribuant, vt Turon. Nec item recepta est pœna l.1.C.de iur. im. mu.conced.in Notariis falsa immunitatis instrumenta scribentibus. Nec quisquam Notarius hodie talia posset scribere, cùm non nisi ab regibus & rescriptis concedi possunt, si tamen vllum ea de re falsum instrumentum scriberetur, ignis non est recepta pœna. Inutilis & loco affixa est.l.1.C. de Nili agg. nō rumpēd.nisi si cui placet ad Ligeris quoque aggeres, aut aliorum fluminū porrigere, qui grandi agrorum & hominum malo rumpuntur. Sacrilegos & ipsos igne coërceri exēpla sunt, sed rara. l.sacrilegij. D. ad l. Iul. pecul. Hæc in iure ciuili exempla sunt pœnarum, quæ igne sanciuntur, de quibus Albert. Gand. lib. de malef. tit. de pœn. reorum. Iacob. de Bellouisis in practica tit. de pœna ignis.

NOTA 2.

1 *Præscriptio imperij per vnum actum ad omnes alios porrigitur.*
2 *Fallit in pœna ignis.*

[b] *De punition de feu*] De his scilicet criminibus quibus per Consuetudinem pœna ignis imponitur, nisi si placet etiam legibus ciuilibus indictas intelligere. Separanda igitur hęc species cognitionis à reliqua meri imperij potestate, vt qui merum imperium præscripserit,
1 non protinus putet id quoque sibi licere. De quo specialis & cauta in indiuiduo debet esse prouisio; cùm alioqui recepta sit in iure sententia pręscripto imperio aut Iurisdictione per exercitium vnius alicuius actus imperij, aut Iurisdictionis omnes actus cæteros, qui sub eodem imperio aut Iurisdictionis concidant, pręscriptos videri. Ideóque & qui laqueo suspēdendi ius præscripserit, eundem & securi decollare posse, & in crucem agere; de quo maiores nostri dubitabāt olim, quia sub eadem specie imperij isti actus cadūt, nec diuersæ species sint, sed vnius facultatis actus ὁμογενεῖς diuersi tamen, veluti in neruis laxandi & item stringēdi, quos tamen ab eadem facultate manare certum est, de quo longa est disputatio scholę Bart. Bald. Alex. Ias. Lud. Rom. Cast. & aliorum l. imperium. D. de iurisd.
2 omn. iud. Quæ tamen sentētia hîc locum habere non poterit, propter dispositionem Consuetudinis, quæ de genere naturáque vniuersi in cognitione tribuenda speciem separauit, & de suo genere detraxit, & ad possessionem inhabilitauit eum, qui qualitatem Baronis non haberet. Quicūque igitur merum imperium pręscripserit aut alio titulo quæsierit, cætera vsurpabit, ignis iure non vtetur, nisi istam quoque speciem præscripserit nominatim & in indiuiduo. Qua de iuris sententia longus est tractatus Fely. c. auditis. de præscript. Francis. Balb. perutili tractatu de præscript. 2. parte principali.q.2.vers. secundo principaliter. num. 22. & seq. Alexand. Cons. 68. vol.2. & aliorum. d. l. imperium.

NOTA 3.

1 *Baronum prærogatiua in Britannia.*
2 *Comites olim Britanniæ ignoti.*
3 *Baronum tituli & numerus.*
4 *Lanuaucij Baronia publicata.*
5 *Barones allecti.*

Ou les Barons.] Britannorum genti Baronum semper 1 fuit autoritas præcipua & eximium decus, quare honorifica semper horum in veteri Consuetudine appellatio in constituendo iure, & prærogatio suffragij ferendi, inque consessu ordinum. Comitum quidem, 2 qui hunc gradum antecellere ordine putantur, ignoti maioribus nostris tituli, nisi cum lacero domesticis malis principatu incerto principe, quos quisque sibi titulos voluerat, sumpsêre. Ea tempora Nannetibus, Venetis, Dolensibus, Comites peperêre, sed eos nec diuturnos nec stabiles: Iidem confirmato in vnum principatu intercidêre cum titulis, Ditionum nomina supersunt, dignationes exoleuêre: & adhuc Comitatum Nannetensem dicimus.

Sed & ipsos Britanniæ principatus Regios pridem titulos Ducatus appellatione, interdum & Comitatus (qui ferè ab externis Principibus nostris titulus tribuitur,) mutatos magis mirum idque incerto penè autore, atque adeo quosdam promiscua inscriptione, & Ducis & Comitis nomen vsurpasse, quod Assissia (quæ dicitur Gotthofredi) ostendit in qua initio Dux appellatur, qui in fine Comes est. Recens & memoria extat, quod quidam Comitatus appellationem sibi sumpsêre, præter Pontiberianum. Baronum priscis 3 nomina fuêre Aualgorius, Leonius, Vitreius, quos inter de prerogatiua ambigitur, & aduersaria præiudicia ea de re extant; Filicerius, qui intercidit trāscripto ab Alenconniis Ducibus titulo, & iure in Principes Britannos anno 1429. sicuti veteres autoritates ea de re testantur, Castrobrientianus, Raissius, Ansamniacus, Rupebernardus, Lanuaucius. Sed hic Ioannis 4 Ruffi Ducis ætate proditionis damnatus excidit ditione anno 1238. Baronia publicata, allectus sed longo post tempore in locum eius Pontocastrensis. Postereius etiam Petro Duce Deruallus, Malestrictius, & Quintinus anno 1451. Sed horum quoque familiæ penè ex toto extinctæ.

Vide D. Argentré in sua historia Britanni lib. 2. cap. 22.

NOTA 3.

[c] *En leurs Baronnies.*] Causa & loco limitato, ex iure & finibus Baroniæ, non etiam ratione feudorum adiunctorum extrinsecus, nisi principum concessione vniantur, & (vt loquuntur) incorporentur Baroniæ, sub hisdem iuribus, aut nisi præscripserint, quanquam persæpè eo colore fallere, & pleráque contra ius à multis arrogari compertum.

ARTICLE LVI.

De [a] toutes les Noblesses, qui sont deuës au Prince seulement, [b] nonobstant qu'autres ayent accoustumé d'en vser, [c] ils n'en ioüyront; [d] s'ils n'auoient titre certain.

ART. 22. NOVAE CONS.

De [a] omnibus nobilitatibus, quæ solummodo debentur Principi [b] (quamuis alij his soleant vti) [c] non iis fruentur [d] nisi titulum certum habeant.

NOTA PRIMA.

1 *Regalium appellatio vnde.*
2 *Regalia quædam inceßibilia.*
3 *Dei gratia in titulis principum.*
4 *Belli causæ inter Lud. XI. & Franciscum Ducem.*
5 *Regalium inceßibilium notæ.*
6 *Hominium ligium & homologum.*
7 *Homagij vox nusquam in iure feudorum.*
8 *Homagium remitti potest.*
9 *Homagij & fidelitatis differentia.*
10 *Seßio Episcoporum in Parlamentis per homagium non impeditur.*
11 *Supremus reßortus inter regalia.*
12 *Alaudium non eximit à fidelitatis iuramento.*
13 *Leges condere inter regalia est.*
14 *Regalia ceßibilia.*
15 *Monetam cudere inter regalia est.*
16 *Arma mouere regale est.*
17 *Homagia Episcoporum & Prælatorum inter regalia.*
18 *Regalia Ecclesiarum Francicarum.*
19 *Regalia non habent locum in Episcopatibus Britanniæ.*
20 *Quid regaliæ in Britannia intelligantur.*
21 *Prælium apud Montelericum vnde.*
22 *Homagium Episcoporum Britanniæ ligium Duci præstitum anno. 1062.*
23 *Vacantes Ecclesiæ in custodia sunt Regum.*
A 24 *Amortizatio inter regalia.*
25 *Nullus præter regem impedit manum mortuam tenere.*
26 *Nobilitare est de regalibus.*
27 *Legitimare ad succedendum item.*
28 *Naturalitatis literas concedere.*
29 *Item famæ restituere.*
30 *Omnes restitutiones per viam gratiæ sunt de regalibus.*
32 *Remißiones & abolitiones sunt de regalibus.*
33 *Veniam ætatis concedere.*
34 *Decretum super arrogatione interponere.*
35 *Confiscationes sunt de regalibus non simpliciter.*
36 *Vectigalia & indicta omnia & collectæ sunt in regalia.*
37 *Item immunitatem concedere.*
B 38 *Saluagardiam concedere.*
39 *Cœtus collegia & communitates constituere.*
40 *Salinæ an sint de regalibus.*
41 *Auri fodinæ.*
42 *Piscationes, siccationes, vuacantagia.*
43 *Exportandi frumenti facultates* (traictes.)
44 *Breuiculorum ius* (briefs) *& eorum origo.*
45 *Naufragiorum ius* (bris.)
46 *Mercatus conceßiones.*
47 *Bonorum capio eorum qui sine hærede decedunt*, id est, *Albinagium.*
48 *Regalia non sunt omnia, quæ sibi Princeps reseruat.*

[a] *De toutes les Noblesses, qui sont deuës au Prince.*] Operosa
tractatio, & quā notæ nō capiunt. Est vero de his, quæ
Principi reseruata sunt, iure & iudicio supremi impe-
rij, & potestatis regalis in cognitionem (vt loquuntur)
vniuersalis dominij & iuræ coronæ. Regalia ex re ap-
pellant, Ea Principi vt Principi priuatiuè competunt,
ita vt nulli cuiquā conuenire possint, iure quidem suo,
natiuo & proprio nec nisi cesso aut translato, idque à
Principe, aut certè longissimi temporis lapsu præ-
2 scripto, nec proinde tamen omnia. Nam quædam ex
his prorsus sunt incessibilia & inseparabilia à dignita-
te regali, vt affixa principatus titulis & supremi hono-
ris symbola & notæ. Quæ si cui placet in specie acci-
pere, & quia non omnium ista artificum sunt, trade-
mus. Incessibilia nostro quidem vsu & Frācorum rep.
sunt, quæ nulli præterquam Regi conueniunt, veluti
3 vt quis in titulis vsurpet formulam, Dei gratia, quod
summi & illibati imperij decus est, & prerogatiuæ
nulli mortalium obnoxiæ. Itaque qui ea præfatione
vtitur, summi imperij & augustissimi honoris titulos
sibi sumit, veluti solius Dei beneficio principatum, nec
cuiusquam eum mortalium beneficio habeat. Quod
4 eo lubentius dixi, quod inuidia finitimorum Regum
nostri quoque Principes super eo argumēto sunt olim
armis impetiti, cùm Ludo. Rex XI. ea de re Francisco
Duci nostro controuersiam intendisset, denunciato
etiam bello, quam ius & æquitas causæ ita elusit, vt
etiam autori rerum suarum tuendarum necessitatem
crearet, excitato ambitiosa postulatione incendio illo
nobili, quod boni publici nomine illa tempora appel-
larunt, quo & regnum exarsit & insigni illo ad Mon-
telericum prælio dimicatum est. Itaque importuna
5 postulatio omissa & Duci suus vsque honos intactus
mansit. Hoc eodem numero reponenda est supremi
imperij recognitio, adoratio, veneratióque potestatis
infra diuinam inter homines supremæ. Huius tres
sunt notæ, fidei præstatio, quam fidelitatis exhibitio-
6 nem vocant; Homagium ligium, quod cur homolo-
gum vocent quidam, vix ratio apparet; & prouocatio
suprema, quam vltimum ressortum appellant. Et sunt
fidelitatis quidem sacramentum, & hominium (quod
vocant) per se non supremi imperij propria aut diffe-
rentiæ si simpliciter accipiantur, quippe quæ pro-
C miscuo in vsu sint in legibus feudalibus & conditio-
nibus beneficiorum. Sed quæ regi præstantur, quali-
tatem implicitam habent aliā ex persona eius cui exhi-
bentur, vt & supremi imperij ius intelligatur agnosci,
& absolutè nullius cuiusquā excepta auctoritas. Cu-
iusmodi hominium alteri cuiquam cōuenire non po-
test, quàm ei qui summa potestate & augustis titulis
sit præditus. Hæc igitur agnitio incessibilis est, nec
auelli à persona principis potest. Sed hominium rei
affixum est, nec abstrahi potest à lege & consideratio-
ne feudi, nec vllus id præstat, qui non & feudum ha-
beat. Quanquam fuit tēpus cùm & hominium igno- 7
raretur, & ipsa quoque vulgata homagij vox priscis
D temporibus ignota, posterius cùm ipsa re recepta est,
quod Doctores notauerūt & in his Ias. in prelud. feu-
dorum, & Molinæus. §.1. glos.5. num. 12. & §.2. glos.
5. nec feudorum libri vsquam homagij meminêre.
Quare in concessione feudi aut conuentionibus aliis 8
remitti pacto homagij necessitas potest, & quādoque
remissam Iacob. de Sancto Georgio tradit titulo de
roydis vers. sexto finitur. num. 44. à numero 40. &
quædam in eam sententiam Ægydius Magister scripsit
titulo de regalib. decis. 15. & vlt. quanquam vsu qui-
dem nostro remitti & insolens & inauditum est. At 9
fidelitatis, vt vocant, sacramentum imperante rege à
nemine recusari potest, quamuis non contingat ab
omnibus præstari, vt infinitum, & proinde impossibi-
E le. Et quanquam frequentius causam habet proficis-
centem à feudo, tamen & his quoque indici potest,
qui nec feudum habent, nec solum vbi hæreant, ve-
luti ratione prelaturæ, aut magistratus militaris cuius-
quam aut ciuilis. Hoc discrimen apertè sese in Epi- 10
scopatibus & ceteris Prælaturis exerit, in quibus ta-
metsi plerique solum non habeant, vbi consistant, ac
per id homagio obstringi nequeant, tamen fidelitatis
sacramento non exoluuntur, nec ante pro potestate
in Curiis supremis sessum admittuntur, quam id pre-
stiterint, & regiis de ea re codicillis docuerint, quod
cùm fecerint, nemo quidē sessioni obstat, ex eo quod
homa-

homagium non præstiterint, cuius alia conditio est, & feudum respicit, sed ea cura Rationalium Regiorum est, qui ante ad fruendum non admittunt, quàm hac in parte Regiæ quoque causæ satisfactum sit. Est igitur fidelitas personæ, aut magistratus debitum hominium feudi, quod mutatione personæ naturam & ipsum mutat, & aliud est in Principe quam in cæteris, nec ligij natura vtimur ex iure in alterius persona quã supremi Principis; Sed ista fortassè sint alterius loci.

11 Ad superiores duas summæ potestatis notas addimus & tertiam, quæ in ressortu (vt loquuntur,) & iudicio postremarum appellationum consistit. Hæ planè, quo iure Franci vtuntur, separari à Corona nequeunt, nec alteri cædi nec transferri, veluti innati characteres supremæ potestati. Inde fit, vt quocũque titulo translato Comitatu, Marchionatu, Baronia à Principe quacunque verborum conceptione quamlibet vniuersali & sine exceptione, & absoluta, quibuscunque verbis, hæc tria semper integra & intacta Principi reseruata priuatiuè intelligantur, etiam si appanagio (vt loquuntur) liberis Regũ concederetur. Bald. in prælud. feud. col. x. & c. intellecto de iureiuran. dicens, quod Iurisdictiones supremæ sunt sacra sacrorum, quæ vendi nõ possint. Fely. c. ad audientiam de præscript Laud. cap. 1. qui feud. dar. pos. Card. & Ias. in prælud. feud. Alex. l. filiæ quã pater. D. de lib. & posth. Imol. in rub. de verb. oblig. Bald. consil. 274. vol. 3. & 303. Claud. Aquens. in
12 summa titul. quæ feud. dar. pos. limit. 1. Denique etiam si alaudium esset, cuiusmodi nullũ in Britannia agnoscimus, quod sua natura à feudi iure debitísque eximit, ab ressortu supremo & fidelitatis præstatione nõ per hoc eximeret, quod rectè Molin. notat, & verum est titul. de feud. §. 46. q. 1. & 2. Ægid. Magister titul. de
13 regalib. decis. 1. Supremæ potestatis notis addimus & facultatem condendarum legum vniuersalium, & l. vlt. Cod. de legib. & interpretendarum Bald. l. 1. Cod. de iur. aur. annul. nec cuiquam istud potest congruere, præterquam ei qui ius & imperium habeat suprema potestate. Hæc taliáque, quæ Principis sunt, iure singulari & proprio, & eius solius præscribi non pos-
14 sunt, quod Bald. ait. d. l. 1. Cætera quæ regalibus annumerantur, nec in ea quæ supra memorauimus, incurrunt, quæve eis non præiudicant, aut ea non tollunt, transferri, cæli, & præscribi possunt, vt infra dicemus glos. verbi, *s'il n'a titre*, quanquam non soleant quidem.

Hoc item in genere cessibilium multa enumerantur, quæ propemodum sunt omnia eo fœdere Andensi, de quo ante memorauimus, comprehensa, tametsi id fœdus est conuẽtibus ordinum nostrorum & Panbritannico iam olim improbatum; apparet tamen Iurisconsultos adhibitos & de prudentum consilio factum, quod ea quæ inter regalia numerantur, Britanno cauta sunt disertè. Ac regalia quidem, quo proprius maiestatis prærogatiuas supremas, & quæ ante diximus, contingunt, hoc rarius & difficilius conce-
15 duntur: Veluti monetam auream aut argenteam cudere, quod inter præcipua est regalis fastigij symbola; & de argentea quidem illo fœdere, de aurea vero nil est expressum, quod tamen ante omnem memoriam à Ducibus nostris constat esse vsurpatum iure imperij summo, & inter eas belli causas, quod à Ludouico XI. denunciatum est, ea quoque fuisse memoratur, quod auream monetam cuderet, vti ante diximus. Ex eo est, quod soli Reges Magistratus & operas monetales constituunt, & immunitates concedunt, & Mensarios, tametsi nuper vrbibus concessa nominatione, sed id donis Danaum, vt ille scribit, translato periculo è noxa nominatorum: meminit hu-

A ius prærogatiuæ regalis Guydo Papæ decis. 257. Inde soli Reges de crimine adulteratæ monetæ cognoscunt ex Art. 52. supra: Ac tametsi Legatis Regiis & Procuratoribus Prouinciarum externas in prouincias aut terras nouas proficiscentibus monetæ cudendæ interdum facultas tribuitur, iure tamen & imagine regia, vt faciant, concessum intelligitur. Regalium symbolum 16
præcipuum est arma mouere, bellum gerere, exercitum cogere, delectum habere, l. 1. Cod. vt armor. vsus insc. princip. interd. sit, & auth. de armis. & extat inter Ord. veterum Regum apud Aufrer. in Styl. par. 3. titu-
B lus de guerris, & in Stylo, titulo, quorum cognitio pertinet ad Regem & Ferald. priuig. xxix. & Degrass. lib. 2. iure 20. Pluribus, Matth. Afflict. Const. Neapolit. 17
rub. 1. li. 1. Inter regalia habentur & hominia illa, quæ ab Episcopis & Abbatibus, & cæteris Prælatis primarum quarumdam dignitatum Regi præstari solent (vt ante diximus) feudorum nomine, quæ neminem præter Regem agnoscunt, cùm sunt (vt loquuntur) amortisata, quod & experimenta crebra dant intelligi, & Notauit Ferald. priuileg. 10. Degrass. lib. 2. iur. xj. & 18
xij. Sed & eodem iure Ecclesiæ habentur, quæ propria & speciali quadam prærogatiua in regalia sunt & te-
C nentur, vt Franci solent appellare, certo illæ quidem & descripto iam olim numero ex his tabulis, quæ in Camera Computorum Parisiorum habentur, & Arnald. Ruseus Regalium scriptor descripsit: & Degrass. libr. 2. iure 1. Ferald. priuileg. 5. & nuper Ægid. Magister. 19
lib. 3. de regalib. Sed Principibus nostris ignotum ante ius, & nominatim Britannici Episcopatus excepti reperiuntur illis ipsis auctoritatibus, quæ ista cauent. Nec Regaliæ nos nomine moueri oportet, quo iden- 20
tidem nostri pro iurisdictione temporali Episcoporũ, vti solent: re quidem nulla in parte cum illis, quæ Regalia Franci appellant, conueniunt, quamquàm inso-
D lens id & inauditum ante maioribus nostris, quidam nuper è vetustate & finitimis titulis eruere conati sũt, & in vsum deducere sine iure & exemplo, nimium quidem officiosi hac in re. Extat in Camera (quam vocant) Computorum Parisiis sanctio quædam Ludou. XI. quàm & Ægidius Magister vidit, meminit & Probus qui glos. in textum decretalium scripsit, qua Rex ille nullum sibi regaliæ ius in Episcopatus Britanniæ testatur esse, quam Magister sic eludit, vt dicat eam in vsum nunquam esse receptam, nec ideo fidem ei esse habendam. Docendus hic Magister est eius sanctionis
E longè aliam causam fuisse quam opinetur: Cùm inter 21
causas indicti Britanno belli ab Lud. XI. ille quoque esset, vt Prælaturæ & Episcopatus Britannici Regem solum agnoscerent patronum, pernegatum est à Britanno, inde bellum, & ingens ad Montelericum prælium. Fractis Regis viribus cùm ille clausus Parisiorũ mœnibus tenerentur, Principibus apud Confluentem sedentibus de conditionibus pacis agi cœptum. Ac tum manus dare coactus pacem, quam Duces partium voluerunt, redimere adactus est: Britanni inter cætera id postulatum fuit, ne quam deinceps contro-
F uersiam de eo patronatu Rex faceret, quod ante omnem memoriam Britannorum Principum in Ecclesias Britannicæ ditionis fuisset. Quod cùm diserta professione Rex scriptis cõsignare ex fœdere teneretur, edita in eam rem illa Sanctio est, quæ in acta publica iubente eo relata est, quæ inter Cameræ monumenta reperta & Magistro lecta ignorata causa, tenebras offudit, vt diceret in vsum nunquam esse receptam. Cùm nefando quidem vnquam auditum sit Reges ius Regaliæ (vt vocant) in Episcopatus Britanniæ vsurpasse, qui disertè sunt eo iure excepti illis ipsis, quæ proferunt, monumentis. Extant inter Principum nostrorum au-

ctoritates vetustas in Archiuis publicis Nanetum antiquissimæ tabulæ, quibus Episcopi Britannici in conuentu ordinum celebri Panbritanico fidelitatem Duci Britanno iurauêre, supremi imperij iure & titulis agnitis & professione solenni beneficiorum, & adoratione supremæ potestatis, cum iure & iudicio ressortus in Ecclesias suas, nulla cuiusquam excepta auctoritate salua ad Apostolicam sedem appellatione (eo tũ
22

23 iure vtebantur) anno 1061. Cuius iuris illæ quoque notæ comperiuntur, quod & vacantium Ecclesiarum custodiam tam olim habuisse Duces fœdus illud Andense testatur, cuius hæc clausula est, ius regaliæ (inquit) quod in suis Ecclesiis cathedralibus habere dicitur, Quo iure & ipso Franci Reges nunc quoque vtũtur ad conseruandos successori fructus non quidem vt suos faciant, aut beneficia conferant Prælaturis vacantibus, qua de re extat, & Carol. VI. Ordinat. apud Aufrer. dicta parte tertia, quæ est de immunitate & reparatione Ecclesiarum, Nec nego flagrantibus olim bellis Episcopos quosdam officio decessisse, & qui ab Ducibus desciuissent. Francorum aliquando patronatum esse professos inuidia Britanni. Sed ea si quis pro iure obtendit, vim pro legibus habet, & ista ipsa cum tempore positis posterius armis reualuêre, ne quis hominum singularium factum pro iure habeat.

24 Inter regalia ius quoque, quod amortizandi vocãt, numerandum imprimis, quæ est emancipatio perpetua & manumissio à lege feudi, nisi si etiam homagij conditio retinetur, vt interdum accidit. Eã facultatem tribuit tenendi (vt loquuntur) in manu mortua: Proinde quamlibet absoluta & infinita amortizatio à fidelitatis sacramento, quod Regi debetur, nunquam eximit, nec à recognitione supremi imperij aut ressortu supremarum appellationum, quæ omnia integra manent Principi quantumlibet amortizato feudo, vt & Molin. notat. d. §. 41. num. 6. & 7. & quamquam ipsi quoque Franciæ Pares (qui appellantur) amortizandi ius in suis ditionibus & feudis vsurpent prærogatiua singulari, priuilegio habent quod vtuntur, cùm verè id ius de regalibus sit, sed cessibile vt apparet. Vẽdicauêre id in suis quoque & è primoribus quidam in Francia. Sed sunt illi tandem Senatusconsultis iure eo, & vsu exclusi, & indemnitate contenti esse iussi; Quod

25 & Magister notauit. Sed quomodo amortizandi ius præcipuum est Regi, sic prohiberi aut impediri ab eo solo potest, nec sentẽtiam Molinæi adhuc recipimus, qui putat cuius in territorio suo ius esse prohibendi, ita vt manum mortuam (sic enim loquamur) cogere possit ad vacuandum manus suas de suo feudo. Quod vsus non recipit, & nuper iudicatum ex prouocatione Curia irritauit anno 1567. & id tantum possidenti in manu mortua indictum, vt hominem viuẽtem & morientem & confiscantem daret, id est, qui lege communi cæterorum & viuens obsequia præstaret, & cuius morte soluerentur debita, & qui per noxam feudum committeret. Ita vicaria manu satisfit dominis feudi, & suum cuique ius integrum est. Nec hîc amortizationis solemnia, cùm à Rege fit, exigimus, alibi fortasse dicetur.

26 Inter regalia habetur nobilitatio, quam restitutionem natalium Budæus putat, cùm aliam significationem fuisse appareat tit. de natal. rest. quia naturæ natalibus restitui quis intelligatur, quo omnes homines liberi nascebantur, non nobilitati quæ qualitas aduẽtitia est: Non est igitur propriè ista natalium restitutio. Qua de re locus est apud Tiraq. in tract. nobilitatis. cap. 6. Bald. l. imperium. D. de iurisdict. omn. iud. & l. 1. Cod. de iur. aur. an. Id perinde in hominibus, perinde in prædiis verum est. Itaque & quæ in iure feuda nobilitare possessorem dicuntur, vt illa egregia Ducatus Marchionatus, Comitatus, ita demum hoc præstant, cùm ab Rege, qui eam potestatem habet, conceduntur, ab cæteris data non idem possunt, de quo longa est disputatio Tiraq. d. lib. c. 7. & alibi dicemus. Ergo & veniam ignobilibus facere prædia nobilia possidendi, id quoque Regium est, nec alius quisquam id potest contra Petri Ducis constitutionem ea de re.

Regalis est & legitimatio, quo ad effectum (vt loquuntur) succedendi, & alios quoscunque politicæ administrationis actus. §. vlt. auth. quib. mod. nat. eff. sui. l. 1. D. de natalib. restit. c. 1. §. naturales. tit. si de feud. fuer. contr. int. dom. & agnat. vassal. Bald. d. l. imperium vers. circa tertium, & d. l. 1. vbi pro natalium restitutione accipit, & negat à populo fieri posse. cap. per venerabilem ext. qui fil. sint legit. Ferald. priuileg. 15 Degrass. iure xj. Sicuti olim Imperatorum ciuitatis Romæ concessio fuit, aut in prouinciis, incolatus. 27

Sed ista potius ad naturalitatis iura (vt vocant) accedunt, quod & ipsum regale est, & à Principibus obtinetur, vt æquo cum incolis iure extraneus aliquis habeatur, munera capere, beneficia obtinere liceat, & priuilegiis & iure communi frui, quod olim Francis apud nos non licebat, quo adunito Ducatu lege Regia in vniuersum literarum naturalitatis (vt vocant) necessitas sublata est principum rescripto, quanquàm mussantibus nostris iniuriam fieri, vt vicissim negat nostris necessarias esse Molin. in Francia. §. 13. quæst. 13. glos. 1. meminit earum & glos. pragmat. in prooem. verbo externorum. Degras. lib. 2. iur. 8. Ferald. priuileg. 9 28

Sed & restituere famæ Regium est, veluti fit cùm damnato noxæ quopiã, ex qua fama notetur, Princeps gratiam delicti facit & notam remittit, est enim ista & inter principalis tituli notas præcipua, & eximia. l. 1. §. eum qui. D. de postul. Bald. d. l. 1. 29

Quo in genere restitutiones quoque aliæ omnes reponendæ sunt, quæ per viam (vt loquuntur) gratiæ conceduntur, nec in potestate Magistratus sunt positæ, qui damnare aut absoluere potest causa cognita ex iure, sed damnato gratiam delicti facere non potest; Hæc enim principum per se sunt, quod Bald. ait d. l. Imperium. Quod quidem in his accipiẽdum est, quæ verè & natura sua gratiæ sunt, hoc est non iure petentis, sed beneficio non debito conceduntur. Itaque, quas literas iustitiæ vocamus, tametsi in Regiam reuocatas certis compendiis, tamen inter regalia non habemus, quia Magistratibus propriè competunt, vt eas causa cognita & legitima occasione exerceant, quod toti tituli ex quib. caus. maior & de minorib. indicant; illáque verè in officio & potestate sunt ius dicentis, & regalia sunt non substantia, sed constitutione. Contra in his est, quæ à mero beneficio Principũ proficiscuntur, veluti gratia delicti facta ei, qui iure capite plecti debuit, Nam (*pardons & abolitions*) mero iuri innituntur, & in potestate Magistratuũ natura sua sunt, quod expressè infra statuitur Artic. 597. tametsi & ipsa in Regiam vsu tribunalium reuocata; Sed tamen nemo Magistratus sana quidem mente eum condemnauerit, qui non habeat, veluti si quis prouocatus & coactus alium interfecerit. Sed vt moribus satisfiat, cùm talis casus occurrit, Curiæ Cancellarias solent compellere ad literas concedendas. Sed & restituere damnatos morte, regale est l. relegati. l. ad bestias. D. de pœn. l. 1. in fin. D. de quæst. Qua de re elegans est relatio apud Ply. lib. epist. x. Epistola quæ incipit, Scimus domine, qua continetur mandatis cautum esse ne Proconsul restituat à se aut aliis relegatos. Cui Traianus ita respondet, 30

spondet vt sibi integram ea de re cognitionem reseruet. Quamquàm fuit tempus, cùm & Barones Britanniæ intra territorium suum vsurpabant, & vetera quædam facti monumenta extant, & regnante Anna Principe Capitulum quoque Maclouiensis Ecclesiæ tam audacter id sibi intra ditionis temporalis fines licere contendit disceptatrice Regina ipsa, & sacro Regis Consilio, vt causa cognita prohiberi oportuerit, qua de re eius temporis extant tabulæ, & iudicata.

32 Sed & Regale est, minoris tamen notæ, veniam ætatis minoribus concedere. l.2. Cod. de his qui veni. ætat. impet. & Bald. d.l Imperium. & d. l.1. Cod. de iur. aur. annul. item decretum super arrogatione interponere. l.2. Cod. de adopt. item super emancipatione infantis vel absentis. l. iubemus. C. de emancip. & iure quidem nostro Consuetudinario id Magistratibus non permittitur, Art. 498. inf.

33 Sed & merum Imperium & vitæ potestatem tribuere per se & natura, de Regalibus est. c.1. quæ sunt Reg. quanquàm Consuetudines quædam in suo territorio etiam id Baronibus permittunt, vt Turon. tit. *des droicts de Baronnie*, quod quidem contra ius est, manente eodem cum feudo apud Baronem.

34 Prædia & immobilia confiscare in Casu à Consuetudine permisso, per se Regium nō est, & cuilibet merum imperium habenti competit, nisi quidem in crimine læsæ Maiestatis, quo casu Principi confiscantur, etiam ea quæ in alieno feudo sita sint, quod Rollandi Cussei casus indicat, cuius etiam ea prædia publicata sunt, quæ in feudo Abbatissæ Fani Georgij sita erant, quę longo post tempore & ad memoriam nostram vsque sunt per Principes nostros possessa, quamquàm aduersantibus Francorum legibus, apud quos Reges tali casu confiscata manu sua emancipare coguntur, hoc est (vt loqui solent) extra manus suas ponere. Et si in crimine læsæ Majestatis vbicumque sita confiscari Regibus volunt, etiam si feudalia quidam excipiant, quod Papæ scribit decis. 341. Et quamquàm confiscare, nisi certis casibus Consuetudine expressis, permissum non est, quod sæpè aduersus Francorum cupiditates propugnauimus, præsertim in promulgatione Edicti Ruscinonensis, anno 1565. qua Rex valere Consuetudinem passus est inducta in edicto confiscationis clausula ex relatione Curiæ Britannicæ, tamen in crimine læsæ Majestatis olim vsurpatum ostendunt fœdus illud Andense, de quo ante memorauimus, & Baroniæ Lanuaucienis publicatio, & Comitum Pontiberianorum iudicium Ordinum sententiis sancitum, & sæpè alias annotatum veteribus exemplis. Quare ex his, quę diximus, apparet inutilem esse sententiam Doctorum, qui confiscationis ius inter Regalia reponunt, & putant ad solos Principes pertinere, nec in Francia recepimus caput illud, 1. tit. quæ sint Regal. nec Bart. sententiam l.1. Cod. de bon. vac. lib. x. & Aluar. cap. 1. §. si quis aliquem. tit. de pac. tenend. Ægid. Bellam. Conclus. 725. incip. pro introductione. De bonis vero damnatorum in crimine læsæ Maiestatis diuinę id est, hæresis, cui debeant confiscari, differit Guid Papæ decis. 76.

Ius cor.

35 Vectigalia, tributa, indicta, superindicta, capitationes, iuga, collationes, collectas, portoria, ripatica & quæ pedatica Caroli Magni tempora appellarunt, & rotatica & vultatica, salutatica, telonia (commeatica *coustumes, peages, traictes*, & talia soli Principes supremi possunt indicere, l.1. Cod. noua vectig. iniusf. Princip. inst. & d. cap. 1. quæ sint regal. Ord. Aurel. Art 130. & Molin. Art. 33. l. domini prædiorum. Cod. de agric. & cens. lib. xj. quæ inter regalia reponit. Bald. l. cum multa. Cod. de bon. quæ lib. Et hic locus planè tractatur

A ab Alex. Cons. 145. vol. 2. Oldrad. Cons. 124. Plenius ab recentioribus Parpalia repet. l. placet. Cod. de sacros. Eccles. vers. addatis. Antibol. in tract. de munerib. parte 2. princip. §. restat. & §. vltim. numer. 44. Boër. decision. 126. & 132. Chass. Rub. 1. §. 4. Tametsi & ripatica, quæ à præternauigantibus exiguntur, etiam priuatis iure Baroniæ tribuunt Andenses. Ea tametsi sunt valde iniquo iure inuecta, antiqua tamen exempla tyrannidis repetunt: Cùm vectigalia quæ ad contrahendas pecunias tyranni excogitauerant in fluuiorum ripis, in vrbium portis, perque vias & itinera, penitus remisisse Pertinax Imperator ab Herodiano scribitur lib. 2.

B

Contra & ab talibus eximere, & immunitatem tribuere planè de regalibus est, siue locis siue personis tribuatur; Cuiusmodi sunt exemptiones, & affranchisamenta à focariis, nec nisi codicillis Regiis obtineri possunt, quos in Curia Parlamenti, & apud Rationales promulgari oportet ex Constitutione Ducali Ducis Britanni anno 1451. indicta etiam pensione, vulgò financiam vocant, l.1. Cod. de his qui vacat. à princip. lib. x. C. l. immunitatem. C. de agric. & cens. & toto tit. de im. nem. conced. lib. x. C. & Ord. Carol. IX. Molin. anno 1566. super alienatione domanij Regij edita ea de re est cautum. 36

C

Cœtus, Collegia, corpora, Communitates, sodalitates, ἑταιρείας, φρατρείας confraternitates quas vocant permittere, conuenticula, conciliabula, consistoria vt nunc loqui cœpere interpolatâ antiquitate valde quidem est regale. l. 1. & 3. de colleg. illicit. l.1. D. quod cuiusque vniuers. nomine. & Io. Fab. iam olim notarat. §. vniuersitatem Inst. de rer. diuis. Papæ decision. 107. Extant frequentes ea de re Ord. Regum Francisc. I. 1539. Art. 185. de fratriis & sodalitatibus & alia. Caroli IX. anni 1564. Artic. 37. & Aurel. Articul. 10. Molinens. Articul. 74. & aliæ pleræque præsertim in Religionis dissidioso argumento. Sed eas miseranda tempora & obstinata flagitiosorum cōtumacia procul cauere. Hęc quidem fusè apud Chas. tit. *des forests*. §. 1. Degras. lib. 1. iure xj. Ferald. priuileg. 8. Extant apud Plin. lib. x. hoc in genere consultationes pleræque, & veterum Imperatorum crebræ Constitutiones de conuenticulis & Collegiis illicitis, quæ ne essent diligenter illi olim cauère, & his quas ἑταιρείας vocant ab quibus vexatas prouincias sæpè Trajanus Plinio respondet. Et hæc tempora serio docent magna monstra talibus parentibus ali, nec quicquam in tota Rep. magis esse perniciosum. 37

D

E

Salinas quod inter regalia reponunt, perquam vetus est auctoritas & l. 1. D. quod cuiusque vniuers. nom. Paucis, inquit, concessa esse corpora excipit vectigalium publicorum causam, auri & argenti fodinarum, & salinarum. Fuisse etiam olim publicam salinarum procurationem apparet ex. l. inter publica D. de verb. signif. & l. si quis. C. de vectig. Pontificibus quoque idem fuisse iuris ostendit cap. super quibusdam §. præterea ext. de verbo. signif. idem & Imperatores constituère cap. 1. quæ sint regal. & ante constitutum imperium fuisse ex salinis vectigal ostendit Salinatoris appellatio & vectigal, & salaria annona cōstitutum quod ait, Liuius lib. ix. decad. 3. cui qui præerat Halasarchen appellabant alibi salitorem, Cuius Cic. alicubi Epistolis ad Atticum meminit. & Ioseph. & Cassiodorus lib. vj. Variarum. Salina, Martio primum Rege institutas Liuius & cæteri prodidère, Sed tamen priuatorum quoque fuisse indicat. l. magis puto in princip. D. de rebus eorum, quod & Alex. notauit. l. diuortio. §. si vir in fundo post glos. D. sol. matrim. & Lud. Rom. in §. si fundum ibid. vbi & se consuluisse 38

F

Cuiacius lib. 3. obser. cap. 31.

Volaterris scribit in causa ardua, atque ita obtinuisse, A cùm in fundis priuatorum reperirentur, quãuis multi consulerent contrarium per d.c. 1. tit. quæ sint regal. Sed crebris experimentis docemur etiam priuatis ista competere,& plena sunt litora nostra talibus priuatorum salinis, quibus sal non effoditur, vt alibi, sed quibus conficitur & coquitur, vtili mortalibus inuento nisi antiquorum exempla, & priscarum legum auctoritas cupiditatem Principum nostrorum denuo prouocasset,vt iustis Dominis negotium facesserent ea de re, quem prisca tempora & vsurpatio perquam vetus & ipsorum Principum cõsensus comprobasset. Quare B magno dolore bonorum omnium factum, & ingenti patriæ communis detrimento, vt salis artifices magnis incommodis & publicanorum molestiis vexati externas sedes quærere cogerentur proditis arcanis salis coquendi, quæ ante externi non noscent. Nam apud Francos Gabellarum salis inuentum, iniuria est temporum Philippi Valesij Regis.

40 Eadem ratio reperit & auri & argenti fodinas & picarias, quas volunt esse picis fodinas Principibus vendicare. l. inter publica. D. de verb. signif. & d. c. super quibusdam, & d. c 1. tit. quæ sint regal. quæ ta- C men ipsa non magis Principum sunt, si in fundo priuato reperiuntur quàm lapidicinæ aut cretæ fodinæ, quod ex eo apparet, quod decimã ex his cogere Principes solebant. l. cuncti. Cod. de metall. lib. xj. Cod. Et quæ inde vectigalia priscis Romanis colligebantur in agris publicis Popul. Rom. fuisse apparet, veluti in Tauriscis in Norico, & Macedonia, de quibus Tit. Liuius lib quarto Decadis 5. & Strabo lib. 4. meminit & Polyb. quoque suo tẽpore repertas prope Aquileiam scribit. Fuisse vero vniuersas in Romanorum potestate. Sed & priuatorum fuisse indicio est Cor. Taciti locus, cùm aurarias cuiusdam quamquàm publicarentur D Tyberius sibi seposuisse dicitur lib. 4.

41 Piscariones de quibus antehac statui in l. inter publica. D. de verbor. signif. putabatur, quas picarias nũc quidam volunt esse, desiccationes, & quæ litora nostra vacantagia vocant, multum omnino de Regalibus trahunt origine & iure, quanquàm à priuatis possideri, non minus quàm salinas videmus, vt etiam in ipso litore pristina iure quod apparet præscripto, aut ab Ducibus concesso in priuatorum commercia transiisse, quamquàm veteri iure occupantium ista fiebant, sed nunc ista aliàque publica Principibus vendicamus, & nominatim de piscationibus statuit c. 1. tit. quæ sint. E regal.

Ita legitur in Pãdectis Flor. Est enim pix fossilis apud Plin. lib. 16. cap. 12.

42 Sed & exportandi frumenti ad externas terras facultas (*les traictes*) Regalibus annumeràtur & Ordinatione Caroli IX anno 1567. continetur quest. *de la police de Viures*, & Edictis crebris ea de re vetantur, Gubernatores etiam ipsi statuêre.

43 Dicamus & è priuatis gentis nostræ moribus patrium aliquid, Breuiculorum ius planè de Regalibus est. Nec verò vnius generis omnia: Sunt enim breuicula, quæ vocant, commeatus *qu'ils appellent brefs de conduicte*. Id cùm pridem Principum proprium ius esset, Leoniis Baronibus doti dixêre, mansitque id ius F illi familiæ gentilitium quoad Ioannes Ruffus Dux de Guynomario Leonio id grandi pecunia redemit, cùm armis Petrus Druydensis *Mauclerc* ante asserere (sed frustra) contendisset. Origo traditur, cùm Principes nostri, & Reges prisci scopuloso & pleràque importuoso litore crebra naufragia fieri prospicerent, lege sanxêre, ne iniussu suo freto excedere liceret. Soluentibus periti maris & litorum Duces, veniæ symbola breuicula nauigaturis dabantur, aspernantibus publicatio nauis & armamentorum indicta, naufragio facto etiam merces publicabàtur; venia facta periculum rebus nullum à fisco naufragium etiam colligere licebat *ὅθεν* quæ alibi diximus adiutoribus præstabantur, quod vocant, *droict de saluage*. Talibus breuiculis suum nunc, vt olim, pretium est, & inter cæteros fisci reditus ea quoque mancipibus vectigalium elocantur. Itali guydagia, vocant, de quib. glos. Pan. Host. Butrig. & alij. d. c. super quibusdam. §. prçterea. & Antib. d. tract. de muneris. §. à modo. num. 42. Sunt & alterius generis breuicula *qu'ils appellent de victuailles*, Commeatus & ipsa sed alio sensu.

Naufragiorum cùm ferale & plane crudele genus 45 sit compendij, & legibus iam olim damnatum, l. naufragia. Cod. de furt. & tit. de incend. ruin. & nauf. & l. l. 1. Cod. de naufrag. glos. cap. dispensationes. 1. q. 6. tamen mirum est consensu penè orbis totius prouinciarum & regnorum obtinuisse, tam latè regnat inclementia animi. Nec solum Britannia & cætera litora Gallica. sed & Anglia, Hispania, Romania & finitima eo vtuntur, vt de quibusdam Lucas de Penna. & Io. Platea testantur, l. 1. Cod. de naufrag. de Neapoli in Sicilia Afflictus Cõst. 59. lib. 1. de Gallia, Bened. cap. raynutius verbo & vxorem num. 273. & Degrass. iure, 10. & nos nimiũ ea de re oculati testes sumus. Et est naufragiorum ius Andensi quoque fœdere Britanno Duci cautum (*Bru* appellarunt) sed cùm ex optimatibus sint, qui ista in litoribus, quibus ditiones eorum adiacent, vendicent, omnino tamen vt de regalibus est iudicandum eadémque probanda, quæ hîc statuit, propter naturam & originem rei.

Mercatus & nundinarum ius concedere, regale & 46 ipsum est, & ab eo iure vulgo, quæ de ea re rescripta à Principibus impetrantur inchoari solent, veluti ab assumpto necessario & priuatiuo (vt loquuntur) cùm tamen Barones Andensium istud quoque iure suo, vt & merum imperium concedant, sed insolenti iure.

Falsò (iure quidem Francorum) bonorum capio- 47 nem inter regalia referunt quidam, quæ ex hereditatibus caducis percipiuntur, quæ hæredem non habent, vt Bart. & Luc. de Penna, l. 1. Cod. de bon. vac. & Stephan. Bertr. Cons. 276. vol. 1. Io. Plat. & Iacob. Rebuf. l. cornicularij. Cod. de appar. præf. prætor lib. 12. Boër. decis. 15. putant, nos (*deserentes*) solemus appellare, vt & Franci suum Albinagium habent externorum hominum, qui ius incolatus adepti non sunt, id est (vt loquuntur) naturalisati. Nos cuiuis merum imperium habenti tribuimus, in cuius feudo deceditur, ex Art. 511. & 596. inf. Boër. decis. 13. Bened. c. raynutius verbo & vxorem num. 495. & num. 272.

Annotarat Bald. d. l. imperium, species sexdecim regalium, vt ibi Alb. alias quasdam, Idem Bald. l. 1. Cod. de iur. aur. anul. & l. rescripta. Cod. de precib. imp. off. Collegit etiam Lud. Rom. 15. aut paulo plures. d. l. imperium, quasdam & glos. cap. quod translationem ext. de off. legat. Fely. cap. cum contingat. ext. de for. comp. & cap. cum nobis ext. de præscript. & alij quidam; quibus locis & de reseruatis item summo Pontifici & Episcopis tradunt. Sed tamen non protinus, quæ sibi Princeps reseruauit, ea inter regalia promiscuè habenda sunt, sed ea demum quæ legibus, Constitutionibus, & natura iuris talia sunt, vt alteri non congruant, quàm Principi, veluti summi imperij notæ, & quæ Magistratibus mandari non solent, nec generaliter mandato magistratu commissa intelliguntur.

NOTA 2.

1 *An possessionem an præscriptionem tollere Consuetudo voluit.*

2 *In*

2 *In regalibus à sequestratione protinus incipitur.*
3 *An præscriptio omnis tolli Consuetudine possit aut pacto.*
4 *Centenaria tolli intelligitur hoc Articulo.*
5 *Generaliter sublata præscriptione cëtenaria non tollitur.*
6 *Regalia domanij sunt.*
7 *In regalibus sublatæ præscriptiones centenariæ Ord. Regum.*

1 b *Nonobstant qu'autres ayent accoustumé d'en vser.*] Hîc magna dubitatio incidit; An possessionem simpliciter vimque & effectum eius voluerit tollere Consuetudo, an vero & præscriptionem etiam, quæ de possessione consequens est. Deinde etsi præscriptionem voluit, qualem de multis tollere intelligatur, an quindecim annorum, an sexaginta, an quadraginta, quas solas ordinarias & Consuetudinarias habemus, an & contenariam etiam. Nec exiguum in his momentum est: Nam etsi possessionis effectus simpliciter tolleret, possessionis non minima commoda sunt, quæ crebro à Iurisconsultis annotantur, & res per se indicat. Deinde non parui momenti est, in possessione esse pendente controuersia de rei proprietate. l. his qui destinauit. D. de rei vend. quod regulare est in controuersiis omnibus, vt reus interim possideat. l. res quæ in controuersia. D. de iur. fis. l. prohibitum Cod. de iur. fis. lib. 10. ç. licet de præb. in 6. qui locus latè exercetur ab. Hipp. Marsil. sing. 195. Quo effectu sublato euenit, vt ab sequestratione & manus iniectione extraordinario quodam iure protinus incipiatur, contra iuris regulas, & l. 1. C. de prohib. seq. pec. Sed & sublato possessionis effectu, tolli quoque præscriptionem necesse est, cùm sine possessione præscriptio non procedat. l. sine possessione D. de vsucap. &c. sine possessione de reg. iur in vj. Dubitationem auget, quod hæc verba, *nonobstant qu'ils ayent accoustumé*, præscriptionem quoque possunt includere. Nec verò amplius dubitamus, quin tolli præscriptio Consuetudine possit, si hoc Cõsuetudo intendat, quod & alibi facit, vt Ar. 273. 275. 286. 277. 358. Qua de re ambigunt Iurisconsulti. Bald. & Saly. l. receptitia. C. de Const. pec. & l. vnica. C. ne rei dom. vel templ. Panor. Butrig. Imol. c. cum à nobis ext. de præscript. Nec dubitant, quin tolli possit non minus quam pacto aut conuentione partium, de quo glos. Iacob Bellouis. Nic. Neap. Bald. Mart. Laud. Aluar. Barbat. add. ad Bald. Card. Alex. cap. 1. §. præterea tit. de cap. Corrad. quamquàm negent valere, quod omnem omnino præscriptionem tollat. Bart. Raph. Com. Alexand. Aret. l. nemo potest D. de legat. j. alij. l. centurio. D. de vulg. & pupil. & quos fusè Tiraq. retract. Con. §. 1. glos. 2. num. 12. Sed & id quoque valde ambiguum præsupposito præscriptionem tolli posse, de cuiusmodi præscriptione intelligi conueniat. Nam inter priuatos Iure reformatæ Consuetudinis nulla longior est quadragenaria sine titulo, aut quindecennaria cum titulo. Sed neutra, vt nec iuris ciuilis quadragenaria, valet ad regalia præscribenda, nec vlla minor centenaria aut immemoriali recipitur, vt infra dicemus, & tex. probat c. 1. de præscript. in 6. & d. c. super quibusdam. Nec putandi sunt Reformatores, cum de præscriptionibus priuatorum statuerent, eam aut voluisse aut potuisse decurtare, quæ speciali Iure Principi cõpeteret, & quæ in regalibus vsurpatur Iure ciuili, nec Principem in ordinem cogere voluisse putandi sunt, cùm præsertim hic Articulus positus sit sub titulo, *des droits du Prince*, imo vero hîc præscriptionẽ nullam inducunt, sed omnibus derogant. Hæc cùm ita sint, nec vlla pręscriptio centenaria breuior contra regalia valeat, consequitur Consuetudinem de centenaria intelligendam, id est, de ea sola, quæ contra regalia vsurpetur & locum habeat, vt scilicet effectum suum Consuetudo porrigat ad eam præscriptionem, quæ propria & sola valet & obtinet in talibus. Alioqui quis effectus quadragenariæ derogasse, quæ per se & citra derogationem nil obstat? Denique & pro regula traditur, in omni derogatione præscriptionum his derogari intelligendum, quæ pro natura & conditione subiectæ materiæ vsurpentur, veluti tricennariæ, cùm de personali actione quæritur. Nam quæ vtilitas esset vicennariæ derogasse, quæ minor est quàm vt obtinere possit contra personalem actionem, & per se inutilis est etiam sine derogatione. Hæc sententia & vera, & iure, & ratione sustinetur, & olim fuit Baldi & Prępositi c. 1. ad finem tit. de capitul. Corrad. c. vlt. & c. cùm ex Officij. ext. de præscrip. Bertach. in diction. verb. præscriptio tollitur Aret. Cons. 15. incip. Reuerendissime Domine. Fely. in Rub. ext. de præscrip. Tiraq. in retr. conuent. §. 1. glos. 2. num. 25. Aret. l. cum stipulatus sim à Proculo. D. de verbo. obligat. Panor. c. 1. ext. de præscrip.

Quo fit, vt huic quoque centenariæ derogare intelligenda sit Consuetudo hoc tex. cùm nulla alia ne iure quidem opponi possit regalibus, de quibus agitur hoc tex. quamuis alioqui generali pręscriptionum abrogatione, eam quæ centenaria est abrogari non sit putandum, quia talis derogatio satis virium & effectus habeat ad cæteras minores, nec porro producenda sit ad hanc immemorialem extraordinariam & singularem. Quod si nullæ eius vires essent, nisi in centenaria quoque exercerentur, ad eam quoque produci derogationem conueniret. Quod Bald. Angel. Salyc. & cæteri notant l. 1. C. ne rei dom. vel templo. l. omnes C. de præscript. 30. annorum Alex. in l. nemo potest in fin. D. de legat. j. Angel. & Platea l. si quis decurio. C. de decur. lib. 10, Papæ Decis. 409. Denique & quos magna copia & vbertim retulit Tiraq. in retract. conuent. §. 1. glos. 2. num. 23. & Chass. in titulo, *des mains mortes*, & Francis. Balb. perdiligẽs scriptor tract. de præscript. quinta parte quintæ partis. q. 9. Et ista iure quidem ciuili sentẽtia est. Sed regni legibus, & recepto vsu fori, & Constitutionibus Regum, res extra dubium est, cùm regalia penè omnia rei dominicæ, id est, patrimonio Coronæ domanio Principis annexa sint, & iura sint perpetua & ipsa & in domanio compræhensa, & Iure numeróque domanij habita, quæ alienari, cedi, vel transferri in alium nequeunt vllo titulo, reiecta etiam & irritata quamlibet centenaria præscriptione & immemoriali. Quo de Iure extant Francis. I. Ordin. anno 1539. mense Iulio Parisiis promulgata, alia item Caroli IX. Regis Molinis edita anno 1556. quæ expresse superiores difficultates præcidunt. Nam & possessiones ipsas reorum irritant & earum effectus, & à præhensione, & manus iniectione volunt inchoari, in omni reunionum materia, ita vt nec prouisionẽ quidem, vt loquuntur, fieri velint possessori pendente lite valde quidẽ præfracto, extraordinario, & si etiam dicere fas est, iniquo Iure. Certe quidem regio & summo præscriptiones omnes ad nihilum reducunt. Itaque iam dubitari non potest in domanialibus Principis, quis sit vsus Consuetudinis huius, quæ vltra vulgatam domanij causam, etiam de regalibus, id est, prærogatiuis specialiter Principi reseruatis in signum supremi imperij statuit; Cuius Constitutionis rationem posteriùs reddemus. Nunc de sensu tantum horum verborum (*Nonobstant qu'autres*) agimus. Nec vtimur sententia Matth. Afflic. Const. 8. num. 10. lib. iij. nec alia. 31. lib. iij. qui diuersa quidam ab superioribus, sed tamen locis suis circumscripta scripsit.

NOTA 3.

1 *Hæc Consuetudo leges ciuiles tollit.*
2 *Domanium Regium alienari nequit, & quare.*
3 *Regalia, quæ domanij non sunt, præscribi possunt.*
4 *Superioritas suprema incessibilis, & communicari nequit.*

1 c *Ils n'en iouyront.*] Hæc dispositio negatiua est, & prohibitiua, & perhumanum illud responsum Iurisconsulti l. in omnibus. D. de perpet. & tempo. præsc. tollit & l. iustas. C. de iure fis. lib x. Extat super eodem ferè argumento elegantissima & plena humanitatis Trajani responsio ad C. Plinij relationem lib. x. epistolarum epistola cuius initium est, Sicut largitionis, quæ post tempus legitimum de fiscalibus reliquiis inquiri vetat, quia eiusmodi conuentionibus necesse sit multorum securitates conuelli. Huic etiam fauet Imperator l. comperit. C. de præscript. 30. anno. & d l. 1. C. 2 ne rei dom. vel templo. Est autem idem quod hîc cōstitutum, d. Ord. anni 1539. & 1566. quæ possessioni & præscriptioni rerum dominicarum obsistunt, quod legibus regni domanium & patrimonium regni perpetuo inalienabile est, nisi ex his duabus causis, quæ. d. Ord. continentur; tametsi constitutiones Regum veteres causam dotationis sacrorum locorum addebāt, sed frigente pietate, & inuidia mortalium, qui rerum potiuntur, ea causa exempta. Non minus itaque vitium rei inesse ad impediendam alienationem volunt, quam sacris ipsis, & cæteris quæ humano commercio eximuntur, propter incapacitatem tenendi in possidente, quod illa Ord. 1539. expresſè pro causa adijcit & ratiocinatur, quæ causa multis sæpè insigni fraude fuit, quamlibet iustis titulis nixis. Ergo sacris parificari, & negari potentiam præscriptionis possessionis & commercij in æquo est, ex sententia Angel. & Bald. l. omnes. C. de præscrip. 30. anno. Platea d. l. si quis decurio. 3. Fely. in rub. ext. de præscrip. Est enim vitium imprӕscribilitatis reale, & ipsi rei implicitum & innatū, & malam fidem eámque perpetuam implicat, quæ à lege introducta res afficit, & personas inhabilitat, quæ mala fides tāta est, vt ne ad lucrum quidem fructuum proficiat, sed eos restituere cogatur, qui eos de re domaniali percepit, quamlibet iusto titulo acquisita præter expressos siue per se, siue per auctores perceperit quod Ord. 1566. prioribus adiecit. Hinc illa sententia Felyn. c. accedentes, vers. fallit secundo. ext. de præscript. Quod ea quæ de iure communi non cadunt in possibilitatem acquisitionis, nec præscribi quidem possunt etiam tempore centenario, ex sententia Io. And. c. vlt. de præb. in 6. Alex. Cons. 141. notab 2. lib. 1. & Cons 74. vol. 4. Matth. d. Const. 8. num. 16. lib. iij. & Const. 3. num. 6. incip. quadragenalem eod lib. & Const. 7. lib. 3. num. 5. Abb. & Fely. c. cum ex officij. ext. de præscript. Est igitur sine dubio in materia domaniali, & rebus dominicis per hæc verba (*Ils n'en iouyront*) tolli & possessionis effectum, & præscriptionis potestatem in omnibus regalibus, quæ de doma-
3 nio sunt. Quod si quæ talia sint, quæ in domanium non cadant, & alienationem eius aut annexorum iurium non contineant, sed in præeminentia dumtaxat & honore consistant citra rerum & vtilitatum venditionem, tales & cedi & præscribi posse ratio suadet tempore centenario, veluti ius cogendi collegij, aut quæ pedatica, alij pedagia vocant, colligendi eo loco vbi Rex nunquam habuit, nec de suo alienat, aut restitutiones concedendi, & cætera quæ inanes rerum titulos tribuunt, nec de re dominica quidquam vtilitatis detrahunt, quia talia in domanio non sunt, nec

A in iure formato, nec finis & intentio ordinationum super rebus domanialibus obstat. Nam nobilitatio, legitimatio, monetæ signatio, tametsi talia videri possunt, tamen pro exemplis non posui, quia de his omnibus pecunia & reditus regi penditur, id est, finantia taxatur in recompensationem iuris, quod alienatur in legitimato futuræ successionis, in nobilitato debitorū ignobilium & intributionum, quibus eximitur nobilitatus, in moneta (*le seigneuriage & profit des boetes.*) Nam merum imperium si conceditur, quod ante fuit formatum, mulctæ, confiscationes, & multæ vtilitates alienantur, & alienationem domanij respiunt: si Rex,
B cùm ante haberet, alteri concessit. Sed quæ alienationes non sonant quamquam principi reseruata, & ipsa, 4 iure & natura sua, tamen alienantur, & ceduntur, & præscribuntur, ita tamen vt superioritas, recognitio, eorum nomine, & adoratio Coronæ sit semper salua. Inde & Principes quibusdam legitimare permittunt: vt & Pontifices per Comites Palatinos, & monetam signare, sed perquam raro, & vectigal colligere, & ripatica, & pedatica, & focaria (*imposts & billots*) olim Baronibus, interdum Duces nostri colligere permittebant. Quin & Ducatus & Marchionatus quosdam ab
C regibus cōcedi receptum est, citra vllius aut obsequij, aut operæ retentionem, aut feudalis cuiusquam debiti, adeóque & quod magis mirandum sit, citra homagij aut sacramenti retentionem, quod propemodum recti feudi naturæ & substantiæ repugnat; Nec legibus regni fieri istud posset. Sed iure feudorum fieri nō erat inauditum, quod de infeodatione Ducatus Mediolani Doctores memorant in d. l. imperium, quod datum est citra seruitij vllius retētionem libere, & absolutè, reseruata tantum fidelitate & Cameræ imperialis Iudicio Iurisdictione & summissione, & Regnū Siciliæ iisdem ferè legibus à Pontificibus est olim Re-
D gibus concessum. Quod cùm sit, non rectè à Doctoribus traditur summum imperium cōmunicari, quód verum nō est, si summum imperium in genere primo, prout Principi soli congruit, accipimus, eum ius coronæ semper illibatum maneat, intactum, & imparticipabile & inseparabiliter hæreat in persona Principis, nec quod concedit idem sit numero & specie, cum eo quod retinet, innatum titulis imperialibus, sed quod in principe genus est summum, in inferiore fit species, & subalternatur generi primo propter mutationem personarum, & habent se vt productum ad producen-
E tem, & genitum ad generantem. Manet igitur solida potestas in principe concedente, nec in alium transit æqualitate participationis, sed per deriuationem veluti lucerna accensa de magno igne, ita vt concedenti nil pereat de suo supremo iure. Quare solent prouerbio dicere, Cæsar erogat, & nihil ei perit, quod intelligendum de his quæ supremi imperij iure titulis regalibus adhærent. Alioqui quin ita merum imperium concedere possit certo loco, vt nullum ibidem retineat dubium non est, sed id intelligendum de mero imperio vulgari, quod in commercium cadit. Nam supremum à quo & ressortus pendet, & reco-
F gnitio, & fidelitas, neque alienatur, neque communicatur cuiquam, etsi ceditur prima instantia cognitio & Iurisdictio, ressortu saluo & iure coronæ inalienabili & incessibili.

NOTA 4.

1 *Titulus hic cuiusmodi intelligatur, & à quo haberi debeat.*
2 *Titulus in alienatione domanij, non nisi ex duabus causis valet.*

3 *Quæ fidelitatem, homagium & ressortum supremum non tangunt, quamuis regalia cedi possunt.*
4 *Regalia vt imperium separari à Regibus possunt, sed non regno.*
5 *Rex ciuitates alienare non potest.*
6 *Indefinita concessione feudi, regalia non veniunt.*

1 d *S'ils n'auoient titre certain.*] Hac verborum conceptione apparet titulum in specie & in diuiduo requiri, vnum ex his qui iure ciuili tradantur, reperti ad acquirenda rerum dominia. Nec tamen in subiecta materia regalium quiuis titulus & vulgaris sufficit, sed est necessarium ab eo haberi, qui omnino dare potuerit, dari vero nequit, nisi ab Principe summo in regalibus,
2 aut ab eo qui de eo comparauerit. Ac ne à Principe quidem habitus prodest, nisi ex duabus causis, quæ d. Ord. 1566. memorantur, scilicet in appanagium regiorum liberorum, aut bellorum causis & Parlamentorum decretis: extra eas causas nullus est probabilis titulus. Itaque fallit hic vulgata regula præscriptionum, quæ habet, Titulo ab eo habito, qui rei Dominus sit, dominium transferri, si ab eo qui Dominus non sit, transferri vsu capiendi conditionem. Nam neque Rex quamlibet Dominus dominium transfert extra supradictas causas, neque alius præter Regem vsucapiendi conditionem transfert, propter prohibitiuas dispositiones Constitutionum Regiarum, de quibus ante diximus, vitium perpetuum & incapacitatem personarum, & impossibilitatem commercij. Quin in domanialibus ne præscribendi quidem conditio transfertur, sublata per ordinationes omni præscriptione contra Regem quidem: Nam si res ab eo semel alienata sit iusta & permissa de causa, præscriptio inter priuatos quidem non maior requiritur quam quadragenaria & vulgaris sine titulo, aut quindecennaria cum titulo ab possessore translato. Hic igitur si quæritur, an dari in regalibus titulus possit, sic in
3 summa constituendum; Quæ ante vt symbola summi imperij & Coronæ propria posuimus, homagium ligium, fidelitatem, vltimum ressortum nullo titulo alienari posse, itaque ne quis homagium præstet vt fidelitate absoluetur, vt ad Regem aut eius Curiam non ressortiatur (vt loquuntur) nulla partium conuentione, priuilegióve fieri potest, alioqui plures Reges indiffinita & vniuersali emancipatione existere contingeret absoluta manumissione, quod olim in Yuetoti Rege accidisse tradunt Francorum Annales, & regium fastigium consumi per partes pluribus acephalis factis. Hæc ferè Baldi est sententia auth. quas actiones. C. de sacros. Eccles. Io. Baptist. Caccialup. d. l. imperium. q. 15. num. 43. & attigimus. Art. 28.
4 Molin. §. 1. glos. 5. q. 1. num. 49. & 50. Præter ista, si quæ sunt, quæ ista tria non oppugnent, & fidelitatem, homagium, ressortū non dissipent, alienari, cedi, transferri & præscribi possunt iure quidem ciuili, & legibus regni. Quæ domanij sunt nō possunt, extra supradictas causas ne centenario quidem tempore. Quanquam non rectè ista Doctores scholastici confundūt, nec personas à rebus separant. Neque enim quæritur, An Imperator imperium possit deponere, quod l. Sylla fecit, & dicitur Iulius Cæsar, tum Augustus & Tyberius cogitasse, An exuere, aut deponere, quod fecerunt Diocletianus & Max. Herculeus & nuper Carolus V. Imperator, An item in alium transferre, aut partiri, quod Gordiani tres vno & eodem tempore fecēre, & Gratiani Valentiniani Theodosij & Arcadij simul constitutiones quædam in Codice extant, de quo imperitè litigat glos. c. in apibus 7. q. 1. Imol. l. vlt. D. de hæred. inst. Alex. & Ias. l. imperator. D. de legat. j. Alb.

Argentræus, in Consf. Brit.

A l. bene à Zenone. C. de quad. præscript. Nec An de vno imperio duo fieri possunt, vt olim factum est de imperio Græcorum Constantinopoli sub Leone & Carolo Magno, aut posterius Trapezunte, de illo ipso Græco, cùm Trapezuntem ante de manu Constantinopol. mitterentur, qui Trapezuntem & Pontum regerent. Nec an de pluribus vnum, quod Mahometus 2. Turca fecit deleto Constantinopolitanorum genere mox & Comneno Trapezunte, quæ ad vnū redacta iam sunt, & Tiberium Cæsarem de Romano imperio tria facere cogitasse Dion. lib. 57. scribit. Sed hoc potius, an manente vi imperij ius summæ potestatis, quod ei cō-
B petit, in quemquam transferri possit, & quisquam priuatus absolui recognitione: Quod iure pernegant, nisi & imperio translato, aut communicato. Quid patrum ætate contigerit in Flandrensi cōtrouersia inter Franciscum primum Regē & Carolum Quintum Imperatorem omnes scimus, sed fieri potuisse integris legibus regni negant omnes, & iura hæc sæpius armis transiguntur, cùm ne vnam quidem ciuitatem ab Regia Corona emancipari posse statuant, antiqui in c. intellecto. ext. de iureiu. Abdicet igitur Rex Regnum, potest & licet in eum qui succedere debet legibus Re-
C gni, sed ab rege quicumque is tandem futurus est iura suprema separari nō poterunt. Cætera quæ infra sunt, & iura Coronæ suprema non impugnant, transferuntur siue expressa concessione inuestiturę & concessionis, etsi regalia c. 1. de præscrip. in 6. & d. c. 1. quæ sint regal. & d. c. super quibusdam, siue in genere præsupposita concessione feudi à quo ista iura dependeant, vt iam olim concessa, quod Molineus explicat d. §. 1. glos. 5. Zaz. lib. de feud. part. 6. & Claud. Aquen. in summa feud. tit. qui feu. dar. possimit. 2. Nam in noua concessione feudi nihil eorum, quæ regalia sunt, comprehendi posse admittunt, ac ne expressis quidem similia, nisi
D specifica & indiuidua expressione eorum quæ conceduntur, quod Panor. notat c. quod translationem. ext. de off. legat. vlt. notab. And. Iser. Præpos. & cæteri c. 1. tit. quæ sint regal. Doct. l. 1. D. de off. eius cui mand. est iuris. Rom. Cons. 271. Cast. Cons. 63. vol. 1. Ias. Cōs. 45. vol. 1. latè Fely. c. cum à nobis. ext. de præscrip. & c. quæ in Eccles. ext. de Cōstit. & c. sedes. ext. de rescript. Io. Monach. Io. And. Philip. Franc. Dominicus c. generali verbo regalia in 6. Boër. Decis. 50.

Hæc ferè sunt, quæ de iure in materia regalium vsus recepit, quæque tot millibus versuum schola perse-
E quitur, & implicat magisquam explicat vulgo in l. imperium & Cano. d. c. 1. alij. d. c. super quibusd. c. cum contingat, ext. de for. comp. c. quid translationem. ext. de off. legat. c. per venerabilem. ext. qui fil. put. legit. & d. c. quæ in Ecclesiarum, neque ista è scholæ vmbraculis fideliter percipi possunt, cuius fiducia cum ad puluerem ventum est, plerumque vsus expertes fallit.

NOTA 5.

1 *Quasi possessio iuris non sufficit ad prouisionem quando ius commune resistit.*
F 2 *Priuilegium allegans malam fidem allegat.*
3 *Possessio contra ius non releuat ab onere probandi.*
4 *Patientia Officialium Regis non nocet Regi.*
5 *Quando præscriptio tituli loco habeatur in regalibus.*

Tiltre.] Titulos accipimus quomodo & iure ciuili, 1
itē priuilegia Regum d. c. de præscript. in 6. & c. 1. quæ sint regal. Sed eos expressè probari & scriptis oportet, nec quasi possessio iurium regalium sufficeret ad obtinendum contra Regem, siue in petitorio siue in possessorio aut prouisione, cùm priuilegium allegans 2

cōtra ius commune, malam fidem alleget, quod Bald.
& Doct. aiunt l. si solemnibus. C. de probat. Bald. l. nō
ignorat. & l. 3. vers. in contrarium. C. qui accus. poss.
vbi negāt titulum contrarium iuri iustificari per pos-
3 sessionem, & probandum esse priuilegium. Nam nec
possessio, quæ est cōtra ius commune, releuat ab one-
re probandi c. ad decimas, de rest. spol. in 6. Bald l. cir-
ca D. de probat. & vt ante diximus, etiam possessionis
effectus ad nihilum reducitur ex Cōstitutionibus Re-
gum, vnde fit, vt nec dinumeramenta & professiones
feudales, nec tenuræ (vt loquuntur) ad id valeant, siue
intra tempora sint impugnandi, siue preterierint pro-
pter inutilitatem possessionis, quæ titulo non confir-
matur, quia eam lex, ius commune, & Consuetudo
oppugnent, cùm presertim tales professiones non sint
tituli, sed ad probationem titulorum & iurium feu-
dalium repertæ ad interruptionem obliuionis, nec in
realibus disponant, aut conditiones realium mutent,
sed res, quales sunt, monstrent & probent, quod Mo-
4 lin. rectè disputat d. §. 1. glos. 5. num. 22. & seq. Nec
quisquam ad confirmandam possessionem patientiam
Regiorum Officialium opponat, quæ Regi obesse nō
debet, & expresse infringitur d. Ord. 1539. Non valet
igitur possessio quamlibet continuata ad obtinendam
prouisionem in materia regalium, nec ea rectè proba-
tur (tenutis) dinumeramentis aut professionibus, vbi
omnino titulus probandus est, & ius commune pos-
sessioni resistit, & Ordinario eam infringit & debili-
tat, quem locum Francis. Balb. in lib. præscript. parte
2. partis tertiæ q. 6. num. 22. persequitur, Io. Baptista d.
l. imperium. q. 5. num. 43. Bald. Cons. 370. vol. 2. expres-
se Felyn. c. cum nobis. ext. de præscript. Molin. d. §. 1.
glos. 5. num. 2. & iterum. §. 14.
5 Sequitur igitur inquirere, an cum hic titulus cer-
tus requiratur, prescriptio pro titulo habeatur, in quo
traditur, quæ cessibilia sint eadem & præscriptibilia
esse, c. nouit. ext. de iud & l. viros. C. de diuers. Off. Er-
go quibus casibus regalia cedi possunt (quod quando
sit, supra diximus) eisdem præscribi poterunt d. c. 1. de
præscript. & d. c. super quibusdam, & præscriptio pro
titulo erit, centenaria quidem Doct. d. l. imperiū Bald.
d. parte 2. tertię partis. q. 6. num. 13. Ias. latè l. 1. de iurisd.
omnium Iudicum. Bald. disputatione incip. Romanus
Apulus.

Contra est in his quæ cedi posse negauimus, quo-
rum possessioni ius resistit, & constitutiones Regum
obsistunt, nam & præscriptionem irritant & abo-
lent. Ideóque pro titulo in his præscriptio esse non
potest.

NOTA 6.

1 *Præscriptio centenaria non est titulus.*
2 *Licet pro titulo, priuilegio, lege, habeatur.*
A 3 *Titulus debet esse certus in regalibus.*
4 *Exceptio nisi &c.*

Certain.] Magna & præcisa ista necessitas est, & re- 1
strictio quæ certum, specificum, & determinatum ti-
tulum exigit. Quare præscriptio quamlibet centena-
ria iure quidem Consuetudinario talis non est, quod
ex eo patet, quod in laïco prætendente decimas talem
præscriptionem oportet probari, & vltra eam titulum
allegari, quod late Balbus persequitur in d. tract. de
præscrip. prima parte quintæ partis, q. 7. ad fin. Non 2
est igitur præscriptio centenaria titulus, licet quan-
doque pro titulo habeatur, non realiter & identificè,
sed effectualiter & per æquipolens. Et quamquam tali
B præscriptioni multa magnáque in iure priuilegia tri-
buuntur, quod Bart. ait. l. si publicanus. §. in omnibus
D. de public. Alex. Cons. 7. vol. 1. Balb. vbi sup. Et ite-
rum parte 2. tertiæ partis, q. 6. vt scilicet vice legis ha-
beatur, & tantum possit quantū Rex cum causa, quod
ait And. Iser. d. c. 1. quæ sint regal. retulit Ias. l. quomi-
nus de flum. col. 11. & titulum præsumi faciat, etiam si
non allegetur, quod Cy. & Angel. & Cast. putant, l. si
certis annis. C. de pact. tamen hoc casu Consuetudo
tales sententias & singularia iura non admisit, propter
vitium & incapacitatem in prætendentibus, & rei
ipsius inpræscribilitatem. Quo casu negant illa ipsa
priuilegia locum habere Io. Monach. & Io. And. c. 2.
C de preb. in 6. Fely. & Panor. c. causam. ext. de prescript.
Panorm. c. quanto & c. vlt. ext. de consuet. Bald. l. 1. C.
de emancip. lib. Bald. vbi sup. vbi de iure communi, id
quoque locum habere volunt. Igitur certus hic & spe- 3
cificus titulus in regalibus probandus est, nec allegare
sufficit, nec vicem tituli obtinet centenaria præscri-
ptio, alioqui nihil proficitur. Hic igitur casus à com-
muni & vulgata præscriptionum regula eximitur, quæ
procedunt sine titulo spatio XL. annorum, hæc ne
centum quidem annis proficit, nisi titulus docetur: &
adhuc regalia quæ domanij sunt, non includit. Quæ 4
omnia sic accipimus, cùm aduersus Principem con-
trouersia est: Nam inter priuatos, vulgares & solitæ
D præscriptiones procedunt & ordinariæ; Quia aliena-
tione semel à Rege ritè facta, iam exinde fit via ad om-
nia commercia, contractus, & præscriptiones quasli-
bet, per legitimas alienationes. Specialis igitur titulus
exigitur non generalis, aut per relationem ad aliud,
per ea quæ latè tradit Tiraq. in legib. connub. glos. 7.
num. 188. & quod magis mirum est, possidenti incum-
bit probatio, & interim res sequestratur propter in-
capacitatem possessionis, priuilegij allegationem, &
iuris ciuilis repugnantiam, & vitium rei ipsi perpetuo
affixum. Hæc de regalibus in summa sententia nostra
est, quæ non alibi fortasse accuratius adhuc sunt tradi-
ta; nec in scholis doceri possunt.

Nondum edita à Chopino & Bacquetio professa opera libro de Domanio, qui extant.

ARTICLE LVII.

Artic. XLVIII. Novae Cons.

IL[a] n'appartient à aucun, auoir iouyssance[b] des choses esgarees,[c] s'il n'a haute Iustice, aux lieux où elles ont esté[d] trouuees.

[a] AD *nullum pertinet habere possessionem*[b] *rerum repertarum*, [c] *nisi habeat superiorem Jurisdictionem seu merum imperium, in locis in quibus*[d] *repertæ fuerunt.*

NOTA 1.

1 *Consuetudines de adespotis &* Espaues.
2 *Quæ sit significatio vocis* Espaues.
3 *In quo differant à thesauro.*
4 *In quo à rebus derelictis.*
5 Guerp. *quid* & guerpir.

1 a *Il n'appartient.*] Hic Articulus de his constituit, quæ Franci vulgo *Espaues* appellant, de quibus extant Consuetudines Prouinciarum variæ, vt Ambian. tit. *des droicts des Seigneurs*, Art. 77. Borbo. eod. tit. Art. 336. Aurel. tit. *des Espaues*, Art. 156. Aruer. eod. tit. Art. 1. & seq. Burgund. tit. *des Iustices.* §. 2. Comitatus eod. tit. Art. 7. Trecens. tit. *des Iustices.* Art. 519. Meldens. Art. 205. eod. tit. Caluimont. eod. tit. Art. 94. Burdegal. tit. *des Espaues.* Art. 105. Pictonum tit. *des Bastards*, Art. 233. Blesens. tit. de iurisd. Art. 26. & Art. 32. Niuernens. tit. *des Iustices*, Art. 1. Turon. tit. *de moyenne Iustice*, Art. 9. &
2 tit. *des Espaues*, Biturig. tit. de præd. §. 1. ESPAVES autem vocandi causa videtur fuisse, veluti bruta pauore in deuia ablata, meminit horũ Io. Fab. §. vlt. §. apium, & §. examen. Inst. de rer. diuis.

3 b *Des choses esgarees.*] Hæc verba rectè & suo sensu accipienda sunt, hoc enim significatu ea solum intelligenda sunt, quæ Dominis imprudentibus & nolentibus excidère, quorum dominium Domini perdere
4 noluerunt. Nam quæ consulto Domini reiecère eo animo, vt pro derelicto habeant, in dispositionem iuris cadunt, & protinus fiunt occupantis sine necessitate huius Consuetudinis l. 3. §. in amittenda. D. de acq. possess. l. 1. D. pro derelicto. Nec de talibus hæc verba intelligi conuenit, nec his congruit vox *esgarees*, ergo nec dispositio. Sed & ἀδέσποτων vox generalis est, quàm vt rei conueniat.

Cæterum naturali præsumptione, *esgarees*, potius præsumendæ sunt quàm derelictæ, nisi res planè sint nihili, cùm nemo iactare suum velle præsumatur, & vetare intelligatur quisque rem suam ab alio intercipi. l. qui vas. §. vetare. D. de furt. Sed nec thesaurus in hanc dispositionem cadit. de quo sup. Art. 53. cùm diuersa sit diffinitio rei & potestas vocis, vt eo loco tra-
5 ctauimus: vetus Cõsuetudo ius talibus fruendi, *Guerp.* appellabat, patria voce quidem obsoleta, à verbo *guerpir*, quod veteri Francorum lingua deserere & relin-

A quere significabat: & Pictaui etiamnum vtuntur. Inde in veteribus monumentis & archiuis Cameræ Computorum. *La guerpie*, alias, *la relicte*, id est vidua, *& desguerpir le fief*, id est, deserere. Cæterum hæc de mobilibus sunt intelligenda: Diuersa de immobilibus vacantibus dispositio est, quod nos dicemus Art. 511. & 509.

NOTA 3.

ESPAVES, *meri imperij sunt.*

c *S'il n'a haute Iustice.*] Scribunt alicubi authores veteribus Græcis Magistratum fuisse, qui ἰδιὸς λόγος diceretur, qui de rebus repertis ius diceret. Nunc cuiusuis est qui merum imperium habeat, quo iure B pleræque Prouinciæ vtuntur multæ etiam diuerso, cùm sint quæ Iurisdictioni simplici, sunt item quæ mixto imperio tribuant, quædam ab æstimatione rei repertæ, inter Imperium & Iurisdictionem partiantur. Sunt & quæ ex qualitate rei Iurisdictionem illi aut illi tribuant; Masuerius mixti potius Imperij esse putat. §. item bona, tit. de Iudicib. Suus igitur cuique regioni mos gerendus est.

NOTA 4.

Dominium quæritur apprehensione.

C d *Trouuees.*] adde *& apprehendees*, Quod si ante apprehensionem alienum in territorium transierint, effugisse spem eius qui tãtum aspexerit existimandæ sunt, quod & in feris quoque traditur. §. apium, vbi Io. Fab. Inst. de rer. diuis. l. naturalem. §. illud quæsitum. D. de acq. rer. dom. Doct. l. 1. D. de acq. possess. attigimus Art. 12. sup. In quo tamen Articulo diuersa est dispositio propter radicatam Iurisdictionem ex delicto, & continuationem prosecutionis, qua de re videndus Chass. tit. *des Iustices.* §. 1. verbo, *aduenuës.*

ARTICLE LVIII.

C a HOSE trouuee b doit estre gardee c par quarante iours, & d durant ledit temps doiuent estre faictes e trois bannies par f trois Dimanches, g apres la grand' Messe de la parroisse, où la chose a esté trouuee, h & aux marchez, i ainsi qu'il est accoustumé k au pays. Et apres lesdicts quarante iours & bannies deuëment faictes, le Seigneur l qui a haute Iustice sur les lieux, m la peut exploicter n & en retenir à luy les deux parts: & en bailler o l'autre tier à celuy qui a trouué ladite chose, p tous despens & mises prealablement payez q sur ladite chose. Et si parauant r que ladite chose soit despenduë (ores que lesdits quarante iours soyent passez) s aucun aduouë t & verifie la chose sienne, u il la doit auoir & recouurer, x quelque part qu'elle soit, y ou l'argent qui en sera prouenu: z en payant par luy tous loyaux fraiz, mises & despenses. a a Et apres ladite chose despenduë, lesdits quarante iours passez, & b b bannies faictes, comme dessus, le Seigneur c c ne autres ne sont tenus respondre de ladicte chose. Et celuy qui exploicteroit ladite chose trouuee, sans garder la forme cy dessus, d d chet en crime.

ARTIC. XLVII. NOVAE CONS.

a *RES reperta b debet custodiri c per quadraginta dies & d interim debent fieri e tres proclamationes per f tres dies Dominicos g in fine maioris Missæ parrochiæ in qua res reperta*

Argentr. in Cons. Brit.

fuit[h] & in mercatibus, [i] pro consuetudine cuiusque[k] loci seu fori. Et post hos quadraginta dies & proclamationes rite peractas, Dominus [l] habens superiorem Jurisdictionem in his locis, [m] potest eam vendere[n] seu retinere in sua manu vsque ad duas partes, & tertiam dare[o] ei qui rem reperit[p] omnibus expensis deductis[q] super ea re. Et si antea[r] quam res consumpta sit (quamuis prædicti quadraginta dies sint elapsi) [s] quis eam vendicasset[t] & probet rem suam esse, [u] debet eam habere & recuperare, [x] vbicumque sit seu per quascumque manus ambulauerit[y] aut pretium ex ea profectum, [z] sed refusis antea omnibus expensis, [aa] Et si res sit consumpta prædictis quadraginta diebus elapsis, & [bb] proclamationibus factis, vt suprà, Dominus[cc] nec alij tenentur respondere de re consumpta, Et qui rem repertam sibi vendicaret, formula supradicta non seruata, [dd] furti obstringitur.

NOTA I.

Rei repertæ Dominium ad quem spectetur.

[a] *Chose trouuée.*] In hanc eandem sententiam extat & Burgundiæ Consuetudo, tit. *des Justices* §. 2. & 3. Comitatus Art. 8. Niuernensis eod. tit. §. 2. Turonens. vbi sup. §. 2. Senon. tit. *de haute Iustice*, 9. Andegau. tit. *des Seigneurs temporels*. Art. 40. Borbon. Art. 336. Proinde huius Articuli materiam. Iurisconsultus in plures casus distribuit, l. falsus. §. qui alienum. D. de furt. Qui alienum quid iacens (inquit) lucrifaciendi animo sustulerit, furti tenetur, siue Dominus ignoret, siue sciat. Eius vero quod à Domino consulto reiectum sit, aut derelictum, furtum non fit. Quod quis sustulerit, vt Domino indicaret, reperientem furti non obstringit. Hæc quidem Iurisconsultus in summa quanquam satis verbosè, sed & eiusdem sententiæ Canon extat c. si quid inuenisti, & c. multi putant, 14. quæst. 5.

[b] *Doit estre gardee.*] Intellige *par la Iustice.* Nam priuatorum non est talis custodia, & auctoritate iudicantis consignari debet, quanquam si nihil aliud vitij proponitur, & alioqui rectè promulgata sunt edicta, & cætera ordine, peracta, non habet quisquam quod conqueratur, cùm nil intersit à quo res interim sit custodita, modo integra sit.

XL. dies integri esse debent.

[c] *Par quarante iours.*] Intellige integros totos, non inchoatos, quod dictio (per) importat addita accusatiuo ex sententia Bart. & Doct. l. si cui legetur in princip. D. de legat. 1. per l. vrbana 1. §. pernoctare. D. de verbo. sig. Bertach. in Diction. dictione, per. Sed & continuatos non interpolatos esse conuenit, ex sententia Bart. & Lud. Rom. simili quidem in casu l. vlt. §. quoties. D. de publican. Alex. & Lud. Rom. l. si idem. D. de iuris. om. Iud. Alex. latè Cons. vlt. vol. 4. & Cons. 34. vol. 5.

[d] *Durant le temps.*] Sed & post multomagis, cùm longius interuallum Domino hoc modo detur ad rem reperendam, & pinguius (vt loquuntur) satisfiat Consuetudini, & melior conditio absentis fiat, quod semper licet. gloss. l. vlt. D. mandat.

Citationes per edicta practicantur in citandis corporibus & collegiis.

[e] *Trois bannies.*] Hæc edictorum solemnitas perpetua ferè est Consuetudini in rebus momentosis, vt inf. Art. 81. & Art. 65. & 286. & Ord. Francisci I. anno 1536. Art. 27. *des criminelles aux forbans*, & Ord. Henrici II. *des criées.* Art. 3. Eadem ratio & citationum & denunciationum, quæ collegiis, vniuersitati-

A bus, & corporibus fiunt, & curatores rerum communium non habent, de quo Io. Fab. §. omnium Instit. de pœn. tem. litig. Sed hic locus latè exercetur ab Rebusso in concord. tit. de Constitut. glos. verbi Gallicis Prælatis.

NOTA 2.

Solemnes promulgationes in parœciis.
His etiam minores tenentur.

[f] *Trois Dimanches.*] Magna semper huius diei fuit veneratio etiam antiquis, magna religio, & ostendit Constitutio Constantini Imperatoris, l. dominicos. C. de fer. cuius & Ecclesiasticæ historiæ meminêre. Quamobrem præsumptum est quemque eo die sacris
B solemnibus interesse, ideóque non aptiori tempore denunciari posse, quod multis innotescere oporteat, idcirco nec alia die aut tempore factæ promulgationes idem pollerent, etiam si sacra solemnia fierent. Proinde & octo dies interesse inter singulas promulgationes oportet, id est, singulis dominicis, nec enim veterum vsus molestas disputationes de die à quo & ad quem recipiebat. Et vero isto modo inuentori consulendum re aliena reperta, iam olim senserant. Bart. Alex. Ias. l. rem quæ nobis. D. de acq. pos. Angel. l. vacantia. C. de bon. vacant. lib. x. Alex. Cons. 4. vol. 2. Feder. de Sen. Cons. 107. Panor. & Fely. c. dilecti.
C ext. de accusat. Lucas de Pen. l. 1. C. de cohortal. lib. xij. Io. Fab. §. vlt. Instit. de rer. diuis. vbi & Angel. Falsa est sententia Chassanei, qui existimat talibus promulgationibus minores, & absentes non teneri, cùm melior sit sententia Statutis & Consuetudinibus etiam minores teneri, & præscriptiones statuarias contra eos currere; & quamquam sunt, qui repugnent, vicit tamen vsus & vtilitas publica minores etiam teneri, ac ne restitutiones quidem dari, qui locus fusè tractatur ab Tiraq. in retract. lign. §. 35. glos. 2. & eod. tit. de præscript. §. 1. glos. 9. cùm præsertim istæ denunciationes sint præcipuè aduersus absentes comparatæ, quos legalis præsumptio vrget adeò, vt non admittatur ad probandam ignorantiam eius, quod
D publicè ac toties, & tam celebribus locis promulgatum sit, quod Ioann. Faber scribit in proœm. Instit. & Ancharan. hoc ipso casu in indiuiduo Cons. 367. incip. efficax. & probat text. l. si eo tempore. C. de remiss. pigno.

[g] *Apres la grand' messe.*] In his tamen mos cuiusque loci spectandus est, quia plerunque tales promulgationes conuenientius fiunt *aux prosnes des grandes messes*, mediis scilicet sacris, post cœpta, antequam populus abscedat, & quo ipso tempore de rebus omnibus solent & tractare & constituere; quia plerique sacris defuncti protinus solent auolare, nec promulgationes expectant.

h Et

[h] *Et au marché.*] Trinundino scilicet. Cæterum vox superior *de trois bannies*, & parocœcias & mercatus determinat æqualiter, vt ternæ scilicet promulgationes in vtrisque fiant, ex sententia Doct. l. quamuis. l. hæreditas. C. de imp. & aliis substit: Nam subiectum verbum vtraque æqualiter determinare intelligitur.

[i] *Ainsi qu'il est accoustumé.*] Hæ voces non ad numerū promulgationum referuntur, de quibus supra Consuetudo expresse statuit, nec in arbitrio reliquit cuiusquam, sed ad formam promulgandi vel precone, vel tuba, vel parocho, vel quo alio modo olim consuetum est & receptum, sed & de loco constituit, mercatu scilicet, & sacris. Quare ea nemo mutabit. Hæc quidem Bart. extrauag. ad reprimendum. verbo, publicè.

[k] *Au pays.*] Id est, *au quartier*, pro Consuetudine cuiusque fori scilicet.

[l] *Qui a haute Iustice.*] Vt supra Art. superiori.

NOTA 3.

[m] *Le peut exploicter.*] Id est, *vendre, vser, & consumer*, Id quidem Iure Consuetudinario; Nam iure meliori Theologi, quod mentibus aptius sit, distrahi volunt, & pauperibus impendi. Ioannes Andræas & Hostiensis cap. cùm tu. extr. de vsuris. Baldus l. 1. D. de rerum diuision. Bart. & Alber. d. l. falsus. §. qui alienum. Porro quod hîc dicit *exploicter*, per Iudicem facere non est necesse, ac ne per auctionem quidem, cùm peractis promulgationibus Dominus suum deinceps negotium priuatim agat, vt libet, nec venditio aut auctio fit alterius quam Domini causa, & priuato commodo, in quo solemnitas extra Consuetudinem, & non expressa non est quærenda. Et sententia est Bartoli in l. cùm res. C. de probat. si post proclamationes tali die factas nemo appareat, dominium acquiri reperienti aut Domino feudi, magis de iure gentium quam alio iure, ex eo quod in nullius bonis putandum sit, quod nemo vendicat; Quod refert Ias. l. traditionibus. 4. limit. C. de pact. Sed hîc Iure magis Consuetudinario & consensu populi introducto, quàm alio dominium quæritur.

[n] *Et en retenir à luy les deux parts.*] Secus quàm in thesauro, vt diximus Art. 53. Hac quidem in re variant Consuetudines locorum, quia reperta ferè in totum Domini locorum solent vendicare, quod Io. Fab. dixit. d. §. apium. & Ang. d. l. vacantia. Bart. Alex. Ias. d. l. rem quæ nobis: Fed. de Sen. d. Cons. 107. Bened. verbo & vxorem num. 368.

[o] *L'autre tier à celuy qui a trouué.*] Non est hoc. μήνυτρον, de quo in d. l. falsus, hoc est, indicij præmium, sed εὕρετρον potius à Consuetudine taxatum, quamquam iure deberi negant.

Pabula animalium ferè cum fructibus compensantur.

[p] *Tous despens.*] Sic ferè Consuetudines externæ, quod valde æquum est, cùm per tales expensas res salua fiat, & in manus Domini reuertatur. Hoc vero in expensarum genere, sunt pabula animalium, si quæ sunt, quod Bart. & Alex. ait l. cùm quæritur. §. de prædiis. D. de legat. 3. l. vltim. C. de impens. in rem dotal. fact. Bald. l. 1. vers. quæro nunquid. C. de fructib. & lit. expens. & quæ in genere & argumento isto Tiraq. in retractu colligit. §. 15. glos. 1. q. 2. quamquam & cum fructibus tales impensas compensari, vsque ad æquilibrium, receptius vsu est, ex sententia Bart. d. §. de prædiis. Sed & viatica apparitionum in istis sunt, inf. Art. 249. Salarium rei repertæ deberi negat Bart. nisi quis ad rem vestigādam, aut rogatus, aut cōductus sit, l. idem si. §. si *Argentr. in Cons. Brit.*

A tibi. D. de condict. ob. turp. caus. Bart. Alb. Ias. post. glos. Ibid. & Canonistæ c. qui cum fure. ext. de furt. Spec. tit. de actore. §. 1.

[q] *Sur la chose.*] Competit igitur retentio pro istis, quod Bald. dixit l. 1. vers. quod dixi. C. de fructib. & lit. expens. l. planè. D. de petit. hæred. locus apud Tiraq. in retract. conuent. §. 7. pro salario repertionis non poterit, & notant Bart. Alex. Cast. Lud. Rom. Imol. Cuman. l. hoc amplius. §. de his. D. de dam. infect. Bald. l. requirendi C. de ser. fugit. Bart. & Angel. l. ratis. D. de incend. ruin. & nauf. Panor. Io. And. c. B si læserit. ext. de iniur. Alij. l. quintus. D. ad leg. Aquil. Cepol. in tract. seruitut. tit. de seruit. pecor. pascend.

NOTA 4.

[r] *Que ladicte chose fust despenduë.*] Ante rem consumptam: Consumpta autem hoc loco non intelligitur, pro qua solutum est pretium, si id adhuc præsupponimus extare, quamquàm traditur theorema in singularibus pretium non succedere loco rei. Nec item cōsumpta intelligitur, cuius loco alia permutata extat, aut suffecta, si repertæ loco alia fungitur, l. item ve- C niunt. in princip. D. de petit. hæred. aut si Dominus locupletior est. Ante consumptionem moræ purgatio admittitur. l. 1. & 2. C. de quad. præscript. Innoc. c. cùm in tua. ext. qui matrim. accus. pos. consumptio autem testibus & iureiurando probatur.

[s] *Aucun aduouë.*] Si quis vt suam vendicat, adde idem etsi ius realiter in re prætendit, aut pignus, aut hypothecam, vt id saluum sit ius venienti ante consumptionem.

[t] *Et verifié.*] Probare enim debet rem suam esse, aut ius quod prætendit, alioqui ne is quidem qui iniustè rem tenet, restituere petenti tenetur: Cùm reo ad ob- D tinendum sufficiat non ius actoris l. vlt. C. de rei vendic. Bart. & Alex. l. ab hostibus. §. alienum. D. sol. matri. Alex. Cons. 1. vol. 5.

[u] *Il la doit auoir.*] Rem cum fructibus debet consequi cum suum petat, nec Dominus feudi rē vt suam possideat, nisi à die promulgationis perfectæ, & xl. diebus exactis, ex quo tempore à consumptis excusari debet. Cæteros restituit à die contestationis l. videamus 2. §. penul. D. de vsur. Nec enim Domini lucro quicquam cedere debet, cùm officio dumtaxat custodis fungatur, nec suo nomine possideat, quo fit vt nullo tēpore præ- E scribere possit, nisi ex eo tempore quo suam esse putauit, & pro suo possidere incœpit. Porro quod hîc dicit Dominum rei venientem rem suam recuperare, non simplici alternatiua accipiendum est, vt iacet, sed intelligendum rem ab eo recuperari, tum demum cùm adhuc extare apud Dominum feudi reperitur, nec adhuc consumpta aut distracta est.

[x] *Quelque part qu'elle soit.*] Hoc est, per quascunque manus ambulauerit, hoc quidem si titulo lucratiuo in manus tertij peruenerit: Nam onerosi alia conditio est, vt infra dicemus l. si cum exceptione. §. si quando & §. in hac. D. quod met. caus. glos. l. si ipsa eo- F dem tit.

Sed & de loco intelligi potest hic tex. hoc est, vt ibi restituatur vbi est, nisi actor sumptibus suis malit trāsferri, & ibi restitui vbi petitur, l. quod legatur, & l. nisi malit. D. de iudic.

NOTA 5.

[y] *Ou l'argent qui en sera prouenu.*] Hîc probatur rem pro consumptam non haberi ad excludendam Domini actionem, si eius pretium extat, quo ad lucrum quidem Domini, qua de re textus est, l. si ipsa res. D. de eo

quod met. cauſ. Atque hîc mirum eſt pretium loco rei ſuccedere contra regulas, de quo pronunciato tam multa Tiraq. in retract. §. 32. gloſ. 1. num. 10. Sed & quod hic dicit de pretio, ſic accipiendum, ſi pretium extat, & poſtea quam res à Domino diſtracta eſt. Nam cùm emptor, qui poſt Conſuetudinarias ſolennitates & legis, & Iudicis auctoritate emit, ſecurus ſit, nec conueniri ob rem poſſit, recurrendum eſt aduerſus Dominum, qui pretium rei habet mero lucro, ex ratione Articuli 185. inf. Cuius ratio hic mirum in modum conuenit, éſtque hic ſupplenda.

[z] *En payant les loyaux fraiz.*] Ex Art. 249. infra Appariторum, Edictorum, Viaticorum.

[aa] *Et apres les choſes deſpendues.*] Per Dominum feudi, qui nec vendidit, vel ſi vendidit pretium non habet, & id conſumpſit, nec locupletior eſt factus. Nam ſi rei diſtractæ pretium haberet, reſtitui opporteret.

Quid interſit inter Conſuet. & l. 1. C. de quad. præſcript.

[bb] *Bannies faictes le Seigneur ny autres ne ſont.*] Hîc apparet re poſt edicta conſumpta, aduerſus Dominum feudi non dari actionem, ac ne aduerſus emptorem quidem, in quo patet non habere locum diſpoſitionem, l. 1. & 2. C. de quad. præſcript. quę poſt rem à fiſco venditam vt ſuam, actionem nō dat aduerſus emptorem, ſed aduerſus fiſcum ad pretium, idque intra quadriennium tantum, ad rem vero ipſam non dat. Quare illa diſpoſitio ſe habet ad hanc Conſuetudinem, vt excedens & exceſſum. Namque in hoc excedit Conſuetudo, quod actionem dat perpetuo ad rem, quandiu extat in manu quidem Domini feudi, ante venditionem ex ſententia Innoc. d. c. cùm in tua, in hoc exceditur, quod re poſt edicta conſumpta ſtatim deficit actio ad rem, nec quadriennium expectatur: Sed perpetuo pretium condici poteſt à Domino feudi, quandiu extat. Conſumpto pretio ex toto deficit veluti re conſumpta. l. Sed etſi lege. §. item ſi rem. D. de petit. hæred. Qua de re eſt etiam Maſuer. ſententia. §. item ſi bona tit. de empt. & vend. per l. omnes. C. de quad. præſcript. & Lețiam. §. ſi quis à fiſco. D. de petit. hæred. Maſ. tit. de ſucceſ. §. item & illius. Ratio ex eo ſumitur, quia conſumptione facta, atque ita lege executionem trahente, purgatio moræ in agente non admittitur, ex ſententia Caſt. Conſ. 99. vol. 1. incip. Quia per ſupraſcriptos. Bart. Alex. Iaſ. l. ſi inſulam. D. de verb. ſignif.

Le Seigneur.] Nec alia ſententia adiudicationis requiritur, ſi ſolemnitates ritè præceſſerunt, cùm Conſuetudo nil exigat præter actualem conſumptionem.

[cc] *Ny autres.*] Nam nullo caſu emptor tenetur, quia legis auctoritate emit. d. l. 1. & 2. C. de quad. præſcript. Re conſumpta poſt ſolemnia peracta omnes liberantur.

[dd] *Chet en crime.*] Furti obſtringitur. d. §. qui alienum, & ex Art. 584. Et quia præſumptio eſt contra inuentorem, qui ſcire debuit, quod ad ſe non pertineret, ad alium pertinere l. vlt. C. vnde vi. Bart. d. §. qui alienū.

Des lods & ventes *ſequentib. art. agitur.*

ARTICLE LIX.

ART. III. NOVAE CONS.

LE[a] Seigneur doit auoir les ventes du feage qu'il a faict,[b] ſi depuis celuy feage[c] eſt vendu par[d] le detenteur.

[a] *Dominus debet habere laudimia pro feagio ſeu pro re in feudum data, quam fecit,*[b] *ſi poſtea hoc feagium ſeu res infeodata*[c] *venundetur*[d] *à detentore.*

NOTA I.

[a] *Le Seigneur doit auoir les ventes.*] Hic Articulus & qui deinceps ſequuntur, vſque ad 74. totam laudimiorum,
1 vt vulgo appellant, materiam conſtituunt ideóque magis opportunè locari ſub titulo, *des fiefs*, poterant vt & 74. quoque & ſequentes, qui ſunt de rachatu, ſiue ἀναλύσεις. Sed nec ſatis commodè hic Articulus concipitur, & impropriè voce *de Feage*, vtitur, pro ipſa re infeodata, cùm potius contractum ipſum infeodationis ſignificet. Nec tamen id ſine exemplo, cùm apud Iuriſconſultos quoque vox feudi pro re ipſa infeodata accipiatur, cùm propriè & ex diffinitione ſit libera rei immobilis conceſſio, retenta proprietate, cum vtilis Dominij tranſlatione ſub fidelitate &c. & contractus nominatus dicatur, veluti cum pignus pro re pignorata accipiūt, vt toto tit. de diſtrac. pigno. & tit. ſi pignus pignor. dat. ſit. C. & alibi ſæpè, cùm nōnunquam pro ipſo cōtractu pignoris accipiatur. l. 1. §. vlt. D. de pact. Hic igitur vox (*feage*) pro re ipſa accipitur, de quo vendito laudimia debentur, cùm de ipſo contractu infeodationis nulla debeantur, vt inf. Art. 344. Et quia frequentiſſimus vſus talium eſt foro, ex commerciorum varietate, & pleræque his de rebus controuerſiæ exiſtere ſolēt, quæ quamlibet exercitata ingenia nouitate perturbare poſſint, rudes vero erroribus implicent; non inutilis, quod exiſtimo, fuerit operæ, quàm ea de re plurimæ controuerſiæ colligi poterunt, eas ſub vnā veluti faciem legentibus exponere & explicare è iure, quæ aut ſparſæ in libris Iuriſconſultorum habentur minime obuiis interdum locis, aut è iure nunc primum conſtitui poterunt, antiquæ quidem iuriſprudentiæ & commerciis, vt & feuda ipſa ignotæ, niſi quantum affinitatis cum illa. Iuſtiniani quinquageſima emphyteotecaria habere videri poſſunt. Quod nobis eo ordine faciendum erit, vt materia in locos diſtributa explicatius accipiatur, ſedibus ſuis locata. Hic primum igitur locus ſit.

NOTA 2.

1 *De vocis, Laudimiorum etymo.*
2 *Eorum deſinitio.*
3 *Laudimia in pecunia conſiſtant, & vltra pretium.*
4 *Proxenetica an ſint de pretio.*
5 *An arræ.*
6 *An onera pecuniaria in parte pretij habenda.*
7 *An realia.*

8 *Quæ si tertio præstantur.*
9 *Origo laudimiorum:*
10 *Taxatio laudimiorum.*

1 Ac primùm de vocis etymo, quod primum est non pugnabimus: Nec quia alibi lauda, alibi laudimia, accordamenta, honores, *issuës, ventes*, quintum aut requintum appellãtur, idcirco non eadem res est. Inepta tamen est ariolatio hominum quamlibet Doctorũ Budei, & Alciati, qui in Barbara voce & ignoto Latio vsu, Latinas origines sectantur laudimiorum, sicuti & Alaudiorum, cùm nihil cum Latina lingua commune habeant præter elementorum symbola. Melius meo quidem iudicio, qui inter externas gentes originem quærunt, externæ etiam vocis, à quibus ista accipimus. Franci veteres *Leudes*, vocant, subiectos feudi, *loyaux. Aolde* quod lege subiectum nõ est, & Laudimia quæ à *Leude* præstantur, id est subiecto pro feudo. Nec tamen illi primum Autores fuere inuẽti, cum tanto ante eos Andr. quoque Iser. sibi id vidisse visus esset, c. 1. §. similiter tit. de cap. Corrad. Sed nec immeritò tam curiosam grammaticam irrisêre quidam eruditi. Maiores quidem nostri Britanni Laudimiorum appellationem non norant, ventas solùm audierant: Ea deinde externa commercia inuexêre, & Reformatores hac ipsa Consuetudine vsurparunt. Carol. Molin. putat Laudimia generis nomen esse, ventas speciei non perinde sagaci coniectura, nisi alius locorum apud eum vsus fuit. Io. quidem Faber iam olim inter Laudimia & ventas nihil putabat interesse, Inst. de empt. & vend. in princip. Antiquiora Imperatorum tempora & Nouellæ Cõstitutiones εἰσδικτικὰ generaliter appellarunt, quæ pro susceptione in feudum cuiusque vassalli Domino præstarẽtur, vt & ἀνακάμψεις & ἀνανεώσεις· quæ pro veluti redemptione feudi, quod ad Dominum rediisset, nouus vassallus Domino exhiberet, quod nos etiam hodie rachatum ex eo appellamus, cùm vassallus à Domino pensione anni aut diuturnioris temporis, veluti in Baillio, feudum redimit: quorum non rarò Leonis Cõstitutiones meminerũt.

2 Sequitur secundus locus de diffinitione Laudimiorum, & suæ sunt quibusque Prouinciis diffinitiones, prout rem differentiis minus aut magis distinguunt, & vsu rei ipsius variant. Nostram adscribemus; Sunt verò Laudimia pecuniariæ quædam pensiones ad pretij conuenti portionem certam, ex vsu locorum attemperatæ, Dominis feudorum debitæ à vassallis possessoribus, innata lege feudorum omnium, ratione rei immobilis feudalis titulo emptionis, aut alio in emptionem resolubili, in alium translatæ, ex quo manus mutatio & translatio possessionis contingat, Singula expendamus.

3 Diximus pensiones pecuniarias esse, id est, summas certas pecuniæ; Namque Laudimia in pecunia consistunt. Est verò summa, quæ penditur, non quota pretij. Neque enim pars pretij est, nec de pretio deducitur; Sed vltra pretium, quod venditori debetur, Domino feudi dependitur, taxata quantitate ad pretij portionem certam pro vsu locorum, vt quanta pretij pars octaua, aut sexta, aut alia fit, tanta, sit item Laudimiorum taxatio. Neque externarum Prouinciarum mores sequimur. Nec quia Parisienses de ipso pretio in feudis suum quintum, quod Laudimiorum loco est, deducunt, atque adeo ab emptoribus de pretio conuento retineri potest, idcirco ea dispositio eadem alibi putãda est, esse, cùm ne eo quidẽ loco idem in censu obseruent. Sunt igitur Laudimia non pretij pars, sed summa extra pretium, quod integrum suo venditori soluitur; sed ex pretij quantitate fit taxatiò.

A Sequitur in diffinitione ad pretij conuenti, &c. Nam Laudimia taxantur ad rationem pretij conuenti, non ad veram rei æstimationem: Nec conuentiones partium semper veræ rei æstimationi respondent.

Sed cùm pretium dicimus, iusta dubitatio est, an in eo æstimando, proxenetica, Notariorum salaria, vina (vt loquuntur) & commissiones, cæterique tales sumptus extra contractum veniant ad pretium augendum & consequenter Laudimia. Res est digna inquisitione, Respondendum verò, quod earum rerum nomine cum modo erogatum sit Laudimia non augere, nec in pretio computari, præterquam quod eorum in 4
B manus venditoris venerit. Sed quod ad emptorem venerit pretij pars est, & nomine titulóque venditionis habet, alioqui quid esset facilius quàm mutatione nominis & adumbrato colore talium, quiduis fingere ad eludẽdas ventas. Quod in eo iudicatum est nuper, qui cùm fundũ centum aureis vẽdidisset, scripsit in instrumento vẽditionis vinorum & commissionum nomine quinquaginta libras esse depensas, quarum partem multo maximam sibi impendisset. Hîc non potius potuit videri fraudem non esse factam, quo enim iure quadraginta libras habet, nisi pretij pro fundo.
C Quamobrem cùm ista accidunt, perspiciendum est ex rei personarúmque qualitate & quantitate, quid iudicari æquum sit, vt id sequamur, quod in singulas causas erogatum docetur, & liquido constat, nisi modum solitarum conuentionum partes esse supergressas appareat, & fraudulenter versatas in fingendis causis pretiorum, veluti ne immensa salaria Notariorum imputentur, ne insolita proxenetica, ne in contractu minoris cuiusdam pretij, vina & commissiones aut sortem æquent, aut dimidiam aut tertiam, quod in exemplo superiori patuit. Denique statuendum, si aut nimius modus est, aut de eo in specie non docetur, cùm
D generaliter summa talis imputetur in vina & commissiones, è iure quærendam rationem, vt pro salariis cuiusq; fori assuetis, & Cõsuetudine loci & opera posita imputẽtur, l. 1. §. in honorariis. D. de var. & extraord. cog. Quæ aliqua ex parte attigit Molin. §. 55. glos. 1. numer. 136. & seq. & eod. §. glos. 5. quæst. 3. & item 4. Tiraq. in retract. conuent. §. 6. glos. 2. numer. 20. & seq. Quanquam in retrahente aliud iudicandum putent, cui omnimodo imputari ista debent, & ab eo refundi ratione diuersa. Sed hoc alibi.

De arris quoque dubitatum, An in parte pretij 5
E connumererẽtur ad augenda Laudimia, & placuit numerari. l. 2. verbo, recuperare. C. quand. lic. ab empt. disced. Bald. l. ex empto. §. ego illud. D. de act. empt. idem Bald. l. 1. 2. D. de leg. commis. Atque ita intelligi conuenit, cùm arræ cædunt vẽditori: Nam interdum pauperibus aut locis piis erogantur.

Et quia hîc de taxatione Laudimiorum agimus, quæ 6
ex quantitate pretij distinguitur, & magnæ interdum dubitationes incidunt de his oneribus, vt vocant, quæ in contractibus vltra conuẽtum pretium emptoribus imponuntur, an ista in partem vllam pretij veniant ad augendam Laudimiorum quantitatem, Hîc nos re-
F cepta foro & vsitata tribunalibus vocabula retinemus, quæ Iurisconsulti leges contractibus dictas appellant, aut conditiones graues aut leues. l. cum qui. §. 1. D. de in diem addict. & alibi sæpè, ne si aliter loquamur Latinæ voces non impleant aures eorum, qui res potius & puluerem sectantur. Onera dicimus conuentiones partium vltra substantialia aut naturalia contractuum extrinsecus appositas, & pacta incontinenti adiecta emptoris impendiis præstanda. Cùm extrinsecus dicimus, intelligimus, quæ vltra substantialia contractus apponuntur, substantialia appellamus, sine quibus

contractus non cõsistit, qualia sunt in emptione merx & pretium; Accidentalia & extrinseca pro cuiusque arbitrio & commodo adduntur, prout inter consentientes conuenerit. Talia pacta cùm ab emptore præstantur in parte pretij haberi est constitutum. l. fundi partem D. de cont. empt. l. si sterilis. §. si tibi. D. de act. empt. Cùm venditori indicuntur in parte potius mercis & rei venditæ sunt, nec pretium respiciunt, quod ab emptore non à venditore præstatur. Ergo cùm id quæritur; An pretij partem faciant, certum est non facere, cum ab venditore præstantur, veluti cùm in venditione feudi cõuenit, vt venditor annua decem fundo imposita lueret, hic res libera venire intelligitur & hoc maius pretium, ab emptore præstatur. Sed onus hîc non pars pretij, sed mercis est, cùm à venditore suscipiatur. Sed cùm de diiudicandis oneribus emptori impositis quæritur: Consideranda imprimis onerum materia & subiectum. Multum enim refert pecuniaria ne sint apertè & simpliciter, vel in pecuniam resolui aut pecunia fungi possint; An verò alia sint, & perpetua & fundialia. Nam si aut pecuniaria sunt, veluti vendo tibi pro centum, addo etiam, vt Titio decem præstes quæ debeo aut dono, hic planè totum pretium est, vel vendo tibi pro centum hac lege, vt Romã Tabellarium expedias, nam cùm hoc onus pecunia expediatur & impensis constet, in pecuniam resoluitur pro quanto Romam ire Tabellarius potest, aut vendo tibi pro cẽtum, hac lege vt pignus luas sub quo viginti debentur. De his non aliter quàm de pretio ipso statuendum est, imo & ista pars pretij sunt, & in eo computantur, & laudimia augent, pretióque expresso adduntur, non secus ac glacies, quæ cum aqua constet, in aquam resoluitur. Tale est, cùm quis vendit ad onus liberandi à tali lite, aut à debitis mobilibus talis successionis; Talis est contractus quem mulier vidua fecit cum heredibus mariti, cùm partem suam conquæstuum pro mille vendidit ad onus exonerandi eam à debitis communitatis. Hæc taliáque verè pecuniaria sunt, & in æstimatione laudimiorum veniunt omnia debita, quæ mulier ratione communitatis debeat, quæ probanda & liquidãda erunt ad laudimiorum æstimationem faciendam. In quo difficile plerumque æstimatio iniri solet rebus non liquidis, & obscuris, aut pendẽtibus, vt quia incertum est, an talia debita aliquando exigantur, aut soluantur, & pendet ab euentu, nam si exigantur laudimia debebũtur, vt de pretij parte, sin minus non debebuntur, si de his litigatur, interim res in dubio est, si per prouisionem inter creditorem & emptorem oneratum adiudicantur, fundata erit & Domini intentio prouisionaliter ad consequenda laudimia de summa adiudicata. Quæ sententia Molin. est. §.53. num.54. & tit. de feu. §.14. glos.5 & Ioan. Fab. ante putarat, sed obscurè. §. pretium. Inst. de empt. & vend. & iterum Mol. §. 55. glos. 5. quæst. 5. Tiraq. in retract. §. 1. glos.14. num. 114.

Sed ista intelligi conuenit de his oneribus, quæ directo venditoris commodo & vtilitate emptori imponuntur, etiam si tertio cedant stipulante venditore, & ad suum commodum aut exonerationem (vt loquuntur.) Nam sententia est Bart. & Cast. l. Sed hoc iure. §. cuidam. D. de cond. & demonst. Stante statuto vt de pretio rei venditæ soluatur gabella, de eo duntaxat pretio intelligendum, quod bono & commodo vẽditoris cedat, quod latè exequitur Bertach. in tract. gabell. parte tertia & quinta, octauæ partis quæst. 28. & quæst. 2. Tiraq. in retract. §. 2. glos. 4. numer. 9. Chass. tit. *des retraicts*, §. 1. verbo *le prix*, Vnde sequitur, vt si equus fortè tolutarius aut gradarius, aut vestis serica, aut torques aureus, aut quidquam talium, quæ demulcere muliebres animos solent, vxori cuiusquam venditoris donatum sit, vt fundi maritalis alienationi consentiret, forsan propter hypothecas, aut ὑπόβολον (doarium vocãt,) vt in ratione laudimiorum computari ista non debeant, quia talia à mulieribus ingeniis prodigi, nec quidquam in vtilitatem maritorum conuerti soleat. Nam secus, si vtiliter & cum effectu in communitatem maritalem recideret, quamlibet indirectè & per interpositam personam, quod Tiraq. tractat. d. §.29. glos. 4. num. 11. Porrò settiò diximus in præsupposito casu, ob consentiendum fundi maritali alienationi: Nam si mulieri daretur, vt consentiret alienationi fundi proprij à marito factæ, de toto pretio, & eo quod consensus gratia datum esset, laudimia deberentur, quia tum ipsamet mulier vendere rem suam intelligeretur, quia ab eius consensu cõtractus vim suam acciperet, quæcumque tandem illa mariti aut mulieris nomine conceptio contractus foret. Stat igitur sententia, quod venditoris commodo cedat, quocunque titulo in rationem laudimiorum imputari. Quare eo in genere reponendum non est, quod tertio cuiquam intercedẽti datum sit, ne alienationem iure suo impediret, *comme pour se departir d'vne opposition empeschant l'approprment ou pour quitter vn hypotheque.* Id enim quod eo casu datur, venditori nullo modo acquiritur, nec consequenter pretij partem facit, aut pretio accedit, aut in eo computatur, nec contractum ingreditur cum alio initum, sed alienæ & externæ litis redemptio est, & vexationis & periculi non legitimi vt Cicero vocat, quod rectè Molin. annotat. d. §.55. glos.1. d. numer. 156. & glos.5. quæst. 7. & 4. & numer. 140.

7 Atque ista quidem in oneribus pecuniariis, aut quæ in pecuniam resoluuntur, & emptoribus imponuntur ex contractu. Sed onerum immobilium, quæ altera distinctionis pars est, alia natura est; Quippe ista inter immobilia sua essentia sunt & habentur, nec pretij locum tenere possunt, cùm pretium non nisi in pecunia consistat, & rei immobilis ἀλλάγματα permutationes sint potius quam venditiones, ex quibus solis laudimia debentur. Talia onera immobilia rem ipsam minuunt, & nihil eorum nomine ad venditorem peruenit, imò hoc minus pretij nomine ad eum deuenit, quo maiora sunt & grauiora onera, quæ tamen æstimationem non recepêre in cõtractu faciendo quamuis emptor in cõstituendo pretio suum negotium gerens, & rationes subducẽdo apud se æstimauerit, quãti minoris, propter tale onus rem emere debuerit, veluti in venditione facta ad onus decem annorum solarij perpetui reditus, & fundiarij, Hic enim venditori nihil adest propter onus reditus, imo tanto minus habet, quanto grauius onus est, & rem diminuit, vel cùm ad onus seruitutis alicuius, nam tale onus in pretio non est, imo pretium diminuit, quia tanto deterior merces est, quæ venditur; idem in talibus, quod Molin. attingit. d. §. 55. glos. 3. num. 3. & §. 58. num. 16. 20. 22. 87.

8 Quæ omnia intelligimus de his oneribus, quæ ab altero contrahentium aut præstantur, aut indicuntur. Sed interdum accidit, vt tertio cuidam præstari debeant, quo casu si in pecunia, & re fungibili cõsistunt, veluti de soluendis decem Titio in liberationem venditoris; idem quod de pecunia iudicãdum, & perinde habetur, ac si ea decem emptor venditori præstitisset, ac deinde venditor suo creditori, tertio in contractu nominato; & hîc tãtum ministerium delegationis interponitur. At onera immobilia præstanda tertio in pretio non sunt, & naturam non mutant, & excludũtur potius contractu partium, quam includuntur, nec

vllam

vllam partem pretij faciunt ad commodum vendito- A ris, qui tantominus habet, nec onus venditur, sed excipitur à venditione, nec ratione eius pretium soluitur. Hæc vera ac plana casuum diuersificatio & distinctio. Quanquam persæpè propter conuentionum varietates difficilis æstimatio est onerum, quæ nec per se, nec per relationem ad aliud certificari possunt, aut pendent ab euentu, aut incerta sunt, aut aliquádo futura sint, veluti in casu quem ante diximus, quo quis hęreditatem redemisse certo pretio ad onus, id est, lege dicta exoluendorum debitorum, quæ nec quanta sint sciri potest, nec tempus quo aliquando exigi ea continget, cùm ignotæ sint creditorum actiones. In B quo tamen si res non magni momenti est, non puto Dominos feudorum curiosos esse oportere alieno in negotio, & bona fide gesto, propter laudimiorum capturam, vt se alienis conuentionibus intempestiuè immisceant, Quod si aliquid magni momenti est, suspendendam Domini actionem puto, in euẽtum quem lis adferet, aut incertitudinis liquidatio, & in præsens de pretio tantum liquido soluenda. Nec accedo Molinæi sententiæ, qui tali casu veram rei æstimationem spectandam putat ad diiudicationem laudimiorum, cùm possit accidere, vt maius sit pretium conuentum, C quam vera rei æstimatio, quo casu fieri nequit, vt minora laudimia venditor acceptare cogatur, quam sint pretij conuenti. Quæ valde quidẽ meo iudicio omnia expendi conuenit, & vulgo paucis animaduersa, & ferè incognita, multum lucis adferent ad diiudicationes casuum incidentium.

9 Sequitur in diffinitione ex vsu locorum. Atque hîc incidet loci tertij tractatio, qui est de origine laudimiorum: In quo id primum intelligi conuenit veteri iurisprudentiæ incognitam fuisse laudimiorum appellationem remque ipsam inauditam, Primus Iustinianus suam quinquagesimam inuexit in suá emphy- D teosim. Posteriores imperatores præcipuè is Leo, qui Græcas Cõstitutiones edidit εἰσδεκτικῶν meminêre & ἀνακαμψίων, de quibus ante diximus. Iura feudorum nusquam laudimiorum meminêre, nec debentur ex natura feudorum, nisi speciali aut Cõsuetudine locorum, aut partium conuentione, quod Io. And. dixit in addit. ad Spec. in rub. de præscript. Ioan Calder. Consf.7. tit. de feud. & Molin. notat. §.23. numer. 3. Boër. titul. de feud. §.5. in Consuetud. Biturig. & latè decis.263. numer. 2. & 4. Sed cùm in contractu feudali sicuti in cæteris, quędam substantialia sint, vt dominij E directi retentio, & fidelitatis pręstatio, quędam naturalia, quędam accidentalia, Laudimiorum ius, in quibus Prouinciis non debetur nisi ex conuentione, inter accidentalia connumeratur, in quibus ex moribus debetur inter naturalia reponendum. Id vero variè in Prouinciis & locis diuersis perspicitur, cum in quibusdam nulla omninò debeantur, vt in Burgundia in feudis nulla, tit. *des censes*, §. 1. in Aruernia ita demum, si specialiter de his in concessione feudi est cautum, titul. de feud. §.21. & 17. At in Britannia ex generali Consuetudine, quæ omni feudo innascitur, debentur non minus quàm decimæ, de quibus etsi nihil F cautum sit, in concessione aut alienatione feudi, debentur tamen & suppletur à generali Consuetudine feudorum, quod in parte expressum non sit, & naturæ factum est per generalem Consuetudinem, quod ante accidentis erat. Est igitur verum, quod in diffinitione diximus, vsu & moribus deberi citra conuentionis necessitatem, sed iuri veteri id ius ignotum esse. Itaque qui ea prætendit. vt ait Molin. debet se fundare in Consuetudine locorum vbi talis est, addo aut conuentione, vbi talis non est, Molinæus. §. 53. numer. 11. vera enim natura feudi est, ea quæ determinatur à iure vel Consuetudine loci in quo situm est feudum. c. 1. tit. de feud. cognit. tùm dicitur cùm cõtractus feudi non continet, quid diffinitum ab homine respiciendum, quid sit à lege vel Consuetudine diffinitum, quæ facto hominis æquipollet. Bald. l. 5. q. 31. D. de rer. diuis. & l 2. col. 2. Cod. de iur. emphy. Bald. & Aluar. c. fin. tit. de feud. dat in vic. leg. com. Neque enim hîc disputamus, An pręter rectam feudi naturam, quæ est vt liberè & gratuitò concedatur, fieri Consuetudine aut pacto possit, vt pro renouatione inuestituræ, aut concessione aliquid à vassallo exigi possit, quod Boër. dictis locis persequitur, & Guydo Papæ 415. decis. & Cons. 213. Nam posse pro constanti ponimus. Sed est alterius loci.

Sequitur in diffinitione ad portionem certam attemperata; Atque etiam hic locus quartus est de laudimiorum taxatione, diximus ante laudimia partem pretij non esse nec de pretio deduci, sed vltra pretium Domino deberi, sed taxationem eorum sumi à pretij quantitate. Atque vt ipsum laudimiorũ ius à Consuetudine originem & fundamẽtum habet, vt ante diximus, sic taxatio quoque & modus à Cõsuetudine sumitur; sed hîc libertas locorum maior, & magis varia; quia de iure vniuersalis est Cõsuetudo (& vniformis) de modo nõ item, cùm alibi quæ pars sit octaua pretij eadem sit integra laudimiorum æstimatio, vt in vrbe Rhedone & toto circum tractu, alibi sexta, vt Neoduni, quod Castrumnouum appellant, & fano Maclouij, de quo & iudicata nostra, & Senatusconsulta proferunt, alibi etiam alia æstimatio, quo magis mirum, non esse vsquam Consuetudine modum diffinitum, in quo maximè intendere Reformatores oportebat, vt rem vagam & incertam lege vnica compescerent. Sed & Borboniis quoque eadem licentia, & sua quibusque tribunalibus obseruatio, etiam Consuetudine sancita, art. 394. & 395. vt & Angolismen. Senon. Meldunens. Aureliis, Loritiis. Cetera variant Turon. tit. *des rachapts*, Ar. 15. Blesens. tit. *de matiere censiue*, Ar. 35. & 36. Paris. tit. de cens. Ar. 53. & 55. Biturig. tit. *des fiefs*, Ar. 18. Andegau. tit. *de punition de crimes*, Ar. 156. Cenom. eod. tit. Ar. 174. Aurel. tit. *des releuoisons*, Art. 123. Trecens. tit. *de la nature d'heritages*, Art. 52. Aurel. vbi sup. & tit. *des achapts*, Art. 2. Quæ non vnam omnes æstimationem seruant, sed suus cuique mos seruandus est, & Prouinciæ & Tribunali & territorio. Molin. vbi lege diffinita non sint vnciaria putat statuenda, id est, vnum pro duodecim sed sine lege: id tit. de cens. §. 53. numer. 3. & 8. & §. 23. num. 4. 10

In tractu etiam Nannetensi vltra Ligorius.

Sequitur (Dominis feudorum debita) de quo Ar. 68. & 69. inf.

Adiecimus à vassallis possessoribus, de quo inf. hoc Art. num. 10.

Additum (ratione rei immobilis) de quo inf. nota. 2. Sequitur (titulo emptionis) aut in emptionem resolubili inf. art. 71. & 72.

Postremùm est (ex quo manus mutatio contingat) de quo inf.

NOTA 2.

1 *Quod sit laudimiorum subiectum.*
2 *Laudimia debentur de re immobili vendita.*
3 *Laudimia de venditione mobilium non debentur.*
4 *Nec de constitutione seruitutis.*
5 *Nec de cessione redemptionis fundi.*
6 *Nec de constitutione reditus, nec de luitione.*
7 *Quid de cessionibus actionum realium aut personalium.*
8 *Iura feudalia à possessione sumuntur potius quam proprietate, & num. 10.*

9 *Constitutum precarium & tales possessiones non sufficiunt ad laudimiorum debita.*
10 *Vassallus qui non possidet, non incidit in commissum.*
11 *Possessoris obsequia proprietario prosunt.*

1 b *Si depuis celuy feage est vendu.*] *Feage*, vt ante diximus, hîc vocat rem in feudum datam; Atque hic quintus locus est, quod sit laudimiorum subiectũ. Tu ne hæreas, Laudimiorum subiectum est fundus, prędium, domus, denique solũ quodlibet immobile, aut quod
2 immobilis loco habetur, tale est subiectum Articulorum 71. 72. 66. 68. & quæ immobilium loco & numero sunt. Art. 60. 62. & 65.
3 Ergo de venditione mobilium non debentur, quod Molin. ait. §. 55. glos. 3. in princip. & res per se plana est.
4 Nec de constitutione seruitutis realis super fundo, quamuis pecunia facta sit; quia licet seruitus super fundo fiat, & solo hęreat, tamen nec solum est, nec soli pars, quod Molin. notat d. §. 55. glos. 3. numer. 3. quamuis aliud Francisc. Martius putet, decis. 608. vol. 1. Ergo nec de liberatione, tametsi & ipsa pecunia facta.
5 Nec de venditione conditionis redemptionis, ex Arr. Paponis, tit. *des droits du Seigneur*. Arr. 23. & dicemus, art. 64.
6 Nec de constitutione reditus pro pecunia, aut cessione hypothecarum & debitorum, vt nec de luitione, *ou franchissement de rente*, quod Molinæus latè exequitur. §. 58. & nos, articul. 73. inf. siue generaliter super omnibus bonis, siue specialiter super fundo certo constituatur; in his enim casibus omnibus deest verum & naturale laudimiorum subiectum, id est fundus, & deficit naturalis manus mutatio necessaria ad laudimiorum acquisitionem, & feudi contrectatio nulla fit.
7 Id cùm ita sit, sequitur magna dubitatio. Quid iudicari debeat, si non fundus ipse væneat, sed actiones cedantur ad fundum consequendum aut reales aut personales, An laudimia debeantur vt de re ipsa vendita, quam per actionem consequimur, præsertim, in vendicationibus per quas ius in re prætendimus. Nam vulgò traditur, qui talem actionem habeat rem ipsam habere videri. l. in bonis. D. de acq. rer. dom. l. bonorum appellatio. D. de verb. signif. Addimus & actiones reales inter immobilia haberi. l. si ad resoluendum. C. de præd. mino. Bart. Bal. Ang. l. 1. Cod. si aduers. transact. Rursus alibi traditur minus esse habere actionem quam rem. Hæc quidem repugnare videntur, sed diuersis respectibus vera tamen sunt. Molinæus inter reales & personales interdum distinguendum putat, interdum eas exæquat; nunc ex solo contractu laudimia deberi tradit, alibi traditionem expectandam, penes quam executio & effectus est cuiuslibet contractus: denique varius est & secum pugnat. Multis quidem, si per notas liceret, contradici potest, quibus ille vir salebris confidentia ingenij implicatur, cùm interdum plus personalibus tribuat quàm realibus cõtra manifestã iuris rationem; Alibi diuersum ius in laudimiis, alibi aliud in releuiis, qui nostri sunt rachatus statuendum putat. Respondeo igitur. Magna ratio facit, ipsáque Consuetudinis anima & intentio dictat, etiam si omnes omnium sententiæ repugnarent, vt quacũque actione agatur siue reali, siue personali, effectus potius & executio contractus spectetur, quam nomen nudum actionis, cùm vulgò tradatur regula, verba cum effectu accipienda, idque maximè in Statutis, quę Iurisconsultorum formas non respiciunt & actionum conceptiones, sed

A commercia & conuentionum fines. Tota ratio eorum, qui putant laudimia ex solo contractu & actione empti nata deberi, in eo fundata est, quod Statuta vt plurimum per hæc verba disponant de fundi vẽditione laudimia deberi; venditionis autem verbum in solo contractu & actione verificari. Hæc planè sophistica est argutia, & cùm res seriò agatur, & solidis conuentionibus, de verbis pugnare & illudere inani iuris imagine; Cùm tota mens Consuetudinis in eo sita sit, vt fundus manum mutet, & alius pro alio vassallus Domino offeratur, prior fidem & homagium feudi nomine exuat refutatione (vt loquuntur) feudi,
B posterior ista omnia ingrediatur & nouo se sacramẽto obstringat propter feudi acceptationem & traditionem & fruitionem. Nam actio per se mera nebula incorporalis, inuisibilis, & inane nomen si in meris finibus actionis manet, cùm needum Dominus fundatam intentionem habeat, nec ius in re quæratur actiuè aut passiuè per actionẽ personalem. Nam quãtum ad reales, tametsi plus iuris in re habeant, tamen multa possunt accidere alio actualiter possidente, aut litigando, aut alio quouis casu, ne actor optatum cõsequatur, ne feudum transferatur, ne manum mutet:
C & vt actio quantumlibet realis, mera bula & inane nomen maneat sine effectu, & hoc casu manente veteri vassallo, quid intersit Domini si nouum non acquirat? & cùm iura quælibet à veteri consequatur, quare nouam fidem & ignotam sacramẽtum appetit. Hæc Molinæus cogitabat cum scriberet in §. 55. glos. 3. num. 4. 9. 10. 11. 12. 13. vsque ad 30. & item q. 5. num. 31. & eod. §. glos. 1. numer. 94. & latè. §. 23. q. 9. & 10. Quid verò si de actionis personalis translatione damus laudimia, quàm multa absurda consequi necesse est, vt priori fundus vendatur posteriori item, atque huic possessio tradatur ex l. quoties. Cod. de rei vend.
D quis non videt hîc duplicia laudimia deberi, si de personalibus adiudicamus? quid quod etiam per duas, tres, quatuor, aut plures etiam manus personalis actio ceditur & ambulat, quod ille. d. §. 23. attingit, quæst. 9. num. 31. & 32. & §. 22. quæst. 2. & quæst. 7. & 36. & §. 13. glos. 5. quæst. 1. numer. 2. & §. 55 glos. 3. quæstio. 5. Ergo qui tales actiones habet, nec pro vassallo habetur, nec inuestituram petere, nec feudo priuari potest, nec quidquam eorum vsurpare, quæ aut Domino in vassallum competunt, aut vassallo aduersus Dominum, quod ille ait. §. 36. quia per eas non res sed per-
E sona afficitur, quod ille verè ait. §. 41. quæst. 4. num. 13. Nam tametsi inter eos qui contrahunt, non sine effectu sit personalis actio, aut realis propter euictionem, & alios effectus, tamen non perinde valet in vtilitatem & commodum Domini, ad cuius intẽtionem necesse est vassalli mutationem fieri, & feudũ ab vno in alium desilire, vnde fit vt contrahentes quantumlibet nata actione empti, mutuo consensu etiam ex interuallo ante quidem traditionem discedentes à contractu, laudimia excludant & omnia iura dominica, quod non fieret, si hæc verba venditionis pro simplici contractu acciperentur iure semel quæsito, quod Mo-
F lin. scribit. §. 22. q. 2. & 3. num. 18. & 19. & §. 13. quæst. 1. & 2. & §. 55. glos. 1. num. 33. & 40. & Papo in Consuetud. Borbon. §. 397. glos. 5. Tiraquell. in retract. conuent §. 6. glos. 2. numer. 11. quãquam discedi non posse (sed falsò) putarat Stephan. Bertrand. Cons. 199. 8
volum. 1. Adde & feudalia iura ex possessione reali potius attendi, quàm iure ipso & proprietate per se considerata, citra possessionem; itaque facto potius possessoris quam proprietarij debentur, qui locus per se posterius tractabitur. Non ergo tam, quam quisquam actionem habeat spectandum, quàm quid sit

per actionem consequutus, & quid habeat, & vbi feudum sit. Ignaua, eneruis, ac planè verbalis eorum ratio est, qui in nudo & inani verbo venditionis affixi hæret, pellem sine corpore induci. Quamobrem cùm aliud atque aliud subinde Molinæus scribat eo in argumēto, & secum nō satis cōsentiat, vt nec. §.55. glos. 1. num. 40. & d. §.23. q.10. vbi negat ad acquisitionem laudimiorum necesse esse contractum perfectum esse vltima sui perfectione, id est, traditionem interuenisse, & §.13. glos. 3. num.10. & 12. se ipse refellit eod. §. 55. q.5. & 6. & glos. 1. numer.14. & 22. Demum suas sententias conciliat in. §.22. q.2. ac Domino quidem quæri laudimia scribit, sed resolubiliter, quia partes discedendo ante traditionem à contractu (quod possunt) inanem reddant Domini actionem, contractu cum omni effectu suo resoluto, quæ verborum sententia est, cùm effectu in idem recidat, scilicet, non deberi effectualiter laudimia ante traditionem & manus mutationem. Qua de re quiddam etiam scribit. And. Tiraq. §.1. glos. 2. num. 48. & Mas. tit. de retract. Quanquam in retractu quidem diuersa ratio est, nec obstat petenti retractum, quod emptor possessionem adeptus non sit, cùm eius non intersit adipisci quam mox restituat, quæ etsi tradita esset retractum nō impediret, De quo & Molin. d. §.13. Tiraq. §. glos. 2. numer. 41. Quare denique sic statuo laudimia nulla deberi de simplici venditione, aut acquisitione actionis ex empto, nec ex donatione aut legato, nisi impleto eo, & translata possessione & mutata manu, & vassal-
9 lo alio succedente: Idque actuali & reali possessione, ideóque nec possessiones per precarium, cōstitutum, & tales ciuiles modos, qua ad hunc effectum idem possunt, dato alio possessore & actualiter fruente, quod ratio Io. Fab. indicat, §.1. C. quand. lic. ab empt. disced. Guydo Papæ decis. 101. in fine. Papo in Cons. Borb. art. 397. nec ad laudimia talis emptor compelli poterit, quamlibet imaginarius possessor, alio feudum tenente & fructus colligente. Molin. §.13. glos. 5. q.2. num. 15. quia precarium & talia resoluuntur simplici discessu à contractu sine actu retro simili. Nam nec talia iura executionem vllam habent præterquam in rem, nec quidquam pręhēdi potest præter rem ipsam,
10 quæ frustra prehenditur alio possidente. Inde fit, vt laudimia ἀνακάμψις rachatus, defectus fidei & iurium dominicorum ex persona potius possessoris attēdantur, quam veri Domini, & mortuo possessore Dominus fundatam intētionem habeat ad rachatum, etiam si alius suum vere Dominum probet, veluti si venditor retento vsufructu moriatur in possessione, quam emptor aut donatarius non sit realiter ingressus, aut cœptam non continuauerit, iura & rachatus ex obitu possessoris debebuntur; veluti accidit in Regula de publicandis, resignato beneficio si resignans post sex menses in possessione moriatur publicatione non facta, beneficium dicitur vacare per obitum, qua de re vulgata est Regula Cācellariæ de publicādis. Ita etiam fit in iuribus dominicis, vt si defunctus in fide & cliētela Domini decedat, nec se (vt loquuntur) de fide dessaisierit, nec alius fidem inierit, non ante nouus vassallus agnosci possit, quam prior à fide abierit, abire autem prior ante non possit, quàm posterior ingressus sit, fidem & homagium præstiterit, aut tacito aut expresso Domini consensu: Sed hæc alterius sunt loci. Nunc id retinēdum iura dominica ex possessione potius detētoris feudi quam iure proprietario, feudi Domino deberi; quod & Molinæus tractauit. §.55. glos. 1. numer. 17. & 18. 20.21.27.41. & §.22. q.45. Quod si concurrant proprietarius rei infeodatæ, & possessor in oblatione iurium dominicorum Dominus feudi iura sua non plus quam semel consequetur, idque à possessore, dubio interim euentu litis inter proprietarium & possessorem pendente. Nec quidquam habet Dominus feudi, quod causari possit sua interesse, cùm iura sua consequatur à possessore, aut potius realiter à feudo & eius detentore addita etiam clausula, saluo alieno iure, quod ille notat. d. §. glos. 3. num. 14. & iterum. §.22. q. 46. num. 153.

Vnde & illud quoque sequitur, vt nec verus & pro- 11
prietarius vassallus in commissum, aut damnum, aut præhensionem incurrat ob iura non soluta, si non est in possessione feudi, quod Bald. Saly. Paul. Cast. notant l. solennibus. C. de rei vend. Tiraq. in retract. §.1. glos. 10. num. 38. Tum etiam illud, quod homagium, & fides, & obsequia præstita à possessore etiam iniusto, Domino feudi & ab eo recepta, excusant & prosunt vero Domino non possidenti, ne in commissum aut rei aut fructuum incidat, tex. l. forma. §. si cum ego. D. de censib. & quos Molin. cumulat. d. q. 46. num. 152. & 153. Nec proinde magis ista vera sunt ex parte vassalli possessoris, quam possessoris item Domini, vt ab eo inuestiri, & ei soluisse, & debita exoluisse sufficiat, qui in possessione est. d. §.55. glos. 1. num. 20. si modo hæc nec violenta sit possessio, nec momētanea, sed diuturna vt d. §. scribit. num. 25.26.27. quod nos pro interpretatione eorum verborum adscripsimus, quæ in definitione adiecimus (à vassallis possessoribus.)

1 *Nuda venditio non obstringit ad laudimia sine possessione.*

[c] *Est vendu.*] Hoc verbum vendendi Molinæo & 1
cæteris ante eum causam præbuit, cur statuerent ex sola venditione laudimia deberi, etiam possessionis assequutione nulla præsupposita; quam sententiam nos ante improbauimus, cùm inane nomen iuris in Consuetudine non frustra esse, positum iudicandum sit, & ex communi vsu loquendi venditionem nemo intelligat sine possessionis traditione & effectu, & reali alienatione rei. Sed illę fuerunt legales argutiæ hominum in rebus agendis non satis exercitatorum, & Molin. non vnius sententiæ in eo est, secum non consentit.

Nota 3.

1 *Laudimia debentur de venditione, aut alio contractu in venditionem resolubili.*
2 *De venditione nulla non debentur.*
3 *Nec de contractu cui dolus dedit causam.*
4 *Nec de rescisso ex. l.3. C. de rescind. vend.*
5 *Nec de facto à non Domino.*
6 *Nec de venditione à minore facta.*
7 *Nec de re inalienabili.*
8 *Nec de ea, quæ fit contra leges.*
9 *Nec de emptione rei suæ.*
10 *Nec de re euicta à creditoribus.*
11 *Nec de rescissa per resti. in integ.*
12 *Secus in rescissionibus quæ rescindunt ex nunc.*
13 *Soluens indebita laudimia repetit.*
14 *An sententia contra venditorem lata faciat ius contra Dominum.*
15 *Dominus restituit quatenus locupletior.*
16 *Quid de contractibus simulatis.*
17 *Quid de condionalibus.*
18 *Quid de resolutis ob solutionem non factam.*
19 *Quandiu liceat discedere à venditione.*
20 *Quid si pretium aut pars eius remittitur.*
21 *Quid de hæreditate vendita.*

22 *Quid de contractu partim venditionis partim permutationis.* A
23 *Quid de venditione facta per auctiones.*
24 *Quid de promissione vendendi.*

1 Sed cùm hic dicat, laudimia de feagio deberi si væneat, sequitur vt eum locum, qui sextus est, hic tractemus. Quibus ex causis laudimia debeantur, materia per se numerosa, nec quæ tota vni Articulo côueniat, quare pro cuiusque Articuli arguméto separâda etiam
1 tractatio est. Hic igitur de venditionis contractu primùm agitur, qui vt frequêtissimus est inter commercia, sic non vna lege, nec paribus côuentionibus sem- B
per contrahitur, & singulas quantum fieri poterit per se species expendi expedit. Deberi igitur laudimia de contractu venditionis rei immobilis constat. Imò verò Iure nostro Côsuetudinario propemodum de sola venditione laudimia debentur, aut alio contractu in venditionem resolubili: Nam speciales sunt. Art. 61. 62. 63. qui aliis etiam casibus præter venditionem laudimia statuunt. Porrò cùm venditionem dicimus omnem omnino côtractum intelligimus, qui directò aut verbis expressis venditionem resonet, aut quid, tametsi verbis aliud sonet, re & effectu in venditio- C
nem relabitur, & coincidit, id est, constat merce ex parte tradentis, & pretio ex parte accipientis, veluti datio in solutum, cessio pro iuribus pecuniariis, vel mobilibus æstimatis, si modo specierum vice nô fungâtur, aut quæ affixa nô sint, & immobilibus nô cedût. Attingit id Molin. §. 55. glos. 1. num. 8. 9. & §. 58. num. 36. 38. 39. & seq. §. 57. num. 17. 21. 22. 29. & §. 23. glos. 1. num. 1. Itaque siue veri & aperti sint contractus, & nullam fraudem tegant, nec quidquam adumbrent; siue nomine permutationes sonent, re venditiones sint, aut aliter simulati, cum alius tamen contractus venditionis geritur, ad laudimia obstringunt, si pecu- D
nia pro solo præstatur.

2 Veram venditionem dicimus, quæ re & verbis & nominibus talis est, nec colorem alium quærit &, id est, quod sonat, & valida est, siue materiam spectes, quæ iure in contractum cadit, siue personas quæ contrahunt. Nam si aliquid horum peccat, & aut nulla, aut inualida est, hic subsistimus. Quippe indefinitum theorema traditur; quoties de contractu lege, aut Côsuetudine indicitur Gabella, de contractu valido, & qui iure consistat intelligi, his qui nulli sint, nec rem, nec appellationem, nec effectum conuenire, nec tales E
dispositiones his congruere. Hæc sententia Cy. Bald. Saly. Ias. l. vlt. §. sin autem. C. communia de legat. Bart. & Bald. l. non dubium. C. de legib. Sed hic locus plenè cumulatur à Molinæo. §. 22. q. 4. Tiraq. §. 1. glos. 2. num. 7 in retract. Eodem §. 26. glos. 2. num. 8. & in retract. conuent. §. 6. glos. 2. num. 5. Ergo si côtractus nullus est ex causa inexistente à principio, & via nullitatis reducitur ad non causam, & anihilatur siue propter defectum solennitatis, aut autoritatis, siue ipso iure, siue per sentêtiam, siue iure communi, siue speciali, siue hominis, siue legis ex causa retroactiua & habente causam de præterito, & ipsum con- F
tractûm concomitante, contractus resoluitur, & laudimia non debentur, & excidunt, nec peti possunt, Mol. §. 55. glos. 1. limit. 3. num. 13. 16. 23. & 26. & §. 13. glos. 5. q. 11. & §. 22. q. 5. & 11. num. 52.

3 Talis est contractus cui dolus causam dedit in bonæ fidei commerciis. l. eleganter. in princip. D. de dolo, qui si resoluitur postulante eo qui dolum non admisit, nec laudimia debet, & petentem Dominum exceptione repellit, etsi soluerit côdicit. Sed si is qui dolum admisit soluit, non repetit, quia probrum suum allegat. l. 1. D. de cond. indeb. l. 1. C. eod. siue coactus, siue actione, siue præhensione adactus soluerit, nec recuperat ab eo qui dolum admisit fundum condicête. Si tamen per sententiam rescissus sit contractus, tum exceptione sese tueri potest, quia constat nullum esse contractum, ex his quæ Ias. notat. l. iusiurandum quod ex conuentione. §. procurator. D. de iureiur. de quibus Mol. §. 22. q. 11.

Talis etiam contractus est qui rescinditur ex l. 2. C. 4
de rescind. vend. Nam etsi possit accidere, vt iustum pretium suppleatur, atque ita côtractus non resoluatur, id tamen fit contingêter & contractu non ad hoc ordinato, cùm in actione rescisio ipsa & cassatio contractus simpliciter veniat iure actionis, quanquam in solutione sit pretij suppletio, & ideo concludi debet in libello precisè ad contractus cassationem; quamuis Bart. alternatiuè concludi censeat, quem & tribunalia sequuntur, sed tamen stricta iuris ratio aliud poscit, licet præcisè conclusioni succedat altera pars, quæ in facultate & solutione est, quod cùm ita sit relinquitur rescisso contractu ex ea causa, nulla laudimia deberi, quia nullitatis causam implicitam habeat, & innatam eo ipso tempore cùm fieret, si tamen suppletum sit iustum pretium, de toto laudimia deberi. Sic Molin. §. 22. q. 9. & §. 55. glos. 1. numer. 26. & §. 23. limitat. 1. numer. 9. Excipit tamen Mol. d. §. 55. eo casu, nisi emptor diu in possessione fuisset, quia (inquit) fructus non restituat; & interim alienatio effectum habuerit, & tantùm de fructibus perceperit, quantùm nomine laudimiorum soluerit, de quo tamen amplius deliberandum puto.

Idem & in emptione à non Domino facta, quam 5
proprietarius euicit, de quo Mol. d. §. 22. q. 19. num. 64. & §. 55. glos. 1. num. 14.

Talis est venditio à minore facta, quam deinde 6
rescidit per restitutionem in integrum. Idem Molin. §. 22. q. 4. & §. 23. limitat. 1. num. 9.

Talis etiam contractus, cùm lex dicta est rei reali- 7
ter ne alienetur. authentica res quæ. C. communia de legat.

Talis qui contra leges prohibitiuas fit, siue propter 8
commercia interdum certarum rerum, vt domanij Regis, aut rei sacræ, aut publicæ. l. non dubium. C. de legib. siue propter interdictionem personæ factâ.

Talis est & rei suæ emptio. l. rei suæ & l. in emptio- 9
ne. D. de contrah. emp.

Talis etiam, qui à creditoribus vi priorum hypo- 10
thecarum anihilatur, quicquid distinguat. Molin. §. 22. q. 18.

Quæ omnes causæ cùm ex præterito & materia contractui innata resoluant contractus, & ad non causas reducant, fit vt cùm toto effectu suo & consequentiis corruant; nec laudimia producere possint, de quo & Guydo Papæ decis. 126. Steph. Bert. cons. 45. vol. 1. Boër. tit. de feud. §. 5. Iacob. tit. de royd. num. 25. & 58. & Mol. vbi sup. Quia traditur restitutionem 11
in integrum vires suas, etiam ad tertium porrigere, quando sunt ei quęsita ex causa, quæ per in integrum restitutionem resoluitur & annullatur; quod ait Iacob. de Bellouis. c. 1. tit. hic finit. lex. Corrad. vbi Bald. Aluar. & Præpos. & quos congerit Molin. §. 22. q. 6. num. 36. & 39. Secus in his causis, quæ non ex præteri- 12
tis & inexistentibus, sed extrinsecus, agnatis, accidentibus & superueniêtibus casibus, & vt ex nunc rescindunt, quia tales rescisiones ad præterita vim non extendunt, sed futura considerant: & anteactis manentibus in præsentia tantum agunt, veluti quæ fiunt remedio. l. si vnquam. C. de reuoc. donat. quod Molin. agit. §. 22. q. 13. & 14. aut quæ ex causa ingratitudinis reuo-

reuocant, aut quæ ex delicto confiscant, aut felonia admissa, de quo ille d. q. 13. quod ille pluribus agit. d. §.22. q.6. numer. 57. & q.7. numer. 46. & §.13. glos.5. numer. 34.

In his enim laudimia debentur, quamuis annullatis contractibus, vt locis supra allegatis. & §.54. q.4. Molin. scribit.

13 In aliis retroactiuis & Dominus laudimia petens exceptione repellitur, & si soluta sint condicuntur, quod intelligimus cùm contractus ex toto nulli sunt, secus si effectum aliquem habuerunt, sed non ex toto, vt quia emptor non est damnatus ad fructuum restitutionem euincenti, de quo Mol. §.55. glos.1. numer. 16. & 25. & 26. Nec distingo, quod quidem faciunt, an sciens, an ignorans emptor soluerit, nisi vno tantùm casu, cùm dolo contrahentem induxit, videlicet, cùm prohibente lege emit, vel alium circonuenit non reipsa tantùm, sed machinatione: Nam hoc casu solutum non repetit, propter dolum, quod Molin. tradit. d. §.22. q.11. in cæteris repetit, vt id eod. §. 22. q. 5. Nec nouus iste acquisitor scienter soluendo sibi præiudicat, nec cẽsetur donare voluisse, quæ coniunctura non habet locum, cùm alia causa quam donationis expressa est. l. si cùm aurum. vbi Bart. D. de solut. & quia sciebat se tãquam possessorem cogi posse, ideò non videtur sponte fecisse. l. nouissimè. D. quod fal. tut. aut. gest. esse dicet. Sed hoc quidem verum est nullitate iudicata aut patefacta: Nam interim dum pendet, Dominus fundatam habet intẽtionem, vt prouisionaliter exigat à possessore manu mutata, quod idem Molin. scribit. d. §.22. q.5. & q.11.

14 An vero sententia contra venditorem lata, ius faciat contra Dominum, Molin. d. §.22. q.5.

15 His tamen casibus hactenus Dominum teneri volunt, quatenus locupletior est tantùm, nam si perdidit, donauit, absumpsit, non teneri Molin. d. §. 22. q.5. & §.55. glos.1. numer. 16. & 22. & 23. nisi ipse Dominus nullitatem sciret, vt ibid. §.55. d. glos.1. num. 23.

16 Quod de contractibus nullis dicimus, eadem & de simulatis intelligi volumus, tali quidem simulatione qua nullus cõtractus geritur ab partibus, quæ contrahere non intendunt & simulant: tamen secus in his in quibus contractus fit laudimiis natura sua subiectus, veluti venditio sub specie permutationis, nam tum id potius spectatur quod verè agitur, quàm quod agi simulatur. l.1. C. plus val. quod ag. nec refert quo nomine res veletur, dummodo veritas subsit, de quo Molin. d. §.55. glos.2. num.8. & §. 23. q.22. Tiraq. §.1. glos.2. numer. 11. Idem dicimus si vitiatis contractus alicuius substantialibus, is in alium transeat in terminis. l. vbi ita donatur. D. de donat.

17 De re vendita redhibita, eadem statuenda, si necessitate legis propter vitium & non ex conuentione redhibeatur, quia redhibitio contractum retro annullat, & ad non causam reducit. l. cùm autem. §. Iulianus. & l. facta. D. de ædil. edict. Tiraq. in retract. conuent. §.6. glos.2. num.15. Molin. §.22. q.7. quanquam in soluenda Gabella contra Baldus putat, l. si prædium. col.2. C. de ædil. edict.

18 Dubitatum de ea venditione, quæ inter partes conuenisset nullo ad solutionem pretij tempore dato, quo casu præsenti pecunia facta intelligitur, quæ si non soluitur præsens, potest venditor rem vẽdicare, quam vendidit, quod Bart. Paul. Alex. notant. l. si cum dotem. §. vlt. D. sol. matrim. posset verò & alteri vendere, nec tùm in crimen stellionatus incideret, quod Odoff. & Bald. scribunt. l. venditor ex hæreditate. D. de hæred. vel act. vend. Imol. Cuman. Alex. Ias. l. à diuo pio. §. si emptor. D. de re iudic. ita fit, vt si quis

A talis casus accidat contractus ad non contractum ex causa inexistenti reducatur, propter non impletam substantialem conuentionem ipsius rei & contractui implicitam & inclusam, atque in terminis superiorum theorematum irritato cõtractu ex causa de præterito, laudimia nulla debeantur, cùm & alteri liceat vendere, & venditor necessitate contractus absoluatur, propter non impletam substantialem contractus partem. Secus si dato ad solutionem tempore, sua die non solueretur: Nam tùm contractus perfectus est & executio duntaxat suspensa; agendum igitur ad solutionem & implementum contractus, non ad resolu-

B tionem, quia contractus semel tradita possessione, resolubilis non est translato dominio, quæ possessio non resoluitur. Secus si possessio solutione suspensa esset, nam non minùs contractus annullaretur quàm casu superiori. Hæc Molinæi sententia. §.23. q.3.

Quæsitum est de resolutione contractus, An de ea 19 laudimia debeantur. Res ab eo pendet, quandiu liceat ab contractu discedere, & res eo respectu integra dicatur. Et statuitur, ante traditionem actualem possessionis etiam ex interuallo partes discedere posse, non solum in præiudicium Domini, sed alterius cu-

C iuscunque, cui quidpiam ex contractu inter duos inito quæritur, etiam si pretium numeratum esset, vel pignora ob euictionem accepta. ex. l.1. & toto tit. C. quando liceat ab empt. disced. quod Molin. latè persequitur. §.13. glos.5. q.2. & 3. etiam si solitæ clausulæ precarij, aut vsusfructus, aut aliæ ciuiles additæ sint, modo ne emptor adhuc fruitus sit, quod ille ait d. q.2. & 3. & §.55. glos.1. num.33. & §.22. q.2. & 3. & num. 18. & 19. nec puto hoc casu Dominum præuenire libello posse, si partes discedere velint, cùm iure permittatur, quanquam Molinæus contra putat. Secus post traditionem, quia si ab priore contractu discede-

D rent duplicia deberent, vt de duobus separatis contractibus, nisi in ipso actu traditionis discederetur, quanquam speciales hac de re Cõsuetudines Prouinciarum extant, in retract. Tiraq. §.1. glos. 2. num.38. 20

Incidere solet & controuersia alia, cùm quis fundum mille aureis vẽdidit, deinde aut pretium aut partem pretij remisit, & accepto tulit; Dubium facit hîc, quod hic contractus re & effectu videtur in donationem reincidere. Nam qui hoc modo acquirit rem & pretium habet, nec pretium pro merce soluit, quod in venditionibus solemne est & substantiale. Respondeo

E hîc referre, quid actum sit; Nam si ipso statim initio contractus conuenit, vt pretium redderetur, vera donatio est, non minus quàm ea quæ vno nummo fieri dicitur, & imaginaria licet venditio vocetur, adumbrata donatio est, de qua Tiraq. §.30. num.3. Idem & si post conuentionem venditionis incontinenti pretium donandi animo restituatur, quippe id initio videtur conuenisse, quod tam breui post tẽpore factum est. Sin cùm vera vẽditio intercessisset, & pretium deberetur, mutato consilio venditor pretium donauit, venditio est, & pretij donatio; nam pretium donare, profundere, aut perdere potuit venditor, nec con-

F tractum semel perfectum euentus superueniens aut resoluit, aut corrumpit. Talia Molin. §.13. q.12. num. 53. & 13. & §.23. q.15. & §.55. glos.5. q.2. Tiraq. in retract. conuent. §.1. glos.18. q.8. Chas. tit. *des retraicts*, §. 1. Sed hîc intelligimur loqui de his venditionum resolutionibus, quæ implicitas necessitates, aut causas non habent de preterito, veluti accidit, cum venditor pretium remittit, quia emptor uult intentare remedium. l.2. C. de rescind. vend. aut è contra, de quo Molin. §.55. glos.1. num.30. & glos.5. q.2. Tiraq. d.§. 1. aut quia aliqua de causa ex iure rescissio petebatur,

Hic si pretij pars remittitur, & talis causa vera, & sine collusione, aut fraude subesse præsupponitur, cùm non spôtanea sed necessaria & causata à lege detractio aut adiectio fiat ad pretium, de ea laudimia debentur citra considerationem pretij expressi, quia fictione legis talis ab initio contractus conuenisse videtur, qualem lex reformauit, vt Molinæus probat d. §.55. glos.1. num.30. & §.22. num.19.

21 Et quoniam eas, quæ de venditionibus controuersias incidunt, persequimur, de eo quoque inquirendum. Quid si hæreditas vænit, an laudimia debeantur, & quæ eorum æstimatio fieri possit aut debeat: Nam cùm hæreditas nomen sit iuris, & corpus non contineat, ante verò diximus subiectum laudimiorũ esse fundum, difficilis est controuersia. Sed ita diiudicandum est, vt respiciatur qualitas talis venditionis: Nam si venditione hæreditatis iura ad immobilia væneunt, consequitur laudimia deberi, non tamen de æstimatione prædiorum quæ in hæreditate reperiuntur, sed de pretio conuento. Itaque magnæ incidere dubitationes possunt, cùm mobilia quoque in venditionem deducuntur, quorum ratione cùm laudimia non debeantur, difficile iniri separatio potest, cùm vnum est pretium, quantum cuiusque rei venditæ nomine debeatur, aut deduci debeat. Nec exspectandus est litis euentus, si forte de rebus & prædiis hæreditariis controuersia sit, quia pro iure vendito debẽtur laudimia, nec corpora vendita sunt. Itaque non sicuti in particularium rerum vẽditione, possessio aut manus mutatio expectanda est (sicuti ante diximus,) vt laudimiis locus fiat, sed protinus debentur, cùm ius tantum incorporale væneat, & consummatus sit hic contractus iurium cessione, quia quod in corporalibus est traditio possessionis, hoc in incorporalibus est cessio, ex
22 glos. l. vlt. C. quando fisc. vel priuat. Bart. & Bald. l. 1. C. de act. & oblig. & hic locus latè apud Tiraq. in retract. §.1. glos.7. num. 11. & 12. & hac de re aliquid. §.1. glos.7. num.80.85. & seq.

Et quoniam superiori hæc quoque implicita est, quid censendum sit de eo contractu, qui partim venditionis sit, partim permutationis, partim mobilium, partim immobilium, à qua parte diiudicandus sit, vt laudimia debeantur, aut non debeantur, quam dubitationem latè Tiraq. exercet in retract. §.3. glos.1. & vlt. & cum multas multorum sententias ediderit, illa sequenda est, quæ separatorum separatam vult esse rationem, ac pro rata eius quod mobile aut immobile sit de contractu iudicandum, vt laudimia debeantur pro rata pretij, pro permutatione nõ debeantur, quod Angel. in specie putauit in l. quæritur. D. de stat. hom.

A Alciat. l.2. D. de verb. oblig. & Tiraq. vbi sup. num.58. & crebræ Prouinciarum Consuetudines hanc sententiam sunt complexæ, quas eo loco Tiraq. recitat Io. Igneus. l.3. §. si conditioni. D. ad S. C. Syllan. Molin. §.23. q. 15. & §.13. glos.5. q.12. Nos vero fraudem semper excludimus, & simulationem quæ facilè præsumitur in talibus, non admittimus.

Atque hæc de venditionibus voluntariis & spon- 23
taneis, sed de his quæ necessario fiunt, scilicet, ab Iudice per auctiones & subhastationes, an earum nomine laudimia debeantur magna est pugna, & deberi negant Cun. Bart. Bald. Fulgos. Castr. l. si ideo. D. de B cond. indeb. Ias. l. vlt. q. 7. C. iur. emphyt. Contra Bald. cons.306. lib.1. Alex. l. si finita. §. si de vectigalibus. D. de damn. infect. & Pet. Iacob. tit. de locat. Molin. §.13. q. 10. num.48. Tiraq. §.1. glos.14. num. 14. & hanc nos sequimur, neque quantum ad hoc differentiam constituimus inter alienationes necessarias & voluntarias, cùm ex omnibus laudimia debeantur. Nam de his actionibus, quæ in rebus cõmunibus diuidendis fiunt, posterius dicemus art. 73. siue inter consortes, siue extraneo admisso fieri contingat.

Sed hæc cùm de venditionibus perfectis tradide- 24
rimus, quid existimandum sit de promissione venden- C di rem, an de ea quoque laudimia debeantur. Potest id quidẽ decisum videri ex his, quæ diximus de actionibus personalibus & realibus ad rem sup. numer.7. Nota præcedenti, tum quia promissio de vendendo, venditio non est, quod latè agitat Tiraq. in retract. conuent. in fin. q.5. Molin. §.55. glos.1. q.5. Et Molin. negat de simplici promissione deberi. num.78. & 89. nisi verba referantur ad actum de præsenti, & omnia præsto sint ad substantiam actus, quia tunc attenta intentione partium, & subiecta materia putat pro ipsa venditione haberi. Sequuta vero venditione debentur, vt idem scribit. num.89. cõfluente vtroque pretio in vnum, quanquam num.86. contradicat, nisi D de ipsa promissione ante essent soluta, quia tum de venditione, quæ fit in executionem promissionis, non debentur. Sed ego de toto deberi puto: Quid enim esset facilius alioqui quàm fraudem facere diminuto pretio rei per promissionem, de qua laudimia non deberentur? de quo & Iacob. extat sententia tit. de royd. Cui accedit ratio, quod promissio per se manum non mutat.

¶ *Par le detenteur.*] Diximus initio iura Dominica ab possessoribus peti potius, quàm Dominis non possessoribus, & rei esse onera redemptiua & laudimia, & cætera onera feudalia. Illinc pete.

Article LX.

Art. LIII. Nouae Cons.

T si le vendeur dudit feage [a] a fait maisons, [b] ou planté bois [c] portant fruict, [d] ou autres edifices, [e] qui doiuent demeurer au lieu, & [f] estre reputez pour heritages; & [g] il vend l'heritage à vn, & [h] à vn autre les edifices, ou autres choses, [i] il doit payer du tout les ventes à son Seigneur.

ET si venditor feagij, seu rei in feudum datæ [a] coædificauit, [b] aut implantauit arbores frugiferas aut [d] alias ædificationes, [e] quæ remanere debent in loco, & [f] haberi pro fundo; & [g] vendit fundum vni, & [h] alteri ædificia, aut alias res, [i] debet de toto soluere Domino laudimia.

Nota

NOTA 1.

1 *Venditio hic arcam alienationem comprehendit, &c.*
2 *Artic. non comprehendit seminarium* pepiniere, Semiz.
3 *Arborum frugiferarum & infrugiferarum eadem conditio hic.*
4 *Annexa, defixa, & solo inhærentia.*

[a] *A fait maisons.*] Idem & si venditor non ædificauit ipse, aut solum implantauit, sed ante ædificatum, aut implantatum vẽdidit, cùm id ante eodem in statu feudum accepisset; nec refert quo quis titulo acceperit,
1 nec quia hîc dicit, LE VENDEVR, dispositionem restringere putanda est Consuetudo, si modo ex tali titulo transferat is, qui ante acceperat, ex quo laudimia debeantur. Facit vero ad hunc tex. decis. Alb. & Ias. de qua infrà, verbo, *Il doit ventes du tout.*

[b] *Ou planté bois.*] Si tamen, id quod plantatum est, radices egit quo tempore arbores solo cedunt. §. si titius. Instit. de rer. diuis. l. adeo. & seq. & l. qua ratione. D. de acq. rer. dom. Nam de seminario alia ratio est, quo arbores & plantæ deponuntur, vt inde deinde
2 transferantur: Nam tales arbores fundi non sunt, tametsi implantatæ & insitæ. l. quęsitum. §. ea vero. D. de fund. instr. & instrum. leg. quod Molin. annotat. §. 1. glos. 8. num. 7. tit. de feud.

3 [c] *Portant fruict.*] Inepta adiectio translata de veteri libro, quasi quidquam ad rem faciat, quod arbores frugiferæ sint, quantum quidem ad subiectam materiam attinet, cùm omnium etiam infrugiferarum eadem conditio sit, etiam si baccas tantum ferant, vt æquifolium: Frequentioris tamen vsus causa dictum videtur.

[d] *Ou autres edifices.*] Hîc vox, alius, implicat etiam ædificationis verbo implantationem cõtineri, sed impropriè & vulgari vsu loquendi. Quod autem, *autres edifices*, dicit, finge ardearias esse, pistrina solo affixa, aut molctrinas fullonarias, & talia non exemptilia.

4 [e] *Qui doiuent demeurer.*] Quæ natura, conditione, & vsu solo inhærent, aut destinatione perpetua patrumfam. ita vt conuelli nulla spes sit, quo in genere sunt ea quæ numerantur. inf. art. 537. & art. 252. id est, *toutes choses creuës, issuës, ou annexees à la terre.* Annexa, defixa, defossa, l. fundi. D. de act. empt. Qua de re longa est tractatio Tiraq. in retract. §. 1. glos. 7. Molin. §. 1. glos. 8. num. 8. & Boër. decis. 229.

[f] *Estre reputez pour heritage.*] Quæ, etiam si talia substantia non sint, iuris tamen interpretatione, aut hominum recepto vsu, inter talia habentur.

NOTA 2.

1 *Art. scopus, vt fraudib. occurratur.*
2 *An vnus contractus, an eodem tempore, an ex interuallo, &c.*
3 *Summa non diuidenda attribuendam iurisdictionem* aux Presidiaux.
4 *Inspicienda natura actus, qui geritur.*
5 *Circunstantiæ quæ fraudem detegunt.*
6 *Fraus ex parte venditoris solius sufficit, &c.*
7 *Fructus pendentes venditi laudimia debent, &c.*

1 [g] *Il vend l'heritage à l'vn, & à l'autre les edifices.*] Totus huius Articuli scopus est, vt fraudibus occurrat, cùm contrahentes, vt laudimia aut in totum aut in parte eludant callido artificio, quod natura vnum est & integrum, in partes secant, & particulatim distrahunt, quod vetus Consuetudo multo disertius expresserat. Quod cùm fit, nihil interest an eidem personæ, an quod hîc dicit, diuersis res eadem & vna vendatur:

Argentr. in Cons. Brit.

A nisi quod facilius fraus in eadem persona deprehenditur ex antecedentibus, consequentibus & adiunctis. Quod magis astuti solent interpositis personis facere, quæ alieno contractui sese accommodant, vt duo potius contractus videantur numero & diuersitate personarum, cuius rei exempla sunt, l. pupillus. §. sed & si per interpositam. D. de autorit. tutor. l. penultim. Cod. de eo quod met. caus. l. 1. Cod. de contract. iudicib. l. eos C. si cert. petat. l. & qui sub imagine. C. de distract. pignor. l. qui testamento. D. de probat. l. si spurius. §. generaliter. D. de donationib. inter vir. & vxor. & si quæ alia sunt. Nil igitur interest, an 2
B vnus & idem contractus eodem tempore, an ex interuallo, an in plures personas, an vnam tantum concipiantur, & siquidem vnicus contractus præsupponitur, & in fraudem laudimiorum diuisus, quod Molinæus hoc ipso in huius Articuli casu notauit, tit. de censib. §. 55. glos. 3. num. 32. præsertim cùm finis cogitatæ fraudis perspicitur, veluti in tribuenda Iurisdictione solemus dicere, cùm Præsidibus cognitio de 3
decem libris tribuitur, de duodecim adimitur, non rectè ad tribuendam Iurisdictionem summam, quæ duodecim sit, in bis sena secari, vt vnius summæ duæ
C per se partes in Iurisdictionem cadant, sicut nec è contra plures per se & natura separatas cumulari, ad eam impediendam, quod Bart. Bald. Lud. Rom. Castr. Ias. omnes denique notant. si idem cum eodem. D. de Iurisdict. omn. iudic. & alibi diximus. Inspicienda 4
igitur rei & actus qui geritur substantia, & natura, quæ vbi qualis sit cognitum est, nihil interest quo figmento res tegatur, si modo introspici possint quales sint. Nam vbi res in dubio est, status coniecturalis est, quod actum sit, & ad circunstantias, & signa recurrendum, quibus fraudes conuinci & retegi solent. de quibus multi multorum tractatus extant, Bar-
D tholomæi Cepollæ professo libello, de simulat. contract. Tiraquel. in retract. conuent. in præfat. & §. 1. glos. 7. numer. 64. & iterum glos. 14. numer. 22. tit. de retract. lign. Iacob. de Sancto Georgio. tractat. de royd. numer. 31. Molin. §. 58. numer. 22. vnde multa ad hunc locum accommodata dici possunt. Magna suspicio de eo contractu in quo pars mox reliquum rei venditur, per partes, aut arbores, nec ita multo interiecto tempore fundus ipsi distrahitur, quod hic tractat Articulus. Adiuuant verò circunstantiæ qua- 5
les factum circunstant, quæ Rhetores ediuncta vo-
E cant, proloquutiones, inopia venditoris, æs alienum, creditorum assiduitas, tum si idem soli & arborum emptor est, vicinitas actuum, multiplices contractus, communicata & conscia consilia, sed & separatio instrumentorum, & sepositæ conuentiones considerandæ per contraliteras, vt loquuntur, de quo Tiraquel. d. glos. 14. num. 36. & 37. vsque ad 39. & in præfat. retract. conuent. numer. 9. & in fin. eiusdem tituli. numer. 27. quo retecto res plana fit & artes patent, & meditata consilia ad iura Dominica eludẽda. Proinde 6
nec necesse est fraudem participari ab emptore, vt lo-
F cus fiat laudimiis, aut aliis iuribus Dominicis, cùm re ipsa fraudem fieri sufficiat, & vẽditoris ingenio. Nam & potest accidere, vt emptor bona fide arbores emerit, nihil de fundo cogitans, quem postea nouo cõsilio emerit. Imò & qui vulgò arbores vendunt, negare solent se fundum vendituros, ne rei familiaris angustias pandant, cùm tamen iam tum in animo habeant vendere. Nec verò quod hîc dicit, locum habet tantum, cùm arbores væneunt quæ pars rei habentur, tum solo insideant, & in fructu non habeantur, sed etiam in fructibus, qui pendentes venduntur, separatim vni & prædiũ alteri. Nam etsi de fructibus separatim vẽdiws, 7

laudimia nulla debeantur, cùm tamen vna cum fundo sunt venditi pretium augent, de quo solido laudimia debentur. Idem si per fraudem separata venditione sunt distracti, Molinæus censet de vtraque venditione laudimia deberi. §.23. q.20. & §.58. num. 22. & Boër. latè, decis. 229. Quæ sententia si recipitur in fructibus, qui ita è solo colliguntur, vt subinde renascantur & separêtur, & mobiles fiunt, multomagis in sylua & arboribus non cæduis recipienda erit, quibus venditis pars soli vendita videri debet.

[h] *Et à vn autre les edifices.*] Quod hîc dicit, aut de facto fieri intellige, aut ruri, aut ipsa ædificia solida vendi: Nam in vrbibus ædificia dirui, & per partes vẽdi prohibentur, ne illæ ruinis deformentur. l. cætera. §. hoc Senatusconsulto. D. de legat. j. l. Senatus. D. de contrah. empt.

NOTA 3.

1 *Hic art. præcipuè factus propter venditiones syluarum.*
2 *Quãdoque arborũ vẽditio caret fraude & nu.3.6.& 9.*
4 *An Dominus possit prohibere vassallum syluam cedere, & num.5.*
7 *Non est retractus in arboribus exscindendis.*
8 *Quid de rebus quæ per se considerantur.*
10 *Quid* des sablonnieres, marnieres, perrieres, & d'ardoises, *an pensio soluenda à vassallo, &c.*
11 *De lapidib. an renascãtur, & sint in fructu, & nu.12.*

[i] *Il doit payer les ventes du tout.*] Nam cùm vnicus contractus proponatur, vnum pretium, vna merx, quanquam pluribus partibus constans distantibus, sicuti. l. mixtura. D. de vsucap. appellat, Laudimia etiam oportet esse vnica & solida, pro quo facit sententia Odof. Alber. & Ias. in l. vlt. C. de iur. emphyt. & Boër. decis.19. quod si Dominus solum dederit in emphiteosim, in quo turris ædificetur, aut si vendatur plenum fructibus, de solo & superficie laudimia de-
1 bebuntur. Hic verò Articulus præcipuè factus est propter venditiones syluarum, *des touches, & bois adiacents des maisons:* Nam ædificia nemo nisi nequissimus per partes distrahit, nec facere quisquã per Magistratus sinendus est. Prouerbio dicitur, vulgò, *Quand les bois tombent, la terre en tremble.* Id verum est, & per naturam & mores à cõmuniter accidentibus. Nam cùm arbores venduntur; omen est, & prædij quoque impendere venditionem, vnde huius Articuli coniectura; quanquam negari non debet, circunstantias posse
2 incidere, quæ has quoque suspitiones eluant, veluti præsumptio præsumptione alia detegitur, vt l. diuus. D. de in integ. rest. & Molin. differit isto in casu. §. 55. glos.2. num.8. & argumenta dici possunt plerumque, quæ venditori arborum animũ non fuisse prædij vendendi testari possunt, quod cùm incidit & probatur, de arboribus venditis laudimia non debentur quantumcunque vendito postea fundo; nec talis casus ad hunc Articulum pertinet, qui tum demum locum habere existimãdus est, cùm separatim ista væneunt meditata ante fraude eludẽdorum laudimiorum, quæsito prætextu, non si bona fide & ex euentu; Qua de re coniecturas adfert Molin. §.13. glos. 1. q. 17. & §.55. glos.1. num.12. Nam & attenti & considerati patresfam. hoc idem persæpè faciunt, & frugiferum solum vberiores renascentes, & subinde rediuiuos fructus ferre solet, & vincit vtilitatis cõsideratio, etiam si forsan occasione ingruente aut alterius prędij comparãdi causa, prędium ipsum quo exemptæ arbores sunt vendi contingat. Sed & cautos homines quosque hodie in re familiari vsurpare & pręcipere video, vt certi vertentibus annis syluarum tractus distrahantur magno

A pretio, qui deinde de matrice repullulescant, vnde nouellis relictis plantis (*baslliueaux*) noua iterum sylua resurgat, atque interim in cæduam abeat, ignoto maioribus nostris profectu, quibus propemodum nefas fuit syluas cæcidisse, non minus quam antiquis deorum lucos, Sed & incolarum necessitas interim cædi syluas non cæduas cogit, quod & Aresto aliquando decretum etiam in Regiis Lucius alicubi scribit, *qu'ils appellent ventes ordinaires, ou extraordinaires*, quo vsu syluæ in fructu habentur. Sed & prata interdum illis ipsis locis vtiliter curantur, quod genus soli præcipuum in agricultura Cato censebat. Quare sic sta- 3
B tuendum, eum, qui syluam cædat, non protinus nec semper distrahẽdi prædij animum habere, nec in fraudem Domini facere, etiam si posterius sed ex euentu contingat prædium distrahi, sed hoc Articulo consilium fraudis damnari: Nam de eo qui syluam per se vendit postea trademus. Sed quia persæpè in controuersiam venit, & res est digna quæ inquiratur, An 4
Dominus feudi vassallum possit prohibere syluam cedere, aut nemus deiicere, dicendum est quod vsui esse possit cùm occurret. Ac iure quidem ciuili negant Iurisconsulti grandes arbores in fructu esse. l. arboribus
C D. de vsufruct. Ideóque perpetuo soli detrimento fieri, cùm pars soli habeantur, nec tantum vsufructuario liceat. l. Sed si grandes. l. æquissimum. §. fructuarius. D. de vsufruct. nec marito in fundo dotali. l. diuortio. §. si fundum. D. sol. mat. neque emphyteotæ in re emphyteotecaria. quod. Dyn. Bart. Bald. Ang. Alex. Lud. Rom. Cuman. notant. d. §. si fundus. Nec patri administratori bonorum filij. l. vlt. §. sin autem. C. de bon. quæ lib. nec colono. l. si merces. §. culpæ. D. locat. l. si duobus. §. si colonus. D. de iureiur. nec conductori. l. in fraudem. §. conductor. D. de iur. fisc. nec creditori in re debitoris. l. si conuenerit. §. si
D quis vbi Bartol. & Salyc. D. de pignor. act. Nec socio in re communi. l. etsi non. §. venit. D. communi diuid. Nec quod hîc quęritur vassallo in feudo, iure quidem feudorum ex sententia Alb. Lud. Rom. Ias. d. §. si fundum, Domin. d. c. ad apostolicæ. de re iud. in vj. Bald. c. vlt. ext. de re iudic. Guydo Suz. Cy. Bald. Cast. Saly. auth. qui rem. C. de sacrosanct. Eccles. Aluarot. c.1. §. quid ergo tit. de inuest. de re al. facta. Cepol. tractat. de seruitut. tit. de montib. Io. de Platea. l. quisquis. C. de censibus Matth. Afflict. decis. 265. numer.73. Bart. & additio ad eum. l. id frau-
E dem. §. si conductor. D. de iur. fisc. Bald. l.1. ad fin. C. de iur. emphyt. Sed nunc quo iure vtimur longè 5
quidem diuerso feuda habentur, cùm tam feuda in patrimonio nostro sint quàm quæ maximè, ideóque & libera & absoluta in potestate alienandi sunt, etiam irrequisitis atque adeò repugnantibus Dominus feudorum, salua conditione & iure feudali. Quare nec arbores exscindere vassalli prohibentur, nec prohiberi possunt prætextu quasi minoris fundus futurus sit, cùm vassallus re sua vtatur ad vsum permissum, & vtilem, citra substantiæ rei corruptionem, etiam si laudimia per consequentiam diminui contingat, cùm
F arbores non sint pars essentialis fundi, nõ magis quàm fungi, aut in corpore vngues, & capilli, qui sine corporis damno resecantur, cùm vassallus de re sua & sibi negotium gerat, citra alieni damni respectum aut intentionem, quod Molin. persequitur. §.23. q.20. & §.13. glos. 4. in princip. & eod. §. glos.1. q.19. & §. 55. glos. 1. num.12. & q.18. & glos.3. numer.32. Accedit 6
verò, & quod persæpè causæ dicuntur, cur & fieri debeat, siue quia vberiores fructus expectantur, & anniuersarij, siue quod ædificiis, & magnis pretoriis noxia opacitas sæpè deprehenditur, & apertionibus obstat

aut opportunos ventos non admittit, quo fit vt insalubres plerumque habeant syluæ vicinitates. Vnde euenit, vt quanquam quoddam veluti interesse Domini feudi dici possit ob diminutum valorem rei, & certè tex. probat. l.forma §.quid si exciderit. D. de cēsib. id tamen postponatur vtilitati vassalli & libertati commerciorum, nec per se cōsideretur, quod in consequentiam citra fraudis ingenium Dominum tangit, rei substantia non corrupta, & in re separabili, nec cùm id facit vassallus inordinatè re feudali vti iudicādus est, cùm soli substantiam intrinsecam non imminuat aut labefactet, sed plerumque etiam fructuosiorem reddat, & eam excusationem tex. recipit. d. §. quod si exciderit. Quippe & agnasci potius, quàm innasci solo arbores constat, nec magis illas soli essentiales partes esse quàm lapides visceribus terræ inditos, quorum separata substantia est. Nec de his hîc Consuetudo disponere voluit, sed fraudi occurrere quomodo ante demonstrauimus: Alioqui sine fraude fuerit vassallo tales arbores vendidisse separatim, nec
7 propterea laudimiis obstringitur. Ex qua ratione id quoque traditum, cùm quis arbores eiusmodi exscindendas vendidisset, retractui cōsanguineo locum non esse, quia immobile quicquam propterea væniisse non sit iudicandum, præsertim cùm ex themate proposito ea lege væniissent vt eximerentur, nec solum haberent vbi consisterent, dicta eximendi lege; Quod & Primario Prouinciæ Iudici, & Curiæ quoque probatum est. 7. Septembr. 1562. *Entre Maistre Mathurin Cohier d'vne part & N. Legouz*, & attigit obliquè Tiraq. §.1. glos.7. num.34. & 40. in retractu, sed ita vt in cōtrariam sententiam deuergere videatur, & Lucius lib.9. arrest. tit.3. arr.1. Idem quoque Molin. sensit in eo pristino aut molendino, vt vocant, quod quisquam à fundamentis diruerat, vt cementa & materiam venderet, ne scilicet laudimia debeantur, nisi si fraus facta est vt hoc nostro textu, & postea solum quoque est venditum, cùm ab initio de toto cōuenisset, & fraude in partes sectus esset cōtractus calliditate partium. Id quidem Molin. §.52. glos.2. numer.2.3.6. & 7. Iacob. tractat. de roydis. num.35. Separata est igitur ratio syluæ per se venditæ, & eius quæ simulatione anticipatur, cùm & de fundo quoque ante conuenisset. Atque istud quidem in his, quæ partibus vnum totum
8 conficiunt & constituunt: Nam in his quæ per se ipsa considerantur, & in abstracto alia ratio est, veluti si quis solum à superficie separet, vt in domaniis congedialibus (vt vocant) in quibus superficiarius solum alieno iure tenet superficiem proprio, quod Ias. notat. l. vlt. q.4.C. de iur. emphyt. & l.1. num.45. & 46. eod.tit. Quare cùm ista diuerso iure habeantur, vendi sine suspitione fraudis possunt, cùm diuersæ personæ diuersos etiam contractus faciunt, nec de venditione ædificiorum aut emponematum laudimia debebun-
9 tur, quod Ias. ait d.l. vltim. num.44. Cæsa igitur sylua fundo detrimentum non accidit, vt diximus, cuius rei consideratio per contrariam rationem facit, vt etiam

A contra sentiendum sit, si contra fiat, ita vt si solum deterius fieri contingat & perire rei substantiam, non sit ferendus vassallus in præiudicium Domini facere, 10
veluti, cùm solo lapides eruuntur, & fundum suffodi, rudera egeri, solum consumi contingit, quod in arenariis fossilibus solet accidere, *aux sablonnieres, aux marnieres*, ex quibus, quam Plinius Gallico vocabulo (margam) appellat, eruitur aut nostra tanga impinguādis agris, aut lapidei imbrices, *pierres d'ardoize*, aut ea terra vnde lateres illæ, & figulina conficiuntur. In his cùm solum consumi, cauari, mergi, exportari contingat, & ad culturam inutile reddi, & substantia rei mutetur & pereat, & Domino feudi interesse gignatur,
B non iniusta eius postulatio est, si suæ indemnitati caueri postulat. Id vel summa semel exoluta fieri potest, vel anniuersariis pensionibus, vel certa earum rerum portione quæ eruuntur, sextante, septunce, besse, aut talibus. Quod & Aresto iudicatum est *des sablonnieres pres Laual pour le Seigneur de Poligné*, & nostri obseruant in fodinis imbricum. Nec tamen Dominus soli corruptionem ferre cogendus est si nolit, nec indemnitatem sequi incertæ æstimationis, & fundi essentiæ præferre, quia à conditione inuestituræ discedere non cogitur, & nouas conditiones sequi supposita alterius generis obligatione, quod Alb. dixit, d.l. diuortio. §. si fundum. Matth. d.decis.265. num.72. Ioan. And. d. c. ad apostolicæ. Luc. de Penna. l. fundi. C. de locat. præd. fiscal. lib.11. Bart. l. elegāter in fin. D. de pignor.
C actio Molin. §.52. glos.2. in princip. numer.6. & hæc ferè veterum fuit sententia. Nam alioqui lapides qui 11
renascuntur, in fructu volunt esse, & cædi de lapidicinis posse etiam inuitis Dominis feudorum, quia ad hoc res ordinata sit, & is rei fructus sit. Irrident Philosophi hominum indoctorum dubitationem, cùm inquirant, an lapides tales nati sint à prima mundi constitutione, an crescere, an decrescere cēsendi, sint. Qua de re ipsi non dubitant, imò & senium & morbos pati, cuius rei manifesta exempla volūt esse, quòd inclusi solido lapide aliquando annuli reperti sint & conchæ, & quędam talia. De causis vero & materia non consentiunt, & ne in metallis quidem. Theophrastus ex pura materia ortū lapidū deducit, quę percolatione fiat, Auicēna ex luto lēto, vel aqua, Albertus
D Magnus speciem quandam putat esse terræ; Crescere vero dubitat nemo: In talia renasci marmora negat, Alb. & alij quidā. d. §. si fundum. Proinde vt crescant, 12
renasci quidem apud nos lapidem certum est non solere, ideóque nec in fructu connumerandus est. Itaque cùm solum corrumpatur indemnitatem Dominis feudorum prestari æquum est, siue contractus census fiat, qui nobis diuersus est ab illo Parisiensi, de quo Molin. §. 52. glos. 2. (Ideoque nec eius sententia nobis conuenit) siue feudi datio. Nam vtrobique rerum substantiam æquè saluam esse oportet, Domino census aut feudi, & incorruptum subiectum contractus.

ARTICLE LXI.

CELVY[a] qui a engagé ses heritages,[b] & apres les[c] vend,[d] doit payer les ventes, tant de l'engagement, que de la vendition. Art. LIIII. Novae Cons.

IS[a] qui in hypothecam aut antichresim dedit fundum aliquem,[b] & postea[c] vendit,[d] debet soluere laudimia, tam de eiusmodi antichresi seu hypotheca quàm de venditione.

NOTA I.

1 *Quid valeat vox conſuetudinaria* (d'engage.)
2 *Antichreſis quid, & quomodo contrahatur, & quid valeat.*
3 *Ea poſſeſſionem non mutat.*
4 *An natura ſint omnes redimibiles pecunia conſtituti reditus.*
5 *Redimibiles pro mobilibus habentur.*
6 *De reditu redimibili laudimia non debentur.*
7 *Si reditus pretium ingreditur in venditione ſit locus laudimiis.*
8 *Secus ſi venditor aſſumit in ſe onus luendi.*

1 [a] *Celuy qui engage.*] Cùm variæ ſint in iure ciuili hy-
pothecarum conditiones, vt vox *d'engage*, hypothe-
cam ſonat, non erat facilè intelligere, de qua potiſſi-
mum hic Articulus intelligi deberet, ni relecta vetus
Conſuetudo è fontibus veſtigia obſcuræ per ſe rei
indicaſſet. Nam quanquam de ſimplici & vulgari hy-
potheca intelligi poteſt, cùm quis mutuam pecuniam
ſumpſit ſub hypothecis, deinde hypothecas vendit
imputata in ſortem mutui ſumma ante accepta, ta-
C men de his hypothecis non ſenſiſſe Conſuetudinem,
vetus Conſuetudinis liber indicat. Sed Articuli ſen-
ſum vſus raritas obſcuriorem reddidit, quãquam ma-
iorum commerciis per frequẽtem fuiſſe apparet. Fuit
igitur vbique veteri & huic quoque Cõſuetudini vox
2 (*d'engage*) idem quod antichreſis Græcis, Latini qui-
dem nomine carent. Contrahitur verò cùm debitor
accepta ſub vſuris pecunia, fundum creditori fruen-
dum dat pro interuſurio pecuniæ, hac quidem pro-
portione, vt fundi fructus cum vſuris legitimis ac-
ceptæ pecuniæ congruant. Cuius cõtractus hæc vti-
litas eſt, quod creditor citra litem, citra procraſtina-
D tiones, citra moleſtiam appellandi debitoris, citra ap-
paritionum difficultatem, per manus ſuas fruitur re
in antichreſim data. Non eſt iſta quidẽ natura pigno-
ris aut hypothecæ vulgaris, ſed fit ex conuentione. Iu-
riſconſultus in l. 1. §. pacto. D. de pignor. eiuſmodi
conuentionis meminit, qua placuit, vt fructus hypo-
thecarum creditor vſuris pecuniæ compenſaret, fini
legitimæ vſuræ; alibi etiam, vt creditor pignus in pe-
cunia ſua compẽſationem certo tempore poſſideret,
& fructum caperet. l. Caius. D. de pignor. act. extat
& talis conuentio. l. ſi is qui bona. §. 1. de pignor. l. ſi
E pecuniã. D. de pignor. act. l. ſi ea lege. & l. ſi ea pactio-
ne, & l. penul. C. de vſur. Fit vero interdum ad tempus
certum & determinatum antichreſis, vt quinquennij,
aut quod Articulo ſequenti dicit nouennij, interdum
indefinitè & ſine præfinitione temporis, quoad pecu-
nia credita reddatur & debitum diſſoluatur, quæ ab-
ſoluta antichreſis eſt: Sed tamen quantocunque tem-
pore fiat, nõ debet creditor ampliores fructus annuos
percipere, quam quãti cõueniant cum legitimis pecu-
niæ creditæ vſuris, alioqui vſuræ vitium contractum
corrumperet. d. §. pacto, præter commoditatem per
ſe fruendi.
3 F Talis tamen contractus nec dominium nec poſſeſ-
ſionem in creditorem transfert, ſed iure duntaxat hy-
pothecæ retinet & nomine proprietarij poſſidet, &
titulus occupandi implicitam ſemper habet dominij
recognitionem. l. ſerui nomine. D. de vſucap. l. ſcien-
dum. §. creditor. D. qui ſatiſ. cog. nec rectè aliter ſen-
tit. Molin. §. 57. numer. 7 verſ. quarto ſubdiuiduntur
latè §. 52. num. 50. & nu. 35. In quo ſibi ipſe repugnat,
tract. de vſur. q. 35. num. 268. & q. 19. & §. 58. num. 47.
Ideóque nullo vnquã tempore talis creditor præſcri-
beret, non magis quàm creditori poſſidenti præſcri-
A bitur in hypotheca. l. cùm notiſſimi, in princip. C. de
præſc. xxx. ann. Sed hæc aliàs. De antichreſi quidem
conſtat in idem fere recidere cum venditione cum
pacto redimendi, ſi quidem redemptio fit. Nam &
fructus emptor percipit, & habet ferè rem pignoris
loco, ſi ex euentu redimitur: Qui maioribus noſtris
tam frequens cõtractus fuit, vt eo ne in agricolis qui-
dem temperaretur ignoratione iuris, cùm eorum præ-
dia in antichreſim accipi ſpeciali cautione vetitum eſ-
ſet. Conſtit. Iuſtiniani 32. cuius titulus eſt, nul. cred.
agricol. terr. eius. Neque hic diſputabimus, quis ſit
legitimus vſurarũ modus pro pecuniæ modo & quã-
B titate, quæ perpetua eſt diſputatio Molin. in lib. de
vſur. q. 35. & dicemus. Art. 252. & 253.
Nunc id tantum admonendum, ex reditibus qui 4
pecunia conſtituantur, alios natura redimibiles eſſe,
alios cõuentione nec item natura; Molinæus quidem
perpetuo & certiſſimo aſſumpto negat eos, qui ad ra-
tionem duodecimæ duntaxat ſint cõſtituti, vllo pacto
irredimibiles fieri poſſe, quia natura implicitam ha-
beant perpetuæ redemptionis neceſſitatem, alioqui
non tolerandi, & vſurarij. Idem & de his putat, qui
ad rationem quindecim ſint conſtituti, quo in genere
C omnes ſunt qui nunc cõſtituuntur ex Ord. Carol. IX. *Hodie*
anno 1567. mẽſe Martio publicata apud nos 22. April. *ad rationem 16.*
eodem anno. Id vt demonſtret totus in eo Molin. eſt
lib. de vſur. q. 17. num. 194. & q. 5. & 6. num. 128. Sed
eos, qui ad rationem xx. pro vno ſint conſtituti, negat
natura redimibiles eſſe, propter congruentiam &
æquiualentiam pretij ad reditum, quia pro tanto pre-
tio etiam prædium & ſolum venale reperiretur, & ac-
quiri poſſet, quæ iuſta eſt æſtimatio & adæquatio va-
loris & pretij ad rem, quæ venit: Quod & ego cenſeo.
Quare falſa eſt ſententia, quæ contra putat, & omnes
reditus pecunia conſtitutos redimibiles iudicat; quod
D Molin. confirmat. §. 58. num. 31. 32. & in libro de vſur.
q. 6. num. 128. & q. 20. num. 214. & §. 57. num. 10. Hoc 5
poſito ſequitur, qui natura & conditione redimiles
ſint pro mobilibus haberi, & in omni contractu &
commercio in quod ingrediantur, pecuniæ vice & lo-
co fungi, quod ille tradit. §. 57. num. 11. 13. & 14. & §.
13. gloſ. 15. numer. 46. q. 10. vbi reditu redimibili cum
prædio permutato veram eſſe venditionem putat, ſin
irredimibilis ſit eſſe permutationem. Idem ille. §. 23.
q. 18. & §. 58. q. 50. Tiraq. in retr. §. 1. glo. 14. num. 117.
Ferron. tit. de feud. §. 20. Io. Igneus. l. 3. §. ſi conditio-
E ni. D. ad Syllan. ita vt in tali reditu actualis redemptio
rei non ſit expectanda ad iudicandum de qualitate re-
ditus, cuius natura certa eſt, nec ab euentu pendet,
quod forte in eo reditu faciendum eſſet, qui non na-
tura ſed conuentione eſſet redimilis, vt euentus re-
demptionis expectetur, cùm natura talis nõ ſit, quod
ille notat. §. 23. q. 23. In quo ſecum pugnare viſus eſt
And. Tiraquel. cùm differentias iſtas tractari non per-
ciperet, in verbis Molinæi: Nam naturæ vis, cùm per-
petua ſit, ſemper agit, nec euentum expectat; Quod
verò per accidens ſit redimibile, executionem homi-
nis & conuentionis intra tempus dictum expectat, &
F ab ea pendet ad diiudicandum finem.
His poſitis, ſequitur de conſtitutione reditus natura 6
redimilis, laudimia non deberi, quia tum nil immobi-
le veneat, vt ante demonſtrauimus, & ſubiectum lau-
dimiorum ſuper immobili fundari oporteat, cùm in
tali conſtitutione ſecuritas tantum crediti ſub hypo-
theca habili quæratur, ſiue generalis ſit hypotheca,
ſiue particularis ſiue perpetua, ſiue ad tẽpus, quæ per-
petua eſt tractatio Molinæi. §. 58. & art. 55. gloſ. 1. in
princ. gloſ. 2. Quod quidẽ verũ eſt, cùm reditus per ſe 7
vẽditur: Nã ſi primo reditus cõſtituatur, deinde fundus
eidem

eidem veneat, oneratus (vt loquuntur) dicto reditu, id est, vt venditor sit liber à constituto reditu, tum reditus æstimatio pretium ingreditur, & eius partem facit, & venditio fit, & de toto pretio laudimia debentur; qua de re peculiaris est huius Articuli materia & tractatio. Sed aperienda via fuit ex præsuppositis. Ergo si accepta pecunia debitor antichresim constituerit, id est, fundum fruendum dederit pro interesse pecuniæ, donec eam redderet, deinde fundum in antichresim *ou engage* datum vendat suo creditori, ita vt ipse liber & quittus (vt loquuntur) remaneat à reditu ante constituto, vnica venditio est pro pretio antichresis ante accepto facta, & eo quod deinde in venditione conuenit, de quibus summis vnum totum componitur pretium. Hoc sensu hunc Articulum intelligi conuenit, quamuis non exprimat in themate & & thesi pretium antichresis, cum pretio venditionis cumulari & confundi, quod vetus expresserat, & hîc supplendum est, incautè in positione facti ab Reformatoribus omissum. Ratio est, quia confusa prioris antichresis summa, cum pretio venditionis, prædium ideo minoris vænit, quia reditu iam oneratum erat, quo venditor exoluitur, & in parte pretij cedit. Alioqui hic tex. simpliciter sumptus non sufficeret ad obligandum emptorem ad laudimia pecuniæ acceptæ, pro antichresi, nisi intelligeretur, quod ea pecunia in partem pretij ingreditur, & quod ea pecunia & de alia in venditione conuenta sit vnum
8 totum pretium. Vnde fit, vt si conuersus casus proponeretur, hoc est venditorem qui ante pro antichresi constituenda pecuniam acceperat, post modum in venditione fundi onus in se assumere luendi crediti & reddendæ pecuniæ ante acceptæ, certum sit tum laudimia dumtaxat de pretio conuento debitum iri; quia cùm debitor assumat onus luendi, & res libera væneat, pretium non diminuitur, sed integrum soluitur, nec pecunia ante accepta in partem pretij cadit, & pretium de tota rei æstimatione conuenit, citra vllius operis considerationem, & ideo & Dominus feudi de toto laudimia habet, nec potest quæri ea ratione oneris esse diminuta, de quo Mol. §.58. num.9. & 10. tametsi eo loco argutè quiddam disputat quod vsus noster non admittit. Sed refelli non admittunt Notæ.

Nota 2.

1 *Reditu constituto & assiepta facta laudimia debentur.*
2 *Quamuis de simplici constitutione reditus non debeantur.*

1 [b] *Et apres les vend*] Nihil interest, an hic venditor fundi super quo reditum constituerat, fundum incontinenti vendat, quo tamen casu magis aperta est fraus ex vicinitate actuum, an ex interuallo, si tamen præsupponimus ad onus reditus vęditionem esse factam, & ideo pretium rei diminutum, & emptorem in pretium imputasse eam summam, quam ante crediderat antichresis causa. Idem sentiendum, vt reditu generaliter constituto super omnibus bonis, cuius assignatio seu assiepta fit in aliquo fundo, cuius possessio traditur, & de residuo valoris pecunia accipitur: Nam de toto laudimia debentur, & de venditione per par-
2 tes facta. Et licet de constitutione simplici reditus per se non debeantur, quod ante diximus, si tamen dicti reditus assignatio facta sit, & realis assiepta super fundo, consequitur tali possessione impleri alienationem, ex qua sine dubio laudimia debentur, quod & Tiraq. notat. §.6. num.1. & §.1. num.17. glos.14. in retract. Molin. §.58. num.46.

[c] *Vend.*] Nam si is qui reditum vendidit simpliciter, postea eum lueret, nec de venditione, nec de luitione laudimia deberentur, quod Molin. fusè persequitur. §.55. num.10. & 12. & §.22. quæst.16. Secus si dato in censum fundo postea census lueretur, aut venderetur, vt dicetur glos. seq.

Nota 3.

1 *De venditione facta ad onus reditus redimibilis laudimia debentur.*
2 *Quid de prædio in censum dato; mox & ipso censu vendito.*

[d] *Doit payer les Ventes du tout.*] Ratio in promptu est, quia sic totus fundus, quamuis diuersis temporibus & pretiis venditur, aut potius plures summæ in vnum pretium confunduntur, quamuis prius crediti titulo datum in venditionem transfundantur. Secus iudicantibus nihil facilius foret quàm Dominos feudorum fraudare laudimiis, & depretiato fundo per constitutionem reditus, mox exiguo quamlibet pretio vendito ita onerato. Est igitur rata hæc Sententia, Fundo pro reditu hypothecato vel in antichresim dato, pro pecuniæ summa qui postea venditur eidem, ea lege vt venditor ære ante accepto liber sit, laudimia deberi de vtraque summa & venditionis & pignorationis: Sin ad onus reditus non redimibilis aliud esse, sed Dominum feudi indemnitatem ratione oneris perpetui petere posse, quia tale onus rem depretiat, & consequenter laudimia minuit, de quo Molin. §.58. numer.38. & 39. 1

Quæsitum verò & de eo est, qui cùm prædium ipsum alienasset titulo census ex quo scilicet laudimia nulla debentur, vel titulo feagij postea, *il vent l'obeyssance*, id est, vassallum creat, mox emancipat, mox ipsum eidem emptori censum vendidisset, *qui baille le cens, puis franchit le cens.* Res planè à coniecturis pendet, neque enim protinus facta fraus intelligi debet ex eo quod sic acciderit, cùm sine fraudandi animo res ad censum dari potuerit, aut in feudum, ab eo qui nec an[illegible]um nec cogitationem vendendi census, aut vassallagij haberet, quo casu nullo modo laudimia peti possunt, veluti in permutatione, quæ bona fide facta est, cùm tamen altera partium rem quam dederat redemerit, idque bona etiam fide. Quod si initio cùm contractus fieret, aut breui post, redemptio facta sit, hîc fraus conuincitur, de quo Molin. §. 58. quæst. 2. & num. 76. Quæ ratio & in casu quoque præsupposito valet, vt si dationem ad censum venditio protinus aut breui post tempore subsequuta sit, fraus reperta venditioni rei videatur. Ideóque & laudimia debeantur; Sin res bona fide acta sit, non debeantur. Totum igitur hoc pendet à coniecturis & adiunctis facti, vnde argumenta ducuntur. Quid de eo, qui vsumfructum super prædio mox fundum ipsum vendidit, dicetur infra. 2

Article LXII.

Art. LV. Novae Cons.

ET[a] posé qu'il ne vendist l'heritage, toutesfois[b] si l'engage passoit[c] neuf ans, ventes sont deuës pour celuy engage seulement.

ET[a] suppositis quod non vendiderit fundum, attamen[b] si antichresis excederet[c] nouennium, laudimia debentur pro hac antichresi duntaxat.

Nota I.

1 *Iura dominica debentur à possessore potius quàm domino & ratio.*

[a] *Et posé qu'il ne vendist l'heritage.*] Superiori Articulo de casu mixto statuit, scilicet de antichresi & subse-
1 cuta venditione fundi in antichresim dati; hîc de casu simplici & antichresi per se considerata. Diximus ante, cùm variæ sint hypothecarum species, de ea hypotheca, quæ possessionem rei immobilis non transfert aut mutat, nunquam laudimia deberi. Nam & alioqui accessoria est, & propter aliud adijcitur alteri promissioni, quod Molin. persequitur in §.58. Sed alia ratio Consuetudini placuit in ea, quæ detentionem & fructuum perceptionem transfert à debitore rei Domino, & proprietario in creditorem, quamquàm ne is quidem possessor efficitur; Cuiusmodi esse antichresim diximus, si quidem tam diuturna est, vt nouennium excedat. Docuimus etiam sup. Art.59. num.13. & seq. iurium feudalium & Dominicorum perceptionem, possessioni potius feudorum, quam iuri & nudæ proprietati alligari, hoc est, ex persona potius eius attendi qui possideat, quàm veri quantumlibet domini, qui non possideat siue actiuè, siue passiuè agatur. Ita vt si alienatio feudi aliqua de causa iure non consistat, possessio tamen mutetur, & actualiter transferatur in alium, qui toto nouennio possideat, iura Dominica debeantur ex mutationibus, quæ ex persona talis possessoris contingunt, non attentis his, quæ ex persona veri Domini accidunt, propter longam durationem possessionis in occupante: Alioqui si possessio non duraret, & breui quopiam tempore transigeretur, aliud existimandum esset, quod diximus. d. Ar.59. nota 2. num.10.

Hæc singulari animaduersione digna sunt, & quædam à Molin. perstringuntur. §.55. glos.1. num.27. & 22. q.45. Quæ fundamentalis ratio est huius dispositionis: Nam non fert Consuetudo tam diutinam possessionem sine dominicorum iurium perceptione, quia præsumpsit tanto tempore simulari pignus & alienationem tegi in re, quam nemo ab alio possideri tandiu æquo animo passurus sit, nisi fraus subesset, & priuati quidpiam consilij prætextu antichresis. Alioqui si debitor semper feudum possideret, nihil haberet Dominus feudi, quod petere posset, nec quidquam deberetur propter vulgares hypothecas, aut contractas, aut dissolutas.

Nota 2.

1 *Antichresis & pignoris non eadem conditio.*
2 *Nec hypothecæ simplicis.*
3 *An de longi temporis locatione laudimia debeantur.*
4 *Ex longi temporis locatione dominium non transfertur nostro iure.*
5 *Quid de venditione fructuum.*
A 6 *Quid de locatione ad vitam.*
7 *Quid de constitutione vsufructus perpetui.*
8 *Quid in precario.*

[b] *Si l'engage.*] Id est, antichresis, quæ in re immobili 1 & eius detentione & perceptione fructuum per manus creditoris (vt loquuntur) consistit: Nam pignoris, quod natura sua in mobilibus consistit, alia causa est, etiam si creditori sit traditum, tum quia de re mobili quamlibet alienata deberi laudimia non possunt, tum quia debitor semper pignoris Dominus manet. l. generaliter. D. qui & à quib. manu. lib. non fiunt. l.1. §. per seruum. D. de acq. poss. l. statuliber. D. ad l. falcid.
B Tiraq. §.1. glos. 14. num. 127. in retract. lign. nec retractus in tali pignoris traditione locum habet, quod Io. Igneus tradit. l.1. §. seruus. D. ad S. C Sylla. Sed nec 2 fundi aut rei immobilis hypothecatæ códitio talis est, si aut Domino fructus restituuntur, aut imputantur in sortem à creditore, quia antichresis in sortem fructus non imputat, vt ante diximus, sed in vsuras duntaxat, vt ante tractauimus.

Sed enimuerò hîc incidit quærere. Quid censendum sit de longi temporis locatione, & quæ nouen- 3
nium excedat, an laudimia debeantur. Nam de retractu Iure quidem nostro Consuetudinario nulla dubitatio esse potest, ex Art.299. Et pro laudimiorum pe-
C titione ratio valde quidem probabilis dici potest ex ea diutina fructuum perceptione, quã ante diximus, quæ plane effectu antichresi æquipollet, aut maiorem vim habet, cùm conductor parem hypothecam & detentionem habere soleat. Nam & diuturni temporis locationem ius in re transferri volunt, & dominium vtile acquiri. l.3. §. ex contrario, & l. si quis autem. D. de acq. possess. qui locus latè exercetur ab And. Tiraq. in retract. §.1. glos. 14. num.76. & seq. & Boër. decis.234. Accedit quod ex venditione sub conditione redemptionis nouennium excedente debetur, ex Art.64 inf. Tum ratio illa de retractu, quem Consuetudo in locatione tribuit quadriennium excedente. d. Articul.299. Quæ rationes huic quæstioni tã vicinæ & affines sunt,
D & ad locationem accedunt, vt laudimia de ea deberi propemodum statui videatur, cùm in similibus statuitur: & hic casus supplendus potius videri debeat quàm per extensionem decidendus, multo magis cùm & tantæ auctoritatis Iurisconsulti id censuerint expresse hoc casu consulti Alex. Conf.65. vol.2. Decius etiam expressiùs Conf.204. & retulit Arnald. Ferro. ti. de feu. §.21. Tira. in retract. §.1. glos.14. nu.82. Pet. Iaco. tit. de actio. in rem pro re emphy. col.9. vers. item pretium. Et tamen contra iudicandum videtur, quia cùm laudimia (vt ante diximus) fundamentum non habeant de iure communi, sintque præter ius & speciali Consuetudine inducta, non videtur extendenda Consuetudinis dispositio, ne ex similitudine quidem aut maioritate rationis, præter casum expressum, quamuis casus, de quo quæritur, tam similis sit expresso, vt penè omissus videatur, & intellectu etiam statuentium comprehensus.

hensus. Quod hoc ipso in casu & iuribus feudorum censuit Molin. ne scilicet extensio casus fiat ad eum, qui expressus non est. §.23. num.3. & §.55. glos.1 num. 184. & §.56. glos.1. num.6. & quos latè congerit Boër. decis. 263. Accedit quod contraria sententiæ antecedentia corrunt: Neque enim communem sententiam eorum sequimur, qui existimant ex longi temporis locatione vtile dominium transferri, cùm vsitato iure, & vsu commerciorum, & iudiciorum nec dominium vllum, nec ius reale trãsferri receptum sit vlla locatione in conductorem, nec quisquam rem suam ita locet quamlibet longo tempore, vt dominio velit aut cogitet excidere. Sed ne vllus quidem vnquam conductor
4 sic accipit, nec præter intentionem partium imaginari debemus præiudiciabiles consequentias (vt loquuntur) in commerciis & contractibus, in quo sequimur vulgarem glos. sententiam. l. codicillis. §. instituto. D. de legat. j. quamquam veteribus interpretibus improbatam, præterquam Baldo, ne scilicet vllum vtile dominium transferri tali locatione intelligatur, & fatentur, alioqui qui contra putant, expressa conuentione partium fieri posse, ne dominium transferetur, quod Alexand. disputat. d. consi. 65. & Boër. decis. 234. Idem igitur sentiendum, & cùm tacita cõuentione partium & recepto regionis more id agitur, ne transeat. Negamus igitur laudimia deberi de locatione longi temporis, quæ decennium non excedit, cùm dominium nullum transferatur, nec contractus ad hunc effectum habilis sit, & ante diximus, laudimia dumtaxat locum habere in contractu venditionis, aut in venditione resolubili, vbi merx & pretium concurrunt, aut quod pretij loco esse debeat, quod hîc non fit, nec manus mutatio vlla fiat, imò locatione possessio & dominium confirmetur; nec de casu speciali arguendum est ad consequentiam.

Sed cùm non vnius conditionis omnes locationes
5 sint, & quædam in diuturnum tempus contrahantur, viginti aut triginta annorum, repræsentata etiam totius temporis pensione, magna dubitatio incidere potest, quid de huiusmodi contractu censendum sit, an laudimia debeantur. Et quanquam vix quidem tam dissolutus esse paterfamilias potest, vt eiusmodi contractum ineat, fingamus tamen, cùm possit incidere, in controuersiam venire. Est quidem talis contractus vẽditio potius fructuum, aut venditio temporalis fundi quàm locatio, cùm proprium sit locationis pensiones anniuersarias vertẽtibus annis solui, quem locum latè exercet Tiraq. in retract. §. 1. glos.14. num.86. & Molin. §.55. glos.1. num. 184. scribit. Bart. l. 1. in princip. D. de superf. locationem in hoc ab emptione fructuum differre putat, quod in venditione pretium semel & vna de pensione soluitur, in locationibus annis vertentibus. Proinde magna ratio facit, vt si quis talis contractus offeratur, de eo laudimia debeantur: Nam & Bald. alicubi existimat quamlibet perpetuam vtilitatem rei veram alienationẽ esse, & in eam coincidere. Et ratio facit, vt tam diuturna fructuum perceptio & rei detentio in fraudem laudimiorum facta videatur, cùm vera potius rei alienatio re & effectu censenda sit, in quam simulato nomine talis locatio degeneret, & transeat simulatione nominis, cùm hæc ipsa Consuetudo Articul. 258. inf. iustum rei pretium esse statuat, etiam pro venditione & perpetua rei alienatione, quod repræsentatione fructuum duodecim annorum integrum pretium quod solutum est, restituat emptori, de quo alibi dicemus. Nam, & qui pretia prædiorum magis attollunt, iustam putant æstimationem solui, & æquum pretium rei pro qua æstimatio fructuum viginti annorum soluatur, id est cùm totum
A pretium viginti annis rependitur de fructibus rei. Et vix est, vt quisquam tam parum attentus ad rem faciendam reperiatur, qui pro locatione velit verum fructuum pretium in trigesimum annum repræsentare, nisi vilissimè conducat, & pecuniæ vsuras cum fructuum magnitudine compenset, & in conditione tam insolenti & inusitata facile fraus præsumitur, & aliud agi, vt domino laudimia subducantur, quod Molin. tametsi alio casu notat. d. §. 55. glos. 1. numer. 166.

Quamobrem apparet tales contractus veris venditionibus æquipollere, & pro alienatione haberi, &
B in veras venditiones transire, quod Dy. Bart. & Bald. Imol. scribunt. l. penultim. §. instituto. D. de legat. ij. glos. clem. 1. vbi Card. Zab. de reb. Eccles. non alienãd. Alexand. l. filio. §. si vir in quinquennium ad fin. D. sol. mat. Non refert igitur quibus verbis contractus concipiantur, aut adumbrentur potius, si de substantia rerum constet, quamlibet figurata denominatione, cùm effectus potius quàm verborum ordo sit spectandus. l. Si vno. §. 1. D. locat. l. Si insulam. D. de præscript. verb. Bald. l. 2. Cod. commod. & in rub. Cod. de iur. emphy. Alexand. ad Bart. l. eotem. §. qui maximos. D. de publi-
C ca. Tiraq. in retract. §. 1. glos. 14. numer. 87. & §. 30. glos. 1. numer. 10. Molin. §. 13. quæstion. 17. Debentur igitur laudimia de tali venditione fructuum viginti annorum, atque adeo quindecim, tum propter insolentem conuentionem, & fraudis vehementem suspitionem & translationem rei tam diuturnam, tum quod repræsentatio fructuum tanti temporis pro venditione est, cùm perpetuæ durationis iustum alioqui pretium sit, quod viginti annis valorem fructuum æquat. Itaque hic casus à superiore diuersus est propter repræsentationem pretij, quæ semel & ante perceptionem fru-
D ctuum fit, cùm in casu superiori suis quibusque annis pensiones solui ex hypothesi præsupponantur. Atque 6 idem censendum de locatione perpetua, quæ in emphyteosim recidit, aut ea quæ fit ad vitam, aut quæ indefinitè & sine præfinitione temporis, quæ perpetua intelligitur, quod Tiraq. d. glos. 14. numer. 84. tractat. & Molin. dicto §. 55. num. 184. Idem in locatione vsus- 7 fructus perpetui, qui casus in locationem perpetuam incidit, vt ibidem tradit Molin. Sed & qui ad breue quamlibet tempus locauit repræsentatis pensionibus futuri temporis, mox fundum conductori vendidit, imputato pretio eorum annorum qui adhuc restabãt
E fruendi, laudimia debet tam de pretio locationis annorum qui restant, quàm venditionis, cùm de toto vnum pretium fiat, quod Molinæus notat. §. 1. glos. 7. nu. 72. & 73. & seq. tit. de feud. in C. P. Quæ omnia & 8 in præcario intelligi oportet, cùm eadem sit per omnia ratio.

NOTA 3.

1 *Intra Decennium non est longum tempus.*
2 *Nouennium intelligitur continuum aut etiam interpollatum, & nu. 3.*

F PASSE,] etiam vno die. l. hæc adiectio. D. de verbo. signif. *Passer* autem intelligi debet si sine præfinitione temporis, & indefinitè data sit facultas luendi cùm volet debitor, aut si dictum sit toties quoties, *ou que l'engage soit faict iusques à ce que le debiteur rembourse*, glos. & Bart. l. si præfinito. D. de pœn. l. Seruus, vbi Bal. & Salyc. C. de pœn. Bal. l. moribus C. de decur. lib. xj. Bal. Fely. Ant. Imol. Panor. c. ex literis ext. de constit.

Quod si nouennium exceditur, præsenti die laudimia debentur, non expectato cursu temporis, vt

dicemus, Ar. ſeq. A quo tempore currat, dicemus etiam infrà.

[c] *Neuf ans.*] [1]Frequens fuit noſtræ Conſuetudini, vt nouennario numero quoque finiret, vt hic & Ar.64. & Ar. 162. & 184. Nec iſtud nobis tantum proprium, ſed & exteris quoque ipſo in caſu ſimili vſurpatum, vt
1 Turonibus, & aliis quos infra memorabimus. Hoc autem ideo ſtatuitur, quod iure ciuili id demum in materia præſcriptionum lõgum tempus dicitur, quod eſt decem annorum, quem locum Tiraq. exercet in retract. §.1. gloſ. 6. num.9. Itaque quod intra id tempus eſt, & reſtringitur, nec longum tempus dicitur, quod Caſtr. notat expreſsè. Conſ.4.vol.1. Angel. & Imol.l. ſi filio. D.ſol. matr. Alexand. l.1.§. quod autem. D. de ſuperfic. Card. clem. 1. vbi & Doct. de reb. al. non alien. Bertach. in repertorio, verbo, locatio rei ruſticæ. num.30. Molin.§.41.q.4. numer.19. Igitur antichreſis, *ou l'engage*, quod nouennium excedit, & in decimum annum tranſcendit, pro longo tempore habetur, & ad laudimia obſtringit, propter diutinam durationem detentionis, & perceptionem fructuum perpetuam aut perennem.

2 Nouem autem annos intelligimus non ſolum continuos, ſed & interpolatos de triennio in triennium, ſed ita demum, ſi ab initio lex & conditio dicta eſt contractui, vt finito primo triennium aliud item daretur debitori ad antichreſim luẽdam, ſi omnia trien- A nia nouennium excedunt, & cùm ex neceſſitate obligationis primę continuatio temporis procedit, quamquàm aliquot locis Baldus contra cenſiſſe putetur: Sed manifeſta fraus eo modo fieret. Quare receptior ſententia contra putantium, & pro vno tempore haberi, 3
quod vi vnius obligationis prorogatur, tex. §. neque autem. auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ. vbi Angel. Cy. l. 1. Cod. de iur. emph. Io. Fab. §. penult. Inſtit. de vſufruct. Dy. Alb. Oldrad. l. pluribus. §. 1. D. de verbo. obligat. Lappus alleg.12. Angel. Conſ. 181. Anchar. Conſ. 57. Card. d. clem. 1. §. vlt. Alex. Conſ.165.vol.2. & Conſ. 105. vol.3. Bertach. B in dictio. verbo, prohibitus alienare, num.19. Alex. d. l. ſi filio Bald. l. Æmylius. notab. 5. D. de minorib. l. voluntas verſ. quid ſi filia, verbo illud certum. C. de fideicomm. vbi additio ad eum, Felin. c. quæ in Eccleſiarum, col. 31. verſ. ſimiliter ſi fiat ext. de conſtit. Iaſ. manumiſſiones. D. de iuſtit. & iur. & l. nemo poteſt. lect.2. col.17. D. de legat. j. Curt. in tract. feud. part. 4. num 92. Anton. But. cap. ad Apoſtolica extr. de donat. Mol.§.41.q.8. Tiraq. in præfat. retract. conuent. num. 11. Quod ſi omnia tempora intra nouennium conſiſtunt, nec laudimia debentur, ſi modo ex neceſſitate primi contractus poſteriora tempora continuantur, ſecus enim ſi ex interuallo aut primo tempore finito, vt poſtea dicemus, tempus prius prorogatur.

Article LXIII.

Art. LV. Novae Cons.

T en contract d'engage, qui ne paſſe neuf ans, ventes ne ſont deuës.

ET in contractu antichreſis, qui non excedit nonuennium, laudimia non debentur.

Hic caſus ſuperiori per contrarium implicitus eſt, etiam ſi expreſſum hic non eſſet: Nam cùm Articulo ſuperiori ſtatuerit de antichreſi, quæ nouennium excedit, laudimia deberi, videtur id quoque dixiſſe de ea, quæ citra conſiſtit non deberi, quæ ſentẽtia eſt Innoc. C Cardin. Alex. cap. cùm in tua ext. qui matr. accuſ. poſſ. nec exprimere neceſſe erat, cùm id tacitè ineſſet, per locum qui ab Tiraq. tractatur copioſè in retr. conuent. §.1. gloſ.2. num.44. Permiſſum enim poſt tempus intra tempus prohibitum videtur, & è contra.

Article LXIIII.

Art. LVI. Novae Cons.

N contract de vendition [a], ou y a condition de remere & reſcouſſe, [b] ventes ne ſont deuës, pendant ladite condition de reſcouſſe, ſi [c] elle ne paſſe neuf ans.

IN contractu venditionis, [a] in quo conditio redimendi appoſita eſt [b] laudimia non debentur, pendente conditione redimendi, niſi excedat nouenuium.

Nota I.

1 *An de venditione ſub conditione redimendi laudimia debeantur.*
2 *Conſuetudines locales ea de re.*
3 *Iuris diſpoſitio & ſententiæ oppoſitæ.*
4 *Debentur vero laudimia, præcipuè ſi non verbis directis fiat.*
5 *Quod tamen intelligendum, ſi poſſeſſio realiter tradatur.*
6 *An debeantur de facultate redimendi vendita.*
D 7 *Quid ſi pendente redemptione emptor moritur, an redemptiuum debeatur.*
8 *Redemptione facta poſt tempus omnino debentur.*
9 *De redemptione ex interuallo facta debentur.*
10 *Si redimendi facultas tertio recepta ſit debentur.*
11 *Quid de prorogatione temporis redimendi intra tempus aut poſt id facta.*
12 *Quid de venditione conditionali.*
13 *Quid ſi poſſeſſio pendente conditione traditur.*
14 *Quid de venditionibus in diem.*

15 *Quid*

15 *Quid de addictionibus in diem.*
16 *Quid in venditione ex lege commissoria.*
17 *Quid de reuenditionibus.*

1 a *Ou y a condition de reemeré & rescousse.*] Cùm hac ipsa de re, id est, venditione facta, cum pacto redimendi aut reemere aut recompræ (vt alibi loquuntur) magnę essent Iuriscōsultorum controuersiæ, an laudimia deberentur non sine fructu Consuetudinaria dispositio intercessit, quæ litem præcideret, & iudiciorum repugnantiam mirificam; Atque vtinam in cæteris veteris
2 Consuetudinis scriptores præstitissent eundem animum. Idem & Prouinciarum multarum Consuetudines hoc ipso in argumento fecêre magno operæ pretio cùm valdè pugnantes dicerētur multorum sententiæ, & eiusmodi conuentio perquam frequēs fit commerciorū vsu. Collegit eas And. Tiraq. tit. de retract. conuent. §.6. glos.2. num.4. & num. 55. Mol. §.55. glos. 1. num.47. Ex his Blesens. Art.82. & 116. Andens. Art. 126. & 362. Cenom. Art. 136. & 178. & 372. Turon. tit. *des rachats*, & de Lorry Art.77. hoc idem nouēnium redemptioni pręstituunt, vt immune sit à laudimiis, quę id tempus supergressis statuuntur; Cæteræ rescisiùs ferè tempus statuunt, nec tam longè progrediuntur. Ac nos sup. §.59. de venditionibus simplicibus disseruimus. Hic locus est de his quæ sub cōditionibus fiunt, aut pactis suspensiuis. aut resolutiuis. De ea nominatim venditione, quæ ita facta esset, vt liceret rem venditam eodem pretio intra dictum tempus redimere,
3 an laudimia deberētur, magna est pugna. Nicol. Boër. vir doctissimus iure & vsu rerum longo negabat deberi, quia resolutionis facultas verbis directis apposita in contractu, redemptione ex conuentione sequuta contractum ipso iure resolueret, & reduceret ad non causam. Ita censuit. §.18. tit. de feud. in Cons. Biturig. & rursum Cons.3. incip. Iacquelina. Molinæus. num. 27. vtitur authoritate Guil. Cun. Bald. Alb. Ias. l. ab emptione. D. de pact. & Ias. l. vlt. q.20. & 21. & quos ibi congerit & de iur. emph. sensit idem Io. Fab. l. vlt. C. com. de legat. & nuper Francis. Martius. Decis. 572. & 571. lib.1. Hæc eadem quæstio plena manu retractata est ab And. Tiraq. valdè copiosè tit. de retract. conuent. §.6. glos.2. à num. 5. vsque ad fin. & §.1. glos.7. num.14.15. & vbi collectis omnibus omnium sententiis suam tandem addit, vt putet tali contractu præsupposito laudimia deberi, cùm verbis obliquis redē-
4 ptionis ea facultas concipitur, vt verbo reuertatur, redeat, & similibus, de quibus d. glos.7. num.17. At cùm verbis directis sit veluti (sit res inempta) dubitat propter resolutionem, quæ fiat ipso iure, & ad non causam tēpore retro acto reducatur vt ibid. scribit num. 14. & 15. Hæc sententia eius d. §.6. glos.2. num.19. vbi summam colligit. Mihi placet sententia, ex tali venditione quibuscunque verbis resolutio ex redemptione concipiatur, laudimia deberi, quia cùm perfecta & numeris suis absoluta sit venditio, & possessio tradita, plenè dominium quæritur ex contractu per se puro, qui à nulla conditione pendet, licet resolutio pendeat à redemptione. Sed tamen in dispositione nulla est conditio, aut effectus suspensiuus, quin præsenti die totum suum effectum consequitur, sed resolutio dumtaxat suspenditur, nec quantumlibet verbis directis effectus facti, id est, traditio possessionis resoluitur sine retraditione, si is qui in possessione est, resistit, & obsistit aliqua de causa, aut de facto, vt dicitur quod Molin. alio in subiecto notauit. §.1. glos. 4. num.14. Nam & interim emptor Dominus est, & vendicare potest & locare & frui plenè disponere, & vendere licet resolubiliter tamen sub condi-
A tione redemptiua. Molinæus speciali Parisiensium Consuetudine idem putat in censu, vt scilicet laudimium debeatur. §. 55. glos. 1. q.4. num. 48. In feudis aliud esse quando venditione continetur, ne venditor se deuestiat (vt loquuntur) & retenta fidę, quam tamen retentionem fidei non vltra decennium putat impedire posse laudimiorum debitum in emptore, quod ille latè disputat. in. §.41. q.4. Sed Nos nec ea retentione fidei vtimur vendito feudo, nec quisquam apud nos potest vendere feudum sine dimissione fidei. Itaque particularis est, & localis ista Parisiorum Consue-
B tudo, & tenendum quod hîc statuit Consuetudo, non posse redemptionem vltra nouennium extendi, quin laudimia debeantur. Nec Domino quidquam perit, quoniam si nouus vassallus emptor in possessionem ingressus fuerit, siue fide facta siue non facta, iura Dominica redemptiua, & quælibet alia Dominus feudi per eius mortem exigere poterit, si volet. Quod si in fidem receptus sit, protinus non expectata alia continuatione possessionis Domino feudi debebuntur.

Itaque ius semper saluū erit Domino. Stat igitur de vēditione facta sub facultate redimendi, laudimia deberi iure communi, quod & Chass. subdubitans putat
C tit. de censib. §.1. glos. verbi *loux*; Consuetudine nostra non deberi, nisi nouennium facultas redimendi excedat hoc textu. Porrò non simpliciter aut omni casu hæc sententia accipienda est ab emptore laudimia deberi pendente conditione redemptionis. Diximus ante iure Parisiorum nos non vti, qui feuda solent vendere retenta vsque ad nouennium fide, quare pendente ea vsque ad dimissionem fidei (vt loquuntur) negāt laudimia deberi. Nos quidem eo iure non vtimur, nec quisquam alienato per venditionem feudo fidem retinere potest; nec aliter quàm per feagium (vt aiunt) ius feudale retinetur, sed tamen accidere potest, vt quis-
D quam feudum vendat sub conditione redemptionis, & possessionem interim retineat, quia cōuenit ne emptor possessionem ingrederetur, ne fidem Domini iniret, ne venditionem publicaret, nec quid de possesso- 5
riis actibus vsurparet, aut vt possessionem fortè momento ingressus sit transferendi dominij causa & contractus vestiendi, qua tamen potius egressus sit, quia ita conuenerat. Hîc dubitatio, an de tali venditione laudimia deberentur: Diximus ante, & demonstrauimus ex simplici actione ex empto laudimia non deberi, nec rem affici, quia scilicet manus mutatio nulla
E contingat, quod hîc quoque statuendum est, præsertim cùm possessio non transferatur, nec nouus vassallus fidem iuret, & venditor in possessione maneat, per cuius obitum, si hoc casu contingeret eum mori, iura omnia redemptiua, & quælibet alia deberentur, quo ad fidem inierit secundus vassallus, nec actionem haberet Dominus aduersus non possidentem quamlibet Dominum, & proprietarium antequam fidem præstaret, aut in possessione esset. Igitur laudimia non ante debebuntur hoc casu, quàm conditionis tempus transierit, & emptor ex pacto possessionem ingressus sit, quod etiam Molin. ex parte sensit d. §. 55. glos.1. num.
F 49. q.9.

Sicut nec cùm simplex redimendi facultas ceditur, 6
ante quidem redemptionem realiter factam, quod nos Art.59. diximus.

Hinc patet quid in ea quæstione statuendum sit, 7
de redēptiuo quod petitur mortuo emptore, qui sub conditione redemptionis emerat redemptione nondū facta, vt omnino in eo iudicandum sit redemptiuum deberi, si in possessione erat & fruebatur, sin minus non debeantur, de quo & Molin. §.22. q. 39. & 40. & nos infrà pluribus disseremus.

Cæterum hæc verba, *où y a condition*, Intelligenda in A omni pacto resolutionis cõtractus, quod contractum resoluit, idem de omni pacto suspensiuo resolutionis, non autem in suspensiuo dispositionis aut venditionis, quoniam talia effectum ipsum impediunt, & consequenter laudimia, nisi actualiter possessio transferatur, vt inf. dicetur.

[b] *Ventes ne sont deuës pendant ladite cõdition.*] Ita accipe, si redemptio vi contractus fiat, intra tempora conditioni præstituta, nam post nouennium fecisse indubiè adstringit ad laudimia. Nam purificato contractu idem
8 in totum habetur, ac si nunquam apposita fuisset, & contractus initio puræ venditionis fuisset, quo casu B hauddubiè laudimia debentur, quod hac ipsa specie scribit. Steph. Bertrand. Cons. 221. vol. 1. l. necessario. §. si ita res. D. de peric. & com. rei vend. l. vlt. §. 1. vbi Angel. & Alex. D. de vulg. & pup. Decius & quas Cõcor. congerit l. pecuniam. D. de reb. cred.
9 Proinde superiora omnia dicuntur de ea conditione, quæ in contractu apposita est, vel incontinenti & sine interuallo, vt ipsi contractui inesse dici possit, & quamquam etiam ex interuallo dari redimendi facultas possit, nec ipsa per se conditio adstringat ad laudimia, si tamen redemptio fiat virtute conditionis ex interuallo datæ, binæ emptiones sunt, & bina laudimia debentur, tam de emptione quàm de redemptione: atque adeò de vtroque pretio redemptionis cessæ primum mox factæ, quod Molin. persequitur. §. 13. glos. 5. q. 1. & 2. num. 2. & §. 22. q. 3. Tiraq. §. 1. glos. 7. nu 3. 4. & 5. & 41. & §. 6. glos. 2. à numero 5. vsque ad num. 19. in retract. conuent. Iacob. tract. de royd. num. 28. & 35. Francis. Mart. Decis. 571. & 602. lib. j. Papo lib. j. tit. *des droits seigneuriaux*, aresto 23. Incontinenti verò accipiunt, quod eodem die factum sit, de quo seria est disputatio Tiraq. d. §. 1. glos. 5. in retract. conuent. & l. si vnquam. verbo, donatione largitus. num. 18. C. de reuoc. donat. Molin. §. 55. glos. 1. num. 57. siue eodem siue separato instrumento fiat, quia contemplatione mutua facti contractus intelliguntur, quod Purpurat. & Philippus Decius disputant l. legem. C. de pact. & Molin. in reg. de public. num. 131. & in contractib. vsur. q. 60. num. 407. Tiraq. d. glos. 5. Arnal. Ferron. in Cons. Burdegal. tit. de feud. §. 16.
10 Sed & accipiendum, quòd dicimus, laudimia non deberi de redemptione cauta & facta ab venditore; Secùs si tertio cuiquam cauta sit, qui virtute conditionis quemlibet eodem contractu exceptæ redemerit. Hic enim re vera duo contractus sunt, duæ venditiones, & duplicia laudimia debentur, mutatione personarum & manuum, & possessorum, quod & Molin. scribit & verè. §. 55. glos. 1. num. 58. & seq. Imò & de pretio cessionis, surrogationis, & reuenditionis postea factæ laudimia debentur, vnica quidem veluti de vnico contractu, quod ille ait d. §. 55. q. 11. num. 59. & 60. & 131.

Eadem accidunt, cùm quis cessionem accipit actionum aut hypothecarum aduersus debitorem aliquem super feudo, de quibus quidem cessionibus laudimia non debentur, per ea quæ diximus sup. sed si postea vi cessionum, cùm Domino feudi cessionarius conuenerit, & reliquum pretium feudi soluerit imputatis debitis cessis in pretium, laudimia de toto debentur, quod ille etiam scribit Molin. vbi sup. num. 131. & id. §. 55. glos. 3. num. 23. & 24. 26. quod tamen ille intelligit de his cessionibus, quæ cum ipso debitore fundi Domino fiunt, non quæ intercedentes per plures gradus inter se, si contingat vnum alteri, atque cum item tertio cedere, qui deinde à proprietario redimat, imputatis creditis prioribus & cessis in sortẽ pretij feudi.

Sed hîc magna dubitatio incidit, & scholæ pugna, quid de prorogatione conditionis censendum sit, si fortè cùm in contractu de quinquennio conuenisset, postea quinquennio aut pendente (ex interuallo tamen) aut post finem eius in aliud quadriennium prorogata sit conditio, quod quadriennium iunctum superiori quinquennio nouennium efficit, quid censendum sit. Hîc se multiplices casus pandunt. Nec quisquam dubitat, quin si conditio aut vnica aut duobus temporibus coniunctis nouennium excedat, laudimia debeantur, quia tempus à Consuetudine præfixum transcenditur, etiam si redemptio actualiter fieret intra nouennium: Nam conditione nouennium excedente debentur protinus laudimia, nec temporis lapsus expectatur. Sed nec quisquam dubitat, si finem conditionis in contractu præfinitè quisquam expectauerit, quemlibet breuis trimestris, annuæ, vel similis, & post eam lapsam aliam conditionem proroget aut secũdam det, quin hoc quoque casu laudimia debeantur siue redemptio fiat, siue non fiat, quia transacta prima conditione quæ pars contractus est, contractus purificatur, vt ante diximus, & fit locus laudimiis, nec secunda cõditio prorogatio est prioris in præiudicium C tertij, sed alius & nouus contractus est, de qua quidem per se laudimia non debentur, vt ante diximus, sed si virtute eius redemptio facta sit, debebuntur item de redemptione, præter alia ex priore venditione. At verò cùm prima cõditio prorogatur antequam finiatur, neque prorogatio nouennium excedit, hîc pugna & conflictus sententiarum: Molineus laudimia vbique deberi negat, siue de venditione, siue reuenditione vi conditione facta, vtitur authoritate Bald. Cons. 321. lib. v. Angel. & Pauli Castrens. l. vlt. de fer. ratio sumitur ex l. Sed & si manente. D. de precar. Hæc latè persequitur Molin. §. 23. q. 14. & §. 55. glos. 1. num. 62. Idem & D Francis. Martius disserit Decis. 647. And. Tiraq. mira copia & seria disputatione probat tempus, quod intra prioris dilationis spatium prorogetur, eiusdem naturę & conditionis esse cum priori imò & eandem dilationem censeri, non tamen simpliciter & vniuersali respectu, sed contrahentium dumtaxat. Cæterum tertio, cuiquam cui ex contractu partium ius quæsitum sit, non præiudicari, noua conuentione ex interuallo facta, quæ pars contractus prioris dici nequeat, nouo pacto & secundis placitis inducta. Itaque Domino laudimia deberi quamuis intra tempus prorogatum E ex interuallo, quod dictum est, redemptio fiat. Ita ille concludit sententiam retract. conuent. §. 1. glos. 7. num. 24. & num. 37.

11 Quæ sententia, si verum fateri volumus, iuri magis conuenit & nititur quam superior Molinæi, & aliorum, quia contractu semel perfecto quandocumque noua conuentione ex interuallo aliquid additur vel minuitur de priori cõtractu, alia res fit, idque multo maximè cùm de præiudicio tertij quæritur, qui & ipse locus latè, ab Tiraq. retractatur in retract. lign. §. glos. 18. num. 54. 55. Ergo nusquam conuentio perfecta ita retractari potest, vt adimatur, quod quæsitum est F tertio, inaudito præsertim Domino feudi, de cuius iure contrahitur, quod Guil. Cun. dixit l. iurisgentium. §. adeò. D. de pact. & Tiraq. exigit vbi sup. num. 56. Itaque quoties de his disputatio incidit siue propter indictas (vt loquuntur) Gabellas, siue laudimia, siue alia iura quæ Dominis de contractibus quæruntur, semper ad eam sententiam decurritur quæ distinguit conuentiones, quæ in contractibus fiunt ab his, quæ ex interuallo & contractibus perfectis, quod vulgò notant l. ab emptione. D. de pact. Angel. §. quia vero. auth. de nup. col. 4. Bal. l. Æmylius, notab. 5. D. de minorib.

norib. Atque cum aliquando contradiceretur scio ita ab Curia Parlamenti nostra iudicatum, & laudimia adiudicata quamuis prorogato intra priorem dilationem tempore; Quod quamquam non satis maturè factum subsellia fremebant, ex tempore scilicet ea de re, de qua essent tam repugnantes Doctorum hominum sententiæ, iuris tamen ratio facit vt hæc sententia potior sit, quamuis commerciorum fauor blandiatur aduersantibus, & illiciat in diuersum. Quare me autore nemo tales conuentiones inibit, & sibi in tempore consulet potius quam duplicium laudimiorum periculo se subiiciet, & venditionis & redemptionis.

Et quoniam hîc de venditionibus agimus quæ purę non sunt & implicitas habent cōditiones, aut euentus dubios à pactis suspensiuis. Quæsitum est de ea
12 venditione quæ sub conditione facta esset. Talem vocamus cùm contractus substantia, id est, consensus pēdet à conditione, quæ cùm deficit, effectum contractus existere impedit, & efficit vt nihil retroactum videatur. Nec dubium in talibus laudimia nulla deberi, si quidem ipsa contractus substantia in cōditione ponitur, qua deficiente actus corruit. Secus cùm contractus quidem in præsens perficitur, sed resolutio à conditione pendet, tùm enim iura omnia quæ ex contractibus debentur, existunt simulátque contractus perfectus est, licet conditione resoluatur, & Molin. differit. §. 54. q. 5. num. 38. & §. 13. glos. 5. q. 4. & 55. glos. 1. num. 40. Tiraq. in retract. §. 1. glos. 2. nu. 22. & glos. 10. num. 46. & §. 29. glos. 1. num. 2. & 3. Idē in retract. conuent. §. 6. glos. 2. num. 18. Steph. Bertr. Cons. 221. lib. j. & Iacob. de Sanct. Geor. tract. de royd. num. 38.

13 Quod ampliandum, etiam si pendente conditione procederetur ad traditionem, quod ipsum rarum est. Nam contractu resoluto resoluitur & possessio, nisi realiter & actualiter possessioni emptor insisteret, & longo tempore in possessione esset, vt decennio, tum enim tam diutina mutatione manus laudimia deberentur quamlibet conditionali contractu. quod Molin. scribit d. §. 55. glos. 1. num. 40. Tiraq. d. §. 1. glos. 10. num. 52. & glos. 3. num. 28. vbi docent ex contractu conditionali sequuta traditione transferri dominium l. dotis fructus. §. vlt. D. de iur. dot. Namque soluto pretio & tradita possessione, conditio contractus suspensiua transit in resolutiuam, quod Molin. scribit d. §. 13. q. 4. num. 24. & d. §. 55. num. 40. hoc est cōtractus qui conditionalis erit, perficitur substantia & consensu, sed deficiente conditione resoluitur, inter quæ magna est differentia & latum discrimen, an dispositio contractus in conditione sit, an vero resolutio. Hæc vera sunt in vniuersum, in omnibus conditionibus appositis contractibus & consensu, vt obligationem impediant cùm deficiunt, nec laudimia debeantur, sed cum resolutioni aliud est. Si tamen nonobstante conditione proceditur ad traditionem & pretij solutionem, transit conditio de dispositione contractus ad resolutionem, & laudimia debentur, fallit in contractu sub conditione redimendi, quæ nouennium non egreditur, in qua tradita licet possessione, laudimia non debentur hoc Articulo. Nam quod contra Molin. censuit d. §. 13. q. 4. num. 24. ius com. est hîc vero localis & Consuetudinariæ dispositio: Nam illic existimat conditione apposita, & tradita possessione laudimia soluenda ad onus conditionis vt ait. Sed nostra Consuetudo redemptione sequuta intra nouennium, contractum, possessionem, numerationem pretij, & omnes effectus resoluit. Hæc diligenti animaduertione egent.

Sed hinc non abiero, nec fortasse ὁδοῦ πάρεργον quā

Argentr. Cons. in Brit.

A id quoque dixero, cùm laudimia deberi dicimus in contractu conditionali, tempus contractus spectari, non conditionis deficientis, ideóque si alius aut Dominus aut conductor sit iurium dominicalium tempore contractus, alius tempore conditionis, ei qui fuit contractus tempore, deberi. Nam deficiente conditione retro omnia ex tempore contractus referuntur, cùm pro non adiectis habeantur, quod ante diximus ex Steph. Bertrand. Cons. 221. & 45. lib. j. & Bald. notat. l. 1. C. de nund. Francis. Aret. l. hærès quandoque. D. de acq. hæred. & Cons. xj. incip. procedendum est, And.
B Tiraq. attigit in retract. conuent. §. 5. glos. 4. num. 24. & in retract. lign. §. 1. glos. 10. q. 8. Papo tit. *des droits seigneuriaux*. art. vlt.

Sequitur controuersia de venditionibus, quas in 14
diem Molin. vocat, quæ potius ex die dici debuerunt, quia scilicet, non à die actus contractus incipiunt, sed à die conuento, cùm scilicet cōuenit die primo Ianuarij, vt emptori res tradatur, ex die primo mensis Decembris sequentis venditor interim re fruatur. Nam tum non in diem primi Decembris, sed ex eo die emptor fruitur; Econtra & cùm cōuenit, vt emptor præsenti die fruatur, pretium verò aut partem eius soluat
C prima Decemb. vt, scilicet, ex ea die pretium numeretur. Nam si conuenisset vt ex hac die emptor frueretur vsque ad primum Decemb. exclusiuè, venditio esset temporalis, quæ in locationem recideret, tum propriè in diem facta diceretur. An vero de tali venditione laudimia debeantur, plures casus distingūtur. Breuiter sic habendum. Cùm venditio ita conuenit vt & traditio & solutio vtrinque ex die fiat, tum nec feudum interim aperiri, nec manum mutari, nec consequenter laudimia deberi pendēte die. Contra sentiendum, cum traditio protinus & pręsens fit dilata dumtaxat solutione, nam tum manus mutatur, & laudimia
D debentur, & peti protinus adiudicatio potest, sed emptor aut partes ad realem solutionem ante diem pretij soluendi compelli non possunt. Est enim dies & dilatio pars diminutiua pretij, & consequenter contractus l. 1. §. editiones. D. de edend. l. feudi partem. D. de cont. empt. §. plus autem. Inst. de act. Itaque non ante laudimia debentur, quam terminus in contractu præfixus venerit, & si plures termini sint, pro rata debentur quod Mol. scribit. d. §. 55. glos. 1. num. 42. Ideóque nec hoc casu via executionis procedi potest pro solutione eorum, nec via præhensionis quamuis alioqui
E Dominus pro ventis suis per executionem procedat, sed peti potest, vt partes condemnentur ad eas post terminum soluendas, veluti in omni obligatione in diem qui cessisse dicitur, licet nondum venerit, quod paucis additis sensit & Molin. §. 13. glos. 3. num. 13. & §. 54. num. 34. quamuis in retractu quiddam diuersum tradat in d. §. 12. glos. 5. num. 9. In tali casu venditionis in diem, cùm etiam diuersæ sint in eo causæ & rationes, Quamuis etiam tali casu neget emptorem ad exhibitionem contractus teneri, id est, ad mulctam non obligari ob non exhibitionem d. num. 34. donec dies venerit solutionis pretij, à quo & laudimiorum exa-
F ctio pendet, idem Molin. & §. 55. glos. 1. num. 41. Dilationem intelligimus, quæ in eodem contractu detur non ex interuallo, & eodem instrumēto aut separato, sed tamen mutua conditione, & lege, & eodem tempore facto, quod ille tradit. d. §. 55. num. 44. Nam ex interuallo data nil mutat in prioris cōtractus substantia, quominus & Dominus feudi suis actionibus experiatur, & alius quiuis.

Non idem est contractus venditionis in diē de quo 15
loquimur, cùm eo qui est addictionis in diem, cùm fundus scilicet venditur, nisi si quis intra diem certum

meliorem conditionem attulerit, l.1. D. de in diem addict. Talis enim conceptio contractum reddit retro nullum, & ad non causam reducit sequuta meliori conditione. Quare nulla prorsus laudimia debentur, nec quisquã in eo diuersum sentit, nisi quod quædam opponit & tamen in idem relabitur Steph. Bertrand. Cons.45. lib.j. & Molin. notat.§.55. glos.1.q.16. num. 162. Idque adeo verum est, vt si pro meliori inuenienda conditione venditor rem ad licitationem admiserit, & ipse idem emptor qui sub eo pacto emerat, vicerit plus offerendo, tamen prima emptio resoluta maneat, nec ex eo vlla iura debeantur, cùm conditio contractum extinxerit, & emptor ex nouo contractu habeat l. item quod. §. vlt. D. de in diem. add. quod idem Molin. notat. §. 23. num.9. ex sequenti iura debebuntur ex priore nulla, vt ibi dicit & §.13. q.4. num.25. Tiraq. d.§.6. glos.2. num.3. & 19. Boër. §.18. & §.1. glos.7. num.3. 4. 5. & seq. Francis. Marrius Decis.572. lib.j. & 571. & 602.

16 Eadem sententia & de venditione sub lege commissoria in qua ita venditio concipitur, vt si ad diem pecunia soluta non sit, fundus inemptus sit l. 2. D. de leg. commiss. qui contractus purus est, sed sub conditione resoluit l.1. D. eod. tit. & Mol. d.§.55. glos.1. q.16. Tiraq. §.1. glos.7. & §.6. glos.2. num.3. nu.19. retract. conuent. Boër. d.§.16. Quod verum est precipuè cùm tales contractus fiunt verbis directis, vt sit inemptus vel habeatur pro infecto, pro nullo, aut venditor possessionem recuperet, & alius æquipollentibus, de quibus Molin. §. 23. nu.11. Tiraq. in retract. conuent. §.1. glos.7. num. 14. 15. & seq. & idem in omnibus pactis habentibus clausulas resolutiuas principij ipsius contractus, de quibus ibi Molin. fusè.

Ac putat Molin. quidem id locum habere in pactis regularibus & ordinariis, in quibus scilicet tales venditiones modico tempore durant, cùm ita concipiuntur, nisi inter primas calendas aut alias eiusdem anni meliorem conditionem quisquam attulerit, Secus si dictum sit, nisi quis intra decennium attulerit, & re vera quispiam post nouem annos attulerit, videri enim ex tam diuturna possessione & mutatione, iura Domino deberi & laudimia, & fructus effici emptoris quãlibet resoluto contractu, cùm venditor vtatur pretio, id quidem ille d.§.55. glos.1. num.162. & seq. quod qua A ratione dicat non video, cùm emptor in tali pacto meliori allata conditione fructus restituere venditori teneatur. l. item quod dictum est. D. de in die. addict. Sed vtitur argumento fructuum ad pretij vsum quam venditor habet longum tempore, & negat tales esse hypotheses dicti tituli in diem addict.

Consequitur, vt cùm de pactis venditionum, id est, venditionibus quæ sub pactis egerimus, vt etiam de reuenditionibus inquiramus, quæ vi pactorum fiunt, an laudimia de his debeantur. Breue est responsum de his reuenditionibus, quæ vi pactorum in ipso contractu appositorum fiunt, laudimia nulla deberi, nihil enim aliud esse quàm meras executiones prioris contractus, & actione ex ipso contractu agi, quod Bald. B ait Cons.415. lib.2. Bart. l. vlt. §. quotiens. D. de public. Quod verum est siue reuẽditio intra nouennium fiat, vt hîc, siue post nouennium: Nam semper & vtroque casu fit reuenditio vi & lege prioris contractus, & quod de nouennio statuitur, venditionem ipsam concernit, & ei resoluendæ tempus statuit, non reuenditioni, & tam est executio primi contractus & ex necessitate eius post nouennium quàm ante, quod Mol. differit. §.55. glos.1. num.47. q.4. & num.55. & 59. & §. 23. q.8. & 9. & §.41. q.6. & 22. q.3. num.12. & latè Tiraq. §.6. glos.2. nu.19. in retract. conuent. Steph. Bertrand. Cons. 45. in secundo dubio lib.j. Quod de his intelligendum est, quæ vi prioris contractus fiunt. Nam si ex interuallo sunt adiectæ diuersi contractus habentur, & vt de pluribus laudimia debentur, quod latè Tiraq. exequitur vbi sup. arrest. Paponis tit. *des droits seigneuriaux*, Art. 21. 17

C [e] *Si elle ne passe neuf ans.*] quid ergo si nouennium excedit, an præsenti die laudimia debeantur, an verò etiam nouennium integrum expectari debeat? Ac nostro iure planum est præsenti die laudimia deberi, si quidem possessio est tradita & manus realiter mutata, cùm & iure debeantur, quod Molin. notat. §. 41. q.10.

Cæterùm nouem annos intellige non semper à die contractus, sed ab eo tempore quo redemptio exerceri potuit, veluti si maritus vxori duo millia nummum, quæ in dotem acceperat, assignauerit vxori in prædiis, dicta redimendi conditione in casum soluti matrimonij, nam id nouennium non curret nisi à soluto matrimonio tex. & his quæ dicemus Art. 445.

ARTICLE LXV.

Art. LVII. Novae Cons. ou aprecier à deniers.

[a] ENTES sont deuës au Seigneur, [b] quand le bienfaict, doüaire, ou [c] autres viages ont esté [d] vendus, [e] ou appreciez [f] à six ans quitte, [g] ou autre prix.

[a] L*Audimia debentur Domino* [b] *quando beneficium seu doarium,* [c] *aut quiuis alius vsusfructus constitutus ad vitam fuerit* [d] *alienatus,* [e] *aut æstimatus,* [f] *vt quod emptor dedit recuperetur in sex annis,* [g] *aut aliud pretium.*

NOTA I.

1 *An de vsufructu vendito laudimia debeantur.*
2 *Inter immobilia est vsusfructus.*
3 *Vsusfructus onus fundi, ideo domino indemnitas debetur.*
4 *Vsusfructus fraude alienati laudimia debentur &c.*
5 *Vsusfructus venditi ab vsufructuario & proprietatis ab alio nulla laudimia, contra Molinæum, & nu. 6.*
D 7 *An de vsusfructus consolidatione laudimia debeantur.*
8 *Quid de fructib. pendentib. venditis.*
9 *Quid si venditus fundus, vt emptor venditorem alat.*
10 *Vsusfructus non est cessibilis &c.*
11 *Æstimatio facit emptionem nisi ad designandum &c.*

[a] *Ventes sont deuës au Seigneur.*] Nõ est curiosius inquirendum in tam apperta dispositione Consuetudinis, quæ

quę laudimia hoc casu statuit deberi, cur ita constituat aut quam rationem habeat; Nisi quod vbique Consuetudo ius vsusfructus pro immobili habet, & dimidio proprietatis æstimat, tametsi talis æstimatio incauta est, & si indistinctè accipitur, etiam ratione caret; Sed est hoc alterius loci. Nunc hoc tantum dicẽdum; Spectandum vbique, quæ sit Consuetudinis dispositio, vt ea inconcussè obtineat. Sed quia exteris quoque scribimus aliquid, & seposita Consuetudine, quæ loco
1 affigitur; Quæritur quid iure existimandum sit, si vsusfructus væneat, an laudimia debeantur. Ea quæstio aduersariis iuris rationibus exercetur, & opposita respõsa Iurisconsultorum citantur, vsumfructum partem dominij non esse l. rectè dicimus. D. de verb. signif. alibi contra vsumfructum in multis casibus partem dominij esse l. 4. D. de vsufruct. Dicuntur & alia eiusdem sententiæ pleráque, quæ in speciem pugnant, sed secundum quid intellecta consistunt, & multis explicat Carol. Molin. §. 1. glos. 1. num. 2. 3. & 4. & §. 55. glos. 1. num. 142. & Tiraq. in retract. §. 1. glos. 7. num. 54. Res clamat appellatione dominij propriè vsumfructũ intelligi nõ posse, nec dominij nomine vsufructuarium. Nam vsusfructus, qui causalis dicitur, id est perceptio fructuum ex fundo vt à sua causa immediata, est quidem ipse pars rei, quandiu solo fructus hærent, & vna cum proprietate plenum dominium cõstituit & proprietatem integram componit, vt parietes & tectum. Sed de eo quæstio non est, nec is separatum habet titulum à proprietate quomodo formalis, qui natura & origine ita separatus est, vt diuersum subiectum & intellectum habeat à proprietate, quamuis ex ea percipiatur, sed ei incidit veluti seruitus, imo tam abstrahitur, vt apud eundem hominem nequeat proprietas & vsusfructus consistere, quod diffinitio ipsa vsusfructus docet, cùm sit ius aliena re fruendi, l. 1. D. de vsuf. nec res sua cuiquam seruiat. Sed tamen intellectu & applicata relatione ad causam, & ius vsufructuarij Dominus quodammodo dicitur, l. qui vsumfructum. D. si vsusf. petat. Ita fit vt indistincta appellatione Domini subiecta materia respicienda sit ad discriminandum intellectum, ita vt si eiusmodi sit quę vsufructuario conueniat, Domini appellationem etiam applicemus, sin minus ad proprietarium referamus, quæ
2 pluribus & scitè Molinæus explicat. Sed & in hoc argumento id quoque adducitur, quod vsusfructus inter immobilia computetur, ex sententia Bart. l. iusto. §. non mutat. D. de vsucap. Alb. l. mouentium. D. de verb. ob. & l. vlt. C. de sacros. Eccles. rex. & glos. l. corruptionem. C. de vsuf. Opponitur rursum sententia Alex. Cons. 52. vol. 1. Luc. de Penna. l. 2. C. de vendit. rer. ciuit. lib. x. vbi nec mobilibus nec immobilibus tribuendum vsumfructum putant, sed separatæ cuiusdam esse naturæ. Inde quidem efficiunt, nec vendito vsufructu locum esse retractui, quidam contra iudicant vt Afflict. Chass. Fer. & quos Tiraq. vbi sup. collegit. Quare vendito vsufructu laudimia deberi negat Molin. quia per id nulla pars essentialis fundi vænire existimanda sit, quod ille ait. §. 55. glos. 3. num. 19. & eod. §. glos. 1. num. 12. & §. 58. num. 58. & §. 32. q. 1. num. 9. Rationem adfert, quia laudimiorum subiectum sit fundus vt ante docuimus, vsusfructus autem nec fundus sit, nec fundi pars, prout vsusfructus formalis consideratur, & abstractus à proprietate, nec eius venditione manus mutetur, nec vassallus alius aut esse incipiat aut prior desinat, idque adeò vt cùm onera perpetua, quæ rei imponuntur, pretium im-
3 minuunt, & quæ ideo iuribus dominicis obstant, vt laudimiis, soleant indemnitate feudorum resarciri, veluti reditus impositi, tamen Molin. neget

Argentr. in Cons. Brit.

A constitutione vsusfructus indemnitatem à Domino feudi peti posse, nec in consideratione habendum, quod propter talem constitutionem, semel atque iterum fortasse Domino minora laudimia habiturus sit, quod ille notat d. §. 58. num. 21. Hæc perpetua est sententia Molin. Quam tamen limitat, nisi constitutio vsusfructus perpetua esset, aut in plures generationes, aut locatio perpetua pro summa semel initio soluẽda, quia talis constitutio re vera colorata futura esset alienatio rei, quod nos sup. diximus Art. & probatur ex sententia Bart. Bald. Imol. l. penul. §. Instituto. D. de B legat. ij. Quod verum est inutili scilicet futura proprietate si perpetuo vsusfructus abscederet l. 3. D. de vsuf. & notat ille. §. 55. glos. 1. num. 184. Quamquam sic quidem vsumfructum nemo constituit, quin in nomen alterius contractus transeat, & dominiũ quoque vtile cùm vsusfructus transferatur, & emphyteosis efficiatur, aut alius quilibet contractu, & si quod de perpetua alienatione voluit quidem, de ea quoque intelligunt, quæ fiat ad cuiusquam vitam, sed hoc attigimus d. §. Limitat secũdo alibi cùm in fraudem adornata est 4
alienatio, vt per partes facta, vsusfructus de proprietate demptus minora laudimia redderet, quod fit, cùm C primo cuidam vsusfructus venditur, mox eidem aut interpositæ personæ proprietas, quæ duo cùm totum dominium cõstituant, apparet compositam esse fraudem & artes quæsitas mala fide & mẽte. Ergo de vtroque pretio laudimia deberi, cuius sententiæ ratio petenda est, & à nobis pertractata supra Art. 60. vbi similis dispositio cõstituitur, de quo Molin. d. §. 55. glos. 3. num. 32. & glos. 1. num. 12. §. 13. q. 17. & §. 58. num. 59. Quæ sententia vera est, sed non tam perpetua quin incidere interdum casus possint, vt aliud iudicari conueniat. Sed id totum de cõiecturis statuitur, & à circunstantiis pendet, veluti si ante empta proprietate longo D post interiecto spatio emptor idem, qui nihil vnquam de vsufructu cogitasset, eum redemerit, & consolidauerit ex euentu & contingenter, aut si hæres emerit, cuius ante auctor proprietatem emisset, an econtra, apparet nullam dici fraudem posse, & quæ illo Art. fusius exigimus.

Quo magis mirum alio loco à Molinæo traditum, 5
cùm quidam ab alio proprietatem ab alio vsumfructũ separatim emisset laudimia deberi de toto vtriusque rei pretio, quod ille scribit. §. 52. glos. 1. num. 142. cùm hic separata sit consideratio, nec fraus rectè de E facto alterius ad alium inferatur, & iam ante constituerit de vsusfructus vẽditione per se nulla deberi, nisi tum demum, cùm idem venditor est proprietatis & vsusfructus propter vnius rei & per se integrę diuisionem, idque fraude cogitata, & quæsitum colorem distrahendi, quod natura vnum est. Cùm emptor qui ab vno proprietatem, ab alio vsumfructum emit, non partes vnius totius, sed suum totum à quolibet emere censendus sit, l. rectè dicemus. §. vlt. D. de verb. signif. præsertim cùm ista separata esse & iure & natura ante dixerimus. Nec magis hîc metienda est intentio emptoris, qui totum feudum emere voluerit ab diuersis, F quàm cuiusuis proprietarij, qui fundum suum exonerare seruitute voluerit, & liberum reddere, quoniam & vsusfructus pro seruitute habetur. Nec quia vtriusque emptio concurrat, si fortè eodem tempore fiat, idcirco valet ad laudimiorum petitionem, cùm fraus sine consilio nulla fiat, propriè quidem: consilium vero diuersitas personarum excludat, veluti si Dominus fundi alteri vsumfructum vendidisset, hic nemo dicat ab emptore vsusfructus laudimia deberi, qui casus conuersus est superioris. Nego igitur hoc casu laudimia deberi. Proinde, quod ante dictum est, 6

de vſufructu vendito laudimia non deberi, verum eſt A ſiue formaliter vſusfructus vendatur, ſiue fundus ipſe ad onus (vt loquuntur) vſusfructus venditori vel tertio cuiquam debiti Nam hic vſusfructus contractum non ingreditur, ſed potius contractu excluditur, nec pro eo pretium vllum conſtituitur, & in id non venit, nec deducitur, niſi vſusfructus emptori redimibilis fieret taxato pretio pro eo, quod Molin. ſcribit. §.58. num.14. & 18.

7 Quæſitum etiam, an de conſolidatione vſusfructus cum proprietate debeantur laudimia, & negandum, ſi quidem vſusfructus aliter quam per emptionem eſt conſolidatus, quod Iacob. de ſancto Georg. putauit B titulo de roydis. num.37.

8 Denique & quæ de vſusfructus venditione diximus, eadem in fructibus pendentibus venditis intelligi par eſt, ne laudimia debeantur, cùm ad id vendantur vt eximantur & talis ſit natura rei. Quæ ratio facit vt difficile poſſit obtinere Molinæi exceptio, cùm in fraudem venditis fructibus, mox ipſo fundo putat de toto pretio laudimia deberi. Nã cùm, vt ante diximus, ea ſit conditio & natura fructuum, vt excerpantur & ſeparentur à ſolo, non facilè fuerit hîc fraudem imaginari, cùm quis id facit quod natura & conditio rei fert. nec par ratio eſt vſusfructus vẽditi & deinde fundi, cùm vſusfructus ius continuum ſit, etſi cauſalis eſt etiam pars rei, quod tamen ille ſenſit d.§.55.num.12. & C §.13.gloſ.1. q.17. adduntur & rationes quædam ex Tiraq.§.1. gloſ.7. num.36. & 43. Quare id ita demum acceperim, ſi cùm ab initio de vno pretio conueniſſet, fraudulenter poſtea fructus de contractu exempti ſunt, vt alio ſeparato transferrentur, & pretium ac proinde laudimia minuerentur.

9 Quid vero cenſendum ſit, ſi quiſquam prædiũ vendiderit, vt emptor venditorem alere teneatur? Statuendum eſt ex his, quæ ante diximus, cùm onera pecuniaria ſunt aut in pecuniam reſoluuntur, videri pecuniæ loco fungi, & in partem pretij cedere, ideóque ea æſtimanda, & vt de pretio laudimia ſoluenda, quod hoc iure multo magis verum eſt, cum de omni æſtimatione viagij debeantur, & annotauit Deciſ. Capel. Tholoſ. Deciſ.178. nos inf. Art.63.

[b] *Quand le bienfaict.*] Hæc omnia vſusfructus iure & nomine continentur, Crebra horum mentio tit. *des partages* & tit. *des appretiations*, & Art.253.

[c] *Autres viages.*] Vſusfructus conſtitutus pacto, donatione, legato, aut ſi ex donatione mutua ſuperſtiti, conqueſtus cedant ad vitam, vt inf. tit. *des donnaiſons.*

[d] *Vendus.*] Stricta quidem iuris ratione inſeparabilis eſt 10 vſusfructus à perſona, ideoq; nec cedi poteſt l. ſi vſusfructus. D. de iur. doti. l. vſufructu. §.1. D. ſol. mat. §.1. Inſt. de vſufr. nam quę natura ſunt inſeparabilia à perſona, eadem nec ceſſibilia ſunt l. ſi mulier. §. ex aſſe. D. de iur. dot. Sic nec vſus vendi. l. ſed neque locabũt. D. de vſu. & habit. Fructuum tamẽ commoditas ab vſufructuario cedi, & quod hîc dicit vendi poteſt. l. neceſſario. §. vlt. D. de peric. & commod. rei vend. Bart. l. ſi vſusfructus in fin. D. de nouat. & l.1. C. de petit. bono. ſublat lib.x. Bald. l. ſi tibi decem. § pactum. D. de pact. Idem Conſ.335. lib.1. & Steph. Bert. Conſ.346 lib. j. Sed quæcunque illa venditio ſit, vitam aut conditionem venditoris non tranſgreditur, & ex eius facto & perſona finitur.

[e] *Ou appretiez.*] Id eſt, ſi æſtimatus vſusfructus in pecuniæ locum cedat & fungatur, facit enim talis æſtimatio emptionem l.1.§. æſtimatorum & §. æſtimatus. 11 C. de rei vxor. actio. & l.3. D. locat. & hic locus latè exercetur apud Tiraq. in retract. lignag. §.1. gloſ.14. num.20. & 108. Quod ideo dicimus, quia non ſequitur ad omnem æſtimationem venditio, cùm pleſ́umq; æſtimatio fiat deſignandi valoris cauſa, demonſtrandi, & (vt loquuntur) rei certificandæ gratia, vt intelligatur quanti res ſit, non ideo tamen vt vendatur, cuius rei exemplum eſt inf. Art.300. & annotat Molin. §.55. gloſ.1. q.7. & §.13. gloſ.5. q.10. in fin. per l. ſeruo. D. familꝭ herciſ. æſtimatos (inquit) non emendi ſed diuidendi animo.

[f] *A ſix ans quitte.*] Hoc eſt, vt ſexto demũ anno emptus vſusfructus pretium rependat, id eſt, vt quod emptor dedit, recuperet in ſex annis, eſt enim hæc perpetua vſusfruct⁹ æſtimatio & indicatio in noſtra Cõſuetudine, de qua dicemus loco magis opportuno inf. Art.253.

[g] *Ou autre prix.*] Pecuniario ſcilicet, & in pecunia conſiſtente, eſt enim talis per ſe pretij ſignificatio. §. pretium. Inſt. de empt. & vend. & quos Tiraq. congerit. §.1. gloſ.14. num.44. & num.41. & 42.

A de nou. diuis. 57.81.

Verba emphad. art.57. n.c.

ARTICLE LXVI.

ART. LIX. NOVAE CONS.

Q[a]VAND heritages [b] ſont baillez au creancier [c] en payement, [d] les ventes doiuent eſtre calculees, [e] & aſſiette faicte à iceluy creancier, [f] pour le prix d'icelles, [g] ſur leſdits heritages.

[a] *QVando fundi [b] dantur creditori [c] in ſolutum [d] ventæ ſeu laudimia debent calculo taxari [e] & aſſiepta ſeu aſſignatio debet fieri ipſi creditori, [f] pro pretio laudimiorum [g] ſuper fundis ipſis.*

NOTA I.

1 *Quæ ſit cautio de* detriment & aduenante.
2 *Datio in ſolutum vera venditio.*
3 *Doctorum contrariæ ſententiæ.*

[a] *Quand heritages ſont baillez.*] Facit Art.249. inf. Habent ſuaquæque tempora proprias & vſitatas cautiones, & frequentes conuentiones in contractibus & commerciis, eaſdem ætas & vſus plerumque reſpuit, 1 & tacito conſenſu antiquat aliis repertis. Maioribus D noſtris nihil vſu frequẽtius fuit eo genere cautionum, quas *de detriment*, & *aduenante* vocabãt, eas nunc nemo quiſquam vſurpat, ac nec fando quidem audiit. Earum vero hæc lex erat, vt debitoris bona, ſi ad diem non ſoluiſſet, præhenderentur, ac creditori ſine vlla auctione addicerentur, idque non pluris quam quantum annis duodecim creditor de fructibus reponeret, id eſt, *à douze ans quitte*, vt ſcilicet pretium congrueret cum duodecim annorum fructibus, quos ex re empta creditor percepturus foret. Id etſi non vſquequaque conueniebat cum ea forma, quæ iure impe-

imperatorio traditur tit. de iure dom. imp. tamen au-A ctoritatem habebat ex l. vlt §. sancimus. D. eod. tit. vbi si quid de forma distrahendi pignoris inter partes cautum est, id omnino obseruare præcipit. Nunc sine auctione nullũ pignus, nulla hypotheca distrahitur propter externorum præiudicia & incertas, prædiorum cõditiones; Quod hic dicit nihilominus & in d. §. 249. originẽ ex illo veteri more ducit, cùm res in solutum creditori addicitur, quod tamen nemo iam facit.

2 Iure quidem ciuili nemo dubitat dationem in solutum speciei pro pecunia debita, coincidere in veram venditionẽ, quia substantialia venditionis concurrant merx scilicet & pretium, l. si prædium. C. de euict. l. eleganter in princip. vbi Bart. Bald. D. de pignor. act. l. vlt. C. ex quib. caus. in pos. eat. l. si plus D. de euict. l. sequitur. §. de illo. D. de vsucap. l. apud Celsum. §. si quis autem. D. de dol. excep. l. senatus in princip. D. de legat. 1. vbi & Alber. & Ias. l. 1. etiam in pœnalibus extẽ-B
3 dunt. Cæterum eadémne sententia placeret in statutis, in quibus verborum rigor arctius obseruatur, dubitatio tenuit, veluti hoc nostro, an laudimia deberentur, de quo iam quidem tali in dispositione dubitari nõ debet, sed si nõ expressisset, erat quod dubitari posset, & alioqui Spec. negat tit. de empt. §. nunc dicendum. l. 2. vers. sed pone statutum & ibi Io. And. & idem Io. And. Anton. Anchar. c. constitutus. ext. de restit. in integ. Odoff. Alb. l. statuliberi. §. Quintus. D. de statulib. Plures aiunt, & pro ratione stat hæc sententia. Quare & retractum tali casu locũ habere, quod Senon. Consf. expresse disponit Art. 59. Trecensis, Altissiodor. & lõgo tractatu disseruit Tiraq. §. 1. glos. 14. num. 4. tit. de retract. Mol. §. 13. q. 10. glos. 58. Chas. tit. *des retraitz*. §. 9. in princip. num. 5. & 6. Denique vt rem ipsam contingamus, & in tali contractu laudimia deberi censuit Guyd. Papæ Consf. 46. num. 2. quamuis contra sentire videatur. Iacob. de Sancto Geor. tit. de roydis num. 30. Tiraq. d. § 1. num. 4. Boër. tit. de retract. §. 3. col. 3. in Consuet. Biturig.

NOTA 2.

1 *An rei per iudicem adiudicatæ laudimia debeantur.*
2 *Quæ res in solutum dantur, vt venditio sit.*
3 *Assiepta facta quomodo laudimia soluenda.*

1 [b] *Sont baillez.*] Habet istud quoque verbum quæstionis materiam, de qua ambigatur: Multum enim referre putant, an à parte eiusmodi datio in solutum fiat & spontaneo contractu, an vero per Iudicem re ex actione adiudicata, aut creditore in possessionẽ misso. Neque enim eandem vim esse volunt, per l. cum fidei hæredis. D. de fideic. hæredit. Io. de Platea l. 1. C. de fund. patrim. lib. xj. Denique nec deberi de tali adiudicatione putant Cun. Bart. Bald. Fulg. Cast. l. si ideo. C. de condict. furt. Contra sentiunt Bald. ipse Consf. 306. Incip. verba inuestituræ lib. j. Pet. Iacob. tit. de actio. in rem pro re emph. col. 8. vers. item in datione Mas. tit. de execut. & subhastat. §. Item in pretij distributione & tit. de locat. Instit. & affirmauit Molin. §. 13. glos. 5. num. 48. & Tiraq. d. §. 1. glos. 14. num. 14. Atque hanc sententiam vt iuri & rationi congruentem visus recepit: *Baillez*, autem intelligimus possessione tradita.

[c] *En payement.*] Nec hoc quidem simpliciter intelligi 2 conuenit, sed cùm res immobilis aut fundus (pro debito pecuniario datur, aut specie æstimata, & pecuniæ loco fungente per æstimationem, aut pro mobilibus *Sic exprimit* promiscuis & vulgaribus, quæ æstimari debent. nec *art. 59. N. C.* locum speciei per se tenent, quod Molin. latè persequitur. d. §. 15. d. glos. 5. num. 47. & dicit esse communem obseruantiam, & Tiraq. tract. d. glos. 14. num. 40. & seq. quo loco & Consuetudines particulares ea de re collegit. His omnibus casibus laudimia debentur, veluti in vera venditione & datione in solutum, in terminis huius Articuli, nec datio in solutum alia speciei pro specie, aut soli pro solo idem polleret.

[d] *Les ventes doiuent estre calculees.*] id est, iniri calculus debet, & taxari ad rationem solitæ in regione portionis, vt ante diximus.

[e] *Et assiette faicte à iceluy creancier.*] Id est, assignatio 3 soli facienda est pro laudimiorum quantitate. Cæterum hoc non simpliciter est accipiendum, sed cùm à venditore qui hic debitor & Dominus fundi intelligitur duæ partes laudimiorum, ab emptore qui hic C creditor est, tertia (vt inf. Art. 71.) debeantur; Dominus autem emptorem pro solido sequatur, vt inf. Art. 231. saluo (vt aiunt) recursu. Consequitur emptori qui idem creditor est, cui assignatio & assiepta fit, tertiam de capite suo (vt loquuntur) incumbere de qua recursum nullum habet, quia à Consuetudine adstringitur. Ideóque quod hic dicit assignationem fieri non *Hodie emptor* de laudimiis omnibus accipiendum, sed de ea tantum *solus laudimia soluit* quantitate, quam emptor venditoris nomine cogitur *art. 64. N. C.* soluere, non verò de ea quam ipse debet, vt quilibet emptor.

[f] *Pour le prix d'icelles.*] Et pro parte, quam emptor alieno nomine soluit, id est, pro portione venditoris, imo 4 vero nihil si dictum est, vt emptor tota laudimia recognosceret, *quitte de Cour, ou francs deniers.*

[g] *Sur lesdits heritages.*] *C'est à dire, on enfoncera en heritages la valeur des ventes, autant que l'acheteur en payera en acquit du vendeur & debiteur, non pas toutesfois la portion que doit l'acheteur de son chef.*

ARTICLE LXVII.

[a] E Seigneur peut par luy, [b] ou son Sergent [c] executer pour ses ventes, [d] & amendes.

Artic. II^c XIX. Nouæ Consuet.

[a] *Dominus potest per se* [b] *aut suum Apparitorem* [c] *pignora capere pro suis laudimiis,* [d] *mulctisque.*

NOTA 1.

1 *In ius vocatio fit melius per apparitorem.*
2 *Statuto induci potest, quod per aduersarium fiat sine iudice & nu. 4.*
3 *Molinæus sibi contrarius.*
Argentræus, in Consf. Brit.

D [a] *Le Seigneur peut par luy.*] Vocatum iam olim in quæ- 1 stionem, est an Iudex cuiquam vocandi in ius aduersarij potestatem posset tribuere, quod hic Consuetudo dicit PAR LUY, & valuit sententia posse. Nam nec vetustissimæ Iurisprudentiæ visus fuit apparitionũ

ad litigantes in ius vocandos priuata quidem in lite.
Citandi quoque vox antiquis nõ eum sensum habuit,
quem nunc tenet. Veteres Romani quo tempore sua
Magistratibus dignatio & maiestas erat, sine vllo cu-
iusquam Magistratus iussu, vt simplicissimè ita conue-
niētissimè suum quisque aduersarium in ius vocabat,
si recusabat etiam ducendi ius & facultas erat, Visum
est posterius crescente priuatorum audacia id immu-
tandum, & melius per Apparitores fieri, idque Magi-
stratuum iussu, quod nos sup. Art. 21. diximus. An
vero etiã executionis potestas demandari à Magistratu
priuato propria quidem in casu posset, nec hoc quidē
negatum à Bart. Bald. Salyc. auth. ei qui C. de bon. au-
thor. iud. possid. quamquam Bart. alioqui negarat l. si
finita § Iulianus. D. de dam. infect. Fieri vero pacto &
contractu posse. Bart. Bald. Angel. Salyc. disseruère l.
2 creditores. C. de pignor. Sed quin lege & Consuetudi-
ne posset, nemo dubitabat, vt in tit. C. quand. lic. vni-
cuique sel. sine iud. vindic. & alibi sæpe & Consuetu-
dine inf. Art. 243. quia lex in sua causa potestatem mã-
dat priuatis, quod ait Lud. Rom. cons. 244. diximus §.
48. Quod quamquam contra regulas iuris communis
conceditur. l. non est singulis. D. de reg. iur. l. extat. D.
de eo quod met. caus. l. creditores. D. ad leg. Iul. de vi
priuat. l. 1. D. quod vi aut clam. tamen ferendum est,
cùm speciali quadam de causa à lege vel Consuetudine
statuitur. Quod hoc ipso casu huius Articuli fieri vide-
mus, ita tamen vt intelligamus non purè nec simpli-
citer pro priuato accipiendum Dominum feudi, sed
innixum iure clientelæ & superioritatis, quã iustitiam
funciariam vocant, & domanialem, etiam si aliam Iu-
risdictionem non haberet, quod fere perpetuum est in
Britannia, vt sæpe diximus, vt nullum feudum domi-
nans reperiri possit sine Iurisdictione, quo casu nemo
dubitat Dominum per se etiam sine cuiusquam Iudi-
cis authoritate tales executiones, & præhensiones fa-
cere posse pro iuribus feudi, quod operosa disputatio-
ne & præfidenter concludit Mol. §. 1. glos. 8. q. 1. quo
loco eius hæc sunt verba. Audacter dico Dominum
sua tantùm, vel priuata authoritate manum suã iniice-
re feudo aperto, siue per se siue per familiam suam pri-
uatam, & num. 13. Itaque concludo, quod Dominus
feudi in vim legis huius Cõsuetudinis & vi concessio-
nis feudi, quæ est lex priuata, potest per se vel suos sine
Iudice manum iniicere feudo & possessionem nan-
3 cisci. Quæ eius verba non adscriberem, nisi quia alibi
tam sibi ipsi contrarius est, quam aqua est igni, adeo vt
ne præsuppositis quidē Consuetudinis verbis talibus,
qualia sunt huius nostræ in indiuiduo *Peut proceder ou
faire proceder*, admittat Dominũ priuato imperio posse
præhendere, quæ verba sic ille flectit, vt eludat vim &
sententiam mirifica subauditione in §. 52. glos. 1. verbo
arrest ou brandon. num. 77. & 78. cum tamen. §. 1. ex eo
solo potestatem eiusmodi Domino asseruisset, quia
verba ad eum dirigũtur, *disant, le Seigneur peut*, ex dictis

A per eũ, d. §. 1. glos. 3. num. 8. tũ quia cùm lex remedium
aliquot concedit, nec de adeundo Prætore mētionem
facit, apparet tale beneficium mero iure tribui, quod
Ias. dixit, l. admonendi col. 4. D. de iureiur. & ipse Mol.
allegat d. num. 67. Quam tamen contrariam sentētiam
sic verbis tēperat & eneruat, vt dilutam reddat. num.
78. ac fine vj. Placet igitur sententia Dominum per se 4
& familiam suam vel priuatam, si tamen de actu rectè
& renunciatione legitima constet, hoc casu pro laudi-
miis & mulctis exequi & lege agere, & præhendere,
& pignotare posse, nec hæc verba PAR LVY alium
sensum habere possunt, etiam si Molin. Iurisdictionis
adsistentiam subaudiat, Et si non negauerim consul-
tius per Iudicem fieri, sed necessitatis non est, Mol.
B num. 78. 65. & 108.

NOTA 2.

1 *Dominus per se aut per alium explectat.*
2 Executer, *quid comprehendat.*
3 *Committitur mulcta per sententiam & intra annum, &c.*

[b] *Ou son Sergent.*] Hæc verba determinant præceden- 1
tem alternatiuè partem, PAR LVY, & faciunt illam
stare in sua propria significatione, & ipsiusmet Domi-
ni actum præsupponunt, proprium & personaliter,
multo etiam expressius & vehemētius quam illa Mo-
linæi, *peut proceder ou faire proceder*. Et hoc verbum PAR
C LVY, actum siue expletum domaniale & funciarium
indicat, *par son Sergent* Iurisdictionalem potestatem si-
gnificat.
[c] *Executer.*] Id est pignora capere, aut immobilia, feu- 2
dalia tamen præhendere, & hæc liquidata ante laudi-
miorum summa. ex Art. 231. Item & intra limites feu-
di dumtaxat in suo scilicet territorio Art. 230. Sed &
liquidatio adiudicationē præsupponit, cum multæ sint
causæ cur debitoris laudimiorum intersit ante vocari.
[d] *Et amendes.*] Hic negari non potest sententiam re- 3
quiri, quia aliter mulcta aut pœna committi non po-
test, quàm per sententiam l. penult. & vlt. D. ad leg.
Iul. de vi priuat. ext. 232. Sed & intelligendum intra
annum latæ sententiæ, Nam post annum, clausula, *la
main garnie ou l'exploict tenãt* vitiosa est, & deferri opor-
tet oppositioni intercedētis, donec partes auditæ sint,
D intra annum clausula *la main garnie*, vim suam obtinet
salua oppositione. Quod ex foro rectè Molin. dedu-
xit d. §. 52. num. 148. & hoc quia hic Art. & 231. execu-
tionem permittit quominus quisquam hæreat in his,
quæ illo loco pluribus Molin. persequitur. Itaque ta-
lis opponens si intra annum venit, sustinet qualitatem
rei necessarij, & Dominus partes actoris, si post an-
num non est admittenda via oppositionis, sed actione
experire vassallus debet, & actor esse, & pendente lite
res præhensa permanebit in manu Domini. Sed hæc
pluribus d. Art. 231.

ARTICLE LXVIII.

ART. LII. NOVAE CONS.

ENTES sont deuës[a] au Seigneur, qui a[b] principalement[c] la bannie sur les choses, si elles n'estoyent tenuës de luy,[d] comme Iuueigneur d'aisné: auquel cas les ventes seroyent au prochain Seigneur lige. Et posé qu'aucun Baron[e] ou autre Seigneur[f] auroit la bannie generalement en sa Iurisdiction,[g] son subiect Seigneur proche[h] ayant la Iurisdiction sur les choses, aura neantmoins les ventes.

Ventæ

VEntæ seu laudimia debentur [a] Domino, qui habet [b] præcipuè ius [c] proclamationis in res, nisi tenerentur ab eo, [d] tanquam secundo natu primogeniti quo casu laudimia attinerent ad proximum Dominum ligium. Et posito casu quod aliquis Baro [e] aut alius Dominus [f] haberet ius proclamationis generaliter in sua Iurisdictione, [g] eius vassallus Dominus immediatus habens Iurisdictionem in res, nihilominus laudimia habebit.

NOTA I.

1 *Jus* de Bannie *est meri imperij.*
2 *Consensus domum in alienatione non adimit ei ius laudimiorum.*
3 L'aisné n'a ventes sur son iuueigneur, &c.

Hic locus septimus est ordine, in quo quæritur, quibus laudimia debeantur.

[a] *Au Seigneur.*] Domino feudi scilicet cui subiacet, & à quo mouetur (sic enim loquuntur) res vendita.

[b] *Principalement.*] His præcipuè, sed non solis, nec semper, vt infrà dicetur.

[c] *La bannie.*] *Tous Seigneurs n'ont pas droit de bannie, mais* 1 *regulierement tous Seigneurs liges ont droit de ventes.* Discrimen tamen iurisdictionum nullo loco in Consuetudine descriptum est, quod valde quidem desiderādum erat, nec si Imperio aut iurisdictioni mediæ, vel infimæ tribuendum est, ius de BANNIE vsquam est traditum; Obseruatur tamen ab eruditis & peritis fori & vsus, vt imperio tribuatur, iurisdictionem simplicem habēti non permittatur, mediæ quidem vno tantum loco Consuetudo meminit inf. tit. *des bastards.* Est igitur *droit de Bannie*, Symbolum vnum ex his quam Imperio competunt. *Droit de bannie est d'auoir droit d'approprier par sa Cour*, ex forma tituli, *des appropriemēs.* Iure igitur Consuetudinario huius Articuli fundata est intentio Dominorum ad petenda laudimia, cùm alioqui nec iure ciuili, nec iure feudorum vllum fundamentum habeat, vt ante diximus.

2 Quod si Dominus venditioni consenserit, vulgò putant laudimiis excludi, Ias. l. 3. numer. 40. de iur. emph. Boër. §. 1. tit. de feud. Iacob. Aret. Cy. Bald. l. dotalem. D. sol. mat. Afflict. decis. 112. in fine. Quod perquam falsum est: Namque consensus Domini ius ad laudimia potius disponit, quam adimit, quod Mol. rectè scribit. §. 13. glos. 1. num. 8. & §. 13. num. 7. & §. 55. glos. 1. ampliat. 2. num. 11. Quare inutilis dubitatio Chass. in casu posito tit. de retract. §. 9. numer. 3. Iacob. tract. de feud. vers. ita etiam quod in princip. lib. de feudis.

3 [d] *Comme iuueigneur d'aisné.*] *Car l'aisné n'a point de ventes à luy demeurantes sur son iuueigneur, qu'est à dire que si la terre tenue d'aucun comme iuueigneur d'aisné est vendue, les ventes n'en iront pas à l'aisné, duquel ledit iuueigneur tient ou reliefue, ains au Seigneur lige suzerain de tout les deux*, vt inf. art. 312. & 320. *Nous auons dit ces mots (à luy demourantes) car le iuueigneur encores que telles ventes ne luy appartiennent pas, les peut exiger & receuoir pour l'aisné: mais il ne les doit garder que xl. iours, qu'il ne les rende à l'aisné. Comme aussi l'aisné n'a bail ny rachapt sur son iuueigneur.* inf. artic. 74. & d. artic. 312. & hoc ipso Articulo.

[e] *Ou autre Seigneur.*] *Haut Iusticier*, scilicet.

[f] *Auroit generalement la bannie.*] *Comme le Baron de Foulgeres*, priuatiuè, *& faut entendre qu'on peut bannir tant par la Cour prochaine que suzeraine*, inf. artic. 265.

NOTA 2.

1 *Cuius laudimia sint, præsupposito Domino primo vassallo secundo & subvassallo tertio vendente, & nu. 2.*
3 *Emphiteotæ emphiteota quis esse potest, & num. 4.*
5 *Censuarius nulla habet laudimia.*
6 *Plurib. Dominis laudimia debentur.*
7 *Sed cuius expensis æstimatio.*
8 *Laudimia debentur ratione feudi, non iurisdictionis.*

[g] *Son subiect Seigneur proche.*] Pone vnum esse Dominum, Secundum & Tertium subordinatos esse vassallos, vendente tertio secundus laudimia habebit, etiam si primus vtriusque Dominus emerit à tertio, vt inf. art. 303 quod est magis mirum, propter ius antiqui dominij ortum habens & originem ex persona primi. Idem & in retractu qui semper immediato Domino competit. dict. §. 303 Nemo hîc dubitabit quemuis feudi Dominum subinfeudare posse, aut totum aut partem feudi, retenta quidem fide cum totum subinfeudat. Id iure quoque feudorum præter generalem Regni Consuetudinem admittebat. §. 1. tit. quali, olim feud. pot. alien. §. 1. tit. de leg. corrad. §. 1. titul. per quos fiat inuest. dummodò fiat sine fraude, non velata aut permixta venditione. Sed est hæc materia alterius loci, & in §. 242. infra tractabitur, & Molin. docet. §. 55. quæst. 5. & § 1. glos. 6. Sed hîc tantùm 2 de laudimiorum iure quæritur, cuius ea futura sint præsupposito Domino primo, & vassallo Secundo, & subvassallo Tertio: si Tertius feudum vendat. In quo patet id totum pendere à iure subinfeudationis, quod si vt præsupponimus permittitur, consequens est proximi & immediati Domini, qui in nostra hypothesi. Secundus est, priorem & potiorem causam fore, pro iuribus suæ inuestituræ quidem & cōcessionis feudalis contingentibus ex facto aut passione Tertij subvassalli, saluis quidem ante omnia iuribus primi Domini fidelitate, homagio & aliis debitis, ex facto tantum Secundi non etiam Tertij, in quibus Primus vt prior est tempore ita potior est iure, ita vt in cōcursu, anteferenda sit eius causa, cùm facto vassalli sui deterior fieri conditio eius nequeat. Hæc plana sunt in feudo, nec rectè contra Barber. in viato. tit. locati. numer. 36. nec Ias. in l. vltim. colomn. x. vers. sed antequam veniam. Cod. de iure emphyt. & vbi putat in casu huius Articuli nulla superiori laudimia deberi numer. 40. vbi allegat Anchar. & Anan. De emphy- 3 teosi multi variant, nec putant emphyteotam alterius emphyteotæ esse posse, nec plures subordinatos emphyteotas, sed consensum primi semper requirendum, eius laudimia, mulctas & cætera iura futura, de quo satis longa disputatio est Ioan. Fab. §. adeo colomn. 5. inst. locat. & pugna Doctorum l. 1. Cod. de iur. emph. & eorum quos longo ordine recenset & congerit Molin. §. 51. glos. 2. num. 18. 19. 20. 21. & rursum. §. 55. glos. 1. numer. 185. Chassan. tit. de feud. §. 8. gl. finali. Boër. tit. de feud. §. 22. Nos si verum fateri 4 volumus, nullo iure prohiberi perspicimus quominus vt vassallus vassalli esse potest, ita & emphyteota emphyteotæ esse possit retenta quidem recognitione, & nisi prorsus totum ius suum in alium emphyteota ita transtulerit, vt nihil retineret, de quo Anchar. Cōsil. 63. incip. motiua iudicis, quæ longo distinctio est

5 Molin. in d. §.55. De censuario negat, quia generali A ferè Consuetudine Franciæ Censuarius vnus alium facere non possit; Sed nobis inutilis hic labor est, quoniam nulla sunt ex censu nostro Domino census iura Dominicalia, cùm census nullam Iurisdictionem importet apud nos, nec laudimia, nec quidquam præter retractum, & præstationem census, vt alibi diximus art.50. sup. Ideòque vendere, donare, consumere ius suum censuarius potest; saluo censu & re pro hypotheca & securitate debiti, vt loqui solent.

Nisi excedit x. solidos reditus tunc laudimia debentur, art. 60. N.C.

6 Sed cùm hîc quærimus, Cui laudimia debeantur de pluribus subordinatis Dominis; Quærendum quid in pluribus æqualibus, veluti si vno contractu prætorium aut villa venditur, quæ constet pluribus fundis, qui à diuersis tenentur. Ac nulla dubitatio incidere potest, quin singulis pro rata eius quod in dominio cuiusque venditur, laudimia debeantur, habita ratione quantitatis quam in dicto pretio conuento fundi
7 cuiusque valor tenet. Sed quæritur, cuius impésis ea, aut diuisio aut æstimatio fiat: Et ratio poscit (si quidem nulla fraus proponitur,) & rem suam suo arbitrio bona fide contrahentes gefsêre expensis dominorum fieri quibus res geritur, quod Molin. putat. §.55. glos. 4. q. 3. quãquam contra iudicat, si plures res suas vno contractu vẽdiderunt, quia verosimile sit, quemque sibi de particulari pretio caruisse: Et si eiusmodi contractus fieri perquam rarum est. Sed putat succurri oblatione eius, quod æquum est Molinæus, Domino vero repugnante æstimationem fieri periculo eius, qui plus petierit, aut iniquum obtulerit. Quod & his quoque locis obtinet, in quibus de permutatione laudimia debentur, cùm res æstimandæ sunt, *ventiler*, alicubi vulgò appellant.

Quæsitum item, si cum pluribus Dominis laudimia deberentur, vnus aliquis partem suam repudiauerit, an cæteris accrescat, & negat eodem loco Molinæus siue sint coniuncti coniunctione legali, siue hominis, B siue contractus, idem eod. loco. q.2. quamuis iuri non decrescendi locus esse possit.

[h] *Ayant la Iurisdiction.*] Hic planè appatet, quod sæ- 8
pè cogimur repetere, Iurisdictionem pro subiectione feudali accipi, & significationes cõfundi. Neque enim laudimia debentur ratione iurisdictionis, sed ex lege & concessione feudi etiam nulla præsupposita iurisdictione, cuius vis diuersa est, ergò hæc vox abusiuè vsurpatur, *Pour le mot d'obeissance.* Sed ideo fit, quia vbique iurisdictionem cum feudo confundit Consuetudo, & perpetuo nostro iure connexa ista sunt in feudo dominante.

ARTICLE LXIX.

ART. LXI. NOVAE CONS.

i [a] le Seigneur [b] proche acquiert heritage de son homme, [c] dont il eust eu ventes, si autre l'eust acheté, le prochain Seigneur doit auoir [d] le tiers desdites ventes.

SI [a] Dominus [b] proximus fundum sui vassalli acquirat, [c] ex quo laudimia habuisset, si alius emisset, proximus alter Dominus debet habere [d] tertiam partem laudimiorum.

NOTA I.

1 *Secundo acquirente à Tertio triens laudimiorum debetur primo Domino.*

2 *Hoc casu mutatio fit, contra Molinæum.*

1 [a] *Si le Seigneur proche.*] Eodem themate retento suppone Primum, Secundum & Tertium subordinatos Primo. Secundo à Tertio emente laudimia pro triente Primo debebuntur. Non est igitur ambigua quæstio, quàm Molin. contra decidit. §. 13. glos. 5. q.12. cum ambigit, an Domino feudi rem à se in feudũ datam retrahente iure feudali, vel aliter sponte emente laudimia debeantur superiori, & deberi negat. Hîc contra statuit, ita tamen vt non pro solido, sed pro triente tantum deberi statuat, quæ portio est, quæ ab D omni emptore debetur. Igitur vt ab externis sic ab ipso quoque Domino concurrente in eo qualitate emptoris debentur. Nam pro duabus tertiis, quæ ab venditore deberentur, fit confusio in persona Domini, & eiusdem emptoris concursu agentis & patientis, actionis & passionis, l. vranius & l. heres. §. seruo. D. de fideiuss. & correlatiua confusione extinguntur. l. Stichum. §. aditio. D. de solut. Nec de suo contractu possent emptori laudimia deberi à suo vẽditore, quod Alber. dixit l. quod si vno. D. de in diem adiction. idem Albert. & Ias. l. vlt. q.5. col. 10. num. 43. Cod. de iur. emphyt.

Hodie solus acquirens tota laudimia exoluit, ar. 64. N.C.

Non debentur igitur pro portione venditoris, quia suo emptori deberentur, sed pro portione emptoris C debentur, & superiori applicantur, quia in Domino, qui secundus est in nostra hypothesi, qualitas emptoris concurrit, nec reuersio aut cõsolidatio feudi in eo fit ex natura & lege feudi, sed ex contractu veluti ab extraneo facto, accidentali & aduentitio iure. Quare melior sententia Boër. tit. de feud. §. 5. col. 5. vbi Domino retrofeudum emente laudimia superiori deberi confirmat, ex ratione Ioan. Fab. & Angel. §. si cui. Instit. de legat. faciunt ad hanc sentẽtiam, & quę scripsit. Tiraq. §. 1. glos. 14. numer. 112. etsi Boërij sententiam reprehendit Molin. in §. 30. num. 175. & suæ sibi rationes obstant num. 180. Falsa quippe est ratio Moli- 2
næi nihil hoc casu mutari in conditione feudi, nisi quod de feudo fit domanium, cùm fiat confusio per Consuetudinem contra Molinæum. Nam & hoc ipso D mutatio contingit, & extinguitur qualitas subfeudi & dominij vtilis, & debetur rachatus de toto, deinde etiam si mutatio qualitatis non contingeret, non sequitur laudimia non deberi, cùm manus vassalli mutetur, vt patet ad sensum in tali casu, & nouum homagium, & fidelitas debentur, quanquam Molin. perstat in sententia. §. 23. q. 4. Hæc verò Consuetudo dubium præcidit.

[b] *Proche.*] Quid si mediatus vt Primùs à tertio. Dicetur. art. seq.

[c] *Dont il eust eu ventes.*] Per contractum scilicet laudimiis obnoxium.

[d] *Le tiers.*] Quæ scilicet Consuetudinaria est portio emptori indicta, qui hoc casu est Dominus ipse idem feudi empti.

ARTICLE

Article LXX.

Et [a] si le subiect acquiert de son Seigneur proche, [b] les rentes & obeïssances, les [c] ventes en appartiennent au Seigneur suserain : [d] & pareillement le rachapt, ou le bail. Art. lxix. Novar Cons.

Et [a] si vassallus à primo Domino emeret, [b] solaria, & vassallagia [c] laudimia pertinent ad Dominum superiorem : [d] similitérque rachatus, aut baillium.

Nota 1.

1 *Vassallo emente à Domino proximo, laudimia debentur superiori.*
2 *Quid de superiore emente à subuassallo.*

1 [a] *Et si le subiect acquiert de son Seigneur proche.*] Superioribus Articulis duo separatim casus statuuntur, prior in articul. 68. qui est. Extraneo emente rem feudalem cui laudimia debeantur, an mediato an immediato Domino, & cui de pluribus subordinatis. Posterior, Domino ab vassallo emente cui debeantur; Hic casus tertius est & correlatiuus superioris, de vassallo à Domino emente, & hic statuit superiori vtriusque deberi, quia scilicet confusione agentis & patientis extincto vassallitio iure, Dominus immediatus de medio tollitur, & fit locus primo per dimissionem fidei ab secundo factam. Neque enim, quod Franci faciunt, patimur, vt quisquam titulo véditionis curiam transferre possit in alium retéta fide, quamuis titulo infeodationis possit, ex artic. 339. inf. cuius dispositio cùm
2 hoc congruit, & art. 343. Restat etiam indecisus quartus quidam casus, cùm Primus emit à tertio, retento themate, nam tum laudimia debentur secundo, qui medius est inter primum & tertium, sed immediatus Dominus tertij, qui vendit. Nam, an secundus cogere possit primum, qui idem emptor est, feudum extra manum suam ponere, ne eodem respectu Dominus sit & vassallus, dicemus. d. art. 303.

Nota 2.

1 Vendant les rentes, on ne pert l'obeïssance, & num. 4. 9.
2 *Iure feudorum vassallus alienari non potest ; contra iure Consuet. & num. 3.*
5 *Maiores in Britannia paruo concedebant magna feuda.*
6 *Tener inuestituræ potentior omni natura feudi.*
7 *Homagium remitti potest non ipsa fidelitas.*
8 *Post modicum interuallum* l'obeïssance vendue, *laudimia debentur.*
9 Le vassal affranchi n'est quitte de l'obeïssance, &c.
10 *An Tertius debeat Primo redemptiuum, &c.*

1 [b] *Les rentes & obeïssances.*] Hîc vox & particula (&) non stat in propria significatione coniungendi, sed resoluitur in disiunctiuam, *des rentes ou obeïssances.* Nam siue solarium, id est, reditum funciarium & nobilem vt aiunt per se, vendat, quod fit affranchisando vassallum retenta subiectione vassallitia, siue etiam dictum ius vassallitium alienet, & manumittat perpetuo, vtroque casu & altero laudimia debétur. Articul. 344. inf. *La difference est qu'en vendant les rentes, on ne pert pas l'obeïssance & subiection feodale, & demeure le mesme vassal autant vassal comme deuant : mais il est affranchi de rentes. Mais quand les obeïssances sont vendues, il y a confusion d'obeïssance entre le vendeur & l'acheteur, & obeïra l'acheteur au Seigneur superieur des deux prochemens.* Veluti de filiisfamilias dicimus, qui morte patris recidût in potestatem aui. *Obeïssances* vbique vocat Consuetudo ius patronatus, & vassallagij subiectionem & nexum clientelæ. Sed redditus, ipsum est vectigal quod non est de natura aut essentia feudi, sed de accidentalibus. An vero, Dominus retéta feudali potestate & iure, quam nos *obeïssance* appellare solemus, possit transferre in alium ius quod habet, quod alibi dicunt retenta fide & sine dimissione eius vassallum alienare, ita vt multiplicetur vassallagium, & homo dicatur & vassallus duorum. Res plana est Iure nostro Consuetudinario; Sed locus est aptior infra artic. 329. Iure quidem feudorum traditur vassallum vnum aut plures non posse alienari aut delegari alij, nisi cum vniuersitate territorij, hoc est, cum ipsa curia dominante, à qua feudum seruiens dependet, quod Bald. scribit. l. 1. col. 2. Cod. communia de legat. post Iacob. de Aret. per l. si non sortem. §. si libertus. D. de cond. indeb. vbi patronus obsequiales operas liberti nequit alteri delegare. Sic nec si Dominus vassallitium ius aliquod singulare vendat, tenetur vassallus iurare fidelitatem emptori, nec eum recognoscere. Sed bene si Dominus vendat feudum dominans, & omnia iura feudalia & totam curiam, quod ait Bald. cap. fin. ext. de off. delegat. Panor. c. auditis. col. 6. num. 21. de præscript. & cōs. 3. incip. nitar. in præsenti quæst. 12. lib. 2. Alex. cons. 25 lib. 5. cap. 1. §. ex eadem lege tit. de l. corradi. Zaz. in feud. part. 7. in fin. Sed id nos non obseruamus, & quemlibet vassallum emancipare possumus, 3 id est, absoluere nostro iure, etiam sine Curiæ dominantis alienatione. Sed & delegare etiam alteri citra iuris retentionem in vassallos solemus, vsu & commerciis, quanquam fortasse causa cognita & re in cōtrouersiam deducta tales circunstantiæ incidere possent, vt iusta vassalli denegatio dici possit, recusantis in alterius ius transire, citra alienationem feudi dominantis, de quo Molin. §. 1. glos. 3. quæst. 3. disserit. De eo non dubitatur, quin solarium & vectigal annuum & debita feudalia, & pecuniaria vtilia Dominus possit alteri cædere, delegare, donare aut simpliciter vassallo remittere & affranchisare (vt loquuntur) vassallum à debitis, retento vassallitij iure. Itaque & 4 qui auenas, fruges, pullos & pecuniarias pensiones debent, sæpè eximuntur debitis vno tantum retento denario veluti symbolo vassallitij. Neque enim hoc essentiæ feudi, aut substantiæ feudalis contractus repugnat, imo suapte natura feudum & ex diffinitione liberum, & francum est (vt loquuntur) & immune ab pecuniariis debitis, & pro obsequiis personalibus, & honoris gratia cōfertur, nec de eius conuenientia est, vt quidquam lucrosum pro eo præstetur, & quod initio diximus, cùm essentialia quædam sint huius contractus, alia naturalia, alia accidentalia, istud inter accidentalia reponendum, vt certa seruitia, aut debita

præstentur, nisi cùm ab moribus imponuntur, vt laudimia, quo casu accidentalia in naturalia transeunt.
5 Quod maiores nostri multo liberalius & splendidius faciebant quàm nos hodie, cùm creberrimè pretiosa feuda paruo concessa ab his videamus, & plerumque indictis obsequiis personalibus ludicris & penè stultis, vt virgines basiandi, aut nouas nuptas cogendi ad insiliendum in lacunas aqua plenas, tum maritos ad feriendum postes (quintanas vocant) aut ranas compescendi, aut muscum conquirendi ad ea obsequia, quæ honestius tacentur. Est etiam qui sibilum, saltum, crepitum edere simul eodem momento debeat in gratiam Domini, addita mulcta pro feudo amplo & locuplete; siue eo tempore quo concedebantur, minus fuit hominum, siue magis splendida erant hominum, qui tum viuebant, ingenia. Nunc rei studetur, & contra regulares feudorum leges feudum nunc non datur, nisi quanti valet (vt loquuntur) & æquo cum fructibus reditu. Est tamen feudi cõditio & contractus per se liber, qua de re pluribus Ias. disputat in prælud. feud. Iacob. titul. de feud. vers. qui quidem inuestiti numer. 61. & seq. & Molin. in proœmio feu-
6 do. num. 52. & 53. Zaz. tit. de feud. part. 1. Sed id totum à pactis accidentalibus inuestituræ pendet, quæ naturæ feudorum derogant. cap. 1. vbi Bald. tit. de duob. fratrib. à cap. inuest. cap. 1. §. præterea, & ibi Bald. tit. quid si inuest. Francisc. Curt. 2. parte 2. partis feudorum numer. 57. & 58. tex. cap. si cui. tit. de extraord. cap. Corrad. Bald. l. quoties. Cod. de suis & legit. & in prælud. feud. in quarta diuisione, & alibi dicit tenorem inuestituræ potentiorem esse omni natura feudi. Cons. 251. lib. ij. & quos fusissimè congerit Tiraq. l. si vnquam verbo, libertis num. 9. Cod.
7 de reuo. don. Ergo id totum remittere Dominus ab initio, aut ex post facto potest prout libuerit, imo & homagium quod nunc propemodum Consuetudinibus locorum in substantialia transiit, (quia nullum feudum siue homagij lege tenetur) remitti potest citra feudi corruptionem, vt & fidelitatis iuramentum, sed non fidelitatis necessitas in se, quæ de substantia ipsa feudi est, & quæ feudi contractum adempta destrueret, cùm ob hoc ipsum feudum detur, quod Iacob. scribit d. tract. de feud. vbi sup. numer. 73. Sed etiam dissoluti patresfam. non solent in totum facere, sed

A vnum aut assem, aut denarium retinere symbolo obedientiæ & vassallagij.

Constat igitur alienari, cedi, delegari vassallum pro debitis feudalibus posse, nec dubitatur de tali venditione superiori Domino laudimia deberi pro pecuniæ conuentæ quantitate. Sed quæsitum est, si 8 cùm quis prædium in feudum vassallo dedisset, atque ita *à la charge de l'obeissance*, de quo contractu laudimia non debentur, vt ante diximus, art. 61. an si post paucos dies, *il vend l'obeissance au mesme acquereur*, laudimia debeantur. Nec dubitatur de toto deberi veluti de fraudulento contractu, & venditione totius per partes facta, quod ante fusè explicauimus, ex ratione pecuniæ datæ.

Occurrit inde quærere, si simpliciter Dominus 9
B vassallum absoluerit, id est (vt loqui solent) affrancauerit, an tali enunciatione ius patronatus quoque remissum videtur, id est, *si l'obeissance s'entend estre quittee.* Et negat Bart. Imperium aut iurisdictionem remissam videri, sed obsequia duntaxat & seruitia personalia, multo minus igitur ius patronatus, id est vassallagium remissum tali casu putandum est, quod Bart. agitat in Cons. 189. col. 3. vers. quæro an per summissionem, & ante eum Oldrad. Cons. 233. incip. factum, tale est quidam miles, & quos congerit Boër. decis. 263. num. 3.

[c] *Ventes en appartiennent.*] Scilicet facta confusione patronatus & vassallagij, id est, agentis & patientis & sublato venditore medio, qui secundus est, retenta hypothesi; Etiam inde emptor, qui tertius est à pri-
C mo feudum recognoscet.

[d] *Et pareillement le rachapt & le bail.*] Debet itaque tertius hic redemptiuum, aut baillium, quod pro feudo dominanti empto, quod ante secundi erat, debebatur. Dubitari & illud quoque potest, an si tertius hic re- 10 demptiuum è suo capite debebat secundo à quo emit, an item debeatur primo propter medium sublatum: Et cùm confusione extinctum sit ius vassallitij, quod inter secundum & tertium fuit, videtur nihil amplius deberi, sed id tantum quod secundus primo debuit, quod extingui non potuit, quæ propria materia est art. 339. in quo argutiis sensus ludificatur Molinæus. §. 23. quæst. 13. & §. 13. Sed hæc alibi.

ARTICLE LXXI.

Artic. LXXIIII. Novae Cons. *Solus emptor soluit ea.*

E vendeur doit les deux parts des ventes, & l'acheteur le tiers.

VEnditor debet duas partes laudimiorum, & emptor tertiam.

NOTA I.

1 *Regulariter laudimia debentur à solo emptore.*
2 *Emptor non soluit imminente euictione.*
3 *Emptor declarans se alieno nomine emisse, An duplicia debeantur laudimia.*
4 *An ante ratificationem laudimia soluentur rei alienæ venditæ.*
5 *Molinæi sententia improbata.*
6 *Qua actione conueniatur emptor, &c.*
7 *An laudimia debeantur à retrahente emptori priuilegiato, &c.*
8 *Generaliter priuilegiato non debentur, vt ex ordin. &c.*
9 *Quid de Domino in retractu feudali, &c.*

D 10 *Actio in retrahentem pro laudimiis datur non in emptorem.*
11 *An Dominus laudimia debeat fructum sui fundi locati, &c.*
12 *Consuetudo cuiuis loci seruanda in soluendis laudimiis.*

[a] *Le vendeur doit les deux parts des ventes.*] Hic locus 1 sextus est ordine quo digessimus. A quo scilicet laudimia debentur, in quo recepta est sententia, cùm de emptionibus debeantur & his cõtractibus omnibus, qui in emptiones recidunt, ab emptoribus deberi ni particularis aliqua locorum Consuetudo obstet. l. debet. D. de ædilit. Edict. Qui locus cum fusè tractetur ab. Boër. §. 3. tit. de feud. Chassan. tit. de cens. §. 1. Molin.

lin. §.23. q.2. & §.55. glof.2. Iaf. l.vlt. num. 41. C. de
iur. emphyt. Molin. in lib. de contract. vfurar. q. 6.
non eft quod hic ita multum ponamus operæ.

Hodie venditio nulla debet art. 64. N. C.

Debet igitur venditor laudimiorum beffem, id eft
duas partes, emptor trientem; Nec debitum impedit,
quod Dominus feudi ei cõtractui aut præfens fuerit,
aut confenferit, ex quo laudimia petuntur, quia Do-
mini confenfus potius laudimiorum iura præparat, &
difponit quam excludit, quod Molin. tradit & pro-
fequitur. §.13. glof.1. numer.8. & §.23. quæft.2. nu-
2 mer.7. Rectè tamen folutionem detrectat emptor, fi
de rei emptæ proprietate in controuerfiam vocatur,
aut fi quauis de caufa euictio imminet, & profpicitur.
Neque enim plus iuris habet Dominus ad laudimia
petenda, quàm venditor ad pretium, quod confequi
non poteft imminente euictione. l. fi poft perfectam.
Cod. de euict. l.penult. C. de peric. & com. rei ven-
dit. quod Molinæus tractat. §.55. glof.3. num. 11. & re
etiam euicta foluta repetit, fi fiducia contractus, &
bona fide foluit ignorans vitium contractus, de quo
Molin. d.§.55. glof.1. num.25.

Porrò cum ab emptore pro tertia deberi dicimus,
intelligimus fiue Dominus fit, fiue poffeffor dũtaxat,
quod nos fupra tractauimus. §.59. & Molin. attigit. §.
55. glof.1. num.17. & 18. & glof.3.

3 Quæfitum eft vero, cùm quidam ex auctione emif-
fet, nomine fuo aut certè alieno aut expreffo, deinde
eodem die apud acta aut feparato inftrumento decla-
raffet fe nomine cuiufdam emiffe, An laudimia dupli-
cia deberentur; Nam quin vna nemo dubitat. Hîc
tibi feparandi funt cafus, nam fi conftat alieno man-
dato emptum & de anteriore mãdato docetur, etiam
fi nomen expreffum non eft, vnicum tantum laudi-
mium debetur, veluti eius nomine facta fit emptio
qui mandarat. Sin nomine ementis facta fit, fi eodem
die aut incõtinenti intẽtionem declarat ante adeptam
poffeffionem, hic quoque vnicus contractus eft, &
vnica laudimia debentur. Sin ex interuallo aut poft
adeptam poffeffionem, duplicia debentur vt ex duo-
bus contractibus, quod Molin. tractat. §.23. q.5. &
quæ congerit. And. Tiraq. in retract. conuent. in fin.
num. 115.

4 Huic illa affinis eft. Cùm maritus rem dotalem
vxoris vendidiffet, & promififfet ratum habitum iri
ab vxore, an ante ratificationem laudimia deberentur,
cùm rem alienam vendi conftet, nec emptorem Do-
minum fieri, & vendicari poffit res vendita ab vxore
domina. Hic fpectandus euentus eft: Nam fi aut vxor
venditionem non retractauerit, quamuis nec verbo
nec facto aliter ratificet, ita vt emptor vi contractus
in ius mancipiúmque fuum, aut præfcriptione quin-
decim annorum aut bannimẽtis afferat, laudimia de-
bentur, Nam & res aliena vendi poteft, & quod ma-
gis mireris bannimentis afferi, exclufo etiam Domino
vero, vt inf. art.185. qui hac de re expreffus eft, & res
efficaciter mutat manum, & vaffallus alius fuccedit,
& contractus fortitur effectum; Sin verò pendet &
adhuc dubium eft quid futurum fit, laudimia folui
conuenit, cùm fibi imputare debeat, qui emit alie-
num ante litem quidem motam, nam ea mota non
debet veluti interim imminente euictione. Qua de re
Molin. diuerfum quiddam aliqua ex parte tradit. §.23.
q.11. & §.55. glof.1. num. 22. Condici autem poffunt,
5 fi foluta funt, re pofterius euicta. Nec probo Molinæi
fententiam, qui putat re aliena vendita, fi Dominus
pretio accepto ratificauerit, de eo quod acceperit vt
ratificaret laudimium non deberi, fi iufto alioqui pre-
tio res empta erat. Quod perquam falfum eft præfup-
ponimus ratificãtem effe Dominum, fecus fi pro iure
quopiam prætenfo pretium acciperet, ne intercede-
ret, quod tamen Molin. putat. §.55. glof.1. num. 138.
fibi ipfi alibi contrarius hac in re. Eft enim, quod
Dominus accipit, pars pretij, & contractus confirma-
tio: Nec pretium rei iuftum attendi debet in iudican-
dis laudimiis, fed id duntaxat quod conuentum eft.
Nil igitur refert quo pretio res æftimanda fit, fed quid
venditor acceperit vt venderet.

Quæfitum & de emptore, qui rem cuius nomine 6
laudimia deberentur, emiffet, an ab Domino feudi
conueniri poffet veluti actione in rem fcripta. Refpõ-
deo perfonali quidem non poffe conueniri, cùm non
fit obligatus, hypothecaria tamen poterit, veluti re
ipfa obligata. Quod ego quidem intelligo de cõtractu
à prædeceffore facto: Nam de fuo quin teneatur, du-
bium non eft, etiam ad effectum executionis, vt in
art.251. Sed & inueftituram & receptionem in homa-
gium rectè à Domino recufari Molin. putat, nifi prio-
ra quoque laudimia exoluantur. Molin. §.54. q.3. &
55. glof.7. numer.1. In tantum autem putât perfonali
non teneri, vt ne fi dictum quidem fit in contractu vt
emptor folueret, agi poffit, nifi Notarius forte pro
Domino ftipulatus fit, quod ille fcribit. d.§.55. glof.1.
d. num.1. Pet. Iacob. tit. de actio. in rem pro re em-
phyt. col.5. verf. fed contra alium. Papæ conf. 46. &
conf. 126. & conf. 147.

Sed cùm hîc quæramus à quo laudimia debeantur. 7
Dubitatum & de eo eft, qui priuilegio & iure quo-
piam fingulari laudimiis exolutus effet, vt de Secreta-
riis coronæ Franciæ, qui priuilegio fingulari laudimia
nulla debent. An fi quis forte confanguineus rem
emptam ab his retraxerit, laudimia quoque refunde-
re debeat. Dubium facit quod nulla foluit, nec videa-
tur iure repetere quod non foluit. Refpondetur pri-
uilegium emptori attributum, quod fi fic fit retra-
hentis commodo ceffurum fit. Placet diftinctio, quod
iure fingulari & priuilegio, aut officij, aut perfonæ,
cuiquam attributum fit, ne foluat, re auocata repe-
tere poffe, quod Molin. tractat. §.54. & §.24. & §.15.
attigit. Tiraq. in retract. §.29. glof. 4. Boër. decif.
231. Quod fecus iudicatum eft, in eo cui generali pri- 8
uilegio triens de laudimiis deductus effet. Id enim
quod omnibus æquè emptoribus generali iure tri-
bueretur, videri potius ius commune, & partis re-
miffionem, quæ repetenda non effet, cùm id omnibus
æquè competeret, veluti cùm ex edicto tertiam par-
tem laudimiorum emptoribus omnibus Rex remifif-
fet, & ab coactoribus fuis accepto ferri iuffiffet, fi
contractus fuos intra trimeftre profiterentur, emptor
quidam à quo res retracta erat, eam quoque partem
retrahenti imputabat, quæ edicto remiffa effet, re-
trahens negabat fe ad eam teneri: Denique iudica-
tum eft ab retrahente non deberi, *entre Maiftre Artus
Pinçon, & le fieur de la Piguelaye*, anno 1565. menfe
Septemb. veluti id potius ius commune effet, non
emptorum ius fpeciale, quanquam magna ratione
dubitabatur.

Similis & alia de Domino feudi, qui ab emptore 9
retractu feudali rem auocauerat, aut qui à vaffallo fuo
emerat, à quo deinde confanguineus auocabat. Nam
cùm ex fuperiore Articulo Dominus emens à vaffallo
tertiam laudimiorum debeat, duas tertias reliquas
non foluat, veluti in perfona fua confufas. Quæfitum
an eo cõtractu in retrahentem tranflato repetere pof-
fit, quod foluit Domino fuperiori, & id quoque quod
non foluit, quia fibi debitor effe non poterat; An
omnia ifta iura confufa reftitui oporteat, veluti & in
feruitutibus traditur. Et de his quidem, quæ in eius
perfona confufa erant, minor eft dubitatio, & tradi-

tum restitui oportere, quod Molin. tractat. §.13. glos. 1. num.78. & §.55. glos.1. num.112. Tiraq. §.29. glos. 2. num.9. De his verò, quæ superiori Domino soluta sunt, maius esse dubium potest, quia suum & debitum consequutus est, nec eum casum Molin. aut Tiraq. attingunt, qui est è Consuetudine locali. Sed tamen resoluto eius iure è Cõsuetudine, cõsequitur ius vassallitium restitui Domino medio qui idem emptor est, & obedientiam, vt loquimur, feudalem extinctam confusione feudi dominantis & seruientis, instaurari & reuiuiscere. Ideóque ipsi soli laudimia deberi cuius in feudo reponantur, ex dispositione, art. 68. & soluta repeti causa non sequuta, & ad causam reducta, per iura quæ ipsi in priore casu allegant & Tiraq. §.1. glos.7.

A

10 Sed & sæpè vsuuenit quærere, an cùm emptor retractu consanguineo coactus esset retrahenti rem cedere, pro laudimiis nihilominus conueniri possit veluti personaliter obligatus, & cuius vt aiunt ossibus actio inhæreat saluo recursu aduersus retrahentem. Et existimo translatis ex dispositione Cõsuetudinaria actionibus in retrahentem contractu non spontaneo sed coacto & necessario, omnes etiam actiones passiuas in eundem transferri, ac nulla de re, lite, aut iure fundum retractum concernente, emptorem conueniri posse, quin etiam lites omnes de re ipsa eodem in statu transferri, omniáque infecta haberi; quod ad emptorem, nisi vitium aliquod grande & culposa lis imputari possit. Qua de re rectè. Tiraq. sensit. §.29. glos.2. in princip. & argumento quam maximè congruit. l.1.D. ad Trebel. l.legatum sub conditione. D. de annu. legat. Quod tamen secus esset in spontanea reuenditione. vt ibid. tradit.

B

Incidit in hunc quoque locum illa quæstio, An si Dominus feudi, fundi dominantis fructus atque in his laudimiorum iura cuiquam aut vendiderit, aut locauerit, & contingat postea Dominum ipsum emere in eo districtu, aut contractum facere qui laudimia debeat, ipse quoque suo conductori laudimia debeat, & respondit Molinæus debere. §.55. glos.1.q.9. num. 113. & ego probo, & sententia est Doctorum casu non absimili. 11

Hîc iam est, vt eum locum, qui ordine nonus est, tractemus, cuius loci Cõsuetudinem spectemus: fingamus feudum sub ditione Regia Dinanni esse, à quo veluti membrum quoddam depẽdeat villa in ditione Neoduni, id est, Castrinoui, cuius loci iura spectemus, si capitis octaua debetur laudimiorum nomine Dinanni scilicet, si membri sexta Neoduni, ex Consuetudine eius ditionis, & loci vbi res sita est. Consuetudinem rei sitæ spectari scripsit Mol. §.14. num.36. & §.53. num.11. & Imbertus in Enchiridio vers. Consuetudo Regionis. Quod ego quoque existimo, cùm talis sit conditio realium, vt locus rei sitæ spectetur, quod in decimis quoque exigendis solemus facere. Sed & iudicium discriminandi Consuetudinem doctè omnino adhibet Molin. in Cons. Paris. §.7. in fin. vt intelligatur, quid intersit inter Consuetudines loci & hominis, seu facti tantum. 12

Article LXXII.

Art. LXV. Novae Cons.

E Seigneur peut auoir le serment du vendeur & de l'acheteur, comment a esté fait le marché : pour raison duquel il pretend auoir ventes.

Dominus potest accipere iusiurandum à venditore & emptore, quo modo inita fuerit conuentio, ex qua prætendit habere laudimia.

Nota I.

1 *Hoc art. iuramentum est purgationis non probationis.*
2 *Standum iuramento, nisi pars contra probare velit.*
3 *Finis iuramenti, &c.*

1 Cùm variæ persæpè artes ab contrahentibus excogitentur ad eludenda Dominorum iura, Consuetudine receptum est sacramento eas suspitiones purgari, & verum elici, quod & in retrahentibus quoque iure sanguinis locum habet, ex art.290. inf. Cæterum non est necesse ad hoc, vt Dominus exigere possit, ipsum fraudem in facto (vt loquuntur) ponere, *ny positiuement articuler ou maintenir*. Est enim hoc sacramẽtum purgationis potius quam probationis positiuæ ex Consuetudinis dispositione inductum, non iudiciale, tametsi negandum non est Dominum si velit, ponere posse & probare legitimis probationibus, atque adeo iuramento etiam iudiciali.

C

Nam & generaliter traditur, etiam si stari cuiusquam sacramento Consuetudine disponeretur, id tamen intelligendum, nisi pars contra probare vellet, quod cumulatè disputat Tiraq. in retract. §.4. glos.1. & huic Consuetudini conuenit. Ord. Francisci I. anno 1536. nostræ Britanniæ edita, & alius art.324. infra. Porrò quam fidem faciant contrahentium confessiones latè Tiraq. tractat. in præf. retract. numer.26. & §.1. glos.18. numer.46. Id verò fit ad retegendas fraudes, cum simulatione proponuntur, & tectæ venditiones, & quia conuictis mendacij mulcta indicitur & periurij pœna, aut duplicia iura. Nam res in commissum non incidit ob dissimulata laudimia, quod malè Francis. Mart. putat. decis.573. lib.1. 2 3

ARTICLE LXXIII.

En contracts[a] d'eschange,[b] censie, &[c] donnaison,[d] ne pour retraict de premesse, n'appartiennent ventes. Art. LXVI. Novae Cons.

IN contractibus[a] permutationis,[b] census[c] donationis,[d] nec pro retractu gentilitio non debentur laudimia.

NOTA I.

1 *De permutatione an laudimia debeantur.*
2 *Consuetudines ea de re.*
3 *Amplia in permutatione vera quocunque nomine veletur.*
4 *Amplia de quocunque immobili fiat.*
5 *Amplia etiam in fundis æstimatis.*
6 *Amplia etiam tum cum permutans emptorem subministrat.*
7 *Amplia pro fundo in specie dato, vel in genere promisso.*
8 *Quid* des eschanges, pour aller à ses contracts attournez, ou descharges.
9 *Quid re permutata recuperata.*
10 *Quid si pecunia suppletur.*

1 [a] *En contracts d'eschange.*] Hæc dispositio pars est loci quinti, cuius pars altera tractatur. art. 59. De quibus scilicet contractibus laudimia debeantur. Fuit verò maioribus nostris in his, qui hic nominãtur, speciale quiddam, ne scilicet vulgares promulgationes in his vsurparentur, *on ne s'en approprioit pas par bãnies, comme aux autres cõtracts, mais il suffisoit de tenir de saisi à saisi par an & iour*, vt in veteri art. 220. *pour estre approprié.* Diximus verò de venditionibus propriè laudimia deberi, & his contractibus qui in venditiones incidunt, vnde fit vt permutationes excludantur, vt & quibusdam externarum Prouinciarum Consuetudinibus Paris. Aruernorum, & Trecensium, quanquam diuersæ ab his Turonum, Cenomanorũ, Andium, Delphinatũ, Frã-
2 cisc. Marc. decis. 572. 1. vol. Cęteræ iure communi negant de permutationibus deberi, quod Barr. Bald. Saly. tractant. l. 1. C. de permutat. Locus hic apud Boër. tit. de feud. §. 18. & decis. 263. latè. Guid. Papam decis. 48. & 92. & q. Tholo. 27. Iacob. de Sancto Georgio. tit. de roydis. num. 32. Molin. §. 55. glos. 1. num. 106. & glos. 4. num. 12. & glos. 2. num. 6. Tiraq. in retract. lig. §. 1. glos. 14. num. 29. & 28. Chassan. tit. de censib. §. 7. Sanson in Cons. Turo. tit. *des rachapts*, §. 15. Ferro. tit. de feudis. §. 18. Pleræque Consuetudines ita demum à laudimiis excipiunt, si ab eodem Domino moueantur, secus si à diuersis. Quid in retractu, vid. Chas. tit. *des retraicts*, §. 9.

3 Ampliandum siue contractus per se veram & apertam permutationem sonet, siue ficto nomine, permutatio tamen vera & essentialis sit. Nam quæ simulato nomine permutationis venditio est, venditionis leges accipit, quãtumlibet simulatus titulus affingatur; Sin verò simulatio in alium contractum transeat, qui ne ipse quidem laudimia debeat, ne illo quidem casu vlla debebuntur, veluti si permutatione donatio tegatur, quod Molin. verè scribit. §. 55. glos. 2. num. 7.

4 Amplia item si permutatio fiat non solum de fundo ad fundum, aut re immobili ad rem immobilem, sed & si fiat cum re immobili vice fungente, veluti pro reditu censuario apud nos, aut nobili aut fundiario (sic

Argentr. in Cons. Brit.

A enim vocant) aut etiam pecunia constituto, sed ad rationem viginti pro vno aut supra; quo casu reditus pro immobili habetur, & immobile repræsentat, & vicem eius tenet, ideóque in veram & effectualem permutationem incidit, nec laudimia debẽtur. Quod quidẽ sic Molin. intelligit, si reditus permutatur cum tertio, ita vt reditus duret, & continuetur: Nam si cum debitore permutatur, ita vt extinguatur siue natura, siue conuentione sit redimibilis, pecuniæ loco fungitur. Sic accipienda quæ Molin. obscurè differit in vltimo distinctionis membro. §. 55. glos. 1. num. 6. Quare inepta nuper dubitatio fuit hominum cætera confidentium, cùm consultarent an permutatio esset, quæ proponeretur facta fundi ad censum.

B Amplia etiam, si res immobilis aut fundus æstimatus pro alio item æstimato datus sit, quantumuis exactè æstimatio fiat siue respectu cõsanguineorum, siue Dominorum feudi, quia tum non censentur æstimati vendẽdi causa, sed vt valor & æstimatio cuiusque fundi propter euictionem forte, aut compẽsationem intelligeretur, & quæ fundorum aut æquabilitas, aut enormitas esset. Nam quod traditur æstimationem facere emptionem, non semper verum est, sed tum demum cùm de pretio cõuenit, & res eo pretio æstimata traditur. Alioqui si demõstrandi, limitandi, designãdi valoris causa fit, alia intentio alius finis est, quod Molin. scribit. §. 55. glos. 1. q. 7. num. 100. & 105. & seq. & alibi d. q. 7. & hac Consuetudine est expressum. inf. art. 300. quanquam in illo ipso casu accidere potest, vt C venditio potius censenda sit, quod ibi dicemus. 5

Amplia iterum non solum, cùm vera & formalis permutatio fit fundi ad fundum, sed etiam si alter pecuniam cõparare voluit & venalem fundum habuit, alter, qui alioqui suum non esset alienaturus, emptorem reperit, promisit, subministrauit, qui rem à se datam pretio recuperaret, vt ita pecunia volenti daretur, ipse desideratum prædium obtineret, si modo suum nunquam recuperauit. Hæc quidem Molin. sententia. §. 23. q. 23. Tiraq. in præfat. retract. num. 78. Arest. apud Lucium nobile Montholonij viri illustri nomine tit. 3. lib. ix. Arest. 7. Cuiusmodi contractus, quod negari non potest, valde quidem periculosi sunt & circunstantiis obnoxij, & iudicantium arbitrio, si vt D in themate proponitur, alter contrahentium se obligat ad repræsentandum emptorem, qui pretium refundat, quod ab ipso permutante fieri propemodum videtur, cùm ad id lege obligationis teneatur. Denique si de pecunia semel conuenit, non refert quid postea agatur, vera enim & formalis venditio est, Cui obiecto vna tantum responsio obstat, si talis emptor sibi vere negotium gerit, sibi emit & contrahit, & permutans re vera nunquam fundum à se datum recuperat. Neque enim, postquam semel alienauit, eius interest, quid de eo suus compermutans statuat aut disponat, & Molin. d. q. 23. recuperatum præsupponit, cùm contra resoluit. 6

Amplia non solum, cùm certus, nominatus, & 7

descriptus fundus datur pro alio fundo, vt vera per-
mutatio sit, nec laudimia debeantur; Sed etiam si in-
certus, veluti fundus in genere certificandus per tra-
ditionem, aut tantus reditus fundiarius assignandus
in fundis, aut tantum census, modo nulla redimibili-
tatis conditio apponatur, Boër. §.18. vers. per ista po-
test determinari, de feud. Io. Fab. §. actionum. col. 4.
vers. 1. & per ista potest determinare. Inst. de act. te-
net, etiam si de permutatione deberētur, de cōtractu
quo quis fundum dat pro decem cordibus frumenti
quas accipiens promittit assidere (vt loquuntur) in tali
loco, aut pro decem quarteriis prati quæ promittit ac-
quirere in tali riparia, laudimia nulla deberi, quia etsi
contractus veræ permutationis nō sit, sit tamen do vt
des, cùm certa species non sit, quæ altera ex parte de-
tur, & Angel. ibid. col. 28. super glos. verbi quando
non est. Sed istæ verborum pugnæ sunt, re & effectu
nil differunt, cùm certum dicatur, quod per se vel re-
lationem ad aliud certificatur vel ex euentu, l. certum.
D. si cert. petat. l. nominatim. D. de cond. & demōst.
l. nominatim de legat. 3. & l. nominatim. D. de lib. &
posth. l. si rem. D. de rei vend. Sed sufficit materiam
& subiectum reciprocum esse immobile, etiam si cor-
pus incertum sit, quod tradendum est.

8 Ex hoc apparet, quid censendum sit, de eo con-
tractuum genere qui frequentissimi apud nos sunt,
cùm quidam alienare quidem prædium statuunt, sed
non ante tamen quam aliud repererint, vbi pecuniam
collocent diffidentes parcimoniæ & fugaci pecuniæ,
ne interim absumát, ac dum tempus expectant amissa
pecunia fundo quoque careant. Huic incommodo
dum cauent prædium tradunt, dicto pretio pro quo
accipiens teneatur redimere quodcunque prædium
tradens, pro eo pretio venale reperiri poterit, *qu'ils
appellent aller à ses descharges & attourneZ*. Hic se multa
quæstionis capita pandunt, quorum tota difficultas à
conceptione verborum pendet: Nam paulum modo
mutatis verbis aliæ atque aliæ dispositiones, & diuersi
contractus existunt. Nam si prædium pro pecunia
alienatur, dicto & conuento pretio, venditio est, etiam
si postea conuenit, vt pro pecunia fundus daretur. Hic
enim venditionis substantialia concurrunt, sed pro
pretio fundus in solutum datur. Sin de permutandis
fundis initio conuenit, sed adiecta est æstimatio de-
signãdi valoris causa, aut alia propter metum euictio-
nis citra vendendi animum, tum vera permutatio est,
vt ante diximus, nec hic æstimatio quidquam ad ven-
ditionis effectum addit. Sin vero Titius omnino pre-
tium alienaturus non erat, nisi aliud reponeret. voluit
autem quærendi necessitatem imponere accipienti,
aut ipse quærere addita ad hoc tãtum æstimatione, vt
aliud eiusdem valoris reponeretur, permutatio est,
neque enim refert, an is qui dat de suo det, an alienum
reponat consensu tamen Domini, an emat quod re-
ponat. Quod plerũque fieri videmus cùm is qui suum
alienat, carere vult molestia prædij conquirendi, nec
vllis laudimiis vult subiici, sed eam necessitatem im-
ponit suo permutanti. Hîc apparet multum omnino
interesse quomodo contractus concipiantur: Nam
paulo momēto in alium atque alium cōtractum con-
uentiones transeunt, vt sic denique cùm cuiquam fun-
dus abest, pecunia adest, emptionem formalem iudi-
cemus, etiam si pro pretio semel conuento aliud aut
contingenter. aut subsequuta conuentione dari con-
tingat etiam immobile. Nec refert, quod quis fundum
pro fundo habeat, si originalis contractus pecunia
conuenit, qui altera demum conuentione in alium
transit: Sicuti nec è contra, quod quis pecuniam pro
fundo, vbi semel iusta permutatione in quemquam

A transit. Nam permutatio esse non desinit, sed fit re-
demptio rei permutatæ, de qua laudimia debebuntur,
quamuis in talibus magnũ hoc iudicium sit ad arguē-
das fraudes, vt posterius dicemus: Sed nos veram per-
mutationem præsupponimus. Quæ ideo nos pluri-
bus, quia frequentissime incidit, vt de talibus con-
tractibus queratur, & his se artibus etiam vulgò rusti-
ci & agricolæ rationem reperisse putant illudendi Dō-
minis feudorum. Quinetiam aliquando deprehensum
eiusmodi factum esse contractum, in quo cum Titius
pro fundo de pretio conuenisset, dicta lege vt si vena-
le prædium idem Titius reperisset, accipiens tenere-
B tur idem pretium recipere & de eo fundum emere, &
Titio tradere, ne scilicet laudimiis Titius obstringere-
tur, quæ plusquam manifesta fraus est, & laudimiis
obstringitur contractus vterque.

Porrò istud limitant & adstringunt ad veram &
formalem permutationem, quæ est fundi cum fundo,
aut re immobili, veluti annuo reditu perpetuo, aut
censu. Namque aliud iudicant de permutatione rei
immobilis cum re mobili, & in pecuniam resolubili,
vt reditu annuo redimibili natura, tum denique cùm
id quod accipitur, vice pecuniæ fungitur, & pro pre-
C tio habetur. Qua de re extant disputationes operosæ
Molin. §.23. q.18. & §.12. glos.5. q.10. & §.55. glos.2.
num.6. & §.58. q.6. & 8. & num.50. & Tiraq. in re-
tract. §.1. glos.14. num. 40. Boër. in cons. Biturig. tit.
des retraicts, Chass. tit. de retract. §.8. verbo, *le prix*, in
Cons. Burgund.

Limitant, & cùm is qui fundum dedit, intra bre- 9
ue spatium postea eum recuperat, quia magna & effi-
cax suspitio fit, de eo qui pro pecunia rem datam re-
cuperat ita initio contractus conuenisse, & fraudem
velamento permutationis texisse, cùm re vera vendi-
tio esset, Breue autem tempus Molinæus anno meti-
D tur. §.55. glos.2. num.8. glos.2. num.107. & §.58. nu-
mer. 88. & §.23. q.22. Tiraq. in retract. §.1. glos. 14.
num.35. Reuera totum hoc à coniecturis & circūstan-
tiis pendet, vt neque semper, neque nunquam eam
sententiam sequamur, sed prout plures coniecturæ
suspitionem adiuuent, ita animum demittamus in su-
spitiones quæsiti coloris. Et potest accidere, vt recu-
perasse rem pretio etiam breui post tempore non sit
fraudi, si nihil ea de re conuenit in contractu, quo
casu vix est vt de fraude dubitari possit, quod Molin.
tractat. §.55. glos.1. numer.97. Sed vulgari sunt hac
E quidem de re loci Iurisconsultorum, & magna vbi-
que copia Tiraquelli.

Proinde cùm permutationem formalem dicimus 10
intelligimus quatenus talis sit, nam si pecuniæ fit sup-
plementum hactenus venditio est, & laudimia deben-
tur quatenus pecuniæ quantitas ascendit, quod Mo-
lin. tractat. §.55. glos.2. num.10. & glos.5. numer.2.
Iacob. tract. de roydis. num.33. Boër. tit. de feud. §.
18. Tiraq. in ret. act. §.20. glos.1. numer.38. & glos.4.
ibid. Quod rectè intelligunt in voluntaria & mere
spontanea permutatione: Secus in coacta, veluti in
his reputationibus, quæ in iudicio familiæ herciscun-
F dæ fiunt, cùm portio alterius excrescit, quæ pecunia
pensatur. Nec tum enim vlla laudimia debentur, etsi
pecunia intercessit, quia diuisionis necessaria causa
est, nec illa pecuniaria præcipua sed consequens & ob
necessitatem diuisionis, quod Molin. scribit. d. §.55.
glos.2. nu.10. & 15. & nos diximus in nostris quæstio-
nibus, de familiis hercisc. Ac ne si per modum quidem
transactionis fieret.

NOTA 2.

1 *Quid sit census apud nos, & quæ eius natura.* 2 *In-*

2 *Indemnitas debetur Domino ob census constitutionem.*
3 *An de constitutione aut luitione reditus pecunia facti debeantur.*
4 *Quid de reditu*, portant assiepte.
5 *Quid de fundo vendito ad onus reditus.*
6 *Quid de fundo in censum dato mox vendito censu.*
7 *Quid de re legata redimibili tamen.*

1 [b] *Censie.*] Falluntur è nostris etiam docti in præcipienda significatione vocis Census Consuetudinarij, vnde fit, vt contractus quoque censuarij naturam & potestatem intelligant perpauci, nec difficilis fuit lapsus iuris ciuilis Canonici occasione in errorem abductis, cùm ad veterum auctoritatem recurrunt, & exigunt. Varius est in explicatione huius vocis, & contractus Molin. §. 51. à num.23. deinceps & alij in l.1. C. de iur. emphyt. Nos censu non eadem proprietate vtimur; Cùm scilicet prædium damus pro reditu certo annuatim soluendo, sub hypotheca prædij dati, non illo quidem minuto, quem in recognitionem dominij directi duntaxat volunt præstari, sed quanto res æstimari potest, aut certè quam optima conditione possumus. Qua in re hoc præcipuè à Iurisconsultorum censu differt, quod in illo directum Dominium retinetur, vtile transfertur; in nostro transfertur vtrumque, nec quidquam præter censum apud dantem remanet, aliter quam apud externos, quibus census alia significatione & iure vsurpatur, & releuiis, laudimiis, retractu, cæterisque iuribus directi dominij ratione census vtuntur. Quorum nullum apud nos præter retractum locum habet, nec vlla subiectio iure census constituitur in censuarium. Cuiusmodi census meminit & Panor. & alij. c.vlt.ext. de caus. poss. & propr. & c.2. ext. de censib. & notant Molin. § 51. num.13. & num.36. & §. 41. num.29. Ideoque nec ob cessationem solutionis per triennium censuarius eiicitur prædio censuario, quod est directi dominij retenti indicium proprium, *En Goello il y a vsance telle, & de commise* in casu cessationis, ideoque ibi est alterius naturæ, vt iure quoque Cano. Sed nostro, nec consensus eius, qui dedit in alienatione requiritur, dummodo væneat prædium obligatum ad onus census ferendi. Quamobrem non est, quod quisquam iuris ciuilis, aut Canonici sententias & pronunciata requirat, aut sequatur: Alia nostra conditio & vsus est. Ergo de tali contractu censuario laudimia non deberi hic statuitur, quæ sententia incidit in q. quam format. Ias. l. fin. q.6. C. de iur. emphy. Et quamuis manus mutetur emptio non est, nec pretium, nec laudimiorum subiectum, quod ante diximus, cùm fundus detur pro annua pensione perpetua & fundiaria & ipsa immo-
2 bili, citra vllam mentionem pretij aut pecuniæ. Nam de indemnitate hic nō loquimur, quam vbique rectè à Domino feudi postulari Molin. dixit, ratione imminutionis valoris rei propter impositionem oneris perpetui, quæ æqua sententia est, tametsi neminem adhuc viderim, qui peteret, quia nondum in vsum recepta sit, Sed recipi ratio poscit, cùm talis reditus rei impositus valde æstimationem fundi diminuat, & minora multo esse laudimia contingat cùm res venditur, & de ipsa impositione quod hîc statuit nulla debeantur. Succurri igitur Domino indemnitatis ratione æquum est, siue summa semel præstita, siue annua aliqua pensione, quod ille scribit. §.58. num.19.

Hinc art. 60. B. C.

3 Sed de eo reditu quæsitum est, si pecunia super fundo quæsitus & comparatus esset, *nous appelons rentes sourcens, ou volantes ou constituees à prix d'argent.* Ac de tali contractu deberi negat Molineus quia subiectum laudimiorum deficiat, & nullus fundus aut immobile

A quidquam væneat, quæ perpetua eius tractatio est in §.58. & hoc siue generalis siue specialis, siue temporalis, siue perpetua denique cuiuscunque tandem conditionis sit hypotheca, idem num. 44. Quod quoniam ille perpetua oratione & plena manu versat pluribus hîc regerere non debui, Eadem eius sententia in. §. 23. q.1. & q.17. limitati. 1. & d. §.58. Tiraq. in retract. §.6. glos.1. Boër. in tit. de feud. §.18 Chass. tit. de censib. §.18. quamuis contra deberi putet Francis. Mart. decis.477. vol.1. quam constitutionem pensionis vocat. Sed non rectè deberi indicat.

Quod de constitutione dixit, de luitione quoque 4
B vult intelligi, *quand on franchit, ny de la constitution ny du franchissement*, quod ille tradit. §.58. numer. 22. 24. 27. 40. & 74. quod tamen fallit in reditu cui apposita est lex, *de faire assiepte*, nam ea realiter facta mutatur manus & laudimia debentur Molin. d. §.58. num. 47. & 48.

De eo quæsitum, cùm non reditus venditur, sed 5
fundus oneratus dicto reditu. Distinguit Molin. vt si creditori cui reditus debetur, fundus vendatur & reditus redimibilis sit, natura, aut contractu aut lege (cuiusmodi omnes putat esse constitutos infra rationem
C vnius pro viginti) ita vt in parte pretij reditus imputatio habenda sit, de toto & reditus & fundi pretio laudimia debeantur. Nam onera pecuniaria, aut in pecuniam resolubilia vbique pro pecunia & pretij parte vult accipi, cuiusmodi ista sunt. Secus in his reditibus qui immobiles habentur; Nam tales in pretio non esse cùm in pecunia non consistant, sed perinde æstimandum ac si contractus factus sit ad onus quodpiam immobile, quod pretij nullam partem ingreditur, qua de re nos longè disputauimus sup. artic.59. de natura onerum adiunctorum. Mol. d. §.58. numer.9. In reliquum si cuiquam extraneo vendantur, aut nomen
D cædatur, aut ius reditus, nunquam deberi laudimia. Denique sic resoluit, quoties talis reditus contractum intrat, laudimia deberi non ratione reditus, qui inquantum talis de constitutione sui, aut luitione, aut cessione nunquam adstringit ad laudimia, sed inquantum contractum ingreditur, & partem pretij facit. Hæc ille subtiliter & argutè. d. §.58. num.34. & 35. 38. 40. & §.13. glos.5. q.10. & §.23. q.18. Idem iudicandum, etsi fundus venditus sit ad onus luendi reditus tertio debiti, tum enim perinde est, ac si venditor pecuniam pro pretio acciperet, de qua deinde reditum
E ipse lueret: Itaque pars pretij est, & consequenter laudimia auget, quod ille pluribus locis scribit & d. §.58. num.88.

Incidit quærere de eo, qui cum fundum in censum 6
dedisset, mox ipsum censum vendidit, eidem emptori debitori. Dubium facit, quod priore contractu dationis ad censum nullum pretium solutum proponitur: Sed tamen manifestam hîc fraudem fieri apparet, cùm è vestigio aut certè non ita multo interiecto spatio, re in censum data census quoque venditur. Sicuti re per partes vendita, & de vsufructu, mox re quoque ipsa vendita ante tradidimus, aut cùm arbores mox ipse
F quoque fundus venditur. Quod fusè scripsimus. d. §. 60. & 71. sup. & hoc ipso casu statuit Molin. §.58. numer. 21.

Quæsitum vero, & cùm quis centum annua legas- 7
set, ea tamen redimibilia fecit soluēdo per se vel hæredem suum mille, an laudimia deberentur. Et negatum est de legato deberi, sed de redemptione debebuntur quod ille scribit. d. §.58. q.3. & num.47. & 48.

Addit longo tractatu plures hoc in genere quæstiones Molin. d. §.58. de censu & reditu constituto. Sed ea vltra notas.

NOTA 3.

1 *An de donatione laudimia debeantur iure.*

c *Donaison.*] Non vna Iurisconsultorum sententia est, de donatione an laudimia debeantur; Nam quidam deberi putant, cæteri non simpliciter putant, sed de donationibus tantum ob causam, onerosis aut reciprocis, & quæ venditiones resipiunt, nec simplicem habēt liberalitatis causam. Absolutè de omnibus glos. Saly. col.4. Ias. q.10. num.50. & 68. l.fin. C. de iur. emphyt. deberi existimant Bald. c. literæ. ext. de dilat. Imol. vers. item quando fit donatio. col.3. Zab. col.3. Ant. But. Anchar. c. potuit ex. de locat. Sanson tit. *comme hommage se doit offrir*, §.vlt. Petr. Helye. in tract. de iur. emphyt. decis. Thol. 278. Guid. cons. 247. vers. ad sextum. Quibus locis in venditionibus, aut venditiones resipientibus contractibus, de æstimatione deberi laudimia putant. In Delphinatu dimidium debetur, quod scripsit Fran. Martius in decis.573. vol.1.

Cæteri non simpliciter in donationibus nisi causam onerosam habeant (quo casu venditionem potius resipere dicuntur), laudimia deberi volunt, quod indicare videtur decisio illa Thol. Quare in donationibus, quas ob prouisionem corporis vocant, id est, ea conditione factis, vt donator teneatur donantem alimentare, deberi laudimia volunt, & recensuit Tiraq. post Corsetum. §.25. glos.2. in retract. Guid. sing. 878. Pet. Iacob. tit. de forma libel. in actionib. in rem. Sanson. tit. *des rachapts*, §.15. Chass. tit. de cens. §.7. in fin. Deberi omnino negauit Spec. tit. de locat. §. nunc aliqua. quam sententiam hæc Consuetudo est amplexa: Hic standum. Sed quæsitum est, si cùm quis mille donata vellet amico, pro assignatione eorum fundum dederit, an laudimia deberentur. Molin. absolutè negauit. §.55. glos.1. numer.108. Quod ego sic accipio si eodem cōtextu factum est, quia vt ille ait nulla efficax obligatio præcessit ad mille, & in donationem fundi contractus transit; Secus puto, si ex interuallo & cōtracta obligatione ad mille, ea dissoluatur datione fundi in solutum, nam postremus actus spectandus est, nec consequens est à primo. Ideóque subiicitur laudimiis, vt quælibet datio in solutum.

NOTA 4.

1 *An de retractu laudimia debeantur.*

2 *Spontaneæ venditionis alia conditio est.*

3 *Quid de diuisione per omnes species.*

4 *Quid de datione in dotem per omnes species.*

1 d *Ne pour retraict de promesse.*] Siue retractu consanguineo, siue feodali. Extant complures hanc eandem in sententiam Consuetudines, quas Tiraq. congessit in §.29. glos.2. Arnald. Ferro. tit. *des retraicts*, §.2. Chas. tit. *de retraict*, §.9. in princip. num.1. & 2. Boër. decis.291. Contra Boër. tit. *de retraict*, §.5. Improbanda tamen eius sententia, cùm nouus contractus non fiat per retractū, sed factus dispositione iuris in alium transfundatur, cum omnibus appendicibus suis, ac si prior nunquam contraxisset, ex sententia Bald. l. cùm dotem versic. modo extra quæro. C. de iure dot. & quos cumulat Tiraq. vbi sup. & Molinæus fusè. §.15. Alb. 1. part. statut. q.95. Molin. §.55. glos.1. num. 112. Id quidem sic accipiendum est, si lege & necessitate iuris retractus consanguineus retraxerit. Nam spontaneæ venditionis etiam in eum factæ, qui iure sanguinis retrahere poterat, alia conditio & iudicium est, quæ si eiusmodi est iteratis laudimiis obstringitur, veluti nouus contractus & secunda venditio, vt cuilibet

A extraneo facta: Nam retractu vti noluit, qui cùm venditore in leges contractus alias nouum pretium, conditiones, & euictionis cautiones descendit. Nec à primo in tertium quidquam, sed à secundo in tertium obligatio transfertur, & hoc siue intra tempus approprimentorum venditio talis fieret, siue post, quo casu multominus esset dubitationis. Sed ea de re latè Tiraq. d. §.29. num.6. & Mol. §.23. q.12. Boër. d. §.5. 2

Sed quoniam hîc agitur de eo loco, de quibus contractibus laudimia debeantur, nec sunt hîc omnes præter paucos expressi, & scire expedit, cùm se controuersia his de rebus ostendit, idque in specie, quid B statuendum sit. Quæsitum est de diuisione hæreditatis inter cohæredes, aut de diuisione communis rei quid iudicandum sit, quod non admodum ambiguum est, cùm nulla pecunia datur, sed fit simplex diuisio & partagium (vt loquuntur.) Sed si aut pecunia datur in supplementum, aut vero tota pecunia pro portione debita, quod sæpè fit inter nobiles præsertim, hîc magna pugna est rationum contradicentium, neque ego hîc referam conflictus sententiarum, quod Mol. summatim fecit, sed verum iudicium (ni me ratio fallit) indicabo, & quibus de causis ab eo aliqua parte dissentiam. Habet quidem diuisio omnis inclusam C in se alienationem, & simile aliquid venditionis interdum & permutationis, quod Doct. tractant in l. 1. C. com. vtriusque iud. sed ab eo denominationem actus recipit, quod præcipuè & propter se geritur, nec si in consequentiam, aut incidenter, aut implicita aliunde necessitate quidquam contingit de alieno mutuari, id nomen imponit actui, quod vulgò Doctor. notant. l. si quis nec causam, & l. non omnis. D. de reb. credit. l. Aristo. vbi Bartol. D. de donat. Quare etsi in eiusmodi diuisione contingat, inæqualem cuiusquam portionem pecunia pensari, siue de D proprio, siue de hæreditario consortis, id nec præcipuum est, nec à partibus intenditur, sed id tantum agunt, vt diuidant, nec si vni res tota cedit ex diuisione, ideo diuisio non est, cùm aliter vicissim habeat quod portionem suam repræsentet, quod Molin. tradit. d. §.22. q.22. num.69. & 73. nec sequimur eorum sententiam quos allegat, numer.69. Et ideo de ea diuisione, in qua quisque partem suam consequitur, de mobilibus & immobilibus sine distinctione nulla laudimia debentur, in quo Cun. Alb. Bart. Bald. Fulgos. Cast. placet iudicium in l. & ideo. D. de condict. furt. E Guid. decis.48. Iacob. de Sancto Georgio in tractatu de operis. col.10. vers. quid de diuisione. Ias. l. vlt. q. 7. C. de iur. emphyt. Steph. Ber. cons. 310. vol.2. Boër. in cons. Biturig. titul. de feud. §.7. Chass. tit. *des censes*, §.1. & §.7. Ratio ex eo sumitur, quod cùm id à partibus agatur, vt hæreditatem, aut rem communem diuidant, aut familiam herciscant, & si non vsquequaque cohæredum portiones congruant, vt æquales sint, necessario res poscit quasdam pensari, quasdam in totum alteri adiudicari ex forma. l.2. l. in iudicium. & l. ad officium. C. communi diuid. Id cùm fit, nec propter compensationem pecuniæ, aut F redditus assignationem (si incidat) venditio fieri intelligitur, licet in similem conuentionem incidat, nec si res immobilis pro immobili permutatio putanda, etiam si de proprio compensatio fiat, non de corporibus hæreditariis, quia non id agitur vt vendatur, aut permutetur, sed potius vt diuisio fiat, quæ quidem necessariam præexistentiam causæ sic contrahendi habet, cùm quilibet de consortibus alium cogere possit ad diuisionem, l. nouissimè. D. quod fals. tut. aut l. si quis cùm. §. vlt. D. communi diuid. l. & si non omnes, vbi glos. eod. tit. & l. arbitrium. D. famil. hercisc. quod

quod non similiter accidit in permutatione & venditione ad quas volentes, nec vlla vi coacti venimus, sine præexistentia necessitatis. l. nec emere. C. de contr. empt. & l. sicuti. D. de act. & obligat. Non est igitur venditio cui voluntas, & intentio partium non congruit, sed diuisio eáque causata à necessitate. Nec ego, quod Molinæus facit distingo an res commodè diuidi potuerit, vt ita fraudis suspitio colligi possit, vt sic laudimia euitarentur, an vero indiuiduitatis necessitas coëgerit venire ad licitationem, quæ sententia fuit prius Paul. Cast. in cons. 144. vol. 1. incip. dubium videtur. Est enim originalis & primaria causa consideranda, quæ necessitatem diuisionis imponit. nec coarctanda est latitudo dispositionis contrahentium, & libertatis cõuentionalis, vt sic vel sic faciant vel disponant, quod legibus & iure permittente hoc vel illo modo possunt, si causa necessaria antecedit, quod Molin. rectè scribit. §. 22. q. 33. cum ipsa rerum hereditariarum & diuidendarum æstimatio, apretiatio, mensura, distractiones per cohęredes faciendæ, deinde & quæ intercurrunt, reuisiones, & quæ talia in diuisionibus faciendis assolent & vsurpantur, multum habeant cõtrouersiarum, molestiarum, sumptuum, quæ omnia euitari accepto portionis suæ pretio magna & vtilis ratio, & expetendum compendium est. Quod si fieri potest, & facilius dissolui, non tam spectandum, an aliter necessitati diuisionis parere consortes potuerint, quàm si sic commodius, gratius, expeditius, & meliori omnium pace & minore sumptu fecerint, bona presertim fide & sine cogitatione fraudis, dum sibi negotium gerunt, in quo non oportet Dominos esse curiosos, & exploratores alieni cõmercij, etiam si per consequens, quidpiam pereat commodis feudalibus, cuius rei explicat rationes Tiraquel. in retract. numer. 72. & 79. Et ad hoc Molin. §. 22. q. 33. Nec vero eam limitationem probo, quam Molin. fecit. d. §. 22. num. 71. cùm incipitur à donatione, venditione, aut permutatione inter consortes, non diuisionem, sed aut donationem, aut venditionem, aut alium contractum geri, quam sentẽtiam Molinæus de Castrensis iudicio sumpsit, & mirum est esse sequutum qui reales rerum effectus sectari & tueri soleat, cùm verborum ista potius sit differentia & coloris quàm corporis, cùm alibi nil interesse Molinæus putarit, an res diuidatur, an super diuisione trãsigatur, in quęstione quidem laudimiorum, & intulisse diuisionis mentionem in contractu, non sit sufficiens differentia, vt diuisio videri debeat, cum idem effectus sequatur, tam vterque à causa necessaria diuidendi. Nec si diuisionis non est facta mentio, idcirco pręsupponenda est venditio fieri, aut intentio partium mutari in dissoluenda communione, ab eo præsertim qui si res integra eius foret neutiquam esset venditurus, & quem communionis incommoda ad hoc cõsilium impellant, & qui sciat ad hoc se compelli posse. Ideóque etiam si prætextus is omittitur, & sine diuisionis mentione protinus itur ad venditionem portionis, inest tamen causa & necessitas, si non præcisa certè causalis ex materia, & rei qualitate. Quare absolutè nego laudimia deberi, etiam si contractus sonet portionis venditionem, incipiatur à venditione, vt Molin. loquitur, si modo consorti fit cum quo actio est actiuè & passiuè ad diuisionem, probóque hac de re Chass. sentẽtiam quam Molinæus reprehendit nisus autoritate. Steph. Bert. cons. 153. vol. 3. & cons. 310. vol. 2. Est enim huiusmodi venditio consorti facta assignatio portionis pecuniaria, quæ fundiariam repręsentat, cùm iam statuerimus nihil referre, an cuiquam portio sua in fundis hæreditariis, an pecunia assignetur. Itaque etsi verborum

A sonus venditionem loquitur, spectandum potius quid agitur & causæ præexistentia, & impropriãda vocabula vt intentioni seruiant, expresse Bald. in rub. C. de iur. emphy. Non est igitur simpliciter venditio, quam necessitas diuisionis expressit. d. l. nouissimè, & in hac sententia residet Cast. d. cons. 144. licet dissentiendo quædam opponat, facit Alex. theorema. l. fin. D. si ex noxal. caus. agat, cùm potentia deducitur in actum non dicitur quid nouum fieri, sed actum habere implicitum statum primæ causæ, & cùm præcedat obligatio diuidẽdi ab ea posterior euentus formatur,
B & iudicatur, l. 1. §. nulla. C. de imp. lucrat. desc. lib. 10. Francisc. Curt. senior. cons. 69. col. 1. Mol. §. 55. glos. 1. numer. 110. Est ergo diuisio etiam quæ nomine venditionis tegitur, si cum eo facta est qui cogere ad diuisionem potuit, atque adeo ad recipiendam ex arbitrio communi diuidundo assignationem portionis suæ in pecunia, aut in totum aut in parte, & vitare euentus voluit singularis partitionis.

Quod nos sic accipi volumus, vt tota ratio sententiæ nostræ resideat in illa causa necessitatis, cui semper innitimur, quæ scilicet ad diuisionem consortes adigit, quæ si cessat, remitto ego quoque sententiam,
C vnde fit, vt si quisquam extraneo partem suam rei communis vendat, aut ei cum quo nec res nec actio communis erat, vt posset ad diuisionem compellere, tum omnino laudimia debeantur. Nam cùm nulla actio aut passiua aut actiua cum extraneo fuerit, relinquitur planè spontaneum esse contractum, qui cum eo geritur, ideóque vt de quolibet alio laudimia deberi, quæ ratio etiam à Castr. vsurpatur d. cons. 144. Eadem ratio facit, vt si quis post diuisionem factam, & portione pro diuiso tradita, *& le partage executé*, portionem suam vendat, siue ei qui cohęres fuit, siue extraneo, laudimia debeat, hic enim iam non por-
D tionem rei communis vendit, sed suum totum iam separatum. l. rectè dicimus de verb. signif. & hic dissoluta est diuisionis necessitas, & actio famil. herciscundæ extincta. Idem etsi quisquam è consortibus de re communi pepigisset, & pro pecunia debita fundum in solutum accepisset ex interuallo quidem. Nam dissoluta prima diuisionis causa & ad pecuniam redacta, quod deinde prædium pro pecunia dabitur, aut datio in solutum, aut venditio erit laudimiis subiecta. Quam sententiam illud consequitur, vt si per auctionem, & incariamenta (vt loquuntur) res inter
E cohæredes adiudicata sit, laudimia non debentur, est enim hic quoque necessitas duplex vna diuisionis, altera indiuiduitatis rei, tametsi hic emptionis substantialia concurrunt, & emptio dicatur talis actus. l. communi. §. si debitor. D. communi diuid. Nec hic sequor opinionem Petri Ferrar. in Practica in forma libelli pro hærede vel te singul. nec Capella Tholos. decis. 75. & aliorum, qui pro partibus cohæredum deberi putant, quos Molin. d. §. 22. allegat. Maior dubitatio, cùm propter inopiam consortis extraneus licitator admittitur, & licitatione vincit, & emptor manet, neque enim negari potest hunc spontaneam
F & ἐκ προαιρέσεως emptorem venire, quæ ratio facit, vt Mol. hoc casu deberi laudimia existimet. d. §. 22. q. 22. & §. 55. glos. 1. num. 159. Quod ego verum existimo in parte quidem quæ emptori incumbit ex art. 71. sup. Neque enim ratio correlatiuorum hîc eadem est, vt idem in vtroque iudicemus, nec si emptor sponte emit idcirco consortes quoque, qui venditorum loco habentur, pro spontaneis venditoribus habendi sunt, quos ante coactos ostendimus: Necessario vendunt, necessario auctionem ingrediuntur, necessario extraneum admittunt, propter impotentiam aut inopiam

consortis solùs emptor voluntarius est. Quare separanda est eorum causa, vt quantum & quatenus contractus voluntarius est, eatenus laudimia debeantur, vnde fit, & cùm per Consuetudinem laudimia diuidantur inter emptorem & venditorem, venditores coacti nulla debeant, spontaneus emptor debeat: quæ ratio separationis sumitur & in art. 69 vt ibi diximus. Sic mihi iudicium de his quæ Molin. tractat. d. §.22. q.22. & §.55. glos.1. numer.170. 175. & 157 & 159. & glos.2. numer. 10. & 11. & §.51. glos.3. num.12. Tiraq. in retract. §.1. glos.14. numer.77. & ead. glos. numer.10. & Boër. tit. de feud. §.7. Papo tit. *des droits seigneuriaux*, art.22. Iacob. de Sancto Georgio lib. de royd. numer.34. Arnald. Ferr. tit. de feud. §.15. Decis. Thol.75. Nam & quidam inter prouocatum & prouocantem distingunt, vt prouocans debeat prouocatus non debeat, quæ ratio pro nostra sententia facit, & iure Consuetudinario, quo Molin. vtitur semper ab venditore tota laudimia debentur. §.24. Cons. Paris. & nos inter quæstiones nostras super familiis herciscundis. q. 40. Atque hæc de veris alienationibus & cessionibus censemus: Nam si vnus ex heredibus siue pecunia accepta, siue gratis hæreditatem repudiet simplici repudiatione, etiam si eo animo vt ad succedentem ordine veniret, laudimia non debentur, l. fuit quæstionis. D. de acquir. heredit. Sed si per cessionem & translationem aliud putandum, his quidem casibus quibus ex venditione cohæredi facta deberi diximus, quod fusè persequitur Molin. articul. 23. q.33.

Hodie nõ diuidatur solus enim emptor debet laudimia, art. 64. N. C.

Ius cer.

4 Subsequitur quæstio alia non minus operosa, & multiplex. Quid de pecunia in dotem data censendum sit, vt in emptionem prædiorum conuertatur, quæ proprium mulieris patrimonium cẽseantur. Qui contractus apud nos frequentissimus est, cùm patresfam. nobiles pecuniam malunt quam prædia in filias transcribere, & patrimonio & successioni consulunt. Multæ ab hac quæstione species oriuntur, veluti cùm pater filiæ, aut patruus, aut quilibet etiam extraneus dotator duo millia nummûm in dotem dat, pro quibus domum dat genero tanti æstimatam; Hic protinus interrogato succurrat venditionem videri, quia æstimatio faciat, emptionem. Sed simpliciter falsum est & à voluntate, & intentione partium pendet, vt alibi diximus, & hic contrariam mentem fuisse contrahentium apparet, qui de venditione in matrimonio contrahendo cogitasse existimari non debent, nec id consilium eorum fuit, sed id tantum, vt designato valore rei quanti ea esset, non ignoraretur. Designare igitur & circumscribere æstimationem rei dotalis voluerunt, vendere non voluerunt, quod rectè Mol. sensit in. §.55. glos.1. num.110. q.7. Deinde vt æstimatio dicatur emptionem facere, sic contractus concipiendus est, vt domus detur accipienti, & is qui accipit dictam æstimationem soluere repromittat in casum soluti matrimonij, quo casu pendet ab euentu venditionis effectus: Nam si malit domum reddere emptio non fit, sin eligat æstimationem soluere, hic vero efficitur, quod dici solet æstimationem emptionem facere. l. plerumque. D. de iur. dot. quod & Molin. aduertit. §.56. glos.1. numer. 40. & seq. Cæterùm, cùm de duobus millibus nummûm conuenit in themate proposito, & eodem instanti domus data est pro eo summa, videntur nunquam in obligatione fuisse nummi sed sola domus dũtaxat breui transitu, & pecuniæ denominatio æstimationis & valoris tantum causa adiecta, per ea quæ notat num.100. & 108. sed diligenter discriminandi sunt casus, ne in paralogismum incidatur. Diximus priori casu vt ponitur, cùm scilicet in liberationem summæ promissæ protinus & incontinenti fundus datur, venditionem non videri, nec laudimiis locum fieri. Non idem existimandum, si post obligationem ad certam summam cõceptam, & consummatam, ex interuallo fortè post annum, in liberationem summæ daretur genero, tum enim vera datio insolutum esset, & domus natura conquæstus inter coniuges sortiretur, & summam in communionem transiret, & laudimia deberentur concurrẽtibus substantialibus dationis in solutum, quæ pro venditione habetur. Quod ille perstringit in fin. numer.108. Quæ eius sententia accipienda est, nisi initio apposita esset lex conuertendæ pecuniæ in conquæstus, qui proprij essent filiæ, quo casu negat dationem in solutum videri, sed esse potius dotis assignationem quantumuis ex interuallo fiat, quia præcedens obligatio immobilis censetur, & de fundo, vt idem scribit num. 109.

Diuersus casus proponitur, si maritus pecuniam acceperit dote pro patrimonio vxoris, quæ proprium ipsius patrimonium esset? An si fundum emerit, vt contractui pateret, Domino laudimia debeat. Non hic ad rem posset allegari, quod vulgò theorema dicitur, pecuniam in emptionem prædiorum destinatam immobilem haberi; ideóque hic vt immobile sua natura non fungi sed vi & potestate cõuentionis in aliam immobilis rei naturam transiisse, de quo multa Tiraq. in retract. §.1. glos.7. num.100. Namque, vt hæc vera sint, locum habent inter eos, inter quos sic conuentum est, quorum personas non egrediuntur: Sed quo ad tertios, & fundi Dominos in naturali sua facultate & conditione manent. Quo fit, vt si pecunia quãtumlibet destinata, aut contractu duorum affecta emptio fundi fiat, locus aperiatur omnibus iuribus dominicis & laudimiis, quod & Molin. notat. num. 110. Sed de assignatione fundi empti in dotem non debeantur, vt idem dicit ibid. vers. vltimo, confirmo, quia censetur nomine vxoris ab initio emisse & pro ea, ideóque vnica tantum emptio fingitur, nec sequuta alienatio aliud est quam executio venditionis, & traditio possessionis, quod ille ait vers. non obstat vltimum, siue nomine suo tãtum, siue vxoris emerit, siue post emptionem ex interuallo declarauerit se vxori emptum velle, & vt satisfaceret obligationi dotali, quod ille tradit ibid. numer. 111. in ampliationibus. Quod tamen limitat in ipso acquirẽte, vt non eandem declarationem possit heres mariti facere, nisi ex coniecturis appareat eam fuisse voluntatem mariti, aut marito obuenerit aliunde sine ipsius stipulatione vt donatione, legato: in quibus nulla est mariti intentio de acquirendo vxorio nomine.

Proponitur & alius quoque casus, cùm maritus ad conuentionem pecuniæ obligatus, in emptionem prædiorum non conuertit, sed sua propria assignat vxori pro summa accepta; qui casus frequentissimus est, in quo ille sic concludit, vt statuat laudimia deberi, quia tali conuentione maritus promittat vxori emi, & quia semper præcedat obligatio emendi ab ea posteriorem actum formari, itaque cùm se hic liberet ad obligatione emendi, emptionem esse, & re ipsa fundũ suum vendere, & mutari dominium. Quæ sententia hactenus multos feudorũ Dominos fefellit, cùm frequentissimi cõtractus tales sint, nec tamen vllum vnquam Dominum de talibus laudimia petiisse audiuerim, aut viderim, tot annos celeberrimo in foro versatus. Nec dubito quin post hac in tanta auiditate hominum multi sint petituri.

Nõ art. 58. N. C.

Sed ne sic quidem casus omnes dationes in dotem exegimus. Cùm alius quoque supersit de marito, qui vxori pro pecunia accepta centum annui reditus ad ratio-

rationem quindecim pro vno, aut xx. constituit, ac pro eo reditu fundum proprium assignat, aut fūdum eiusdem valoris empturum se promittit. Multa ante diximus, quæ præmissa hunc casum decidunt: Nam de cōstitutione reditus super fundo negauimus laudimia deberi, quamuis indemnitas debeatur si perpetuus est. Rursum de assignatione reditus super fundo distinximus, An reditus pro quo constituitur assignatio redimibilis sit pecunia, vt tum vera emptio censeatur, quia reditus redimibilis pecunia fungatur, & locum eius teneat, & fundus manus mutet & alienatio sequatur. Sin redimibilis nō sit, vt quia ad rationem viginti pro vno cōstitutus, tum permutatio potius videri debeat. Quod si redimibilis sit non natura sed conuentione, & conditione redimendi, distinguendum, an conditio nouennium non excedat, ex Art. 60. quo casu nulla laudimia debentur. Sin excedat debeantur. Cæterum id nouennium accipi conuenit, non à die contractus dotis constitutæ, sed à die soluti matrimonij cum ita conuenit, vt maritus repræsentata summa ab vxore accepta fundum suum assignatum intra quadriennium

A aut nouennium à die soluti matrimonij posset recuperare. Nam cùm ante solutum matrimonium ea conditio redemptionis exerceri nequeat, non ante incipit, quam currere possit. ex. l. vlt. C. de annal. except. Ideo si dictum sit, vt maritus restituta pecunia fundum suū recuperaret, spectanda soluti matrimonij dies ad initium cursus temporis, & nouennij tempus ad diiudicationem laudimiorum. Sic distingui conuenit, quæ Doct. sine discrimine circunstantiarum & casuum aut confundunt, aut inconsideratè vna sententia diffiniunt, Tiraquel. in §. 1. glos. 14. num. 95. & iterum numer. 108. Petrus Iacob. in tit. de actio. in rem pro re emphy. q. 6. dationem in dotem eximit in totum ab B laudimiis. Spec. tit. de locat. §. nunc aliqua vers. 110. Salyc. & Ias. l. vlt. Cod. de iur. emphy. cùm alij distinguāt, an dos æstimata an inæstimata detur, ne ipsi quidem rectè, Decis. Thol. 278. Guido Papæ decis. 411. Boër. tit. de feud. §. 20. Ferronus. tit. de feud. §. 19. Papo. Arest. tit. *des droicts seigneur.* Art. 24. Steph. Ber. cons. 380. vol. 2. Sanson. in Cons. Turon. tit. *de rachapts.* §. 15.

Sequitur tractatio non minus vtilis præcedente, quæ est de Baillio, & succedaneo eius rachaptu, quod nos redemptiuum appellare volumus.

Article LXXIIII.

L'Aisné [a] n'a [b] bail, [c] ne rachapt, [d] sur la terre de son iuueigneur. Artic. LXXII. Nov. Cons.

Primogenitus [a] *non habet* [b] *baillium* [c] *nec rachatum seu redemptiuum,* [d] *in fundo fratris secundo nati.*

Ne hic Articulus, nec qui deinceps sequuntur vsque ad 75. extant in libro Consuetudinis veteris, nisi sicubi relatiuè aliquid est descriptum de Ioannis Ducis Constitutione. Huic tamen Articulo conuenit aliquid cum 320. infra, qui & ipse exceptus est de 225. in veteri. Ergo deinceps de Baillio & rachatu agamus materia valdè quidem argumentosa sed perutili & cognitione digna, ita & vsu perfrequenti. In qua tractatione Latinas voces à me nemo requiret in ea re, quā nefando quidem Latium audiit vnquam, ne proinde quæsitæ verborum circuitiones intellectum aut fatigent, aut remorentur, de quorum verborum vi & potestate suis locis conuenientius dicemus.

Nota I.

1 *Maior natu baillium, rachatum, laudimia, imperium, non habet in minorem.*
2 *Assisia Gaufridi correcta.*
3 Bail *quid est.*
4 Rachapt. *quid.*
5 *Eius differentia à baillio.*

[a] *L'aisné.*] Hic Articulus, vt ante diximus, cū 320. con-
1 gruit. Proinde quo iure maiori natu baillium aut redemptiuum adimit, eodem & laudimia, & meri imperij potestatem in iuniorem negat Art. 312. ista enim non competunt, *en la tenuë comme iuueigneur d'aisné.* Et verò notandum comprimis, quod cuiusuis non fuerit aut animaduertisse, aut docuisse, hoc Articulo, & Ioā-
2 nis Ducis Constitutione de qua descriptus est, assisiam quam vocant Gaufridi correctam esse: Nam cùm ex eius dispositione maior natu in terra iunioris baillium haberet, si terra (sic enim statuit) in baillium

C deuenerat, hîc contra disponitur maiori ius baillij in terris minoris nullum esse, sicuti nec alij quidem eius assisiæ Articuli diu in vsu fuēre, quod & alibi ostendemus.

[b] *Bail.*] Nostrates appellant cùm mortuo vassallo hac 3
baillij lege feudum tenente, relicto hærede ætate minori; Dominus superioris feudi aperto seruiente feudo fruitur, donec hæres iustam viginti annorum ætatem impleuerit. In maiores natu nil iuris est baillio, aperto quantumcūque feudo. Ius nec Francis nec exteris Prouinciis ignotum, quāquam variat vsus: Nam & Parisij & Turones, Normani, Andens. Cenomani, Blesenses, Aurelij, Carnutes, Aruernij. Meldenses, Loriti baillio vtuntur, quod sanguinis iure deferunt, nos non sanguine aut agnatione sed feudi lege, quidam ascendentibus tantum, vt Parisienses, quidam collatera- D libus quoque vsque ad certum gradum, quod abrogatum in Consuetud. Parisiensi miratur Molin. nō alias quoque Prouincias sequutas. §. 32. Hoc omnibus æquè commune, quod qui ius baillij habet, fructus feudi suos facit, nec subijcitur rationum redditioni, sed suo iure fruitur. Sed quod in Francico baillio perpetuum est, vt eo iure tutela pupilli deferatur, in nostro non obtinet: Neque enim nostro quidem iure tutela baillij iure defertur; Sed semper alius est baillij iure Dominus, alius tutor, alterum sanguini, alterum feudo tribuitur, alterum rationi semper obnoxium, & alieno iure & fine fruitur, alterum sibi colligit & suo iure capit, & lege feudi. Ne pater quidem aut mater necessitate rationis reddendæ absoluitur, nec dispositione. l. cùm oportet. Cod. de bon. quæ lib. vtimur, cùm pater vsumfructum bonorum maternorum non

habeat. Franci eam, quæ parētibus defertur, Gardiam vocant, qui habeat, LA GARDE, quæ collateralibus baillium, qui habeat Baillistrum appellant, Itali Mundualdum, veteres Galli Maniburgum, quod veteres historiæ, Froissartique imprimis docent. Baillij iuri annexa est necessitas alēdorum pupillorum, tuendorum ædificiorum pupillarium, debitorum realium dissoluendorum, si quidem antiqua lege feudi ipsa à concessione debeantur, Cætera infrà.

4 [c] *Ou rachapt.*] Describitur rachatus Art. 76. inf. cùm aperto morte duntaxat vassalli feudo Dominus anni vnius fructibus fruitur, ex eo vero appellatio manauit, quod reuersum in ius ditionémque patroni feudum vassalli morte, hæres anni vnius fructibus redimit. Redemptiuum igitur liceat appellare, Greci commodè ἀνακάμψιν vocant, id scilicet quod pro reuersione vassalli soluitur, cùm alioqui reuersio sit ipsa potius ἀνακάμψις. Nam εἰσδικτικὸν generalior appellatio, vt Art. 59. diximus. Sed & ἀνανεώσιν Const. Leonis ij. appellat, quæ pro renouatione inuestituræ penditur, Releuium Franci appellant nō absimili sensu, veluti quod interciderat morte, releuetur à Domino feudi pretio conuento, quamquàm in vernaculis Consuetudinum vocibus ineptæ & plerumque allusiones effingi solét, vt quæ priscas easdémque barbaras persæpè habeant origines, veluti quas Moli. consectatur. §. 22. in princ. A tit. de feu. Afflict. Const. regn. 22. li. 3. Iser. §. 1. ti. per quos fiat inuest. & iterum. § similiter de ostenditiis tit. de cap. Corr. Hoc verò à ballio differt, quod baillium non nisi in minores ætate competit, & ad iustam eorum ætatem; redemptiuum anni tantum vnius quo vassallus decesserit, cuiuscunque hæres ætatis sit. Nec tamen sic accipiendum, quasi omnia passim & sine discrimine feuda aut baillij aut redemptiui iure teneantur, id quippe non ita est: Nam plurima imò multo plura diuerso iure habentur, nec baillio aut redemptiuo obnoxia sunt. Est verò in talibus, & hoc ipso in redemptiuo & releuio fundi lex & conuentio præcipua, quod hac ipsa de re scripsit And. de Iser. d. B §. similiter Afflict. const. 22. lib. 2. & Mol. §. 25. num. 4. & sæpè repetimus omnem feudi naturam specialibus conuentionibus corrumpi. Quare hoc præcipuè seruandum in his est, quod Consuetudo induxit.

[d] *Sur la terre de son iuueigneur.*] IVVEIGNEVR, elisa voce à nomine iunior deducitur, veluti si comparatiuus ex inflexione iuueniorem faceret. Quod vero scribit maiorem natu nō habere redemptiuum in feudum iunioris, intellige *de la terre tenue en iuueigneurie, ou comme iuueigneur d'aisné. Car tous tels droicts vont au Seigneur qui a la ligence, qui est le suserain, & de l'aisné & du iuueigneur.*

ARTICLE LXXV.

ARTIC. LXVIII. NOVAE CONS.

DVRANT [a] l'an du rachapt, le Seigneur ne pourra [b] desloger [c] le suruiuant des mariez, leurs enfans, ne heritiers de celuy, par le deceds duquel sera le rachapt aduenu : sauf au Seigneur à vser & iouyr [d] des logis ordonnez, & requis pour la cueillette des fruicts.

PEndente [a] anno rachatus Dominus cogere [b] non poterit [c] superstitem coniugatorum, vt domo defuncti exeat, nec eorum filios, nec hæredes eius, per cuius obitum rachatus acciderit : saluo Domini vsu & possessione [d] locorum designatorum ad collectam frugum.

NOTA I.

1 *An domus releuium aut rachatus domino debeatur.*
2 *Arestum Curiæ Paris. ea de re.*

[a] *Durant l'an du rachapt.*] Ne hic quidem Articulus
1 vsquam in veteri : Sed magna tamen ratione constitutum, quod hîc cauetur de re, quæ magnis etiam tribunalibus in iudicando negotium facessisset. Nam cùm Dominus iure, lege, & concessione feudi prædio subiecto fruatur, veluti interim consolidato durante redemptiuo, consequens id quoque videbatur, vt & domo quoque, quæ agro sederet, frueretur, cùm præsertim domus & villa eodem iure teneretur, imò & caput sedésque esset fundi fruendi, & in fructu habitatio domus haberetur. l. domum. C. de rei vend. l. prædiorum. D. de vsur. & Domini personæ id potissimū conueniret, vt & domo frueretur & exciperetur, quam vassallus suo olim beneficio habuisset. His atque talibus rationibus, cùm ea res aliquando in iudicium venisset, acri controuersia Iudices diduxit in aduersarias sententias. Negat quidem Molineus ferendum, vt tam præfracto iure Dominus feudi vtatur in vassallum, cui satis esse debeat si fructibus integri vnius anni fruatur, quales ex fundo percipi possunt, sed vassallum la- C ribus excludi, & paterna & auita domo, bono & æquo non cōuenire. Quare etiam, si in vnica domo feudum consisteret, æstimandum quanti sit anni vnius locatio, vt ita ne re sua vassallus tam necessaria careat, nec interim Dominus habeat quod iure quæri possit. Sin alij quoque fructus fundi sint, rationem domus in fructibus haberi non oportere, id quidem sic ille. Sed tamen 2
cùm ea controuersia in Iudicium Parisiensis Curiæ venisset anno 1537. iudicatum Aresto, scribit vassallum iure releuij aut redemptiui, domo quidem expelli non posse, sed tamen æstimationem pensionis eius annuæ soluendam Domino : idque supra cæteros fundi fructus. Et vero Curiæ contra sententiam suam placuisse D scribit Molin §. 38. q. 3. & §. 1. glos. 8. num. 35. Quod ille Arestum memorat in specie descriptū est apud Ægid. Magist. inter decis. tit. *des fiefs. c. 4. Entre maistre Iean de Saincts & Robert d'Aubourg,* cuius aduersarias rationes Magister recenset. Nobis vero gratulandum Principibus nostris, quod dubiam & cōtrouersam è iure quæstionem, abscisso pronunciato præciderint, in qua diffinienda humanius aliquid, quàm quod illo Aresto est iudicatum, sunt sequuti, ne scilicet vassallus ædibus paternis expelleretur, luctuosa præsertim & funesta morte prædecessoris domo, & mœstis penatibus. Ita ne tamen Dominus tectis, quæ colligēdorum reponendorúmque

rúmque fructuum causa comparata essent, arceretur, fructus qui non vno toto vertente anno crescere possent ne solidos colligeret, syluarum saltuum, lacuum, adde venationis, cùm nemo captis feris alias suppo-nat, quo fit vt deficere possint immoderata captura, quod nos infra persequemur.

NOTA 2.

1 *Domus non est in rachaptu nisi & nu. 4.5.*
2 *Officiarij Ducis pendente rachaptu exercent iurisdictionem vassalli.*
3 *Iure redemptiui remisso à rege non tamen per se fruitur vassallus.*
6 *Quædam non sunt in rachaptu.*

1 [b] *Desloger.*] Ac ne ad æstimationem quidem pensionis cogere vassallum, quod Franci faciunt, ex illo Aresto quod memorauimus. Sed hic domus in totum beneficio Consuetudinis excipitur. Quod tamen non erit tam inhumanè accipiendum, vt si dum fructus colligit Dominus, triduo aut octiduo velit in domo vassalli morari, & tam laxæ ædes sint vt admitti possit, excludi debeat, quod ratio & mutua necessitudo officij poscit, ne verba ad iniquum sensum trahantur, & iudaïcè (vt loquuntur) Qua de re extant Consuetud. Cenom. Art. 124. Andium Art. 113. & 114. vbi dicit *Sans desloger l'heritier* Picton. Art. 136 & 139. Stampens. Articul. 30. Memorabile vero, quod sibi compertum de maiorum nostrorum monumentis Molin. scribit homo externus, Cùm aut Baronia aut Castellania in beneficio Ducis Britanniæ in redemptiuum olim incidisset, ius Duci fuisse percipiendorum fructuum per manus suas & Officiariorum suorum (vt loquuntur) & claues & custodiam castrorum, & arcium reposcendi, iuris etiam nomine suo dicendi. Et fuerit fortassè Ducibus nostris olim ea potestas & prærogatiua, quæ hoc Articulo aliquàtulum aut imminuta aut dissimulata est, forsan non satis prudenti consilio (nam id Reformatorum est additamētum) Certè in custodia Castrorum & arcium, quæ ad publicam securitatem mo-
2 mentum habent, mutari non debuit. Sed quod ille addit; Ducem per se & Officiarios suos Iurisdictionem exercere solitum in feudis seruientibus iure redemptiui & fructus suos facere, perquam vsitatum est, & idem ius manet ex Const. veteri Ioannis Ducis anno 1424. cuius excerptum est, inf. Art. 681. & aliæ Annæ, & Ludouici XII. Regis Blesis mense Septemb. anno 1513. quæ est in Camera (vt vocant) Computorum, vt

A & Pictauensi Art. 136. Quare Iudices Regij Iurisdictionem hoc iure in feuda subiecta exercent iure vassallitio, per se aut eos quibus mandauerint, & salaria Officialium inferiorum eo iure capiunt. Quod & pluribus Regum Rescriptis declaratum est, & hac de re extant inter acta Præsidatus Rhedonensis. Adeoque 3
etsi cuiquam Princeps redemptiui ius remiserit, nemini tamen per se frui permissum est, sed per manus Regiorum coactorum faciendum est, qui & rationibus obstringuntur, quibus tamen expensum fertur, quod donatarius sibi acceptum subscripserit, vt ita ex rationibus intelligantur & feudorum fines, & fructuum quantitas & modus, fini conseruandi canonis principalis & patrimonij dominici.

B [c] *Le suruiuant.*] Magna quidem ratio in altero coniu- 4
gum superstite, magna in marito humanitas, in vxore etiam necessaria causa, quamquam maritus in fundo vxoris præmortuæ nihil iuris habeat, sed hic videtur donationem vsusfructus aut vsus præsupponere, alioqui non facile esset dare casum huius Articuli. Sed tamen quocunque modo accidat, vt maritus in ædibus maneat prædefunctæ vxoris postulante Domino cogi non potest vt exeat per hunc textum, vt nec hæredes quidem etiam extranei, multominus liberi defuncti coniugis.

[d] *Des logis ordonnez & requis.*] Quæ vsu & aptitudine 5
ad colligendos fructus sunt comparata, cuiusmodi stabula armentorum, quæ ad colendum agrum sunt comparata, chortes clausæ, bubilia, ouilia, caprilia,
C haræ, granaria, penus, apothecæ, ornithones ad vsum (nam voluptariorum alia causa est) torcularia & quæ Victruuius hoc in genere locat, lib. vj. tametsi nunc non sumus tam instructi aut delicati quam veteres illi; Cæterum ædibus & dietis ad habitandum non vtetur, nec cella vinaria, nisi quia recipi fructus anni eius possint, nec equili, nisi equorum aratoriorū aut clitellariorum. Nam qui armorum causa, vehēdi Domini aut 6
famulitij, aut aucupij, aut venationis causa, aut gestationis habentur, in redemptiuo non veniunt, sicuti nec armamentarium, nec bibliotheca, nec sacellum. Sed & si quid habitationis causa sit comparatum, quo Dominus colligendis fructibus vti soleret, veluti magnæ aulæ veterum ædificiorum, vti poterit, si alibi reponi non possunt. Hic vero nil est quod inquiratur, quid domus appellatione veniat, An in qua morari paterfam. consuerit. l. vxori. D. de legat. iij. An strictius vt in materia odiosa, de quo Bart. l. meminisse. D. de off. proconsul. Sed illa extra rem.

ARTICLE LXXVI.

PAR [a] la mutation [b] du bail en rachapt, faite [c] par le feu Duc Iean l'an mil deux cens soixante quinze, fut ordonné que toutesfois [d] qu'aucun meurt, [e] en quelque aage que soyent ses hoirs, [f] le Prince [g] ou autre [h] ayant droict de rachapt, [i] pretendroit & leueroit les [k] fruicts & [l] leuees, issuës [m] des terres & heritages dudit decedé, & des [n] rentes [o] dudict decedé, [p] d'vne annee, [q] sans bois coupper, ne vendre, [r] pescher estang, [s] courir en garenne, n'en forest. ART. LXVII NOVAE CONS.

PEr [a] mutationem [b] baillij in rachatu factam [c] per defunctum Ducem Ioannem, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, fuit constitutum quoties [d] aliquis è vita discedit, [e] in quacunque ætate sint hæredes, [f] Princeps [g] aut alius [h] habens ius rachatus, [i]

acciperet [k] fructus & [l] prouentus reditúsue, [m] feudorum [n] & redituum [o] defuncti [p] vnius anni [q] sine potestate cædendi aut vendendi arbores, & [r] piscandi stagnum, [s] currendi seu venandi in leporario, nec in sylua.

NOTA I.

1 *Baillij origo, & mutatio.*
2 *Baillium Filiceriorum & Baroniæ venditio.*

[a] *Par la mutation.*] Hic Articulus, & qui deinceps sequuntur vsque ad octogesimum sunt descripti de Ducis Ioannis Constitutione, quæ edita est hoc ipso anno Domini 1275. de quo in textu. Cùm anno 1222. Petrus
1 Dux Britannus vxorio iure, is qui de Druydum familia erat, quem *Mauclerc* maiores nostri appellarunt, ius baillij Ioannis filij iure asperè & auarè exercere diceretur, mouit acerbitas facti nobilitatis animos tentatísque cæteris remediis, cùm ille dimoueri non posset, vt de acerbitate actionis remitteret aliquid; illi iniquitatem actionis, insolens exemplum, & crudelem in speciem postulationem non ferrent, contentio ad arma vsque progressa est, Duce partium Guynomario Leonio. Pulso demùm optimatum armis ex interiore Britannia Duce, acrius exarsura de integro controuersia videbatur nisi interrupta petitio esset sacri belli expeditione, quæ tum auctore Ludouico Francorum Rege ab Principibus Occidentis Hierosolymam parabatur, cui se Petrus comitem adiunxit. Morte eius repetita rursum actio, ab hoc ipso Ioanne, cui Rufi cognomen fuit Petri filio. Sed euentu meliori exorari se precibus optimatũ passus baillium ex toto antiqua-
2 uit, rachatu contentus. Quod idem vt facerent author multis quoque fuit, nec tamen omnibus persuaderi potuit, manétque ex eo tempore baillij ius Nãnetensi Episcopo & Filiceriorum Baroni. Extat authenticum huius ipsius Sanctionis in archiuis Ducum Nannetis, appendentibus, quod illo tempore solenne fuit, quatuordecim optimatum sigillis. Posterius transcripta ab Alenconij Ducibus in Ducatum Filiceriorum Baronia, anno, quod ex instrumento ea de re apparet. 1429. persæpè actum est, vt veteri exemplo vbique abrogaretur. Qua de re cùm aliquando apud Annam Ducem ageretur, cui summa Ducatus procuratio erat ab maritis Regibus mandata, posterius & Henricum Regem eius nepotem, déque ea re vt inquirerẽ mandatum ab Rege esset, rescriptum est, vt volentibus liceret prærogata summa, quanta nobis videretur, baillium in rachatum conuertere. Denique quamquàm percupientibus multis, tota actio dissentione importuna pauciorum interpellata, cùm quibusdam grauior rachatus conditio videretur, quæ in omnes constitueret, súntque etiamnum baillio obnoxij Filicerij. Ex quo apparet ne antiquis quidem sine controuersia baillium fuisse, quæ etiam in bellum aliquando ardesceret: Tandem vero obtinuisse Ducum bonitate, vt in rachatum mutaretur, sed tamen eam cõtrouersiam apparet, non tam iuris occasione, de quo nequaquam dubitabatur, quàm odio & specie crudelis in se compendij motam, cùm tota ferè Britannia ius id perpetuum esset, etiam optimatibus.

Tandem istud baillium in rachaptum mutatum anno. 1570.

NOTA 2.

1 *Baillij ratio, nec odiosum censeri debuit.*
2 *Contra Molinæum.*

1 [b] *Du bail.*] Baillij ius cuiusmodi ante descripsimus, acerbitatis multũ habere videri poterat prima specie,
A nisi lex ipsa concessionis, consensus mutuus, dexteræ vicissim iunctæ, & libera cuique potestas dicendæ rei suæ legis, & obstricta vtrinque fides pareri placitis & stari conuentis, statueret. Scilicet, nemini vt conditionem acciperet, vis facta est, roganti & flagitanti dicta est, fides commercij mutuo data acceptáque. Denique grauato licet eximi eiuranti beneficium, cùm multo plures reperiantur qui eandem conditionem amplectantur, si offeratur; Retento, stari legi, ius gentium, ciuilis necessitas, fides & obsignatum pignori beneficium cogunt, vt quoties vassallus feudum aspicit, ingreditur, fruitur, toties alienum beneficium cogitet, meminerit qua lege & quo fine acceperit, cuius beneficio & munificentia habeat, quàm non grauis conditio eius censeri debeat, qui de toto multum acceperit, cùm nil dare in potestate dantis fuisset. Quare mi- 2
B rari non desinam, quid in mentem Molinæo venerit, homini cætera considerato & prudẽti, quod baillium, releuia, rachatus, laudimia, cæteráque talia dominorum iura, identidem odiosa scribit, & restringenda interdum graues & sordidas seruitutes, quæ homines ad fraudes sollicitent. Hic quidem Molinæus aut impingit in rectam rationem, aut non video, qui ex omnibus vsquam contractibus maiori in pretio esse debeat feudi datione, cùm continuam & successiuam habeat beneficentiæ causam, & in quo exuberare bona fides magis debeat, aut commercij fides enixius obseruari, aut maiori fauore dignus sit, (vt loquuntur.) Nam cùm fraudes accusat Molinæus, an ista rerum culpa est, an hominum potius? aut quæ satis magna caussa est ad patrandas fraudes? quæ si iusta in caussa sunt, cur contractus odiosi censeri debeant, tollamus cõmercia
C omnia, conuentiones, pacta, quia non aliunde fraudum occasio maior. Hæc Molin. in §. 25. num. 3. & §. 33. cum tamen alibi neget talia iura inter seruitutes haberi debere, cùm magis in proprietate consistant, & verè ista dicantur esse in patrimonio Dominorum directorum, quemadmodum, & feuda pro quibus præstantur, sunt vassallorum patrimonia veluti subrogata, notæ, symbola patrimonij infeudati, quod Bart. & Imol. scribunt. l. talem. D. de hæred. Inst. Quare rectè æstimantibus, si quid habent ista asperitatis, obuersetur protinus animo feudi concessio, beneficij collatio, Conuentionis lex, cætera grauia non videbuntur. Cui tamen ego assentior, cùm existimat non esse quidem illis locum, nisi quantum vel expressa conuentione concessionis feudi, vel Consuetudine debeantur, quod Io. And. tradit add. ad Specul. rub. de præscript. colomn. penultim. Io. Calder. Cons. 7. tit. de
D feud. Molinæus. d. §. 23. num. 4. Neque enim substantialia ista sunt feudorum, vt sine his esse non possint, aut implicitas habeant semper talium conuentionum necessitates, quæ sæpè absunt sæpè aliæ adsunt, & exempla tradidimus sup. §. 59. Siue hæc scripta sit Cõsuetudo, siue vniuersali aut recepto more locorum, siue scriptæ accidit, & subintellecto iure veluti ex dispositione Art. 277. Quo casu quantumlibet indefinitæ concessiones intelliguntur eas leges & conditiones recipere, quæ sunt vsitati moris, succedente prouisione legis in eo, quod expressum non est, de quo latè Boër. decis. 263.

[c] *Par le feu Duc Iean.*] Is fuit Ioannes, cui Rufi cognomentum ab habitu corporis inditum est, Petri

Druydis

Druydis filius & materno iure Britanniæ Dux: Sanctionis eius authenticum extat in archiuis Ducum, consignatis tabulis optimatum sigillis.

Vide D. Argent. historiam Britanniæ lib. 4. cap. 26

NOTA 3.

In linea directa rachatus in multis Prouinciis non debetur.

[d] *Aucun meurt.*] De Nobilibus tantum authenticum statuebat, quia præsumptum erat ab his tantum feuda nobilia possideri. Nec alia mens huius ipsius Articuli fuit, quamuis & ignobiles legibus hac in re solui non est inauditum, sed diuerso iure quàm Franci vtimur, apud quos in linea directa releuium non debetur, sicut nec olim iure Romano vllum erat onus vicesimæ, nullum caducorum, nec quartæ Curiæ ciuitatis, aut siliquaticorum, de quo nos inf. verbo, *du decedé*.

[e] *En quelque aage que ce soit.*] Hoc ad differentiam baillij notandum est additum, quod in eorum dumtaxat bonis locum habet, qui annum vigesimum nondum impleuerunt, rachatus in omnium æquè bonis etiam maiorum.

[f] *Le Prince.*] En son fief.

[g] *Ou autre.*] Non est hæc alternatiua in authentico, vnde hic Articulus descriptus est; hoc tamen iure omnes vtuntur, qui rachatum habent.

NOTA 4.

1. *An vsusfructuarius rachatum habeat.*
2. *An præhensione vti possit ad eum consequendum.*
3. *Expensa Molinæi sententia.*

[h] *Ayant droict de rachat.*] Id est, *de bail couarty en rachapt*; neque enim de his, qui alio iure redemptiuum haberent, hîc statuere voluit, quamquam omnes quidem quibus redemptiuum competit hoc iure vtûtur, quod hîc statuitur. Proinde non omnes aut baillium aut redemptiuum habent, sed quibus ex lege feudi competit. Sed cùm infinita sit compræhensio horum verborum (*autre ayant droict.*) & quæ non Dominos tantum directos & proprietarios respiciant, sed etiam, vsufructuarios, colonos, doarias, marito iure vxorio, denique cessionarios quoslibet, videndum An his quoque ius rachatus, & baillij congruere possit extante proprietario. In quo non dubium, quomodo fructuum naturalium hoc est eorum quos terra germinat & producit, & qui humore & calore Solis alûtur, vsusfructus cõstituitur, sic eorum quoque esse possit, qui non ex re sed occasione eius percipiuntur, veluti obuentionum, emolumentorum, rachatuum, mulctarum, laudimiorum, quos nulla terra generat, sed lex, Consuetudo, aut commercia ciuilia introducût. Nam & in fructuum appellatione continentur l. si nauis. D. de rei vend. l. loci corpus. §. 1. D. si serui. vend. l. fructus rei. D. de reg. iur. & fructibus naturalibus æquiparantur, l. prædio. & l. vsuræ vicem. D. de vsur. Quin & generalis aut indefinita vsusfructus constitutio in prædio, castro, dominio, aut sub qualibet alia generali compræhensione, istas quoque obuentiones includit, ex sententia Bald. c. 1. tit. de Capitan. qui cur. vend. & quos congerit Mol. quanquam alio fine in §. 1. glos. 5. num. 14. & 47. Nisi fortè adstrictam domanij alicuius significationem astricta esset constitutio vsusfructus, quod Molin. in ea doaria putauit, qui doarium in tali domanio talis castri, constitutum esset in §. 33. in princip. Quorum igitur fructus sunt, horum & redemptiuius est. Maior dubitatio an omnes tales cessionarij, & qui alio iure nituntur, ad eorum iurium consequutionem præhensione vti possent, de quo longa est & spinosa dubitatio Molin. d. §. 1. in princip. & præcipuè

A numer. 10. 11. 12. 17. & item glos. 3. numer. 21. 23. 25. in quo sic ille demùm statuit, præhensionem actum esse inseparabilem à persona Domini, ita vt vsufructuario non putet suo nomine competere, d. num. 12. nec colono num. 16. nec doariæ num. 24. quanquam in marito aliud putat d. glos. 1. num. 16. vbi & de tutore & quolibet administratore loquitur. Quæ sententia cum vsu recepto & ratione ciuili refellatur, non est magnopere laborandum in quo hæreat; Dicit enim Molin. non etiam demonstrat, cur inseparabilis eiusmodi actus dici debeant à persona Domini. Quod si ille sic vult accipi, B quasi per se & principaliter & priuatiuè ad Dominû manente qualitate Domini fieri nequeat, cedo, quia separatio actus à sua causa impedit actionem, quod si præhensionem à Domino separes, non erit feudalis aut domidica præhensio, sed aliud quidius; sed fallit Molin. sophismate à secundum quid ad simpliciter (vt loquuntur) cùm id quod secundû quid accidit simpliciter vult intelligi. Quia scilicet Dominus abdicare à se, & priuare potestate præhendendi nequeat, manente & integra qualitate Domini, idcirco nullo modo, aut nullo casu præhendendi ius cedere posse, quod neutiquam verum est. Cedi enim id ius C potest non per se aut priuatiuè ad Dominum, sed accessoriè & instrumentaliter ad consequutionem iuriû vsusfructus in prædio dominante constituti, & ex iure & causa ipsius prædij dominantis. Nec ista ex philosophorum sententiis exigimus, qui vt corpora à loco separari negant posse, sic actiones ab agentibus, vt actus vnius alterius cuiusquam aut dici aut esse possit, sed effectus considerandus intellectus, & vi & potestate iuris, vt præhensionem exercere ab fructuario aut cessionario tam putemus posse, quam fructus de alieno colligi, sicuti in instrumêtis garêtigiatis ex quibus actiones & potestas ipsa executionis realis vtiliter D ceditur, aut facultas ingrediendi possessionem, aut adulterij occidendi ab eo marito cui id ius sit. Nec recipio hîc Molinæi responsum, qui id ideò fieri posse putat, quia in totum ius ab cedente abscedit, & in accipientem transfertur, quæ ratio valet vt cedentem negemus posse executione vti, non etiam vt eam trâsferri possit, si præhensionem incessibilem diximus.

Deinde hîc nos non primariæ nec per se cessionem talis facultatis admittimus, sed accessoriè & in consequentiam, ita vt plus semper facultatis remaneat in cedente, veluti lumen de lumine accendat. Quare E inutilis & planè extra rem est illa Molinæi disputatio d. glos. 3. q. 3. an ius vassallitij & quam vocamus, *obeissance d'vn vassal* cedi possit alteri sine fundo dominanti, quod non putat posse opiniones secutus, quas nec plurium sententia recepit, & vsus & Consuetudo nostra improbat: Nam cedi posse recipimus, non ita tamen vt Dominus maneat qui ante erat, quia symbola substantialia & naturalia vassalitij pereunt in persona cedentis tali iure cesso, quoniam nemo duorum vassallus esse potest, nec vassallitium diuidi. Sed aliud in his est quæ in persona Domini manent integra, quamlibet cessa, & ex persona & iure eius exercentur vt in F eius iure radicata. In quo denique Molin. distinctionis suæ vim tam dilutam reddit, vt planè nil pungat, cum vsufructuarij præhẽsionem sustinet, siue expressa qualitate vsufructuarij, siue simpliciter nulla expressa, quia qualitas habilis subaudiatur, quæ sententia reuoluitur in eandem, quam sustinemus effectu quidem, & re ipsa demonstratione & ratiocinatione differt. Cedi igitur præhẽdendi ius cum ipsis fructibus potest, si aliter fructus percipi non queunt & vassallus refractarius est, nec ipsi coactus æquum facit, illud quidem in his fructibus, qui in vsumfructum cadunt,

in vtilitatem pecuniariam continent. Nam honorifica illa homagij, fidelitatis, obsequiorum personalium cedi nequeunt, vt planè personæ affixa, & euanida & rerum inania, si à persona Domini separentur. Quod ego intelligo, quantum præhensio commoda est ad fructuum exactionem, nam si altius agunt, vt ius quoque proprietarium attingant, vt inuestituræ, professiones feudales ac talia, non rectè ab vsufructuario vltra id quod, quatenusque eius interest, petuntur, quia implicitam habent recognitionem pro tempore futuro, & causam proprietatis perpetuam concernunt, & rem ipsam afficiunt ab Dominis feudorum seruientium præstita. Ideoque vsufructuario inquantum talis non congruunt; Sed ipsi vt administratori & negotium gerenti proprietarij. Vtetur igitur vsufructuarius, cessionarius, firmarius, colonus, præhendendi iure, iure cesso, quanquam cessionarius particularis rei parcius & iure cesso, & post denunciatam & probatam cessionem; Vel si vniuersitatis est vt Iurisdictionis alicuius, post promulgationes cessionis in iudicio vel foro loci dominantis factas, cui feudum præhendendum subiicitur, aut denunciata in faciem cessione. Quod nos solemus facere, *en fermes generales de Seigneuries, ou Iurisdictions vniuerselles, qu'on publie en la Cour, pour euiter la necessité de les signifier en particulier à chacun*, ex sententia & ratione eorum, quos Boer. citat Decis. x. Enimuero quin administrator rei alienæ qualitate probata aut significata, in ea qualitate possit præhensione vti non dubium & longa disputatione differit Molin. d. §. 1. glos. 3. q. 8. & 9.

Sed cùm hic tex. his verbis vtatur, *ou autres ayans droict*, qui scilicet ius feudi dominantis habent aut proprium aut cessum, Multum dubitari de eo potest, qui neutrum habet, sed possessioni tantum insidet feudi dominantis, an is quoque redemptiuum petere possit, & in hanc dispositionem cadat. In quo id primum dicendum vassallum, qui feudum seruiés teneat, non esse recipiendum ad referendam quæstionem dominij alieni, si ab alio nullo vendicetur in vassallum & nemo illi controuersiam faciat de vassallitio iure. Sed simpliciter ei quicunque is est, qui feudum dominans possidet, parere debet vocatus, & quod dici solet, *aduoüer ou desaduoüer*, quod forum obseruat & tribunalia Doctorum hominum custodiunt, & Molin. notauit. §. 1. glos. 1. in fin. Quo fit consequenter, vt vassallus cuicunque possessori dominantis feudi obsequi, iura soluere, obuentiones cæteráque debita præstare debeat, & cogi ad id possit præhensione etiam fuedi, admissa quamlibet protestatione. Sin alius aliquis possessori vindicâti vassallum obstat & contradicit, inter eos constituendum de iure aut petitorio, aut possessorio erit, silente interim controuersia cum vassallo, qui si postulabit pendente vendicantium controuersia, per manum supremam (vt loqui solemus) in fidem & homagium recipi sese postulauit; & victori obsequia offeret quicunque is futurus est, & debita consignabit vt pluribus dicemus, Art. 112.

Inde illa frequentissima controuersia, cùm quis feudum vendidisset aut alio titulo transtulisset retento vsufructu, & possessionem tradidisset, mortuo eo qui tradiderat aut vero emptore, cuius morte redemptiuum deberetur, aut baillium. Nec quisquam dubitat vsufructuarij morte redemptiuum non deberi. Debetur igitur (quod nemo negat) morte proprietarij. Sed fori obseruatio & vsus id ita demum accipit, si qui feudum accepit, sese in fidem & homagium Domini contulerit, ita vt tradens se de fide & feudo dessaisierit (sic enim loquamur) cùm intelligi volumus: Nam tradente in possessione homagij manente quantum-

A libet alienato feudo, per mortem eius redemptiuum debebitur, qui reperietur in fide & possessione vassallagij mortuus; Nec enim sine vassallo Dominus esse potest. Ergo cùm emptor aut qui accipit, præsupponatur sese non obtulisse ad homagium aut obsequiũ, & Domini auctoritatem aut contempsisse aut dissimulasse, sequitur, vt ante prior vassallus esse non desinat, quàm nouus esse incipiat & sacramentum ineat: incipere autem nouus non ante possit, quàm in clientelam Domini concesserit per homagium, fidelitatem, & cætera subiectionis symbola ex Art. 323. inf. Itaque Dominus feudi fundatam habet intentionem ad po-
B tenta redemptiua per mortem vassalli quamlibet alienantis feudum, qui in possessione vassallitij reperitur mortuus, quia quantum ad Dominum nulla manus mutatio facta intelligitur, quæ sine inuestitura aut cæteris solemnibus fieri non potuit, ne ad lucrum quidẽ fructuum, sicut ille olim Senator Consulem nõ agnoscebat, qui se Senatorem non agnouisset. Nec tamen negari potest, quin si Dominus per mortem accipientis qui possessionem feudi ingressus est, redemptiuum consequi malit id possit. Nam quod Dominus eum pro vassallo agnoscit bono eius facit, nec potest heres
C mortui negare suum autorem fuisse verum vassallum, vt ita redemptiuum excludat, cùm heres iure defuncti teneat, & in ius eius succedat, & vassallus sit & vassalli agniti heres. Sed & si longo tempore veluti decennio Dominus accipientem in possessione feudi tollerauerit, debita & reditus ab eo receperit vt in vassallum habuerit tam diutina & longa patientia eum agnouisse videbitur, ita vt per mortem autoris, quamlibet infecta fide nec præstito homagio, redemptiuum petere nec possit nec debeat, & quamuis nullo temporis cursu Dominus fidem aut homagium remittere videri debeat, tamen satis habere debet, quod
D in pœnam homagij serius facti quam debuit; fructus quos malæ fidei vocant debet. Sed tamen mutationem manus & scisse, & passus esse, & probasse videri debet, quam etsi impedire non posset; maturius tamen vassallum ad officium cogere potuerat si vellet, sicuti de eo traditur, qui cùm sine titulo in possessione beneficij esse dicatur, longo tempore est ab suo Episcopo & ordinario toleratus, ita vt sine titulo esse non videatur, quem tandiu Episcopus tulit possessorem, quod Fred. de sen. notat Cons. 58. Bald. l. iudicia & l. cogi. C. de rei vend. & l. ciuile. C. de furt. & tex. pragmat. & gl.
E §. ordinarij. tit. de pacif. Ergo si per autoris mortem Dominus rachatum abstulerit, pro eadem mutatione ab accipiente habere non poterit: cùm id pugnet, vt eodem respectu pro vassallo & non vassallo quisquam habeatur. Sed si potest id emptorem & ipsum mori contingat ex eius morte debebitur, præsertim si fidem & clientelam inierit. Hæc fori sententia & vsus, de qua & Molin. aliquid. §. 22. q. 45. num. 151. & §. 1. gl. 2. num. 4.

Porro an Dominus alio vsumfructum habente & consequenter ius fruendi redemptiui, præhensionem dissimulare possit sub feudorum vassallis iura non
F præstantibus, an gratiam facere, an manum appositam leuare (quod aiunt) inuito vsufructuario, an etiam manus injectionem prohibere, dicetur fortasse alibi & Molin. tractat. d. §. 1. glos. 3. num. 9. 17. & 20.

¹ *Prendroit & leueroit.*] Cùm hæc verba dirigantur ad Dominum feudi, tribui ei electio videtur, cuius anni fructus velit, nisi oblatione præueniretur à vassallo, sed nos inf. verbo, *d'vne annee.*

NOTA 5.

1 *Diuisio fructuum ad inquisitionem.*

2 *Fructus,*

2 *Fructus, alij naturales alij ciuiles, & qui tales dicantur.*
3 *Separatio fructuum naturalium eos quærit separanti.*
4 *Separationis tamen tempus & maturitas spectanda.*
5 *In pensionibus quod tempus spectandum.*
6 *Feudistarum hac de re improbata sententia.*
7 *Summa dictorum.*

[k] *Fruicts.*] Hæc verba ad fructus naturales adstringuntur, propter adiectionem verborum, *yssuës des terres & heritages*, quæ fructuum generalē alioqui appellationem ad eos, quæ terra producuntur, aluntur, & vegetantur, restringunt: qui verè & propriè naturales dicuntur. Nec tamen intra metas naturalium Consuetudinis dispositio substitit, cùm ciuiles quoque comprehendat in verbo, *& des rentes*, vtrosque autem indefinita fructuum vox comprehendit, quod latè exequitur Chassan. in tit. *des droicts des mariez*, §. 17. glos. verb. *& faire les fruicts siens*, Molin. §. 1. q. 3. glos. 1. & item glos. 8. Tiraq. in retract. lign. §. 15. num. 27.
1 Sed ad diiudicationem acquisitionis fructuum, perquàm digna animaduersione distinctio traditur, foro quidem non vsquequaque aut intellecta, aut visitata, quamquam valde æqua & iuri ciuili perquam conueniens, quam nosse & in vsum deduxisse expedit. Frequentes imprimis cõtrouersiæ oriuntur de partitione fructuum inter virum & hæredes vxoris, inter beneficiatum & hæredes prædecessoris aut creditores eius, inter proprietarium & hæredes vsufructuarij, inter donatarium & hæredes donatoris, inter Dominum & vassallum de iure rachatus aut baillij, nec quidquã
2 crebrius, Nec tamẽ cuiusuis est ista diiudicatio, & vulgo malè nota, quam nosse expedit & trademus. Fructuum indefinita appellatio in naturales, & ciuiles, diuiditur; Ac naturales quidem appellant ab re ipsa quos terra alit, & generat, cuiusmodi sunt fruges omnes, plantæ, olera, poma, fœnum, succi, lachrymæ, & quæ simplicium nomine Medici intelligunt: animaliũ partus, aues, pisces. Ciuiles natura non producit sed ars, & ex arte Consuetudo aut lex induxit. Itaque non ex corpore generantur, sed eius occasione inducuntur, quales sunt reditus annui pecuniarij aut cõstituti, aut fundiarij, tributa, vectigalia, portoria, pẽsiones domorum, tum illa Iurisdictionum, mulctæ, commissa, confiscationes, hæreditates desertæ, bona vacantia, stipendia, salaria, & omnia talia. Dicũtur autem ciuiles (quia vt dictum est) non ab ipso corpore, sed ciuili non naturali causa proueniunt l. vsura pecuniæ. D. de verbo. signif. l. si nauis. D. de rei vẽd. latè Alex. l. diuortio, col. 9. D. sol. mat. Molin. §. 33. glos. 2. & §. 34. in princip. vtroque genere sunt reditus, obuentiones, prouentus, de quibus Chass. plura, quæ voces infinita comprehensione omnes fructus cuiuscunque generis cõprehendunt. Nam & ciuiles naturalibus æquiparantur, l. prædiorum & l. vsuræ vicem. D. de vsur. Nec ignoro alias quoque diuisiones fructuum ab scholasticis authoribus tradi, sed alio fine. Nos hic de acquisitione
3 eorum ex temporũ interuallis instituimus dicere. De qua cùm est constituendum, certa sententia traditur; in naturalibus acquisitionem ab separatione eorum à solo iudicari, vt eius sint proprij qui maturitatis tempore separandi à solo ius habuerit. Nam dum pẽdent, pars soli sũt, l. in lege falcidia. D. ad leg. falcid. l. fructus pendentes. D. de rei vend. & de his vt de solo iudicatur eius eos esse cuius solum sit. Itaque si fructuarius fuit fundi separationis tẽpore eius sunt, si vassalli, si Domini, si beneficiati ius separationis tempore durat, eorũ
4 sunt, & bis per separationem acquirũtur. Sed nec ipsa separationis significatio & vsus sine distinctione est. Nã de ea intelligitur quæ suo tẽpore naturali maturi-

Argentr. in Cons. Brit.

A tate fit. Nam anticipasse & præuenisse maturitatem non proficit ad acquisitionem, nec de tali separatione intelligitur, alioqui frugibus Iunio collectis ab vsufructuario, qui eodem mense moritur, cum Iulio demum maturi futuri essent, non valet ad acquisitionem, nec vassallo, aut marito, aut beneficiato. Quare heredes eorum, qui hos perceperint intempestiuè æstimationem restituent cum interesse, sic qui vindemias iure vsusfructus collegit Septembri, cùm Octobri soleret restituet, aut eius heres finito ante vsufructu, l. in fructu. vbi Iacob. Rau. Alber. Lancel. Decius.
B D. de vsuf. legat. Bald. l. si pater. C. de vsufr. l. si absente. §. fin. D. de vsufr. l. & hæc distinctio. §. qui fundum. D. locat. in eadem quantitate & bonitate, quæ futura erat, quod Molin. rectè tradit. §. 1. glos. 8. q. 6. num. 28. & 30. & ante eum Tiraq. in retract. conuent. §. 5. glos. 4. num. 15. Nec qui immaturos collegit impensas repetit, quod idem Tiraq. scribit in retract. lignag. §. 15. num. 21. Maturitatem autẽ intelligimus, ex vsu rei & Consuetudine colligendi: nam fructus quidam vberiores esse dicuntur, immaturi, vt oliuæ & pomorum *l. penult. D. de vsuf. leg.*
quæ copiosorem ciceram dicuntur exprimere, sed cuius potio fugiens sit. Hîc spectandum quid atten-
C ti boni patresfamilias facere soleant in talibus d. l. si absente. §. syluam. vbi glos. & Alber. cæterum ista cõmoditas colligendi, quam spectamus, non à singulari cuiusquem vtilitate aut necessitate considerationem sumit, sed ab communi & vsu recepta Consuetudine vtendi, quod rectè Molin. admonet. d. §. 1. glos. 8 num. 32. Quare non probo Alberici sententiam d. l. penult. qui commodi cuiusquam singularis aut necessitatis causa admittit separationem etiam immaturi fructus, quam in commoditate Salyc. improbat, in necessitate probat, d. l. si pater. C. de vsufr. Ego vtrumque improbo, cùm non possit cuiusquam aut vtilitas aut in-
D opia in alieno ius tribuere, nec anticipatio acquirat alterius fraude, ius cuiquam, tametsi necessitatis ratio maior, sed ea iuris non est, cùm de proprietate rerum statuitur. Per contrarium eius quod de immaturis dicitur anticipatione, in maturis accipiendum dilatione collectionis, ita vt maturi quamlibet colligendi pro collectis habeantur in vtilitatem eius, qui ius habet maturitatis tempore, tametsi ante realem collectionem talis vsufructuarius decesserit, qui locus latè exercetur ab Tiraq. §. 1. glos. 7. num. 43. & glos. 2. verbo, *pouuoir de son mary*, num. 11. In legib. connub. quã-
E quam contrarium aliquid videtur dicere in §. 4. glos. 4. in princip. in retract. conuent. Molin. §. 42. num. 31. Sed nec immaturitas quidquam nocet ei, qui quamquam immaturè perceptis, maturitatis tamen tempore superfuit cum æquè proprietarius vtroque casu eos perditurus esset, quod Molin. scribit. d. §. 1. glos. 8. q. 6. num. 30. Proinde separationem per se solam sufficere ad acquisitionem dicimus, etsi reconditi non sint tam in vsufructuario quam bonæ fidei possessore Bald. c. quæ in Ecclesiarum. col. 4. vers. Sed statim quæritur. ext. de const. Salyc. d. l. si pater. C. de vsuf. Imol. & Dominic. c. si propter. de rescrip. lib. vj. glos. §. item
F quod si Ecclesia, verbo. acquisitos tit. de annat. in pragmat. Io. And. Anchar. c. si propter. de rescript. in 6. vbi Dominic. Franc. Archid. valde quidem notan- 5
da est sententia, quæ traditur ab Doctis, cùm separationis tempus spectamus, idem iudicãdum & de pensionibus conductionum, quæ ratione fructuum præstantur, vt quantumcunque anticipato aut postposito solutionum tempore, id tantum spectemus ad pensionis acquisitionem, quo tempore fructus eueniant, quorum respectu debentur, pensiones. Itaque qui ratione prædij centum conductionis nomine promisit,

anno inchoato in natali Domini 1567. dimidio pensionis soluto natali Ioannis 1568. si mense Iunio moriatur vsufructu finito morte eius & quod solutum est, proprietarius ab eius hæredibus repetet, & reliquum pensionis exigit, quia fructus naturales mense Augusto & Septembri incidunt, quod notandum imprimis Anchar. Cons. 194. incip. Subtiliter. Bald. c. cum Mar-
6 tinus. col. 4. ext. de Constit. Molin. §. 1. glos. 8. num. 10. & §. 40. in fine, & quos fusè allegat, Tiraq. §. 4. glos. 4. num. 8. in retract. conuent. Nā inepta est & inciuilis diuisio feudistarum inter Dominum & vassallum, in c. 1. §. his consequenter. tit. hîc finitur lex & merito eam Bald. repræhendit, vt cæteri quoque & Tiraq. vbi sup. num. 3. glos. pragmaticæ verbo, acquisitos. Proinde ne cui facessat negotium diuisio fructuum, quæ fit in l. diuortio. D. sol. mat. quia specialem prouisionem cōtinet proportionatam ad onera matrimonij, de qua Tiraq. ibid. num. 4. & 12. cùm ratam fructuum in na-
7 turalibus statuit, aliter quàm supra indicauimus. Summa, fructus naturales eius sunt, qui ius fruendi habet quo tempore à solo separantur, separātur autem cùm sunt maturi. Anticipasse aut serius collegisse cum maturi essent, nihil mutat ad acquisitionem. Pensio quæ debetur respectu fructuum naturalium, eodem iure habetur, quo ipsi fructus, vt ad quem fructus pertinere debent separationis tempore, eiusdem sit pensio quamlibet anticipato, aut post habito aut dilato solutionis tempore. Hæc inter maritum & vxoris hæredes, inter vassallum & Dominum ad ius rachatus & baillij discernendum, inter hæredes beneficiati creditorésve eius & successorem, & alios quoscunque regula tenenda est.

Idē art. 600. N.C. qui adijcit pagani le droict de laboureur.

[l] *Et leués.*] Vox patriæ nostræ vernacula pro reditibus & prouentibus.

Yssuës.] Hæc vox hîc stat adiectiuè cùm in authentico huius ipsius Sanctionis stet substantiuè vt & in seq. & Art. 29. vt & olim maiorum lingua, *les yssuës*, vocabant, fructus. Hoc sensu Andes etiam laudimia intelligunt in voce, *yssuës*.

[m] *Des terres & heritages.*] De his inquam quę in redemptium cadunt & ius eius. Excipiuntur quæ non sunt eiusdem feudi partes, puta fundi aut Iurisdictio aliunde adiuncta, aut latifundia sola destinatione patresfamilias adiuncta sine incorporatione in conditionem & qualitatem feudalem. Cuiusmodi vidimus Comitatus nuper erectos, varijs appendicibus consutos, & qui diuerso iure tenerentur, qui post incorporationem authoritate Regis factam, vno & eodem iure haberi censendi sunt per acceptationem Regis patroni, de quo Mol. §. 1. glos. 5. num. 45.

NOTA 6.

1 *Fructuum ciuilium diuisio.*
2 *De diuisione rachatus.*
3 *Contra Molinæum.*

1 [n] *Et des rentes.*] Hîc pars altera adijcitur, quæ est de fructibus quos ciuiles appellauimus, & addidisse vtile fuit, ne quis in redemptiuum aut baillium dubitaret venire fructus etiam ciuiles, & reditus Iurisdictionis. Sed eorum ipsorum diuersa ratio est quo ad acquisitionem, ab his quos naturales dicimus: Neque enim, quod in naturalibus præcipuè spectamus, fingi in his vlla separatio ab solo potest. Sed nec ipsi vnius generis sunt, cùm quidam semel & momento temporis debeantur, quidam tractu dumtaxat successiuo & cursu temporis. Momento temporis quæruntur, laudimia, mulctæ, confiscationes, pœna hæreditates, cōtractu, adiudicatione, morte. Protinus enim atque vllum horum inciderit debentur, & vsufructuario quæruntur, etiam si postridie eius diei quo inciderunt, vsufructus finiatur. Diuersum in his est, qui tempus successiuum requirunt ad acquisitionem, nec momento accidūt, vt redemptiuum, baillium, pensiones domorum, salaria, stipendia, reditus pecunia constituti, molendinarum & pistrinorum reditus, qui eiusdémque generis omnes temporis ductum & successionem postulant, & quotidie deberi incipiunt. In his notanda regula temporis ratam spectari, vt quanto quisque tēpore fruendi ius habuerit, vsufructuarius, *bien-faicteur, viagers*, beneficiarius tanti temporis suos faciat, pro vncia si vno mense, si tribus quadrante, si sex semisse: Qui supersunt ad proprietarium pertinent. Ergo & quandiu pēdent, nec adhuc totius temporis dies exierunt, inter immobilia habentur, veluti fructus pendentes & solo affixi, & capi & pignorari possunt, etiā eorum quorum mobilia capi executioni nequeunt, vbi dies cessit pro separatis habentur, & mobiles existimantur, & cuilibet vsufructuario debentur. Hæc diuisio ignorata multis in iudicando tenebras offundit in diiudicatione acquisitionis eorum. Sed tamen nil æquius nil congruentius iuri dici potest, & ab glos. & Doct. indicatur magis quàm explicatur. l. Iulianus. §. si fructibus. D. de act. empt. Bald c. 1. in fin. princip. de pac. tenend. & idem c. quę in Ecclesiarum col. 8. ext. de constit. Idem Bald. & Philip. Franc. c. vnico. ext. de eo qui mitt. in pos. caus. rei ser. Bart. l. fin D. de iur. fis. Salyc. l. fructus. C. de act. empt. Mol. §. 1. glos. 8. num. 14. 25. 26. & q. 6. & glos. 1. q. 3.

Etiam in naturalib. fructib. beneficiarij iudicauit Senatus Paris. pro rata anni cōputandi à die prima Ianuarij vsque ad mortem beneficiati, lib. 5. rer. iudicat. cap. 4.

2 Neque tamen Molinæi sententiam probo, cum. §. 34. glos. 1. nu. 4. & d. glos. 1. q. 3. exemplum eorum fructuum, qui momento acquiruntur, in releuio ponit, quod est nostrum redemptiuum aut rachatus, quod simpliciter & absolutè dictum verum non est. Melior sententia Io. And. & Ancharani in c. si propter tua debita de rescript. in 6. vbi in talibus distingunt, an talia debita aut indictiones vacationi ipsi in beneficialibus, id est, morti cuiusquam (qualis est baillium aut rachatus per vassalli mortem) an perceptioni fructuum imponātur. Nam quod morti imponitur protinus & momento debetur, ei qui ius fruendi habet, etiam si postridie moriatur, sed quod à perceptione fructuum tribuitur, in temporalibus tempus separationum, in ciuilibus ratam temporis respicit. Itaque in hac ipsa redemptiui quęstione verum est id ex morte protinus & eodem momento deberi nec solutionis vllum tempus expectari. Quod quidem verum est respectu proprietarij, neque enim aliud expectat, quia morte vassalli omne ius acquiritur in puncto. Sed respectu fructuarij diuersa ratio est, qui non acquirit nisi perceptione, siue in ciuilibus siue naturalibus. Itaque in hac ipsa materia quam tractamus, & in casu 3 quem Molin. agitat d. §. 34. & d. §. 1. de eo vsufructuario, qui cùm fundo dominanti frueretur, incidit optimum subfeudum, de quo redemptiuum, id est, vnius anni fructus debentur, sed vsufructuarius post mensem moritur, cuius fructus sequentes esse existimandi sint. Non probamus, quod scribit totius anni fructus vsufructuario deberi, etiam si vno tantum die post redemptiui casum superuixerit, ratione sumpta ex his quæ ante diximus, quia momento deberi incipiat, quia id etsi verum sit in proprietario cuius respectu redemptiuum momento debetur, tamen respectu vsufructuarij non debetur nisi perceptione, nec acquiritur nisi percipiendo, nec in fundo quidem dominanti nec subfeudo; quæ distinctio est Anchar. & Io. And. d. c. si propter. ergo temporis tractum expectat & successiuum, nec nisi pro rata habet, secus si simpliciter

plicitèr & absolutè in puncto deberetur, neque enim A dilatio solutionis eius, quod semel deberi cōstat, quidquam facit, aut nocet ad acquisitionem. Quanquam in colono, quem casum Mol. ponit d. §.34. non improbo sententiam, deberi ei etiam si fruendi tempus postridie finiatur, quia ille ex persona proprietarij & iure eius fruitur, & in ius eius succedit, nec tempus separationis expectat in his, quæ anno eius incidunt. Quod secus est in vsufructuario, qui ius separatū habet & respectiuum ad ipsum proprietarium, & limitatum ad perceptionem. Itaque de futuri temporis tractu se non intromittit, & ius eius moritur cum per- B sona, nec perceptionem videt mortuus. Hæc pluribus Alber. l. defuncta. D. de vsufruct. quo loco huius rei tractatio perpetua est.

NOTA 7.

Quid si pendente conditione redimendi emptor decedat, an rachatus debeatur.

° *Du decedé.*] De possessore intellige, & secundum distinctionem quam diximus in glos. verb. *ayant droict.* Quod si duo litigant de feudo seruiente, ille conueniendus est, nisi Dominus malit finem litis expectare C & victorem conuenire, quod Molin. agit. §.22. q. 45. & 46. Quod vero dicit *du decedé*, intellige etiam in linea directa & ascendente quamuis multæ aliæ Prouinciarum Consuetud. repugnent vt Paris. tit. de feud. §.2. quia statutū de soluenda gabella ob hæreditatem contingentem, non porrigetur ad eam quæ filio obuenit à patre, vt Angel. Imol. Cum. probant l. in suis D. de lib. & posth. vbi Lancel. Decius contra Alex. Io. Plat. in procem. instit. Mol. d. §.2. & diximus sup. glos. verbi *& autres ayans droict.*

An vero proprietarij aut vsufructuarij sit onus vsusfructus, quæ hic questio incidere poterat, dicemus D Art. seq.

Sed valde vtilis questio de eo agitata est, qui decessit, qui feudum tenebat subiectum restitutioni, cuiusque res non erat incommutabiliter, veluti si fortè sub conditione redimendi emerat quæ nondum euenerat, & potest accidere, vt res & feudum huic legi subiectum per plures manus ambulet. An igitur si quid tale inciderit redemptiuum debeatur per mortem taliter possidentis. Dubium facit, quod res non videtur incommutabiliter fuisse mortui, nec ista verba *des heritages du decede* in totum verificari, cùm redemptio & resolutio E contractus expectetur ex euentu; quid vero si etiam ponimus certam resolutionem fore, vt quia res prohibita alienari, & sub certa lege, aut temporis cursu resoluenda interim alienata est, & certum est tempus exiturum quandoque. Et videretur medio tempore alienatio facta non valuisse, & omnia ex conditione retroactiua resolui, & ad nihilum reduci, & ἐξ ὑπαρχῆς & ideo nec redemptiuum deberi. Sed tamen deberi contra est respōsum: Quia interim vera emptio & alienatio est, & res manum mutat, quamquam sub conditione resolubili, quod nos fusè tractauimus Art. 64. Ideóque attento præsenti rerum statu verè Dominus F feudi mori dicitur, cùm is moritur, qui sub tali conditione emerat, & fieri potest vt non redimatur. Nam ré restitutioni subiectá interim hæredis esse constat l. generaliter. D. qui & à quib. lib. manu. l. 1. §. serui appellatione. D. ad Syllá. & de ea disponere posse quamquá resolubiliter & sub eadem conditione, & Io. Fab. Bart. Bald. & Corn. notant. l. vlt. §. fin auté. C. Com. de legat. Neq; enim effectus dispositionis irritatur, quo ad pręsens, sed quo ad futura in præiudiciū restitutionis aut conditionis redēptiuæ. Itaque & vulgata est sententia, A si statuto de alienatione gabella debeatur, de ea quæ hoc modo facta sit, deberi. Bart. l. seruo legato. §. 1. D. de legat. 1. Bart. Angel. l. Marcellus. §. res quæ vbi & Alex. D. ad S.C. Trebel. Bertrach. tract. de gabel. parte 3. octauæ partis q. 32. Atque ita iudicatū est aliquando aresto *entre le Seigneur d'Appigné, & le Procureur du Roy à Rennes, en l'an 1562. Et depuis en l'an 1567. entre la Vefue du Plessix Bardoul, & la dame de Guemadenc heritiere de Beufues.* Molin. §.22. q. 39. & 40.

NOTA 8.

B 1 *Cuius anni fructus debeantur.*
2 *Quid si pendente rachatu subrachatus accidat.*
3 *An Dominus teneatur stare colono vassalli.*
4 *Quid cùm duo eiusdem rei rachatus accidunt eodem anno.*
5 *Quid si bannum indicitur tempore rachatus.*
6 *An Dominus cogere possit vassallos ad debita feudalia iure rachatus.*

P *D'vne annee.*] Sed quæritur cuius anni fructus de- 1 beantur, an anni cœpti & currentis cùm releuium incidit, an sequētis, an vero oblationis vassalli, an Domi- C ni, an vero vassalli infinita sit electio. Longa ea de re distinctio instituitur à Molinæo. §.33. glos. 2. Sed quæ argumenta colligit ea ducit à ratione Cōsuetudinis localis. Ideóque extra eam vim nō porrigunt. Noster vsus de anno aperturæ feudi, id est, mortis vassalli sensit, vti & d. c. si propter. de rescript. in 6. vbi Anch. appositè ad hūc locum. Nam fructus ante mortem collecti aut separati, aut quorum dies cessit hæredibus defuncti debentur. Sed si quos post mortem authoris mortui vassallus perceperit, si copiosiores sunt, potest eos Dominus cōdicere: sin pauciores, potest annum futurum cùm videbitur eligere, nisi vassallus oblatione præue- D nerit, & Domino denunciauerit vt colligeret, quamquá si vassallus ipse collegerit omnis defensio eius excluditur, nisi quod denunciatione præmissa, nō plures reddit quàm quos collegerit, nec alterius anni; in quo id quoque intelligēdum vltimam moram nocere, siue vassalli in restituendo, siue Domini in colligendo post denunciationem. Sed in modo consequendi hoc interest, quod Dominus intra annum præhensione sibi cōsulit, post annum non item, nisi ante vocato vassallo ex Art. 115. 107. & 134. Ergo cessante vassallo electio est Domini quando petat, & cuius anni, quod ipsa verba E quæ ad Dominos diriguntur, indicant, cùm dicit *prendroit & leueroit les fruicts*, ex sententia Bart. l. si ita. §. vlt. D. de legat. 1. Cast. l. Lucius titio. D. de legat. 2. & de hoc Articulus Pictauensis 134. Sed denunciatione interposita Dominum vassallus adstringit ad annum certum & currentem. Sed & si tam pręcox annus fuerit, vt bis vno anno fructus colligantur, vnius tantum anni debebuntur, ex dictis Bart. l. diuortio. §. quod in anno. D. sol. matr. vbi Raph. Cum. Ias. Imol. Bald.

Quærit vero Mol. si cùm Dominus anni vnius fructus elegisset, & hi aliquo casu perijssent, an alterius anni posset petere & putat posse. §.39. quod verum est, F cum indeterminatè vnius anni incerti debentur, secus si certi & determinati, & tradunt Anchar. & Archid. Dom. Franc. d. c. si propter. Panormit. c. si significauerunt. ext. de Iudic. quod & ratio suadet, veluti & traditur de obligationibus in quibus genus, quod in obligatione est, perire non potest, l. in naue saupheli D. locat. l. incendium. C. si cert. pet. Quod secus est, cùm de toto genere obligatio ad vnam speciem astricta est: Nam eius interitu soluitur obligatio, & ea pereunte liberatur debitor. Itaque vix est vt in eo casu, cùm scilicet Dominus incertum annum electione

certificauit & obligationem generis ad ſpeciem arctauit, ſententiam Molinæi probem, cùm periculo eius euentus fructuum eſſe debeat, ſi poſt electionem & optionem perierunt.

Sed exiſtit controuerſia: Quid iudicandum ſit, ſi pendente rachatu alius ſecundarius (ſubrachatum vo-
2 cant) incidat. Cuius fructus eſſe iudicari debeat. Nec dubium quin ſubrachatus eius ſit, qui rachatus ius habet, cùm hæc ſit mera obuentio & fructus à cauſa feudi & mutatione vaſſalli inferioris deſcendens. Sed maior dubitatio pro qua portione debeatur, præſertim ſi ponimus die forte vltimo rachatus, ſubrachatum incidiſſe, hoc eſt exeunte rachatus tempore ſubrachatum incepiſſe. Et Molinæus quidem putauit totum ſubrachatum deberi ei, cui vel vna tantum hora rachatus ſuperfuiſſet cum ſubrachatus incidit, quia hic fructus momento accidat, ideoque perceptionē actualem non expectet ex his, quæ ante diſſeruimus. Nam quamuis ſubrachatus vnius fructus integri anni contineat, fit tamen id reſpectu perceptionis è fundo ſeruiente, ſed reſpectu acquiſitionis omnes vno momento & puncto mortis vaſſalli debentur, ſine tractu aut alio temporis lapſu. Itaque temporis rata hîc non eſt ſpectanda, ſed id momentum tantum quod incidunt. Quæ ratio quanquam per ſe vera eſt, tamen falſo indiſtinctè applicatur vſufructuario, cui rachatus deberi præſupponitur, & Nos ante eam confutauimus.

Nam quamlibet vſusfructus ius ſiue legato, ſiue contractu, ſiue lege momento pro pluribus annis, imo toto vitæ tempore acquiratur, tamen alligatam habet executionem ad perceptionem & ſucceſſionem temporis: Ideoque finito morte vſufructu, nil iuris porrigitur ad fructus futuros non perceptos etiam ante ſatos. Sic ne vſufructuarius feudi dominantis debet ius ſuũ porrigere ad eos fructus, qui incidunt poſt rachatum finitum, ſiue à fundo dominanti in rachatu ſiue in ſeruiente in ſubrachatu percipiantur. Alioqui dicendum eſſe Baillium vi rachatus aut vſusfructus anni vnius ei ſoluendum pro decem & nouem annis, cuius anno incidiſſet baillium, ſi ratio Molinæi valeret, vt tanquam momento quæſitum Baillium pro toto tempore vſufructuario vnius anni etiam vſufructu finito deberetur, quod perquam abſurdum eſt, & conductori vnius anni pro tanto baillij tempore debere tanquam momento acquiſitum & ſemel debitum. Ergo ſic habendum vſufructuario non plus iuris eſſe in ſubrachatu quam rachatu ipſo, ſed perceptio expectatur ad acquiſitionem, quæ ſi excluditur finito vſufructu, vlterioris temporis fructus non debentur, finita cauſa fruendi, id eſt, vſufructu. Et tamen aliter Molin. putat d. §.34. num. 4. Quæ quidem ſententia in proprietario vera eſt, qui nullam perceptionem expectat ad acquiſitionem, quæ conditio eſt vſusfructus, ſed momento ius totius temporis ſubrachatus acquirit, nec ſucceſſionem temporis ſicut vſusfructus à perceptione fructuum expectat, in quibus rata temporis ſpectatur in ciuilibus quidem, aut tempus ſeparandi in naturalibus, quod ſi poſt vſumfructum finitum incidit ſero incidit, & proprietarij eſt.

3 Et vero controuertitur, ſi Dominus incedente rachatu reperiat feudum à quo debetur locatum, vel affirmatũ à vaſſallo mortuo; An ſtare colono teneatur. Extant hac de re ſpeciales Conſuetudinum cautiones Pariſ. §.58. Andenſ. §.112. Cenom. §.131. Pictau. 136. & ſeq. quæ optionem Domino tribuant an ſtare velit, an meliorem conditionem quærere. Id quidem vbique obtinere debere puto: Nam cùm rachatus lex & neceſſitas à conditione & cauſa antiqua infeodationis & inueſtituræ pendeat, & radices habeat ſequitur ſubſequentes omnes antecedere debere, & his omnibus anteferri, quas vaſſallus ſpontanea obligatione & commercio contraxerit & reſoluto datoris iure ex cauſa antiqua, ius quoque accipientis reſolui, quod Bald. tradit. c. 1. turſus tit. quib. mod. feud. amitt. Quod & tum quoque Molinæus putat, cùm feudum ex defectu (vt loquuntur) hominis præhenditur: Nam iſtud quoque ab cauſa antiqua proficiſcitur & radices ducit, quod ille agit Art. 40. num. 2. Tiraq. in retract. conuent. §.3. gloſ. 1. num. 14. Secus exiſtimant in his cauſis, quæ vt nunc accidunt, nec originem ducunt ab antiqua conceſſione, ſed accidunt feudo iam conceſſo veluti in commiſſo ob feloniam, in confiſcatione ex cauſa delicti vel ob cauſam ingratitudinis. Quia cùm ex eiuſmodi cauſis feudum ad Dominum reuertatur, retro iſtæ non reſpiciunt, nec ex cauſa de præterito aut retroactiua, ſed rem in eo ſtatu in quo reperitur applicant cum ſuis cauſis, & hypothecis præcedentibus, quia cauſa reuerſionis nõ eſt innata contractui infeodationis, ſed agnata rei iam infeodatæ. De quo rectè Molin. §.30. q. 22. & 23. & §. 56. gloſ. 1. num. 6. 7. & 8. & Pet. Ratus in Conſ. Pict. §. 116. vnde conſequitur, vt hoc caſu de quo inquirimus, liberum ſit Domino non ſtare, in poſterioribus neceſſe habeat, ſicuti & de eo dicimus, qui miſſus eſt in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, qui ſi rem locatam reperit, alteri locare non poteſt, quia cauſa rem afficit in eodem ſtatu in quo eſt, nec retractionem habet, de quo tex. l. in venditione. §. ſi fructus. D. de bon. aut iud. poſſid. Hęc generaliter in oneribus & hypothecis omnibus locum habent, & in repræſentationibus penſionum, *pour les aduances qu'on prend, à ſçauoir ſi les Sieurs du fief les doiuent ou ſont tenus aduoüer*. Id à cauſis præſentibus aut antiquis requirendum.

Quæſitum in caſu conuerſo. Quid cenſendum, ſi Dominus feudum pręhenſum in triennium locauerit, & poſt annum contingit præhenſionis cauſam ſolui. Quo ad vaſſallum dubium nullum eſſe poteſt, quin reſoluta cauſa reſoluatur & locatio, ſed quo ad cõductorem pro recurſu intereſſe dubitari poteſt non ſine cauſa. Docta eſt ſententia id ab qualitate expreſſa in locatione pendere: Nam ſi Dominus ſimpliciter rem vt ſuam, aut ſaiſitam indefinitè & ſine præfinitione temporis aut expreſſione cauſæ locauerit, de euictione tenetur conductori. Sin expreſſerit cauſam fortè ob defectum hominis, vel rachatum, vel defectum catalogi præſtare debet cauſam præhenſionis verã eſſe. Sed ſi vaſſallus oblatione iurium præhenſionem ſoluerit, tum quoque locatio ſoluitur & conductor de euictione non aget, quia ſcire debuit expreſſione cauſæ eam talem eſſe, quæ conditione ſua ſubiiceretur reſolutioni tex. eſt expreſſus l. ſi quis domum. §.1. vbi Bart. Bald. Caſt. Alb. D. locat. Mol. §.1. gloſ. 8. Id verum in vſufructuario, marito, Domino feudum locante. Ideoque id vſurpare ſolemus in his locationibus, quæ ad extinctum lucernarum fiunt de eorum bonis, qui criminis poſtulati ad diem non adſunt: Nam ſi poſtea affuerint præhenſione exempta conductores cedere conducto coguntur, quia cogitare debuerunt hanc eſſe rei & materiæ conditionem, & contractus qui gereretur; Ideoque & ſubintelligi & ſubaudiri etiam ſi expreſſa non ſit, & areſto iudicatum eſt.

Sed præſupponamus Dominum, qui ſtare colono non tenebatur re in triennium locata, penſionē primi anni ab cõductore recepiſſe; An videatur locationem approbare, ita vt iam inde expellere nequeat. Et ego puto talem receptionem, ſi ſciens de totius triennij loca-

locatione receperit, habere implicitam ratificationem actus & locationis, quæ quanquam alio nomine facta sit, transfundatur tamen in Dominum per rei perceptionem & ius fruendi translatum. Alioqui si nescierit vnius tantum anni intelligi continuationẽ, vt in rusticis l. item quæritur. §. qui impleto. D. locat. quod & Mol. inquirit §. 40. num. 2.

4 Sequitur nobilis controuersia, cùm eodem anno duo rachatus, aut redemptiua incidunt, & fingamus patrem Iunio mense mortuum esse ante perceptos fructus, filium Nouembri post omnes collectos; An hic duo rachatus debeantur solidi & integri duorum annorũ, pro rata temporis, an concursu confusio fiat. Res est valde controuersa, & visa est digna Prouinciis pluribus quæstio, quæ expressa dispositione dubitationi eximeretur, & finem statutaria constitutione acciperet. Est itaque Pictauorum Consuetud disertè cautum Art. 134. & 168. Turon. tit. *des rachats & ventes*, Art. 6. Cenom. Art. 133. Andens. 123. Blesens. Art. 92. quæ plures rachatus deberi nolunt, solidos quidem, sed priorem finiri cùm secundus aperitur, atque ita prioris cursum posterioris interuentu inhiberi. Sed istæ quidem locorum leges sunt, ideóque suis locis inclusæ, nec vltra vires protendunt. Argumenta colligi possunt, quod in materia beneficiali & Pontificum Constitutionibus, quibus annatas ob vacationem beneficiorum deberi constituitur, hisdem traditur, si beneficium vno anno bis vacauerit, vnam tantum annatam deberi, quod est in pragmat. sanctione constitutum. §. item quod si Ecclesia vbi glos. verbo soluatur tit. de annat. eadem glos. prag. tit. de pignor. cult. diui. c. 1. verbo trium. Sed tales Sanctiones cùm meræ positiuæ sint, nec rationem vllam habeant præter voluntatem constituentium, magnam vim non habent ad quæque aut demonstranda, aut persuadenda, cùm nec Canonici sint nec ciuilis iuris constituta. Adde quod de alieno statuentibus parum ciuili (quod multis videtur) aut rationabili de causa, facilis fuit indulgentia, & leuis iactura de alieno remittentibus. Idem in his debitis Canonistæ, putant quæ vacationi beneficiorum indicuntur, ne sæpius eodem anno vacante beneficio amplius quàm semel peti possint, quod Philip. Francus notat d. c. si propter. Sensit idem hoc ipso redemptiuorum casu Molin. §. 22. q 38. num. 113. & §. 55. glos. 1. num. 111. Nos contrariam sententiam sequimur quamquam (scio) minus plausibilem, & duos rachatus deberi putamus annorum duorum. Mouet iuris theorema nec id vulgare, quo traditur quoties duæ causæ è diuersis fontibus concurrunt, & in idem tempus incidunt, ex tempore eas ordinari, vt vna post aliam currat & effectum habeat subordinatè d. c. si propter, vbi Io. And. Anchar. Dom. Franc. hæc tradunt per l. in operis D. locat. Ideóque si quis sine determinatione initij temporis certi, relegatus sit in decennium, si intra id tempus aliud delictum committat, cuius pœna sit item decennij relegatio, secundum decennium post prius perfectum subordinari, de quo sententia est Bart. l. in Senatuscons. §. vlt. D. ad Turpil. Alber. l. vlt. post. Bart. C. de repud. hæred. idem l. si maritus. D. de adult. Idem Alb. prima parte statut. quæst. 165. glos. clem. 2. in glos. penult. de Magist. glos. pragmat. d. verbo trium, & si huic sententiæ serio Io. And. repugnat. c. cum in cunctis. ext. de elect. Additur ratio altera, quoties personæ plures non eiusdem gradus vocantur ad ius aliquod cum temporis limitatione, intelligendum tempus subordinari vnum post aliud, nec confundi, quod Oldrad. tradit Cons. 237. Io. And. addit ad specul. tit. de conces. præbend. per l. si plures. D. de bonor.

Et Art. LXX. Noua Consuet.

Idé sensit Curia Parisié. arresto 16 Iulij anno 1562. cuius meminit Charond. Resp. lib. 9. Resp. 76.

A poss. Adiicimus & regulam, nunquam plurium delictorum concursum facere, vt vnius impunitas tribuatur l. nunquam. D. priuat. delict. Nec vnam præscriptionem adulterij accusationi oppositam, valere aduersus incestum, si cum adulterio incestus concurrat l. vim passam. §. præscriptione D. de adult. Quinetiam traditur, si duæ dilationes ex diuersis causis oriantur, veluti si altera à lege, altera à conuentione proficiscatur, impossibile esse alteram ab altera consumi, sed alteram alteri subordinari, & vnam post alteram currere, quod Bald. ait l. vlt. paulo ante fin. C. de execut.
B rei iud. Ideóque obligato ex constituta pecunia cui decem dies dilationis dentur ex l. promissor stichi. §. 1. D. de constit. pecun. non adimi quadrimestre quod iudicatis faciendis dari soleat, & generaliter tempora à diuersis dispositionibus statuta non consumi concursu eiusdem subiecti, arg. l. generaliter. D. de fideic. libert. l. non est nouum. D. de act. empt. Ideoque cui competat bonorum possessio ex capite vnde liberi intra annum, si ea exclusus sit, cui vnde legitimi quoque competit, alium annum integrum succedere intra quem vt legitimus petat, quia duæ diuersæ causæ non extinguntur concursu sed subordinentur, de quo
C Doct. glos. l. si emancipata C. de iur. & fact. ignor. Oldrad. Cons. 213. incip. factum tale est Collata. Bart. Cons. 129. incip. quidam habuit Bald. Arg. Cast. Alex. Salyc. Corneus. Ias. l. licet. C. de iur. delib. Raph. Cum. Alex. Cast. Aretin. l. quandiu quæ est, 3. & Cast. Aret. l. pantonius. D. de acq. hæred. Bald. l. 1. Cuman. l. vlt. C. qui admitt. Alex. Cons. 89. col. 2. lib. ij. incip. viso puncto & Cons. 84. lib. j. Facit etiam Baldi sententia l. Æmylius D. de minorib. vbi putat contractu facto cum præscriptione temporis, deinde prorogatione ex interuallo facta, veluti de duobus contractibus & causis diuersis laudimia duo de-
D beri nec confundi. Addo nec confusionem duarum causarum fieri posse in persona patientis, respectu agentis quidem, sed vtranque causam in suo robore durare, & vim suam obtinere. Itaque si debitor debitori succedat neutrum debitum eluitur l. si duo §. Item si duo. D. de solut. l. generali. D. de fideiuss. Sed debitum debito cumulatur, & accedit, nec obligationes passiuæ confunduntur per concursum d. l. si duo. Quod ne in nostro quidem casu posset accidere: Nam cum Molin. vbique statuat rachatum inter eos fructus connumerari, qui momento & puncto
E mortis vassalli acquiruntur, & pro toto anno debeantur, etiam si vltimo fruendi tempore cuiquam acciderent & consummatum perfectúmque ius produci, nec ab vllo futuro euentu pendere, aut quidquam expectare, non potest ex post facto ab vllo accidenti ad non debitum reduci propter accidentia ex persona debitoris, nec confusione extingui, cùm confusio intelligi non possit, nisi ex persona agentis & patientis, ex persona solius patientis non possit. Nam interuentus cuiuslibet contingentiæ ex postfacto non agit, aut afficit primam causam consummatam, & iam effectum sortitam, quæ nullam passionem re-
F cipit à casu posteriori, sine facto aut consensu creditoris cui ius est quæsitum momento, pro toto anni tempore, sine respectu temporis successiui. Quod in illo axiomate traditur, de dispositione quæ rediit ad casum à quo incipere non potuit, quæ si consummata est, nullam passionem recipit ab accidenti etiam si ad casum deuenerit, in quo consistere non potuerat. Nec quemquam mouerint Mol. rationes planè vagæ & fluxæ, quod tam crebris rachatibus mergi aut inutilis reddi proprietas vassallo non debeat, quæ planè elumbes sunt, cùm hæc duorum annorum

sit inutilitas, & si obtinerent nullum baillium consisteret, quod toto minoritatis tempore tribuitur. Addit Molin. tam crebras mutationes fato potius quam natura contingere videri, quæ nõ satis est erudita philosophia Molinæi, nec Iurisconsulto conueniens, cùm excludere causatum à sua causa, & docere Molin. ad confirmationem sententiæ suæ debuit iure caueri rachatum cum natura mors accidit deberi, cum fato nõ deberi. Et cum iure Cõsuetudinario tota ratio rachatus sit in morte vassalli ex lege & conditione inuestituræ, inepte Mol. rachatus necessitatem excludit ab suo antecedenti necessario, aut ex genere aut frequentia mortium distinguit sine authore, ac ne cum ratione quidem excidit sicuti opinor fati vox & sensus imprudenti Mol. nisi quod gentili oratione vsus esse figuratè videri potest dum casum auget αὔξησιν. Sed quid naturam accusamus; quæ & ipsa fati significatione intelligitur quasi mortes ingeminantem crebrius quam par sit, cùm è diuerso culpandi causam idoneam habere nemo videri debeat, quod totis centum annis nullus vassallus mortuus sit. Hic si Domini querelam non recipimus expostulantis cum morte, nec vassalli debemus recipere, cùm præsertim illi ab quo rachatum petitur tales mortes viam fecerint ad successionem, quæ rachatura debet? An habet quod beneficam mortem accuset, qui sine morte non habuit quod suum dicere posset in hæreditate? cum ante rachatus debeatur quã vllus hæres sit, imo & si nullus hæres sit, nec id debitum aditionem hæreditatis expectet, imo omnem hereditariam causam antecedat. Nec in consideratione est, quod heredis commoda minuantur & inutilis sit pro eo tempore proprietas, quod Molinæus mouet, quia rachatus ab hæredis iure aut commodis nõ pendet, nec vllum alterationem recipit à persona, aut iuribus hæredis, qui si vel momento temporis hæres est omnes effectus & consequentias hæreditariorum iurium trahit l. qui hominem. §. qui filium. D. de solut. Alioqui frustra quæreretur, cùm pater aut mater eodem momento periissent, quis prior periisse præsumptione iuris putandus esset, de quo coniectura est legis l. qui duos in principio, & §. 1. D de reb. dub. & §. vlt. Quare denique sic statuo rachatum morte cuiusque deberi, etiam si duo, tres, vel plures Domini feudi anno vno successiuè moriantur, & inuariabilem esse conditionem iuris semel quæsiti ex euentu, ex regulis iuris actu consummato aduenienti, & successiuè currere & subordinari, cùm à pluribus mortibus, mutationibus, & diuersis causis & per se subsistentibus debeantur. Quod ideo pluribus dico, quia non ignoraui aliter à nostris, idque παρ' ὀλίγον vt dicunt, & coactis classibus iudicatum *pour le Sieur des Croix contre le Procureur general du Roy*, anno 1562. vlt. Octob. in quo secutos apparet antiquam illam propensionem Iurisconsulti qui in dubiis putabat non malè contra fiscum iudicari l. non puto. D. de iur. fis. tametsi hic fiscus dici non debuit, cùm id ius à lege beneficij, non principali fortuna pendeat, & omnium patronorum idem ius sit. Et vicinarum Prouinciarum Consuetudines in re dubia multum momenti attulêre ad impellendum & amplectendam interpretationem, præsertim cùm se quædam afflicta æquitatis species ostenderet, & lenior sententia huc deuergeret. Sed valeant præiudicia nisi ratione & iure nitantur, & nimium nimiúmque interest persæpe quibus ista arbitris, quibus item disceptatoribus, qua aduocatione transigantur. Nec ista obliuisci possumus nimium oculati testes talium.

Ias. in l. 1. D. sol. matr.

5 Non dissimilis illa quoque controuersia, si vt Neapoli adoha. (id est retrobannum) indicatur singulis annis taxata eius æstimatione. An si rachatus tempore bannum indicatur, & æstimatio pro eo, vassallus vltra rachatum ad retrobannum teneatur, & sequenti anno soluere debeat, cum duplicata sit debiti causa, & ab diuersis fontibus descendat. Hanc q. Matth. Afflict. agitat constit. Neap. 7. lib. ij. Nec ignoro quid fieri soleat, & receptum sit vsu, cùm illud vulgatum subinde ingeritur non debere quem duplici onere grauari quæ inutilis sententia est, cum ab duabus causis onerosis & legalibus aut conuentionalibus onera indicuntur, quorum neutrum alterum extinguit & cõfundit, quæ tamen ille confundi existimat. Itaque & si aliter fieri solet subordinari ista onera debent, & de sequentis anni fructibus solui, cum (vt diximus) confusio non fiat ex accidentibus in patiente. Secus tamen existimo in baillio propter diuturnam baillij duratiõe & continuam fructuum perceptionem, & quia alia lex baillij, in quo debita realia ex ipsa lege & conditione feudi imposita, & non ab ipso vassallo, agnoscere debet Dominus feudi, vt infra dicemus.

Quid vero in opitulationibus, de quibus infra, si fortè cõtingat anno rachatus Dominum feudi dominantis filiam maritare, aut equitem fieri, aut quid eorum occurrere, an eas rachatus fruitione indicere possit. Extant hac de re Consuetudines & inter alias Lodunens. Art. 17. tit. *des rachapts*.

Postremò quærimus an Dominus fruans feudo seruienti iure rachatus, possit vassallos cogere ad tradenda dinumeramenta, aut professiones feudales, aut edenda feudalia instrumenta & titulos & catalogos, *rentiers & papiers terriers*. Ac de his quidem de quibus vassallum Dominus cogere potest fruendi gratia, *comme papiers terriers, rolles & rentiers*, non est dubium *pour la communication*, hac lege vt restituat, quod Paris. Cõs. disponit. §. 34. & Pictau. Art. 158. hoc enim lex feudi & reciproca necessitudo fidelitatis poscit, De dinumeramentis & professionibus, etsi Molin. idem putat. §. 37. glos. 7. non consentio in perceptione annali rachatus quidem, nisi quantum ad fructuum perceptionem necessariæ essent, & tantum fini percipiendi. Nam cùm hæ professiones proprietatem potius respiciant, & perpetuam rei vtilitatem ad proprietarium potius spectant, nec fruenti rachatus iure traditæ vassallum ab iteranda traditione eximerent aut liberarent, nec sufficeret impugnatio rachatuarij, nec quidquam eorum quæ proprietati præiudicant, aut iuri & debitorum continuationi, aut titulis, nec quidquam eorum quod annalem & temporalem fructuum perceptionem excedit. Nec inuestitura aut homagij receptio porrigeretur ad vassallũ feudo ad eum reuerso, quod Molin. fatetur d. §. 157. glos. 7. & 8. Sicuti nec retractu vti iure rachatus, quia actus est valde proprietarius vt ibid. putat q. 9. & §. 54. q. 2. Sed hæc alibi. 5

Nota 9.

Diuisio fructuum & annorum in sylua cædua.

¶ *Sans bois coupper.*] De arboribus grandibus disseruimus Art. 60. in fructu non esse eas, nec ad vsufructuarium pertinere. Ac tametsi statas & anniuersarias in certis tractibus nemorum nundinationes fieri cõtingit ab magnatibus, *qu'ils appellent ventes ordinaires*, vt ita propemodum ad fructuum naturam & conditionem accedant destinatione patrumfam. tamen verè in fructu non sunt, quia natura tales arbores in fructu non sunt, cùm tali vsura rerum substantia consumatur contra vsusfructus naturam & diffinitionem, itaque talis actus magis est proprietarij, quam vsufructuarij qui aliena re fruendi ius quidẽ habet, sed salua rerum substan-

ſubſtantia. Nam quod interdum vſum ad lignationem, *qu'ils appellent chauffage*, interdum ad materiem, *pour baſtir, ou reparations*, cõſtitui cõtingit, vſusfructus non eſt, & eius fines & terminos notiſſimos excedit, cùm ad hæredes tranſeat & perpetuarium ius ſit prædiorum, & in ſuis terminis conſtitutionis obſeruari debet, & à creatione legem accipit, quod & Tiraq. tractat. in retract. conuent. §.3. gloſ.1. num.23. Bald. l. diuortio. §. ſi fundum. D. ſol. mat.

Sed cum de cædua ſylua nemo dubitet in fructu haberi, l. ex ſylua cædua. D. de vſufruct. mirum eſt in eo Conſuetudinem hæſiſſe, imo Principem huius Sanctionis auctorem. Sed tamen eſt iſta res cæteris quoque Prouinciis digna animaduerſione viſa, cùm perſpicerent iniquam fore vaſſallorum conditionem, ſi cęduæ fructus omnes qui apud nos niſi ſexto, ſeptimo, aut octauo, anno percipiuntur in vnum rachatus annum inciderent, aut ſtagnorum, quo neceſſe eſſet accidere (ſi ſic fieret) vt pro anni vnius fructibus, plurium atque adeo ſeptennij aut nouennij totius Dominus haberet. Quare vt ei malo occurrerent fructus cęduæ ſyluæ ſeptennij totius, in portiones æquales diuidi quædam Conſuetud. voluerũt, & quæ vnius anni ex ea partitione eſſet, Domino pendi, cuius tempore rachatus incidiſſet: Quæ ratio planè æqua eſt. Qua de re ſpecialis eſt Conſuetudo Turon. tit. *des ventes & rachapts*, art.4. Andenſ. art.113.117. & 123. Aurel. art. 83. tit. *des fiefs*, & articul.95. Biturig. art.5. tit. de feu. Picton. art.139. & 140. & quas alias congerit Molin. §.1. gloſ.8. numer.25. quæ hac de re alia atque alia ratione cauent. Ac eandem rationem iam olim inierat Feder. de Sen. Conſ. 110. incip. Martinus tenimẽtum. Quare mirum eſt de toto, Domino nihil hîc tribui de cædua, imperitia ſicuti arbitror partiendi fructuum æſtimationem in annos ſingulos. Neque enim eſt, quod hîc quiſquam putet de arboribus grandibus & ſylua non cædua agi, qui caſus eſſet de indubitabili, neque enim talis ſylua vllo iure in fructu eſt. Sed de eo ſtatuere voluit de quo dubitatio eſſet, imo vero de eo, de quo nemo dubitaret in fructu eſſe: Nam diuerſorum generum ſpecies coniunxiſſe Conſuetudo putãda non eſt, & eas quæ in fructu ſint cum his quæ non ſunt colligaſſe determinatione æquali. Sed omnes eiuſdem generis ſpecies expreſſit, vt quæ Conſuetudo compræhendi nollet, intelligeretur, alioqui fructuum nomine & iure comprehenſas: Atque ita aliquando eſt iudicatum à Curia noſtra Parlamẽti. Proinde cùm de ſylua cædua mentionem facimus, de ea intelligimus quæ vſu & deſtinatione patrisfamil. talis ſit, nec enim ſolus vſus ſufficit, ſi natura repugnat, quo ad Dominum quidem feudi, aut conſequentiam ad tertium producendam ad hoc, vt res talis videri debeat aut iudicari, quod ſupra in ventis ordinariis tradidimus. Itaque concurrere debent vſus & deſtinato: quare ſi vaſſallus tempore ſolito ſyluam cædere omiſit, hac mente ne amplius cæderetur, & vt adoleſceret in ſyluam grandem, non iam cædua eſt, nec vſufructuario cædet, ſi cedendi tempus moriente vaſſallo tranſierat. Quod cùm in toto dicitur, & in parte quoque eadem ratio putanda eſt, veluti accidere ſolet, *aux releix, aux baillиveaux, aux ceinctures des taillix*, quæ cædi ab vſufructuario nec poſſunt iure, nec debent mutata conditione per deſtinationem patrisfamilias, quod Cõſuet. Aurel. Andenſ. & Cenom. expreſsè ſtatuunt, facit. l. ſylua cædua. D. de verb. ſignif. l. diuortio. §. quod in anno. D. ſol. matrim. vbi Doct. Alciat. d. l. ſylua, ergo nec hæ quæ vmbraculorum cauſa habẽtur ad camerata aut iugata opera, in fructu putãdæ erunt, nec cædi poterunt, non magis quam viminea, aut ferulacea quælibet, quæ topiarij ornamẽti cauſa habentur.

Idem art. 67. Nouæ Conſ.

Sed ſepoſita etiam Conſuetudine ſuccurrit inquirere, quid iudicandum ſit, ſi cùm ſylua cædua eſſet, atque ideo in fructu haberetur, Dominus feudi, qui aliqua de cauſa fructibus feudi ſeruientis fruitur, cœperit ſyluam cædere, eámque maturam aut fortè lignum vendiderit, aut partem aliquam, ſed tamen ante cæſam fruendi cauſa finita ſit, ita vt Dominus iure in futurum excludatur, *apres toutesfois la couppe encommencee, ou bien le temps de coupper venu & paſſé ou le temps de peſcher, voire la bonde ia leuee.* Et Molinæus putat fructus Domini eſſe, quãquam nõdum perceptos, quia cùm fructus colligi cœpti ſunt, pro collectis habentur, præſertim poſt maturitatem. Id ille. §.1. q.8. gloſ.8. Sed hic locus tractatus eſt à nobis ſup. art.

NOTA 10.

Piſcatio in fructu eſt.

[1] *Peſcher eſtang.*] Piſcationem quoque in fructu eſſe nemo negat, quo quidem tempore ex moribus regionis fieri ſolet, eſt enim illa lex piſcationis in lacubus quidem l. limes & l. labra vbi Bart. & Alex. ad eum. D. de act. empt. Nam piſces qui in lacubus & ſtagnis (vt loquimur) habentur vt creſcant, & propagentur, fructuum pendentium loco habentur, & pars fundi cenſentur vt immobiles: cum piſcationis tempus aduenit pro mobilibus habentur & inter fructus maturos, cùm vero etiam capti ſint vt aſſeruentur cupis, doliis, ſcalmis aut lacunis pro fructibus iam perceptis, & veluti à ſolo ſeparatis, ita vt ſolo non cedant, quod rectè Conſuetudo Borbon. diſcriminat. artic. 285. & 374. Boër. in Conſ. Biturig. tit. *des fiefs*, §.5. Chaſſan. tit.4. §.2. Cod. Burg. Plures cumulat. Tiraq. in retract. §.1 gloſ.7. num.115. Addo Papam. deciſ. delph. 91. Zaz. tit. de feud. parte quarta col. 1. Molin. §.1. gloſ.8. numer. 17. Et ferè poſt epiſtomiorum apertionem, ſi quidem tempore congruo nec anticipato fiant, piſces pro mobilibus & fructibus ſeparatis habent. Sed tamen propagare debet qui fruitur. l. cum debere. D. de ſer. vrb. præd. l. vſufructuarium. §. in viuariis. D. de vſuf. Idque per ſingula piſcium genera. Ergo noſtra hac Conſuetudine hæc ſpecies fructuum, & quæ inter fructus ſine dubio aliqui habetur, excipitur à rachatus iure.

NOTA 11.

1 *Cur ius venationis non cadit in rachatum.*
2 *Ius* de poſſons, glandee, &c. *in rachatum cadit.*
3 *Columbaria iure ciuili incidunt in rachatum.*

[1] *Courir en garenne ny en foreſt.*] Nam alibi venari Dominus feudi, vt nec alius quiſquam prohibetur. Ne illa quidem animalia & feræ, quæ viuariis includũtur, à fructuum nomine, aut iure excipiuntur, d. §. in viuariis, dummodo per ſingula animantium genera is numerus finito vſufructu fructuario repræſentetur qui fuit vſusfructus initio, quæ iuris æquitas cùm non 1
ſeruaretur, ac ne ſeruari quidem poſſet, exiſtimo cauſam Principibus fuiſſe, cur in totum ius venationis eximerent à rachatu, ne crebriores ea de cauſa lites & rixæ eximerent, quia nobilitas hæc ſibi conſeruari magni facit, & difficilis æſtimatio contra facti eſt. Sed nec earum quidem, quæ in ſyluis vagantur, nec ſunt incluſæ captura permiſſa eſt Dominis feudorum; quãquam aſperè plerumque & impotẽter etiam citra ius fruendi id ſibi arrogant potentiores, quod quàm iure

non faciant hîc apparet, etiam ſi fruendi ius haberent formatum. Iure quidem ciuili in his vſusfructus non conſiſtit cùm capientium fiant. d. l. vſufructuarium. l. 3. §. item feras. D. de acq. poſſeſ. idque verum etiam ſi in alieno caperentur, quanquam prohibendi Domino ius ſit, ſi re integra aduenientem viderit. l. diuus. D. de ſeruit. ruſt. præd. Ergo excipiuntur iſta à conditione & natura fructuum. Sed nec id quidem ſatis eſt.
2 Nam cum hic de cædendis fructibus meminerit in ſyluis, quid cenſendum ſit, ſi etiam alij nemorum fructus ſint, veluti paſcendæ glandis, aut mulctarum, quæ Dominis committuntur ob depaſtas ſyluas, aut cæſa ligna, aut exportata *des paſſons des taux & amendes.* Tu ſic habe exceptione de regula in cæteris confirmari regulam, & cum à perceptione fructuum, quæ rachatus nomine & iure debentur, piſcatio & cæſura ſyluarum excipiatur, cęteros fructus omnes in rachatum cadere & venire, & Domino deberi, veluti paſcēdæ glandis aut graminis, quod Picto. Conſ. ſtatuit art. 140. aut aucupij, veluti ficedularum in nemore Breciliano accipitrum, aut ſi quid tale eſt, præter eas
A mulctas quidem quæ propter aut cæſa, aut exportata ligna indicuntur, nam hæ ligna ipſa repręſentant & æſtimationis loco habentur, de eo ſubiecto, de quo nullum fructuarij ius eſt. Ideóque nil ei earum nomine debetur, vt nec de re, ſic, nec de æſtimatione, aut mulcta. Cætera præter lignum & æſtimationem in fructu ſunt, & fructuario debentur. Sed mirum hic 3
columbarij non eſſe mentionem factam, cùm ratio eadem planè ſit quæ piſcandi in ſtagnis aut venandi in ſyluis. Nam inter fructus haberi conſtat. l. natu-
B ralem. §. pauonum. D. de acq rer. dom. l. 3. §. feras. D. de acq. poſſeſ. Ita tamen vt ſuppleantur & ſufficiantur ad propagationem d. §. in viuariis. & d. l. cum deberi. Ioan. Fab. §. in his ius. Inſt. de rer. diuiſ. Guid. q. 218. Mol. d. gloſ. 8. q. 7. & Conſuetudines ſupradictæ inter fructus connumerant. De quo cùm Conſuetudo nihil ſtatuerit relictum videri debet in diſpoſitione iuris communis, & in fructu eſſe & haberi, & Domino deberi hac lege vt ſufficiat, & moderatè & ſolito patrisfam. more vtatur. Maine art. 67. N. C.

Article LXXVII.

Art. lxix. Notae Cons.

ET[a] ſi ledit decedé auoit baillé à ſes Iuueigneurs quelque heritage, ou doüaire à femme, le Seigneur ne prendroit les fruicts ne les iſſuës de l'annee des terres,[b] que les Iuueigneurs ou la doüairiere tiendroient,[c] iuſques à ce que leſdits Iuueigneurs ou doüairieres[d] meurēt. Et apres le deceds deſdits Iuueigneurs ou doüairieres,[e] ou des hoirs de celuy qui tiendroit de l'heritage dudit decedé[f] en iuueignage, le Seigneur en prendroit la iouïſſance d'vne année, comme l'année deſſuſdite.

ET[a] ſi dictus d functus dediſſet fratribus ſecundo natis aliquem fundum, aut doarium mulieri, Dominus non poſſet ſibi vendicare fructus nec reditus anni fundorum,[b] quos ſecundo geniti aut doariæ, tenerent,[c] donec dicti ſecundo nati aut doariæ[d] moriantur. Et poſt mortem dictorum ſecundo natorum aut doariarum,[e] aut hæredum eius qui fundum dicti defuncti poßideret[f] minoris natu permiſſu, Dominus ſibi vendicaret poſſeßionem vnius anni, vt annus ſupradictus.

Nota I.

1 *Solutio rachatus differtur in diem mortis fructuarij.*
2 *Morte vaſſalli rachatus debetur, ſed differtur ſolutio, &c.*

1 [a] *Ne prendront.*] Hîc tu diligenter animaduerte, diem apponi præſtationi & ſolutioni rachatus, non ſubſtātiæ obligationis conſuetudinariæ, quod ſi fieret debiti ipſius ſubſtantia impediretur vſque in diem, quod hîc aliter habet. Nam purè & ſimpliciter morte proprietarij rachatus debetur, ſed ſolutio, exactio, & exercitium actionis differtur in tempus mortis eius qui fruitur. l. ex his. Cod. quand. dies legat. ced. Bart. & alij. l. talis ſcriptura, & l. ſi cui legetur. §. 1. D. de legat. 1. Nec contemnenda iſta animaduerſio à qua accidit, vt ſi quis tempore mortis proprietarij vſumfructum habeat fundi dominantis, aut cōductor aut firmarius ſit, rachatus ei debeatur, etiam ſi tempus conditionis finitum ſit cùm moritur, cuius morte ſolutio facienda eſt. Quod ego olim Iacobo Albonio Mareſcallo Franciæ reſpondi, cùm ille principali beneficio Ploarmeli vſumfructum obtineret, & racha-
C tum morte Claudiæ Fuxenſis viduæ Comitis Lavalli peteret ratione ditionum, quas illa doarij iure ſub Ploarmeli ditione tenebat: Negaui poſſe, quia quo tempore Lavalli Comes Claudiæ maritus deceſſerat, Ploarmeli ditio etiamnum in manibus Regiis eſſet, ideóque iam tum debitum, dilatam doariæ iure ſolutionem, quæ morte eius peteretur. Nec eius, qui tum vſumfructum haberet, vllam rationem habendam, quia ab eo tempore obligatio non inciperet, ſed executio peteretur tantum. Quare ſi quis ius fruendi 2
fundi dominātis habet eo tempore, quo vaſſallus mo-
D ritur, totius anni rachatum habere debebit, cùm accidet etiam ſi tum vſusfructus finitus ſit, ſi toto anno à die rachatus debiti, id eſt, mortis vaſſalli vixerit, vt ita percepturus rachatum integrum fuerit, niſi doaria diſtuliſſet, ſecus ſi parte tantum anni vixerit, quia etſi nulla doaria interceſſiſſet, tamen integros fructus habiturus non erat. At proprietarius omni caſu annum ſolidum rachatus habebit, quoniam non perceptione vt vſufructuarius, ſed cōſuetudine totius rachatus ius momento acquirit, nec perceptionem fructuum expectat, vt ſuos faciat, & hîc fit legalis quædam ſurrogatio

gatio anni ſubſequẽtis mortem doariæ loco anni ſub- A
ſequentis mortem vaſſalli. Itaque idem iuris eſt, de eo
quod de alio, quod magnopere animaduerti oportet,
nec res eſt obuia.

NOTA 2.

1 *Spontanea vſusfructus conſtitutio non differt ſolutionem rachatus.*

[b] *Que les Iuueigneurs ou la doüairiere tiendroient.*] Hi duo
caſus ſpeciales ſunt, etſi qui ſimiles dici poſſunt quod
non puto; fit autem hoc ratione neceſſitatis, & obli-
gationis legalis, qua maior natu aſtringitur ad portio- B
nem aſſignandam minori natu, & doariæ. Ideóque
Conſuetudo rachatum differt, excuſatione ſumpta à
facto hæredis neceſſario, in tempus mortis ſecundo
1 nati & doariæ, qui fruuntur parte feudi, de quo ra-
chatus debetur. Proinde alia cauſa eſſet ſpontaneæ &
voluntariæ conſtitutionis vſusfructus, veluti pro pe-
cuniæ factæ, neque enim talis vſusfructus differret ſo-
lutionem rachatus per mortem proprietarij debiti.
Neque enim vaſſalli factum ſpõtaneum præiudicium
adferre debet Domino feudi dominantis. Ideóque ſi
prior Annas Montemorentianus mortuus eſſet, re- C
tentio vſusfructus ab Lauallo Caſtrobrientij donato-
re facta, non impediiſſet rachatus ſolutionem ex mor-
te Montemorentiani proprietarij, ſed protinus debi-
tus eſſet, propter ſpontaneam alienationem; ſecus in
vſufructu ex neceſſitate conſtituto, & ex facto præde-
ceſſoris & iure antecedente, vt in doario & partagio
iunioribus aſſignato, quia de ſolutio differtur. Sed &
hîc aduertendum de cõſtitutione vſusfructus nullum
rachatum deberi, quod fuſius Molin. exigit. §.25. mul-
tominus apud nos, quia morte ſolum debetur.

NOTA 3. D

Rachatus onus an ad vſufructuarium, an proprietarium ſpectet.

Sed hîc quæritur, cuius onus ſit rachatus, an pro-
prietarij hæredis, an eius qui vſumfructum habet.
Quæſtio non ſine dubitãdi cauſis iure quidem noſtro,
cùm poſt doariæ & ſecundo natorum mortem racha-
tus differatur, ad hoc vt de ipſo fundo ſoluatur ad pro-
prietarium reuerſo, videtur conſuetudo proprietario
& rei ipſi indixiſſe, & Molinæus in doaria idem puta-
uit. §.22. quæſt. 48. Conſuetud. Syluanectenſem ſe- E
quutus. De cæteris vſufructuariis diſtinguit, an ra-
chatus ſpontaneo facto proprietarij contingat, veluti
per contractum, qui caſus nobis euenire non poteſt
vt inf. art. ſeq. vt tum à proprietario agnoſci & ſolui
debeat, ſin caſu vt morte vſufructuarij id onus eſſe, vt
apud nos foret, & Cenomanenſi Conſuetudine ſtatui-
tur, art. 329. Contra ſensère Boër. §.6. tit. de feud. &
Chaſſan. tit. de feud. §.1. gloſ. 2. quia ſcilicet onera,
tributa, & quæcunque alia, quæ pro iure vſusfructus
quærendo indicuntur, ab proprietario debeantur, ſed
iam habito pro eo fruendo, ab vſufructuario deberi.
Molin. §.37. gloſ. 6. num. 4. per l. quæro vbi Bart. D. F
de vſuf. legat. gloſ. l. his verbis. D. de leg. 3. l. ſi pen-
dentes. §. ſi quid cloacarij. D. de vſuf. & quos fusè
Boër. congerit. d. §. 9. quam ſententiam Molin. ſic
refellit, vt intelligi debeat de oneribus præteritis non
futuris. At ego aliter ſentio, & cùm ſecundo nati aut
doaria ius non habeant fruendi, niſi deductis debitis
realibus, & quæ rem afficiunt, eorúmque cauſam an-
tecedunt, puto eorum hæredes poſt eorum mortem,
cùm vſufructus extinctus eſt, pro ea rata ad rachatus
contributionem Domino teneri, pro qua hæredes
fuerint doarij iure, id eſt, pro tertia perceperint, &
ſi proprietarius ſolidum ſoluerit (vt compelli poteſt)
pro his portionibus repetere poſſe. Nam cùm racha-
tus ius & doarium antecedat, & ius ſecundo natorum
& hæreditatem minuat, qui fieri poteſt aut debet, vt
nihil eo nomine illi debeant cùm reale ſit debitum.
Nec moueri debemus, quod tum doarium & vſu-
fructus finitus proponitur: Nam id onus pro vſu-
fructus iure præterito, & ante debito præſtatur per
ſubrogationem annorum, vt diximus ad cauſam &
conſiderationem vſufructuarij, qui realis debiti par-
tem debet agnoſcere pro rata, qua fruitur. Proinde,
ne in caſu quidem mortis, hoc eſt, cùm caſu & ſine
facto proprietarij releuium aut rachatus accidit, pro-
bandam Molinæi ſententiam puto, ſi indiſtinctè ac-
cipit, vt ſcilicet id onus ab vſufructuario agnoſci de-
beat, ſed tum demum, cum vſufructuarius vſum-
fructum habet ex cauſa onerosa, & proprietarius præ-
ſtare tenetur frui licere, alioqui ſi ex cauſa lucratiua
habet, vſusfructus, & vſufructuarij id onus eſſe, cum
Molinæo puto, cùm talia onera poſt vſumfructũ iam
conſtitutum eueniunt. Conſ. Biturig. vſufructuarium
quemlibet eximit ab onere art. 18. tit. *des fiefs*.

NOTA 4.

1 *Dictio*, DONEC.
2 *Vſusfructus quibuſdam caſib. perit.*

[c] *Juſques à tant.*] Dictio (donec) eſt temporis limita- 1
tiua quod Aretin. ait. l. quod meo. D. de acq. poſſ.
longe Bertach. in dictionar. verb. donec. Cæterum
tempus iſtud non natiuitati obligationis ſed execu-
tioni & exercitio actionis aut præhenſionis apponi-
tur. Nam (vt ante diximus) præſenti die rachatus de-
betur. Hæc enim verba, cùm diſpoſitio incœperit à
negatione, inducunt eius extinctionem per euen-
tum temporis quod latè Bart. in rub. de cond. & de-
monſt. agit Mol. §.6. gloſ. 4. numer. 15. & Boër. de-
ciſ. 44. latè.
[d] *Meurent.*] At alio quouis modo vſusfructus finitur, 2
tota enim ratio Conſuetudinis pendet à fructuum
ſuſpenſione, vt interim proprietarius duplici onere
non grauetur, cùm non fruatur, veluti ſi capitis dimi-
nutione amittatur, & conſolidatio fiat, ex l. 1. D. quib.
mod. vſuf. amitt. & rei perditione. l. repeti. §. rei
mutatione eod. tit. veluti ædificio incenſo area non
debetur, d. l. quid. tamen. §. non tantum, aut ſi ſylua
cædua extirpata, eadem. l. 9. ſed & ſi ſtagni, ſi tamen
ex cauſa onerosa veluti redemptione cõſolidatio facta
ſit, puto vſufructuarij mortem expectandam, quia
pecunia proprietario abeſt, & cùm à lege dilationem
ſoluendi haberet, mutari eius conditio non debuit,
quæ pecunia quæſita ſit, cuius ei interuſurium perit,
nec gratis conſolidatio ſit facta.

NOTA 5.

Textus Conſuetudinis emendatus.

[e] *Ou des hoirs de celuy.*] Torſit me aliquandiu hic locus,
cùm omnino repugnaret dari feudum fruendum doa-
riæ, aut vt infra dicit, *en iuueignage & à bien fait*, &
tamen hæredum mẽtionem fieri, qui nulli futuri eſſet
doariæ aut viagerio. Deinde, etſi hæredis mentio fie-
ret, indeterminatè non primi aut ſequentis limitatio-
nem fieri, atque ita infinitam dilationem dari infinitâ
etiam hæredum propagine ad ſolutionem rachatus,
quod per quam abſurdum futurum erat. Itaque, quod
vnum ſubſidium erat ſuſpicatus, id quod erat, men-

dum esse, curaui mihi ab authentico, quod in archi- A uis Nannetum seruatur descriptum fieri, sicuti olim Bartolus nobili controuersia è Pandectis Pisanis, lætus reperi, id quod erat, & deprauatos vulgatos Codices & magnam oscitátiam reformatorum in tráscribendis, quæ repererant cum suis médis. Sic igitur habetur in authentico ad verbum. Et si com. *aucun des Iuueigneurs ou des doüaires.* (hic lapsus nouæ) *defaudra sur celuy fief, qui tiendra en iuueignorage, ou en doire prendrons nostre annee.* Hic facilis lapsus simbolis literarum, *ou des hoirs*, pro *ou des doires*. Quare sic omnino corrigi oportet, etiam velis nolis, mirórque tam somniculosè istud ab reformatoribus tractatum, ipsisque adeo pragmaticis, qui aderant consilio tam flagitiosum errorem non deprahensum.

NOTA 6.

f *En iuueignage.*] Authenticon *en iuueignorage*, nunc dicitur, *en iuueigneurerie*, in quo notandum hoc ipso tempore, id est, anno 1275. iam tum vsitatum & vsurpatum, vt secundo nati, id est, iuniores portionibus suis iure tantum vsusfructus fruentur. De quo tamen disceptatum apparet sub Duce Ioanne huius ipsius Rufi, qui hanc Constitutionem edidit, filio, ab quo edita est alia Sanctio super Iuniorum portionibus, de qua fit mentio in veteri Consuetudine articul. 209. Quid illa ipsa contineret, cùm non extet, difficile est dicere, nisi quod illic Consuetudo ex eius ipsius sensu, & sententia videtur idem statuere, vt scilicet iuniores vsufructu tantum fruerentur, cùm eos debitis hæreditariis eximit, Sed hæc alibi.

ARTICLE LXXVIII.

ART. LXXI. NOVAE CONS.

T [a] si femme estoit heritiere, & se marioit, elle ne payeroit les fruits de l'annee de sa terre, des fiefs, [b] dont elle les a payez, par le deceds de celuy, duquel elle seroit heritiere: [c] Et par ce n'y auroit rachapt que par mort, [d] & és cas reseruez par la Coustume.

ET [a] si mulier esset hæres, & matrimonium contraheret, tamen non solueret fructus anni fundi sui, aut feudorum suorum [b] quos iam ante soluisset, per decessum eius, cuius esset hæres: [c] Et hoc modo nullus deberetur rachatus, nisi per mortem, [d] & in casibus per Consuetudinem reseruatis.

NOTA I.

Consensus Consuetudinum de rachatu, per matrimonium fœminæ.

a *Et si femme estoit heritiere.*] Hic Art. non tam editus videtur, vt controuersiam hac de re finiret, quæ nulla esset, cùm eius rei, aut rachatus matrimonio debiti, nulla vsquam in veteri Consuetudine vestigia extent, quam vt vicinarum Consuetudinum contagium aut extensionem prohiberet, quæ ferè omnes cósentiunt matrimonio heredis fœminæ releuium deberi. Quare rectè interpretationem præcidit nimium solertium hominum, si qui futuri erant, qui aucupium è vicinorum moribus captarent. Ita statuit Andens. Art. 87. Turon. tit. *des rachats*, Art.1. & Cœnom. Art.10. *du Perche*, pro secundis matrimoniis tantum Art. 72. *Chasteauneuf en Timerais*, Art.26. *de Dreux*, Art.131. & Blesens. Art.1. tit. *des rachats*, Pictau. Art. 144. Contra Xanton. Art.38. Cum priorib. Paris. Art.25. Senon. Art. 208. Stampens. Artic.5. *Montfort lamaulry*, Art.24. Melden. Art.131. *Mante & Meulant*, Art. 30. *Clermont*, Art. 87. *Valois*, Art. 46. Trecens. sed de secundis nuptiis tantum Art.46. Caluimont. *en Bassigny*, de secundis nuptiis, Art.38. & 39. Victrica de secundis nuptiis, Art.21. Veromenduensis de secundis, Art. 168. eadem Catalaun. Art.179. Rhemensis simpliciter, Art.79. Fani Quintini in secundis, Art. 67. eadem *de Ribemont*, Art.4. Ambian. Articul.16. de omnibus matrimoniis. Monsterol. Art. 35. de omnibus Fani Pauli, Art.11. Bonon. Art. 48. Artesij. Art. 18. & 26. Contra *Auxerre* 260. *Hainault*, cap.77. art. incip. *Si vn fief escheet à vne femme. Montargis*, 47. Aurel. Art. 49. Non fuit igitur inutile de eo constitui,

B de quo tantus esset prouinciarum consensus. Nec sine causa Molinæus iniquitatem earum Consuetudinem admiratur, & iuris imperitiam, & inopiam rationis in se, cùm nulla mutatio fiat vassalli per matrimonium, nisi quo ad administrationem & fructuum perceptionem, quæ tamen tota à iure & persona mulieris verè proprietariæ pendeat, quod, quia ille fusè persequitur, & quæstiones ad hunc locum facientes, eo lector recurret. Nam cùm Consuetudo nostra sit negatiua, nihil est quod anxiè inquiramus, quæ dubitationes oriantur, ex affirmatiuis.

b *Dont elle les a payez.*] Quod si non soluit, fit locus C rachatui non ex causa matrimonij, sed veteri iure per mortem prædecessoris & causa antecedenti, in quo multum interesse potest, si forte fundi dominantis alius fuerit Dominus tempore mortis prædecessoris, alius tempore matrimonij mulieris, & de iure rachatus controuertant, quod ex temporis ratione iudicari debet, quod apparet ex verbis sequentibus.

NOTA 2.

1 *Rachatus non debetur, nisi morte.*
2 *De morte naturali intelligendum, &c.*

D

c *Et par ce n'y auroit rachat que par mort.*] Est igitur indefinitum & vniuersale pronunciatum, Consuetudinarium, rachatum per mortem duntaxat deberi, 1 qua diffinitione mirum quanto compendio præcisa sit litium infinita materia, quæ prouincias exagitat, quæ ad omnem vassallorum mutationem, præter eas quæ in linea directa fiunt, rachatus iura constituunt, quod immensum pelagus merito Molinæus vocat & pertractat. §. 22. & 23. qui me hoc labore leuabit, aliam

aliam hîc & singularem Consuetudinem tractantem, & ab cæteris abhorrentem hac quidem in re. Meminit similis in regno Neapolis Matth. Afflict. const. 22. numer. 18. lib. 3. vbi negat regulariter releuium deberi per mutationes ex contractu, quod & And. de Iser. in d. const. scribit & §. 1. vers. ad primum titul. per quos fiat inuest. & §. similiter de ostenditus titul. de capit. Corr. Quod si vno casu constitutum sit deberi, non est trahenda dispositio ad casum non expressum, quod eodem loco Isernias rectè censet, & Molin. d. §. 25. quem locum plena manu & professa opera in hac ipsa rachatus materia tractat Boërius vir Doctiss. in decis. 263. præcipuè numer. 6. nisi vtentium intellectus & pragmatica ἀπειρία ad alios quoque casus produxisset, vt in casu quem Boër. tractat, super processus bis in duabus Cameris partito in Curia Burdegalensi, deinde in Tornella dispar-
2 tito, & idem in cons. Biturig. §. 18. Cùm autem his mortem dicit de naturali intellige, neque enim lingua nostra aliam intelligit. Sed tamen si actualis mutatio per mortem ciuilem accideret, vt per ingressum religionis, de ea quoque hanc dispositionem intelligi conueniret, ex sententia Bart. l. 1. D. de testamen. Alex. cons. 13. vol. 3. Dy. Cy. Bald. l. Deo nobis. C. de Episcop. & cler. & quæ pluribus Chass. Rub. 4. §. 6. verbo, *apres le trespas*. Iacob. de Sancto Georgio. l. si decesserit. D. qui satisf. cog.

An de confiscatione debeatur, Mol. §. 22. q. 50.

Nota 3.

1 *An vllo casu præterquam mortis rachatus debeatur in Britannia.*
2 *An ignobiles incapaces sint feudorum nobilium.*
3 *Conciliatio Constitutionis Ducis Petri & Consuet. ea de re.*

1 [d] *Et ès cas reseruez par la Coustume.*] Hæc periodus ab illo verbo, *& par ce n'y aurait, &c.* non est in huius Sanctionis authentico, ex quo hi Articuli excerpti sunt & descripti, sed est reformatorum emblema interiectum, & illatio ex superioribus. Hic vero si tu vel sapientissimos, & qui in foro senuêre interroges, quid valeat hæc exceptio, *ès cas reseruez*, nemo audeat profiteri se scire. Sed nec ab anno 1539. vllus vnquam casus vsu accidit, aut in eum deductus est, quo rachatus peteretur præter mortis casum, nec ex quo reformata est Consuetudo vllus vnquam alium fando audiit. Quid ergo inutilis & inscita exceptio album occupat? Sic habe: Cùm vetustissimo Consuetudinis iure homines ignobiles non aliter feuda nobilia capere possent, quam si rachatum pro mutatione manus penderent, ex articul. 262. in veteri, prodiit anno 1451. constitutio edita ab Duce Petro, qui tum regnabat, ne vlla omnino conditione ignobiles feuda nobilia caperent, indicta confiscationis pœna. Ea constitutio posterius Lud. XII. Rege innouata est anno 1510. deinde & Francisco I. Rege anno 1535. in vsum reuocata cruento planè compendij genere; Qui contra peccarant, re luêre. Ex eo tempore persæpè apud conuentus ordinum actum est, vt apud Reges intercederetur, vt illa constitu-

A tio Petri abrogaretur, id quoque ab reformatoribus postulatum, quod acta reformationis indicant. Sed cùm perspicerent sibi tantum iuris non esse in re momentosa, ad Regem referendum statuêre, interim dum Rex de eo consulitur, cum reformationi instarent, nec satis decretum illis esset quid statuerent, an illum Articulum 262. valere paterentur, qui ignobiles capaces feudorum reddebat soluendo rachatum, an constitutionem ipsam Ducis Petri, quæ prorsus incapaces esse vellet, rationem commenti sibi visi 2
sunt, qua se ipsi extricarent diffidioso argumento, etiam si alios implicarent magis. Nam illum Articulum qui in veteri fuerat 262. & qui ignobilibus ius 3
capiendorum feudorum sanciebat, qui tamen abrogatus erat Ducis Petri sanctione, in nouam retule-
B runt Articulo 341. Idque non dispositiuè sed relatiuè & veluti historicè (hoc modo) *par coustume ancienne nul roturier ne se pouuoit accroistre en fief noble, sans en payer rachat*, vt satis appareret non legis aut Consuetudinis sanciendæ consilio factum, de qua nihil haberent constitutum inter pugnantia diuersorum temporum iura, sed ne in re ambigua reprehendi possent, si posterius tolli Petri constitutionem contigisset, & Regi placuisset ex relatione illum antiquum Articulum valere. Id cùm fecissent, cùm ad hunc locum ventum est, de constituenda rachatus regula vniuersali, eadem nube consilium prius illud suum texêre, non ausi præcidere, & cùm præter mortis casus nullus vsquam esset, quo rachatus deberetur, præter illum Articuli illius veteris de feudo ab ignobili acquisito, confuso sermone in ambiguo re-
C liquêre, *sous ces mots, & ès cas reseruez*, ita vt illum comprehendisse aut non comprehendisse cum vellent integrum esset, aut affirmare aut negare indiscriminata oratione. Quo fit, vt non sit (vt loquuntur) dabilis vllus casus in quo rachatus debeatur præterquam mortis, & feudi ab ignobili empti, qui tamen vltimus nunquam (vt loquuntur) practicatus est à tempore reformationis, nec vllus vnquam rachatus ex eo casu petitus, quia Ducis Petri sanctio præualuit, quæ in totum ignobiles incapaces feudorum facit. Quod si quando ab Rege est contra permissum, non aliter permitti intelligi debuit, quam lege & conditione soluendi talis rachatus consuetudinarij, neque hunc remittere Rex, nisi expressè de eo mentionem faciat, intelligendus est, qui rachatus succedere debuit loco finantiæ (vt aiunt) quem
D simili casu Franci soluunt Regi. Quare perperam, & fraude Regij patrimonij rationum Magistri, ad quos regulariter tales literæ Regum diriguntur, eas homologant sine mentione aut exactione huius iuris, quod Regi verè debetur; perperam etiam Curia Parlamenti, quod eas promulgat, peius quod Procurator Regis aut non aduertit, aut postulationem omittit. Qua de causa nuper non immeritò sunt repræhensi à Camera thesauri Parisiensis. Et hic casus est hac dispositione intellectus, nec vllo alio casu verificari potest: Quod nullus advsque animaduertit magno errore, sed communi & peruulgato. Hæc tu conde animo minimè vulgata, & mutationes iurium per tempora hac in re ostendemus alibi. *Lib. ad ius sur les partages quæst. 41.*

ARTICLE LXXIX.

ARTIC. LXXIII. NOVAE CONS.

ET peut celuy qui decede delaisser[a] la garde de ses enfans[b] & de ses biens,[c] à qui il luy plaist: sans que le Seigneur[d] (au moyen du bail ne rachat)[e] y puisse contredire. Et apres son decez[f] sera prealablement son testament accomply, ou s'il n'a fait testament,[g] ses proches parens ordonneront[h] des fruits & des issuës[i] de la terre du decedé,[k] pour le salut de l'ame du decedé,[l] & le profit de l'heritier:[m] sans que le Seigneur qui pretend rachat le puisse empescher.

ET potest is, qui è vita discedit, relinquere[a] tutelam suorum liberorum[b] & bonorum suorum,[c] cui velit, etiam reluctante[d] Domino (ratione baillij, aut rachatus.)[e] Et post eius mortem[f] testamentum ipsius ante omnia mandabitur executioni, aut si non fecerit testamentum,[g] propinqui eius disponent[h] de fructibus & redditibus[i] fundi defuncti,[k] pro expiatione noxarum defuncti[l] & ad vtilitatem hæredis:[m] ita vt superior Dominus rachatum prætendens non possit hoc impedire.

NOTA 1.

1 *Pater filiis tutores dat testamento.*
2 *Apud Francos tutela iure Baillij defertur.*
3 *Baillistri plerique rationem non reddunt apud Francos, alibi contra.*

1 [a] *La garde de ses enfans.*] Est huius Articuli ea quoque ratio, quam ante diximus, ne finitimarum Consuetudinum dispositionibus implicaremur, quæ vno ferè consensu tutelam minorum iure Baillij ad gardianos & Baillistros deferũt, cùm pro eo labore fructus suos B rerum minorum faciant, sine quo hîc Articulus de indubitabili futurus erat, cùm nil certius sit quàm patrem filiis tutorem cui velit relinquere posse. l.1. D. de testam. tut. non solum natis sed & nascituris, si modo in potestate nascituri erant, si viueret, & nepotibus ex filiis emancipatis, & l.2. eod. tit. & 5. & 6. nec solum institutis sed exhæredatis. l. pater eod. tit. & inf. artic. 474. & minus iure datus sine inquisitione confirmatur. d. l. pater. §.1. & l. qui à patre. D. de confir. tut. & l. si filio. eod. tit. & curator quoque artic. 474. infra, quanquam iure curator testamento C non daretur. l.1. D. de confir. tut. l. tutores qui post. §. curator. D. de administ. tut. Cæterum Consuetudinibus prouinciarum tutela ad eos defertur, etiam cùm lucro fructuum, atque adeo sæpè ad collaterales vsque ad tertium vel alium gradum, quod est perquam iniquum, & Paris. cons. Artic. 32. dummodo nuptias non iterent vt ead. cons. §.99. Meldun. art. 147. *Melun*, cap. 20. Art. 284. *où il y peut auoir bail sans garde. Estampes*, c.7. Art. 88. *Montfort Lamaury*, Art. 115. c. 10. *Mantes & Meulant*, c.16. Art. 177. *Clermont en Beauuoisis*, Art. 170. *Valois*, Art. 77. *Vermandois*, Art. D 260. *à Chaalons n'y a garde Noble*, Art. 10. *à Rheims*, Art. 328. *y a garde Noble & non Noble, Chauny*, Art. 137. *Artois*, Art. 160. *Henaut*, c.78. *nulle à Auxerre*, Art. 20. *ny en Niuernois*, c.30. Carnot. Art. 102. 19. Turon. Art. 339. *Le grand Perche*, Art. 166. *Chasteauneuf en Thymerais*, c.19. Art. 133. *Dreux*, Art. 9. Bitur. Art. 22. & seq. *La Marche*, c.12. Art. 70. *Lodunois*, c.33. Art. 1. Quarum quædam rationum redditionem indicunt, plures ἀλόγους esse tales gardianos volunt, quia fructus suos faciant, quod hîc ne fieret rectè & rationaliter cautum est.

A [b] *Et de ses biens,*] Hoc ideo, quia quibus ius est Baillij in Francia fructus suos faciunt. 2

[c] *A qui il luy plaist.*] Et cui iure licet & moribus.

[d] *Au moyen du bail.*] Et tamen Dominus, cui ius Baillij, est fructibus feudorum, quæ in Baillium incidunt, fruitur. Sed hoc intelligitur respectu aliorum 3 bonorum extra Baillium, aut eorum quidem, quo ad actiones sustinendas aut intentandas. Nam quo iure vtimur, nullam administrationis potestatem habet Dominus nullum ius tutelæ, & aut curæ, sed quod fruitur iure suo proprio nõ alieno fruitur, & pupillus B alium habet tutorem. Non obstat igitur Baillium tutelæ aut curæ, sed dandi solicitudo aut fruentem Baillio, procuratorésve eius spectat.

[e] *Y puisse contredire.*] Iure quidem ex persona Domini fundato, nam quo minus iure publico, quod vtile minori putauerit esse, censeat, non prohibetur.

NOTA 2.

1 *An qui Baillium habet, teneatur ad debita.*
2 *Ad sarta tecta, aut expensas culturæ.*

C [f] *Sera prealablement son testament accomply.*] Ingens materia hîc incidit, cùm quæritur, an Dominus, qui iure Baillij aut rachatus fruitur, debita, hypothecas, actiones personales, aut reales sustinere, aut luere debeat feudo reuerso, aut quæ vassallus post inuestituram imposuit. In quo tria sunt præcipua capita de debitis scilicet personalibus vassalli, de expensis colendorum agrorum, de impendiis tuendorum ædificiorum pupillarium. Ac quantum ad testamentarias dispositiones, hîc Consuetudo dubitationem præcidit, cùm specialiter de his statuat. Sed cùm non vnius ge- 1 D neris sint testamentariæ ordinationes, vt quæ debita, legata, pia relicta contineant, & quæ sup. §. 2. tit. 1. continentur, an ista omnia his verbis, *testament accomply*, onerare Domini causam possint, aut debeant dubitatur, an vero ea tãtum, quæ animæ causam & pietatem respiciunt, quod indicare videtur particula subsequens, *Et s'il n'a fait testament*, vbi pietatis duntaxat causa in ea alternatiua parte repetitur, & in huius ipsius sanctionis authentico tota fore impulsio, & causa sumitur à testamentorum occasione, quæ per Baillij causam excidere olim irrita solerent, nec debita solui, itaque his prouisum intelligi debet; Nec dubium

bium quin Domini cauſam animæ defuncti cauſa antecedat, ſiue teſtator per ſe ſtatuerit, ſiue pro eo propinqui, vt infra ſtatuit. Sed de debitis ambigitur: Ac traditur confeſſum axioma, quoties feudum ex antiqua lege & conditione primaria inueſtituræ & cõceſſionis feudi ad Dominum reuertitur & conſolidatur, ſiue perpetuo ſiue ad tempus, nec debita quæ vaſſallus contraxerit ſponte, nec hypothecas quas inierit, denique nec onera vlla ſoluere Dominum aut luere teneri, cùm Domini cauſa aliam omnem antecedat, nec poſteriores vaſſalli cõuentiones præiudicium adferre Domino queant, quia omnes reſolui neceſſe ſit reſoluto iure vaſſalli datoris ex l. lex vectigali. D. de pignor. qui locus latiſſimè exercetur ab And. Tiraq. in retract. conuent. §.3. gloſ.1. numer. 9. 10. 11. 12. & 14. qualecunque id onus ſit, ſiue ſeruitus, ſiue hypotheca, ſiue etiam præſcriptum ſit cõtra vaſſallum quia contra Dominum eius nil præſcribitur; quod Molin. notat. §.18. & §.50. & §.64. numer.2. & 30. q.17. & ſeq. & 20. Id verò intelligimus etiam hoc caſu, quo Dominus iure rachatus fruitur, vel Baillij vt ad nulla debita teneatur, quod & Mol. ſcripſit. d.§.18. num.4. cùm ex conditione antiquæ conceſſionis redeat in manum Domini, idem & ſi fructibus, quos malè fidei vocant, fruatur, vel ex defectu homagij & hominis feudum præhenderit, quod ille notat, d.§.18. nu.4 & 5. Non idem exiſtimant in feudo ex felonia commiſſo ob admiſſum contra legem & cõditionem feudi, quia reſoluatur vt ex nunc, ſecundum terminos l. his ſolis. C. de reuoc. donat. quod ille diſſerit. d. §.30. q.17. & 18. & 19. & in terminis 20. & §. 2. q. 13. latè, quæ tamen ſentẽtia valde quidem dubia eſt, & multa contradici poſſunt, ipſéque imprimis tex. c. 1. §. rurſus tit. quib. mod. feud. amitt. & c.1. §. quid ergo de inueſt. de re al. fact. eſt enim illa lex feudo impreſſa, vt onerari non poſſit facto vaſſalli in præiudicium Domini, & contra Molin. tenuerunt Ripa & poſt Alber. And. Tiraq. in rep. l. ſi vnquam verb. reuertatur num.172. Similiter, nec ſi ad Dominum feudum perueniat, vt extraneum fortè emptione ab vaſſallo facta, vel retractu feodali negat Molin. hypothecas reuocari. §.13. gloſ. 5. q.5. ex diſtinctione Guid. Pap. deciſ. 575. & quos ibi fusè congerit, & d. §.18. numer.6. Itaque quibus caſibus feudum reuertitur ad Dominum ex lege feudi, toties liberum redit, & hypothecis & debitis exuitur, nec creditorum actionibus ſubiicitur, ſiue vt poſſeſſor ſiue vt detẽtor hypothecæ, nec colono ſtat. Quod producit etiam ad eum caſum, quo Dominus fructus præhendit, ſed tamen ſuos non facit, & reſtitutioni ſubiicitur, veluti ex defectu catalogi, per rationes quas allegat. d.§.18. numer.5. Limitant tamen niſi Dominus ipſe onerum impoſitioni ſuper feudo conſenſerit, aut ea approbauerit, quæ limitatio eſt omnium ferè Conſuetudinum Prouincialium Pariſ. Art.50. & 18. Senon. Art. 234. & 208. Stampenſ. Art. 35. Treceenſ. 9. *Mantes & Meulant*, Art.23. *Chaumont en Baſsigny*, Art. 24. *Vermandois*, Art.194. *Chaalons*, Art. 196. *Rheims*, 117. *Artois*, 42. 25. *Niuernois*, Art. 39. *Orleans*, 58. Turon.139. *Du Perche*, 70. *Chaſteauneuf*, 38. & ſeq. *Dreux*, c.6. Art.140. Bleſenſ.72. *Lodunois*, 16. Denique nulla ferè aliter conſtituit. Sed tamen Domini conſenſum accipimus, quomodocunque appareat contractum aut onus appoſitum approbaſſe, ex ſententia Bald. c.1. de prohib. feud. alb. per fred. ſiue tacitè, ſiue expreſsè, ſiue verbo, ſiue ſubſcriptione. l. fideiuſſ. §.1. D. de pig. dummodo non vt teſtis alieni actus. l. Caius. D. de pign. act. non vt iudex. l. Sed ſi quis. D. quem ad teſtam. aper. §. ſi tutor. D. de inoff. teſt. non vt aduocatus. l. inter officium. D. de inoff. teſtam. Non idem procuratoris aut officialis eius conſenſus valeret, qui in præiudicialibus nil nocet niſi expreſſo mandato. Non tenebitur igitur Dominus feudi qui rachatu fruitur, iſta debita agnoſcere vt nec qui Baillio, quanquam propter continuatam durationem perceptionis fructuum duriuſculum videri debet, ſed eſt tamen iſta lex & conditio feudi, & iuris diſpoſitio; nec hæc Sanctio cùm de debitis ex cauſa animæ ſtatuiſſet, quidquam de cæteris adiecit, licet in præfatione de his quoque mentionem feciſſet. Nec mouere debet vulgatum Frãcorum prouerbium, quo dicitur vulgò, *qui bail prend quitte rend*, quo Bailliſtros ad debita pupillorum ſoluenda compelli volunt. Neque eadem eſt aut ſignificatio, aut qualitas aut ratio Baillij. Nam id Baillium parentibus duntaxat defertur, aut cognatis ad certum gradum, quo iure cùm tutelam pupillorum ineunt, fructus bonorũ minorum ſuos faciunt diſpoſitionibus localibus Conſuetudinum, quod in parentibus quidem non eſt abſurdum, & iuri congruit, & titulo de bonis maternis, cæteris deferri & inhumanũ & ſine ratione eſt, & rectè Mol. miratur non eſſe in cæteris ſicuti in Pariſienſi Cõſuetudine reformatum in §.32. Sed in tali Baillio mera eſt Conſuetudinum & gratuita largitio de alieno citra vllum contractum, aut conditionem feudi propter indictum onus tutelæ, & debitorum ſoluendorum neceſſitatem; nec mirum ſi ad ea adſtringatur Bailliſter, cùm volenti liceat cõditionem repudiare & Baillium recuſare. At huius noſtri Baillij longè alia natura eſt, *cùm ex conuentione feudali Domino deferatur, & obligatione Conſuetudinaria & hominis; quare non mirum eſt exigi cùm incidit, idque ſine onere quod imponi ab vaſſallo nõ potuit alieno beneficio & ſolo, quominus cùm ad Dominum reuertetur, liberè fruatur. Quod ideo annotaui, ne quis ex eo argumentum duceret ad contradicendum, diſcrimine rei incognito & ignoratione rerum.

Supereſt locus alter de expenſis, quæ in colligendis, ferendiſue fructibus fiant, an ſi à vaſſallo factæ ſunt, quo tempore rachatus incidit, recuperare eas debeat. An item ſi exeunte rachatu ipſe Dominus, perire ei debeant & inutiles eſſe. Eſt quidem pluribus Prouinciarum Conſuetudinibus hac de re conſtitutum, refundi Aurel. art. 22. Turon. art. 139. And. art. 118. Cenom. art. 127.

Sed vereor ne moleſtus ſim ſi plures ſubinde citauero. Iure ciuili traditur regula in omni materia, quæ vſquam proponi poſſit, fructuum appellationem non intelligi niſi qui deductis expẽſis culturæ & collectionis ſuperſunt, adeóque nec prædones prohiberi, ac ne vllum quidem genus cauſæ proponi poſſe, in quo non tales expenſæ ferendi, colligendi, conſeruandi deduci debeant de condemnatione aut reſtitutione fructuum, l. ſi à Domino. D. de petit. hæred. l. fundus qui in princip. famil. hercíſ. Sed hîc locus latè exercetur ab And. Tiraq. in §.15. in princip. & num. 24. & 25. de retract. lignag. Molin. §.1. gloſ. 8. num. 13. & item §. 38. Quare ſementis, culturæ, operarum, agricolarum, mercenariorum, arationis, ſationis, occationis, ſarritionis, ſtercoris & ſtercorationis, meſſionis, trituræ, granariorum, deinde ad conſeruationem impenſæ à vaſſallo factæ Domino fruenti imputabuntur, ita vt ſi menſe Maio mortuus ſit, & Dominus fructus Auguſto proximo percipiat, iſtas omnes rependere teneatur, quod Bart. ait conſ. 186. Steph. Bert. conſ. 8. lib. 1. Ang. d. l. ſi à Domino Bald. l. ſi pater. C. de vſufruct. Bald. & Salyc. l. ſi quis ſciens, C. de rei vend. Bald. l. æde. C. locat. col. 3. Caſt. in l. diuortio. §. impendia. col. 2. D. ſol. mat. Pet. Cy. Dy-

* *Argentr. in Conſ. Brit.*

Q

Bald. Saly. d. l. si quis sciens. Quo fit, vt si colonus partiarius à defuncto conduxerat rem fruendam, sumptus illi culturæ salui esse debeant, nisi Dominus malit contractum tueri, qui cum eo à vassallo factus est: Nam nisi volens stare ei non tenetur, vt ante diximus. Quod ego existimo etiam si fructus post præhensionem grandine, vel aliàs vi maiore perierint, tametsi Molin. distinguat d. §.38. cùm liceat eos Domino repudiare, si plus est impēsæ quàm fructuum in lucro nihil habeat Dominus ꝙ cõqueratur. Nec verò solum id putant in casu Baillij & rachatus, qui casus sunt extra vassalli culpam, sed etiam si ob noxam eius vel defectum hominis præhensio facta sit. Molin. §.1. glos.8. num.12. & duob. seq. Idem & tum iudicādum cùm vassallus fundum à Domino seminatum & cultum recuperat, vt & Molin. notat. §.25.

Tertius locus est de tuitionibus ædificiorum, quæ in rachatum aut Baillium incidêre, an ad eas Dominus feudi teneatur, qua de re quoque singulares Consuetudines extant Prouinciarum Rhemens. art.103. & Montargiens. art.73. Hanc quæstionem mouet Mol. §.1. glos.8. numer.46. & 54. ac denique statuit ad eas patronum teneri sed mediocres duntaxat, quantum dolus culpáue ex omissis argui non debeat, quo in genere sunt tecta, quibus contemptis & materia, & parietes, & contignationes imbre corrumpuntur, claustra, tibicines & fulcimenta ædificiorum prolabentium aut propendentium. Cæterum vetustate corrupta non tenetur reficere, agros etiam incultos dimittit suo damno, nec molendina, quæ vocant, cogitur reficere, quæ suo damno cõtemnit, nisi vt eodem modo præstentur quo accepta sunt. Neque enim alieno hîc iure sed suo Dominus fruitur, nec ab vassallo causam habet, quo magis liberum est ista contemnere pœnè ad dissolutionem, modo ne ita vt propter minores impensas grande ædificium corruat. l. hactenus D. de vsuf. Solum igitur ad impensas valde necessarias tenetur.

NOTA 5.

1 *Propinqui vice defuncti intestati testantur.*
2 *Et quomodo testentur, & num.3.*
4 *Funeris causa omne creditum antecedit.*

[f] *S'il n'a fait testament.*] Id est, si præuentus morte non fecit, cùm facere voluisse crederetur si licuisset. Nam si consultè nullum fecit parcius de eo statuendum est, quanquam nec ea volūtas, quæ ratione caret aut modum non seruat, tuenda est, veluti eius qui humari se prohibuisset, aut corpus suum in mare proiici. l. quidam. D. de cond. instit. nec si modum non seruauit. l. at si quis. §. debet enim. D. de religios.

1 [g] *Ses proches parens ordonneront.*] Magna hîc humanitatis ratio & mortalitatis respectus ab Cõsuetudine habitus, vt esset qui defuncto intestato mortuo, pro necessitudine & sanguine curam animæ susciperet. Statuent autem de expiatione noxarum, & in pias causas erogabunt, quod satis videbitur, & funus curabunt, modus earum rerũ ex facultatibus defuncti, & dignitate sumetur. l. si quis sepulchrum. §. sumptus & l. atsi quis. §. hæc actio. D. de relig. l. officio. D. vbi pupil. educ. debe. Simile quiddam vsurpasse primos Ecclesiæ Christianæ autores Theophilactus scribit, super loco Pauli. 1. ad Corinthios, vbi mētio fit de his qui baptizantur pro mortuis, cuius erroris initium & propagationem Marcionistis Theophilactus tribuit, vt cùm quis ante baptismum decessisset, feretro imponeretur, subdito qui ad interrogantis presbyteri vocem an baptizari vellet, responderet velle, atque ita baptizaretur: Sicuti & quidam mortuis communicare soliti traduntur, quoad sunt Carthaginensi Concilio vetiti. Sed & quod etiam propius ad hunc locum accedit, extant libelli aduersarij cõtrouersiarum Petri Cunerij Franciæ olim Cancellarij & Episcopi Heduensis, quibus inter alia Cunerius obiicit, quod mortuos intestatos non aliter sepeliri paterentur quàm de suis supposuissent aliquem, qui vice defuncti testaretur, & quidpiam Ecclesiæ, aut loco pio relinqueret legatis. Atque eum morem tam altè hæsisse apparet, vt Aresto quoque comprimi oportuerit, Aresto quod Gallus memorat num.106. Hîc autoritate legis & Consuetudinis idem fiet: Sed modus seruandus erit, quod & relicto ab testatore arbitrio & commēdata animæ cura fieri solet, veluti si quis dicat animam suam seponere inter manus talis; de quo Masuer. tit. de vlt. voluntat. §. item si quis in vltima.

[h] *Des fruits & des issuës.*] Hîc (*issuës*) substantiuè ponitur pro fructibus: Huius officij ordinem describit. 2
tex. d. l. si quis sepulchrum in fin. non minus quam in alienandis bonis minorum sine decreto. C. & D. de rebus eorum. l. magis puto. §. ne passim & Bart. l. alio. D. de alim. legat.

[i] *De la terre.*] Pecunia primum si in numerato est, deinde distrahēdis his, quæ tempore peritura sunt, pigno- 3
ratione auri & argenti facti aut infecti, tum nominibus, hic ordo est. d. l. si quis sepulchrum & seq.

[k] *Pour le salut de l'ame.*] Cæterum tanta eius rei ratio habetur, vt ne aditio quidem hæreditatis expectetur. l. scriptus. D. de relig. glos. Ang. Saly. l. eam quam. C. de fideico. & res hæreditariæ distrahi ob id possunt. d. l. si quis sepulchrum, & seq.

[l] *Et le profit de l'heritier.*] Id est, habita ratione, vt quam minimum hæredi dispendium fiat in distrahendis corporibus hæreditariis, si pecunia præsens non est.

[m] *Sans que le Seigneur.*] Quippe traditum funeris cau- 4
sam creditum omne antecedere l. impensa. D. de relig. & l.2. D. de priuileg. cred. vt vel de alieno potius funerari ferendum sit, quam sine funere relinqui. d. l. atsi quis: Par igitur aut potior animæ causa. Sed vereor vt ista nouis istis qui nunc orbem obsidēt, funeratoribus probari possit, qui cœlum viui impetũ ausu, terram mortui aspernantur, ergo medio hæreant affixi.

ARTICLE LXXX.

T[a] si l'aisné[b] prent son Iuueigneur à homme, & iceluy Iuueigneur meurt sans hoirs de corps, la terre retourne[d] aux hoirs, ou lignage de l'aisné.

ET[a] si primogenitus[b] accipiat suum fratrem secundo natum in vassallum, & ille secundo genitus abeat è vita[c] sine hæredibus sui corporis, fundus reuertitur[d] ad hæredes aut propaginem primogeniti.

NOTA

NOTA I.

1 *Art. est de iure succedendi.*
2 *Assisia Gotthofredi correcta* du Iuueigneur pris à homme, *& num.3.*

1 [a] *Et si l'aisné.*] Hic Articulus planè extra chorum quod dicitur: Quo enim hîc de iure succedendi, aut capiendarum hæreditatum ad titulum *des droits du Prince*, cùm aut sub titulo *des successions*, ratione personarum, aut titulo *des fiefs*, pro conditione rerum locari debuerit. Sed ea perpetua fuit Reformatorum incuria, τῇ ἀμαθείᾳ, nisi quod occasionem sumpsère ab ea Ioannis Rufi Cõstitutione, vnde hi Articuli descripti sunt. Quæ ipsa Constitutioni, quæ Gotthofredi Co-
2 mitis dicitur, priori obrogaret. B Statuerat Gotthofredus famigerata illa assisia, minori natu qui in hominem à fratre maiore receptus esset (sic enim dicamus) licere, si liberos non haberet, disponere de eo, quod à fratre maiore ex hæreditate paterna accepisset. Si in hominem receptus non esset, sed simplici benefacti titulo datum esset, non licere, Ioannes contra his verbis. *Et voulons encor' de tant commie à nous & nostz heirs appartient, que se aucun des ainnez prent son Joueignor à home, & iceul Ioueignor muire senz heir de son propre cors, que pour l'assise au Comte Geofroy ne remainge pas que la terre ne retorge arere à lainné, ou à leheir de lainné saune l'ordrenance resnable au Ioueignor.* Hæc ipsa verba sunt sanctionis veteris cum antiqua ipsa etiam orthographia, quibus statuitur corrigendo dictam assisiam, *que si l'aisné a baillé terre au puisné ou Iuueigneur, dont il l'ait receu à* A *homme, que si le Iuueigneur meurt sans hoirs, elle retournera à l'aisné, ce que l'assise ordonnoit autrement, qui disoit*, quod ad principalem hæredem non redeat, *& ceste-cy dit, que par l'assise ne remainge pas*, id est, obsoleta lingua per assisiam non remaneat, id est, non prohibeatur, non stet, quominus *elle retourne à l'aisné, sauf l'ordrenance resnable au Iuueignor*, id est, *sauf à luy bailler prouision raisonnable*, vt viuerent honorificè iuxta posse suum, vt assisia loquebatur.

[b] *Prent son Juueigneur.*] Multum interest, qua lege 3 quáve conditione faciat ex tenore infeodationis: *Car s'il l'a baillé à tenir au Juueigneur pour luy, ses hoirs, successeurs & causeayans*, absoluta est concessio, quæ in suis terminis seruanda est. Cæterum hîc tex. vt iacet, est de indubitabili (quis enim dubitabat fratrem maximum natu succedere fratri Iuniori ἀπαιδί) B nisi cæteros fratres excludere voluit. Sed hæc sanctio ad id tantum expresserat istud, vt assisiam emendaret: Indefinita autem concessio intelligitur facta secundum ius & conditionem familiæ partientium, id est, *s'ils ont accoustumé d'ainsi se gouuerner, sinon autrement*. Nam iure ciuili sibi & hæredibus suis quisque stipulatus intelligeretur.

[c] *Sans hoirs de corps.*] *Procreez de luy.* Alioqui si filios habet *en reception d'homme ils succederont, en simple bien fait* non succedent, vt alibi dicetur.

[d] *Aux hoirs.*] *A l'aisné s'il vit, ou à sa representation en l'estoc dont procede l'heritage: Cela s'entend de tenuë en parage: Car si c'est vn suriuueigneur le prochain Iuueigneur, qui luy a baillé la terre luy succedera.*

ARTICLE LXXXI.

LES [a] Rolles & Rentiers des Iurisdictions seront reformez de dix ans en dix ans. Et pour ce faire [b] pourront les Seigneurs assigner [c] par trois bannies [d] d'huictaine d'interualle [e] pour le moins entre chacune bannie, [f] à certain lieu & competant iour & heure, [g] aux hommes, de venir, [h] nommer leurs rentes, & s'enroller. [i] Et en cas de defaut pourra le Seigneur enroller son homme absent [k] par ses Iuges & Officiers, [l] par prouision, [m] information sommairement faite de sa rente accoustumée, tant [n] par l'inspection des precedens Rolles, que par ceux qui auront esté Sergens, [o] & recueilly les rentes des heritages. Ladite prouision en tout ou partie toutesfois reuocable par appel ou contredit, [p] par le prochain Iuge Royal.

ARTIC. LXXIIII. NOVAE CONS.

CAtalogi [a] seu libri professionum feudalium & Tabulæ Territorij Jurisdictionum singulis decenniis reformabuntur. Et vt id fiat [b] poterunt Domini euocare [c] tribus proclamationibus seu edictis [d] de octauo die in octauum [e] ad minus inter vnamquamque proclamationem, [f] ad certum locum & competentem diem [g] & horam, [h] vassallos, ad edendum, & profitendum quantum solarij debeant, & vt in Catalogo conscribat [i] & vbi non venirent, poterit Dominus in Catalogo conscribere suum vassallum absentem, [k] per suos Iudices & Officiarios [l] permodum prouisionis, [m] informatione summatim facta de suo reditu, tam [n] per inspectionem præcedentium registrorum, quàm per eos qui officio Apparitorum functi fuerunt, [o] reditúsque fundorum collegerunt. Dicta prouisio in toto aut parte, attamen reuocatoria per appellationem aut contradictionem per proximum Judicem Regium.

Argentr. in Cons. Brit.

NOTA 1.

1 Rolles & Rentiers *differentia.*
2 *Euocandi vassalli, non eorum vassalli nisi, &c. & nu. 3.*

1 [a] *Rolles & Rentiers.*] RENTIERS præponi debuit vt
genus, ROLLES vt species, RENTIERS vt exem-
plar, ROLLES vt exemplum; RENTIERS Franci
vocant *papiers terriers* abs re ipsa quia scilicet solarias
professiones contineant subditorum, id est eorum no-
mina, solarij quantitatem, & qualitatem, diem solu-
tionum, solum & prædia quorum nomine debentur,
& cui debeantur prædio de pluribus Dominicis. *Les*
B *Rolles*, nomenclaturam duntaxat continent subdito-
rum, & debiti solarij quantitatem. Hæc ratio reperta
est Dominorum feudalium commodo, ne quid inter-
cideret, & vt Viatores expeditiorem haberent ratio-
nem cogendi eius, quod deberetur, nouo quidem no-
stris hominibus inuento, cùm ante reformatam Con-
suetudinem inauditum esset, sed tamen finitimorum
exemplo & postulantibus ordinibus vtiliter visum in
Articulos Consuetudinis inferre. Franci cum condi-
mento litium omni in re rescriptis vtātur, ne hic qui-
dem non rescribi patiuntur, *& sont leurs papiers terriers*
C *par lettres Royaux, par lesquelles est mandé aux subiets de ve-*
nir declarer leurs rentes. Meminit horum Masuer. tit.
locat. num. 25. & tit. de lit. & notis num. 14. Papo lib.
13. tit. 2. Aresto. 14.
[b] *Pourront.*] Neque enim hæc forma est necessitatis,
aut substātiæ, ita vt aliter fieri nequeat, si forte subdi-
tum Dominus malit nominatim compellare, & duo-
bus edictis euocare. Sed hæc forma reperta est, cùm
generaliter edictis omnes subditi euocantur, nullo
nominatim appellato.
[c] *Par trois bannies.*] *A iour de Dimanche ou de marché, &*
D *aux lieux, ou sont les subiets domiciliaires, & esquels le fief*
s'étend, diximus art. 58. sup.
[d] *D'huictaine d'interualle.*] *Prenant de iour à iour*, dixi-
mus art. 58. supra.
[e] *Pour le moins.*] Contractiores denunciasse vitio fue-
rit, productiores licet cuiuis.
[f] *A certain lieu.*] De hoc diximus art. 20. Intra tamen
territorij metas, nisi quidē alibi Iurisdictionem exer-
ceri solitum sit, quod ibi diximus, de quo quædam
Molin. accommodatē art. 62. num. 4.
2 [g] *Aux hommes.*] *Il s'entend des proches.* Neque enim ad-
E uersus vassallos vassallorum ius est lege agēdi aut iuris
exercendi, dicemus inf. §. penult. attigimus. §. 29. Imo
ne præhenso quidem feudo proximo subfeuda cōpre-
henduntur, nisi speciali mentione facta, quod Moli-
næus scripsit. §. 36. num. 5. & §. 57. glos. 3. & §. 13. glos. 1.
3 num. 74. & §. 1. glos. 6. num. 2. Contingit tamen in-
terdum. vt à subuassallis quoque solaria Dominis me-
diatis debeantur, quod tum euenit, cùm Domini ali-
ter subinfeodationi non consenserunt quàm indicto
solario, quod cùm fit, denūciari oportet Domino im-
mediato, vt eos cogat ad debita facienda ex art. 331. inf.
forma hic inducta, *ils appellent en basse Bretagne Cheffren-*
F *tes. qui sont deuës à cause de la primitiue infeodation au Sei-*
gneur proche.

NOTA 2.

1 *Quid profitendum* en la teneure, *& num. 2.*
2 *Negato debito ad superiorem Dominum remittuntur vassalli.*

1 [h] *Nommer les rentes.*] Id est, edere & profiteri quantum
solarij nomine debeant, quod ille Procurator in Euā-
gelio exigit, quantum debes Domino meo. Non est
ista quidem censualis professio, quæ in vsu populo
Rom. fuit, qua suas quisque fortunas apud Censores
A profitebantur, posterius apud Magistros census, cùm
ex modo facultatum ordines in rep. sortirentur, ita vt
etiam qui nihil haberent rerum præter caput, se quo-
que ipsos profiteri tenerentur, qui capite censi dice-
bantur, quidam proletarij cuius professionis totus ti-
tulus de censibus. D. meminit, præcipuè. l. 2. & l. for-
ma censuali. D. eo. tit. l. professio censualis. C. de do-
nat. & l. census. D. de probat. cui rei potius dinume-
ramentum (vt loquuntur) aut tenuta conuenit, quan-
quam omni ex parte, & iuris ista priuati potius sunt
quam census publici. Cæterum quod hic dicit de de- 2
B clarando, intellige simpliciter & sub antiqua qualitate
debiti, & in forma recognitionis tātum ad finem pro-
bationis & conficiendum instrumētum confessionis,
non tamen vt Dominus nouum titulum exigere pos-
sit, aut instrumentum garentigiæ sub validioribus
clausulis, quod Mol. scribit. §. 51. glos. 3. num. 10.
[i] *En cas de defaut.*] *Il ne faut qu'vn defaut, Car toutes les*
assignations ne portent que le mesme iour.
[k] *Par ses Iuges & Officiers.*] Diximus initio Francos id 3
solere per Regios Iudices facere ex Rescripto, quo plus
auctoritatis sibi comparent, sed tamen cùm apparue-
runt, & se stiterūt vassalli, si cōtrouersiam mouent de
C debito, rectè se remitti ad ordinarios suos poscunt, &
iniuria remissio negatur, q Rebuff. scripsit hoc ipso in
subiecto titul. de lit. obligat. §. 1. glos. 3. in fin. Nostri
tamen ex forma & dispositione. §. 30. sup. ad superiorē
scilicet Dominū, cum quo cōtrouersia est, remittunt.
[l] *Par prouision.*] Salua intercessione, sed prouisione in-
terim tenente (vt loquuntur) vt infra dicit in fine.

NOTA 3.

1 *Quæ monumenta probant, & num. 2.*
3 *Appellādum illico cùm absens* a esté mis au Rolle, &c.

[m] *Information.*] Quanquam perrarum est ex informa-
D tione per testes prouisionem dari: In qua probanda
est, reditus quantitas, & præstatio & solutio per pos-
sessores fundi super quo reditus prætenditur, annis
superioribus, proximis tamen hic sit.
[n] *Par inspection des precedens Rolles.*] Census inquit & 1
monumenta publica potiorem testibus fidem habent.
l. census. D. de probat. c. cùm causam ex de probat.
vbi Doct. Eiusdem generis & loci sunt *les adueuz &*
tenuës. Minus aliquanto valent ad fidem libri ratio-
num, cùm sint priuati, sed tamen hi quoque multum
habent momenti in his familiis quarum amplæ opes
E sunt, vt magnatum, Episcoporum & Collegiorum,
præsertim mortuorum, quorum iam suspecta manus
non est, de quo genere probationis multa extant apud
Iurisconsultos præsertim in l. admonendi. D. de iu-
reiur. Atque ista attentiores patresfam. perscribi sibi
per publicam manum curant, quo casu fidem contra
omnes faciunt, sin non sunt, magnas tamen cōiectu-
ras adferunt, cùm scriptura est vetus & de facto anti-
quo & mortui dicuntur, qui subscripsēre, quanquam
priuati quorum fides non est notata, quod Fely. per-
sequitur. c. 2. ext. de fid. instrum. Ias. l. admonendi
F numer. 77. & in repub. numer. 9. Quam tamen vim 2
non habet scriptura facta ab eo solo, qui eam produ-
cit à domo sua, maiorem tamen cùm ab Collegio aut
communitate producitur, quia multorum fides po-
tior est, nec tam facilè accusari potest. Ea tamen fidem
semper facit contra eum, de cuius domo producitur,
si ab eo vel prædecessoribus eius approbata aut sub-
scripta est, vt martyrologia quæ vocant, *Panchartes*, li-
bri computorum, *Rentiers*, libri in quibus Tenutæ &
minuta perscribuntur, de quibus Fely. Panor. Aret.
Decius c. cum causam. ext. de probat. Anchar. cons.
44. incip. primo de viribus. Saly. l. exemplo. C. de
probat.

probat. Zoz. consf.187. col.5. verf. sed dicet incip. in A controuersia vol.2. Lud.Rom. cons.117. incip. posito Bald. l.fin.C. fine censu vel reliq. Imol. & Fely. c. ad audientiam. ext. de præscript. Molin. d. §.5. num.11. & seq. 17. & 18. Boër. specialiter, *des papiers rentiers*, q.105. Mas. tit. de lit. & not.

[o] *Par ceux qui auront esté Sergens.*] Hoc præter regulas communes Consuetudinis, qua vassalli testes esse in causa Dominorum non possunt, nisi tamen de probanda reditus possessione agatur, ex Art. 158. infra. vt hic.

[p] *Et recueilly.*] Anno superiore proximo aut intra triennium proximum ex artic. 230. inf. alioqui iusta actione reus peragendus est, & amissa possessione superest duntaxat remedium petitorium Domino.

[q] *Prochain Juge Royal.*] *Ou autre superieur*, nec enim 5 hoc limitationis causa dictum est, sed & executio fiet, nec ante retractabitur etiam ex male iudicato, quàm per postremum iudicantem decretum sit, ex art. 173. inf. scripsit Ang. l. 1. §. si quis tutor. D. quand. appel. sit, quod si quis cum immunitatem haberet à soluendis datiis, aut alioqui eximeretur priuilegio, descriptus tamen fuerit in libro catastri, aut eorum numero qui soluere debent, si ex quo sciuerit intra decennium non appellauerit, sibi præiudicaret, quod hic quoque faciendum esset, ex quo quis se absentem descriptum esse intelligeret; quod retulit Alex. cons. 136. vol.2. num. 22. Nostris igitur moribus quamprimum, id est, illico appellandum erit, ex quo descriptus cognouerit.

ARTICLE LXXXII.

ET [a] ledit Rolle fait & accomply, tout homme venant à nouuelle possession, & [b] auparauant qu'il puisse faire les fruits d'icelle, se fera [c] au Greffe dudit Seigneur enroller de la rente que deuoit celuy, en la place [d] duquel il est subrogé, soit [e] par succession ou acquest, dont [f] sera fait declaration. Art. LXXV. Nouv. Cons.

ET [a] dictus catalogus seu liber professionum feudalium absolutus, quiuis vassallus veniens ad nouam possessionem, & [b] antequã possit percipere vllos fructus, se faciet [c] apud Actuarium Domini conscribere de reditu, quem is debebat, in cuius locum [d] subrogatus est, siue per successionem aut acquisitionem, de qua fiet declaratio seu professio.

NOTA I.

1 Le Rentier, portion que le Rolle.
2 *Possessores ad debitorum professionem tenentur, &c.*
3 *Vassallus tenetur edere tabulas partagij, &c. contra Molinæum.*
4 *Vassallus tenetur ostendere titulum acquisitionis.*

1 [a] *Et ledit Rolle fait & accomply.*] Imo *ledit Rentier, Le Rolle n'est qu'vn extraict du Rentier, & se fait le Rolle sur le Rentier sans appeler partie. Mais cest Article confond l'vn & l'autre.*

Fait & accomply.] *Ce qui se fait par la subscription du Juge & Greffier au registre ou proces verbal de la reformation, & le Rolle extraict & sousigné du Greffe.* Ante verò talem perfectionem quandocũque mora purgari potest, nisi in specie denunciatio facta sit, purgatur autem professione debiti.

2 [b] *Auparauant qu'il puisse faire les fruicts.*] Memorat in hanc eandem sententiam Arestum Papo. tit. *des droits seigneuriaux*, Molinis latum, quo omnes omnino possessores ad professionem debitorum feudalium tenentur apud delegatos in eam rem. Sed quod imprimis animaduertendum est, hoc ante vllam fructuum perceptionem fieri oportet, vt & in casu art.323. inf. Sed tamen hic non exprimit, quæ sit pœna negligẽtis, quæ nec vsquam Consuetudine est prodita, propter debita quidem non professa. Præhensione igitur vtendum erit intra annum, ex clausula generali ob iura debitáque non præstita, quod si vassallus anno toto possedit non ante quam eo vocato prehensione vtendum, sicuti in casu Articuli. 85. infra.

Argentr. in Cons. Brit.

B [c] *Au Greffe.*] Non igitur exigitur in iudicio fieri, nec Iudicis præsentia necessaria est, sed apud Actuarium facta professio valet.

[d] *Duquel il est subrogé.*] Hoc intelligitur possessione actualiter translata in surrogatum, nam quandiu apud surrogantem manet surrogantis professio satisfacit huic debito. l. forma. §. si cùm ego. D. de censib. per ea quæ fusè Mol. notat in §. 22. q. 46. Sed tamen & surrogantem ipsum posse adigi ad professionem, & quibus legibus prædium vendiderit scribit Mol. in §. 51. glos. 2. in fin.

[e] *Par succession.*] Hoc si verum est, vt certè hîc statuitur, falsa est nostro quidem iure Molinæi sententia. §.51. qui non putat vassallum teneri ad edendas tabulas diuisionis, idest, ad exhibendum literas partagij cùm consortibus facti, quia vt ait ille partagium non sit titulus nouus, sed portionum distributio rei C ante quesitæ, & magna ratio est, cur fieri debeat, cùm plerisque talibus tabulis cõsignata debiti quantitas & distributio reperiatur, quæ quibúsque feudorum Dominis debeantur, & rationem dicemus inf. art. 85. 3

[f] *Sera fait declaration.*] Tenetur igitur vassallus dicere, 4 & exhibere titulum suæ acquisitionis vt & in casu art. 324. vbi fusius dicemus Iacob. verf. qui quidem vassalli promiserunt recognoscere numer. 17. & 18. & notat. Guido Papæ q. 42. & q. 417. etiam admonitione non expectata, ex Ord. 1536. quæ Valentiæ edita est, imo & digito ostendere, vt inf. art. 140. & Molinæus. §. 54. num. 14. Sed hoc est alterius loci, quia hîc tantum de professione debitorum agitur, de titulis exhibendis locus erit. d. art. 324.

ARTICLE LXXXIII.

Art. LXXVI. Novae Cons.

ET[a] ne pourra le Seigneur[b] contraindre ses hommes à faire la cueillette de ses rentes, que tout premier n'ait fourny de Rolle[c] signé du Greffier, ou d'vn Notaire, à la requeste du Seigneur, par la maniere deuant dite.

ET[a] non poterit Dominus cogere suos vassallos ad faciendam collectam redituum suorum, nisi prius nomenclaturam dederit[c] ab Actuario aut Notario subscriptam, ad Domini postulationem forma supra scripta.

NOTA I.

1 *Nomenclatura est vice mandati à Domino tradita.*

2 Sergent feodé *tenetur exigere feudalia debita, &c.*

1 [a] *Et ne pourra le Seigneur contraindre.*] Ratio est quia Viatores cùm iustam habeant alieno in negotio ignorantiæ causam, anceps periculum subire non tenentur. Sed talis nomenclatura vice mandati est, vt ita in mandantem controuersia recidat si quæ oritura est.

2 [b] *Contraindre ses hommes.*] Aliud in Viatore feodato (vt vocant) statuendum est, id est, qui feudum ea lege & conditione accepit, vt à subditis intra metas feudi debita solaria exigeret. Nam cùm non gratuito sed magna mercede faciat, suo ipse periculo facere debet, A quod si professionem exigere velit, potest fini repræsentandi Domino debiti, in quo id quoque postulare potest, vt Dominus instrumentis feudi intentionem adiuuet. Nec tamen Dominum nomenclaturam tali Viatori curare teneri pronunciatum est Aresto, quæ ratio conditionem eius excipit ab hac regula. Nam cùm in concessione feudi necessitatem exactionis in se receperit, existimandum est quantum & à quibus exigeret sibi præscribi curasse, & quotannis etiam exigendo, cognitionem & hominum & debitorum adeptum.

[c] *Signé d'vn Greffier.*] Nomenclatura fit per descriptionem ex libro professionum feudalium, ideóque sola subscriptio Actuarij, aut Notarij sufficit, quia cùm dubitatio incidit ex ipso authentico, indicari potest.

ARTICLE LXXXIIII.

Artic. LXXVII. Novae Cons.

ET les hommes qui sont subiets à faire la cueillette des deniers, rentes, & deuoirs de leur Seigneur, feront ladite cueillette des rentes du fief chacun en son Bailliage, [a] à l'ordre du Rolle, pourueu qu'ils soient [b] soluables, & respondront des deniers. [c] Et n'est pour tout ce attribué droit aux Seigneurs, lesquels par cy-deuant n'ont eu [d] droicture & possession de contraindre [e] leurs hommes & subiets, à faire ladite cueillette & recepte des rentes & deuoirs. Et [f] apres diligence deuë & suffisante faite par le Sergent institué, pour faire la cueillette des rentes du Seigneur, de soy faire payer desdites rentes, si aucun se plege, ou luy baille autre empeschement de payer la rente, en portant & baillant par ledit Sergent audit Seigneur ou son Procureur, son exploict & [g] relation dudit empeschement, il sera & demeurera quitte, d'autant comme ledit opposant sera imposé audit Rolle & rentier.

ET vassalli, qui tenentur ad faciendam collectam pecuniæ, redituum, iuriúmque Dominicorum, facient dictam collectam redituum feudi quisque in suo territorio, [a] catalogi ordine, modo soluendi sint [b] & de pecunia satisdent. [c] Et pro hoc nullum Domino ius attribuitur, qui antea nullum [d] ius possessionémve cogendi [e] suos vassallos subditosvè addictam collectam redituum iuriúmque Dominicorum faciendam habuit. Et [f] post sufficientem diligentiam factam ab Apparitore seu Viatore ad faciendam collectam redituum Domini instituto, vt solutio redituum ei fieret, si quis conqueratur, aut aliud impedimentum non soluendi debitum ei det, ferendo dandovè per dictum Apparitorem dicto Domino Procuratorivè suo, eremodicium & [g] renuntiationem dicti impedimenti, exoluitur debito, quod vassallus deberet in catalogo seu tabula territorij.

NOTA

NOTA I.

1 *Dominus, an vassallus ordinem colligendi probet.*
2 *De impedimento iuris aut facti per vassallum facto.*

1 [a] *A l'ordre du Rolle.*] Magna dubitatio, quis ordinem probare debeat: Nam quod hic dicit, *à l'ordre du Rolle,* dubitationem non soluit, quia cùm annui constituantur Viatores, decem homines totum nomenclaturæ ordinem & numerum implent, cùm tamen trecentos & quingentos persæpe ei muneri obligatos constet, itaque nulla hic lex scribitur, his qui numerum decẽ excedunt, cùm decimo quoque anno reformari catalogos oporteat. Et existimo probata subiectione, & appariturę debito, fundatam intentionem Domini, vt nisi subditus probauerit se non suo ordine vocari, ad apparituram cogatur, veluti & qui tanquam hæres agit, probata hæredis qualitate non tenetur probare alium non esse proximiorem se, sed ab reo opponendum est, si velit, quod Alex. Raph. Cum. Ias. notant l. is potest. D. de acq. possess. qui locus fusè ab Tiraq. exercetur. §. 11. glos. 1. num. & 6. in retract.

[b] *Soluables.*] Nam qui soluendo non sunt, rectè eximuntur numeris, cùm sua Dominus ignotæ fidei credere non teneatur, & supersint alij.

[c] *N'est attribué.*] Neque enim id substantialè est feudi, sed conditio & lex accidens feudo, quod ea conditione lege datum est, aut sic possessum. An iure quisquam A cogi possit quærit Antibolus in tract. de munerib. §. à modo expedit. num. 81.

[d] *Droicture.*] Ex titulo vel præscriptione continuata possessione.

[e] *Leurs hommes.*] Quid si quosdam coëgit, quidam etiam repugnarunt, dicemus. Art. 277.

[f] *Apres diligence.*] Quæ constat bonorum perquisitione post interpellationem, cui reus intercessit, sed tamen interim capi pignora oportet Ordin. 1536. Art. 40.

[g] *Relation de l'empeschement.*] Hic de impedimento iuris loquitur. Sed & de impedimento quoque facti eadem ratio, si fortè ob inimicitias Domini subiectus solutionem recusat, & vim facit exequenti. 2 Hactenus enim Viator tenetur, vt id faciat, quod in se est, vim experiri & armatos conquirere non B tenetur: Nam impedimentum testibus quoque probari potest. A qua sententia ne Apparitorem quidem feodatum excipio, quia is ad exactionem tenetur, ad prosecutionem litis sumptúsue eius non tenetur, si subiectus debiti controuersiam facit. Hic verò cùm Apparitor nudũ ministerium præstet, idque gratis, nõ tenetur aliud præter operam Domino præstare, quod si vis fit de facto, exoluitur debito, si quidem vis odio aut respectu Domini fit. Neque enim hic similis est causa vẽditori quamquam eam quoque hoc casu præstari ab eo volũt. l. si merces. §. culpa. D. locat. Bald. Saly. & Doct. l. vlt. C. de act. empt. & de hoc ipso casu Apparitoris loquitur. Masuer. in tit. de taliis num. 14.

ARTICLE LXXXV.

TOVT [a] subiect [b] baillera son [c] adueu, minu, & tenuë, [d] dedans trois moys, [e] depuis qu'il aura eu nouuelle possession d'heritage, [f] sur peine de saisie, & [g] iouyssance d'autant de temps, que ledit subiect sera en demeure de fournir en ce que dessus. ARTIC. CCCLX. NOVAE CONS.

OMnis [a] vassallus [b] tenetur dare catalogum [c] rerum clientelarium, [d] intra tres menses, [e] à die possessionis apprehensæ [f] sub pœna manus iniectionis [g] & possessionis tanto tempore, quanto vassallus in mora erit satisfaciendi ad id quod supra dictum est.

NOTA I.

1 *Dinumeramenta & eorum appellationes & vis.*
2 *An quis possit cogi ad ostensionem tituli.*

1 Est hic quoque Articulus iuris noui ab Reformatoribus additus postulantibus ordinibus; Materia immensa. Nos necessaria dumtaxat, & frequentes tribunalibus nostris controuersias attingemus. Loci sunt, vocis etymon, quo iure debeantur, quis debeat, cui debeantur, forma eorum, genus probationis, vis & effectus eorum, quæ dinumeramenta vulgò appellant. Ac primus, cùm quæritur, quo iure debeantur. Intelligi oportet feudorum omnium, quæ vsquam in Britannia sunt, credo & exterarum prouinciarum omnium, hanc legem & conditionem ab natura contractus tacitè inesse, vt quæ vassallus alieno beneficio habeat, ea, quæ, qualia, & quanta sint solenni professione Domino describat, & edat: Nam quæ alibi alaudia appellantur, nulla apud nos sunt, quod vetus expresserat. c. 234. nec rectè feuda appellantur, sed & peregrino feudorum iure eadem necessitas omnium vassallorum fuit, qua C de re operosæ auctoritates multorum extant, apud Molin. §. 5. num. 2. Boër. tit. de feud. §. 12. Chassan. eod. tit. de feud. §. 4. Iacob. de sancto Georg. tit. de feud. vers. qui quidem vassalli promiserunt recognoscere. Nec id modo verum in feudalibus, quę lege feudi possideri constat, sed in ipsis etiam auctoritatibus & titulis acquisitionum. Quare inutilis illa scholæ dubitatio, quæ ex l. cogi. Cod. de petit. hæred. sumitur, quæ tum locum habet, cùm neutra partium ab altera ius habet, & suo quæque iure nititur. Sed longè alia ratio 2 in feudali contractu, qui mutua lege, & necessitudine D beneficij vassallum adstringit ad officium. Nec iam Bart. sententia, & Io. de Platea in l. 1. C. de conduct. & procurat. lib. xj. C. locum est habitura, quæ eadem Ias. fuit. §. actionum Instit. de actio. Bald. l. 2. Cod. quom. & quand. iud. & l. instrumenta. C. de fideic. Matth. cõstit. incip. ab officialibus l. 1. constit. 91. cùm ne à Regibus quidem Barones cogi posse putant ad editiones acquisitionum & rerum possessarum. Quod cõtra est in feudalibus vt & Io. Fab. iam olim tradidit. §. præiudiciales Instit. de act. Bald. l. qua quisque. §. editiones. D. de edend. Ias. l. 2. C. de iur. emphyt. & Molin. atti-

git.d.§.5. & iterum §.51. gloſ.3. Boër.d.§.12. Extant & pleræque prouinciarũ Conſuetudines ea de re, & quæ & antiquarum profeſſionum inſtrumenta, & inueſtiturarum, & cætera id genus edi ſtatuunt. Nec aliter euitari ea neceſſitas poteſt, quã ſi vaſſallus iuret in poteſtate ea ſe non habere, nec dolo deſiiſſe habere. Quæ omnia ſic accipi conuenit, cùm vaſſallitia conditio in confeſſo eſt, hoc eſt cùm de qualitate feudali conſtat: Nam ſi de ea controuertitur, ante eam probari oportet veluti antecedens neceſſarium, cùm ante vaſſallum eſſe oporteat, quam ad vaſſallitia officia & obſequia cogi poſſit, cùm non entis nullæ ſint qualitates, l. eius. D. de reb. cred. & ſola dominica qualitas tantum priuilegij Domino tribuat.

Nota 2.

1 *Quis ad profeßionem feudalem teneatur.*
2 *Poſſeſſores dumtaxat.*
3 *Quid ſi plures ſint Domini aut vaſſalli.*
4 *An ſubuaſſalli poßint cogi.*
5 *An Dominus ad euictionem teneatur.*

1 ¹ *Tout ſubiect.*] Hic locus eſt, quis profeſſionem debeat. Debet autẽ omnis vaſſallus aſtrictus lege feudi, quod olim Bart. & Plat. ſcripsêre. l. pen. C. quand. & quib. quart. pars. Iacob. vbi ſup. & quod Molin. Boër. & Chaſſ. congerunt. Quod in emphyteota quoque ſtatuit. Alber. l. ſi certis annis. C. de pact. & l. plures apochis. C. de fid. inſtr. Bald. Conſ. 225. lib. j. Spec. tit. de locat. & emphyt. §. nunc aliqua verſ. 69. Iaſ. l. 2. q. 13. Cod. de iur. emphyt. Curt. lib. de feud. part. 2. partis ſecundæ. q. 6. idem & in noſtris quoque domaniis congedialibus. Sed inanis eſt conſequentia, quam Doctores ob defectum profeſſionis ſtatuunt, cùm recuſante vaſſallo bona eius omnia feudalia præſumi volũt, quo iure non vtimur, nec ſi præſumerẽtur, protinus actoris fundata eſſet intentio, cùm multorum ſit ea conditio par & indiſcreta, nec huius magis quam illius, vt ſolum ſe fundatum dicere poſſit. Relinquitur recuſantem præhenſione feudi coërcendum.

Porrò quod hîc dicit (*tout ſubiect*) vniuerſali diſpoſitione, vt cęteras omnes legales diſpoſitiones, reſtringi ad habiles conuenit. Itaque & qui rerum ſuarum compotes non ſunt, nec mente conſtant, & minores, hac lege non tenentur, niſi curatorem habent, quorum periculo iſta mora cõmittitur Domino ius ſuum exequente, quod traditur, art. 132. inf. & Molinæus notauit. §. 28. q. 6. & §. 1 gloſ. 7. num. 9. Itaquè curatorem habẽti curret hoc trimeſtre, etiam citra reſtitutionem ſaluis actionibus aduerſus ſocordẽ curatorem, quod ille fuſius tractat. d. §. 1. gloſ. 7. & §. 43. num. 3. Nec negandum tamen, quin ipſi per ſe minores qua in ætate ſunt, id præſtare poſſint, modo infantibus, maiores, ad conſeruationem ſcilicet iurium ſuorum, & impediendas (vt loquuntur) conſequentias nimium damnoſæ moræ, quod & Molinæus ſcribit. d. §. 28. num. 4. & Conſuetudo noſtra inf. Art. 459. Tiraq. in genere. §. 1. gloſ. 13. num. 25. & §. 35. gloſ. 2. Sed & cùm dicit, *tout ſubiect*, intelligendum in poſſeſſore feudum detinente.
2 Nam is quandiu poſſidet debitis feudalibus adſtringitur, & ea præſtando verum Dominum exonerat, & legi ſatisfacit, l. forma. §. ſi cum ego, D. de cenſib. latè Molin. §. 22. q. 46. & quos eo loco cumulat, viciſſim qui non poſſidet, quamuis meliori iure vaſſallus, ad ea non obligatur, quod Bald. Saly. Caſt. ſcribunt l. ſolemnibus. Cod. de rei vendic. quod identidem dicimus, & ſcripſimus ſup. Art. 59. Nam in feudalibus in rem agitur potiùs quam in perſonam.
3 Dubitari contingit. Quid ſi plures ſint Domini plures item vaſſalli quatenus & quomodo debeatur, in iure quidem ſummo negari nõ poteſt indiuiduam eſſe obligationem, multiplicaríque in ſingulos actiuè & paſſiuè tam ſolutione & effectu quàm obligatione collectiua, nec tamen in ſolidum, ſed vt omnes qui debeant omnes item omnibus eſt vni. Sed tamen ſi plures debeant, niſi ab omnibus præſtetur, non ſufficit vnius obſequium, quamquàm contra Molin. putet. §. 6. gloſ. 1. num. 2. & §. 2. gloſ. 4. q. 6. contra indiuidui naturam, niſi ſi vt collegio aut corpori debeatur, aut plures vt ſinguli ſeparato iure debeant, quod Iacob. ait tit. de royd. col. 2. Itaque ius eſt ſpeciale & priuilegium, quod ſubditi prioratus Liurei vnam tantum omnes profeſſionem collectiuè exhibent Priori, expreſſis tamen ſingulorum nominibus, & prædijs. Quod ſi facto aut mora cohæredis damnum incurritur aut feudum præhenditur, cęteri ab eo id quod intereſt conſequentur gloſ. fin. l. cùm à matre. C. de rei vendic. Quod ego intelligo rebus adhuc indiuiſis, nam diuiſione facta vnuſquiſque pro ſe reſpondet.

Illud etiam hîc incidit quærere, ſi Dominus ſupe- 4
rior feudum ſeruiens præhenderit, an vaſſallos vaſſalli ſui, id eſt, ſubuaſſallos ſuos poſſit cogere ad has profeſſiones, id eſt, ad tradendum minutum & dinumeramentum. In quo ſic habẽdum, multiplices eſſe præhenſionis cauſas nec omnes ab vna proficiſci: Nam in his, quæ fiunt ex defectu (vt loquuntur) hominis, aut propter fructus quos vocant malæ fidei, non dubium quin Dominus iure veluti interim conſolidato vtatur, & omni iure actiuo prædij dominãtis, & fructus ſuos faciat. Sed quo caſu non facit, & in poſſeſſione eſt potius quam poſſidet rei ſcilicet ſeruandæ cauſa, vt hoc ipſo textu caſus, iuſtior dubitatio eſt, cùm ius omne proprietarium penes vaſſallum reſideat, quale quantumque vnquam fuit, ſuſpenſa dumtaxat ad tempus executione iuris atque adminiſtratione rerum feudalium ex contumacia non parentis, nec apud duos in ſolidum Dominium aut poſſeſſio eſſe poteſt. Sed tamen ſic iudicari conuenit, vi & poteſtate Dominica omnia poſſe, quæ adminiſtrationem ſimplicem contingant ad vtilitatem rei ipſius non tam iure proprio quàm alieno, cuiuſmodi ſunt profeſſiones vaſſallorũ, quæ redintegrari poſterius, & reſtitui vaſſallo oportet debitum facienti, ſi talia ſunt, quæ reſtitui poſſint. Cætera quæ talia non ſunt, non poterit dominus vi quidem huius præhenſionis ex defectu minuti non traditi, vel beneficia aut officia ad præſentationem aut collationem vaſſalli pertinentia conferre. Nam iſta proprietatem aſpiciunt magis quam adminiſtrationem, & ſemel collata reconferri nequeunt, nec in eadem cauſa feudum reſtituetur his diſpoſitis aut collatis, & irreparabilia ſunt, & vno actu conſumuntur, nec reſtitui poſſũt per manus leuationem. At profeſſiones ſcripto præſtitæ repeti à vaſſallis manu exempta poſſunt, & inſtrumenta ea de re reſtitui. Hæc vera ſunt, quæ Molinęus non accuratè implicat, & mergit diſtinctione non idonea in §. 34. gloſ. 7. & §. 1. gloſ. 6. Cõtra cùm quæritur, an vaſſallus medius, cuius feudum ſaiſitum pręſupponitur, ſuos vaſſallos qui ſubuaſſalli ſunt præhendentis, poſſit durante manu Dominica compellere ad debita, & profeſſiones edendas, certum eſt interim non poſſe, cùm pendente præhenſione nullum exercitium iurium dominicalium habeat, quod apud præhendentem reſidet, ideo non apud alium, quod apparet, Art. 321. inf. & alibi dicetur. Molin. attigit. §. 6. gloſ 4. num. 3. & 13.

Poſtremò quæritur an profeſſione facta, hoc eſt, 5
præſentata tenuta Dominus teneatur ad euictionem eorum, quæ in ea contineantur, id eſt, ad garandum eorum,

eorum, quæ in tenuta insunt, si forte alius vassallum vẽdicet aut res vassallitias, quæ in tenuta vassallus professus est ab eo, qui eam recipit tenere. Hanc Molin. persequitur §.44. q.9. & rectè negat, nisi hactenus vt restituat, quæ in qualitate Domini receperit, laudimia fortè aut ventas, aut si quid eorum iterum petitur ab vassallo, quod ille præstiterit, fecerit ve.

NOTA 3.

1 *An in tenuta necessaria, sit præsentatio.*
2 *Instrumenta apud aliquem reperta, quam fidem faciãt.*
3 *Quid de tenuta sigillata, sed non subscripta.*

1 [h] *Baillera.*] Hic incidit locus de genere probationis. Veteres quidem simpliciter & bona fide mutuo inter se agebant. Extant veterum professiones feudales perquam breues, vt domo cũ appendicibus expressa curta, & minime operosa partium recessione; breuis item sponsio subiiceretur de obsequio patrono præstando, subscriptiones pridem nullæ, signa complura honoratorum hominum addebantur, sed nũc infami perfidia mundo, multæ inde controuersiæ natæ. An fides talibus habenda quæ subscriptionem non haberent. An item his, de quibus an aliquando traditæ essent non constaret, id est, quæ præsentationis instrumenta non haberent. De quibus maiorum nostrorum nemo dubitarat. Notæ sunt scholæ disputationes in l.2. D. de
2 pact. an debitoris syngraphę apud eundem repertæ fidem faciant dissoluti crediti, & distinctione rem dissoluunt, vt Lud. Rom. l. admonendi, num.54. vers. inquantum tamen addit. Sed in argumẽto ad liberationem pertinente plus aliquid propensionis esse debet ad iudicandum. Cùm de obligando quæritur, fuère, qui dubitarent, an reperto apud patronum antiquæ inuestituræ vel professionis feudalis instrumento, probata inuestitura aut professio putãda esset, cùm ad eleuandam fidem rei multi proponant fieri potuisse, vt id nec à vassallo subscriptum esset, & si scriptum probaretur, nec eo tamen animo vt Domino traderetur, & mutari consilium etiam scripti, & furto aut alio tali casu tales tabulas subduci potuisse, quam coniecturam authoritas. l.1. de lat. lib. tol. C. adiuuet. & Bart. & Salyc. l.1. C. de procur. Idcirco tales cautiones pro probationibus compertis non esse accipiendas, nisi & traditas constaret. Contra opponitur scripti vis, nec mutationem consilij præsumendam instrumento tradito, traditionem vero hoc ipso præsumi & probari, quod apud Domini charthophylacium repertũ sit, & in eius manibus; Nam furti enormẽ esse & sine ratione præsumptionẽ, & eas potius de præsumptionibus sequendas, quæ rei & materiæ aptè congruerẽt; idque & alibi legibus indicari in priuatis syngraphis, in quibus nemo probationem exigeret de præsentatione. Denique & quamlibet ignoto & de exteris gentibus profecto, qui mandato procurationis nomen suum contineri diceret, credi ex eo solo, quod instrumentum litis aut mandati haberet, quod ait Bald. l. si qua per calumniã in fin. C. de Epis. & Cler. Bart. l. vulgò. D. de administ. tut. l.3. §. causæ. C. de Carbon. ed. Ant. But. Card. Abb. Zab. Imol. Panor. Fely. c. coram, ext. de off. delegat. idque etiã sine probatione traditionis instrumenti, quod Fely. ibid. ex Io. Andr. & Host. probat. & Imol. clem.1. de procur. Non est igitur necessarium præsentationis instrumentum, si de subscriptione constet, & apud patronum reperitur, præsertim si tempore adiuuetur, & subscriptio aut signa non sunt ambigua, nec oppositæ circumstantiæ proponuntur.

3 Sequitur dubitatio altera & ipsa tribunalibus perfrequens, cùm subscriptiones nullæ in talibus recognitionibus reperiũtur, & vt quodque antiquissimum instrumentũ est, ita tale est. Signa hic Iurisconsulti appellant quæ pridem annulos signatorios appellabant, figuras impressas, ἀποφραγίσματα Plinius lib. Epistolarũ decimo appellat, veluti quadrigam in cera, Sigilla vulgus appellare maluit, nec id ipsum malè, Talia cùm priuatorum hominum sunt, non multo plus habeant fidei quàm subscriptiones ipsæ priuatæ, quibus nulla probationis vis tribuitur ante recognitionẽ, aut probationem. l. rationes. l. exemplo. C. de probat. §. si vero quisquam auth. de instr. caut. & fid. vbi Bart. & Angel. Panor. Fely. & alij. c.2. ext. de fid. Inst. Signorum par & eadem est fides. Quid enim inter hęc interest, si eadem potestas est authoris? quod Bart. Bald. Cast. Alb. putãt. l. si procuratorẽ. D. de procur. Rom Cons.303. Geminian. & Philip. Franc. c. quamuis, de fid. instrum. in 6. Quare non bona sententia est eorum, qui sigilla per se sine subscriptione nil valere ad probationem putant, vt Bal. l. falsus. C. de furt. Bart. & Bald. in proœm. digestor. Bart. & Bald. l. ad testium. §. si quis ex testib. D. de testib. Corset. in singularib. verbo epistola. Quod tamẽ plerique sic intelligunt, cùm signum solum sine tabulis aut instrumentis proponitur: Quo casu non sine causa Bal. in glos. vlt. tit. de pac. Constant. tenet nil probari re, vtpote muta, & inanima, idẽ Io. And. & Host. d.c.2. & alij d.c. coram. Quod si instrumenta aut tabulæ subsignatæ sunt, etiam si subscriptio nulla subsit, hauddubiè eadem fides haberi debet, quæ & subscriptioni (vt ante diximus) hoc est, cùm aut recognita sũt signa cuiusquam esse qui proponitur, aut probata, sicuti & in subscriptionibus priuatis solet. Ac signorum tanto maiorem esse authoritatem conuenit, quanto inter priuatos quoque magis publicè nota sunt, quia subscripto vnius tantum sit hominis, eaque eodẽ ipso in homine valde mutabilis & incerta, paulummodo impulsa manu variabilis, pro ætate, loco, calamo, valetudine quod ipsæ quoque constitutiones imperatoriæ considerant, in auth. de fid. inst. quominus probatio, quæ per literarum comparationẽ dicitur, pro integra habeatur. At signa vniuersarum sunt familiarum, & cuiusque gentilitia certis notis differentiæ additis, eáq; domi, fori vbique in prætoriis, templis, locis publicis, sepulchris, armis, vitro, auro, argento, ebore, specularibus, tumbis, habẽtur, pinguntur, sculpuntur, cælantur. Quare fides maior, & signa multo certiora & pluribus nota, cùm nemo ferè nisi domi & priuatim subscribat, & aliter pater, aliter filius, nec similia duorum effingi commerciis expedit. Ergo parem signo fidem quam & subscriptioni tribuo, maiorem si subscriptio probatur testibus duntaxat, aut comparationem, non etiam ab auctore agnoscitur. Nec mihi quisquam opponat, quod in signis hoc quoque quidam exigunt, vt eorum voluntate apposita probentur, quorum esse dicuntur, quod ego quidem recipio, cùm alieno negotio aliena appensa dicuntur. Sed si eius negotiũ sit qui appendit, nihil amplius exigo, quam vt probetur eius esse; qui appendisse dicitur, nec furtum præsumi debuit. Est enim id ab inconuenientibus metiri regulas, à quibus exceptiones potius formari oportuit, cùm à puris particularibus (vt loquuntur) nil inferatur. Inepta esset eorum collectio, qui ratiocinarentur, in contractibus permutationũ per quam sæpè fraudes fiunt, ergo oblato tali contractu vt fraudulento fides non est permutationis habenda, imo sic potius colligendum, præsumendũ pro contractu, qui talis esse appareat, excipiendum si fraus probetur. Sic etiam signum talis esse & probari, volũtate igitur eius præsumi appositum cùm de eius negotio agatur. Excipiendum, si furto aut falso appensum ignorante Domino probetur. Nam furtum

aut surreptio non est actus ordinatus aut regularis ad hominum commercia, aut rei tam proportionabilis, vt ab eo debeat formari regula, aut actus necessarius destrui. Ergo id potius præsumendum, quod rei magis conuenit, voluntate Domini appositũ, quod glos. præsumpsit verb. intelligendum l. si procuratorem. D. de procur. l. 1. verb. neget. Cod. de reb. al. non alien. ideóque magis pro sigillo quàm pro negante præsumendum, quod Bald. ait d. l. si Procuratorem. Nec probo sententiam Molin. aliter existimantis eo. §. 5. sed ita vt ne sibi quidem ipse eodem loco constet, dũ nec communem ea de re sententiam sequitur, nec in sua constat. Nam cùm magnatum signis tantum fidei tribuit ratione addita, quia fida custodia asseruari soleãt, oblitus temporum in quæ deuenimus videtur, cùm nulla minus fideliter seruentur, & fraudibus pateant, & ipsi illi magnates & Principes sæpè eodem die ducẽtis aut amplius albis subscribant, eáque subsignent, signa vero nullus non Amanuensis in potestate habeat, nõ cubicularius, aut aliquis paulomagis gratiosus. Sic faciũt homines fortunæ magnitudine stupidi, vnde plerósq; periclitatos constat falso inscriptis albis, quod ante admonuêre Host. & Io. And. dict. cap 2. de fid. instrumẽt. & c. 2. de solut. Bald. d. l. 1. C. de reb. al. nõ alien. Quod cùm accidit, non ab incogitantia paucorum abroganda fides subscriptioni in vniuersum, cùm ea res prudentes vix fallat, sed castiganda socordia imperitorum vsus & rerum: Denique parem fidem subscriptioni & signo tribuo. Cætera, quæ eodem loco Molin. exequitur de fide instrumentorum, non sunt huius loci & ad omnem generaliter huius generis probationem pertinent, & ante eum latè est Hipp. Marsil in rub. de probat. C. persequutus & Cano. in c. 2. de fid. instrum. ext. Spec. eod. titulo.

NOTA 4.

1 *Quid* adueu, tenuë, mynu, denombrement, *differant.*
2 *De vi & effectu professionum.*
3 *Quid & quomodo in talibus exprimi debeat.*
4 *Confessionum in realibus vis & effectus.*

c *Adueu, mynu, & tenuë.*] Hic locus est de vocum ety-
1 mo, quarum vis, quod ad res ipsas attinet, penè eadem est *d'adueu, mynu tenuë, dénombrement* quæ ferè sunt homonymæ. Qui tamen ista subtilius considerant, differentiam quandam sibi aduertisse visi sunt, quam tamen penè vsus non recipit, vt *Adueu*, personalẽ magis Domini venerationem spectet, qua vassallus Dominũ honoret, & à persona potius personæ quã à re rei præstatur, *mynu, & denombrement*, minutam & singularum rerum, κατὰ πόδας (vt loquuntur) recensionẽ continent, & fidem nomenclaturam rerum feudalium, *La tenuë*, professionem rerum à re potiùs rei quã personæ collatam, quæ omnia professionis tabulis comprehensa à feudo superiori vassallus se habere agnoscit, quæ non satis aptè vt mihi quidem videtur Molinæus discriminat, nec vim cuiusque exprimit. Latinis quidẽ censualis professio ea fuit qua in censum bona cuiusq; omnia deferebantur, ea forma quæ in l. forma. D. de censib. cõtinetur, fini ordinum discriminandorũ in repub. & militiæ obeundæ pro facultatum modo. *Nos tennës* eadẽ ratione beneficiorũ professiones appellari possunt.

Locus de materia & forma professionis hoc habet, vt omnes omnino res feudales quæque iure feudi habentur, iura, obuentiones, priuilegia, sigillatim & in specie recenseantur, & describantur, quãtum ædium, soli, arui, solarij, specierum, vassallus Domini beneficio habeat, situs rei, quos duos cõfines fundi habeant, quantum prati aut pascui, quantum syluæ, grandis aut

Ecclesiastici hodie non tenentur omnia iura ac res omnes sigillatim describere par leur te-

A cæduæ, quod illa l. forma cẽsuali, exprimit. Ac tametsi non fuit veterum illa tam præcisa necessitas, quàm nunc est, tamen nemo exigit, vinea quot vites habeat, nec ager quot arbores, quod illa lex tamen indicit in censu profitendo, qua in re plerique permolestos se exactores præbere solent exemplo rationalium Regiorum, qui hac in re perquam sunt acerbi & præfracti, & Ordinationibus quibusdam Regijs nituntur eadem de re. Addendum qua quæque lege ab profitentibus habeantur, quot subfeuda subsint, quantum aut nummorum aut specierum debeatur, quamquàm repugnante Iacobino vbi sup. in fin. quantum patrio iure, quantum item quæsito habeatur, quid hæreditatibus obuenerit.

tenue pour laquelle ils disent tenir du Roy à fermẽt de fidelité & debuoit de prestres &c.

Postremò quid eorum omnium nomine debeatur Domino patronouè, additur solemnis professio eorum omnium nomine, vassallum in fidem tutelámque patroni sese conferre, ea omnia eius beneficio haberi. Quare in potestate Domini sese forè bona fide, & sine fraude spondet: Nec refert ea ne expressè & disertè professione contineantur, an relatione ad antiquas professiones facta, sicuti sui prædecessores solebant, quod long. Guil. Bened. persequitur, C verbo vxorem. num. 447. & Molin. §. 5. nu. 66. & 67. Qua in re malignæ multorum cautiones esse solent, cùm nocere volunt; Sed ista ex bona fide conuenit expendi non vt inter infensos, vt neque rixosus Dominus, nec contumax vassallus ferendus sit. Nec tamen vassalli iusta excusatio est, quod oscitantius ista, & in genere sint superiorum professionibus comprehensa, ne quid ipse disertius præstare cogatur. Nam clarius, disertius, expressius omnia (si fieri possit) exprimere cogitur, cùm eius nihil intersit, nec socordia iuri præscribat, quod Molin. attigit. §. 44. q. 20. quo loco id quoque tractat, quid de eo censendum sit, qui sedecim D denarios solarij olim professus, nunc octo tantum confitetur, & facultatibus suis dimidium decessisse aut hypothecæ proponit, hoc est se non tenere totam hypothecam.

Sequitur locus de vi & effectu professionis. Nam 2
de oppugnandis (quod impugnare vulgo vocãt) alibi dicetur, in quo id primùm diligenter peruidendum est, ne errore intellectus à significatione verborum abducamur in diuersos etiam effectus, dum potestatis diuersæ vocabula pro hisdẽ accipimus. Finitimæ sunt confessionis & recognitionis voces hoc quidem in ar- E gumento, sed earum non eadem vis est. Confessionis ea natura est, vt id probet, quod ea continetur, quæ cùm sit in subiecto, quod in stipulationem & promissionem personalem cadit, & parte præsente & acceptante, effectum habet non tantùm probandi, sed etiã disponendi in his de quibus confitens potest disponere. In realibus non idem pollet, cùm in rem non agat, nec statum rei immutare aut afficere possit. Nec enim res confessione naturam suam mutat, vt bos dici debeat, qui verè æquus sit, aut res tua, quæ verè mea est propter confessionem, alioqui non veram. Sic nec res feudalis fit per confessionem, si verè talis non est. Sed F tamen id efficit, vt ea quæ in obscuro & incerto sunt, an talia sint, dum veritas discutitur, talia esse interim probentur, qualia confessio agnoscit. Valet itaque in realibus ad probandum, ad disponendum non valet, quod Bart. Bald. Salyc. Cast. Ias. & alij probant. post. glos. l. cum falsa. C. de iur. & fact. ignor. Itaque si hodie neget qui ante confessus est, interim confessio pro veritate habebitur, dum error detegitur confitentis, cuius probatio recidet in caput confitentis, qui nisi errorem reteget, succumbet confessioni. Proinde error ita demum probabitur, cùm discussa incerti nebula, &

pugna

pugna aientis & negantis sedata, res aliter habere probabitur, quàm confessio cõtinebat, quo probato euanescet confessio, cuius vis nulla est contra verum non magis quàm nebulę contra flagrantem Solem. Id cùm verum sit in confessione expressa, multo magis in tacita locum habebit, quæ ab actu aliquo colligitur per illationem, vt ex solutione confessio de debito, ex cõductione rei alienæ confessio. Inde fit (vt rem propius ad Articuli huius materiam applicemus) vt qui rem feudalem esse agnouit, aut tantum solarij, id est, reditus nobilis deberi, aut tale aliquid, nil in re mutet, si aliter veritas habet, quominus ad cõtrarij probationem admittatur, & verum ostendat. Sed id dum facit pone illi Nemesis, quæ humeris eius incumbat, donec contra esse ostenderit perspicua probatione, id est, nec rem feudalem esse nec tantum reditus deberi, quamobrem nisi probationem accelerat, in possessorio succumbet. Hæc diligenti animaduersione indigent & quanquàm frequentissimè in foro tractatur, vix tamen quisquam rationem satis intelligit, cur ista sic accidant, quod Guydo Papæ tractat singul. 876. Decius. cap. cum super ext. de offic. delegat. & Cons. 665. Idem Papa decis. 272. Molin. §. 1. glosa quinta numero trigesimo secundo. & §. septimo. num. 17. & 22. & in lib. de contr. vsurar. quæstione vigesima.

At recognitio plus aliquid habet, & amplius de contractuum natura mutuatur, cùm & implicitam & ipsa confessionem habeat, & inclusam promissionem de obseruando id quod recognoscitur. Sed cùm fundamentum habeat de iure antecedenti, nec ad nouum producendum emittatur, sed veteris agnitionem, consequitur vt ipsa quoque sit ex causa erroris reuocabilis, si aliter habere detegitur id quod tanquam tale recognoscitur, quod aliqua ex parte tractat Molinæus, vbi sup. & §. 35. quæstione quarta, numero nono & vigesimo. Iacob de sancto Georg. vbi sup. num. decimo tertio & 21. Berberius rectè in viatorio iuris tit. de locat. num. 24. 25. satis explicatè. Atque ista quidem de his confessionibus aut recognitionibus, quę per errorem fiunt repugnante vero. Nam quæ disponendi animo ab sciente & prudente fiunt ab habente potestatẽ, disponũt & ipsæ, & dominium & possessionem transferunt, si hoc scienter & consulto agitur, vt in eo qui rem suam tanquam alienam ab alio conducit, l. si rem aliquã. D. de acq. poss. quod plena manu differit. Molin. d. §. 1. glos. 5. à num. 26. ad num. 34. & §. 35. num. 10. Iacob. vbi sup. num. 13. Bald. l. censualis. C. de donat. Sed id non fit vi simplicis recognitionis aut confessionis, sed dispositionis & consensus dominij translatiui, cùm hoc à sciente actum est. Cęterum id quoque adiicimus, cùm dicimus confessionem aut recognitionem interim pro veritate haberi, id habendum inter eas partes quæ actui interueniunt: Nam tertio præiudicium per eas non fit, veluti si cùm duo vnum vassallũ vendicarent, vassallus alterum agnouerit, per id agnitum non constituit in possessione. Nam cùm vassallus possideatur potius quam possideat, possessionem quã non habet sui in quemquam transferre nequit, nisi continuatio aliorum quoque actuum consequatur, vt fidelitatis, homagij, aut aliorum rei appropriatorum, quod Guid. Pap. rectè scribit. d. Decis. 272. Bened. c. raynutius verbo & vxorem num. 437. & Mol. d. §. 35. q. 4. num. 11. 12. 13. 14. 15. 20. & 23. Chass. d. §. 4. Hæc vehementer annotanda ad actiones rerum & fori.

1 *Quam fidem faciant hæc verba in contractu inter duos apposita*, à la charge de telle rente deuë à tel, ou tenuë d'vn tel.

Sequitur cõtrouersia alia & ipsa nobilis & famige- A rata in foro. An cõtractu inter duos inito hac verborũ conceptione, *Il vend telle terre tenuë d'vn tel, à la charge de cinq sols de rente.* Ex his verbis actio aut probatio Domino absenti & ignorãti nascatur, ita vt fundatam ex his intentionem habeat. Multa hic dici possunt, & persæpè est agitatum. Multa in genere Molin. tractat. de verbis enunciatiuis deque vi eorum, inter contrahentes aut tertios. §. 1. glos. 5. nu. 30. Additur cùm confessionis factæ absente parte nulla sit vis ad probationem, cùm extra Iudicium fit; aliud multis visum, in ea quę scripto facta esset in contractu alieno, cuius semiplenam esse probationem putarunt è schola præstan- B tissimi Bart. l. admonendi q. 4. D. de iureiur. Alex. ibid. num. 41. Ias. in Lectura num. 85. & qui denique in eam legem scripsêre, Francis. Curt. ibid. 138. vers. secundo quærit Bart. latè Io. Baptist. ibidem num. 78. vers. non est omittẽdum Bart. Cons. 123. E Canonistis. Anto. But. c. vlt. ext. de iureiur. Fely. c. si cautio vers. fallit tertio. num. 29. ext. de fid. instr. vbi Butrius loquitur, *d'vn partage faict entre consorts, à la charge de payer telle rente*, & Bart. d. Cõs. 123. Idem Angel. §. si vero expressim, auth. de hæred. & falcid. Rota Decis. 430. in antiq. Alex. Cons. 37. vers. secundo probo vol. 3. Bald. l. cum à ma- C tre vers. sed hic quæro. C. de rei vend. Boër. Cons. 25. Bald. in Rub. C. de fid. instrum. vers. sequitur videre. Guid. Pap. Decis. 24. At Spec. tit. de loc. & emphy. §. nunc aliqua, hoc ipso in casu nullum ius absenti quæri putat, vers. 74. Contra plenam fieri probationis fidẽ tenuit Bald. & eum sequutus Cast. l. desiderium. C. de pos. Sed & Bart. in l. arboribus. §. de illo. D. de vsufr. recognitionem Domini posse fieri putat, illo & ignorante ergo & absente, idem censuit & Iacob. de Sancto Georg. vbi sup. num. 25. & Guid. Pap. Decis. 272. Berber. tit. locati num. 33. Bened. c. raynutius verbo & vxorem. num. 444. ambiguè loquitur. Sed si verum D tenere volumus stricta quidem iuris ratione negandũ ius absenti ex tali contractu quęri posse nomine stipulante pro absente, probationem rectè colligi etiã idoneam ad probandum. Quæ enim frons est negantis, quod lege contractus indictum sit, & pro vero insertum tenori tabularum, aut quis effectus scripti, cùm vniuersarum penè Prouinciarum Consuetudines, qui de alieno feudo contrahunt, hoc ipsum instrumentis inscribere iubeantur, quo iure aut quibus legibus, & à quo feudum habeantur, quod ipsum indictum est nostris, Ord. Regia Francis. I. anno 1536. quæ Valentiæ E edita est, & alia Francis. I. anno 1539. Art. 80. cum modificatione *de l'an 1549. faicte à Fontainebleau*, indicta pœna. Nam ex verbis narratiuis aut enunciatiuis in contractibus appositis præsertim de re feudali, Domini feudi fundatur intentio per regulam l. optimam. C. de cont. stipul. non solum inter contrahentes & successores eorum etiam singulares, quod Socin. scribit Cons. 11. col. 1. & Cons. 13. col. 2. & Cons. 81. col. 2. lib. iij. Francis. Aret. Cons. 112. ad fin. Crauetta Cons. 29. num. 1. quoties ex contractu duorum ius tertio quæritur iure potestatis dominicæ, vnde isti tales contractus faciunt fidem pro Dominis contra contrahentes, F & quoslibet successores etiam singulares in qualitate dominica procedentibus. Quod si simpliciter dictum sit ad onus reditus debiti, sine expressione personæ cui debetur, quod improbi faciunt, potest Dominus cogere taliter ementes ad declarandum, cui debeatur. Rectè Molin. §. 58. num. 60. & seq.

Quibus apparet non frustra, aut sine effectu indici eam necessitatem, quod alioqui fieri non cõueniebat, si nulla vtilitas facti futura erat, cùm id actum appareat, vt de tali professione probatio sumatur. Atque ita olim iudicatũ aresto Parisiensi memini anno sicuti

existimo 1545. *entre le Seigneur d'Espinay & Iean de Carion Mattes, où le Seigneur d'Espinay ne s'ayda que d'vn contract d'acquest faict par ledit de Carion auec vn tier, portãt ces mots, tenuë du Seigneur d'Espinay, à la charge de cinq sols de rente.* quamquam Papo cõtra iudicatum scribit tit. *des droits seigneuriaux*, Art. 18. Sed non semper vera canit Cassandra. Enimuero vim professionum non ad profitentes dumtaxat, sed etiam aduersus hæredes producimus, & quod magis mirum sit etiam aduersus singulares successores & rei detentores, quod Bened. scribit d. verbo & vxorem, num. 446. & Socin. Consil. supra citatis.

Quod ego sic accipio, si eo tempore quo professio facta est, profitens erat in possessione & detentor l. si superatus, & l. & quæ nondum. §. 1. D. de pignor. & Guid. Pap scribit sing. 376. Chass. tit. de censib. §. 2. glos. 1. Boër. tit. de feud. §. 12. in fin. Quod in antiquis professionibus est præsumendum. Sed & professio à detentore quamlibet non Domino vero facta, periculo huius Articuli eximeret, vt ante diximus, & l. 1. §. sed si ego. D. de censib.

d *Dans trois mois.*] Cùm lex duorum mensium facit mentionem, & quæ 61. die venerit audiendus est, l. vbi lex. D. de reg. iur.

e *Depuis qu'il aura eu nouuelle possession.*] Currit igitur hoc tempus à die possessionis apprehensæ, ideo ei qui quacunque de causa non sit admissus, tempus professionis faciendæ non currit feudo forte saisito ex quapiam causa, vt nec regulariter non possidenti. Quod ante diximus & Molin. notat d. §. 6. glos. 2. in princip. quamquam Parisiis hoc tempus currit à die admissionis in fidem, vt & prouinciis plerisque. Quo eodem loco quærit Molineus, an si recusante Domino vassallus per manum supremam à superiore admissus sit, tempus ei currat veluti possidenti.

f *Sur peine de saisie.*] Fit vero præhensio aut Iudicis authoritate, aut priuata ipsius Domini manu, de quo longa est disputatio apud Molin. §. 6. glos. 3. & §. 1. glos. 4. q. 1. Sed vsu nostro insolens est priuata cuiusquam auctoritate fieri, & res esset plena periculi, quod & §. 52. scribit.

g *Et iouyssance.*] Nata est ab hac voce magna materia controuersiarum in foro: Nam cùm sua vi & natura, vox IOVISSANCE plenam dispositionem fructuum importet, multi sensêre hîc quoque Dominum fructus suos facere. Cui sententiæ obstitêre, qui pridem maioribus nostris & Britanniæ nullam legem fuisse dicebant, & ius hîc nouum constitui, quod cùm è vicinarum prouinciarum Consuetudinib. reformatores deduxissent, earum quoque vsum, qualis ea in re esset, spectandum potius quam præcipitatam vocem, quæ reformatoribus excidisset, *de iouyssance*, quæ hîc subsisteret, nõ in propria significatione, sed pro perceptione fructuum pendente præhensione. Extant ea de re prouinciarum Consuetudines pleræque, quarum nulla ferè amissionem fructuum hac de causa sanxit, vt & Prima Paris. Art. 6. Meldens. vj. xx. xv. *Melun.* Art. 41. Senon. Art. 186. Stampensis Art. 41. *Montfort.* Art. 5. *Mente & Meulant.* Art. 14. *Chaumont* Art. 3. *Clermont*, Art. 78. *Valloys* 48 Trecens. Art. 30. *Victry* 42. *Vermandois* 203. *Chaalons* 204. Rhemens. 108. Ambian. Art. 22. *Ponthieu* 73. *Bourgoigne* 15. tit. *de fief.* Art. 4. *du Comté* Art. 4. *Auxerre* 230. *Niuernois* Art. 8. *Montargis* 65. *Orleans* 66. *Perche* Art. 44. *Chasteau-neuf* 16. *Dreux* 139. *Bourbonnois* 381. *Poictou* 93. quæ vno ferè consensu præhensionem statuunt, sed vassallo parente & officium faciente volunt restitui, negántque Domino committi: Fecítque is exterarum prouinciarum consensus, vt nostris quoque idem faciendum videretur, cùm ea de re controuersia incidisset, quam sententiam adiuuit hominum propensio, qui mutato alienæ litis titulo sibi quoque negotium geri prospiciebant, cùm eadem lege & noxa ipsi tenerentur. Iure quidem feudorum nihil est hac de re (quod quidem sciam) constitutũ, nisi quod apud Chass. §. 4. & Io. Sanson. tit. *des droicts de basse iustice.* §. 2. citatam Angeli authoritatem reperi, qua putet ob defectum (vt loquuntur) talis declarationis vassallũ feudo expelli posse. Sed nec ego apud Angelum quidquã tale legi, nec eos quos Chass. citat, & si maximè id haberent, nulla lege tantum pœnę inffligi defendi posset, quod Iacob. disputat d. verbo, qui vassalli promiserũt recognoscere. num. 8. nisi ab homine per sententiam aut denunciationem indicta esset ea pœna, non parẽti & contumaci. Quare existimo, si quis per sententiam damnatus sit res feudales profiteri, cõtumacem pœna fructuũ coërceri posse crescente contumacia, cui sententiæ hic Articulus non obstabit, qui nullam sententiam præsupponit, & vicem habet missionis dumtaxat in possessionem ex primo decreto, vt tædio affectus veniat vassallus, & officium faciat.

ARTICLE LXXXVI.

ARTIC. LXXXI. NOVAE CONS.

LE Seigneur, son Procureur, n'Officier [a] ne prendront aucune chose de leurs subiects, pour la reception des tenuës, mynuz, & declaration des terres, rentes & deuoirs, [b] directement ne indirectement, sur peine de [c] remboursement sur eux au quadruple, & d'estre punis [d] comme exacteurs, sauf que si le subiect veut prendre relation, il payera au Procureur & Greffier par moitié, ou à celuy d'eux qui signera ladite relation, deux sols monnoye & non plus.

DOminus, Procurator eius, aut quisquam alius Officiarius [a] nihil omninò à vassallis exigent, pro receptione tenutarum, dinumerationum & declarationum fundorum, redituum & iurium dominicorum, [b] directè res indirectè sub pœna [c] refundendi, quod acceperint in quadruplum, & pœnam incurrendi [d] tanquam exactores, excepto quod si vassallus velit accipere relationem, soluet Procuratori & Actuario pro parte dimidia aut cuiuis eorum qui subscribet dictam relationem, duos solidos & nihil amplius.

NOTA

NOTA I.

1 *An quadruplo insit simplum.*
2 *Nulla infamia in iudicio priuato, secus in publico iure Ciuili.*

[a] *Ne prendront aucune chose.*] Nihil hîc est magnopere, quod interpretem desideret, & diximus aliquid in §. 22. de Iudicum & aliorum salariis.

[b] *Directement, ou indirectement.*] Quod munus aut donum sonet per se vel obliquè aut quolibet colore, vel per interpositam personam, l. vlt. C. ad leg. Iul. repet.

[c] *Rembourcement du quadruple.*] Ex §. tripli Inst. de actio. vbi Io. Fab. & Anch. vt litig. in exord. litis iur. &
1 l. 1. C. ad leg. Iul. repet. Superuacua hîc fuerit dispu-
A tatio, an huic quadruplo insit simplum, an item totum parti, an pars etiam fisco applicetur de quo Doct. in d. §. tripli & §. quadrupli, litigant. Nam hîc totum parti applicatur, quod vox *(rembourcement)* per se importat, & sequens clausula, quæ publicè cauet.

[d] *Comme exacteurs.*] Extraordinario Iudicio scilicet, & 2
pœna concussionis l. 1. D. de concus. & quod est priuati Iudicij, ideóque condemnatio ex eo sequuta iure non infamat, quod mirandum videri possit, & notat glos. & Doct. l. infamem. D. de public. iud. Sed repetundarũ lege tales coërceri possunt, quod publici Iudicij est, ideóque semper infamat. tex. & glos. l. 1. D. de concus. Sed hoc casu tantum pœnarum irrogari non conuenit, nisi frequentia delictum augeat, aut magnitudo exactæ pecuniæ, ex quibus mutari prosecutionis titulos contingit.

ARTICLE LXXXVII.

QVAND [a] le Seigneur [b] marie l'vne de ses filles, il doit estre aidé [c] par ses hommes, du prix de la rente que ses hommes doiuent chacun an [d] par deniers. Et ainsi [e] doublera sa rente pour celle annee & n'a ceste aide, fors pour l'vne de ses filles. ARTIC. LXXXII. NOVAE CONS.

QVando [a] Dominus [b] vnam ex suis filiabus in matrimonium collocat, [c] vassalli præstare debent opitulationem, de pretio reditus qui quot annis debetur à vassallis [d] in pecunia. Et sic [e] duplicabit suum reditum huius anni, & non habet hanc opitulationem nisi pro vna aliqua filiarum.

NOTA I.

1 Aydes coustumiers, *origo, consideratio, & Consuetudines de his.*
2 *Obsequia feudorum determinata & indeterminata.*
3 *Opitulatio pro expeditione sacra cuius temporis.*

1 Iam inde hinc agit Consuetudo de his quæ vulgo, *aydes coustumiers* appellant, id est opitulationes quæ Consuetudine indicuntur. In quo argumento idem quod sæpè alias accidisse videmus, vt quæ pridem officia humanitatis & beneficẽtiæ fuêre, ea cum tempore vsurpatione & potẽtiorum opibus in necessitatem trãsirent. Idque imprimis mirum tam multarum prouinciarum consensu obtinuisse, non omnibus quidã omnes quæ memorãtur, sed aliis alias. Nec nouitium inuentum est, cuius iam olim Dyonisius Halicar. vetus autor in romana historia meminit lib. ij. è schola celeberrimi quoque Iurisconsultorum, Roff. Beneuentanus. Io. Blanchus Speculator. Io. And. Hostiens. Bart. Bald. Cast. Imol. Alex. Luc. de Penna & alij plerique. Sed sine modo exigi non sine causa quæstus est Petrus Iacobi Iurisperitus, præstanti vir doctrina. Operæpretium non fuerit hîc inquirere, an ab vllo præterquam à principe iure quidem cõmuni eiusmodi aut similes collationes indici possint, de quo ante disseruimus Art. 56. & scita est tractatio tex. l. Domini prædiorum. C. de agric. & cens. Boer. Decis. 116. Parpal. l. placet. C. de Sacros. Eccles. Iacob. de Sancto Geor. tit. de feud. vers. qui quidem inuestiti num. 75. & idem tit. de homag. num. 33. & verbo promiserũt præstare seruitium num. 22. Aufrer. item de Off. ord. Gallus parte 5. art. 60. Guid. Pap. singul. 13. Nec item, an Consuetudine fieri aut constitui tale ius possit, quæ

Argentraus, in Cons. Brit.

B tractatio non ita multum dubitationis habet, & scholis potius conuenit, quando vsus & experimenta tam expediuêre. Extant eo iure plerisque prouinciis Consuetudines Turonũ, Andium, Cenom. Borbo. Aruer. Burgund. Aurelian. Ambian. Pictonum, Lemouicum Agenuens. Petragor. Aquitanorum. Sed & in Prouincia Narbon talis ab Antibolo traditur & Draguiniani & Neapoli ab Matth. Afflict. Haud scio & an alibi, quibus tres, quibusdam quatuor, aliis sex eius generis intributiones sanciuntur. Nostra hac vt apparet etiam plures, & iam ante notarat Roff. Beneuet. & ex eo Specul. in tit. de feud. §. quoniam ad fin. & tit. de Off. ord. & maior & obed. ad finem. Host. in summa tit. de immu. Eccles. Lucas de Penna l. vlt. vers. præterea. C. de exact. trib. lib. x. Iacob. de Sancto Georg tit. de feud. vers. qui quidem inuestiti præstite-
C runt iuramentum. num. 71. Io. Raynaud. in suo comprehẽ. feud. §. firmiter. Antibol. in libello de munerib. §. 2. vers. potest autem. & §. multiplex. num. 59. & part. 2. §. restat. num. 10. & 11. & part. 3. num. 94. Alex. a Bart. l. placet. C. de excusat. num. lib. x & alij quidam. Quis tas vulgò Neapoli, alibi collectas vocant. Sed has tamen iure potius Consuetudinario quam propria feudi natura vendicant, sunt enim ista iuris Consuetudinarij tametsi antiquissimam habent originem & vetustissima exempla, quod ea officia iam olim à clientibus præstari patronis solita scribit. Halicarnas. & aliquid ea de re coniunctum videri potest cum his operis & muneribus, quæ etiam sacramenti necessitate exigi olim per patronos à libertis solita scribit Iuris. l. 7. §. iurare. D. de op. lib. & l. vlt. D. de lib. caus. nuptialitia, natalitia, xenia & alia. Habent igitur ista à Consue- 2
tudine locali originem, & fundamentum ab antiquitate & iure Romano exempla, alioquinni Consuetudo

ius hoc induceret, nulla lege exigi possent, l. Domini A prædiorum. C. de agricol. & cens. lib. xj. cum præsertim vbique feudis vti vocāt pactionatis vtamur, id est, quæ lege, conuentione, & pactis certis sunt conclusa & concessa, præter quæ nil noui oneris aut intributionis indici potest, cùm determinata & limitata suis finibus habeant onera, seruitia, & debita (vt loquuntur) quod Io. Ray. rectè disputat d. §. similiter nu. 33. Bald. l. de quibus. C. de fid. libert. l. 1. C. de mulier. & quo loc. munet. sex. cong. Iacob. vbi sup. num. 75. & vers. dicti vassalli promiserunt præstare seruitia q. 22. glos. c. 1. §. vlt. tit. de cap. qui cur. vendid. additur ratio, quia Do- B minus paciscendo de certo debito, reditu, seruitio, ab illa larga, indeterminata, & infinita seruiendi necessitate recessisse videatur speciali prouisione, discedendo à prouisione legis. nec vassallus alia lege acceperit, ne sicut olim ad qualecunque Domini arbitrium vassalli obsequia circum agerentur, ex his quinque causis quæ continentur c. 1. tit. de noua for. fidel. Erunt igitur nobis patriæ leges spectandæ, nec nos alienæ tenebunt quamlibet specioso prætextu, ne si vltra marinæ quidem expeditiones proponantur, qua de causa cæteræ
5 penè omnes vassallos obstringunt. Et est illa quidem C causa non proinde vetus, vt quæ post annum Domini 1100. indici cęperit, Cum Mahumetis successores Calyphæ Syriam, & deinde Ægyptū occupassent, & ipsa quoque Hierosolyma, cohortatione Vrbani Pontificis, & obtestatione Patriarchæ Hierosolymitani Consilium patrum Claromonte conuenit, quo totius Occidētis Principes commoti arma populariter sumpsēre. Ac tum primum vltramarinæ celebres illæ expeditiones cœptæ, sumpta crux & suscepta vota annis, antequam hæc scribimus, quadringintis sexaginta septē. Ex quo apparet ad pristinas feudorum leges, quæ de opitulationibus beneficiariis haberentur, hāc quoque D sanctitate incepti & fauore causæ addi cœptam. Nec paruum in eo discrimen est, Consuetudine quis an priuata conuentione, facto, aut præscriptione ista vendicet. Quia quod Consuetudine, id est, iure vniuersali & populari tribuitur, non vtendo non amittitur, & omnes qui vsquam vassalli sunt eodem iure tenētur, cùm lex ista sit feudi indita necessitate à Consuetudine, & implicito ab natura eius iure: Nec enim vllum feudum est, quod talia non debeat. At hæ conuentiones quæ facto & pactis priuatorum ineuntur, vt nec partium personas, quæ consentiunt, transgredi possunt iure E scilicet particulari & singulis alligato, ita non alios tenent quam qui consensēre, nec aduersus alios præscribuntur quam qui præstitēre, & non vtendo amittuntur; quod valde notandum est, ne ignorata debiti causa tenebras offundat ad discriminandas cognitiones, de quo Alb. in Rub. C. quæ sit long. Cons. q. xj. post Cy. & Pet. de Bellaper. Ant. But. & Barbat. & alij c. ad audientiam. ext. de præscrip. Boër. d. Decis. 126. num. 4. Iacob. d. tit. de homag. num. 37. Antib. latè vbi sup. parte 2. §. testat. & latius differemus in Art. tit. *des appropriemens*. F

NOTA 2.

1 Aydes *vsufructuariis non debentur.*
2 *An pro desponsa competant.*

1 [a] *Le Seigneur.*] Proprietarium intellige, non idem in creditore, aut vsufructuario, aut doaria cui ὑπόβολον debetur. Nam tametsi id in fructu dici potest, ha-
2 bet tamen plus aliquid personalis reuerentiæ & obsequij, quod separari à persona nequit & incessibile est, vt reuerentiales operæ libertorum in iure. Quod & Mas. dixit tit. de taliis & Matth. Afflict. lib. iij. Constit. 17. num. 25. & 26. tametsi cum distinctione. Sed & A cùm dicit *Le Seigneur*, fœminam quoque concipi intellige, vt idem & mater possit.

1 Aydes, *maritandæ filiæ causa.*
2 *Ad hæredem hoc ius non transit.*
3 *Quid si gratis collocata sit.*
4 *Quid de spuriis & naturalibus.*
5 *An pro filio competat.*
6 *An pro moniali.*
7 *An pro maritata inconsulto patre.*
8 *An pro sorore.* B
9 *An pro matre.*
10 *An auo pro nepte.*
11 *An filiæ pro seipsa.*
12 *An Domino pro seipso.*
13 *An matri pro filia.*
14 *An marito pro sua filia.*

[b] *Marie sa fille.*] Perquam vetus exemplum & opitulatio cuius disertè Halicarnas. meminit. Ἔδει τις πολίτας τοῖς ἑαυτῶν πενιχραῖς θυγατράσι σὺν ἐκδίδοσθαι γαμουμένας εἰσφέρειν πατρίδος χρημάτων. C

Extant etiam exempla virorum illustrium quorum 1 filiæ inopes publica collatione aut populi aut priuata amicorū sint collocatę, vt Caij Caligulæ Cęsaris, quod Suetonius tradit, & C. Scipionis filia ex ærario & aliorum, & Pauli Æmylij filiæ duæ, & Aristidis. Estque intributionis species ista omnibus penè Prouinciis communis, quæ opitulationibus vtuntur, nec vlla non eo iure vtitur, quamquam iure ciuili negent, cuiquam tantum esse iuris, & de suo cuique filiam suam esse collocandam, quod Bald. ait d. §. simpliciter. tit. de proh. feud. al. per Freder. Alex. Cons. 35. vol. 2. Ioh. Fab. Cast. & l. 3. C. de stat. & imaginib. Bald. & Castr. D l. neminem angariarum C. de Sacros. Eccles. Bald. l. ex hoc iure. D. de Iust. & iur. Ioh. Raynaud. vbi sup. num. 26. Guid. Pap. decis. 57. & iterum sing. 13. Afflictus d. decis. 17. Pet. Iacob. vbi sup. num. 75. Lucas de Penna d. l. vlt. C. de exact. tribut. Antib. latè 2. parte princip. §. testat. num. 7. quorum omnium stat sententia neminem de alieno dotem filiæ petere, iure quidem communi posse.

Porro cùm dicit, *marie sa fille*, intelligi etiam conuenit, si desponsa duntaxat sit, si tamen matrimoniū re & effectu sequatur. Nam totus fauor & finis dispo- E sitionis est in matrimonij consideratione, & conditione filiæ quæsita, ex sent. Bart. & aliorum l. titio centum. §. titio genero. D. de cond. & demonstr. Dubitatū 2 est, cum viuens pater filiam collocasset, nec intributionem exegisset: In quo non puto opitulationem deberi, cùm ad heredem non transeat, sed patris id ius sit in filia, quod cum defuncto extingatur, tum quia mortuo patre hæres eius habet, vnde collocari possit aliunde; nec eadem necessitas indicatur fratri dotandi quæ patris fuerat, quod Chass. disputat Rub. 1. §. 4. glos. verbi *Mariage*. num. 9. Sicuti è contra si filiam pa- F ter collocauerit, nec eam opem exegerit, ea excidisse putari non debet, si postea velit exigere ante solutam dotem, de suo quippe eadem necessitas est soluendæ dotis iam promissæ, quæ & promittendæ fuit, imo multo maior, quod Afflictus censuit, d. Const. 17. dubitatione 14. & Bart. auth. resque. C. communia de legat. quo loco quanquam non putant patrem cogi posse ad eam dotandam quæ iam nupta sit, nec alere eam quæ se alere possit, tamen aliud iure existimant, cùm à præcedenti patris obligatione necessitas exoluendæ promissæ dotis proficiscitur, sicuti & de alimentis traditur.

Sed &

3 Sed & cùm collationi filiæ ius tribuit Conſuetudo, intelligitur cùm impendio patrimonij & rei familiaris imminutione fit, alioqui gratis collocatæ non eadem cauſa, veluti eius cuius forma pro dote accepta eſt, quamlibet gratis ductæ. Nam Cõſuetudo non lucrum aut mercaturam patris reſpicit, vt rem inde faciat, ſed facultates eius ſubleuari, vt illi de ſuo quamminimum pereat, in quo tota diſpoſitionis conſideratio eſt; quod ſi nupta eſt, quamlibet gratis habet pater, quod exoptat præſertim nobilis, qui ad dotem maritatæ non tenetur, niſi ante promiſſam. Ea ſententia eſt Iacobini vbi ſup. nu. 76. quam ex Io. Raynaud. retulit.

4 Dubitatũ, an ſpuriæ quoque hæc diſpoſitio prodeſſet, in quo aduerſariæ dicuntur ſententiæ. Mart. Laud. c. 1. an apud. Iud. vel dom. feud. cauſ. ter. deb. putauit prodeſſe, & ad ſpurias quoque prorogandam, quia ad earum quoque alimenta patrem teneri iure traderetur, ſequutus eſt Card. Alex. d. §. ſimiliter. Tu in totum ſic habe, in diſpoſitionibus à iure communi exorbitantibus & priuilegiariis, quæ ius ſingulare continent, non eſſe ſententiã à perſona expreſſa ad aliam non expreſſam corrigendam, de quo noſtra eſt longior commentario Art. 224. Quod hoc ipſo in caſu dixit ex Iſer. Conſt. Neapol. 17. vi dubitatione, & Iacob. tit. de feud. verſ. qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum, num. 79. per Deciſ. Innoc. c. vlt. ext. de off. archid. Eſſet enim hoc Conſuetudinem nouam condere potius, quam antiquam interpretari; Cùm præſertim noſtra expreſſa ſit Conſuetudo, quæ ſpurios quidquam de bonis patris capere vetat quolibet titulo, Art. 450. non igitur dotis, aut alimentorum, aut alio, & rectè contra Chaſſ. putauit d. §. 4. At Boër. Deciſ. 127. longa diſputatione tandẽ concludit ſubditos moderatè, nec ad iuſtæ prolis modum Dominos adiuuare debere in ſpuria dotanda, atque ita vſu obſeruari, atque adeo ita iudicatum, areſto. Ego pernego, nec filiorum panem mitti canibus oportere, nec æquari honore eodem dotis, debere, Papo areſtum quidem, ſed ex Boër. citat. tit. *des droits de taille*. Art. 2. Non idem tamen putant in inceſtuoſa, ſed in naturali dũtaxat intelligi volunt.

5 Quod in filia dictum eſt, non putant ad filium maſculum producendum, quia intributionis nõ ſit ratio par, cùm dotem filius capere ſoleat non dare, & verum eſt, quod Io Ray. ſcribit vbi ſup & ex eo Iacob. de Sancto Georg. vbi ſup Boër. Deciſ. 130. Spec. d. tit. de feud. §. quoniam. Afflictus d. Conſt. 17. Barbat. c. relatum. ext. de teſtam. & ego probo.

6 Ne monaſticam quidem profitenti idem iuris, quamuis multa hoc in genere comminiſci ſcholæ ſoleant, & argutari à matrimonio carnali ad matrimonium ſpirituale, inepta tranſitione & futilibus argumentis à ſeparatis, de quo Fely. diſputat. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. ext. de Conſtit. & quos congerit Boër. Deciſ. 126. num. 12. Afflict. d. Deciſ. 17. num 32. Iacob. ſup. Bened latè c. raynutius verbo. dotem quam dederat. Chaſſ. d. § 4.

7 Nec item filiæ, quæ inconſulto patre nupſit extra cauſas legum, neque enim filiæ hoc ius tribuitur, ſed patri filiam collocanti. Nec melior debet eſſe conditio filiæ per ſe nubentis inuito aut inſcio patre, quàm eius quæ à patre collocata eſt, ſed gratis & indotata. Ergo cùm pater talem dotare non teneatur, nihil eſt quod de ea cauſa à ſubditis repoſcat, de quo diſſerit Chaſſ. §. 4. ead. gloſ. num. 16. Boër. Deciſ. 130. num. 8. Ioann. Sanſon. tit. *des loyaux aides*. §. 4.

8 Nec fratri ſororem collocanti idem quod patris iuris eſt, quod Alex. ambiguè diſputat d. Cõſ. 35. vol. 2. Franciſ. Brun. Conſ. 104. Ioann. And. add. ad Spec. d. tit. de feud. Afflict. Io. de Iſer. d. Conſt. 17. Boër. Deciſ. 129. quo loco pro ſubditis contra ſententiam ſuam iudicatum ſcribit anno 1529. & ex eo recitat Papo. vbi ſup. Art. 3.

Vt nec filio pro matre collocanda ſecundo viro, 9 quod Boër. ſcribit. d. Deciſ. 129. num. 10. Afflict. vbi ſup. nec pro amita vt ibid. num. 21.

De auo in collocanda nepte ex filia ex cuius per- 10 ſona id ius competebat, non ſine ratione dubitatum. Contrariæ rationes dicuntur, ac propemodum eſt vt cenſeam hîc locum fieri Conſuetudini, ſubrogatione & repræſentatione neceſſariæ & tam coniunctæ perſonæ, de quo Afflict. ibid. diſſerit num. 18. & 35. Tiraq. in libro de primogenitura q. 79. Chaſſ. d. §. 4. Antibol. vbi ſup. §. multiplex. num. 77.

Sed nec filiæ patris hæredi pro ſeipſa collocanda 11 idem iuris eſt, quamquam ratio obiicitur de matrimonij fauore, ſed vt iam diximus, ius id non filiæ ſed patri filiam collocanti tribuitur ad inopiam ſubleuandam, quæ eadem ratio in filia hærede non eſt, & mutatione perſonæ variat, de quo Maſ. tit. de ſucceſ. col. penul. Card. Alex. & And. de Iſer. c. 1. §. donanti tit. qual. olim feud pot. alien. Boër. Deciſ. 130. contra putauit.

Sed nec Dominus pro ſeipſo cum vxorem ducit, 12 cùm dotem accipiat, quod Afflict. ſcribit d. Conſt. num. 21.

De matre filiam collocante poſſet videri ratio om- 13 nino par cum patre, cui hoc attribuitur. Afflictus putat, qui dotare non teneatur nec hanc intributionem poſſe exigere, matrem non teneri ergo nec indicere poſſe. Ego vero exiſtimo nõ eſſe ius hoc intributionis neceſſitati, ſed voluntati tribuendum, hoc eſt non inquirẽdum, an pater aut mater dotare neceſſe habeant, ſed an velint, promiſerint & conſenſerint, nec hanc vocem, LE SEIGNEVR, neceſſariò de patre intelligi, ſed & fœmininum concipi, vt & matrem quoque ſignificare debeat, cùm ſit appellatiuum.

Naſcitur ex hac alia, an maritus à vaſſallis vxoris, 14 communis filię nomine tales intributiones poſſit exigere, de quo Chaſſ. ambigit d. §. 4. & contra confirmat, & poſſe putat Conſ. 60. & ego probo ex Art. 505. quo dotare filiam feminæ maritæ permittitur, ſine compenſationis ſpe ad debitæ quidem ſucceſſionis modum.

NOTA 3.

[c] *Par ſes hommes*.] Hic ſubiectionẽ notat ex cauſa feudi prouenientem, ſiue Iuriſdictionẽ habeat per ſe ſolam, ſiue feudum ſine Iuriſdictione, quod Chaſſ. notauit d. §. 4. gloſ. verbi *& ſur ſes hommes*. & Iudicatum areſto ſcribit Papo, vbi ſup. art. 6. Poteſt igitur intributionẽ indicere etiam, qui ſubiectos habet ratione Iuriſdictionis tantum: Sed vſus noſter feudum ſine Iuriſdictione non nouit, nec Iuriſdictionem ſine feudo.

Porrò quod de ſubiectis ſcribit, de immediatis intellige; nam his qui ſecundaria beneficia habent, hoc eſt *en arriere-fief*, ius non eſt indicendi, qua de re diſputat Iacob. tit. de homag. num. 35.

Nec vero quod multarum Prouinciarum Conſuetudines faciunt, hic nobiles vaſſallos excipit, quare generalis & indeterminata diſpoſitio generaliter intelligenda, nec diſtinguendum vbi lex non diſtinguit, & huic diſpoſitioni nobiles quoque ſubijci, quantum quidem perſonæ nobili conuenire poſſunt hæ intributiones, intelligo.

[d] *Par deniers*.] Diſpoſitio limitata ideóque non eſt producenda ad alias ſpecies debitas.

[e] *Doublera*] Hoc idem fieri ſcribit Boër. in his opi-

tulationibus omnibus, quæ determinatam quantitatem, aut modum erogationis Consuetudine non habent, & nominatim in Aquitanis, Lemouicibus, Petrocoriis, & Agennensibus, & quæ alibi ex modo facultatum & necessitate erogationis æstimentur arbitrio incerto, duplo apud eos finiri, quod Afflict. scribit, dubio 11. quod & faciendum tum quoque putant, vbi distinita quantitas non est, & arestum ea de re profert Papo vbi sup. arest. 5. & extat Leonis Græca quædam Constitutio, quæ in moderatione eorum, quæ εἰσδικὰ Græci vocant, eandem rationem sequendam statuit.

An sæpius hæc opitulatio competat.

[f] *Fors pour l'vne.*] Vna aliqua etiam si maxima natu non sit, tribuit enim id ius Consuetudo pro vna aliqua data patri optione, qua de re Doct. & in specie Afflict. disserit. d. Const. 17. num. 10. quia & vis dictionis aliqua de vna & incerta dici debeat, quod ille longa disputatione persequitur.

Sed magna dubitatio an pro eadem sæpius tribua- A tur veluti si amisso viro denuo nubere velit; Primus Masuer. semel tantum deberi putauit in tit. de taliis. §. item quatuor. Papæ Decis. 57. latè Boër. Decis. 126. & 131. Chass. d. §. 4. Tiraq. latè. l. hoc sermone. §. boues. num. 14. D. de verb. signif. & rursum tract. de primogenit. q. 70. Afflictus vbi sup. Antibolus vbi sup. §. multiplex. in fin.

Mouit quæstionem Antibolus, an is Dominus cui id ius competebat, si in Ecclesiam feudum suum transcripsisset, cui filiæ esse nullæ possent, nec militiam assequi, an eo iure vti posset, aut alio mutare, & rectè putat non posse, quia talis dispositio personæ Domini non congrueret, nec hi casus existere possent, B nec verba, ergo nec dispositio (quod ego sic accipio de his quidem quæ conuenire nequeant) alioqui si conditio non prohiberet contra censendum, vt in casu Art. 89. si Episcopus aut abbas, aut sacratus bello sacro captus est, aut bono publico militans, aut in casu Art. 91. 92. quare non est sine distinctione accipienda Antib. sententia. §. à modo expedi. num. 85.

ARTICLE LXXXVIII.

ARTIC. LXXXIII. NOVAE CONS.

[a] Q VAND le Seigneur est faict [b] cheualier, & aussi [c] son fils aisné, ses hommes luy doiuent faire pareille ayde que dessus.

[a] *QVando Dominus exornatur [b] equestri dignitate aut [c] filius eius primogenitus, vasalli debent ei præstare similem opitulationem quàm suprà.*

NOTA I.

1 *Ornamenta equestria etiam non equiti conferuntur.*
2 *Sed an tali opitulatio competat.*

[a] *Quand le Seigneur est faict.*] Est & hæc intributio cæteris
1 quoque Prouinciis & regnis ferè communis & vsurpata, nec ferè variant hac in re. Et fuit is honos balthei maioribus nostris vehementer expetitus, & à Baronibus secundum decus. Nunc multitudine ambientium, qui inanibus & sine re titulis tument, cœpit vilescere. Id vero ornamẽtum, quia sustineri ex dignitate sine pecuniariis impendiis non poterat, visum priscis nouum honorem festa subiectorum gratulatione & Officiis excipi. Attingit hoc quoque Halicarnas. cũ codem loco clientibus, id quoque incubuisse scribit erga patronos vt ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἢ χρηματείαις καὶ ταῖς ἄλλαις εἰς τὰ κοινὰ δαπάναις τῶν ἀναλωμάτων μετέχωσι. Ac fuit penè illud quoque simile, quod in auro coronario veteres vsurpabant, quod imperatoribus decreto triumpho in vsum coronarum conferebatur ab populis, sed decreto demum triumpho, quod Cic. In oratione in Pisonem scripsit, quod tamen nisi Consuetudine inductorum exigi vetat l. 1. C. de aur. coron. & hanc intributionem nominatim Io. Blanchus Massiliensis improbat, nisi Consuetudine inductam, & Iacobinus ex eo recitat. Sed tamen exactas etiam ab Iulio Cæsare plurimas ab regibus coronas aureas auri coronarij nomine scribit. Dion. lib. xlij. & xlix. quo loco ille author scribit plerósque prætores quamquam Magistratu exiguo, impetratis ornamentis triumphalibus multum eo nomine auri à Prouincialibus exigisse. Hoc in genere fuère & xenia, quæ præsidibus & proconsulibus Prouincias ingredientibus conferebantur, de quibus l. solent. D. de Off. procons. vt nunc legatis & locũ tenen- C tibus generalibus Regum, & Episcopis ouantibus in iucundo (vt loquuntur) aduentu cùm Episcopatus auspicantur, alibi charitatiuum subsidium appellant, de quo longa est disputatio apud Boër. in decis. 133. & aliquot sequentibus.

Ant. Rom. Halic. lib. xj.

NOTA 2.

1 Nobles, Escuyers, Cheualiers, &c.
2 Bachelliers.
3 Bannerets.
4 Barons.
5 Cheualiers de loix.
D 6 *Imaginaria militia.*

[b] *Cheualier.*] Hic Ordo ab antiquis honorum traditur, 1 quorum fuère olim militares functiones, aliquorum etiam promotiones in re militari, posterius titulorum patrimonialium, cum functionibus præpositi prædia temporario primum deinde perpetuo beneficio sibi à Principibus impetrassent, mansit deinde & successoribus quoque is honos, quod Ælianus scribit. *Escuyers*, scutarij Marcellino & Procopio lib. iiij. Gotthicæ hist. dicti, qui scutũ ducibus aut patronis præferrent, posterius & stratores qui Dominos in equos tollerent & equos regerent, isque primus inter cæteros gradus nobilitatis. *Bachelliers* secundo ab his gradu Buccellarios 2 E media ætas & inclinans imperiũ vocarat, qui fuerant custodes, & corporis protectores. Horum Gregorius Turonẽsis meminit, vt de Odyla, qui Buccellarius esset Ætij, qui CõmentariaGreca in Basilica scripsit, βουκελλάριος ὑπασπίζοντα στρατιώτην interpretatur. Meminêre eorũ & Visigothorum leges, & hoc correlatiuè ad vocem patroni *Cheualiers* gradus promotionis de scutariis & buccellariis fuit ad equestrem gradum & decus balthei. *Bannerets*, inter equites & ipsi, sed meliori etiam 3 gradu

gradu, quibus vexilli authoritas ab experimentis esset quæsita, fuit enim vox *de banniere*, eadem quæ nunc *de Cornette*, quibus ducatus turmarum tributus erat, qui virtute & opibus antestabant, quod Frossardi historia sæpe indicat.

4 De Baronis origine quædam ludit magis quam explicat Alciat. lib. parerg. 5. c. 15. Barbaræ vocis originem inter Latina nomina consectari Delphinum est syluis appingere & fluctibus aprum. De Marchionum origine longa disputatio est. Alciatus aliud quiddam & Amerbachius apud Zazium, putât lib. de feud. parte 5. Ducum Imperatorum, & Comitum ea potestas fuit, quam vocis indicant, Almyralorum ἀπὸ τῆς ἁλμυρᾶς, analogiam repetunt, diuinatrix est coniectura. Senescalorum, Barbara vt & Marescalorum, Bailliuorum, Francicam volunt esse vt Burgrauiorum, Landgrauiorum, Margrauiorum, & qui ab ministerij diuersitate nomina ducunt, & Germanicæ sunt origines & Cuiacius tit. 1. de feudis. de his inquirit, & Beatus Rhenan. lib. de rebus Germanic.

5 Cæterum quod ad vocem, *de Cheualier* attinet, ea fuit quam diximus origo virtute primum bellica parta, quamquam & alterius etiam ordinis hominibus vmbratilis veri honoris imago interdum tribuitur, vt qui sunt in toga, quos veteres appellabant *Cheualiers de loix*, vt Frossardus subinde appellat. Interdum & aliis in sago, sed in strenuis & ipsis & delicatulis istis qui nutus Principum obseruant, & per pudenda obsequia sæpè emergunt & illudunt strenuorum industriæ. De quibus an iisdem priuilegiis frui debeât multum aliquando disputatum est, de quo Ang. Cons. 177. incip. visis instrumentis Bart. & Ias. l. milite. C. de procurat. & alij alibi Antib. tract. de munerib. §. amodo. num. 7. & 11.

Sed tamen priscum est ordinis equestris ac senatorij etiam, atque adeo triumphalia ornamenta ab Imperatoribus talibus concedi, tametsi nec equitibus, nec senatoribus ipsis, quod ex veteri historia apparet, & ex illo Dionis loco quem ante citauimus lib. xlix. & Liuius Masinissæ donata ab Scipione scribit lib. xxx. & Tacitus lib. iij. ab Cæsare, Iunium Blæsum & alibi Quirinum & frequenter talium meminit Tacitus & Paterculus in historia Tiberij. Sueton. in Augusto, Supra 30. ducibus (inquit) instar triumphos & aliquanto pluribus triumphalia ornamenta decernenda curauit. Horum fuêre quædã quę ad successores quoque transirent, quædam nõ item, vt & equestrium quoque ornamentorũ, magna horum pars baltheus aut torques, olim anulus aureus, & latus clauus & phalera, de quibus insignis locus apud Plyn. l. 34. c. 2. cuius splendo- A ris ea sola vis esse potuit, vt hisdẽ honoribus fruerentur, quod & Bar. d. l. milites indicat, & Saly. l. 1. C. de iur. & fact. igno. & Ias. l. milites, D. de re iud. Fely. latè in proœm. Gregor. Affli[illegible]. Const. 31. lib. ij. in fine. Fuit 6 enim & antiquis quoque imaginaria quædam militia eorum, qui extra numeros erant titulo tenus & absentium, fini tantum fruendorum honorum, vt qui Magistratus aut Canonici creantur, vt loquuntur, ad effectum consequendæ præbendæ Canonico debitæ, aut qui honoribus perfuncti eiurato Magistratu à Principibus impetrant vt Curiam ingrediantur, & sessum *Hodie cum* admittantur, muti tamen & sine suffragio, inani ima- *suffragio.* gine pristini honoris delectati, priuilegiis tamen vtuntur prioribus, de qua militia meminit Suetonius in B Claudio. Tales sunt quos ad honores creatos appellamus, vt qui Curiam sectantur nec vacuas sedes repeniunt & codicillos inanes obtinent nomine eleemosinariorum, *des gentils-hommes de la chambre*, & talium. Quod ad hunc locum obtinet vix probari posse existimo, vt sic facti equites intributionem possint indicere, quia sine sumptu adipiscuntur, & beneficentia Principis. Sed ne eorum quidem, qui armis quæsierũt vltra rationem habendam puto, quam vt armorum & equorum comparandorũ causa intribuatur. Proinde nullam vnquam in foro intributionẽ petitam animaduerti quamquam loco percelebri; & penè mendicantis est, & eius qui dignitatem sustinere nequeat. Nec vero eius, qui sponte nec coactus equestrem gradum subeat recipiẽdam postulationem Io. Ray. & Afflictus putant, nisi dignitatis sustinendæ necessitas impellat, C cuius rei vt perquam difficilis æstimatio est, ita frænum Consuetudini nullum adhibendum puto generaliter statuenti, & generaliter intelligendam existimo, quęcumque causa impulerit honoris etiam appetiti, & ornamentorum, quæ cuius pro naturali propensione expetuntur.

[c] *Son fils aisné.*] Hîc (non quomodo superiori Articulo) dispositio ad filium natu maximum adstringitur, nec de paritate rationis arguendum est, adstricta & alligata ad personam expressam dispositione. Nam & à contrario si de patre tantum expressum esset, negant ad filium porrigi dispositionem oportere, ex sententia Boër. decis. 130. & Afflicti d. Cons. 17. num. 5. Sed expressio dubium tollit & pro filio quoque intributionem indicit, sed eo natu maximo; quare pro secundo natu filio extante primo natu indici nequit, quod & Antibolus sentit d. §. multiplex. num. 73. & seq. nec amplius quam semel quamuis præmortuo, alius locum eius ingrediatur, etsi contra Antibolus putat.

Article LXXXIX.

Q[a]VAND le Seigneur est pris en guerre [b] pour le proffit commun, ou pour son souuerain Seigneur, [c] si les meubles du Seigneur ne peuuent suffire pour le payement de sa [d] rançon, elle doit estre assise & payée sur ses hommes, [e] selon que chacun aura de biens, [f] par le regard des profitables hommes dudit Seigneur. *Artic. LXXXIIII. Nouae Cons.*

[a] *QVando Dominus in bello capitur [b] pro communi vtilitate, aut pro Principe, [c] si mobilia Domini non possint sufficere [d] pro redemptionis pretio, debet imponi super vassallos & pendi, [e] pro modo facultatum [f] arbitrio proborum vassallorum dicti Domini.*

NOTA I.

1 *Opitulatio redemptionis multum fauorabilis & nu. 2.*
3 *An dominus belli gerendi causa quæstam possit facere.*
4 *Art. dispositio coarctat ad mobilium distractionem.*

1 [a] *Quand le Seigneur est pris en guerre.*] Huic, quam opitulationem vocare libet, tanto magis fauendum est, quanto publica & communis causa priuata potior est, quæ consideratio est authent. res quæ. C. communia de legat. & l. vnic. §. vlt C. de cad. toll. Est enim hæc causa valde publica, cùm quis bello capitur, quod verba sequentia indicant.

2 [b] *Pour le profit.*] Quæ duo eodem recidunt, neque enim vtilitas communis in vllo bello versari potest, quod à Principe non sit indictum, neque vllum à Principe nõ vtilitatis causa susceptũ præsumi debet, præsumptione iuris & de iure, tametsi pleráque & ambitiosè inutiliter suscipi & geri satis constat. Sed id priuatorum arbitrium non est, & vetus est. Delirant Reges, plectuntur Achiui; Quod igitur publico nomine & iure geritur in eam particulam incidit, qua statuit *du profit commun* quod authore Principe, in illam, *pour son Seigneur souuerain*. Nam priuatorum conflictus, rixę potius sunt quam bella, & in vim publicam incidunt, de quo latè Afflict. vid. lib. j. Rub. 9. num. 7. & 73. & extat tit. de guerris Part. styl. 3. apud Aufrer. Iacob tit. de feud. verbo & promiserunt. num. 10. & iure prohibentur, authent. de armis, & tit. vt armor vsus insc. prin. interd.

3 sit. Tametsi inuersa mundi facie nunc iam longè aliter viuitur. Cuius rei causa inquiritur vulgò à Iurisconsultis, an Dominus belli gerendi causa quæstam (sic enim loquuntur) facere possit à subditis suis, & vulgò putant posse si bellum necessarium est, quod Bart. dixit l. 1. C. de cursu publ. Panor. c. sicut nostris. ext. de iniur. Io. Rayn. vbi sup. d. §. firmiter. Iacob. de S. Georg. vers. & promiserunt eidem Domino præstare seruitia q. 18. Pet. Iacobi in practi. Luc. de Penna l. fin. C. de exact. trib. tit. Caus. quib. feud. amit. num. 10. & alij alibi. Sed nos assuetudine malorum iam pridem talibus occaluimus, magis miramur aliquando tẽpus fuisse tam aureum, vt hac de re dubitaretur.

4 [c] *Si les meubles du Seigneur.*] Hæc dispositio iuris sentẽtiam modificat (vt loquuntur) & restringit. Nam consumptis protinus bonis mobilibus Dominorum manum porrigit ad vassallorum substantiam, & fortunas. Iure feudorum constitutum ante Dominum de suo sibi consulere oportere, modo tamen ne grandi cum dignitatis imminutione aut fortunarum periculo faciat, & salui sint tituli & status (vt loquuntur) quod iam olim Cy. & Bald. dixerunt l. neminem C. de Off. Ord. Cast. Cõs. xx. lib. j. Abbas c. peruenit. ext. de imm. Eccles. Io. Raynaud. d. §. firmiter num. 25. Iacob. verbo qui quidem inuestiti præstiterunt iuramentum, & tit. de homag. num. 35. Matth. Afflict. d. Constit. 17. lib. iij. num. 3. & 4. Hæc vero Consuetudo generalem dispositionem incertam coarctat ad mobilium distractionem, quæ vbi facta est, fit locus huic opitulationi.

NOTA 2.

1 *Redemptionis causa priuilegiata, & piissima.*
2 *Et subditi tenentur soluere pro dominis captis.*
3 *Et pro filio domini.*
4 *Attemperanda intributio ratione bonorum &c.*

[d] *Rançon.*] Redemptionis pretium Græci λύτρον & ἄποινον vocant vnica voce, Latini vno verbo deficiuntur, & duobus vti necesse habent, nostrum *rançon* Græco vocabulo respondet; & habet ab antiquis quoque moribus exemplum, quod Halicarnass. eodem loco significat εἴδη, inquit περὶ πλάτης λύτρα καταβάλλειν τοῖς πολεμίοις εἴ τις αὐτῶν ἢ παίδων αἰχμάλωτος γένοιτο. Est vero re- 1
demptionis causa perquam priuilegiata & singularis, & inter piissimas habetur, quod lex si quis pro redemptione. C. de donat. indicat, & §. si vnum ex prædictis auth. vt cum de appel. cognosc. Bald. & Cast. l. illud. C. de Sacros. Eccles. & auth. similiter. C. ad l. falcid. Itaque & res restitutioni subiectæ ex hac causa alienantur, quod Bald. col. 1. Corn. col. 2. Ias. col. 9. Ang. Cast. notant d. auth. res quæ Bart l. quemadmodum. C. de agric. & censit. ad fin. Angel. l. quidam testamento, & l. Marcellus. §. res quæ vbi & Lud. Rom. D. ad Treb. idem Rom. Cons. 197. Imo & res priuatorum alienari, quod Io. Fab. & Angel. notant. §. nullus. Inst. de rer. diuis. & res dotales, quod vulgò Alex. Cast. & Ias. notant l. quamuis. D. sol. matr. & res Ecclesiarum c. aurum 12. q. 2. Bald. Cons. 368. vol. 3. & c. quanto. ext. de Iudic. Archid. c. sicut omnino 12. q. 2. & c. Adrianus 63. distinct. Alb. l. sancimus. C. de Sacros. Eccles. Est igitur vehementer fauorabilis 2
hic casus, quo subditi in redemptionem captorum Dominorum intribuere tenentur, etiam iuribus feudorum, ex feudi tacita natura & intellectu, quod illi tradunt. c. 1. §. Item si delator tit. quæ fuer. prim. caus. benef. amit. Io. Raynaud. vbi sup. Iacob. vbi sup. num. 77. vers. circa quantum, Afflict. d. Const. 17. Spec. d. §. quoniam & d. tit. d. Off. Ord. Luc. de Penna l. vlt. C. de fund. limitroph. Boër. Decis. 126. & 128.

De filio captiuo redimendo, an eadem lex & ratio 3
esset, dubitari potuit, ex eo quod negauimus in talibus, extra personas expressas, prorogandum esse statutariam dispositionem, quæ de vno tantum Domino feudi disponat, de filio nihil exprimat. Sed omnino ratio facit, vt idem sentiendum sit, & subditos ad hanc quoque intributionem teneri, cùm patrem in filio magis affici quam in se iuris sit sententia l. illi quidem §. vlt D. quod met. caus. & necessitate legis filium redimere pater teneatur. l. si captiui. C. de Epis. & cler. Idcoque patri intribui, nec personæ metæ excedi videantur, cùm patris & filij eadem sit persona & necessitas redimendi patri indicta. Quam rationem multum adiuuat, quod cùm superiore Articulo idem statuerit in augendis filiis honoribus, id multomagis locum habere videri debet, cùm de vita & libertate agitur. Itaque non per extensionem de persona ad personam, sed per interpretationem & tacitum Consuetudinis intellectum, & legislatoris mentem ea sententia sustinetur, & locus superior Halicarnass. factum olim indicat cùm ait εἴ τις αὐτῶν ἢ παίδων αἰχμάλωτος γένοιτο quod & tex. ex Ambrosio expressit c. non satis 86. distinct. & Castrens. Cons. 443. vol. 1. & Boër. notauit Decis. 126. num. 13.

[e] *Selon que chacun aura de biens.*] Pro modo facultatum, id enim semper spectandum est, si modus expressus non est intributionis, quod Matth. Afflictus dixit d. Const. dubitatione xj. & tum hanc rationem in his à Curia Parisiensi seruatam Papo scripsit, vt ordinaria debita duplicarentur tit. *des droits de taille*, art. 5. & diximus sup. verbo DOVBLERA Art. 87.

Sed & ad pretium redemptionis attemperanda 4
intributio, in qua ea tantùm bona venient, quæ ab eodem Domino tenentur; est enim hæc opitulatio munus patrimoniale, & rei affixa est, & pro modo, & quantitate rei constituitur, l. pro locis. C. de agric. & cens. & l. cùm possessor. D. de censib. Bart. l. si se obtulit. §. actor. D. quod cuiusque vniuers. nom. Chass. d. §. 4.

[f] *Par le regard des profitables.*] Nouè & inusitatè, hoc est arbitrio proborum ad verbum, vti in vetere fuerat.

ART.

Article XC.

VAND[a] le Seigneur est[b] arresté & detenu,[c] & on le peut deliurer par pleges,[d] ses hommes sont[e] tenus le deliurer,[f] d'autant comme le Seigneur les assignera sur luy[g] ou sur autres:[h] & non de plus, tant qu'il les ait[i] acquitez & desdommagez, si dommage y auoit. Artic. lxxxv. Novae Cons.

Quando[a] Dominus[b] captus est aut detentus,[c] potéstque liberari[d] fideiussionibus, vassalli[e] tenentur eum liberare[f] pro tanta indemnitate, quantam Dominus indicabit cum hypotheca bonorum sufficere super se[g] aut super aliis,[h] & non pro maiori indemnitate, donec eos[i] liberauerit & indemnitatem præstiterit, si aliquod damnum esset.

Nota 1.

1 *An pro delicto Domini capti intribuere debent vassalli, & num.3.*

2 *Intributio pro redemptione est, vt Dominus à custodia eximatur.*

1 [a] *Quand le Seigneur.*] Operosè à Doctoribus disputatur, an dispositio superiorum Articulorum, quæ subiectos ad intributiones obligat in redemptioné capti Domini, tum quoque locum habere debeat, cum Dominus ex causa delicti & priuata noxa captus est. Magna hîc scholæ pugna. Multi aiunt, Multi autem negant, Magna autoritas affirmantis glos. c. Sacrorum 12. q.2. quam plurimi sunt sequuti; Sed ea opera iam ante Tiraq. defunctus est, cumulatis autoribus in legib. connub. glos.8. numer.288. addimus c. non satis ead.12. q.2. c.1 c. eos 23. p.5. & vbique Archid. Ioan. Raynaud. d.lib. de feud. §.firmiter num.25. Io. Campez. tract. de dote part.3. q.12. Plures negant, quos ibid. cumulat num.289. Addo Castrens. cõs.20. Boër. decis.128. per tex. l.qui proprio. §.Procurator. D. de procur. l. si communis familia. D. de noxalib. Papo lib.7. tit.1. Conciliat item dissidétes Tiraq. num.290. Sed id fusius expendere non instituimus, nec enim hîc necessario ea quæstio cadit, quia Cõsuetudo vassallum non obligat ad vllam solutionem debiti Dominici. Sed illa magis propria huius loci, qua inquirunt, An vassallus pro Domino fide iubere teneatur, quod hîc statuit Consuetudo, quantum quidem idoneæ de indemnitate Dominus cauere prædibus & prædiis possit, indemnem fore expromissorem.

2 [b] *Arresté ou detenu.*] Nihil interest, qua de causa siue ciuili super obsidio, siue criminali de causa attinæatur, si quidem attineri præsupponibus, & fideiussoribus dimitti possit. Hoc enim solum agitur, vt persona eius custodiæ eximatur, quæ siue ciuili siue criminali de causa, custodia semper est, & mala mansio, & tam vbique libertati fauetur. Neque enim hîc exigimus an debita ciuilia Domini vassalli luere teneantur, de quo iusta sententia est non teneri, c. licet vassallus. tit. si feud. fuer. cont. int. dom. & agnat. vassal. & c.1. tit. de alien. feud. pater. Aluarot. Card. Alex. & alij. d.c. licet. Pet. Iacob. in pract. tit. causæ quibus quis feud. priuet. num.10. Ioan. Raynaud. vbi sup. Guido Papæ decis.57. Iab. de Sancto Georg. tit. de feud. verbo qui quidem inuestiti præstiterunt iuramentum. num.75. vt nec alere, quod ibid. Io. Raynaud. scribit. num.29. Pet. Iacob. vbi sup. Bart. tract. alimentorum. Spec. tit.
3 de feud. d.§. quoniam. Ergo nec ciuilia debita nec criminalia vassalli coguntur luere, nec mulctas, aut pœ- A nas inflictas Domino dependere, etiam si corporis periculum immineat, cùm nec lege feudi ad id, nec Consuetudine teneantur, sed id duntaxat expromittere, & fideiubere de iudicio sisti, aut iudicato soluendo.

[c] *Et on le peut deliurer.*] Quod cùm fit, cùm Iudex sub fideiussoribus reum ampliandum decernit, siue pendente siue finita lite, nec amplius quam fideiussio exigitur.

Nota 2.

1 *Cuiusmodi debeat esse hæc fideiussio.*

2 *An fideiussor sub garentigia obligari possit, principali aliter obligato.*

3 *An vassallus pro Domino fideiubere teneatur.*

[d] *Pleges.*] Cuiusmodi hæc fideiussio aut satisdatio esse 1 debeat, dubitari potest. Nota est iuris sententia cautionis simplici appellatione, vel à lege, vel à testatore de nuda promissione intelligi, nec satisdationem exi- B gi. l. sancimus. Cod. de verb. signif. Bart. & Alex. in l. stipulationum aliæ, D. de verb. oblig. verbum cautionis à statuto prolatum accipiunt sine fideiussore, & quos Bertachinus cumulat, verbo satisdatio, sed ista dubitatio hîc non cadit, nam nostrum *Pleges*, fideiussorem significat, aut prædem. Tenetur igitur vassallus fideiubere pro Domino; sed iusta dubitatio esse potest, quid quantúmue continere debeat talis fideiussio, an de Iudicio sistendo, an de iudicato soluendo, & quatenus fideiuberi necesse fit, vulgò quæritur quid generali cauẽdi promissione aut securum faciandi intelligatur. Et putant fideiussionem aut pignora tali promissione non comprehendi in l.1. D. qui satisd. cogant. & sufficere repromissionem cum hypotheca bonorum. Hic tex. secundum subiectam materiam intelligi debet, vt si Dominus non aliter dimitti possit, C quàm prædibus datis, prædes ipsi esse debeant, si ampliatur duntaxat satisdatio de iudicio sistẽdo, & se repræsentãdo sufficiat, sin diffinitiua adiudicatio mulctæ aut pœnæ est, cuius causa Dominus detineatur, repræsentare ipsi pecuniam non debeant, vnde exoluatur, sed fideiubere duntaxat de iudicato soluendo, non etiam soluere; quanquam iure Consuetudinario fideiussionis ea natura est, vt soluere cogatur, aut principalem ad solutionem cogere, id est, curare, vt soluatur, ex Art. inf Hoc rectè ex Alb. sententia putauit, Ias. d.l.1. Porrò an subgarentigia obligari possint 2 si principalis non sit; hoc est, an expromittere cogantur sub rigoribus executionum dubitari potest, cùm fideiussor in plus obligari nequeat, l. Græcè. D. de fideiuss. Quare Angel. fideiussorem negauit rectè obligari sub garẽtigia, si ea principalis obligatus non esset in l. si pupillus. D. de nouat. & videtur implicare Bart.

l. si finita. §. eleganter. D. de damno infect. Alex. col. 8. Contra existimant Bart. l. hi qui. D. de fideiuss. vbi & Alex. Angel. l. in omnibus. D. de iud. Bald. l. si vltrà. Cod. de fideiuss. & d. l. Græcè. §. illud. Quæ sententia verior est, quia nō in plus obligari fideiussor videatur, sed validius & efficacius. Itaque consistit talis obligatio fideiussoria, sed cùm quæritur, an hic fideiussor eo modo expromittere cogatur, non puto cogi posse, cùm non pluris quàm quanti minimo defungi aliena necessitate potest, cogendus sit, & ista sponsio alieni
3 facti sit, & Consuetudinaria nec spontanea. Hactenus autem fideiubere debēt, vt nunquam amplius adstringantur, quàm quantum est quod ab eodem Domino in feudum tenent, quātumlibet repromissa indemnitate, quia ad feudi considerationem & finem adstricta est fideiussionis causa. Nec filius pro patre fideiubere tenetur iure. l. prior. §. filium. D. de administ. tut. l. æstimationem. §. inuitus. D. de muner. & bono. quanquam amplius aliquid lex in filio exposcit, si persona patris inclusa est ex §. causas auth. vt cùm de appel. cognos. col. 8. Sed tantùm iuris Domino in vassallum esse negat Antibol. in tract. de munerib. §. amodo. num. 83. & rectè nisi gentilitium ius statuisset, Fuisse verò veteris id quoque exempli Halicarnass. indicat, vt clientes eam operam præstarent, si mulcta, siue ex publica siue priuata in causa patrono dicta esset, δίκας ἀλόντων ἰδίας ἢ ζημίας ὀφλόντων δημοσίας, ἀργυρικὰς ἐχούσας τίμημα ἐκ τῶν ἰδίων λύειν χρημάτων.

NOTA 3.

1 Plege pour deliurance, ou payement, *distinctio.*
2 *Dominus cauet subditis, vt fideiussores cauerint, & num. 3.*
4 *Promissio generalis indemnitatis quid contineat.*
5 *Liberatio hic plenam solutionem continet.*

1 *Tenus le deliurer,*] Repete *quand la deliurance ne tient qu'à bailler pleges: Car si elle tient à payement, ils n'y sont tenus.* Precisè, tametsi fideiussionis ipsius ea consequentia sit vt soluatur, sed non præsenti pecunia & causaliter (vt loquuntur) vnde prouerbium, *qui respond paye,* & illud vetus, spōde, præsto est noxa ἐγγύα, πάρα δ' ἄτη, sed non semper nec omnimodo soluit, qui fideiubet.

[f] *D'autant comme le Seigneur les assignera, sur luy*] Hic 2 indicat cautionem cum hypotheca bonorum sufficere, ad repromissionem indemnitatis vassallis fideiubentibus, sed omnino subiecta materia consideranda, vt ante diximus, & persequitur Hippol. Marsil. in rub. de fideiuss. numer. 300. vt eo modo cauere Dominus debeat, quo fideiussor cauit instrumentis, cautionibus, executionis forma, garentigia, nexu, ostagio, prædiis, sic enim loquamur.

[g] *Ou sur autres.*] Prædibus, datis scilicet fideiussoribus 3 indemnitatis. Sed cùm verba obligatoria hic referantur ad Dominum, in electione eius erit, quid horum faciat permittente Consuetudine.

[h] *Et non plus.*] Est igitur limitata cautio ad indemnitatis modum.

[i] *Acquitez en principal despens & interests.*] Hoc enim 4 indemnitatis generalis promissio sua vi & significatione compræhendit, & obligationis fideiussoriæ natura indemnitatem continet, siue expressum sit, siue non, quod Bart. ait. l. Constitutionibus. C. de vsur. c. peruenit ext. de fideiuss. Abb. Cōs. 60. incip. quoniam satis. 1. col. & quos allegat Marsil. in d. rub. num. 193. Albert. 2. part. statut. q. 64. Adde & tali indemnitatis promissione Dominum promittētem statim lite mota eam in se suscipere teneri, vltra naturam aliarum promissionum, ex sententia Bart. l. pater. D. de dot. præl. Alex. l. quarto. D. locat.

Porrò hæc liberatio plenam solutionem continet, 5 nec sufficeret cautionem præstitisse aut pignora, aut nomen cessisse, aut debitorem delegasse. l. 4. §. ait prætor. D. de re iudic. & l. item liberatur. §. qui paratus. D. quib. mod. pig. vel hypoth. soluit. l. quod si non soluere. D. de pig. actio. Sed hic locus plenè habetur apud Tiraq. in retract. §. 3. ad fin. Sed nec consignatio idem effecerit, nec enim consignare, & deponere est soluere, quod ait Bart. d. l. item liberatur, nec restituere, quod restituere debeas, quod ait Cast. Cons. 65. vol. 1.

ARTICLE XCI.

ARTIC. LXXXVI. NOVAE CONS.

VAND[a] le Seigneur achete terres[b] en sa premesse, ou retraict[c] les heritages de son presme,[d] ses hommes sont tenus de luy[e] auancer[f] tout ce qu'ils luy doiuent pour celle année, leur donnant lettres de quittance.

QVando[a] Dominus emit fundos[b] in sua familia seu gentilitate, aut retrahit[c] fundum sui consanguinei,[d] vassalli tenentur ei[e] dare per prærog tionem quidquid ei debent pro hoc anno, dando eis apocham.

NOTA 1.

1 *Consuetudo restringit ad prædia, quæ sunt retractui obnoxia, & num. 3.*
2 *Sacra exempla non inferunt retractum.*
4 *Cautè art. exprimit de Retractu consanguineo.*
5 *An hæc opitulatio sit iterabilis.*
6 *Retractus feudalis realis, & consanguineus personalis, &c.*

1 [a] *Le Seigneur achete terres.*] Huius ipsius opis meminit Spec. d. §. quoniam. & tit. de off. ord. & maior. & obed. Sed id magis indistinctè cùm Dominus quamlibet terram emit, vt loquitur, etiam si non in proximitate sua. Meminit & Ioan. Rayn. vbi sup. Antib. in d. tract. §. 2. & §. multiplex num. 81. Iacob verbo, qui quidem inuestiti præstiterunt iuramentum, num. 75. & 78. Mart. Laud. c. 1. §. similiter tit. de cap. Corrad. Pernegāt tamen vllum vassallum ad huiusmodi opem teneri ex iure feudorum, nisi Consuetudine aut conuentione expressa aliud disponatur, quin & Consuetudinem quoque intelligi volunt, cùm ita disponit, si emptio causalem aliquam necessitatem mixtam habet, vt quia admodum vicina villa & opportuna est Domi-

Domino, aut quia aliter statum suum (vt loquuntur) tueri Dominus non potest. Nostra Consuetudo infinitam obligationem restrinxit ad ea tantùm prædia, quæ retractui obnoxia essent, quæ causa magis fauorabilis est, & à retractus causis sumitur.

Terres.] De hoc verbo litigat Antibol. tract. de munerib. §. multiplex num. 80. præd. quid terræ appellatione contineatur.

2 [b] *En sa premesse.*] Qui de retractu copiosè scripserunt originem conati sunt eius deducere ab sacris exẽplis. 25. Leuit. Ruth. 4. Hier. 32. quibus loci qui respondent, fatẽtur quidem vetitum ne possessio de tribu ad tribum aliam, aut familia vna ad aliam transferetur: Sed tamen retractum constitui rei semel alteri vẽditæ

3 per eas Sanctiones negant. Hîc idem priuilegium Cõsuetudo statuit, cùm Dominos rem retractui obnoxiam, hoc est consanguinei, aut feudi lege possessam emit, ac cùm alteri iam venditam retrahit, hoc est cùm emptionem anticipat aut anticipatam ab alio ad se reuocat.

En sa premesse.] Hoc est si id prædium, quod si alteri venditum esset, ius haberet retrahendi, iure feudi, directo emit.

4 [c] *Les heritages de son presme.*] Hoc est, si id quod proximus sanguine aliquis vendidit alteri, iure suo retrahit. Ac nisi hoc Cõsuetudo expressisset planè aliud iudicaturus eram: Nam cùm hîc de iure feudorum realiter agatur, alligata & annexa muneris realis causa ad reciprocam obligationem fundatam in iure vassallitio & patrimoniali, non eram existimaturus vassallum ad hanc opem teneri, si Dominus alio iure quam feudali prædium retraheret, nec ad retractum consanguinitatis causam scilicet extrinsecam & à sanguinis iure accersitam porrecturus, ex subiectæ materiæ natura. Sed tamen hîc Consuetudo, quod in persona Domini genus sanguinémque contingeret, putauit ad vassalli quoque obligationem, & debitum extendendum, &

A ad officium eius porrigendum, veluti personalis etiam reuerentiæ quæ Domino debeatur, partem.

Sed id quoque inquiritur, cùm huius opitulationis causa iterabilis sit, & sæpiùs renasci possit, an Domino sæpius etiam ius eius exigẽdi renascatur. Et hîc adduci potest, quod ante diximus in filia maritanda, quæ opitulatio eodem iure cõpetit, quàm amplius quã semel Domino feudi deberi negauimus. Quod hîc quoque iudicandum putauit Antibol. d. tract at. §. multiplex num. 82. Sic hîc obiici potest, quod non solutionem è pecunia vassalli, sed prærogationem debiti Cõsuetudo sanxit hoc Articulo, itaque Iudex ex re statuet, quod

B iudicandum sit, ne pro minima aliqua prærogatione & in agrũ aliquem exiguum facta, Domini actionem consumptam iudicet, si fortè sese locupletis alicuius prædij opportuna occasio offerat, & hac verborũ cõceptione videtur indefinitum aliquid statui, quod Iudicis æquitate finiri oporteat, cùm de alieno sumatur. 5

[d] *Ses hõmes sont tenus.*] In retractu feudali intellige, *du fief, dont est l'heritage, qu'il retire par retraict feodal, ou puissance de fief.* Id enim totum reale est, & quantum ad alia feuda pro extraneis habentur, nec vassalli aut homines hoc respectu dicuntur in retractu consanguineo, cùm personalis sit consideratio ex persona Do- 6

C mini, nec annexa rei, omnes vassalli ad opem tenẽtur omnium, quæ vsquam prædia à Domino retrahuntur ab extraneis emptoribus, quia hoc sanguini tribuitur, & homini non feudo, quamuis ex feudi causa, id valde notandum est.

[e] *Aduancer.*] Prærogare, taxata igitur hîc est quantitas opis.

[f] *Tout ce qu'ils doiuent.*] Siue in pecunia, siue in speciebus ex generaliter verbi *tout*. Quare cum hæc opitulatio astricta sit ad debitum vassalli, non erit locus ei quæstioni, quã Antibolus facit, An pro parua acquisitione possit Dominus indicere magnam quæstam, vt loquitur.

Article XCII.

Avssi [a] sont les hommes [b] tenus en temps de guerre, aider à leur Seigneur [c] à fortifier ses places, [d] afin qu'en temps d'hostilité ils y puissent retirer eux & leurs biens. [e] Et si par meschef le feu ardoit [f] les maisons du Seigneur, ou si elles tomboient [g] par cas de fortune, ses hõmes sont tenus aider specialemẽt auec leurs corps, leurs charrettes & bestes, à mener la matiere requise à edifier. Artic. LXXXVII. Novae Cons.

Et etiam [a] vassalli [b] tenentur tempore belli opem ferre suo Domino [c] ad reparationem seu restitutionem arcium [d] vt bellis ingruentibus possint ibi refugere, & sua bona conseruare. [e] Et si quolibet casu incendio [f] ædificia Domini consumpta essent, aut si prolabarentur [g] casu fortuito, vassalli tenentur suas operas præstare, sua vehicula & operaria pecora ad ferendam materiam ad ædificandum aptam.

Nota I.

1 *Excubiarum siue Guetorum origo, incrementa, leges, & consideratio in vniuersum.*
2 *An indicta an patrimonialia sint præsumenda.*
3 *Indictorum differentiæ ab patrimonialibus.*

1 [a] *Aussi sont les hommes.*] Hæc causa initio originem præbuit excubiis, bella aluêre, insolentia animi & potentia in legem traxit. Magnæ olim & Francis & maioribus nostris dimicationes de principatu fuêre, cre-

D bra intestina certamina quibus subditi, subinde agitati proximas quasque in arces sese recipiebant. Placuit id tum publica priuatáque de causa, & communi in periculo: Qui euocati ad nomen non respondebant, modico ære mulctabantur. Salubre consilium tyrãnis alio detorsit, sicuti mala exẽpla omnia. Reddita pace patroni subinde motum ex hoste causificantes, dulcedine tum lucri, tum imperij molesti operum exactores esse cœpêre, ac subditos subinde appellando fecêre, vt illi necessariis operibus euocati pecuniola defũgi molesto munere, quam operis mallent. Hinc iniuria in ius

versa; assuetudine, gratuita opera in necessitatem abijt. Subditi excubias pendunt pace, bello arcibus excluduntur, qui casus est, quo iure subditi Domino debita negare possunt, quod Baldus ait in proœmi. D. & Iacob. tract. de royd. numer. 48. nec recipi talibus contuberniis expedit. Magna ea acerbitas, cui Regum prior ætas occurrere nisa, eas constitutiones elicuit, quæ sub nomine extāt Ludouici vndecimi anno 1479. quæ apud Aufrerium habentur Latinè, in Stylo, parte tertia sub titulo de taliis. §. 11. quæ toto vertente anno vltra quinque asses exigi vetant à singulis, ac cōtrarias Consuetudines abolent, adeóque & contrarias conuentiones irritant: addito vt volentibus excubare liceat, atque ita ære exolui; Ante Solis occasum ne venire teneantur, Oriente vt dimittantur, si dirutæ sint arces neminem cogi, ne eius rei nomine corpus, instrumētúmve rusticum pignori capere liceat. Hęc ferè sanctionum summa. Sequuta alia Ludouici duodecimi anno 1504. non multum dissimili sententia. Meminit harum Benedictus, cap. raynutius, verbo & vxorem. num. 466. Descripta ferè, ex his alia Frácisci Regis I. *à Coucy* quæ pro nostris Britānis edita, promulgata est Septembr. 1535. Postrema conuentu ordinum Aurelian. Art. 103. quæ excubiarum nomine quidquā exigi vetat præterquam arcium causa, quæ hostico sint limiti oppositæ, tametsi posterius vis eius elusa, cùm optimates viri obtinuerunt, ne ad suas ea Sanctio porrigeretur. Atque ita iudicatum *pour le Seigneur de la Roche surion, & depuis pour le Chasteau de Chastillon pres Vitré*: Nam de maritimis excubiis aliæ leges sunt, Franciscus I. inter Sanctiones Almyralorum, *à Abbeuille*, 1517. *& à Fontainebleau*, 1543. Sed omnium quæ eo in genere extant, optima est, quæ pridem à Duce Ioanne è nostris edita est, anno 1404. & sequuta Petri Ducis alia 1451. Talibus ab initiis videmus, quo res progressa sit tanta obstinatione, vt plerique ista inter patri-

2 monialia vēdicent. Quod quia mihi perquam dignum inquisitione visum est, altius expediam, quod rem esse video perpaucis cognitam. Asseueratio multos coëgit dubitare, an talia excubiarū intributa patrimonialia, an personalia sint, conuenta an indicta lege feudi, an extrinsecus aliqua accidētali de causa debeantur. Nec dubium quin si lege & concessione feudi debeantur, rei sint affixa, & in patrimonio habeantur, ac per hoc feudum sequantur, sin extra feudi legem causa aliqua extrinsecus eueniente, indicta potiùs, & personæ imposita censeantur. Discrimen inter vtrumque ingens. Sed tamen nemo ambigit lege, & concessione feudi istud quoque imponi vassallo posse, neque enim substantiæ feudalis cōtractus repugnat, non magis quam alia quæuis debita, quamuis suapte natura libera sint feuda. Cuius conditionis argumenta quærūtur ex ipsa concessione inuestituræ, & professione feudali, si id inter patrimonialia habitū, & in libros agrarios feudi relatum est. Rursum & tale non esse, quod excubiarū nomine debeatur, probari interdum liquido potest, veluti si cōcessio feudi vassallo facta antiquior probetur ædificatione ipsa castri, cui excubiæ petantur. Hic quis non videt lege feudi deberi non potuisse feudo ante cōcesso, cuius rei simile quiddam Molinæus ponit. titulo de cens. §. 58. num. 63. Sed & circumstantiæ incidere aliæ possunt, & cōiecturis res plerumque depræhenditur, quæ toties cadent, quotiescūque perspicuis documentis res qualis sit ostendetur: Neque enim in certis locus est cōiecturis. Sed tota rei difficultas in eo est, cùm origo non docetur, & res in obscuro est, conuētum an indictum sit, quod excubiarum nomine petitur, quid iudicari oporteat, & ecquæ sit legis præsumptio. Ego verò audacter cōfirmo indictum potiùs quam conuentum, extrinsecus potius quam ex cōditione feudi deberi iudicādum, personale potius quam reale, aut patrimonij debitum. Mouit penè similem quæstionem Molin. §. 51. q. 6. & in tractat. de vsur. quæst. 20. num. 212. de reditu annuo cuius origo ignoratur, an impositius an fundiarius præsumi deberet. l. semper in stipulationibus. D. de regul. iur. inspicimus quid actum sit, si non appatet, id quod frequentatur in regione, si mos varius est quod minimum est. Denique statuitur origine non apparēte, nec cōiecturis impellentibus, quod minimum est sequendum esse in obscuris, id est, impositium potiùs quam fundiarium; quod hic quoque faciendum ratio suadet, cùm & cōditio & natura rei subiectæ à communiter accidentibus talem coniecturam adiuuet, hoc est tales excubias extrinsecus & extra feudi naturā deberi causa aliunde accidente. Nam & contra ius commune petūtur, quod inferius dicemus, & externam esse & accidentalem, & indictam originem veteres Ducum Cōstitutiones testantur, quas ante diximus anni 1404. quibus Dominorum feudalium factū & intentio improbatur, qui tale debitum iure & titulo feudali vendicare conabātur, & numero patrimonialium, & realium habebant, & rationem de talibus vt patrimonialibus à Procuratoribus exigebāt, & subditos per iudices suos compellebant, & ad continuationem actionem dictabant, quæ vno omnia verbo illa constitutio damnat, & damnabilem vsurpationem appellat, ac in posterum edicit, quod per modum (vt loquuntur) accensus solutum foret non posse trahi in consequentiam, nec vt debitum vendicari, ac ne possessionis quidem vim vllam obtinere posse: Demum excubiarum modum vult esse toto anno sex denariorum. Hic veniam præfari verborum nihil attinet res tractāti, quod excubias pro ipso debito voco, tametsi non ex toto insolēter, cùm aliud non est Latinum vocabulum. Et constitutione nil expressis dici potest ad nostram sententiam, non esse ista debita conuenta sed accidētalia. Quare qualia præsumi debeant iam obscurum esse nō potest, quo tamen casu, quod minimum est sequēdum esset, vt ante diximus, cùm qualia sint hac cōstitutione præter pręsumptionem constet de origine & substātia veri, ita vt nec possessio vlla obstare possit huic intentioni. Quod illa quoq; cōstitutio Ludouici duodecimi sanxerat dispositione negatiua, & prohibitiua omnem nullitatem importante contra facti, siue pacto, siue vsurpatione. Quare sicut Franci alio iure vtūtur, apud quos factum (vt loquuntur) recipitur corū, qui id debitum, vt patrimoniale vendicant, cum instrumētis & iusta probatione originem probant, admitto; Sed nos in totum id ius non tenet. Quod igitur pro Domino Candalorum in eam sentētiam iudicatum volunt cōtra subditos suos, suo iure faciunt, nos non recipimus prohibitiua Constitutione. Originem allegant à conuentione & cōsensu, nec dubium quin pacto in infeudatione fieri potuerit, & vassallus ad operas obligari possit, tales atque alias, quod vulgò tractant. l. si non sortem. §. libertus. D. de cond. indeb. & ibi Bart. & Ias. & Zaz. Boër. decis. 212. num. 18. Talia si sunt, vere patrimonialia & realia sunt, & in assieptam cadunt, & pro domanio fungūtur, vt alia solaria & fructus rei ciuiles. In totum secus est in nostra Britānia, apud quos origo certa & indubia est declarata illa constitutione, ita vt omnem conuentionem & possessionem contrariam annullet, & causa & origo accidentalis & extrinseca est, nec vlla conuentione fieri potest, vt plus exigatur eo nomine quàm est taxatum illa Ordinatione Francisc. I. 1535. quod à Tholosatibus iudicatum pro habitantibus *de Chaumont*, scribit Boër. d. decis. 212. anno

Vide ante. 160. X.C.

anno 1510. num.4. & 1. quo casu in promissione asseptæ hæreditagij non cadunt, nec emptor, aut creditor ea acceptare cogitur, nec funguntur domanij iure, quod & Boër. ibid. notat. num.8. & in fine decis. & numer. 21. & Arestum allegat. Id cùm ita esse demonstrauerimus, plures & magnæ inde ducantur cō-
3 sequentiæ, sic enim loquamur. Nam ista conuentioni & pactis non subiacēt ex parte quidem Dominorum, vt augeri possint: Nam diminuere nemo vetat, nec illa possessio contra valet, vt ante diximus.

Quod ista cedi aut alienari cuiquam, aut transferri non possunt sine castro, cui sunt tales operæ & excubiæ assignatæ, & affixæ inseparabili cōditione & considerationc implicita, quod & Boër. dixit. d. decis.212. num.7. 8. 21. & 25. & 18. l.operæ.l. duor.D. de op.lib. Corn. cons.257. vol. 4. Guid. Papæ decis. 671. quanquam in vulgaribus operis aliud fit, vt Iacob. tractat. tit. de roydis num.1.

Deinde quod non nisi ab his, qui domicilium habent intra metas territorij castri, & qui ab antiquo facere consueuerunt, & excubare, quod Masuer. tit. de tal. scribit num. 3. sunt enim excubiæ personales, non à viduis, nō orphanis, non à cæteris tenuibus, tametsi domum habeant, vel fundum reditus tenuis debitæ, quod constitutiones sanciunt, multominus à nobilibus. Deinde nec quilibet ditissimus amplius eo nomine debet quàm tenuis quiuis; est igitur munus merè personale, quia ratio patrimonij in eo non initur.

Quarta quod nisi in loco cui sunt affixæ excubiæ peti non possunt, nec alio transferri etiam in ipso illo territorio, imo & arce conclusa, quod Boër. dixit. d. decis. num. 7. & 18. Albert. Brunus cons.87. Nam & aliàs traditur, operas quæ debeantur à vassallis, aut seruitia extra feudi metas exigi non posse, de quo Iacob. in tract. de royd. numer.7. neque tales excubiæ similes sunt operis cessibilibus.

Hinc sequitur, vt arce diruta non debeantur, refecta debeantur rursum, si eo ipso loco refecta sit, aut si alio non tamen ita longinquo, vt notabile in eo interesse habeant subditi, quod Albert. tradit. l.vsufructus.D. quib. mod. vsufr. amitta. Antibo. tract. de munerib. Boër. decis.212.num.14.Iacob.d.tit.de roydis num.50.

Quinta quod venditis prædij & villis dependentibus à castro aut territorij parte, excubiarum debitum residet in eodem loco & castro, nec alienatū censetur, cùm personale esse iam ante statuerimus: Nam de reali & rei affixo aliud censendum, quod rem ipsam sequetur. Itidem cēsent de eo, quod per focos imponitur, vt vno in plures diuiso morte patrisfamilias pluribus hæredibus relictis ab omnibus debetur, & pluribus ad vnum reductis ab detentore tantum, si plures detentores sint ab omnibus vnum tantum, de quo Iacob. in d. titul. de roydis num.3. Guid. q. 472. Alber. Brun. tractat. de augmento conclus.11. Ioan. Plat. Io. Rebuf. l.2.C. qui ætate se excus. lib.x. Boër. d. decis. 213. num.16. Alber. l.cum ratio. §.si plures.D. de bon. damnat. Antibolus vbi sup.

NOTA 2.

1 *Vassalli an teneantur ad refectionem castrorum Dominicorum.*
2 *An vrbium, an suburbiorum, aut vicorum.*
3 *An Ecclesiæ etiam.*
4 *An nobiles.*
5 *An suburbicarij.*

1 b *En temps de guerre.*] Quæstio ea quoque scholas exercuit, an subditi ad reparationem (vt loquuntur) arcium priuatarū tenerentur, an vrbium. Distinguen-
A dæ sunt priuatæ à publicis causis, vrbium à priuatis ædificiis; Ac negant vulgò subditos nisi feudi lege expressa aut conuentione teneri ad reparationem, ac custodiam quidem arcium, quæ in priuati cuiusquam dominio sunt, Ias. l. diuortio. §.impendia. D. sol. mat. l. sumptus. D. de legat.1. Angel. l. turres. C. de operib. public. per tex. l.1. C. ne rustic. ad vllum off. deuoc. & l.1.C. ne quis à collat. exig. Bart. & Luc. de Penna. l.3. & 4. C. de incol. lib.xj. & fin. C. de exact. tribut. tametsi, perplexè vbique & inuolutè loquitur, Mas. tit. de tal. §.2. & 22. & vlt. Boër. decis.212. & in libello de custodia clau. portar. ciuitatis num. 48. Per. Ia-
B cob. tit. de refect. murorum in pract.

Alia tamen causa est vrbium, oppidorum, aut vico- 2
rum, qui in commune habitantur, quorum refectio, tuitio, munitio, ad omnes qui vel vnam domum habeant intra munitiones pertinet. l. ad instructionem. C. de sacr. Eccl. l. omnes Prouinciarum. C. de oper. public. l. per bithimiam. C. de immu. nem. conced. Mas. tit. de tal. num.2.3. 23.30. Boër. d. decis.212. nu. 8. Antib. d. tract. secunda part. in princip. num.16. Sed cùm ad id nullæ priuatorum intributiones sufficere possint, solet ab Regibus rescriptis impetrari, vt in
C commercia aut merces intribuatur, quæ ratio multo est expeditior & leuior, & magis tolerabilis. Sed & qui domum nuper acquisiuit, ad idem munus tenetur. quod Alex. tradit cons.145. vol.2. De quo Antib. part. 2. principali. §. restat.

Ne Ecclesiæ quidem aut clerici immunes sunt, si 3
causa reparationis necessaria est, & periculum ingruit, quod Canonist. tractant c. peruenit ext. de immunit. Eccles. & c. non minus eod. tit. Locus hîc latè apud Boër. decis.212. num.6. & 7. & dicto libello de custodia clauium num 48. Luc. de Penna l.3. à quib. nu. vel præsta ne lic. se excus. Bened. c. raynutius verbo &
D vxorem num.468. Masuer. d. tit. de tal. num.22. Papa decis.7. & 78. & 631. Antib. eōd. tract. part.3. nu. 98. & seq. nunc ordine successiuè num.23. & §. à modo in fine & num.30. & 38.

Ac ne nobiles quidem ad alias exempti, quod Mas. 4
scribit vbi sup. numer.2. Bened. d. verbo & vxorem, num.468. Oldrad. cons. 98. Chass. tit. *des Iustices*, vers. *& sur ses hommes*, num.62.

Sed & sæpè acres contentiones oriuntur inter habitatores suburbiorum & vrbium ipsarū, quia etsi in vrbes recipi incolæ suburbiorum possunt; tamen id fit magno cùm rerum incommodo & in conducto, &
E periculo domorum quæ extra muros sunt. Ideóque negari non potest multo iniquiore cōditione eos esse qui suburbia incolāt. Sed tamen cogi solere scio, quāquam parcius, & ea de re suę quibúsque locis sunt priuatim obseruationes ab vsque antiquo, & cōtraria ea de re iudicata dicuntur apud Gallum Art.130. & 139. & 234. pro suburbiis contra vrbes, pro vrbibus item contra suburbia, Bona est distinctio Antiboli tract. de munerib. 2. parte princip. num.19.

NOTA 3.

F c *Fortifier.*] Intellige ad operas moderatas, & necessarias instaurationes. Nam immensa opera, & insanæ moles ex ingenio lasciuientis fortunæ, nil ad pauperes subditos, quod Aruernorum Cōsuetudo expressit tit. de tal. vt eius qui nuper vrbes & æqua Regibus prætoria cogitabat mediocri ipse fortuna, lætus tamen titulis inanibus, & ingenio leui sed æqua fundo ædificia cogitanda sunt veteri precepto prudentis œconomiæ, Cuius Columella & Victruuius meminêre. Extant & Prouinciarum Consuetudines quædam, quæ subditos ad custodiam arcium adstringant, vt Turon. tit. *des*

Aydes, Art. 7. 8. 9. Sed ſemel tantum in vita Andenſis tit. *de la nature des fiefs*, Art. 134. Cenom. eod. tit. Art. 145. & 146. & ſeq. quãquam non æqua, nec vna apud omnes ratio cuſtodiendi. Et hîc ſpectandum vt ad id neceſſitatem non ad decus ædificetur, quod Bened. ait.

NOTA 4.

1 *Hæc intributio eſt, vt ſubditi recipiantur belli tempore.*
2 *Quib. impenſis iſta intributio præſtanda, & num. 3.*

1 [d] *Afin qu'en temps d'hoſtilité.*] Hæc vbique ratio intributionis eius redditur qui pro excubiis penditur qua tamen ſubditos fraudari ſcimus bellis ingruentibus. Sed talia ſunt potentiorum commercia, quod debeas inexorabiliter exigunt, ſi quid debeant ipſi æternum debere volunt. Ideóque iuſta iſta condictionis cauſa eſſe poteſt veluti cauſa non ſequuta, quod Bald. in proœm. digeſtorum ſcripſit & Iacob. de Sancto Georg. refert in tit. de roydis. num. 44. Bened. vbi ſup. num. 469. Maſ. d. tit. de tall.

2 Sed dubitari non ſine cauſa poteſt, quibus ſumptibus iſtæ operæ præſtentur, nos. §. 22. ſupra aliquid ea de re attigimus. Recepta eſt ſentẽtia, quod quiſquam
A iure aut conuẽtione debeat, veluti legali obligatione & implicita neceſſitate contractus infeodationis, ſuo ſumptu debere. l. ſuo victu. D. de op. lib. Bald. l. liberti. D. de op. libert. Doct. l. ſi nõ ſortem. §. libertus. D. de cond. ind. Fely. latè in c. 1. ext. de libel. oblat. & quos d. §. 22. citauimus. Cæterùm iſta potius obſequiales ſunt operæ, & quas reuerentiales appellant quam neceſſitatis, aut obligationis realis. Itaque ſine 3
ſalario quidem deberi videntur, ſed victu Domini, quod tex. probat. l. imponi & l. penult. D. de op. liber. & hæ cùm haud abſimiles ſint aliis, de quibus inf. §. penult. in quibus etiam ſalarium tribuitur, videtur
B quod minimum ſaltem victum deberi. Hæc ſententia eſt Bald. d. l. liberti. Iacob. de Sancto Georg. tit. de roydis. num. 6. Certè locorum Conſuetudo vbique in talibus legem interpretatur.

[e] *Et ſi par meſchef.*] Id eſt quolibet caſu.

[f] *Les maiſons.*] Intellige, *du fief où ils ſont hommes.*

[g] *Par cas de fortune*] Nam conſulti incendij alia eſſet cauſa, ſed quis adeo inſanit? Sed incendio per inimicitias facto aliud putandum, ſi actio eſſe poteſt aduerſus incendiarium, cum effectu & conſequutione intereſſe l. ſi merces. §. culpa. D. locat.

ARTICLE XCIII.

ARTIC. LXXXIX. NOVAE CONS.

ET quand on leue le gros bois d'vne maiſon, chacun voiſin (qui eſt requis) y doit aller aider.

ET quando trabes, tigna domus & quid ſimile magni ponderis in parietes effertur, quiſque vicinus (requiſitus) debet ire vt opem præbeat.

NOTA 1.

Iſta officiis ciuilibus potius & charitate mutua alteri ab altero præſtari oportet, quam obligatione legali & neceſſitate ſtatuti indici: Sed ſi quis tamen tam inhumanus eſt, vt iſta non agnoſcat, habet qui cogat autore lege, & Conſuetudine. Maiores noſtri ſimplici planè & rudi ædificationis genere vtebãtur, aciæ vſus erat, ſerra nec dum reperta, trabes, tigna, laquearia, & quidquid eſt operis inteſtini quãtumlibet magni ponderis humeris in parietes efferebant ſubiectis ſcalis; machinamentorum vſus pridem nullus aut exiguus, quibus ponderoſa quæque extollũtur ab vno aut paucis, vt illa ab Archimede nauis cuius autores meminẽre. Eo tempore pro magno officio habebatur ad con-
D tignationes & ædificiorum faſtigiationes frequentes conueniſſe, popularis is concurſus erat hac opera defunctos feſta, conuiuia, & lautæ deinde commeſſationes excipiebant, quem morem ruſtici adhuc noſtri & plærique è nobilibus ſeruant, & eum hîc Conſuetudo vetus voluerat indicare. Sed hæ operæ officiales ſunt, & vicino ab vicino debentur, vt merè perſonales, nec cuiuſquam feudi aut realis commercij ratione aut reſpectu debentur, & ſine ſalario victu tamen eius cui præſtantur, debentur, officiis pari us.

Eſt tenu.] Obligatione legali aut Conſuetudinaria officio Iudicis exercenda actione in factum. Sed eam nemo vnquam exercuit, quia iſta obſequio & charitate exhiberi alteri ab altero conuenit potius, quam fori iure.

ARTICLE XCIIII.

ART. XC. NOVAE CONS.

AVSSI quand aucun [a] crie au feu, ou au meurtre, [b] chacun eſt tenu y aller. Et ceux qui iront à l'aide, [c] ſeront ſouldoyez, ſ'ils n'y ſont tenus [d] par ſubiection.

IDem quando aliquis [a] quiritat ſeu alienam fidem implorat [b] quiſque tenetur accurrere. [c] Et ij qui opem tulerunt ſalarium operæ conſequentur, niſi [d] neceſſitate officij ad id adſtringantur.

NOTA 1.

1 *Conflictus ſententiarum componitur hoc art. & 2.*
3 *Ratio doctorum contra hunc art.*
4 *Qui auxilium ferre tenentur.*

E [a] *Crie au meurtre.*] Fuit iſta pridem Romanorum quiritatio, cùm iniuria affecti alienam fidem implorabant, de qua ante aliquid diximus ſup. art. 21.

[b] *Chacun eſt tenu.*] Priuati etiam, multóque magis Magiſtratus, quibus ex debito incumbit. Nam fuiſſe

etiam

etiam Romæ priuatas familias Iuriſconſultus ſcribit, quæ mercede, alias quæ etiam gratia, incendia reſtinguerent. Sed eam curam ad magiſtratus. D. Auguſtus reuocauit, & Præfectum vigilum inſtituit, qui noctu cùm dolabris, hamis, & ſiphonibus oberraret reſtinguendis incendiis, diſpoſitis certis vrbis locis cohortibus, quæ ortis protinus occurrerent. Meminit huius inſtituti Dion. lib. lv. & curatores Angiportuum à plebe conſtitutos ſcribit, qui συνώπαρχοι ſint appellati, quibus ſint duo lictores dati & toga, quanquam capitalem cognitionem nullam habuère, quod indicat. tit. de off. præf. vigil. D. meminit & Plin. epiſtola quadam de Nicomedenſium incendio.

1 Porrò quod hîc quemque alteri imploranti iubet accurrere, magnam olim diſputationis materiam præbuit ſcholæ, Licere quidem pauci negabant, quòd Bart. Bald. & cæteri tractant l. vt vim. D. de iuſt. & iur. Bart. l. ſi quis in ſeruitute de furt. Pet. Cy. Iacob. de Aret. l. 1. C. vnde vi Ang. vt Salyc. l. vnica C. de rapt. virg. Panor. & Cano. c. ſi vero ext. de ſent. excom. & c. olim extra de reſt. ſpol. Cogi vero poſſe ad id aut teneri quemquam negant omnes ferè, gloſ. Archid. c. non inferēda 23. q. 3. gloſ. vlt. d. l. vt vim. Bart. l. vtrum. D. ad l. Iul. de parricid. gloſ. 1. §. vlt. verbo conuicti. C. de rapt. virg. Bart. l. 1. §. ſed in eos. D. ad S.C. Syllan. Bart. Bald. Angel. l. metum. §. ſed licet quod met. cauſ. Innoc. Ant. But. & alij c. quantæ ext. de ſent. excom. Bald. in proœm. digeſt. & l. 1. C. vnd. vi & d. l. vt vim & Claud. Aquenſ. Curt. Iaſ. Decius l. culpa caret. D. de reg. iur. & c. 1. ext. de off. deleg. & ibi Fely. Abb. & Barbat. & Panor. Ioan. de Lignan. in tract. de bello Anchar. c. dilecto. ext. de ſent. excom. Iure tamen Canonico contra putant. Archid. c. negligere 2. q. 7. Fely. d. c. quanto ext. de ſent. excom. gloſ. d. l. culpa caret. Dyn. in regula ſine culpa per d. c. quantæ & d. c. dilecto Panor. d. c. 1. ext. de reſt. ſpol. Ant. d. c. quantæ Curt. d. l. vt vim.

Hæc ſententia magis conuenit, & naturæ & præceptis Chriſtianiſmi cùm vni cuique mandatum ſit de proximo ſuo & alibi, ſi non pauiſti occidiſti, tum illud Moſis factum, qui fratri opem ferēdo Ægyptium occidit. Quare conflictus ſententiarum non fuit inutile
2 etiam legali diſpoſitione cōponere & flectere ad melius, & quemquam ad officia charitatis adſtringere, quod hoc ipſo in argumento facit Ord. Aur. art. 65. quod in magiſtratu ſtatuit Bald. l. 1. §. quoties. D. de off. præf. vrb. quod ſi Iudex videt duos rixari. Quam ſententiam videmus ethnicos etiam ratione tantum ciuili & natura ſequutos, lege non ſcripta ſed indita, ad quam non docti ſed facti, non inſtituti ſed imbuti ſumus. Nam ex duobus iniuſtitiæ generibus, alterum

A M. Cicero ponit eorum, qui cùm poſſint, iniuriam ab altero non propulſant, quod pluribus perſequitur lib. de off. 1. & hanc adiuuat Iuriſconſulti ſententia, cùm ſcribit hominis intereſſe hominem beneficio affici l. 1. D. ſer. export. quæ ratio etiam ſcribitur in l. non tātum. D. de appel. Extant in eandem ſententiam Ambroſij & Auguſtini iudicia, & Innocentij nobile pronunciatum in Concilio Lugdunenſi, iniuriæ participem eſſe, qui proximo auxilium non ferat; Solon etiam dicebat beatam rempub. fore, in qua quiſque iniuriam alienam ſuam eſſe putaret. Ægyptiorum vero etiam lex traditur, alteri iniuriam patienti opem ferre, adeóque & mortis indicta pœna, Scripſit Panor. d. c. quantæ & c. ſicut dignum. ext. de homicid. præſumi in dolo eum, qui alteri auxilium non fert. Quibus apparet potiorem eſſe hanc ſententiam quam natura, veterum exempla, & Theologorum, & Philo-
B ſophorum auctoritates confirmant.

[c] *Seront ſouldoyez.*] Hæc ipſa cauſa Doctores legum impulerat, vt contra quam quod hîc ſtatuitur, cenſerent, ſic enim argumentabātur, ei qui alteri iniuriam patienti opem tulerit, datur actio ad ſalarium operæ conſequendum; Non eſt igitur debitum, quod ſalario rependitur, alioqui ſi deberentur, exigi ſalarium non poſſet. d. l. metum vbi Bart. & gloſ. d. l. culpa caret ibi Decius. Bald. Bart. d. l. vt vim. Dyn. reg. non eſt ſine culpa Rom. conſ. 117. Saly. l. quiſquis. §. id quod. C. ad l. Iul. maieſt. Sed tamen & auxilium deberi & ſalarium hîc Conſuetudo diſponit. 3

[d] *Par ſubiection.*] Hæc ratio Magiſtratum non adſtringit, ſed officij neceſſitas. Bald. ſcribit, de duobus quos Iudex per feneſtram rixari videt in l. 1. §. quoties. D. de off. præf. vrb. Sed hac diſpoſitione ſerui tenentur ex S. C. Syllaniano, filius patri l. vtrum. D. ad l. Pom-
C peiam de parric. quæ diſpoſitio ad omnes eos porrigitur, in quibus parricidium cōmittitur, quod ibi Bart. ſcribit. Idem in ciue reſpectu ciuitatis aut patriæ, vt Bart. ibidem & Alex. ad eum notant, Angel. & Auguſt. in malef. verb. quæ hac tradito. Idem in vaſſallo & ſubiecto ratione Domini c. Domino guerram. tit. hîc finitur lex Cor. vbi plenè Doct. ſchola, & c. 1. §. item qui Dominum tit. quæ fuer. prim. cauſ. benef. amitt. & miles ducem adiuuare debet. l. 3. §. vlt. D. de re milit. Bald. in proœm. decret. Idem in famulo & mercede cōducto, Bald. ibid. & Florian. l. ſcientiam §. qui cùm aliter. D. ad l. aquil. Alex. l. metum. §. ſed licet. D. quod met. cauſ. idem in parochiano vt rectorem. Panor. c. 1. quod met. cauſ. ext. aut Epiſcopum. 4

An viciſſim Dominus vaſſallum adiuuare debeat Iacob. tit. de feud. verſ. & promiſerunt eidem Domino præſtare ſeruitia num. 15.

Article XCV.

[a] Noble homme n'eſt tenu faire à ſon Seigneur [b] viles coruées, mais eſt tenu luy [c] aider aux armes, [d] & autres aides de Nobleſſe. Art. xci. Novae Cons.

[a] *Nobilis vaſſallus non tenetur præſtare Domino [b] operas manuarias & artificiales, ſed tenetur ei [c] opem ferre in bello [d] aut quiduis aliud quod Nobili imperari poſſit & in Nobilem cadere.*

Nota I.

1 *Articuli cenſura.*
2 Viles coruées, *quæ.*
3 *Solius principis arma mouere.*
4 *Quid ſi plures Domini eundem vaſſallum euocent, &c. Argentr. in Conſ. Brit.*

D [a] Cum nullæ apud nos operæ artificiales Dominis debeantur præter eas quæ expreſsè lege & conuentione feudi dictæ ſunt, Bened. d. verb. condidit. 1. numer. 26. Afflict. conſt. 31. lib. ij. num. 4. cum feudis omnibus pactionatis, (vt loquuntur) vtamur, certum 1

A eſt quæcunque debeantur à re rei deberi, ideóque mirum eſt perſonæ qualitatem vſquam conſiderari, multoque magis in Art. 340. inf. vbi & Dominus excidit debito, ſi ſolum ad tales operas adſtrictum in Nobilis mancipium tranſire ſinat de cuius diſpoſitionis ratione non ſine cauſa conquerimur vt ibi dicemus alibi tamen habent, *des corueables à volonté*, tit. *des mains mortes*, §. 18. Chaſ. Bened. c. raynutius verb. condidit numer 19. 20. & 25. & 26.

Hodie vaſſallus nobilis manuarias eſt etiam præſtat per alium, art. 91. N. C.

2 [b] *Viles coruées.*] Operæ ſunt manuariæ & mechanicæ, artificiales, quæ dignitate præditis non conueniunt, fabriles; Roydas Itali vocant, de quibus extant Iacobini libellus, quas nemo etiam cum ſalario præſtare cuiquam cogitur, quod Bald. ait l. vlt. C. de bon. quæ liber. Matth. Afflict. d. conſtit. 31. num. 4. niſi ex conuentione feudali teneatur Iacob. in tract. de feud. verſ. qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum fidelitatis num. 75. & verſ. & promiſerunt eidem Domino præſtare ſeruitia num. 28.

3 [c] *Aider aux armes.*] Iſtud multomagis feudorum iure, quo arma mouere cuique licebat, aut auxilio Domini accurrere, nunc in totum prohibitis armis priuatorum relinquitur, vt manus Domini vaſſallum ad arma ciere poſſit niſi euocante & iubente Rege, cui etiam ſubuaſſalli tenentur, non minus quam immediato Domino ſuo, quod & Molin. notauit. §. 1. gloſ. 6. in fin. Iacob. d. verſ. & promiſerunt Domino præſtare ſeruitia q. 10. Sed excipiendi ſunt Clerici: Nam vetus dubitatio, an feudorum capaces ſint, pridem reſoluta, de qua litigat Præpoſ. c. 1. tit. qui feud. dar. poſ. Zaſ. tit. de feud. parte 5. ad fin. Et fuit ea veterum prædiorum penè ſola conditio, vt militiæ oneribus obligarentur. Quod Conſtantini Porphyrogennetæ conſtitutio indicat. περὶ στρατιωτῶν. Quædam (inquit) eſſe prædia militaria, quibus onus militiæ cohæreat, ita vt neceſſe ſit ad delectum apparere Domino edicente, vel certam pecuniam dependere; Quinetiam addit, ne alienare militibus ea liceret, quæ tali lege haberent. Contra in his quæ Alodia eſſent, quia non iure feudi haberentur.

[d] *Et autres aides de Nobleſſe.*] Hoc eſt, quæ lege & Conſuetudine Nobili imperari poſſunt, & in Nobilem cadere, cuiuſmodi ſunt obſequiales omnes, manuariæ & fabriles nullæ: Denique conuentæ tantum ex omnibus.

Sed quid ſi plures Dominos vaſſallus habeat, & eodem tẽpore ab omnibus euocetur. Res eſt perſpicua, 4
ſi eiuſdẽ feudi reſpectu mediatus & immediatus ponatur, nam immediato obſtringitur, vt alibi diximus, & Iacobus notat tit. de feud. verſ. & promiſerunt eidem Domino præſtare ſeruitia num. 11. De pluribus diuerſorum reſpectuum, putant antiquiori obſequendum, quod idem Iacob. ait q. 8. Sic habe in realibus operis omnibus obſequendum, ac ſuum cuique tribuendum. Reales voco, quæ ratione rei præſtantur & vtilitatem pecuniariam continent, neque enim alteri per alterum quicquam decedit. In perſonalibus, quæ obſequium duntaxat & reuerẽtiam perſonalem continent, iuſta excuſatio eius eſt qui ita alterum reueretur, ne alterum contemnere, aut offendere cogatur, quod ſcriptura de duobus Dominis indicat, quod vero omnibus præſtari poſſit, omnibus præſtet. Sed iſta perquam raro accidunt.

TITVLVS

TITVLVS TERTIVS, DE PROCVRATORIBVS.

TILTRE TROISIEME, Des Procureurs.

AD RVBRICAM.

1 *Procurator quis sit, & quam variæ functiones.*
2 *Cognitor item.*
3 *Quid est quod apud Francos dicebatur olim neminem recipi ad litigãdum per Procuratorem.*
4 *Quid syndicus & vnde denominatio.*
5 *Quid actor.*

1 Notissima est in iure ciuili Procuratoris significatio & functio ex l.1.D. de Procur. pro eo propriè qui alieno mandato aliena etiam negotia extra iudicium tractat. Sed & ad iudicia constitui nemini ignotum, quanquam tales veteribus cognitores potius dicti, quibus præ-
2 sentibus præsentes & ipsi litigatores defensionem causæ iniungebant, apud Iudices, quod è
3 veteribus Asconius annotauit, & indicat interpres. Cod. Theod. tit. de cognitoribus. Quorum vsus cùm pernecessarius sit, mirum est apud Frãcos olim receptum in patria quidem (vt loqui solent) Consuetudinaria, ne nisi redempta venia agẽtibus quidem, Procuratoribus vti liceret, hoc est nemo nisi ex rescripto per Procuratorem ageret, quod Stylus Parl. indicat, c. 5. §.15. & c.13.§.3. quo loco & priuilegia adiicit eorum, quibus iure singulari contra liceret, vt & Gallus Art.80. Nam his regionibus, quæ iure scripto regebantur, nũquam est ea necessitas imposita, nec reis & defensoribus vsquam. Sed & in re familiari Procuratores fuère, sed alio sensu præsertim apud scriptores agriculturæ vsurpati, pro his qui agriculturam, & opus rusticum curãt,& operas exigunt,& priuatorum patrimonium procurant, fructus colligunt & reponũt, ædes custodiunt, calendarium exercent & rationem reddunt, Cõciergios & receptores vocare solemus. Et verò ea appellatione fuère, qui res priuatas Principũ & patrimonium curabant sine magistratu, quos Procuratores priuatæ rationis appellat imperator. l. Procurator C. de edend. nunc agẽtes vocant è Romana Curia vocem mutuati. Fuère tamen eodem nomine sed vsu & fũctione alia, in Prouinciis Procuratores cùm magistratu, sed paulo quam præsidum minori, qualem fuisse in Iudæa Põtium Pilatum alicubi Euangelium, alibi Tacitus *Cuiac.lib.18.*
4 scribit,& crebra mẽtio Suetonio & Tacito, crebrior eo libello qui vulgo Notitia imperij in- *obs.cap.13.*
scribitur. Syndici nota significatio pro eo, qui à corpore, Collegio, aut Vniuersitate esset ad tuendam litem constitutus, quod Iuris. indicat.l.1.§. quibus. D. quod cuiusque vniuers. nomine. l.neque C. de Proc. tametsi inepta compositio, quam glos. ibi, & eam sequuti Canonistæ sectantur, cum à verbo σιωδικεῖν proueniat, quod idem est quod συνηγορεῖν, id est, patrocinari, & adesse causæ alienæ, cuiusmodi fuisse Aristidem Athenis Demosthenes scribit contra Ctesiphontem, nec licuisse iterum creari, vt oratione contra Leptinem significat, ne publicam curam in occasionem priuati commodi verterent. Qua eadem significatione actoris
5 vocem Iuriscõsultus vsurpat d. §. de quibus, tametsi actor propriè, ab vno & Iudicis decreto, & ad litem iam institutam creari soleat; Antiqua Cõsuetudo indistinctè verbo Procuratoris *ou d'Aloüé* vtebatur, cùm veteribus ALLOVEZ, idem essent quod vicarij substituti, & vicegerentes.

ARTICLE XCVI.

C[a]ELVY [b] qui a fait faire exploit [c] en qualité de Procureur [d] d'aucun, [e] doit [f] au iour de l'assignation [g] faire apparoir [h] de procuration de [i] precedant datte dudit exploit: autrement [k] l'exploit est nul. Et [l] payera ledit [m] pretendu Procureur, [n] despens à la partie, & [o] amende à la Cour. [p] Et ne peut vn Procureur faire autre chose, que ce qui est contenu en sa puissance & pouuoir.

[a] *IS[b] qui vadimonium dictauit, siue quidquam denuntiauit,[c] Procuratorio nomine[d] alicuius[e] debet[f] ad diem assignatum seu vadimonium[g] docere[h] de Procuratione seu mandato [i] antecedente: aliàs omnis[k] actus nullitatis subiicitur. Et[l] soluet prætendens[m] Procurator [n] expensas aduersæ parti, & [o] mulctam Curiæ.[p] Et non potest Procurator mandati fines transgredi.*

Nota 1.

Fœminæ Procuratrices esse nequeunt præterquam ad extraiudicialia.

[a] *Celuy.*] Hîc masculinum non concipit fœmininum, cùm materia subiecta non conueniat sexui, & in iudicialibus fœminæ personas alienas nũquam sustineant. l.1.§.secũdo loco.D.de postul. l.maritus.C.de Procur. l. neque fœminæ.D. de Procur. l.fœminæ. D. de reg. iur. Nam extra iudicium procuratrices ad negotia esse possunt, & sæpè constituuntur. l.3. §.1. D. de negot. gest. Bart. & Decius d. l.fœminæ.Doct. l.alienam. C. de Procur. Ang.& Alex. l.quamuis.D. de acq. poss.

[b] *Qui a fait exploit.*] Siue actionem, siue vadimonium dictauit, siue quidquam denunciauit, siue interpellauit, consignauit aut obtulit, denique quodcunque in B iudicio siue extraiudicium alterius nomine designauit; in quo sæpè nostri Apparitores fallunt, & falluntur, cùm ne visis quidem vnquam partibus aut cognitis, postulantibus his actis suos renunciant esse factos. In quo falsum admittunt, cùm renunciare debeant ad postulationem eorum factum, qui alieno nomine mãdarunt fieri, vt ita conueniri possint ad mãdatum exhibendum, & iustificandam (vt loquuntur) qualitatem, & domicilium cõstituendum, propter insidiosas plerumque captationes occasionum, quæ tam in commerciis quam iudicialibus incidũt, quorum actus posterius partes principales prout expedit aut agnoscũt, aut repudiant perquam sæpè malignè.

Nota 2.

1 *Quicunque alieno nomine agit de mandato docere debet.*
2 *Quid si qualitas omissa est in actu qui gestus est.*
3 *Sibi potius quisque quam alteri stipulari præsumitur, & fallentiæ.*
4 *Quid in quocunque actu censendum, qui simpliciter & sine expreßione mandati geritur.*

[c] *En qualité de Procureur.*] Quod hîc de Procuratore 1 exprimit, non est intelligendum dictum esse restringendæ dispositionis causa sed frequentioris vsus gratia. Itaque non excludit alias personas aliena vice fungentes, quod glos. dixit clem.1. verbo, Præsidentes tit. de rescript. Abb. Imol. Fely. c. pastoralis. ext. de iud. vbi de hac ipsa Procuratoris expressione loquuntur. Quare siue vt Syndicus denique si quomodocun- D que quis alieno nomine agit, huic dispositioni subiicitur, & de mãdato antecedente docere debet, & præstare se talem esse. Sed hoc magis in Procuratore, quia ista qualitas Domini personam repræsentat, & actoris, & Syndici actus sæpe contemnuntur, si nullam præter eam qualitatem habẽt. Coniunctarum personarum, quarum in iure tam crebra mentio est in iudicialibus, rationem habere non solemus, vsu fori, nec expedit tam infidis sæculis & astuto mũdo quidquam alteri intestato credere. Sed ne iure quidem cõiunctæ personæ ad ea admittebantur, quæ mãdatum speciale requirebant, etiam si cautionem offerrent de rato. l. patri. & l. illud. D. de minor. Sed hunc locum latè

A cumulat Tiraq. in retract. §.1. glos.13. num.34.& §.36. glos.2. numer.14. & si maximè admitterentur, actus suspenderentur ab euentu ratificationis ex l. exigẽdi. C. de Procur. l.3.§. Sed etsi fortè.D. iud. sol. & notat Tiraq. d.§.1. glos. 10. q.17. num.97. Sed nostra Consuetudo nullam dispositionem, aut actum admittit sub euentu ratificationis, sed omnem actum nullitati subiicit, quem mandatum non antecedit in Procuratore quidem, de cuius natura & substantia est, vt mandatum habeat.

Sed cum hîc dicat, *en qualité de Procureur*, non sine 2 causa de eo dubitatum est, qui cùm antecedẽs quidem mandatum haberet, in actu tamen gerẽdo qualitatem Procuratoris omisit. Et ponamus, vt quæstio magis dubitabilis sit, talem actum esse, qui ambigua actione tam Procuratori nomine Procuratorio, quàm proprio B conuenire possit, velut intercessio aut oppositio, quæ fit contra cuiusquã approprimẽtum, quæ postea sustineri potest, tam nomine alieno quam proprio, si simpliciter & sine expressione qualitatis facta sit: Res est digna inquisitione, & quæ sæpè vsu eueniat. Hîc separandæ dubitationes respectu personarũ: Nam si quæritur de dandis actionibus inter mandantem & mandatarium, nõn dubitandum, quin si mandatum præcessit & acceptatum est dari actio mandati debeat aduersus mandatarium, si quod erat ab alio mandatum simpliciter aut suo nomine gessit, & in vtilitatem suã, quin & fraudati mãdati teneri, & infamem fieri si cõuincitur. l. si in aliena. §. si is qui putat. D. de acquir. hæred. vbi Bart. idẽ Bart. Alex. Ias. Imol. l.1.§. nunciatio.D. de oper. noui nũt. Imol. Alex. Lud. Rom. l. post dotẽ.D. sol. matr. Marian. Socin c.1.ext. de lib. oblat.

C Sed cùm quæstio inter mandantem vertitur, & eum cum quo actus gestus est, ab eo cui mãdatum dicitur, iustior dubitatio est. Nam regula ordinarij iuris tradi- 3 tur: Quemque in dubio sibi potius quàm alteri stipulari, cõtrahere, acquirere, negotium gerere præsumẽdum. l. & magis. D. de solut. l. Papinianus, vbi glos. & Alb. D. mãdat. l. si ita stipulatus fuero. §. Chrysogonus. vbi Bart. D. de verb. oblig. l. pro hærede. D. de acq. hæred. Bart. & cæteri d.§. nunciatio. Socin. d.c.1. q.6. tex. l. si quis domũ §.1 D. locat. Bertach. in diction. verbo, Procurator in dubio, nu.20. vers. Procurator agit.

Quare qui alieno nomine agit, qualitatem debet 4 exprimere actum gerendo; Ergo tutor tutoriam qualitatem exprimat. l.3.§. sed quod de tutore. D. iudicat. sol. vir maritalem. d.l.3.§. sed si fortè. Mol.§.1. glos.1. D q.9. Bald. c. cõstitutis. ext. de Procur. pater paternam aut administratoriam, quod scribit Anch. C. accessorium 12. col. vers. quid si excommunicatio. de reg. iur. in vj. vsufructuarius vsufructuariam aut dominicam. l.1. §. vlt. D. de op. no. nunc. Mol. d. §.1. glos.1. numer.23. Procurator Procuratoriam. l.1. D. de off. Procur. Cæsar. coniuncta persona coniunctionem. Spec. tit. de coniunct. pers. §.1. tex. d. l. exigendi. Bart. l. vero in princip. D. de solut. Denique quicunque alterius nomine agit, ad hoc vt ei cuius nomine gerit nascatur actio, ex intentione contrahendi cum altero, qualitatem exprimere debet. Sed tamen incidere casus possunt, in quibus, quod exprimi debuit, intelligatur suppleri ex intentione partium collecta de cir-

de circunstantiis, veluti si mandatum non est expressum, sed expressa est qualitas quæ mandato tribuitur, veluti si Titius Procurator Sempronij agit, Augustus maritus Liuiæ, Palamedes libertus, aut institor Tiberij, Andronicus tutor Timoleonis. His casibus etsi non dicatur vi Procuratorij, aut mariti iure aut tutorio, tamen subintelligitur de institore tex. l. vlt. vbi Bart. D. de inst. act. de Procuratore l. quacumque gloss. verbo Procurator, vbi Angel. D. de Procur. l. penult. D. si quis caut. Bart. d. §. sed etsi cùm tutor. D. iud. sol. Alb. in rub. C. de Procur. de tutore. l. 1. §. 1. ad fin. D. de admi. tut. Alb. l. post mortem. §. 1. D. de administ. tut. vbi glos. verbo, rectè recusat. Socin. d. c. 1. Alex. Imol. Ias. d. §. nunciatio. Curtius additione ad Alex. vbi & Rom. d. l. post dotem. Bertach. verbo, Procurator in dubio, num. 20. & vbi sup. Bart. l. post mortem. D. quád. ex fact. tut. Addunt & alium casum, quo non addita qualitas suppleri debeat, cùm scilicet is, cum quo actus geritur, nõ ignorauit qualitatem Procuratoris, qui secum contraheret, quod Bart. ait d. §. nunciatio. & Rom. d. l. post dotem. Sed vereor vt vsu obtinere possit, cùm obstet potior præsumptio quæ aliam vincit, quod suo potius nomine quis acquirere præsumatur, & plerumque accidat, vt fidem potius qui contrahit sequatur eius, cum quo contrahit, quàm alterius, si aut potentiam vereatur, aut difficultatem conuentionis, quod vulgò notant l. vlt. C. de Procur. & c. Pastoralis. ext. de iud. Sed & qualitatem exprimi necesse non putant, quæ semel expressa sit, quia eodem in negotio repetita intelligitur, quamuis si probatio exigitur probari conueniat, sed actus qui geritur, post expressionem semel factam pro expressa habet. Sed de expressa etiam probandum est, si de ea controuertitur, vt dicemus verbo, *doit*. Hæc Bald. d. §. Chrysogonus. Alex. & cæteri d. §. nunciatio. Bertach. d. vers. Procurator agi, hoc casu excluditur præsumptio, quod quis sibi stipuletur, & alieno potius nomine gestum videtur. Quorsum enim qualitas alieni nominis, aut negotij mentio, aut tractatio, si non alteri negotium geritur? quod Bart. scribit l. si pupilli. §. 1. col. 2. vers. si vero non dicit. D. de negot. gest. Idem putant, si negotium quod geritur, aut lis quæ instituitur, tota alium cõtingit. Quis enim hîc presumptionem potest aucupari non alieno nomine agi, cuius negotium est, & res agitur, quod Bart. ait d. l post mortem. D. quand. ex fact. tut. & d. §. nunciatio. col. 2. vers. aut apponitur nomen per d. l. cùm post, vbi Alb. & in rub. de Procur. C. Hæc valde retineri conuenit ad effectus oppositionum, quæ contra approprimenta simpliciter factæ, postea ex alterius aut alterius qualitate, aut interesse sustinentur, & alterius nomine facta excidunt, nisi de antecedenti mandato docetur.

NOTA 3.

An nomina omnium de vniuersitate exprimi debeant in constit. Procuratore.

[d] *D'aucun.*] Etiam si is constituendi Procuratoris ius non habuerit: hîc enim non quæritur quam valeat mandatum de quo constat, sed an habeat vllum qui vt talis actum fecit. Nam an valeat controuersia præcipuè mandantem respicit, An habeat, eum qui in ea qualitate egit, an verè scilicet dixerit, an talis fuerit. Etsi etiam falsus Procurator dicitur, qui mandatum quidem habet, sed ab eo qui constituere non potuit, quod ait Bald. l. falsus C. de furt. in princip. & l. licet. C. de Procurat. Sed de inualiditate opponere non potest qui illo vsus est, & qualitatem constituentis scire debuit, & ideo ad interesse conuenitur. Quod autem hîc dicit *d'aucun*, idem existima in eo, qui se plurium Procuratorem dixit, aut vniuersitatis, nec satis sit multorum, plurium, ac ne omnium quidem ostendere, nisi in forma corporis, loco & tempore consueto congregata sit, etiamsi vt dixi, omnium eorum signa proferrentur, quibus corpus constat. Exigitur enim tractatus, & disceptatio omnium, qui præsentes sunt.

An vero nomina scribi deberent, dubitauit Bart. l. 1. D. de alb. scrib. Bald. l. 1. D. de magist. conuen. Abb. c. inter dilectos ext. de donat. nec putant necesse esse, nisi in casibus à iure expressis, Bart. distinguit in numerosis collegiis, ne necesse sit, in cæteris quæ numerum decem non excedant debere, veluti in parochianis vnius parochiæ, in quibus hactenus obseruari animaduertimus, vt aliquot denominatis clausula subiiciatur omnium præsentium, aut certè maioris partis, nam duas partes superare non exigimus vsu. Certè in his collegiis, quæ numero certo & diffinito constant & Actuarios habent, receptum neminem exprimi nominatim, sed Actuarius actis excipit nomina presentium in regestis, quod vt in Curiis quoque supremis fieret nuper est Ord. Carol. Molin. art. 63. constitutum, vnde cuique describere licet cum vsus poscit. Et si vt ipsis quoque actis insererentur in collegiis præsidum, video aliquando Curiæ nostræ placuisse, nomina omnium qui aut iudicato aut decreto interfuissent.

[e] *Doit.*] Etiam si non repetatur. Nam dicenti se talem, probatio iucumbit, quod Alex. pluribus persequitur. l. licet C. de Procur. Anch. c. in nostra ext. eod. tit. Si tamen semel admittatur, siue expresso siue tacito consensu, omissa exceptione aut non opponendo quandocunque petetur, probare sufficiet. glos. c. 1. verbo absentia de elect. in vj. Alex. cõs. 71. vol. 3. col. 5. Spec. tit. de Procur. 4. parte. §. 1. vers. sed si receptum erat. Rota decis. 248. in antiq.

NOTA 4.

1 *Intra quod tempus de mandato doceri debeat.*
2 *Distinctio de tempore.*

[f] *Au iour de l'assignation.*] Cum hîc vadimonij, & *d'assignation* meminit, videtur de iudicialibus dispo- nere. Sed tamen & in extraiudicialibus quoque omnibus intelligi conuenit, vt in denunciationibus, interpellationibus, oblationibus, & talibus, in quibus tam est de mandato ostendendum quam in cæteris. Sed hoc differunt, quod hic dicit, *au iour de l'assignation*, & in extraiudicialibus nulla assignatio præsupponitur intra quam doceri possit. Quod igitur erit tempus ostendẽdi in talibus mandati. Respõdeo in his omnibus actibus, in quibus certum tempus præfixum est agenti, veluti retrahendi, pecuniam soluendi, appellandi, præsentandi, de mandato intra ea ipsa tempora docendum, intra quæ ipse actus geri potest, nec vlterius. Quare Procuratori pecuniam offerẽti intra octo dies necesse erit mãdatum ostendere, appellanti intra decennium de iure, presentanti intra quatuor mẽses, quod Lappus expresse dixit allegat. 22. per c. si quis iusto, iuncta glos. verbo admitti. de elect. in vj. & l. de pupillo. §. qui Procuratorio. D. de op. no. nunc. Thomas Fastolius decis. Rotæ causa 15. dubio. 35. incip. tertio dubitatur. Staphil. tract. de lit. grat. tit. de vi clausularum q. 6. num. 19. Bald. l. falsus. col. 9. vers. ad tertium C. de furt. Tiraq. in retract. §. 1. glos. 10. num. 90. Quod si dies nulla prefixa sit, quamprimum docẽdum erit, id est, antequam res integra esse desinat: Neque

enim quisquam temerè credere tenetur dicenti se A Procuratorem. Itaque contemnere denunciantem potest; si nulla assignatio expectatur. Hæc valdè notari conuenit.

NOTA 5.

1 *An quisquā docere in promptu debeat de Procuratione.*
2 *Rati cautio quando de iure exigatur.*
3 *Nullus actus apud nos cum cautione de rato admittitur contra licente parte.*
4 *Ratificatio sublata statuto requirente mandatum.*

8 *Faire apparoir.*] Hic paucis verbis ingens de iure quæstio transigitur. An quisquam scilicet vt Procurator alterius admittendus sit, si in promptu & in ipso actu non docetur de mandato, an vero & cum satisdatione de rato si nullum mandatum ostenditur. Atque hic abscisse statuitur admittendum omnem, qui se Procuratorem dicat, etiam si (quod mirum est) mandatum nullum ostendat, modo per essentiam veri sit Procurator, & talis postea probetur, ex antecedenti fuisse iam tum cùm actum gereret. Nec hoc exemplo caret, cùm & Romæ quoque idem obseruari C vsu scribat Decis. Rotæ 145. in nouis, & Bald. l. falsus col.9. vers. ad tertiam. C. de Procurat. & Dyn. opinatus est. Hæc dispositio multis certè captionibus tam obnoxia est, vt magis expedierit iuris dispositionem sequi, quæ in ipso actu mandatum vult probari & exhiberi, nec temerè cuiquam fidem haberi in cōtrouerso præsertim negotio, de quo Bart. l. non solum. §. morte. vers. quæro an talis. D. de op. no. nunc. Ias. ibid. col. 4. vers. quarta conclusio, idem cons. 159. lib. 2. Bart. l. grege. §. 1. D. de pignor. vers. aduerte quod si denunciatio, & in l. cum satis. C. de agric. & cens. lib. 11. per l. si quis inficiatus. D. depos. vbi Bart. D & Bald. Bart. Decius l. qui in alterius. D. de regul. iur. Alex. & Imol. d. l. de pupillo. §. qui Procuratorio. Alex. cons. 95. vol. 2. vers. superest. cons. 78. lib. 5. Bald. l. tutor 2. lect. D. de minor. & in rub. ext. de Procurat. Bald. l. si fundum. D. de rei vend. & c. 1. tit. de milit. vassall. qui cont. est, & l. qui absentem. D. de Procur. Rom. cons. 204. & cons. 6. Afflictus decis. Neap. 316. Ripa c. cum M. Ferrar. ext. de constitut. Tiraq. in retract. conuent. §. 4. glos. 6. num 5. Quanquam ne id quidem Franci recipiunt, quia quemlibet admittunt in tribunalibus ordinariis cùm promissione ratificandi, quod Imber. notat. lib. 1. c. 30. Sed & aliis E vsitatum dicētem admittere sub protestatione, si sufficiens mandatum habere reperiatur, quod vulgò notant l. licet. C. de Procur. & Styl. par. c. 15. §. 2. Cano. c. in nostra ext. de Procur. Iure ciuili cum cautione de rato tum demum quemque admitti receptum, cùm iusta opinatio erat de mandato, ex his quæ ostendebantur, plenè tamen non probabatur, & dubitari poterat; qui defectus supplebatur satisdatione. l. 1. vbi Bart. C. de satisdat. & l. 1. C. de Procur. Bart. l. non solum. §. qui alieno. D. de Procur. Nam si omnino nullum mandatum ostendebatur, nec cautio admittebatur, quod Bald. Bart. Saly. Ias. d. l. 1. C. de Procur. dis- F ferunt: cui tamen regulæ tot exceptiones subiiciunt, vt omnino expedierit tolli tot differentias, & in vniuersum statui nullum omnino admitti sine mandato si non antecedat, antecedente eo quemlibet admitti, etiam si in promptu non doceatur. Ratificationem in totum tollimus ad validitatem actus. Tota enim substantia actus pendet à constitutione antecedenti, quæ super rerum naturam vera est, etiam si ignoratur, consistet actus, si non ostendetur corruet; nec ratificatio idem pollebit, quia Consuetudo nullitatem actus contra facti inducit. Itaque executione nullitatis à lege facta purgatio moræ non admittitur per ratificationem, & nullum subiectum reperit ratificatio in quod possit agere, propter præexistentiam nullitatis, quod Bald. in simili scribit. d. l. falsus. col. 1. & 2. C. de furt. Ad quod facit, quod traditur, cùm actus à principio nullus est propter personæ defectū, non confirmari sublato defectu aut legitimata persona, quod Alex. dicit cons. 171. incip. viso processu lib. ij. Decius in regula quod ab initio num. 5. & quod vulgò aiunt ratificationem retrotrahi, intelligunt, nisi actus ab initio nullus sit quod Bart. ait l. obser- B uare in fin. D. de off. procons. Decius ibid. Alex. cons. 78. vol. 5. expresse hoc casu Anchar. cons. 123. incip. vnus ex Procuratoribus Francis. Aret. cons. 118. incip. eximiè Domine Bald. l. fin. C. ad Maced. Bart. l. ab emptione. D. de pact. Decius reg semper qui non prohibet. D. de reg. iur numer. 16. Bertach. in reper. vers. Procurator. falsus numer. 113. & vers. ratificatio, num. 29. & vers. Procurator non dicitur, numer. 20. Alex. d. l. licet Ias. d. l. si Procuratori falso. D. de cond. ob caus. Abb. c. ex parte decani ext. de rescript. Nullitas autem actus ex eo concluditur, quia quoties sta- C tutum mandatum requirit vt hoc ipsum, toties ratificatio non sufficit, quia ratificatio re vera non nisi fictum mandatum est, cui statuti verba non applicantur, quod Bald. dixit. l. si vxorem. 2. col. C. de cond. inser. & d. l. obseruare. §. vlt. D. de off. procons. Fely. c. causam. in vj. limit. ext. de iud. Quare sinendi sunt scholæ Doctores pugnare super illa quæstione, an gesta à falso Procuratore ratificari possint, de quo latè Fely. d. c. causam, & Aufrer. decis. Tholos. 271. Item illa an gesta per Procuratorem reuocatum ratificari possint, de qua Alex. & alij l. tutor. C. in quibus caus. in integ. rest. non est necess. Aret. & Ias. §. præiudi- D ciales. Inst. de actio. Ergo constat apud nos iure Cōsuetudinario mandatum antecedere oportere, necnullam vim esse oblatæ ratificationis aut satisdationis ad validandum actū, quem Cōsuetudo annullat & irritat. Est & illa quoque dubitatio præcisa, an in promptu & in ipso actu de mandato docendum sit, de qua ante disseruimus, cùm in præsens doceri Consuetudo non exigat & posterius sufficiat, vt dicit, *au iour de l'assignation suiuante l'exploit qui se fait.* Porrò cùm de mandato doceri exigimus siue ex iure siue ex Consuetudine intelligimus scripto exhibendum, & legendi potesta- E tem aduersario fieri oportere, clem. causam de elect. Bart. d. §. morte. & d. l. grege. Salyc. l. mora. D. de vsur. Bal. cons. 447. lib. 3. Socin. in fallent. reg. 76. Bart. l. 1. q. 11. D. de op. no. nunc. Anchar. cons. 371. & Rebuffus locum hunc tractat in nominationibus q. 14. Exemplum verò aut copiam dari substantiale quidem per se non est, nec ex eo actus corruit, nisi lex expresse exigeret, vt Rota ait, decis. 168. In nouis Felyn. c. cùm contingat. ext. de rescript. & quæ pluribus Tiraq. in retract. lignag. §. 1. num. 99. & seq. & 105. Ex his sequitur, si quis alterius approprimento intercedat, admitti oportere etiam si de mandato in F præsens non doceat, si tamen per substātiam veri mādatum iam factum est, & antecessisse, postea probetur ex data. Quod si subsequitur & oppositio & inde sequuta nulla sunt, & clauditur approprimentum, nec ratificatio vlla admittitur tum quia nullitas inducitur à Consuetudine, tum quia ratificatio fieri non potest, nisi eo tempore quo ipse actus posset, atqui constat post certificationem iudicialem, id est, consummatum approprimentum neminem admitti ex l. bonorum. D. rem rat. hab. & quos redundanter hoc loco colligit Tiraq. d. §. 1. glos. 10. num. 85.

Sed

Sed & interdum dubitari incidit de eo, qui cùm amico gratificari cuperet, cui magnum præiudicium fieri videbat, intercessit, & extabat quidem antecedens mandatum re vera, de quo tamen intercedens nihil sciebat. Nam hîc satisfacit Consuetudini, cùm mandatum antecessisse præsupponamus, sed fortuita & inconsulta est hîc Procuratoris opera, qui mandatum nec receperat, nec sciebat, nec obligatio vlla contrahitur inter mandantem & eum, qui mandato additus est. Hîc multum interest, an scientia, an item ignorantia Procuratoris attendatur, an quod re vera fuit, & tamen ignoratum est ab eo qui actum gessit, & vulgo traditur cùm periculum in mora est, & grande præiudicium gignitur absenti, etiam minus habilem Procuratorem admitti Bart. & Alex. ad eum. l. non solum. §. qui alieno. D. de Procur. Bald. exigendi. C. de Procurat. Ias. l. non eo minus, C. eod. Communis certè scholæ sententia est Procuratorem quamlibet cõstitutum, non ante gerendi potestatem accipere, nec mãdatum valescere, quam instrumentum ea de re receperit, & vt aiunt certificatus sit de mandato, quod Spec. dixit tit. de Procur. §. 1. vers. sed quid si Procuratorium. Io. And. Archid. Philip. Franc. Dominicus. c. is qui de Procur. in vj. Anchar. c. in nostra ext. de Procur. Bart. l. si pupilli. §. item. si Procurator. D. de negot. gest. col. 2. & Cons. 73. Francisc. Aretin. Cons. 70. Distinguit Imol. l. qui in Domini. D. de testa. & clem. 1. verbo, receperit. de Procurat. Anch. Barbat. c. cũ ex officij ext. de præscript. Bald. l. falsus Procurator. vers. sed pone cum Dyn. C. de furt. Rota decis. 586. in antiq. & 145. in nouis Rota Cons. 353. col. 2. Bald. & Ias. l. licet C. de Procur. Bertach. in diction. vers. procurator etiam absens. Bald. in Margareta, vers. Procurator non habet Boër. decis. 274. Felyn. c. sciscitatus ext. de rescript. Quare vulgata sententia receptum & probatum non valere actum à tali gestum, nec vllam obligationẽ contrahi, nisi inter scientes & consentientes & inuitum Procuratorem intelligi qui non consentiat. Ideóque & ignorantem. l. filiusfam. §. inuitus. D. de Procur. Nec valere gesta ab eo tutore, qui se tutorem ignorauerit. l. quæro. D. de eo qui pro tuto. Hæc iuris ciuilis sententia est. Cæterum Consuetudinario iure contra puto, cùm Consuetudo nil amplius requirat quam mandatum antecedere, & veritatem rei exigendo nihil de scientia Procuratoris constituti statuat, & eam interpretationem amplector per quam actus sustinetur potius, quam iuris subtilitatem, præsertim cùm partis nil intersit, si modo de antecedentia mandati constet, etiam si Procurator ignorauit, id quod de re vera erat, si fortuita opera cũm essentia veri consensit, & Romæ obseruari tradit decis. Rotæ 145. & Boër. decis. 174.

NOTA 6.

1 *An Procuratio per testes probari possit.*
2 *An litis instrumentum apud aliquem repertum idonea sit probatio.*
3 *An insertio Procurationis fidem faciat contra principalem.*

1 [h] *De Procuration.*] Cùm Procurator per instrumentum publicum, nuncium, & Epistolam constitui possit. l. 1. D. de Procur. dubitatum est, an constitutio per testes quoque probari posset. de quo Bart. Bald. Salyc. Ias. & alij litigant. l. 1. C. de Procur. & qui inter eos copia superat Ias. putat testibus quoque mandatum probari posse. Sed hîc apparet textum, & sequentibus articulis scripto fieri præsumpsisse, nisi iusta aliqua causa aut circumstantia facti aliud suaderet, si amissum forte Procurationis instrumentum proponitur, aut interuersum, aut si scribere nescit qui constituit, nec Notarij copia erat, quod Bald. putat d. l. 1. C. de Procur. Sed ea de re pugna est inter Petrum de Bellap. vt ibid. Fulgos. Cast. & Bart. Bald. Fulgos. Salc. & glos. l. maritus. C. de Procur. Bertach. verbo mandatum an valeat, & verbo mandati editio in diction. Ioh. Fab. §. fin autem. Inst. de satisd. Ratio suadet scripto probari, nec aliter vsus in iudicialibus admittit. Ex quo sequitur 2
non sufficere apud quemquàm instrumentum litis reperiri, vt Procurator cõstitutus videatur etiam si Procuratoriam faciat, quãquàm de eo schola litigat. d. l. 1. C. de Procur. quia Consuetudo expressius aliquid desiderat, & id factum æquiuocum & anceps est, & subiectum incertis circumstantiis, interpretationibus, & coniecturis, quæ aliam mentem Domini fuisse probare possint, quare nemo in re momentosa incerto se credere tenetur. Nam & ibi Bald. negat id factum sufficiens videri ad hoc, vt Procurator constitutus videatur, de quo latè. Cano. cap. coram ext. de off. deleg. & quos cumulat. Ias. d. l. 1.

Sed sequitur frequens dubitatio, quid si instrumentum Procurationis reperiatur in aliquo fortè 3
actorum aut venditionis tabulis insertum de verbo ad verbum, cum eo qui Procurator constitutus dicetur. An id aduersus Dominum constituentem fidem faciat, si de exemplari, id est, originali non appareat. Id quoque dubitatum est in ea probatione, quæ contra eum facta est, qui se Procuratorem negarat cum re vera esset, an ex ea fides quamquàm cõtra Dominum colligi possit, de quo differunt Bart. & Bald. d. l. 1. & l. licet. C. de Procur. & Bart. & l. non solum. §. qui alieno. C. de Procur. fidem facere putat & receptius est, ita vt censeant Domino solum restare viam falsi, quod Bart. expressè putat. l. si Procuratorem. D. de Procur. Id cùm ita sit multo magis in insertione instrumenti scripti, & authoritate Iudicis exemplati & per manum publicam censeri debet. Mirórque aliter visum Molin. §. 5. num. 44. qui contra putat, nisi cùm insertio ab iisdem Notariis facta est, qui ipsum illud Procurationis instrumentum receperunt, quia vt ait exemplatio inter alios facta absente parte non noceat. Atqui respondeo inter alios factam dici non debere, cùm facta est cum illo ipso qui vicem absentis, nomen & ius sustinet, idque authoritate iudicis qui originale vidit, & per manum publicam. Multóque maior ratio in testium probatione dici poterat, quam tamen valere aduersus Dominum Doctores putant, cùm potior & certior sit fides instrumenti. Quare indubiè insertionem fidem facere puto, siue in iudicio siue in contractibus fiat, si authenticum solemne fuisse apparet ex insertione. Alioqui multos eludi contingeret: Et salua falsi quæstio est, si quis originale postulet edi, vt Bart. dixit. d. l. Procuratorem.

NOTA 7.

1 *Priuata scriptura non valet ad datam probandam.*
2 *Quid si actus & mandatum eiusdem sunt datæ.*

[i] *De precedent date.*] Quod hîc dicit, ne intellige repetita die fieri posse, quæ falsi species esset, l. repetita. D. 1
de prob. quod antidatare vocant: Sed si re vera mandatum fuit, actum subsistere iure. Quæ res imprimis ostendit, quod ante diximus in glo. mandatum scripto probari oportere, vnde fit, vt scriptura priuata aut sigillum priuatum cuiusquam, epistola aut quidquam tale, non admittatur pro iusta probatione si de die dubitatur, & ad probãdum (vt loquuntur) datam, si alio modo non probatur quam priuata scriptura, quia illa

fidem non facit de tempore aduersus tertium. l. scripturas. C. qui potior. in pignor. hab. Quippe cùm quotidie quilibet subscribere possit, & diem repetere, quod Bald. ibid. ait & Cons. 198. 249. lib. 1. & cons. 400. & 466. lib. 5. Anchar. expresse Cons. 28. incip. rationes, Francis. de Ripa. l. priuilegia vers. tertio fallit. num. 24. D. de priuileg. cred. Panor. & Barbat. c. 2. ext. de fid. instr. de quo latè differit Tiraq. in retrac. Conuent. §. 2. glos. 7. 43. & seq. nisi ipso illo data tempore, quod mandato continetur à testibus visa epistola aut scriptura priuata probaretur, quo casu non tam probat ipsa quàm probatur, vt ait Bald. d. cons. 198. & c. cùm olim. ext. de priuil. & quos Tiraq. congerit. num. 55. & 56. Nemo igitur ad probandum anterius tempus, siue in hoc argumento, siue in ordine creditorum constituendo priuata scriptura vtetur, nisi & tempus quoque probet factæ scripturæ. Quæ res multos fallit, & quod magis mireris etiam cœtus: Nec enim recognitio debitoris quidquam ad id valet, cùm non minore negotio mentiatur de tempore debitoris alterius cuiusquam gratia, quàm scripturam conficiat repetita die in præiudicium quidem tertij, & tam facile sit mentiri quàm antidatare, & è contra,
2 dicamus enim [illegible]. Quid verò si actus ostenditur à Procuratore factus, & mandatum eiusdem diei. Respondeo sequendum, id quod Probabilius est coniecturis, quod si nil docetur, cùm isti duo actus naturaliter subordinentur vnus post alium, & actus de mandato mentionem faciat, mandatum naturali ordine præcessisse præsumendum, per ea quæ Fely. notat. c. capitulum. ext. de rescript. ea præsumptione qua in incerta patris & filij morte, matris & infantis sumitur ex lege, cùm prædecessisse præsumit eum, qui naturali etiam ordine prædecessurus fuerat. l. qui duos. §. cùm in bello. D. de rebus dub. & §. sequentibus.

NOTA 8.

Nullitas ipso iure, hic intelligitur.

[k] *L'exploict est nul.*] Ipso iure scilicet: Nam cùm textus per verbum præsentis temporis, & essentia disponat, ipso iure intelligitur, nec sententiam declaratoriam exigit ex glos. c. innotuit, verbo nullam esse. ext. de elect. qui locus latè exercetur ab Tiraq. l. si vnquam verbo reuertatur. num. 241. C. de reuoc. donat. Ac per hoc apparet non confirmari actum ratificatione, quia nec à voluntate vnius pédet, vt ratificari possit. Confirmat, & id quod iure dicitur gesta cùm falso Procuratore ipso iure esse nulla. l. licet. l. si Procurator. C. de Procur. l. cùm mandati. C. de mandat. c. ex parte ext. de rescript.

NOTA 9.

Falsus Procurator, non est Procurator.

[l] *Et payera ledit pretendu Procureur.*] Hîc magnopere Consuetudo cauit, ne veram qualitatem falso Procuratori tribueret, quia dicere solemus falsum denarium non esse denarium. glos. l. omnes. Cod. de hæret. nec falsam fidem, fidem esse, nec falsum iudcem. glos. cap. vera 45. distinct. Nec falsum tutorem. l. Paulus. D. de verb. signif. quem locum Tiraq tractat in retract. §. 1. glos. 20. num. 11. & in legib. connub. glos. 8. num. 234. cùm à quo diffinitio remouetur, remoueatur & nomen, sic à falso Procuratore remouetur, & debet dici prætendens, vt ait. Bald. d. l. falsus in 1. opposit. & in l. 1. in princip. D. de prætor. stipul.

NOTA 10.

Procurator quot modis falsus dicatur.
Quomodo & qua pœna teneatur.

[m] *Procureur.*] Procuratorem Iurisconsulti falsum esse dicunt, qui verè non sit Procurator, id est, mandatum non habeat. Verus autem ne sit multis modis accidere potest, dolo culpa, imprudentia eius qui se talem dixit. Mandatum verò non habere cùm dicunt, etiam tum intelligunt, cùm quisquam aliquod vnum quidem habet, sed id non idoneum nec sufficiens, ad actum qui gestus est, veluti si generale habet tantum, cùm speciale exigatur, vel qui fines mandati excedit, quomodo Spec. describit tit. de Procur. §. 3. in fin. vel qui cùm de parte mandatum accepisset, amplius aliquid gessit. glos. l. cùm mandati. C. mandat. atque ita accidit, vt pro parte verus, in parte falsus dici possit. Talis etiam dicitur, qui mandatum habuit, sed est reuocatus, aut verò non habuit, nec dum recepit etsi scriptum & missum esset, aut de eo nihil resciuit, id quidem iure ciuili vt ante diximus. Sed cùm propria vis vocis falsi Procuratoris dolum notet, quia sine dolo falsum non admittatur. l. exemplo. C. de fal. interdum tamen dicitur inspecto simpliciter opposito veri, citra dolum personæ, pro non vero scilicet.

Itaque falsus Procurator appellatur, & qui dolo talis est, & qui sine dolo probabiliter aliqua de causa & bona mente se talem esse putat, & probabiliter ratiocinatur. Sed cùm longè dispar sit doli aut culpæ aut imprudentiæ noxa, sequitur etiam vt dissimilis admissi non debeat similis castigatio videri, & in appellatione indefinita quærenda sit circunstantiarum varietas & applicatio, veluti si quis cùm sciret se cuiusquam Procuratorem non esse, ac ne probabilem quidem vllam rationem haberet cur putare deberet, talem se dixerit, pecuniam alienam exegerit sciens & prudés, fraudem alteri creauerit & interuerterit, falsi & furti similiter tenetur l. falsus. C. de furt. l. falsus. D. eod. tit. l. si Procurator falso. D. de cond. ob. caus. falsi accusatio est ex l. eos. §. vlt. D. de fals. glos. 1. l. si pupilli. §. penul. D. de negot. gest. Rursum si quis ex opposito Procuratorem virum probum, & Procuratorem causis defendendis ponat, qui absentis cuiusquam lites omnes curare sit solitus, adde etiam ab vxore aut liberis absentis admonitum, cùm grande aliquod damnum absenti creari existimaretur, qui operam suam interposuit, ille absens aliqua de causa non putat è rationibus suis esse mandatum, quod ea de re scripsisset mittere, Hic quis dolum cum iusta & rationabili opinione comparandum putet, veluti & accidit aliquando, cum magnati ex equo & pedem in stapia habéti de foro aliquis propere renunciasset aliquid agi, quod multum interesset eius. Ille repentina profectione impeditus, & volans, obnixe nunciantē rogauit vt pro se intercederet, mandatum se quamprimum domum venisset missurum. Cùm is qui nunciarat intercessisset, ille consilium suspendit & rationes sibi alias esse scripsit, cur facere nó deberet, addidit, sed in aurem, damna omnia potius se refusurum, si quid eo nomine noxa impingeretur, sed id expedire potiùs quàm imprudentē & noxiam litem sustinere. Quis Procuratorem hîc damnaret doli, probum alioqui virum, & aliena fide sed sine testibus circumuentum.

NOTA 11.

Condemnatio interesse hic omissa est in falso Procuratore.

[n] *Despens à la partie & amende à la Court*] Hîc vero omissum

omissum est, quod multo erat potiùs & magis præcipuum, id est, id quod interest eius, cum quo negotium falso gestum est. Nam tali casu regularis condemnatio est ad interesse, quod Bart. Alex. Ias. Saly. ait d. l. licet. & l. 1. C. cred. euict. pig. nõ deber. Alex. l. Iulianus. D. qui satis. cog. Bald. l. 1. D. de prætor. stip. quanti scilicet partis intersit deceptam non esse, oblati Procuratoris facto. Bald. & alij. d. l. falsus. Bart. Ias. & alij l. si Procuratori falso. Cod. de cond. ob caus. Abb. & Felyn. c. ex parte decani. ext. de rescript. Anchar. c. in nostra. ext. de Procu. Spec. ti. de Procu. §. ratione in fin.

[o] *Amende.*] Hæc multa neque semper debetur, neque nunquam sed pro circumstantiarum varietate, & adiudicatio variat, cùm & capitalis quoque condemnatio sequi possit pro modo noxæ, vt si falsum & furtum concurrant.

NOTA 12.

1 *Mandati fines seruandi &c.*
2 *Clausulæ prægnantes in mandatis generalib,*
3 *Mandatum etiam ad non expressa aliquando porrigitur & nu. 4. 5. 6.*
7 *Clausula generalis subiecta specialib. an extendatur &c.*
8 *Clausulæ speciales non porriguntur extra expressa.*
9 *An speciali mandato indiuiduum intelligatur &c.*
10 *In procuratione recusationis causæ speciales non exprimendæ.*
12 *De procuratione quam vtraque pars vult sibi retinere.*

1 [p] *Et ne peut vn Procureur.*] Vulgata est Regula, Fines mandati diligenter seruari oportere. d. l. si Procuratori, & l. mandati. C. mand. l. diligenter. D. mand. c. per tuas. ext. de arb. c. porrò vbi glos. ext. de priuileg. & res est perquam nota. Neque tamen id tam vniuersaliter & præcisè intelligi conuenit, vt nil omnino extra mandatum liceat. Sed id ex necessario, vtili, connexo, antecedentibus, & consequentibus metiendum, quod Bald. ait. d. l. falsus. num. 5. quo loco scribit mãdatum bonæ fidei contractum esse: ideóque latissimè interpretandum vt etiam extra expressa porrigatur, modo ne id fiat, quod Dominus si præsens esset, non esset facturus. Infinita materia quibusdam veluti modulis distringitur. Mandata non vnius omnia generis sunt: Quædam enim generalia sunt ad omnes constituentis causas, de quibus, an ad futuras quoque lites porrigi deberent, dubitatum est, & fuit sententia veterum non porrigi ex glos. & Bart. l. damni. §. si quis vicinus. D. de dam. infect. & l. omnium. D. de Procur. & quos fusè Bertach. congerit in diction. verbo Procurator qualiter.

2 Non hîc præsupponimus clausulas quasdam prægnantes, quæ in generali sermone magnam & emphaticam putantur habere potestatem, veluti quibus plena potestas conceditur, & libera (vt loquuntur) de quibus Bart. & Ias. d. l. si Procuratori, & l. Procurator cui generaliter. D. de Procur. cùm scilicet liberam continent administrationem rerum non si ad litem tantum, quod Ias. tractat. l. transactionis. C. de transact. vel cùm dicitur, vt ea possit quæ Dominus facere posset si præsens esset, de quo Bart. l. creditor. §. lucius. D. mand. & d. l. si Procuratori, & d. l. Procurator, cui generaliter Ias. d. l. transactioni, & l. in prouinciali. §. si ego. D. de op. no. nunc. Idem & si adiectum sit, vt faciat quicquid Domino videbitur expedire, addit & alias quasdã verborum expressiones. Ias. d. l. si Procuratori, quæ verborum putantur potestatem habere aliam, quàm vulgatæ & solitæ conceptiones constituendorum Procuratorũ. Quamquàm cùm istæ nunc clausulæ passim apponi soleant, & sine iudicio & discrimine Notariorum arbitrio, valde quidem dubitandum, an probari prudentibus possit, & vi tali an aliquid de momentosis, & quæ generalibus mandatis compræhendi non soleant, committit, præsertim si iuris imperitus constituens aliquis proponitur, quia vsitato magis more quàm consilio, aut consulto aut prouiso euentu, ista fiunt passim & sine delectu non intellecta, præsertim cum libera tanta potestas tribuatur à Iurisconsultis, & plerúmque hominibus incognitis & alieno foro tales curæ mandentur, quod & Philip. Franc. dixit d. c. qui agendum. de Procur. in vj. Quare non sunt producendi effectus ad incogitata.

Sed hîc agimus de vulgaribus mandatis, vt ea ex quibusdam causis vltra vulgatas regulas etiam ad non expressa porrigantur, non solum ex præsumpta intentione mandantis, sed quod magis mire dixit Bald. d. l. cùm mandati etiam contra mãdatum. Ea verò ex certis causis metimur, veluti cùm aliquid agitur, ad quod Dominus ipse constituens tenetur, & obligatus est, quippe ea quamuis non expressa potest etiam generalis Procurator, quod Bald. & Ang. aiunt l. benè à Zenone. C. de quad. præscript. Ias. d. l. transactionis. Ex necessitate, cum scilicet id quod quæritur tale est, sine quo mandatum expediri non potest l. cui Iurisdictio D. de Iurisd. om. iud. Ex connexis item cùm id quod geritur, connexum est expresso, quod ait Castr. cons. 30. incip. quod Procurator lib. Ias. d. l. si. Procuratori & l. actionem & l. transactionis & l. 1. C. de transact. Hipp. Marsil. in rub. de fideiuss. num. 190. & sing. 251. vbi hunc locum connexorum tractat. 3

Ex consequentibus, quod ferè idem est, & Ias. agit d. l. transactionis. Ex antecedentibus, l. ad rem mobilem l. ad legatum D. de Procurat. Idem in præparatoriis mandatis Ias. d. l. transactionis. 4

Ex vtili cùm pinguius impletur mandatum. Bald. c. vl. ext. de dol. & cont. Ex æquipollentibus his quæ expressa sunt, glos. l. fin. D. mand. Tiraq. vbi inf. 5

Ex affinitate & vicinitate mandatorum Ias. d. l. transactionis. Tiraq. in retr. §. 36. glos. 2. num. 58. quo loco exercet locum de æquipolentibus. Ex solitis & receptis foro & vsu. Ias. d. l. si Procuratori. limit. 8. Ex his inquam causis mandatis tenorem excedere licet, ex præsumpta intentione constituentis, dum menti seruitur potiùs quàm verbis ex vsu & vtilitate constituentis, cuius incogitantia in constituendo præsumitur. 6

Sed quoniam (vt diximus) mandatorum generalium non vna forma est, nec eorum quidquam quæ specialia requirunt, comprehendi intelligatur generali cõceptione verborum, euenit interdum vt specierum expressioni clausula generalis subiiciatur, de quo dubitatum est, an ne ipsa quoque extensionem recipiant & potestatem augeant, de quo est ab Canonist. constitutum c. qui ad agendũ de Proc. in 6. clem. non potest. eod. tit. vt similia, æqualia, paria, expressis geri possint, grauiora, momentosiora nequeant. Quam dispositionem tam vtilem putauerunt, vt ad alios quoque casus porrigerent, veluti in renunciatione casuum fortuitorum, ne maiores expressis intelligi debeant, de quo Bart. & alij. l. sed & si quis. §. quæsitum. D. si quis caut. in concessione generali regalium, ne maiora expressis contineri putarentur. Rom. cons. 271. latè Felyn. c. sedes ext. de rescript. Claud. Aqueus in summa feudali tit. qui feud. dar. pos. latè Tiraq. in legib. connub. verb. expres. glos. 7. 7

Atque ista de vi clausularum generalium: Nam speciales vim non porrigunt extra expressa, & quæ neces- 8

ſariò inde conſequuntur, de quo gloſ. l. inuitus. & l. A actionem. C. de Procur. veluti vt qui ad agendum datus ſit ad defendendum quoque datus intelligatur, & ex lege ſuppleatur, quod ex natura actus ineſt; Quod intelligunt, etiam ſi dictio taxatiua eſſet appoſita. Quo iure nunc vtimur in taxandis expenſis cum Procuratoribus qui cauſæ principalis fuerunt, cùm olim contra eſſet, & his qui vetiti ſunt ad ſolas declinatorias conſtitui, niſi & ad principale quoque defendendum conſtituerentur, ſi Iudici ita viſum eſſet.

9 Hoc vnum addimus, cùm multa ſint quæ mandatum ſpeciale exigant, de quibus multa collegerũt homines literati, Francus d. c. qui ad agendum. Bertach. in repert. verbo mandatum generale, & verbo mandatũ ſpeciale. Spec. titul. de Procuratoribus. §. primo, B colum. quarta. gloſ. l. Papinianus. D. de Procuratoribus. Dubitatum eſt, an ſpeciali mandato etiam indiuiduum intelligi deberet, id eſt, perſonam contra quã agi exprimi, Iudicem, forum, cauſam recuſationis, accuſationis, criminis oporteret, de quo non ſine cauſa dubitationes incidunt. Vulgò tantam neceſſitatem non iniungunt, putántque ſatis eſſe, ſi quis mandatum habeat ad opponendum crimina & exceſſus, etiam ſi in indiuiduo ea non ſpecificentur. Bald. l. 1. C. etiam per proc. cauſ. reſt. in integ. ag. poſ. quod & Bart. inquirit. l. filiusfam. D. de donat. Franciſ. Aret. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. D. de acq. hæred. vbi & Rom. §.
10 ſed vtrum. Iaſ. l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. Procurator. D. de iureiu. Ergo non erit ea neceſſitas in cauſis recuſationis proponendis, vt hæ exprimantur in mandato in indiuiduo, ſed ſatis ſit inimicitias capitales exprimi, cauſa neceſſaria non ſit, ſi modo eam ipſe Procurator ſpecificet, conſanguinitatem allegari ſufficiet, licet gradus in indiuiduo non exprimatur, vaſſallitium, licet non dicatur ratione cuius rei, licet iſta deduci in ſpecie ab ipſo Procuratore conueniat. Sed mandatum & procuratio ſine his non minus valent ex ſententia ſuperiorum. Sed quodcunque tamen tale eſt quod multæ, pœnæve ſubiectum ſit ex lege, quod fama alterius percellat, aut in delictum ſonet à Procuratore fieri non poteſt ſine ſpeciali mandato, de quo Bart. & alij. l. Procurator cui. D. de cond. indeb. de recuſationibus. Iaſ. d. §. Procurator, & Tiraq. agit, in legib. connubial. gloſ. 7. nu. 109. nos inf. Art. 105.

Sed id quoque inquiritur, de quo plerumque acres 11 pugnæ oriuntur, videlicet cùm mandati inſtrumentum ſpeciale proponitur & profertur, quod Procurator retinere contendit *pour ſon garend*, Is cum quo agitur idem ſibi aſſerit & vendicat, ne periclitari cogatur deſcriptione & exemplatione obnoxia inficiationi, & magnæ rationes dicuntur vtrumque. Ratio poſtulat apud actuarium deponi & ſeruari, & vtrique partium exemplum à Iudice decerni, quod expreſsè Imol. ſenſit. c. quoniam ext. de probat. & Spec. tit. de inſtrum. edit. §. nunc dicemus. Inde enim ſumere authenticon cuiuis licet, cùm vſus eſt. Nec res eſt vulgata.

Article XCVII.

Art. XCIII Nov. ar Cons.

S [a] procurations [b] *ad lites* ſera le conſtituant tenu s'obliger à payer le iugé ſous l'obligation & [c] hypotheque [d] de ſes biens. Et eſdites procurations [e] ſera le lieu, où elles ſont conſenties, & ſeront ſeellees de [f] ſeau autentique, [g] ou du conſtituant, [h] s'il a ſeau.

IN [a] procurationibus [b] ad lites, conſtituens tenebitur cauere vtiliter iudicatum ſolui ſub obligatione [c] & hypotheca [d] ſuorum bonorum. Et in dictis procurationibus, [e] locus in quo celebratæ erunt adſcribetur, & eis apponetur [f] ſigillum authenticum, [g] aut conſtituentis, [h] ſi habeat ſigillum.

Nota I.

1 *Rei non actoris procurator. cauet de iudicato ſoluendo iure ciuili & nu. 2.*

2 *An mandatum cum libera videatur & c.*

[a] *Es procurations.*] Apparet hîc, quod ſæpè diximus, primos ſcribendæ Conſuetudinis Authores, cum de iure ciuili ſua plerumque ſenſa transcriberent in Ius Conſuetudinarium, non ſuo ſenſu pleráque percepiſ-
1 ſe, & pro Cõſuetudine tradidiſſe. Nam cùm Iuris ſententia ſit neminem ſuo nomine conuentum ſatiſdare debere. §. Sed hodie. Inſt. de ſatiſd. Bar. l. ſi Procurator. D. de Procur. & de iudicato ſoluendo promiſſionem à ſolo rei non etiam actoris Procuratore exigi. §. ſi verò aliquis. Inſt. eod. tamen hic indiſtinctè loquitur in omni Procuratore tam rei quàm actoris, ex iuris inſcitia. Nam actoris Procurator repromiſſionem de iudicato ſoluendo nõ præſtat, quod rei eſt, ſed de ratum habendo, quæ ipſa non ſemper interponitur, nec neceſſaria eſt, ſed ita demum, cùm de mãdato dubitatur.

C Nam in eo, de quo conſtat, nihil eſt neceſſe, cùm vi 2 mandati neceſſario ratum habere cogatur l. 1. C. de ſatiſd. Sed procurator rei ſemper & omni modo ſatiſdat de iudicato ſoluendo, nemo enim alienæ rei ſine ſatiſdatione idoneus defenſor eſt. §. ſi verò. Inſt. qui ſatiſ. cog. Sed & is tamen ea neceſſitate leuatur, ſi Dominus præſens ſit, & ſub hypotheca bonorum hanc ipſam promiſſionem pro ſuo procuratore exponit d. §. ſi verò, aut Notarius in procuratione ſtipulationem interponit, vt hoc loco Notario pro abſente acceptante, quod Doct. aiunt. d. § ſi verò Angel. l. ſi procura-
D tor. ff. de procur. Bart. Ibid. clem. 1. de procur. Abb. c. mandato ext. eod. tit. Bertach. in dictio. verſ. procurator qualiter ante. num. 10 Spec. tit. de procurator. §. 5. Quare hunc articulum indiſtinctè intelligo, vt aliquid addat iuri communi in actoris & rei procuratore. Cæ- 3 terum an per talem promiſſionem, promittit ratum, gratum, firmum habiturum, &c. Dominus intelligatur mandare etiam quæ ſpeciale mandatum requirit, & dari libera videatur, putat. Lud. Ro. l. ſi quis mihi bona. §. qui alieno. D. de dam. infect. Alex. contradicit Ang.

Ang. l. si Procurator. D. de Proc. Bart. l. si Procurator cui libera. Ias. latius l. transactionis. C. de transact. Et ego hoc idem sentio. Cætera Dominus rata habere tenetur, ita vt adiectio verbi legitimè adimenda sit, etiam si sit addita: Nam quod illegitimè gessit etiam suo damno ratificare tenetur ex natura promissionis, quod Alex. tradit vbi sup. d. §. qui alieno.

NOTA 2.

1 *Procurator ad negotia generalis litem instituit.*
2 *Procuratio concipitur sub hipotheca.*

1 [b] *Ad lites.*] An tali formula futuræ quoque necdum institutæ lites contineantur, negauit Bart. l. damni. §. si is qui vicinas. D. de dam. inf. nos contrario iure vtimur foro. Sed cùm Procuratores ad negotia etiam generales possint vi generalis mandati etiam in iudiciis consistere, agere, & conueniri, quod Alex. & Cast. notant l. rescriptum. §. plerique. D. de pact. glos. l. qui proprio. §. duobus. D. de Procur. Bald. Ias. & alij l. quo quis. C. de Procur. Bertach. verbo, Procurator ad negotia. Ideo & substituere possit etiam ante litis contestationem l. si Procuratorem, §. 1. vbi Bart. D. de Procur. Sequitur non esse istam clausulam necessariam in Procuratore ad negotia dato, qui vi mandati quoque generalis litem instituere potest.

2 [c] *Sous l'hypotheque.*] Hoc idem tex. d. §. si vero. Sed & iuris sentẽtia traditur. Quoties ex more regionis vsurpari solet, obligationes concipi sub hypothecis, toties qui teneatur se obligare, ad eam formam adstringi quæ solita est, quod Cast. ait Conf. 207. vol. 1. & Decius Conf. 483. Bart. Alex. Aret. Ias. l. ex ea parte. D. de verbo. obligat. & l. si prius. §. 1. de aq. quot. & æstiu. nos sup. Art. 90. nota 2. Tametsi magna hic incogitantia est Reformatorum, quia cùm alio loco, omni obligationi conuentionali hypothecam addidissent inf. Art. 188. & 194. hic veluti obliti in specie ista addiderunt, veluti parum cautum esset vniuersali regula, & fecère, vt quod aliquando vidimus, dubitari possit, an Procuratio, in qua non est addita hypotheca, de nullitate argui posset, tanquam non impleta hac forma. Sed imperita dubitatio est, cùm omissa in dispositione hominis suppleatur prouisione legis, & cõuentionali omissa succedat legalis, & insit à Consuetudine.

[d] *De ses biens.*] Idem & si tantum promittat quanti res est, quę in iudicio vertitur, ex sententia Fab. d. §. si vero aliquis.

NOTA 3.

1 *Instrumentum præsumitur falsum si non apponatur, locus & c.*
2 *Sigilla per se fidem faciunt & c.*
3 *Sigillum priuatum quid? & nu. 4.*
5 *Procuratio cum albo siue nomine procuratoris.*

1 [e] *Sera mis le lieu.*] Vulgatum est iuris theorema; locum celebrati contractus adscribi instrumento oportere l. generali. C. de tab. & logo. §. ideo. Inst. de inutilib. stip. l. optimam vbi Cyn. Bald. & cæteri. C. de cont. stipul. Lud. Rom. Alex. cæteri l. de pupillo. §. qui mutuum. D. de op. no. nunc. Fely. c. 1. ext. de fid. inst. c. abbate sane de re iud. in vj. Can. c. quoniam contra de probat. Quod nisi apponatur, præsumitur instrumentum esse falsum, Bart. l. si quis ex argentariis. §. si mutuum. D. de edend. latè Bertach. in Lexico vers. locus instrumenti, & expresse cauerat. Ord. Francis. Ducis anno. 1472. cuius descriptum est inf. Art. 711. Contra tamen in ipso hoc subiecto Procurationum Parisij Notarij obseruant, nec locum apponuntur speciali more.

[f] *Seau authentique.*] Hoc est publicæ authoritatis & notæ, & receptæ eo quidem loco vbi instrumentum conficitur, talia enim territoriis concluduntur, & per se fidem faciunt, nec alia probatione indigent, de quo Doct. c. 1. ext. de fid. instrum. sed ista authoritas plerumque loco includitur, quod Ordinatio anni 1539. Art. 66. indicat, alibi probatione indiget, sed probata obtinet vbique, de eo quod sub contractu comprehensum est, cui sigillum est appositum. 2

[g] *Ou du constituant.*] Quod & ipsum priuatum est probationis instrumentum, si priuati hominis est, nec minus quàm ipsa priuata scriptura probatione indiget. Priuatum non est, quod in qualitate Iurisdictionem habentis habetur, est enim Iurisdictio potestas de publico introducta, ideóque & instrumentum eius omne. Sed de toto hoc genere copiosæ disputationes extant hominum doctorum c. 2. de fid. instr. Mol §. 5. tit. de feud. Hipp. Mars. in Rub. de probat. & nos sup. Art. 85. Bart. & alij l. si Procuratorem. D. de Procur. alij c. post cessionem de probat. Sed publicum probat, priuatum probatur potius, fit autem probatio recognitione, testibus, comparatione. 3

[h] *S'il a seau.*] Sed & si non habet alieno vti potest, quod Bart. ait d. l. Procuratorem. Habere dicimus, qui certo vti consueuit: Sed eandem vim habent & sphragismata mercatorum, & symbola, & notæ, quæ mercibus & capsis inscribuntur, aut inuruntur, & stigmata quæ seruis aut equis l. stigmata. C. de fabricens. & l. neque. C. de peric. & com. rei vend. per signum enim cognoscitur signatum. Nec tamen, quod hic dicit, pro forma sustantiali accipiendum est, vt aliter constitui Procurator nequeat, cùm & sub sigillo Iudicis possit inf. Art. 103. & per epistolam & per priuatam syngrapham. d. l. 1. D. de Proc. Nec item syngraphæ necesse est signum addi, si de syngrapha constat; Sed retulit se Consuetudo ad id quod frequentius vsitatur. Serio disputat Boër. Decis. 274. An Procuratio (vt loquuntur) in qua nemo Procurator scriptus est, sed album relictum ad replendum, valeat & possit repleri sine metu falsi. Et concludit valere: Et vt stricta iuris ratione sustineri id nequeat, consensu tamen orbis fieri obtinuit, & talia Procuratoria admittunt tribunalia quæuis, & res est vsu peruulgata. Error publicus fecit ius. 4 5

ARTICLE XCVIII.

[a] PROCVREVR accepté par la partie en la cause, peut faire serment [b] pour la liquidation & esclarcissement des despens, [c] & tout autre serment seruant à la cause, [d] pourueu qu'il ne soit decisif, ne concernant le faict des preuues. ART. XCV. NOVAE CONS.

[a] *Procurator acceptus à parte in causa, potest iurare* [b] *pro liquidatione & taxatione expensarum,* [c] *& aliud quoduis iusiurandum præstare potest causæ inseruiens,* [d] *modo non sit decisiuum, nec pertineat ad probationes factorum.*

NOTA 1.

1 *Exceptio Procuratoria quando opponi debeat.*
2 *Conciliatio l. ita demum cum l. licet. C. de Procur.*

1 [a] *Procureur accepté.*] *Accepté* intelligimus siue expressè consensu litigantis aduersarij, siue tacitè processu scilicet & contestatione, sine oppositione exceptionis Procuratoriæ. Pugnant sententiis Doct. super intellectu l. ita demum. C. de Procur. quæ repugnare videtur l. licet. C. eod. quarum altera exceptiones contra Procuratores vult opponi ante cōtestationem, altera omnem exceptionē, quæ Iudicium reddit retro nullum, omni litis parte. Vera est conciliatio, exceptionem, quæ essentiam Procuratoris neget, & negatiuam qualitatis ponat, quandocunque proponi posse, quàm hoc modo formant, tu non es Procurator, aut tu mandatum non habes, neque enim vel tacito vel expresso consensu quidquam proficiscitur in his, quę à consensu vnius solius non pendent. At illa quæ contra idoneitatem personæ opponitur propter defectum iuris, veluti hoc modo, tu non potes esse Procurator, quia fœmina, clericus, aut Monachus consensu aboletur. Ideoque & contestatione, quæ facta est super principali causa, nisi inhabilitas à natura proficiscatur, vt in furioso, infante, & talibus: In his ne fingi quidem acceptatio potest, propter impotentiam naturæ, & ne tum quidem cùm ex toto qualitas negatur. Hæc sentiunt Bart. Bald. Saly. Ias. & cæteri d. l. ita demum & d. l. licet. Panor. c. in nostra. ext. de Procur. Fely. c. cùm in iure. ext. de Off. deleg. alij. c. quoniam contra. ext. de probat. Ex his patet quando dici possit Procurator acceptatus.

NOTA 2.

1 *An Procurator esse possit in executione iudicati qui fuit in causa principali, sine nouo mandato.*
2 *An item in taxatione expensarum.*

[b] *Pour la liquidation des despens.*] Congruit Art. 184. inf. qui dicit *par Procureur suffisemment fondé*, veteres verbo
1 *Desfrener* vtebatur, vt & quidam adhuc è finitimis. Porro cùm hic dicit (de Procuratore generali) ad lites intelligi conuenit (quod exceptiones quæ subiiciuntur indicant) cum in non exceptis confirment regulam, quamquam vulgò Franci in affirmandis (vt loquūtur) viaticis Procuratores speciales exigant, quod in vsum quoque nostrum & tribunalia inuexerunt, repugnante manifestè hac Consuetudine, quæ in mandato generali id quoque admittit, & ante omnia tribunialia obseruabant in dubio vsu, & certa quæ optima sui in-
2 terpres est Consuetudine. Nec tamen quod veteres ambigebant, iam quisquam dubitat, an cum Procuratore fieri taxatio expensarum posset, cum ad adfirmādos dumtaxat itinerum sumptus specialem exigant, in reliquum generali vtātur, cum hodie & in quauis executione iudicati, sufficiat generale mandatum causæ principalis, contra antiquorū sententiam, quod Ord. Carol. IX. Paris. apud nos publicata Maio mēse 1564. Art. 7. statuit, cùm iure negaretur ex sententia Bart. l. si Procurator meus, & l. omnium. D. de Procurat. Bertach. verb. Procurator. Sed sufficere mandatum causæ principalis, & in expensarum taxatione negabant esse idoneum, qui in causa Principali fuisset Procurator. Paul. Cast. Cons. 12. & iterum Cons. 17. vol. 1. Boër. decis. 286.

NOTA 3.

1 *Iuramentum calumniæ speciale mandatum exigit.*
2 *Pars principalis adesse debet quoties Iudici videtur.*
3 *Iuramentum personæ delatum non potest per Procuratorem præstari.*

[c] *Et tout autre serment.*] Cùm hîc de Procuratore generali statuat, nimium profectò hæc indeterminata dispositio est, dicam etiam amplius, nec Iuri nec rationi conuenit, id vetus senserat, sed addita ratione, quia initio in potestate fuisset partis mandatum oppugnare, quæ perquàm infirma est, cùm mandatum ad lites sufficiens, non protinus sit idoneum ad ea quæ quidpiam in specie requirunt, de quo latè vide Tiraq. in legib. connub. verbo *expres*, glos. 7. num. 119. nec quod quis necessitate legis fecit Procuratorem generalem admittendo, debeat produci contra legem ad ea quæ speciale exigunt. Itaque acceptatio Procuratoris non 2
magis producenda est, quàm debet ad ea quæ non cōprehendit, veluti iuramentum calumniæ, quod nō nisi per specialem præstatur d. c. vlt. de iuram. calum. in fine, vbi Io. And. Dominic. Anch. Philip. Frāc. latè Bart. Alex. l. 2. §. ius autem. C. de iuram. cal. Lud. Rom. l. qui bona. §. si alieno. D. de dam. infect. alij c. in pertractandis. ext. de iur. calum. vsque adeo vt quidam in indiuiduo & ad causam indiuiduam & specificam velint cōstitui, quod & Bart. putat iure, sed tamen vicisse *mundi* obseruantiam, vt satis sit mandasse de calumnia iurari sine alia expressione causæ; certè Aurel. Ord. aliud statuere videtur, Art. 58. & impersonaliter præstādum ab partibus, & res certè clamat rationem repugnare, generali mandato iurari, cùm veritas ab indiuiduitate facti pendeat, vt omnia quæ ab scientia, ignorantia, facto, conscientia cuiusquam personali pendent, quod Alex. rectè scribit. d. §. si alieno.

Atque id quidem in Procuratoribus singulorum; 3
Nam ab his, qui ab lege administrationem habent cuiusquam loci, Prælatis & talibus, aut Procuratoribus communitatum, quæ Iurisdictionem habeant, putant subiri iuramentum calumniæ posse, quod Innoc. scribit c. imperator. ext. de iuram. calum. Sed quoties ratio Iudicem mouerit, vt ipsam potius partem audiat, d. Art. 68. mandatum quamuis speciale non audietur, & expediret in totum tolli propter artes & cauteriatas conscientias pragmaticorum; & sunt multi, qui iurare se non putant, cùm per alium iurant, nec faciem Iudicis erāt toleraturi, & multum vultus, gestus, & actiones cætera faciunt ad detegendum verum aut simulationem, quæ omnia in præsidente Procuratore eluuntur, qui non magna iactura in alterius animam iurat, nec periculum formidat alicuius casus modo obtineat, alieno scilicet corio (quod dicitur) quæ ratio fuit Ord. Maio mense 1564. Art. 6. quæ interrogatoriis responderi vult per ipsas partes principales sublato omni Procuratorum mangonio, & iure etiam ei deferri volunt, qui melius scit veritatem & qui magis legalis est. Bart. l. 1. §. mariti. D. de lib. agnos. Fely. c. Pastoralis. ext. de iudic. Dominic. c. ponderet. 1. distinct. & vera est sententia, quam quidam reprehendunt, iuramentum Domino

Domino delatum non poſſe per Procuratorem præ- A ſtari, quod Alex. oppugnat d. §. ſi alieno, nec putat, etiã ſi ſpeciale mandatum habeat, quod tamen ait Bald. l. generaliter. §. his de præſentibus. C. de iur. cal. & confirmat illa Ord. Caroli IX.

Nota 4.

1 *Iuramentum litis deciſiuum nec deferre nec deferri à procuratore poteſt.*

[d] *Pourueu qu'il ne ſoit deciſif.*] Tale iuramentum deferri non poteſt à Procuratore ſine ſpeciali mandato l. iuſiurandum quod ex conuentione. D. de iureiur. cum ab ipſo litis euentus pendeat, nec ab vllo qui rem alienare non poſſit, Iaſ. d. l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. pupillus. D. de iureiur. vbi tex. de deferente iuramẽtum loquitur, hîc ſtatuit de ſubeunte iuramentum Procuratorio nomine, qui cætera poteſt, 1 deciſiuum (quod vocant) non poteſt, ac ne id quidem quod probationes contingit, ideóque nec reſpondere poſitionibus, nec interrogatoriis ſuper probatione factorum in principali (ſic enim dicamus) Deciſiuum vocant quod aut abſolutionem aut condemnationem ex conſequentia ſua in lite importat.

Article XCIX.

SI [a] le Procureur eſt trouué excommunié, [b] ou autrement inhabile pour occuper en la cauſe, [c] il aura vn delay pour faire venir ſon maiſtre, [d] payant deſpens à partie aduerſe.

SI [a] Procurator excommunicatus ſit, [b] aut alias inhabilis ſeu minimè idoneus ad poſtulandum in cauſa ſeu Iudicio, [c] dilatio ei dabitur ad dominum admonendum, [d] modo dependat expenſas aduerſario.

Nota 1.

1 *An excommunicatus Procurator admittatur in foro.*
2 *Vetus ea de re controuerſia.*

[a] *Si le Procureur.*] Vetus diſciplina Eccleſiæ excom-
1 municatum non patiebatur cõſiſtere in Iudicio agendo, ne ſuo nomine quidem. c. excommunicamus. §. credentes. ext. de hæret. & in c. pia. de except. in vj. ſi tamen opponebatur, & acta ante oppoſitionem valebant d. c. pia. Contra in defendẽdo c. intelleximus ext. de Iud. Sed Panor. c. in noſtra. de Proc. putat etiã poſt litis conteſtationem opponi poſſe. Sed nec Procuratorio alterius nomine poterat. c. poſt ceſſionem. ext. de probat. Quinetiam Canoniſt. volunt Conſtitutionem Procuratoris excommunicati ſine ope exceptionis ipſo iure non valere. Io. And Calder. Imol. Ant. But. Card. Abb. Fely. d. c. poſt ceſſionem, nec geſta cum eo valere, etiam ſi occultè excommunicatus eſſet. Atque vt Procurator eſſe nequeat, ſic nec ſubſtituere poſſe alium, gloſ. clem. religioſus, de Procurat. Superueniẽtia tamen excommunicationis non tollit facultatem ſubſtituendi, c. ſi Iudex de Off. deleg. in vj. vel ſi facultas data ſit certi hominis ſubſtituendi, de quo latè ſchola d. c. poſt. ceſſionem. Hæc exceptiones patiuntur, ſi per abſolutionem rurſus habilitetur, ne opus ſit nouo mandato, vel ſi ratificatur poſtea quod geſſit. Et fuit hæc magna turbarum materia ſub Petro
2 *Mauclerc* Duce & ſequentibus, cùm interpoſita etiam Pontificum auctoritate, Eccleſiaſtici ordinis homines enixè contenderent, ne ad vllos ciuiles actus excommunicati admitterentur, vtque etiam publica animaduerſione ad mentem redire cogerentur. Quod ad patrum memoriam obtinuerat, donec tãdem commerciis Francorum hunc metum exuimus, & didicimus excommunicationis exceptiones nõ admittere in foro ſeculari, quod iam olim Io. Fab. dixerat, & experimenta docent non admitti, niſi in poſſeſſoriis beneficiorum. Nam Procuratorio nomine quilibet promiſcuè admittitur hoc tempore, quo didice- B runt etiam totum Iouem cum fulmine toto contemnere.

Argentr. in Conſ. Brit.

[b] *Ou autrement inhabile.*] Veluti minor fœmina, Monach. vt Art. ſeq.

Nota 2.

1 *Male concinnatus artic. è veteri.*
2 *Non eſt locus cautioni de rato &c.*

[c] *Il aura vn delay.*] Sæpè deprehendimus reforma- 1 tores, cùm multa non abſurdè de veteri Conſuetudine reſecarẽt, multa etiam magna ratione in veteri addita inconſultè præteriiſſe. Nec quod hîc dicit ſimpliciter ſic erat in veteri conſtitutum: Sed hoc modo, ſi C quid poſt conſtitutum generaliter ad lites Procuratorem, vel Officio Procurationis fiſcalis forte præpoſitum, accidiſſet in perſona Procuratoris, quod eum in Iudicio conſiſtere vetaret, dandam poſtulanti dilationem vt Dominum admoneret, ne eremodicium contra inſcium & fiducia conſtituti Procuratoris ob ſuperuenientiam facti immeditantem daretur. Non ſic in eo Iudicandum, qui aut ſpecialiter ad cauſam aliquam aut generaliter ad Officium conſtituiſſet eum, quem ſciret idoneum non eſſe, quo caſu excuſare abſentem non ſtatuebat. Hæc veteris erat ſententia, & ratio ciuilis hanc quemlibet generalem enũciationem D ſic reſtringi poſtulat, ne inhabilem ſcienter mittendo in poteſtate ſit cuiuſquam aduerſarium ludificari; Cùm in iure par habeatur Procuratorem non mittere vel talem mittere qui idoneus non ſit, præſertim in eo qui ſcit vitium miſſi.

[d] *Payant deſpens.*] Mora enim alieno facto proueniens expenſis luitur. Cæterum, quod hîc dicit intelligi conuenit, cùm is qui ſe Procuratorem dicit hunc primum actum gerit. Nam ſi Procuratorio nomine iam aliquem geſſerat prima protinus aſſignatione tenetur docere de mandato idoneo ex diſpoſitione Articuli 2 primi huius tituli. Nec hæc dilatio daretur. Atque hinc apparet nullo loco in Conſuetudine locum eſſe cautioni de rato, alioqui ſi vſquam locum habere deberet, hîc maximè conueniret.

Article C.

Artic. xcvi. Novae Cons.

NVLLE [a] personne infame, [b] ne mineur de dixhuict ans, est capable d'estre Procureur en iugement. Et ne peuuent les [c] Clercs soluz estre Procureurs en Cour seculiere, sinon qu'ils fussent Procureurs pour autres Clercs, ou pour l'Eglise.

NVlla [a] persona infamis, [b] nec minor octodecim annis, habet legitimam personam postulandi. Et non possunt [c] Clerici soluti esse Procuratores in Curia seculari, nisi Procuratores essent pro aliis Clericis aut pro Ecclesia.

Nota 1.

1 *An Procurator infamis esse possit.*

1 [a] *Nulle personne infame.*] Iure ciuili alia sententia est: Nam & vile interdum & vilissimum putant Officium Procuratoris esse, & in quemlibet infamem cadere l. si quis Procurationem. vbi glos. & Doct. c. de decu. lib. x. tex. §. vlt. Inst. de excep. glos. l. 1. §. hoc edicto. vbi Bart. Bald. Abb. & alij. D. de postul. diximus aliquid in Art. xl. sup. & hunc locum latè exigit Tiraq. in tract. nobilit. c. 30. & Ias. in Rub. C. de Procur. Nos vsu & moribus, in his qui vulgo Procuratoriam faciunt, & auctoritate publica munus id in professione habent, & sacramentum præstant non recipimus, vt infames esse possint, licet in his qui extra Iudicia negotia curant, aut ad vnum forte litis actum sunt constituti iuris sententiam ferre & notam dissimulare possumus, infames certè tribunalia in foro non admittunt. Cætera in d. §. xl. sumus persequuti.

Nota 2.

1 *An minor Procurator litium esse possit.*
2 *Et quando talis inhabilitatis exceptio opponi debeat.*
3 *An filiusfam. esse possit.*
4 *An Aduocatus.*

[b] *Ne mineur de xviij. ans.*] Apparet hic contracta iuris
1 ciuilis tempora esse, cum ante vigesimum quintum annum Procurator ad Iudicia nemo esse posset ex l. minor. D. de Procur. l. exigendi. vbi Bald. C. eod. §. eadem. Inst. quib. ex caus. manumitt. non licet & l. si collactaneus. D. de manumiss. vind. Cano. ex tex. c. qui generaliter. §. vlt. de Procur. in vj. Nam Procuratorem ad negotia etiam 17. ætatis anno completo admittunt d. §. vlt. quia ex aliena persona minori restitutio non datur, cum potius imputare sibi debeat qui talem dedit l. cum mandato & l. seq. D. de minorib.
2 glos. ex tex. l. minor annis. D. de Procurat. Quia & Procuratorem etiam minorem ad negotia datum in Iudicio esse posse scripsit. glos. d. c. generaliter. §. vlt. & c. non iniustè. ext. de Procur. Idque ideo quia minori periculum nullum ingruit ex alieno negotio, nec obstringitur beneficio ætatis adiutus. Ex quo apparet, cùm ad Iudicia non possit, ad negotia possit, ac per id ad Iudicialia quoque, vitium esse iuris non naturæ, quod minori opponitur ideóque consentiri in eius personam posse, & Procuratorem recipi, quod si verum est excipi & opponi incapacitatis ex minoritate exceptio ante litis contestationem dumtaxat potest, post opposuisse nil profecerit, quia Iudicium non reddat retro nullum, quæ sententia fuit Bart. & aliorum. l. licet & ita demum. C. de Procurat. licet aliud

A quiddam sentire videatur d. l. minor 20. annor. D. de Procurat. ex regula quam attigimus sup. Art. 97. & Bart. & Ias. repetunt d. l. exigendi Dominic. & Francus d. c. vlt.

De filiofamilias tex. est expressus l. filiusfamilias. §. 3 ipse quoque. D. de Procurat. & d. c. qui generaliter. §. nedum, etiam sine consensu aut authoritate patris.

Aduocatus quoque post annum 17. ætatis quisque 4 esse potest l. 1. §. initium. D. de postul. quod vero minor in Aduocato quam Procuratore exigatur, rationem reddit. glos. d. c. qui generaliter. §. vlt.

Nota 3.

1 *An clericus in foro seculari esse possit.*

B [c] *Clercs solus.*] Quid de coniugatis censendum sit. sup. diximus Art. 44. Huic vero dispositioni auctoritatem præbuit c. 1. 2. & 3. ext. de postul. c. 1. & 2. ex ne cler. vel Monach. c. 1. de Synd. c. placuit. 16. q. 1. c. te quidem xj. q. 1. & ratio quæ sumitur ex l. repetita. C. de Epis. & cler. & l. consulta. C. de testam. Ac vide quo res ceciderit, olim clerici postulare aut Procuratores esse vetabantur, quia clerici. Nunc cum Procuratoribus esse liceat ideo clerici esse vetantur & priuilegio excludūtur, quia Procuratoris munus clericatui non congruit, & professio est profana, quæ quoslibet Iurisdictioni laicæ obstringit, vt è Bula Clementis vij. omnes Offi-
C ciarij Iurisdictionum secularium obligātur, tum quia Ord. Carol. IX. 1564. omnes Clerici generaliter priuilegio sunt exclusi, nisi sint in sacris vt & Ord. Francis. I. anni 1539. Art. 2. & 3.

Porrò quod clericos simplicis tonsuræ prohibet postulare, multomagis intelligi conuenit in diaconis, Presbyteris, & religiosis, tum Canonicis regularibus c. vlt. ext. de postul. multomaximè Episcopis, d. c. te quidem. Et tamen in foro Ecclesiastico clericos indistinctè Procuratores recipiendos putant. Pan. c. in nostra. ext. de Procurat.

Nota 4.

1 *Quando Procuratores esse possint.*

D [d] *Pour autres clercs.*] Panor. & alij c. in nostra de Proc. Nunc ne pro his quidem in Iudicio quisquam clericus admittitur ad postulandum, & quamuis titulum Procuratorum sustinere possint, alium tamen è foro ex his qui Procuratoriam faciunt constituere coguntur, vt omnes in vniuersum quibus lis est, vt ne pro se quidem cuiquam liceat, & glos. c. vlt. ext. de postul. cùm clericis permittit Procuratoribus esse pro coniunctis personis; Coniunctas intelligunt etiam confratres concanonicos eiusdem Ecclesiæ, & pro consortibus eiusdem litis c. sospite. ext. de censib.

Sed &

Sed & pro miserabilibus personis est permissum d.c. vltim.

Sed & religiosi vetantur nisi de licentia abbatis,& in causis suis aut pro monasteriis clem. religiosi de Procur. qua de re multa ibi Card. Zab.& cæteri & d. c.vlt.ext.eod.vide latè Innoc. & Felx. c. cum I. & A. ext. de re Iud.

Cæterum cum indefinita esset Canonum dispositio, accessit postea interpretatio Canonist. vt dicerent, quamuis clerico prohibeatur Procuratorem esse laïci, tamen intelligendum quando passim sumeret omnes causas laïcorum, alias vero pro vno aliquo atque alio esse posse, quod Archid. notat. c. peruenit. xcvj. dist. Innoc. c. sed nec. ext. de cler. vel Monach. Fely. c. 2. ext. de iud. Panor. d. c. in nostra Fely. c. cum I. & A. ex. de re iud. vers. casus in quibus.

Additur etiam si clericus Procurator laïci sit constitutus, quamuis acceptare non debuerit,si tamen ac- A ceptauerit,valere Iudicium allegant Decis.sed de sen. Cons.293. Incip. factum tale est & Lud. Rom. Cons. 409. Ant.But. c.fin.ext.de Constit.Panor.c.in nostra. ext.de Procur.Fely.d.c.2. Hæc igitur exceptio in clerico aut Presbytero dilatoria est, & ante litis contestationem opponi debet, quia contestatione acceptatur qualitas eius quæ consistit in his verbis, tu non potes esse Procurator, quod Panor. scribit, in d.c.in nostra, ex his quæ tradidimus sup. Art. vt & in milite quoque, quoniam patientia consensum inducit. Religiosum quidem ne post contestationem quidem volunt esse posse propter impossibilitatem iuris Panor. c. in nostra per c.2. ext. de postul.

[c] *Pour l'Eglise.*] Pro Ecclesia sua non est dubium d. c. vlt.de post.vel pro ea à qua habuit beneficium,sed pro omni Ecclesia indistinctè admittit hic verbum indefinitum. E contra nec laïci Ecclesiastica negotia tractare debent. c.2. ext. de iud. vbi Fely. Procuratores tamen in foro Ecclesiastico interdum admittuntur.

ARTICLE CI.

PROCVREVRS[a] qui sont establis sous seel d'Eglise, & n'ont autres lettres, ne sont receuables en Cour seculiere, [b] s'il n'y a autre seel apposé en leurs lettres. Art.xcvii. Novae Cons.

Procuratores[a] constituti sub sigillo Curiæ Ecclesiasticæ, & nullas alias habent literas, non admittuntur in Curia seculari,[b] nisi aliud sigillum suis literis appositum fuerit.

NOTA I.

1 *Prohibitum contractus recipi per notarios Episcopales de reb. prophanis.*

2 *Nec vim executionis habent.*

3 *Nec appponendum sigillum regium in talib. contractib.*

[a] *Establis sous seau d'Eglise.*] Id est, *par Cour d'Eglise.* Diximus satis multa in Art.44. de partitione Iurisdictionis Ecclesiasticæ & ciuilis. dèque his quæ ad quamque earum pertinerent in specie. Addidimus non in Iurisdictione tantum contentiosa, sed & voluntaria quoque idem discrimen vsu seruari, vt quomodo illi ab suis alteram prorogari nollunt in his, quæ Iurisdictionis Ecclesiasticæ sunt, ita ne laïcis quidem aliud esse permissum, ex Ord. 1539. Art.2.

Itaque præcisa dubitatio,quam ad patrum memoriã tenuisse scimus, cùm illi de personalibus actionibus inter laïcos iudicarent, interdum & de realibus quo-
1 que cognitiones vendicarent, ac per hoc contractus recipere, de his rebus Notarij Episcopales & Apostolici existimarentur posse. Quo tempore Senatusconsultis iudicari rem controuersam oportuit, quod Galli Arestum q. 259. ostendit. Extat etiam Ord.Carol. VIII. apud Aufrer. inter Ord. Regum tit. de fid. instr Art.3. qua prohibentur laïci contractus eorum facere recipi, vel passari per Notarios Apostolicos, Imperiales, vel Episcopales in materiis temporalibus & prophanis, alioqui nullam fidem adhiberi, reputarique nullos & nullius efficaciæ, quamuis styli cuiusquam contrarij Bituris meminit. Idem Aufrer. part. Styli 7. Art.77. & præter illud Parisiense arestum 259.

B quod Gallus recitat,quod expressè de Procuratoribus statuit, aliud Tholosæ 1462. refert Boër. Decis.242. quo loco & de testamentis à Notariis Ecclesiasticis receptis scribit, an fidem faciant, & aresta memorat, & idem Boer. decis. 295. vbi negat tales literas habere vllam executionem non magis quàm priuatas literas aut scedulas, ideóque arestis pluribus quod contra factum esset abusiuum esse iudicatum, & Iudices qui exequendas decreuerãt personaliter citatos. Quod 2
adeo verum est, vt eam vim executionis habere non possint, etiam si testes aut Notarij qui receperunt in testes auditi sint, quia cùm non vi instrumenti sed testimonij iudicatur, prouisio dari nequit, quod & Masuer. notarat tit. de execut. num. 7. Extat in Britan-
C nia Francis. Regis I. Ord. anni 1536. Valentiæ edita Art.6. quæ fidem abrogat talibus instrumentis, mulcta etiam indicta Notariis Ecclesiasticis, si qui id fuerint ausi, de quo etiam Rebuf. tit. de lit. obligat. Art. 1. glos.1.

[b] *S'il n'y a autre seau.*] Hîc propemodum à contrario 3
sensu inferri potest literis & instrumentis à Notario Ecclesiastico receptis, apponi sigillum Regium aut alterius Domini posse, cuius formæ meminit Rebuff. in Ord. tit. de lit. obligat. Art.2. glos.1. num. 49. Sed tamen non probari scimus, nec Regium sigillum appendi posse, alioqui sigilli custos in mulctam incideret scriptura inutili inter laïcos quidem, si tamen Notarij vtriusque Curiæ essent, sustinere posset quod hic dicitur, vt Boer. notat, modo sigillum seculare authenticum insset, & si Ordinationibus veteribus prohibitum video, ne quis hæc duo munera suscipiat.

Article CII.

Artic. xcviii. Novae Cons.

EN cause criminelle, où la presence de la personne est requise, le Procureur n'est receuable à comparoir pour le delinquant, ou pour celuy qui doit comparoir en personne.

Cuiacius lib. 20. obser. cap. 20.

IN causa criminali in qua præsentia personæ requiritur, Procurator non auditur in proponendis exceptionibus pro reo, aut pro eo qui sistere in Judicio debet.

Nota I.

1 *Intellectus l. vlt. §. ad crimen. D. de pub. iud. & nu. 6.*
2 *Ordinarium in criminib. iudicium exoleuit, & eorum ordo.*
3 *Obseruatum tamen in Britannia vsque ad annum 1535.*
4 *Extraordinariæ cognitiones nobis ordinariæ &c.*
5 *In publicis iudiciis reus non constituebat procuratorem.*
6 *Procurator recipitur ad allegandas absentiæ causas tantum.*
7 *Causa criminalis, quæ ciuilis ex vsu.*
8 *Sententia non fertur in procuratorem.*

1 Mira quædam Iurisconsulti commenti sunt super intellectu l. vlt. §. ad crimen. D. de public. iud. quo continetur in causis publicorum Iudiciorum, persequendis, Procuratorem interuenire non posse, excusatorem tamen ad excusandas absentiæ causas admitti. An vero in publicis tantum Iudiciis, an priuatis etiam delictis, an idem in reo, idem in accausatore statuendum esset, mira est dissentio hominum non satis in veteri Iurisprudentia exercitatorum, & Romani moris imperitorum, eóque maior quod illius ætatis Iudiciorum morem consensus ferè orbis improbauit, ita vt vix nomina intelligantur, cùm res ipsæ ex toto exoleuerint. Fecit necessitas vindicandorum criminum & gliscens facinorosorum audacia, vt pristinæ illæ formulæ repudiarentur nouis inductis, quas cùm Iurisconsulti recentiores è veteri iure eruere conarentur, & cum nostris comparare, longè abducti sunt; & verò inanes interpretationes sequuti, cùm rem non tenerent.

2 Nam quod olim ordinarium in criminibus Iudicium fuit, ex toto exoleuit, ipsáque adeò Iurisconsultorum veterum ætas, vt non perinde vtilia exolescere sinebat, iam tum cùm illi scriberent. Quod indicat l. ordo. D. de pub. iud. & l. hodie de pœn. & l. 1. l. & in Senatusconsulto D. ad Turpil. Nam illa vetera ordinariorum Iudiciorum nominis delatio, professio accusationis, & qua lege reus fieret, qui accusabatur, & solemnis illa inscriptio, de qua in l. libellorum. D. de accusat. inter reos receptio, diei dictio, fatente litis æstimatio, negante inquisitio, legibus interrogatio, reatus constitutio, euocatio testium, ipsáque eorum interrogatio per accusatores, compositio eorum cum reo, & quæ alia ex veterum authorum lectione deprehenduntur præcipuè Asconio Pediano, neque
3 eo ordine fiunt nec omnia. Certè non multum dissimilis ea forma fuit, quam ad patrum ætatem tribunalia nostra obseruabant, ad annum 1535. Cùm accusatio non nisi in die dicta ei, qui criminis postulabatur constitui posset. Postulare vero ne Procurator quidem Regis quemquam posset, nisi Iudice decernente, diximus Art. 31. verbo *estre negligent*, reus vinctus publicè in ipso tribunali causam diceret, interro-

A garetur, testes componerentur, & refellerentur, denique censentes de capite suo & ferre & audire patronos, totámque coronam tribunalium cogeretur, ipsámque de salute sententiam excipere, cuius formulæ meminit, & Ord. anni 1539. Art. 163. quæ authore Guillelmo Poyeto qui ante Curiæ nostræ princeps fuisset, & morem nostrum cognouisset, edita est. At contra quæ antiquis extraordinariæ cognitiones 4 fuêre, & ab notoriis & inquisitione ex officio (vt loqui solent) inchoabantur, nobis ordinariæ sunt, legibus & Constitutionibus Regum præfixæ & præstitutæ, vt solemni ita necessario & ineuitabili ordine, ita vt in capitalibus causis nulla alia nobis forma dici possit, aut fingi in criminibus persequendis, cuius respe-
B ctu hæc, qua vtimur, extraordinaria dici possit, cùm veteribus duplex esset persequutio criminum, ordinaria scilicet & extraordinaria. Nam quæ ordinariæ nobis dicuntur, de re familiari & pecunia agunt, crimen nullo modo intendunt, nec priuato criminis vlla per se postulatio permittitur; sed rem repetunt ciuili Iudicio, & illa ipsa formula præter superiores etiam antiquis fuit, pro natura & côditionibus actionum. Ergo in publicis Iudiciis cæterísque crimini- 5 bus, quibus intra relegationem pœna esset, Procurator constitui non poterat, cùm causam dicere ex vinculis reus soleret, quod ille. §. ad crimen, statuit. Quod verò excusator admittitur ad allegandas dumtaxat absentiæ causas, ab veteri ordinariorum Iudiciorum
C in capitalibus more manauit; Quibus reus non ante inter reos recipiebatur, quam vocatus & auditus erat, neque absens quisquam damnari poterat, l. absentem. D. de pœn. & l. absentem. C. de accusat. & glos. ibid. Ergo excusatorem recipi ad allegandas dun- 6 taxat absentiæ causas oportebat, si quæ legitimæ causæ erant, quomodo & nos quoque hodie recipimus, quos exomniatores vocant, veteri verbo qui antiqui excusatores erant. Nec fere aliæ excusationes admitti solent quàm morbi. Si tamen aliæ necessariæ essent easdem etiam admitti ratio postularet, vt carceris, ab hostibus capti, aut ab Rege externas in Prouincias amandati. Cæterum facti aut admissi (quas causas causæ dicunt) aut defensiones proponere nemo potest pro absente, & id est, quod ille tex. voluit absẽtis Procuratorẽ non audiri, vt nec ad proponendas exceptio-
D nes incompetentiæ, nec Procuratores Iurisdictionum quidem; quod Imbert. lib. 3. c. 4. scribit. Nec excusatorem de causis absentiæ admitti, quod cùm non intelligerent scholastici interpretes, multa de sententia illius. §. sunt imaginati. Sint illa denique infinita, Bart. inter omnes primus verum vidit: Reo scilicet postulato & absente Procuratorem non admitti. Nam de absente nulla dubitatio, semel capto patronos & Procuratores quoslibet admitti, nisi cum reus interrogatur, cùm testes componuntor, cum sententia fertur, & si quæ sunt, quæ cum persona agi conueniat; Cætera acta litis omnia per Procuratores transigi. Hæc vera senten-

sententia, quam & vsus recepit, nec quisquam iam dubitat de interpretatione illius. §. quem miserè schola lancinat. Extant hac de ipsa re Ord. Regum Francis. I. anno 1539. Art. 162. & anno 1536. Art. 10. & 11. *des criminelles*, attigêre & Alb. Bald. l. seruum. §. publice. D. de Procur. Aret. c. veniens ex de accus. Imol. & Ant. Rub. d. §. ad crimen. Sed nec illa quidem discrimina admittimus, quæ illi sunt commenti ad separandas ciuilium aut criminalium causarum appellationes vt illa sit criminalis, in qua pœna applicatur fisco, illa ciuilis, in qua parti, & quæ tam multis agunt Doct. in Rub. ext. de iud. Bart. l. prætor ait. D. de sepulch. violat. Nos enim non genus criminis aut materiam condemnationis spectamus, sed titulum & formam prosecutionis, vt illa scilicet sit criminalis cognitio, quæ extraordinariè instituitur, siue pars ciuiliter concludat, quod semper facit ad rei priuatæ restitutionem, siue etiam publicus actor & Procurator Regis mulctam tantum pecuniariam petat. Nam ex genere prosecutionis criminalis dicitur, nec alia forma crimen coërceri aut in personam animaduerti potest, quàm si hac forma

A peracta cognitio sit. Nam si initio prosecutio ordinariè instituta sit, id est, ordine ciuilium Iudiciorum solito, aut cùm extraordinariè esset instituta in ciuilem transierit, quamlibet adiuncto Procuratore Regio ciuilis cognitio dicitur, nec personalis inde vlla sequi coërctio potest, etiam si ex maleficio descendat. Ergo in illa extraordinaria Procurator nunquam admittetur ad interrogationes, compositiones testium aut sententiam, in hac ordinaria semper admittetur, etiam si à crimine materia orta sit. Deinde & illud 8 quoque excludimus vsu, Procuratores Dominos litis appellari aut esse, ideóque in eorum personas ferri sententiam oportere. Quod vsus abrogauit, cùm

B semper in principales ferantur, & omnis litigator siue actor siue reus per Procuratorem hodie admittatur abrogato veteri Francorum Stylo, quem nec Britannia vnquam recepit, & posterius illi ipsis Franci damnauêre, vt diximus sup. §. huius tit. 1. Hæc vera est, de toto hoc negotio sententia, & vsus recepit, & sine pugnare scholas cùm de eo litigant, quod non intelligunt.

Article CIII.

[a] PROCVREVR fondé & reçeu en cause ciuile, peut defendre le constituant, ores[b] qu'il escheust [c] question de crime incidentement, [d] pour vn terme seulement: Et luy sera [e] baillé delay pour faire venir ledit constituant. [f] Et où ledit Procureur voudroit soustenir le faict dudit constituant, [g] sera arresté iusques à ce qu'il ait faict comparoir ledit constituant: Et neantmoins ne laissera le Iuge à decerner prouisions necessaires contre ledit constituant, iusques à capture de sa personne, si le cas le requiert. Art. xcix. Novae Cons.

[a] *PRocurator constitutus & receptus in causa ciuili potest defendere constituentem,* [b] *quamuis accidat* [c] *quæstio criminis incidenter,* [d] *ad certum tantummodo tempus: Et* [e] *dilatio ei dabitur, vt possit admonere constituentem.* [f] *Et vbi dictus Procurator vellet factum constituentis defendere,* [g] *retinebitur donec exhibuerit in Judicio constituentem. nec minus Judex decernet prouisiones necessarias contra dictum constituentem vsque ad incarcerationem personæ, si casus id exigat.*

Nota I.

1 *Datur tempus admonendi domino in casu inopinato & nu. 2.*

3 *Non sistendus procurator in crimine alieno.*

1 [a] *Procureur fondé.*] Hîc non multum est quod requiri ab notis possit. Pendet autem huius Articuli dispositio à superiore Articulo, & ratione Articuli 99. sup. cùm Procuratore generaliter aut ad certam causam constituto accidit ex insperato aliquid, quod vi eius mandati non possit Procurator exequi. Hîc cum non æquum sit fiducia dati Procuratoris Dominum inopinantem, ex superuenientia casus circumueniri, hac dispositione succurritur, vt tempus detur Procuratori admonendi Domini.

[b] *Qu'il escheust.*] Hoc ideo admittitur, quia is casus superuenit: Nam si initio vocatus ad id Dominus Procuratorem non sufficientem misisset, eremodicium contra eum constitueretur, sed hîc iusta excusatio est inopinati casus.

[c] *Question de crime.*] Veluti falsi, attentatorum, spoliationis, & generale est in cognitionibus quoque tri-

C buendis, vt si casus superueniat, qui in Iurisdictionem non cadat, ad superiorem remissio facienda sit l. ad officium. §. officium. D. de re milit. & l. 3. §. cognoscit. D. de Off. præfect. vig.

[d] *Pour vn terme seulement.*] Nam in criminibus non admittitur Procurator, ideóq; vocati specialiter ad causam criminalem non admitteretur. Sed hîc cùm ad ciuilem misisset criminalis superuenit. Ideóque ne defectus (vt loquuntur) concedatur, recipitur postulatio eius ad id dumtaxat, vt admoneat. 2

[e] *Baille delay*] Ex ratione Art. 99. sup.

D [f] *Et où le Procureur voudroit soustenir le faict.*] Hoc est, cùm factum defendit, & agnoscit, & iure factum contédit, quod perquam raro quisquam facit, nec posset non temerarium videri alienæ culpæ euentum subire.

[g] *Il sera arresté.*] Hac forma & dispositione nemo vtitur, & propemodum ratione caret, vt quisquam in criminalibus alienam vicem subeat, cùm ad defendendum alienum factum, quod in crimen incidit, ne suo quidem nomine quisquam recipiatur, nec capitis alieni quisquam fideiussor admittatur periculo sui, cùm pœnæ suos tenere debeant authores, & in eos, quod hîc dicit, potius decerdi opporteat. 3

ARTICLE CIIII.

Art. C. Novae Cons.

[a] ELVY qui eſt en pouuoir d'autruy,[b] ne peut eſtablir Procureurs [c] ſans l'auctorité de celuy [d] en pouuoir de qui il eſt, [e] ſi ce n'eſtoit contre le faict de celuy qui deuroit donner l'auctorité. Et conuient [f] que l'auctorité ſoit ſeellee du ſeel authentique, ou [g] de ſon ſeel, [h] ou de Iuge ordinaire, [i] ſi n'eſtoit que celuy qui deuroit donner l'auctorité, [k] prenſiſt la Procuration [l] en ſon nom : auquel cas [m] n'eſt meſtier qu'elle ſoit ſeellee du Iuge Ordinaire, [n] ne autrement auctoriſee.

[a] IS qui in aliena poteſtate eſt, [b] non poteſt conſtituere Procuratores [c] ſine auctoritate eius [d] in cuius poteſtate eſt, [e] niſi eſſet contra factum eius qui deberet præſtare auctoritatem. Et neceſſe eſt, [f] quod auctoritati apponatur ſigillum authenticum, [g] aut auctoris ſigillum, [h] aut Iudicis ordinarij, [i] niſi qui deberet præſtare auctoritatem [k] acciperet Procurationem [l] ſuo nomine, quo caſu [m] non neceſſarium eſt, vt Iudicis ordinarij ſigillum apponatur, [n] aut alio fulcimento corroboretur Procuratio.

NOTA I.

1 *Qui per ſe agere poteſt & per alium &c.*
2 *Inutilis procuratoris factum ratificari poſſe &c.*

[a] *Celuy.*] Minor, filiusfam. mulier marita, Monachus, ſeruus, furioſus, prodigus, & qui bonis interdictum eſt.

1 [b] *Ne peut eſtablir.*] Duæ traduntur regulæ, qui ſuo nomine contrahere aut in Iudicio conſiſtere nequeat, nec per alium poſſe, quod Bart. dixit l. Ariſto. in fin D. quæ res pig. oblig. poſſ. Altera qui per ſe poſſit per alium poſſe: Nam cùm actus agentium poteſtatem & vim ſumant ab habilitate & capacitate actiuorum, relinquitur vt inhabili actionis effectu, nihil aut inutiliter agatur, non minus quàm tuba quæ ſine flante nil reſonat, vel remi ſine agente non impellunt, nec organa vlla ſine mouẽte. Ergo qui propter inhabilitatem, aut naturæ, aut legis in Iudicio eſſe de ſe nequit, nec per alium poteſt. Quod ſi ab his regulis vllus omnino ſpeciali quapiam de cauſa caſus excipitur, & agenti habilitas reſtituitur agere iterum incipiet, veluti ſi bonorum interdictio exempta, ſi quo caſu mulier ſine auctoritate mariti ad Iudicia admittitur, aut minor aut filiusfam. qui ab gloſ. notantur. c. ex. parte. verbo, quamuis. D. de reſtitut. ſpol. his (inquam) caſibus Procuratoris quoque conſtituendi facultas tribuitur aut redditur, veluti in caſibus Articulorum 426. & 428. & 459. inf. tex. ad hoc in minore l. neque tutores. & l. non eo minus. C. de Procurat. vbi ſchola tota l. 3. in princip. vbi gloſ. & Bart. Angel. D. rem. rat. hab. l. ſi vnus. §. idem ait. D. de iureiur. l. etiam. §. abſens. vbi Bart. D. de manu vind. Bart. l. diuus. §. curatores. D. qui petant tut. l. mutus. §. is qui. D. de Procur. Angel. Conſ. 148. Iaſ. Conſ. 48. vol. 1. Bald. c. vltim. ext. de Iuram. cal. gloſ. c. ex parte. vbi Doct. ext. de reſt. ſpol. Idem & in filiofamilias traditur l. filiusfam. in princip. D. de Procur.

Quare aut falſa aut malè percepta eſt Baldi ſententia l. 1. col. 7. verſ. dicet aliquis. C. qui admit. qui quãlibet requiſita ſolemnitate aut auctoritate in contractu mulieris coniugatæ, putat eam per ſe adire hæreditatem poſſe, niſi tamen de hæreditate non damnoſa intellexit, vt Ang. Caſt. Imol. Cum. l. mutum. D. de

A acq. hæred. Iaſ. d. l. non minus. Negari tamen non 2 debet inutilis Procuratoris ſic conſtituti factum ratificari, & vtiliter repeti poſſe, ſi poſtea cum authoritate authoris aut curatoris aut repetatur aut validetur, quod Bart. Angel. Imol. Alex & Iaſ. notant l. de pupillo in princip. D. ſol. mat. ſolo repugnãte Lud. Rom. & Bart l. ſi Procurator. col. 2. verſ. quæritur. D. de cond. indeb. Bald. Conſ. 499. 2. dubio lib. ij. Lup. rep. Rub. per veſtras. §. 68. num. 27. Tiraq. in legib. connub. gloſ. 7. num. 20. & 37.

[c] *Sans l'auctorité.*] Quid inter auctoritatem, conſenſum, iuſſum, licentiam, præſentiam, tacitos aut expreſſos actus præſumptos aut profeſſos interſit, quæque vis eorum ſit & quam affinitatem habeant, quomodo & quando interuenire, an in ipſo actu, an poſt, magna B eſt ſcholæ pugna. Sed eos locos latè exequitur Tiraq. in legib. connub. gloſ. 6. verbo *conſentement* & gloſ. 7. verbo *expres.*

[d] *En pouuoir de qui.*] Id eſt, mariti, tutoris, curatoris, patris, abbatis, Domini.

NOTA 2.

1 *Datur curator ſpecialis contra curatorem.*
2 *Exceptiones ad Regulam qui in iudicio ſtare nequit &c. & nu. 3.*
3 *Minor quandoque conſtituere poteſt Procuratorem & fœmina &c. & nu. 4.*

[e] *Si ce n'eſtoit contre le faict.*] Congruit. inf. Art. 507. & 1 427. Neque enim à quoquam contra ſe auctoritas aut C expectanda aut exigenda. Solet tamen cùm tales caſus incurrunt, minori curator ſpecialis ad id negotium dari, quod cum curatore aut patre intercedit, & mulier coniugata ab Iudice authoritatem impetrare. Sicuti & cum maritus authoritatem recuſat, vt inf. Art. 428. ex Conſilio Bart. & Caſt. l. transactionem. C. de tranſact. Lup. rep. Rub. per veſtras §. 68. in fin. Deni- 2 que fallit hæc regula in multis caſibus, veluti abſente patre in filiofam. aut marito in muliere, aut cùm negotiationem exercent & ex cauſa negotij, aut cùm periculum in mora eſt & qui ab Boër. notantur in §. 4. tit. 1. in C. Biturig. Sed hi omnes caſus in ſecundam regulam recidunt, vt ſcilicet quo caſu in Iudicio eſſe poſſint, eodem & Procuratorem conſtituere queant.

Adde

3 Adde quod interdum etsi regulari iure constituens non habeat facultatem constituendi Procuratoris, vt filiusfamil. l. filiusfam. D. de Procur. aut minor aut fœmina, tamen interdum valent mandata & sustinentur vtilitatis causa, veluti absente patre, aut marito l. si longius. D. de Iudic. aut ab recusante marito in casu art. 427. & seq. inf. in minore, in casu art. 456. veluti ad præscriptionem interrumpēdam cùm res peritura est, aut dies exitura, *ou qu'on s'approprie de sa terre:* hîc enim intercedere potest ad conseruationem rei suæ,
4 & hisdem casibus Procuratorem constituere in quacunque ætate sit, modo infante maior, ad interrumpendum quidem, non tamen ad prosequendum quod ille art. 459. disponit. Ideóque in talibus non inutile est minoris mandatum l. 3. in principio vbi glos. Bart. & Angel. D. rem rat. hab. & quos fusè congerit Tiraq. in legib. connubialib. glos. 5. num. 183. Posse vero tales actus Iudiciales siue contractus, cum vtiles sunt sustineri, multóque magis si res peritura est propter interruptionē, tradit glos. l. cum hi. §. eam transactionem. D. de transact. & quos fusè cumulat Tiraq. in legib. connub. glos. 8. num. 62. & 8. 9. & 10. quam sententiam ius æquitas & aperta ratio sustinet, quamuis quidam eam conentur conuellere, sed sine Iudicio, & eum locum latè Tiraq. vt omnia persequitur præsertim num. 62. & 68. Non est igitur semper inane mandatum à minore à filiofam. à fœmina constitutum, & multum interest quis id habuerit an nō habuerit, cum intercederet approprimento, aliquid per Bald. l. exigendi in fin. C. de Procur.

[f] *Que l'auctorité soit sellée.*] Necesse istud quidem ad validitatem probationis, nam ad actus ipsius validitatem necesse non est, cùm aliter quàm scripto præstari auctoritas possit, vt dicemus.

[g] *De son seel.*] De quo ante diximus. §. 97.

[h] *Ou du Iuge.*] Fit id perquam raro hodie apud nos quidem, sed tamen fieri receptum.

NOTA 3.

1 *Curator in rem suam non est auctor.*
2 *Procurationes à solo curatore factas admittit vsus.*
3 *Exceptio inepta articuli.*

1 [i] *Si ce n'estoit.*] Iuris est regula, Tutorem aut curatorem in rem suam autorem esse nec posse nec debere, l. 1. l. Pupillus l. quod dicimus, in princip. & §. 2. & l. potest. D. de auth. tutor. l. quoties. §. non tantum. D. de adminis. tut. l. fistulas. §. 1. de cont. emp. Sed nec patrem filio d. l. 1. nec filium patri d. l. quod dicimus. §. si pater eod. tit. Sibi autem autorari intelligimus, cùm aut pupillum sibi obligat. d. l. 1. aut ab eo se liberat l. vlt. eod. tit. Quod fit vt hoc casu autor in rem suam esse curator, aut qui alium in potestate habet dici nō debeat, quia tali actu nihil in vtilitatem & commodum suum facit, de quo latè Corn. Conf. 164. vol. 1. & Alex. Conf. 106. vol. 1. qui in consensu aliud putant. Sed res est alterius loci.

2 [k] *Prensist la Procuration.*] Cùm iure ciuili tutor vel curator ante litem contestatam Procuratorem constituere nequeant, sed pupillum aut adultum necesse sit interuenire, cum autoritate autoris. d. l. neque tutores hîc ex ea sententia loquitur, quæ præsupponit tutorem à minore constitui Procuratorem posse, quod quidem contingenter fieri intelligēdum, cùm vsu fori indistinctè Procurationes à solis curatoribus aut tutoribus factas admittamus, sicuti nec vsum actorum, qui cùm decreto Iudicis ante & post contestationem fiebant, admisimus.

A [l] *En son nom.*] Id est, cùm tutor ipse à minore Procurator constituitur.

[m] *N'est mestier qu'elle soit seellée.*] Inepta exceptio, quæ 3 probationem actus cum ipso actu confundit, & cùm regulam de validitate actus posuerit, de probationis qualitate aut modo excipit, cùm exceptio de regula esse debeat. Neque enim sigillum ad validitatem authoritatis exigitur, quod ex superioribus patet, alioqui sine eo nulla auctoritas procederet, sed ad probationem scriptæ auctoritatis requiritur; vnde fit, vt cùm de ea dubitatur, quicunque actus proponatur ad B inferendam autoritatem, siue tacitus, siue expressus (vt hîc Procuratio de qua loquitur) necesse sit, vt scripto authentico probetur id, ex quo auctoritas inferatur.

NOTA 4.

1 *Auctoritas ab actu tacite infertur, & num. 2. & seq.*
2 *Actus qui auctoritatem inferunt & sequent.*

[n] *Ne autrement auctorisée.*] *Autrement*, dicit quàm quo- 1 modo ab actu tacito auctoritas infertur: Sed infertur tamen & auctoritas dicitur, sed in modo præstandi C differt. Neque expressis verbis semper præstari Consuetudo exigit, cùm per actus positiuos externos, citra autoritatis verba aut mentionem præstari queat, quod Panorm. ait. c. cum virum. 3. notab. ext. de regularib. & c. non iniustè. ext. de Procur. Ias. l. quæ dotis vers. 17. D. sol. mat. Quare quod hîc dicit procurationem recepisse eum, qui curator sit, pro autoritate habetur manifesta comprobatione actus.

Idem iudicandum, si liti à solo minore, fœmina, 2 filiofam. vel alio institutæ curator Aduocatum quæsierit, litem instruxerit, affuerit patrocinanti litis instrumentum subministrauerit, defensiones, commen- D tarios, & (vt loquuntur) memorialia transmiserit, quod expressè Bald. sensit. l. vltim. §. necessitate. col. penult. vers. quæro an sufficit præsentia. Cod. de bon. quæ lib. quanquam ibi aliud in auctoritate præstanda putet, sed ex eo quia tam authoritatem putabat interuenire debere verbis expressis, de quo posteriùs dicemus. Idem Cast. cons. 276. incip. quia probabiliter vers. præterea cùm maritus lib. 1. vbi scribit, si statuto caueatur vxorem agere non posse, aut conueniri sine consensu mariti, consentire videri si causam ab vxore institutam sollicitat. Eadem sententia E est, & si pater & filius simul agant in eodem libello, vel tutor & pupillus, quod Bart. ait l. cùm pater. §. libertis penult. quæst. D. de legat. 2. l. titius. D. quib. mod. pig. vel hypoth. soluit. Imol. d. §. libertis. Bald. l. vlt. col. 2. vers. quæro dicit statutum. vbi & Salyc. col. 2. C. ad S.C. Maced. Doct. l. is qui hæres vbi. Angel. Imol. Cast. Rom. Alex. Aret. §. vlt. D. de acq. hæred. Bald. l. filius in fin. D. de his qui sunt sui vel. al. iur. vbi & Angel. Bald. Angel. Flor. Fulgos. Ias. l. quoties ab omnibus. C. de fideicom. Angel. Imol. l. si cùm dotem. §. trāsgrediamur. D. sol. mat. Alex. Imol. F l. 1. §. quæsitum. D. ad Trebell. Cast. cons. 52. lib. 2. Panor. & Barbat. cap. cùm dilectus. 1. notab. ext. de Consuet. Corneus de patre & filio simul contrahentibus in cons. 45. incip. duo principaliter. §. præterea. vol. 1. Cons. 254. & eod. lib. 1. Idem Corn. cons. 51. vol. 2. latius Socin. cons. 200. lib. 2. & cons. 80. lib. 4. & cons. 125. eod. lib. & quos ad nauseam cumulat Hippo. Mars. sing. 447. incip. faciens contractum, Lupus vbi suprà num. 26. Tiraq. glos. 7. numer. 34. in legib. connub.

Idem existimandum, etsi pater pro filio, aut vir 3 pro vxore fideiussorem iudicatum solui, aut rem ra-

tam habere præstiterit, aut quamlibet aliam ad comprobationem litis facientem. Bald. l. exceptione. C. de euict. Tiraq. in retract. §.1. glos.9. num.268. Spec. tit. de actor. §.1. vers. sed quid si præsente. Boër. in cons. Biturig. §.4. vers. *de son mary*.

4 Idem in quocunque actu comprobationem litis aut negotij aut contractus importante tacitè vel expresse, de quo latè Lupus in rep. rub. cap. per vestras. §. 68. numer.21. & seq. ext. de donat. int. vir. & vxor. Veluti de eo traditur, qui causam suam agi per falsum Procuratorem sciens patitur, ex sententia Innoc. cap. ex parte decani. ext. de rescript. & in cap. cùm in iu- A re. ext. de off. deleg. & Lupus ibid. latè.

Sunt igitur concisæ argutiæ illæ scholæ, an auctoritas verbis & expressa esse debeat, an antecedere factũ aut contractum, an sequi etiam possit, de quo mirificè pugnant, & pugnas colligit Tiraquell. glos.7. in princip. & num.20. 30. 37. Cùm res spectãtibus appareat hìc authoritatẽ tam tacitè & sine verbis expressis adhiberi, & tam sequi quàm antecedere posse, & tam actibus positiuis quàm expressione autoritatis præstari, quod tex. his verbis indicat, *Ne autrement authorisée.* Non sine fructu igitur constitutum lege patria, de quo acres essent contentiones. 5

ARTICLE CV.

Art. ci. Novae Cons.

QVAND[a] Procureur met en auant aucun crime ou iniure, à l'encontre de partie aduerse, [b] il se fera aduoüer à son constituant: autrement sera tenu de reparer l'honneur, & dédommager partie aduerse, & l'amendera selon l'exigence du cas.

QVando[a] Procurator alicuius criminis aut iniuriæ aduersarium postulat, [b] curabit vt constituens ratam habeat accusationem, & ei se inscribat, aliàs tenebitur infamiam sarcire & indemnitatem præstare aduersario, & mulctabitur secundum exigentiam casus.

NOTA I.

1 *Mandatum non videtur ex quo Dominus in pœnam incidat.*

2 *Per Epistolam, Commentarios Dominus ratum habet, &c.*

1 Vulgata est iuris sententia mandato quamlibet generali nunquam id mandatum videri ex quo Dominus in pœnam incidere possit: ergo nec Iudicem recusare poterit, ex quo pœna indicitur Constitutionibus Regum non probantibus: nec crimen impingere, quia criminis non probati pœna est è iure talio, è moribus mulcta plerumque honoraria probatur. l. si pater. D. de his quæ in fraud. cred. Cun. & alij. l. Sed & si quis. §. quæsitum. D. de quæstio. Ias. l. si Procurator. D. de cond. indeb. Bald. cons. 13. incip. magnifico lib.5. & cons.581. eod. lib. bart. l. si Procurator. D. de cond. indeb. vbi Ias. Rom. B cons. 241. incip. Spectabiles Domini.

Expressionem verò non oportet fieri in genere, sed in specie per glos. clem.1. verbo, nominatim, de vit. & honest. cler. Panorm. cap. In Lateranensi. ext. de conces. Præb. Sed tamen si sciens Dominus patiatur Procuratorem tali casu agere, mandare videtur, per cap. vlt. de iuram. cal. lib.vj. Lupus d. §.68. numer. 25. Ias. latè d. l. si Procurator, vbi & alias limitationes colligit.

[b] *Il se fera aduoüer.*] Facit autem per Epistolam, aut Commentarios, & memoralia Dominorum proferendo. Quin ne eo quidem modo interdum pœnam euadunt, si atrocius aliquid obiecère, quanquam mandatum si ad causam non faciat. Ideóque magna hìc cautio à prudentibus adhiberi solet, & excusationes pro qualitate personarum prætendi. Neque in atrocibus pareri oportet quanquam mandanti, nisi è re sit. 2

Ne pagina vacaret subiecimus præfatiunculam, quæ ab ipso auctore præfixa erat suis notis in tres primos titulos; cùm Redonis primùm anno 1566. in lucem prodirent.

Typographus Lectori.

CVm ante annos aliquot perquam varios, inter actus rerum distractus animi auctor Commentarios in leges patrias concepisset, dum otium aliquando, & liberiores cogitationes sperat ingemmãtibus subinde curis inclementia temporum exceptus, de reposita materia breues notas contraxit, & exire passus est; ne operis etiamnum deformati, sed quod expectari tamen à multis sciret, sera esset & ingrata veluti à moratore debitore repræsentatio. In quo

In quo id potius ab eo nauatum est operæ, vt intelligeretur quid in quaque re argumento & tractatione iuri ciuili gentis moribus aut principum sanctionibus esset obrogatum, quam quæ Romani iuris de rebus essent sententiæ, quãdo obuij Iurisconsultorum libri nimium, nimiúmque talis suppeditant materiæ & proprij constitutíque operis ea de re libri eius expectantur: quanquam ne id quidem non præstitum videri debet; perquam diligenter exquisitis iuris sententiis, & ad Consuetudinis *scriptæ articulos tam appositis, vt breuius compræhendi vix potuerint, prolixius non debuerũt: in translatitio iurisperitorum errore coacta & redũdans materia ingrate (res certè tractantib.) ingereretur. Quis iuris patrij sensus, quis vsus foro, qui cum iure ciuili conueniret, quid in eo forum aut damnasset præcipuè aut comprobasset; quid Sanctionib. Regiis immutatum, qua item ex illis, quas alias abrogassent, quæ quoque tempore aut valuissent aut essent antiquatæ præcipuum habuit tradere. Molestas & perplexas de iure & αἰτιπάλους disputationes neque instituere voluit, neque Notæ patiebantur, & scholis ista magis conueniebant, sedes tamen locorum nullo non loco commonstrauit ingenuè & bona fide appellatis huius aut paulo prioris æui scriptoribus, ab quibus sunt illi accuratè explicate & cumulate traditi. Quando fontes requirentibus illi potissimum iudicandi videbantur qui essent inter alios vberrimi & exuberantes, & ex auctorib. illi qui plurimas plurimorum de rebus & immensa materia sententias collegissent, & foro ad vsum ostendissent. Sit priorib. sua laus cogitationum. Inuentionis & iudicij nostra ætas ordine, copia, arte, disciplinarum ornamentis vincit, ergo ad hos potius, qui sese ancipitibus quadriuiis duces itinerum ferrent, & veterum inuenta expedissent ipsi legentes applicare visum; quorum copia fortasse repræhendetur, vt vberior quam pro Notis; sed alia in aliis melius, & explicatius, nec omnes omnibus suppetunt. Ac fuerint ista, quæ nunc mittimus manu cuiusuis fortasse artificis, tituli* DES DONATIONS, DES APPROPRIEMENS, DES FIEFS, DES SVCCESSIONS, *hominem possent instructum doctrina, & experimentis, quos si dabitur auctori percolere, audeo Typographus (non bonus fortasse arbiter) dicere, fore, quod ad superiorum industriam, qui hoc in scriptionis genere cum laude versati existimantur, adiici possit ingenij nomine, doctrinæ & experimenti, si quibus ista cum illis vacabit contendere.*

TITVLVS QVARTVS,

DE INTERDICTIS POSSESSORIIS, ET NIL NOVANDVM ADVERSVS EA.

TILTRE QVATRIEME,

Des Plegemens & attentats sur iceux.

AD RVBRICAM.

1 *Plegiamentum est oppositio, seu declaratio de obsistendo, &c.*
2 *Plegiamentum in hac rubrica est interdictum vti possidetis.*

Plegiamentis & applegiamentis vtuntur etiam exteræ Prouinciæ quædam. Habent verò plegiamenti formulæ finem non vnum: cùm plegiamēti vox propriè antiquis nil aliud esset, quàm intercessio, nos oppositionem dicimus, in qua vades, id est, PLEGES dabantur, ni 1 rectè actor peteret, id quod intendebat: inde plegiamenti vox. Sed sicut intercessionis per se quidem sumptæ nullus certus finis est, continent tantùm declarationem mentis intercedentis de obsistendo, & contradicendo actui, qui à quoquam geritur, ex quo fit, vt per se contineat incertum determinandum à subiicienda actione, aut causa intercessionis proponenda. Talia sunt plegiamenta contra approprimenta, contra appræhensiones possessionis, contra seruitute vtentes, contra ædificantes nouum opus, contra alienos contractus, quibus intercedenti præiudicium comparatur. Sed de natura eorum non est, nec verò fit, vt causæ in his quidem dictandis exprimantur intercedendi, aut plegiandi vt loquuntur; sed vrgente eo cui denunciata sunt, causas edere tenetur, qui intendit, & actionem subiicere ad eum finem, & vsum quem desiderat, quod ipsum nō est plegiamēti proprium, sed subiectæ actionis, tametsi plegiamentum vim interruptionis habet, si causa addita sit, aut denunciationis & interpellationis. Inde vetera plegiamenta, in id quod dicebāt, *de non tenir*, quæ ius proprietatis impetebant, cui deinde plegiamentum *de premesse*, aut aliud possessorium aut petitorium subiici solebat. Denique plegiamenti vis ab expressione suæ causæ determinatur, & ex eo intelligitur natura dictatæ actionis. Crebrior significatio fori pro interdicto possessorio, vti possidetis *qui* 2 *sont mantenues, complainctes, saisine de nouuelleté.* De quibus huius tituli bona pars, nec tamen omnia quæ vetus disserebat de talibus, etsi species à causis diuersas distinguebant, sed illa iam penè nemo vtitur, & multa vsus aboleuit. Meminit & vtitur *de plegemens, & applegemens*, Ordinat. Caroli VII. Art. 71. *des premieres.*

ARTICLE CVI.

Art. CIII. Novae Cons.

On [a] peut former plegement sur toutes choses [b] qui se peuuent posseder tant meubles qu'immeubles [c] droits corporels [d] qu'incorporels, [e] à ce que le plegeur ne soit troublé, inquieté, ne molesté sur ses possessions, pour la conseruation de ses droits: [f] Et se fera le plegement dedans l'an & le iour [g] du trouble fait ou comminé.

[a] *Possessionis retinendæ interdictum fieri potest in res omnes* [b] *quæ possideri possunt, tàm mobiles quàm immobiles* [c] *iura tàm corporalia quàm* [d] *incorporalia,* [e] *vt is qui violatæ ac læsæ*

ac læsæ possessionis querelam mouit in possessione sua non sit turbatus ob conseruationem suorum iurium, & fiet [f] hoc interdictum intra annum & diem [g] possessionis turbatæ, aut minarum seu verborum etiam iactationum.

GLOSSA I.

1 *Possessio naturalis non ciuilis in interdicto requiritur.*
2 *Naturalis superat ciuilem possessionem.*

[a] *On peut former.*] Hîc de interdicto retinendæ agit, de quo tituli iuris, Vti possidetis. D. & Cod. & tit. Canonist. de causa possessionis & proprietatis, & nostris latè Faber. §. retinendæ. Instit. de interd.

[b] *Qui se peuuent posseder.*] Adde, & quo verè, & realiter,
1 & naturaliter possidetur: nam ciuilium possessionum, in quibus ius ciuile tam molestè versatur, vsum non habemus ad vllum interdicti possessorij effectũ, quoties non coït cum naturali, id est quoties ciuilis est apud vnum, naturalis apud alium & repugnantem.
2 Hoc casu cùm congrediuntur, naturalis haud dubia superat, itavt si ille ciuilis toto anno abstiterit à petitione & actione omnino & naturalem amittat, nec possessorio retinendæ possit experiri, quãtumcunque causetur sibi semper fuisse animum recuperandi naturalem. De quo hîc non agemus pluribus, cùm fusè disseruimus in approprimentis.

Tant meubles.] Interdictum, Vtrobi. Romani iuris.

GLOSSA 2.

1 *Quasi possessio in incorporalib.*
2 *Quomodo possidentur incorporalia.*
3 *Vltimus actus constituit in possessione in discontinuis possess.*

[c] *Droits corporels.*] Impropriè, iura enim (quod verbum æquipollet Francico *droits*) natura, & materia incorporalia sunt, nec tangi, nec videri, nec sensibus subiici possunt, quibus corpora subiiciuntur, etiamsi ad corporalia competant, sed hîc iura pro rebus accipit.

[d] *Incorporels.*] In quibus ipsa non cadit naturalis &
1 Physica possessio, quia localiter nec calcari pedibus, nec oculis demonstrari possunt. Sed tamen ea quoque quasi possideri receptum, & quasi possessiones talium dici nihilo deteriore iure quam ipsarũ corporalium. l. 1. l. 3. D. de acquiten. possession. §. 1. Institut. de rebus corpor. & incorpor. Possidentur autem,
2 cùm actus qui talibus iuribus appropriati sunt, vsurpantur, vt in possessionibus discontinuis, de quibus Masuer. Canonicus cùm sedet in choro, cùm interest Capitulo, cùm distributiones participat, intelligitur in possessione Canonicatus aut prebendæ. Magistratus cùm pro tribunali sedet, ius dicit, munia vsurpat, in possessione officij. Elector imperij, cùm electionem participat. Actuarius cùm dictante Iudice excipit notis. Prælatus cùm solita prælaturæ munia operatur. Exactor cùm tributa cogit. Sed plerumque cõtigit in talibus aliter, atque aliter iudicari in possessoriis corporaliũ, propterea quod cùm fructus quotannis percipiantur, in talibus anni possessio pacifica sufficit ad obtinẽdum in possessorio, vti possidetis & retinendæ; aliter quam in incorporalibus, in quibus plerumque contingat, ne totis quidem quinquaginta annis vllum actum possessorium exerceri, vt Elector electioni intersit, contingit mortuo demum Imperatore, cum de alio sufficiendo agitur. Cùm Rex Franciæ Conciliis œcumenicis interest, non id crebrius facere potest, quàm cùm Concilium indicitur: id sæpè
A interuallum centum annorum esse potest. Magnates, qui Regum coronationi intersunt; sæpè certa sibi iura vendicant, sed ea non possunt vsurpare; nisi cùm Rex coronatur. In talibus si quæ controuersia incidat, non 3
anni possessio facit, vt interdicto vinci possit, sed vltimus actus constituit in possessione eum, qui de iure contendit. Cùm eiusmodi controuersia inter Regem & Hispanum verteretur de iure possessionis in Concilio Auditores Rotæ ex delegatione summi Pontificis iudicarunt, ius esse Franco vsurpare, quod postremis Conciliis vsurpasse cum constaret, de quo longa tractatio, cap. cùm Ecclesia. ext. de caus. possess. & propriet. & vbi discontinua possessio natura est, non est necesse continuo, aut omni momento in possessione fuisse, vt in interdicto de itinere priuato, sufficit annum, aut saltem anni partem possedisse non minorem triginta diebus. l. 1. D. de itin. act. priua.
B [e] *A ce que.*] Hæc est conclusio quam in possessorio, *de complainte*, & retinendæ capi oportet in libello.

GLOSSA 3.

1 *Interdicta iure annum persequenda, &c.*

[f] *Et se fera le plegement dedans l'an.*] Hoc est proprium 1
interdicti, vti possidetis. l. 1. §. hoc autem interdictũ. D. Vti possid. Sicuti & aliorum interdictorum, quæ annalia esse dicuntur, & Ordination. Francisci I. Regis: anno 1539. Art. 61. *Nulle complainte est receuable apres l'an*, & obstat finis non recipiendi prætendentibus, congruit & Articulus sequens & 114. & 513. Ordinat. Caroli VIII. Art. 70. *des premieres.*

C
GLOSSA 4.

1 *Intra quod tempus agendum interdicto.*
2 *Quomodo turbatur possessio.*
3 *Minæ turbant possessorem.*

[g] *Du trouble fait.*] Ab hoc tempore incipit annus in- 1
tentandi interdicti, à quo tempore scilicet si quisquam turbatus fuerit, post annum non item, si modo non vi, non clam, non precario possessum est: nam talis possessio non prodest agenti interdicto, quod textus ait. l. prima. §. vltimo. D. eod. hoc verùm est, vt prosit agenti. Sed tamen aduersus taliter possidentem post annum agi non posset interdicto retinendæ, sed recuperandi remediis experiundum esset. Turbat autem quisque etiam per simplicem op- 2
positionem factam interdicendi. l. prima. §. sed si in-
D ter. D. vti possid. ideo in foro dicere solent, *opposition vaut trouble*, etiam si fructibus nunquam manum admouerit. Bart. l. si prius. oppo. 5. D. de oper. no. nunc. decidit Afflictus decis. 394. nec dubitandum vsu. Denique quicumque possessorem impedit re sua vti, interdicto conueniri potest. l. vim facit. D. de vi & vi arm. Ioannes Faber, lege vnica. Cod. vti possid. Ignoti nobis Francorum tractatus de simplicibus desaisinis pro conseruanda possessione, quam quis intra decem annos amiserit naturaliter, idque ratione ciuilis retentæ; quo iure non vtimur, nec fando quisquam vnquam in tribunalia nostra deduxit, in quibus tamen Ioannes Faber fatigatur, & Petrus Rebuffus super dict. Articul. 61. Ordination. Regis Francisci. Sed actionibus experiundum esset de restituenda possessione, de quo Guido Papæ, deci-

sion. 502. & Ioannes Faber, dicto §. retinendæ. Instit. de interd.

3 *Ou commine.*] Nam minæ & iactationes etiam verborum turbant, quia scilicet obsint possidenti, ne commodè vti re sua possit, vnde iusta sæpè occasio intentandæ actionis ex causa. l. diffamari. C. de ingen. man. & in hoc ipso interdicto scribit. Bart. l. si duo. §. si vicimus. D. vti possid. idem l. Mæuius. §. fundo in fine D. de legat. 2. glos. l. sicuti. §. Aristo. D. si seruit. vindic. vnde Alex. consil. 136. vol. 2.

Article CVII.

Art. ciiii. Novae Cons.

Nul n'est receuable à proceder par voye de plegement, ne arrest [a] contre possesseur pacifique par an & iour, [b] en luy empeschant sa saisine: [c] sinon pour les choses escheuës en l'année, comme au cas de fermes, loüages & engagemens, fors à bref ou long temps [d] finis en l'année qu'on intentera le plegement, [e] mesmes en cas de rachats aduenus en ladite année du plegement.

Nulli permittitur agere possessorio intentandæ possessionis, aut arrestatione, seu manus iniectione [a] contra possessorem pacificum annalem, [b] interpellando possessionem, [c] nisi pro rebus in anno intercessis, veluti in conductionibus aut pignorationibus, nisi ad breue aut longum tempus, [d] intra annum finitæ conductionis aut pignoris in quo plegiamentum, sine querela violatæ possessionis intentabitur [e] & etiam in casu rachatus qui obtigit in dicto anno plegiamenti.

Glossa 1.

1 *Pacificus possessor quis.*
2 *Non recipienda interdicta post annum.*

Hoc ipsum repetit quod præcedente Articulo dixerat, sed quod ibi affirmatiuè dixit, hic concipit negatiuè, & notissimi iuris regula est in regno.

[a] *Contre le possesseur pacifique.*] Hoc est cuius possessio nec ciuiliter, nec naturaliter toto anno interpellata
1 sit, hic enim pacificus dicitur. Card. & alij clem. gratiæ ex. de rescript. & quos latè Rebuf in tractat. de pacif. possess. glos. pragmaticæ verb. pacificè tit. de pacif. poss. Excipe in beneficialibus, si reus titulum non
2 habet aparentem ex d. Ordin. 1539. art. 61. Qua occasione multi interdicta recipiunt post annum, quod facere non conuenit, vbi titulus quoquo modo coloratus ostenditur, sed fine non recipiendi excludendus actor, salua quæstione principali in qua amplius de titulo disceptabitur: sed iudicis laïci cognitio non vltra possessionem porrigitur; & hoc rationem ex iure Canonico habet, licet in spoliatione defectus tituli non obstet. cap. in literis. ext. de restit. spolia.

[b] *En luy empeschant.*] Quoquo modo possessionem interpellando.

Glossa 2.

1 *Male artic. conceptus.*
2 *An finito vsufructu possessio consolidetur vt Dominus possessorio agere possit, &c.*
Proprietarius non ingreditur possessionem fundi propria auctoritate, &c.

1 [c] *Sinon pour les choses escheuës en l'année.*] Hæc exceptio non satis aptè formatur ad antecedétia, in quibus statuitur non dari interdictum contra annalem possessorem excipit, nisi, inquit, conductio aut antichresis intercesserit plurium annorum, per quos agi non potuerit ob locationis & antichresis cōuentionem. Nam cùm hîc de possessorio intentandæ agat, quorsum excipit de conductore, qui sibi non possidet, vt nec creditor vllus hypothecam tenens; addere poterat & aut emphiteuta aut vassallo, aut donatario alio retinente vsumfructum, quorum nullus possidet, & finitis talibus titulis, vt qui dominij translatiui non sint, aut iuris desinentis, nil eorum tempora quantumcunque diuturna obsunt, quominus Dominus proprietarius rei talibus finitis possit intra annum concludere possessorio, Vti possidetis, quæ nos latè in approprimentis sumus persequuti. Dubij iuris quæstio hæc fuit, 2
an finito donatoris vsufructu aut feudi possessio quoque consolidaretur, sicut vsusfructus, atque ita possessorio agi posset, hic textus innuit posse, & probat in casu facti. Bald. cons. 252. lib. 4. Bart. l. si arrogator. D. de adopt. col. 3. num. 18. Quidam contra existimant ex auctoritate glossæ cap. licet Episcopus de præbend. in 6. & Bald. tract. de pac. constant. verb. pactiones. idem Bald. additione ad Spec. tit. de loca. col. 5. Et ergo resoluto iure vsufructuarij vassalli donatoris, conductoris, creditoris, emphiteotæ *du bienfaicteur*. doariæ, & omnium talium resolui possessionem quoque puto ex consolidatione iuris temporalis cum proprietario perpetuo, itavt Dominus recto possessorio possit concludere, & vincere siue aduersus heredes talium, siue extraneos ingredientes post mortem eorum qui alieno iure tenent, licet vsu, & vtilitate sua. Boër. decis. 172. Sed hoc nego, quod Molinæus 3
confirmat tamen. §. 30. num. 173. in feudis, proprietarium siue donatarium, siue Dominum feudi posse ingredi propria auctoritate possessionem sine metu. l. extat. D. quod met. caus. aut l. non est singulis. D. de regul. iur. si aut talium vsufructuariorum hæres aut extranei obsistūt, & ius allegāt & ad Tribunal prouocant, quia interim moueri possessiones priuata auctoritate non oportet quantumcunque bono iure, sed iudicem adeundum, qui inspectis titulis, si appareat aut doarij, aut vsusfructus titulo rem apud defunctum fuisse, protinus & sine vlla procrastinatione prouisionem adiudicabit Domino petenti, quod omnimodò facere debet, atque hîc accidentalis possessionis causa vincet legalem; quod fit vbicunque conuētiones partium iuri scripto derogare possunt, atque ita consolidationem iuris sua auctoritate realiter exequetur. Sed si de tali titulo non docebitur, locator de locatione, pro-

proprietarius de vsufructu constituto, Dominus de feudi concessione, frater natu maximus de Viagio, proprietarius de doario constituto non docebunt in promptu, tum vero manente apud hæredem legali possessione ex regula, *le mort saisit le vif*, de actione aut interdicto amplius quærendum, & hoc casu legalis possessio vincet conuentionalem. Sed nullo casu obsistente aut contradicente hærede, sibi ius dicet proprietarius, quod melius sensit idem Molinæus secum non consentiens libello de inoffic. donatio. numer. 66. & nos in appropriemẽtis art. 268. tit. de interuersis possessionibus. Sed verum erit nihilominus, quod hîc dicit, quod etiam si talis vsufructus doarium aut viagium durauerit quadraginta annis, non prohibetur proprietarius intendere interdictum possessorium retinendæ consolidato vsufructu aduersus hæredem vsufructuarij, sed de facto repugnãtem non expellet quod latè persequitur Boër. decis. 172. vbi Aresta allegat. Hæc vera conciliatio pugnantium sententiarum, quæ iuri & & rationi cõuenit, & in praxim recipienda est. Ita etiam si conductor pro quatuor annis conduxit, mox his finitis in alios quatuor, aut plures tacitè vel expresè post tot annos agenti Domino possessorio obstare non poterit, quin possessorio excidat, & vincat Dominus, quod hîc dicit, sed perplexè imperitia enunciandi. Idem in Creditore ex antichresi, qui fundum accepit ex cuius fructibus in decem annis, aut viginti sibi solueret, *qui est l'engage dont il parle icy*. Nam tali tempore finito plegiamento possessorio auocare poterit ab eo possessio. Hæc cau- A tio valde vtilis est, ne de iure proprietatis contendi necesse sit: Nam in hac instantia solum de possessione agetur, quæ probatione sola antichresis iustificabitur.

Bref ou long-temps.] Decem vel etiam viginti annorum.

GLOSSA 3.

1 *Interdictum annale est.*

2 *Redemptiuum incidens proprietarium nõ impedit, &c.*

[d] *Finis en l'année.*] Hoc scilicet innuit interdictum aut plegiamentum intendi oportere intra annum finitæ conductionis, antichresis, viagij, doarij alioqui talis viagerius efficeretur possessor annalis sibi incipiendo possidere, & veluti suo iure. Et excluderet in possessorio Dominum quandocunque venientem anno præterito. 1

B [e] *En cas de rachat.*] Redemptiuum incidens proprietatem ac ne possessionem quidem proprietarij interpellat quominus eo finito, possessorio experiri possit siue contra Dominum, siue alium. Est enim Dominus in possessione, non possidet ipse, inter quæ magna est differentia l. si quis ante, in princip. D. de acq. pos. Et ideo similis est ei, qui in possessione est causa rei seruandæ, quare Dominus possessione non cedit, sed in domo manet, quibusdam fruitur vt stagnis & saltibus l. cum legati. D. quib. caus. in poss. eat. Sed hoc ipsum tempus prodest proprietario, quia annus ad retrahendum ei non imputatur pendente rachatu, nec obsequiorum feudalium, vt infra dicetur, ergo nec agendi possessorio. 2

ARTICLE CVIII.

[a] COHERITIERS ou autres pretendans droit en mesme chose, comme commune, & [b] par indiuis: Et ceux [c] qui ont commencé procés touchant heritage, peuuent soy pleger [d] contre le detenteur ou possesseur desdites choses, [e] nonobstant longue possession, [f] au cas que ledit possesseur voudroit mettre lesdites choses hors de sa main par heritage. ART. CV. NOVAE CONS.

[a] *COhæredes aut alij prætendentes ius in eadem re tanquam communi &* [b] *pro indiuiso: Et hi* [c] *qui incœperunt litem mouere de proprietate fundi, possunt agere de interdicto possessionis retinendæ* [c] *contra detentorem aut possessorem dictarum rerum* [c] *nonobstante longa possessione,* [f] *si dictus possessor vellet alienare dictas res tanquam hæres.*

GLOSSA 1.

[a] *Coheritiers.*] Hoc est qui vel hæreditatem communem habent, & consortes sunt eiusdem iuris, vel qui aliunde in communionem incidere siue nolentes siue volentes.

[b] *Par indiuis.*] Nam si diuisi regionibus essent, plures essent fundi integri, nec iam partes vnius, quod est in indiuisis, nec vlla esset communio.

GLOSSA 2.

1 *Res litigiosæ quæ.*

2 *An sententia rei litigiosæ mandatur executioni, &c.*

1 [c] *Qui ont commencé procés.*] Hoc regulare est, quotiescunque lis de proprietate mota est, litigiosam fieri, & ideo alienari non posse: authen. de litigiosis. Nec dubium collitigantem intercedere posse, ne id fiat sui litigiosi causa, siue propter causam edicti de C alien. iud. muta. cau. fa. probatur hæc dispositio in l. Diuus. D. de petit. hæred. ex qua & sumpta videtur. l. & alienationes. D. famil. ercis. etiam ante contestationem, de quo glos. & Doctores d. l. diuus. Sed tamen à iudice potest causa cognita, & satisdatione præstita, quod textus ait, & causas faciendi addit. Sed an casu quo factæ sint, sententia lata pro actore exequetur contra emptorem sine nouo processu, hanc quæstionem late versat Boër. decis. 182. denique putat posse ante tamen vocato. Prudẽtes litigatores tali casu solent tales emptores euocare, vt liti adsint motæ aduersus auctorem, alioqui visuros iudicari iudicatum, quod inde sequetur executibile aduersus eos, vtamur enim idiotismo pragmatico, addo & sine lite omnes quorum interest veluti creditores, cùm vident res hypothecatas à debitoribus alienari, atque ita futurũ, vt emptores cum super hypothecis conueniuntur discussionis necessiate eos sint oneraturi, veluti extranei pignorum possessores ex iuris dispositione. & auth. 2

hoc si debitor, ad debitores principales relegatur, A recte obsistunt alienationi, & hoc casu etiamsi possessio tradita sit, tales emptores conueniunt citra discussionem resistendo principiis acquisitionis, possessionis & emancipationis, secus si eos permisissent diu possidere, quia beneficio discussionis vterentur, sed obsistendo principio satis est per rationem huius textus, in quo multi falluntur dispositionem iuris incautè amplexi, cùm ratio diuersa sit possidentis extranei, aut possidere volentis, contra quem sibi creditor in tempore prouidet, ne emancipet ius suum conseruando, & discussionis moras euitando, quod valde notandum est ad limitationem, d. auth. hoc si debitor.

[d] *Contre le detenteur.*] Siue is collitigator sit, siue alius qui de eo comparauit, vt semper in sua causa maneat subiectum omni euentui litis.

[c] *Nonobstant longue possession.*] Inepta exceptio: nam hoc casu plegiamentum non est remedium possessorium, sed vim denunciationis obtinet ad effectum interrumpendi aut impediendi approprimētum emptoris ex tali titulo. Itaque non pertinet ad interdicta, & stulta exceptio est de lapsu temporis aut possessionis, sed introductum est ad impediendum attentatum ad litem pendentem, nec quidquam hîc possessio obest agendi, quamdiu possessor non appropriauit, nec fuit metuendum à diuturnitate possessionis alienæ, quia remedium possessorium non intenditur, nec hoc casu intendens plegiamentum concludit ad possessionem; Sed ad conseruationem duntaxat iuris sui casu obtentæ & euictæ litis.

[f] *Ou cas que ledit possesseur.*] Siue auctor siue causam habens ab eo, & tamen interdum, sed causa cognita permittitur. d. l. diuus. obstat enim regula, nil nouari lite pendente, cap. 3. ex eod. tit. & casus permissos alienandi enumerat ibidem glos.

GLOSSA 3.

1 *Inepta exceptio articuli.*
2 *Plegiamētum cōcludit ad cōseruationem iuris tantum.*

ARTICLE CIX.

ART. CVI. NOV AB CONS.

LE [a] spoliateur [b] ne peut soy pleger pour raison de la chose dont on pretend [c] spoliation auoir esté faite: ains la spoliation verifiée, doit le spoliateur estre [d] pris, & arresté iusques à ce qu'il ait [e] restably ladite chose spoliée.

[a] *SPoliator [b] non potest seipsum plegiare seu querelam possessionis læsæ mouere, pro ea re de qua prætenditur [c] spoliationem factam fuisse. Sed spoliatione probata, debet spoliator [d] præhendi & detineri, donec [e] restituerit dictam rem spoliatam cum omni causa, id est, cum fructibus perceptis & qui percipi potuerunt.*

GLOSSA I.

1 *Spoliatus ante omnia restituendus, & num. 4.*
2 *Exceptio dominij non opponitur spoliato agenti interdicto.*
3 *In beneficiis de titulo leuiter cognoscēdum in spoliatione.*
5 *Quid cum restitutio petitur per viam attentati.*
6 *Quindecim exceptiones, & num. 7. cum seq.*
21 *De spoliatione à iudice facta.*
22 *Dominij exceptio admittitur in interdicto adipiscendæ.*
23 *Possessio & spoliatio probanda agenti interdicto recuperandæ.*

1 [a] *Le spoliateur.*] Iuris vulgata Regula est, Spoliatum ante omnia restituendum. l. 1. §. denique D. quod vi aut clam. cap. 1. ext. de restit. spoliat. & toto titulo præcipuè cap. in litteris & cap. consultationem. cap. fin. de Ord. cognit. & 2. quæst. 2. & 3. quæst. 1. & 2.

[b] *Ne se peut soy pleger.*] Hic textus decidit dubitationem valde olim iuris Canonici scriptoribus ambiguam, Iurisconsultis quidem non perinde, dominij 2 scilicet aut cuiuscunque iuris, quod quis per plegiamentum consequi possit, exceptionem opponi non posse agenti interdicto restitutorio spoliationis: Hæc eadem crebra fuerat & receptior sententia Iurisconsultorum. Bart. l. 1. §. qui à me. D. de vi & vi arma. post glos. eiusdem l. naturaliter. §. nil commune. D. de acq. poss. & l. si de vi. D. de iud. text. & glos. l. 1. C. si per vim vel. ali. mod. glos. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi. pub. Castr. d. l. si de vi. & ibi C Bald. Fulgos. Alb. Iacob. de Sancto Georgio latè itidem Angelus d. l. si quis ad se fundum, fusè & alij ibidem. & propterea Dynus Regula qui ad agendum in 6. dicit enormiter errasse glossam aliter sentientem d. l. vnde vi. Alex. cons. 94. lib. 4. Alex. Imol. & alij d. §. nihil commune Alber. & Card. cap. constitutus. ext. de appellat. Alber. copiosè cap. in litteris ex. de rest. spol. quo loco Panormitanus aduersantes sententias colligit & expendit. Bald. cap. 1. de restit. spol. Afflict. lib. 1. rub. 24. num. 49. & rub. 25. num. 35. in constit. Neapol.

Ergo siue verè Dominus sit, siue ius habeat, cum eo priuari debeat ex l. si quis in tantam. C. vnde vi. nec recto sese iure quamlibet in se certo, sed contentioso peragentis petitionem se tuebitur, etiam si D incontinenti ostenderet probationes & instrumenta iuris sui odio scilicet spoliationis, & audaciæ eius, qui sibi ius dicere voluit priuata auctoritate contra l. extat. contra l. non est singulis, adeo vt ne delatio quidem iuramenti recipienda sit super dominio, aut facto dominium concernente ad finem impediendæ restitutionis, quod glos. dixit cap. sollicitè. ext. de restit. spoliat. & quos Afflict. supra num. 54.

Hæc vera est & recepta vsu indubio sententia, tribunalibus omnibus hic consensus in prophana omni & fundiaria materia: nam in mobili sunt prodita interdicta Vi bonor. raptor & talia. l. 1. §. illud vtique D. de vi. arm. Etsi in materia quidem possessoria be- 3 neficiorum leuiter aliquid de titulo delibare solemus iustificaturo possessionis eius qui restitutionem petit iudicio

iudicio recuperandæ, ſed vt dixi, leuiter & prima ſpecie & figura, vt loquitur deciſ. Tholoſ. 15. Aufrer. & exemplum iudicati addit, ne ſcilicet palam & apertè vitioſus detur ingreſſus in beneficio, ſed hæc cognitio informatiua potius eſt animi iudicantis, quàm ius litigioſum partium & controuerſum ſpectans. Quare non reſpicitur in eo vtrum ius vter titulus præponderet, quod ſæpe melius multo contingat eſſe ſpolianti, ſed an quis prætextus aut color rationabilis ſit ſpoliato, quæ fuſius, ſed tamen non perſpicuè perſequitur Abbas Panorm. d. cap. in litteris. ex. de reſt. ſpol. Hæc de Canoniſtarum ſententiis, quas multas variantéſque Panorm. colligit, valde probabiliter, in beneficialibus quidem, fuerátque in reliquis omnibus interdictis reſtitutoriis & recuperandæ ea ferè veterum Canoniſtarum ſententia receptior: & expreſsè probata, quæ etiam prædoni cauerat, quod ſemidocti Pontificis reſcriptum c. vlt. de reſt. ſpol. in 6. viſum eſt contradicere, & exceptionem iuris admittere ex eo, inquit, quod ius commune reſiſteret petenti, quod omnino recuperandæ agenti obſtare non debebat, ſalua iuris quæſtione in poſſeſſorio ſequente, ſiue interdicto retinendæ, ſiue in petitorio, quod glo. dixit d. cap. in literis: tum propter contemptum imperium Magiſtratus, quæ cauſa publici iuris eſt. d. l. non eſt ſingulis, tum propter conſequentia, vt loquuntur, ſcandala & mala exempla, & periculoſos euentus, & perturbationes, quas nullo non die in talibus videmus excitari: Nec enim in momentanea poſſeſſionis tranſlatione ante adempta ita multum momenti eſt, cùm omnia reſtituta ſalua ſint cognitioni & examini ciuili.
4 Quare ſpretis opinationibus de iure illo controuerſum, ex bono iure. capit. fin. ext. de Ord. cognit. ſpoliatum ante omnia ſolemus reſtituere, id eſt ante omnem quæſtionem proprietatis, aut poſſeſſionis antequam hiſcat ſpoliator de iure ſuo, ſiue lite cœpta ſuper eo, ſiue nondum cœpta, de quo ex illo capit. final. ambigi non amplius oportebat, quin omnino clauſo ore obſtreperetur ſpoliatori, niſi prius reus expenſas, damna, omnem denique cauſam reſtituiſſet capit. grauis ext. de reſtit. ſpoliat. & quæ infra dicemus. Hæc cùm veriſſima ſint, cùm ſpoliator agit, vel pergere vult, & porro pedem inferre intentando de nouo poſſeſſorium, vel petitorium vt de iure ſuo doceat & ſpoliationem optimis quamlibet titulis iuſtificet, quod omnes notant d. ca-
5 pit. vltim. & Panorm. d. cap. in litteris, ſed id multomagis, cùm reſtitutio petitur per viam reparationis attentati, quod fit, quotieſcumque pendente lite in prima inſtãtia aut appellatione quiſquam alium ſpoliauit: nam propoſita ſpoliatio litem in curſu ſuo ſiſtit in puncto, ita vt ſpoliatus amplius procedere non teneatur, donec omnis cauſa reſtituta ſit, atque eo caſu fatentur nullam ex toto iuſtificationem poſſeſſionis aut tituli requiri propter odium attentati, quod re vera non poteſt iuſtificari à meritis cauſæ principalis aut iuribus, ſed protinus probata poſſeſſione litis motæ tempore ſine vllo alio iuris ordine reſtituendus ſpoliator. Hoc verè & vtiliter decidit appoſitè Rota deciſ. nou. titul. de reſtitut. ſpoliat. deciſ. 2. Aufrer. deciſ. 15. Hæc ſignificatio dicti (antea) de quo multa replicat. Angel. d. l. ſi quis ad ſe fundum & alij. d. capit. vltim. de Ordinat. cognit. Francus capit. 1. de reſtitut. ſpol. in 6. Imol. d. capit. 2. & clemen. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Caſſad. deciſ. 3. titul. de reſtit. ſpol. Hæc certiſſimi iuris & recepti regula eſt, cui multas exceptiones comparauit Caſtr. & Fulgoſ. d. l. ſi de vi. plurimas Iacob. de Sãcto Georgio ibidem vſque ad 25. ex quibus eas tantum, quas forum recipit, adiungemus, & quia non perinde innotuêre omnibus.

Prima eſt, cùm poſt ſpoliationem pronunciatum 6
eſt ſuper petitorio pro ſpoliante, iudicatum enim ius facit, & ponit ius in termino veritatis & indubitato, & abſumit præcedentes & temporales cauſas, quæ ab incerto iuris producuntur. Dyn. d. regula qui ad agendum. Iacob. ibidem. Falſa ſecunda eſt exceptio, 7
cùm ait Baldus clandeſtinæ ſpoliationis non eſſe eandem cauſam, nec ſimiliter ſpoliantem reſtitui, Bald. d. §. nil commune, quod non immerito ibidem Iacob. repræhendit, & quos conſentientes habet. Quid enim intereſt an dolo, metu, vel vi ſpoliatus ſis, cùm non modus ſpoliandi, ſed ſpoliatio potius & eius effectus attendatur. Alex. conſ. 78. vol. 3. & probat textus. l. 1. §. ſunt autem. D. de vi & vi arm. & l. idem eſt. §. vti frui. & l. ſi vi me. D. eod. Bald. c. in litteris. Ter- 8
tia eſt, cùm poſſeſſorium mixtam habet cauſam proprietatis, talia putant quæ de locis ſacris, & religioſis proponuntur, de itinere, actúque priuato l. 1. §. quædam. D. de interd. talia ſunt quæ nobis ſuper præeminentiis Eccleſiarum, & iuribus ſepulturæ, & armorum in Eccleſiis ſolemnia proponere, talia quæ aduerſus vllum ratione rei proponitur, veluti ea focario ſubiecta ſit, in quibus illi putant ſpoliatum recipiendum ad alleganda iura proprietatis, ſed eo iure non vtimur, nam & hoc caſu ſpoliatos reſtituimus in poſſeſſionem, nec ad impediendam reſtitutionem recipimus has allegationes, quod illi putant. Quod ipſum rationem habet, quia etſi in dominij licet implicitі cauſa admittatur cõtrarij dominij defenſio, tamen publica cauſa vis vetitæ, & contempti Magiſtratus ſupereſt reparanda. Panorm. d. cap. in litteris numer. 12. & 24. Rota tit. de reſtit. ſpol. deciſ. 16. in nouis & deciſ. 21. & eod. tit. deciſ. 20. in antiquis. Quarta 9
eſt in vi compulſiua, cùm quis compulſus tradidit poſſeſſionem rei ſuæ, poſt agit interdicto recuperandæ, obiici poteſt exceptio de dominio & re tradita, cuius dicti ratio eſt, quia voluntas interceſſit etſi coacta, reſciſſionibus igitur agendum non interdictis recuperanda, de quo Bart. l. penult. D. de condict. ob tur. cauſ. Bald. d. §. nil commune Iacob. vbi ſupra. Bald. cap. ſollicitè ex. eod. Quinta eſt cùm præiudi- 10
cium irreparabile ſit per reſtitutionem & reſtabilimentum Maritus recuperatorio agit de poſſeſſione vxoris, illa conſanguinitatem obiicit, de eo ante cognoſcendum: nam ea reſtituta manifeſto periculo pudoris ſubiicitur cap. litteras. ext. eod. tit. Sexta eadé eſt, 11
& eadem ratione nititur, cùm ſuſpectæ fidei potés aliquis in limine arcem habuit, de qua interdictum intendit, reſtituta periculum ingruit maioris mali, nec Reipub. expedit, nec faciendum eſt, quod Caſtr. dixit. l. 2. C. de edicto diui. Adr. toll. Alex. d. §. nil cõmune. Sed hic aliud quam priuatus reſpectus verſatur. Septi- 12
mam ducunt de d. capit. ad decimas, quod forum nec vſus in prophanis probat, vt & Octauam, cuius exem- 13
plum ponunt in laïco petente reſtitutionem decimarum: Nam & is quoque hoc caſu, iure quo vtimur, haud dubiè reſtitueretur, nec obeſſet decimarum incapacitas, propterea ꝙ decimæ iure diuerſo habẽtur, quædam inter patrimonialia ſunt, & naturam mutarunt, & hoc iure tam multæ habẽtur, vt non immerito fundata intẽtio Eccleſiaſticorum non ſit vniuerſaliter, quoad quidem interdicta reſtitutoria multominus, quare iure noſtro hîc quoque morem gereremus quantumlibet laïco reſtitutionem petenti, & recuperandæ agenti, quia qualitatis diſcrimen eſt non iuris, ſi infeudatæ dicatur. Nona eſt, ſi ſpoliatus expreſsè vel 14
tacitè admittat facta, aut poſitiones, & probationes

super iure & dominio, hoc casu videtur remittere recuperandæ instantiæ rigorem capit. 1. ext. de restit.
15 spol. Decimam addunt, si possessio fuit vacans sed hæc non est de regula, quia præsupponit agētem recuperandæ possessionis probare debere apud se fuisse,
16 de quo tamen glos. l. fin. C. vnde vi. Vndecima est, cùm exceptio dominij opponitur ab externo, non illo qui spoliauit, nam ea adimenda plecti eum, cùm ex alieno facto rationem non habet. Quare crebro fieri videmus in materia præeminentiarum, cùm aliquis arma vel insignia alieni iuris clam & incognitus deiecit, nec probari potest deiectus possessione solet Diplomata regia obtinere in forma reintegrandæ, hic magistratus solent decernere vocari eos quorum interest. Hic tibi sæpè comparet, qui deiecit & restitutionem impedit, & ius suum esse defendit: nec dubium quin recipi debeat, vt solet, expressè Rota in nouis decis. 20. tit. de rest. spol. Iacob. And. Host. Ioan. Monach. Archidiaco. cap. cum olim de rest.
17 spol. Duodecima non est probanda, quam Baldus
18 posuit l. 1. C. de appell. & nec decimatertia nec &
19 decimaquarta. Quindecima de dominio acquisito
20 post spoliationem recidit in primam, cùm sententia dubitationem iuris præcidit, aut confessio partis cap. significasti. de diuort. Bald. l. ordinarij. C. de rei vend. veluti & si dicatur sponte rem tradidisse, de quo Innoc. cap. super hoc. ext. de renunciation. vel fecit pactum de non petendo. Sed ista omnia instrumentalem probationem exigerent in promptu, alioqui redintegratio impediri non posset. Quæ deinde nihili sunt.

21 De spoliatione ab Iudice facta iuris ordine non seruato, copiosè disserunt Alb. d. l. si de vi. & Iacob. ibidem Canon. cap. conquerente. ext. de rest. spol. veluti si pendēte lite petitoria, Iudex possessionem adiudicarit alteri contra l. 1. C. si per vim vel al. mod. & l. res quæ in controuersia. D. de iure fisc. vel si pendente appellatione rectè per viam attentati petetur restitutio & recuperandi interdictum, idque sine eo; quod necesse sit de meritis aut iure cognosci. Afflict. d. const. 24. Proinde nec deiicientem ex interuallo licet deiicere, de quo d. l. si quis ad se fundum & l. idem est. §. cum igitur. D. de vi arm. & l. qui possessionem. D. eod. tit.

22 In adipiscendæ possessionis interdicto, aut actione non idem putant, sed dominij exceptionem admittunt omnes d. l. si de vi. vt & in retinendæ interdicto. In priore forte ratio est, cùm agens possessionem numquam habuit: nam iniquum non est defensionem rei auditi, si ex proprietatis causa excludat possessionis petitionem, sed quoad interdictum retinendæ, siue Vti possidetis certa est, & ab auis recepta vsurpatio non admitti sim quidem obtinendi in possessorio ex iure proprietario Fab. expressè. §. retinendæ. de interd. Sed quia data paritate probationum in possessorio, obtinere debet qui probationem possessionis iuris proprietarij viribus adstruxit, de quo Panorm. latè d. cap. in litteris numer. 7. notant copiosè alij & Fely. cap. licet ext. de probat. Bald. cap. 1. ext. de restit. spol. & Imol. ibidem Alb. vbi supra. Ergo stat huius Articuli dispositio agenti spolio non posse obiici proprietatis quæstionem, sed ante omnia restitutionem esse faciendam d. cap. fin. de Ord. cogn. & l. fin. C. eod.

23 [c] *Spoliation verifiée.*] Duo extrema probanda sunt agenti recuperandæ, possessio scilicet præcedens interdicti denunciationem, & spoliatio. adde si lite pendente etiam litem motam, cap. olim causam. ex. de restit. spoliat. Spoliatio autem fit, quomodo traditur l. 1. §. vi possidere. D. de vi arm. & eius probatio fit intra vnicam dilationem. Ord. ann. 1539. art. 63. sin pendente lite ad finem processus intra 17. dies artic. 700. infra cap. 1. de restit. spol. in 6.

GLOSSA 2.

1 *Quando sistendus spolians.*
2 *Spolians restituit fructus, tam perceptos quam percipiendos, &c.*
3 *Spolians soluit prorsus omnia antequam procedatur in alia instantia.*
4 *Etiam si spolians sit monachus.*

[d] *Pris & arresté.*] Hic processus extraordinarius est. 1
ex cap. 1. de restit. spol. in 6. & l. si de vi. de interd. & d. l. si quis ad se, nec tam solemus esse asperi in talibus causis, nisi quidem vis allegatur, aut damnatus cunctatur parere iudicato: quo casu cogendus est viribus preturæ l. qui restituere. D. de rei vend. etiam ex ciuili processu, si obsistit, nec patitur iri in possessionem, sed hæc nisi eueniant, nemo tam præcisè compellitur, nisi quod exequi iudicatum suis expensis compellitur.

[e] *Restabli ladite chose.*] Possessionem in eadem causa, 2
cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt d. cap. 1. cap. sollicitè. cap. grauis. ext. de rest. spol. sublata distinctione extantium & consumptorum litis cōtestatæ, aut anterioris temporis, cum spoliator nōnisi malæ fidei esse possit, de quo glo. d. cap. grauis. & cap. sollicitè. & ibi Doctores l. cùm queṛebatur. C. vnde vi Rot. decis. 4. 5. & 10. quæ tamen exigit spoliationem esse factam cum violentia, vt quidem adiudicentur à tempore spoliationis, in nouis, tit. de restit. spoliatorum, in antiquis, decis. 10. & 16.

Hoc perquam verum est, sed addendum non suffi- 3
cere liquidationem damnorum, expensarum & interesse esse factam, sed & oportet executionem & solutionem, alioqui spoliatus nullo modo procedere cogitur in instantia siue cœpta siue incipienda, quod & vsus seruat, & notabiliter dixit decisio Rotæ 15. eod. tit. in nouis & notatur cap. Pisana. eod. tit. Bald. cap. 1. de rest. spol. Addita notabili distinctione, quæ tamen vsu nostro non obtineret, propterea quòd nullus procedit in possessorio ante executionem reintegrandæ, quod idem vsurpant in recredentiis ex Aresto datis in interdicto retinendæ, tametsi nullo iure, quod si vnus nummus deficeret de fructibus & expensis non teneretur procedere, quod ait Bald. cap. conquerente. eod. tit.

Quid igitur si Monachus aliquis victus spolio & 4
ad restitutionem fructuum in possessorio reintegrandæ, refundere non vult expensas, sed cōfisus cucullo cedit bonis: ac per id procedi in causa, & notabiliter negat admittendum, Rota decis. 22. hoc tit. in antiquis. De impensis in reparationes nullam in instantia recuperandæ rationem habendam puto reseruata quæstione in petitorio, si necessariæ probentur, de quo gl. fin. c. 1. ex. de rest. spol. Etsi vtiles in perpetuam rei vtilitatem, quod Baldus ait d. cap. 1. nego tamen quod ille ait hoc casu per retentionem seruari.

ARTICLE CX.

CELVY qui attente contre plegement [a] intimé, doit estre condamné aux despens, dommages & interests du plegeur, & en [b] l'amẽde enuers la Cour à l'égard de Iustice. [c] Et par la Coustume, celuy n'attente qui vse de son droit, [d] pourueu que les choses soient reparables. ART. CVII. NOVAE CONS.

IS qui attentat contra plegiamentum [a] intimatum, debet condemnari in expensis & litis æstimationem dependere plegiario, seu ei qui læsæ possessionis querelam mouit [b] & mulcta ei debet infligi erga Curiam arbitrio Iudicis. [c] Et ex Consuetudine, ille non attentat, qui iure suo vtitur, [d] modo res possint reparari.

GLOSSA I.

1 *Attentatum quid.*
2 *In materia petitoria non cadit prouisio: Regula notãda.*
3 *Sequestratio quando locum habeat & hodie quàm necessaria sit.*

Regula est nota iuris, Lite pendente nil nouari oportere, extant tituli iuris l. 1. & 2. C. si per vim vel al. mod. & in decretalib. & in 6. & clem. de quo diximus art. 29. §. vtiliter, Si quid itaque contra fit, atten-
1 tatum fieri dicitur. Attentatum est pendẽte cognitione, possessionem de vno ad alium trãstulisse, re nõdum cognita: item pendẽte lite rem, de qua cõtrouertitur, in alium tertium transcripsisse, vt d. tit. ext. item alium impediisse quominus fruatur, vt ante fruebatur, faciem rerum immutasse post litem citatione cœptam. clem. vlt. eod. tit. Attẽtatorum præcipua prohibitio in materia petitoria, cùm scilicet de proprietate rei agitur, in qua nil nouari omnino oportet, lite instituta, in talibus nouasse grande periculum est, quia litem suo marte, vt loquitur Imperator, oportet currere. d. l. 1. C. si per vim & al. mod. quia scita est regula, Pendente controuersia etiam cum fisco possessionem mutari nõ debere; sed apud eum esse qui possidet & reus l. res quæ in controuersia. C. de iur. fisc. & l. prohibitũ. eo.
2 tit. C. lib. 10. & quæ nos pluribus. d. art. 29. Ideo dicere solemus in foro, in materia petitoria nõ cadere prouisiones, quæ de possessionibus transferendis dari solent, nisi quidem instrumenta authentica prouisionis rem tradi aut rem restitui producantur, quæ cùm executionem paratã habeant inter easdẽ partes exequuntur, contra extraneum nequaquã in petitoriis talibus, verum est illud præcipuè à sequestratione non esse incipiendum, si cõtra fit, attẽtatum est ante omnia reparandum per viam præiudicij, vt spoliatio, quæ & ipsa inter attentata ponitur, facta quidem pendente lite in possessoriis, qualia sunt plegiamẽta, vt plurimum quidem alio iure vtimur, quia persæpè, & sequestratio fit & prouisionalis adiudicatio aut vt in beneficialibus
3 recredentia pendẽte pleno possessorio. At sequestratio quidem locum habet, quoties vterque contendit esse possessorem, quã quidem tribunalia nostra rarius vtũtur quã oporteret, ac per hoc finunt partes incalescere & digladiari super perceptione fructuum in messe, cui malo nimium quã frequenti obuiam iri oportet, quoties potẽtiores premunt imbeciliores, æquati paribus aquilis confligunt magno publicæ pacis periculo, & Magistratuum cõtemptu, & facinorosorum coïtionibus reip. perniciosis. Id plerumque ex eo contingit, quod neuter se litigatorum vult actorem ferre, neuter gualitatem agentis suscipere, & interim fructibus cedere nemo constituit. In his & si scio vulgo expectari cædes, noxas & rapinas, antequam iudicantes & Ma-

A gistratus auctoritatem nõn requisiti intẽdant, tamen boni Præsidis fuerit facinus anteuertere, & partibus vim inhibere, idque vno postulante Procuratore Regio, & ex officio mero, quod etsi vim factam informationibus appareat, vtrique interdicere debere, ne quid attingant, ne vt eò commeent, aut beneficij sedem ingrediantur, & fructus ponere ad manum Regis, donec partes docuerint de iure prætenso ex ratione. l. æquissimum. D. de vsufr. Hæc vera ratio & practica occurrendi, quoties vis fit, aut timetur, quia & in publicum paci consulitur, nec litigãtibus fit iniuria, quibus res integra manet experiunda apud Iudicem, & prohibet ne id ipsi tentent quod per Iudicem fieri debet. ex l. extat. D. quod met. cau. Nil hîc periculi, nihil præiudicij siue posterius partibus auditis sequestro manere, siue prouisionaliter alteri iudicari conueniat partibus tunc aut de qualitatibus cõuenturis, aut Iu-
B dice statuturo, si cunctentur ex l. inter litigantes. D. de iud. Fely. in rubrica de treuga & pa. ex auctoritate Ancharani putat eum, qui vim metuat in sua possessione posse Iudici supplicare, ne vis sibi fiat, vt inhibeat, idque intentãdo atque possessorium, atque petitorium, sed simpliciter, vt vis inhibeatur. Ea cautio non satis consuleret ei, qui Actoris partes nollet sustinere, propterea ꝙ inhibitiones particulares fieri non debent, nisi addita clausula, *si opposition n'y a, ou cas de laquelle* alioqui esset inauditum iudicare, Sed in casu appositæ clausulæ, talis comparẽs aduersarius cogeret libelli præsentatorem libellum suum sustinere, & partibus Actoris fungi, alioqui sese iudicio absolui, & dimitti obtineret, & suo iure frui. Inhibitionum autem generalium nullum põdus propter subiectam clausulam *celuy n'attente*, at meritò contemnuntur, cùm sine cognitione fiant, Sed, vt dixi, si præcedẽte informatione alia earum vis est, vt vetent partes quantumcunque
C ius habẽtes fructus attingere, quia de iure partium nil attingũt, quoad partes iudicialiter auditæ sint, quibus si velint, quotidie experiri licet, idque multo satius est, quam rem armis cõmitti, de priuato iudicio, id est, temeritate decerni. Hoc remedium, quotidianis malis, si quid verbis vates sum, Reges etiã lege statuent, si quid in rebus iudicij habeo, Magistratus vsurpabunt me auctore, vt valde conueniens, & necessarium ad solam denũciationem & libellum Procuratoris Regij & informatione facta, ne qualitatum reciprocus metus inducat partes tentare manu, quod iure nolunt, aut non audent, nullo ex toto præiudicio melioris actus, quod in totum saluum manet cognitioni, cùm primùm libuerit experiri, qua de re extat vtile cons. 3. Castr. lib. 2. Alciat. parerg. lib. 6. c. 24. Bal. l. 2. quæst. vlt. C. de Episc. aud. Innoc. c. cùm venissent ex. de insti.

[a] *Intimé.*] Ex clementina vlt. tit. Ne lite pendente.
[b] *Amende.*] Ex Art. 29. supra & c. grauis. de rest. spol.

Glossa 2.

1 Plegement ne lie droit *quid.*
2 *Quid si actor & reus vterque se possessorem asserit.*
3 *Irreparabile quid dicatur.*

1 [c] *Et par la Coustume celuy n'attente.*] Hinc vulgatum veteribus pragmaticis prouerbium *plegement ne lie droit*, quo significabāt tali formula neminem vetari quominus iure suo vtatur, aliter statuentibus cōtingeret plegiamenti simplicem denunciationem vim habere sequestrationis, idque inaudita parte, cùm plegiamentum per se sit actus partis contra reg. d. l. 1. C. si per vim vel al. mod. & Art.125. inf. Ex eo fit vt vtroque
2 possessionem sibi asserente difficilis fit cognitio attentatorum, nisi aut prouisionalis sententia lata sit, aut diffinitiua: nam prouisione alteri adiudicata & executa, si quid aduersarius aduersus eam de facto attentet,

A restitui oportet vt attentatum, non expectata diffinitiua, de quorum ratione amplius diximus art.29. de c. non solum. de appel. in 6. Fallit hoc in operis noui nunciatione, cui omnia pareri oportet, donec aut remissio aut cautio præstita sit l. non solum. §. sciendum. D. de oper. no. nunciat. & l.1. §. si is cui opus. eod. tit.

[d] *Pourueu que les choses soient reparables.*] Sylua irrepa- 3 rabiliter cæditur, ædes non rectè diruuntur, quæstio infligitur. l.2. D. de appel. recip. gl. clem. 1. §. propter. verb. ipso iure de hær. Plura de talibus Rebuffus tractatu de sententiis executoriis in Ord. art.7. gl.12. numer.19. Bart. l. si alius. §. bellissimè. D. quod vi, aut clam. scribit posita regula. quod nemo sibi ius dicere possit vt ante diximus, tamen id fallere nisi quis inferat damnum irreparabile, de quo & Fely. c. si quando ex. de offic. deleg. Hipp. Marsil. l. si quis ne quæstio. D. de quæstionibus.

Article CXI.

Art. CVIII. Novae Cons.

L'homme [a] se peut pleger contre son Seigneur [b] pour grief, [c] & ne sera tenu luy obeïr pendant le plegement. [d] Et si depuis le grief il obeïssoit, il ne pourra plus poursuiure son plegement.

[a] *Vassallus potest querelam possessionis violatæ mouere contra Dominum suum* [b] *pro grauamine,* [c] *& non tenebitur ei obsequium præstare pendente plegiamento seu possessionis retinendæ interdicto,* [d] *& si post grauamen obsequium præstaret, non posset amplius persequi suum plegiamentum.*

Glossa 1.

1 *Grauamen quid.*
2 *Quædam species grauaminis in vassallo.*
3 *Non licet Dominus vassallos castigare.*

[a] *L'homme se peut.*] Id est, *le vassal contre son Seigneur.*

1 [b] *Pour grief.*] Grauamen nil aliud est: quam iniuria, prout iniuria in lege Aquilia accipitur, id est, pro non contumelia, tametsi ea quoque locum posset facere huic dispositioni, sed pro omni eo quod non iure fit, id est, contra ius. l. sed etsi quocumque. D. ad l. Aquil. fit autem iniuria in rebus aut personis, nec dubitandum quin omnes causæ ex quibus feudum amittitur, multomagis valeant ad fundandū grauamen ad finem reparationis, cùm minor causa ad hoc sufficiat quam ad priuationem.

2 Proinde hìc plegiamenti formula non est possessoria, sed datur occasione grauaminis cuiuscumque momentanei etiam non successiui, cùm iniuria fit vassallo dicto vel facto per Dominum. Si vassallo Dominus colaphum inflixit, si vulnus, si verbera, si fustes indidit, vel denique personalem iniuriam: si scripto libello infamauerit, quæstionem status intulerit, vel ignobilitatem obiecerit, cùm nobilis esset, vel atrox conuitium, hæ causæ idoneæ videntur si non priuationis, certè grauaminis obiiciendi, addo si domum aggressus sit, si aggeres stagnorum diruerit, molendina & eorum comparatum & instrumenta euerterit, inciderit, ruperit, arma insigniáve, quæ pridem in templo aut sacello, postibus aut alibi haberentur, deiecerit, denique si bonorum, aut honoris quæstionem mouerit non legitimam: hæc omnia grauamini intentando occasionem præstant, & sæpè præstitêre, & ex his causis conquerentes auditi sunt.

3 Nam varia est & adulatrix sententia scholastico-

B rum, auctorum, qui putant, & dicunt, Dominis tātum licere in vassallos, vt eos cædere, aut quātumlibet moderatè castigare eis liceat, quod nos Magistratibus demum permittimus, nec in libero regno, vbi leges vigent & tyrannis exulat, priuato cuiquam manus afferre, ac ne conuitium quidem cuiquam obiicere admittimus, alioqui futurum est, vt omnia ardeant rixis, coïtionibus, turbis, nec retaliandi sit vllus modus. Quare valeāt tales sentētiæ, quas Baldus affert, Auth. ad hoc. C. de lat. liber. tol. & quos Boër. cōgessit decis.304. & decis.55. & item in cons. Bitur. tit. de stat. pers. §.1. glos.2. Qurre si quid aliter fiat, iniuriarum actio erit & grauaminis causa.

Glossa 2.

1 *Vassallus non priuatur feudo si sit testis, aduocatus, aut iudex contra Dominum.*

C *Grief.*] Grauamen facti accipe, nam quod in forma 1 iuris fit, iure etiā reparatur, nec aliam pœnā expectat, si tamen lite pendēte iniuria facta sit, aut maledictum obiectum, locus esse poterit plegiamēto. Falsæ & vsu explosæ Doctorum sententiæ ex eo quemquam feudo priuari ꝙ testimonium dixerit, si non & falsum dixisse cōuictus sit, falsum item, quod ex præstito patrocinio aut iudicato contra Dominum, vassallum priuandum putant, falso ista chartas occupāt, cùm nemo sic iudicat, nemo vsurpet, & testimonium veritati debeatur vndecumque veritas se prodat, patrocinium æquitati bonæ causæ, & quicūque iniuriam patienti. Iudicandi vero munus etiam necessarium sit citra personæ respectum, aut acceptionem, si non tam malè iudicatum sit, vt iudex litem suam fecisse dici possit. Denique si nil in culpa est & necessarij testimonium dixisse, patrocinium præstitisse; iudicasse publicæ necessitatis est &

est & muneris necessarij, si aliunde noxa est, non sine
causa dicetur culpam aggrauari, ex eo quod Domino
& beneficio indita sit.

Glossa 3.

1 *Artic. propemodum iniquus.*
2 *Dispositio art. tantum intelligenda de personalib. debitis & obsequialib.*
3 *Dominus ob grauamen non amittit pecuniaria debita.*
4 *Grauamen tātum tēdit. vt iniuria sarciatur à Domino.*

1 [c] *Et ne sera tenu luy obeyr.*] Eadem Consuetudo obti-
net Andibus. Art.67. parte 2. Cenom. 77. penè quod
fatear iniquo iure: Nam cùm certum sit iuris theore-
ma, Eum qui de libertate ad seruitutem petitur, inte-
rim in possessione libertatis esse oportere, eo scilicet
statu in quo reperitur, quod nos pluribus sumus exe-
cuti. Art. 155. quod illustrissimum Virginiæ exem-
plum ostendit & vendicata seruitus cap.1. si de inuest.
inter dom. & agna. cap.1. si de feudo def. contr. vbi
Aluar. Præpos. Bart. Platea in l. litibus. C. de agr. &
cens. hoc casu contra fieri & Dominum qui in pos-
sessione obsequiorum & fidelitatis reperiatur, quod
ipsa plegiamenti formula indicat & agnoscit ex sua
conceptione priuari eo ex simplici nec probata inten-
tione vassalli, pænè iniquam esse negari nequit, cùm
præsertim obligatio feudalis mutua à contractu vl-
troneo, & concessione feudi dependeat; ideóque om-
nimodo tenere debeat inter partes ex contractu &
concessione agnita, antequam de accidentali & extra-
nea causa suspensionis eius doceatur & probetur.
Quare fatēdum est iure quodam extraordinario istud
fieri, ne odio implorati iuris auxilij, Dominus inte-
rim acerbius aliquid statuat in vassallum, quomodo
in plerísque locis qui ab Iudice non Regio prouo-
cant, eximuntur in cæteris causis omnibus iurisdi-
ctione Domini contra tit. D. apud eum à quo appel-
latum sit &c. Quod ipsum ius, si verum fateri volu-
mus, magna iniuria est, & sine ratione vsurpatum,
nisi quod sic Regum auctoritas defenditur, & ma-
gna cauillandi materia, & tolli expedit. Sed vt con-
stitutis vtamur: hîc planè statuitur, & verè vsus ob-
seruat, ne denunciato plegiamento grauaminis vas-
sallus pendente lite parere cogatur, ipse clientesuè sui
2 donec de grauamine plenè cognitum sit; Sed quod
sic statuitur, cùm sit contra regulas, & valdè odio-
sum, non amplius porrigendum est quam quantum
exprimitur, id est, *pour l'obeyssance personnelle*, fidelita-
tis scilicet & homagij pręstandi & comparandi ad edi-
cta, & vocationes, & vadimonia Curiæ Dominicæ:
denique ad personalia debita, & obsequialia. Nam
pecuniaria debita & deueria vtilia, vt loquuntur, quo-
minus soluantur interim nulla ratio obstat; præstan-
tur enim ista talia à re potius rei quam personæ, de-
nique nil eorum periclitatur in plegiamento graua-
3 minis, nec de his agitur. Quare Dominus eorum
perceptione spoliari non debet, quia in fine causæ de
his non pronunciabitur, nec Dominus potest illa
amittere propter simplex grauamen, de cuius repa-
ratione statuetur in fine causæ saluis talibus, quibus
Dominus propter simplex grauamen priuari nequit;
non debet igitur pendente litè talibus spoliari in pos-
sessorio, quibus in diffinitiua priuari nequit: adde
quod grauamen & suspensio obsequiorum personam
respicit, ne grauetur magis quam bona. Sed tamen
hîc quoque agnoscendum est, si de his controuersia
sit, nec in confesso sint, non posse à Domino con-
stringi, vt ea soluat per suam curiam, vt loquuntur,
sed per Iudicem superiorem ex dispositione Articuli
31. Ita fiet, vt omnia in tuto sint, & Dominus vassal-
lum grauare non possit quacumque ratione, nec per-
sonam coarctare per se, aut suos Officiales, sed omnia
per superiorem exequuntur. Cæterum grauamen 4
simplex non eò tendit, vt Dominus feudo priuetur,
sed vt iniuria sarciatur, & restituatur in integrum
perperam acta, nam ad priuationem agenti non hæc
via plegiamenti esset ineunda, cuius finis non est pri-
uatio, sed resarcitio iniuriæ, aut verbalis, aut hono-
rifica, aut pecuniæ: est enim plegiamenti is finis in-
terim suspensiuus. Nam si ad priuationem ageretur,
nequaquam ante probatam causam Dominus mo-
uendus esset possessione sua, non magis quam benefi-
ciatus suo beneficio, aut Officialis suo officio, aut do-
natarius re donata, propter ingratitudinem & omnes
tales, præsupposito quod de feudi concessione & te-
neuta constet inter partes, sed interim esset in posses-
sione vsque ad litis difinitionem supremo iudicato de-
cisam, quæ tamen priuatio maiores causas requirit
quam plegiamentum, de quibus scripsimus. Art. tit.
de pœnis. Nam ne iure quidem feudali incognitum
dominos priuati obsequiis & iure feudali propter sæ-
uitiam, & grauamina, & exactiones in vassallos, quod
Ioan. Faber. dixit. l. 1. C. de offic. com. sacr. palat. &
l. 1. C. si quac. præd. potest. & §. vltim. institut. de his
qui sunt sui vel al. iur. Bald. l. illicitas, §. ne potentio-
res. D. de off. præsid. Rom. consil.37 & quos. Boër. de-
cis.304. & in Cons. Bitur. tit. de feud. §. 13. glo.2. Bald.
& Aluar. c.1. §. quicunque aduocatiam. tit. de pac. ten.
Ang. & Castr. auth. qui rem. C. de sacr. Eccles. Alb. l.
idémque. D. de vsufr. Idque Guid. Papæ in sua Del-
phinali Curia vsurpari scribit, & iudicari decision. 62.
& facti domesticum exemplum *Entre le Duc de Bretagne & la Dame de Rieux*, Stil. Parlam. ex Curiæ Aresto
memorat. anno 1394. & repetunt Arestologi ab eo,
etsi diuersum in Rege Molinæus putat. §. 2. glos. 4.
num.17. in feud. propterea quod ius tale vt domaniale
alienari non possit à Corona & suprema subiectione.
Hoc cùm est factum secuta sententia priuationis, me-
dius qui deliquit subducitur de medio, primo omnia
iura supersunt, vltimus à medio tenere incipit, sed in
concessione primi nil in totum mutatur, quod alibi
persequemur.

De Prælatis Ecclesiarum, qui procurationem tantum habent rerum Ecclesiasticarum, tractat. Molin. §. 2. glos. 4.

Glossa 4.

1 *A die grauaminis suspenduntur obsequia.*
2 *Grauamen momentaneum aut successiuum.*

[d] *Et si depuis le grief.*] Notandum quod suspendit 1
obsequia Domini à die grauaminis, non à tempore
plegiamenti, quod intelligendum, nisi grauamen es-
set successiuum, quod duraret etiam post præstitum 2
particulare aliquod obsequium vt carceris: nam talia
cùm quotidie grauent, quotidie iubeantur, & reci-
piant, & ideo locum faciunt plegiamento vt redinte-
grata: quod & in appellationibus dicitur, in quibus
cùm statutum sit illico appellari, excipitur nisi graua-
men successiuum sit, & quotidie grauet, quod multis
exemplis demonstrat. Hippol. Marsilius in practica
criminali. §. attingam. nu.9. & seq. veluti annua gra-
uamina debitorum, quæ quoties recurrunt toties gra-
uamen instaurare dicuntur, & ideo paruisse Domino
pro illo anno quo paritum sit, impedire plegiamenti
executionem ex hoc textu, pro sequentibus annis non
item.

[e] *Il ne pourra poursuiure.*] Nam sicuti & iure, iniuria, dissimulatione aboletur.

Article CXII.

Art. cix. Novae Cons.

[a]Q VAND aucun [b] est tiré en cause par deux Seigneurs, qui le pretendent, & vendiquent estre leur subiect [c] pour mesme chose, il se peut pleger par [d] Cour souueraine, [e] à ce qu'il demeure en souffrãce, iusques à ce qu'il soit iugé, & determiné [f] entre les deux Seigneurs, auquel il demeurera subiect, & promettra [g] pardeuant le Iuge du plegement, obeyr à celuy des deux Seigneurs, [h] qui obtiendra en cause; Et pendant le procés [i] ne sera le subiect iusticié par l'vn ne l'autre desdicts Seigneurs.

[a] QVando quis vassallus [b] vendicatur à duobus Dominis, qui eundem prætendunt vassallum [c] ratione eiusdem rei, potest vtrumque vendicantem in ius vocare [d] ad superiorem Iurisdictionem [e] vt dimittatur per iuris cessationem, donec iudicatum & determinatum sit [f] inter duos Dominos litigantes cui eorum vassallus addicetur, [g] & coram Iudice plegiamenti fidem dabit se obsequium præstaturum ei Domino [h] qui obtinebit causam: Et lite pendente [i] vassallus neutrius horum Dominorum Iurisdictionem agnoscet.

Glossa I.

1 *Tres casus in hoc art.*
2 Il faut aduouër ou desaduouër.
3 *Nisi dubitans sit vassallus.*
4 *Duob. dominis vendicantib. vassallus vtitur remedio artic.*
5 *Secundus casus, cùm vassallus à plurib. ratione participationis in feudo petitur.*
De vassallo qui vendicatur ab eodem domino Duce & Comite ibid.
6 *Tertius casus de vassallo qui iam domini agnouerat & ab alio vindicatur.*
7 *De forma procedendi duob. dominis petentib. vassallum.*

1 [a] *Quand aucun.*] Similis dispositio Conf. Tur. §.15. tit. *de basse Iustice.* Paris. §.42. de feud. Biturig. §.13. de feud. quæ tamen ex contingentia casuum varias potest recipere in facto iuris inflexiones. Multum enim interest, an eodem tempore duo Domini prætensi eundẽ vassallum insolidum, & priuatiuè alter ad alterum vendicent ratione eiusdem rei, an duo item non priuatiuè, sed accumulatiuè & per partes diuisas, aut indiuisas; an vnus tantum vendicet, & vassallus, qui ante alium agnouit prius agnitum in iudicio nominet, & eum euocet ad litem suscipiendam, ille aut renuat, aut nolit cum vendicante decernere, & conetur vassallum in lite retinere, & protestetur rem sibi cum eo solo futuram.

2 Primus casus dispositione huius Articuli soluitur, nam si eodem tempore vassallus à duobus Dominis vendicetur, huius plegiamenti vsus est, & verus eius casus, & applicatio est. Traditur Francicis tribunalibus regula *qu'il faut aduouër ou desaduouër*, cathegoricè, præcisè id quidem alio non concurrente ad petẽdum, & vendicandum vassallum, de quo Molin. meminit. §.1. gl.9. nu. 3. in feud. & glo.1. in fine & §.31. num. 11. itaut negent vassallum esse admittendum ad ignorandum verum dominum suum *& comme ils disent à passer par non sçauance*, quia aut cognoscere cogunt, aut abnegare periculo commissi. Et agnoscendo quidem extra periculum est, quoad agẽtem, nisi quidem fructus petantur lapsi ante petitam inuestituram, aut iura ante

A debita, quibus solutis vassallus recuperabit feudum. Contra fit abnegatione, nam interim prouisionalem fruitionem obtinebit, sed probata intentione agentis feudum committitur, ex Conf. Parif. §.31. At quid dicũt speciale in feudo, cùm in cæteris admittatur ignorantia rei de iure actoris, de eo quod ipse non contraxit, quod fundatur in alieno facto. Sed feudali iure non est tam præfacta dispositio: Nam cùm inter affirmationem & negationem sit aliquid medium, nescire scilicet, cuius nescientiæ iustæ sæpè causæ dicuntur, omnino conuenit admitti iustam eius excusationem, qui nescit: Iusta fortasse ignorãtiæ causa, vt quia in ius

B alterius successit. Quare illa iura vti categoricam, vt dicunt, affirmationem, aut negationẽ vassalli admittunt, sic dubitantis quoque dubitationem, quod textus expressit cap.1. §. vassallus. ti. si de feu. def. fuer. contr. int. dom. & ag. va. Qui dubitat (inquit) dubitanter responder debet. & idem c.1. §. vl. tit. de lege Conrad. Hoc cùm generaliter admittatur in iudicialibus omnibus, cur in feudis displicuerit Francicæ genti non video: nã bona fide agi oportet inter Dominum & vassallum, sed periculoso responso vrgeri vassallum, & in periculum coniici captiosum, si iusta est ignorãdi causa tanto præsertim ignorantiæ periculo ingruente, cùm cõmissum imminet neganti. Nulla verò iustior incertæ respõsionis aut dubitatæ causa, quàm cùm duo ex aduerso ingruunt, idem feudum vt eumdem vassallum vendicantes pari cõfidentia. Quare vrgeri vassallum ad tam an-

Art. 36. Noua Conf. 3

C ceps periculum subeundum nulla ratio patitur, & hoc quidem casu ne Franci quidẽ negãt. & Molin. d. §.42. Ergo consulti hominis est hoc casu neutrũ agnoscere, neutrum negare: & hoc remedio vti, aut libello supplici inuocare huius Articuli auxilium per superiorẽ, & interim dum experiuntur aduersarij Domini sibi interim vassallus liceat bona vtriusque pace ius victoris præstolari, & dubium euentum ab exitu controuersiæ expectare: quod faciẽdum senserat Card. Alex. cap.1. tit. quæ fu. pri. cau. Iacob. Ardizo. tit. quib. mod. feud. amitt. Bart. Platea. Rebuf. de Penna. l. litibus. C. de agr. & censf. Oldrad. cõsil. 22. & Bald. in proœm. decret. idem putat in vocato ad inuestituram à duobus Papis tempore schismatis, aut vt Oldradus ait à duobus Imperatoribus, & notanda decis. Bald. in l. Lucius Titius. D. fam. ercisc. quod si duo in lite sint de fun- 4

de fundo, quod tutus debet esse agricola & colonus percepta parte sua dimidium offerendo victori, quod ibi Florianus etiam dixit & Arestum in specie memorat. Boër. decis. 105. & item in Cons. Bituri. tit. de feud. d. §. 13.

5 Secundus casus, est, cùm vnus vassallus à pluribus quidem, sed non priuatiuè, sed ratione participationis in feudo dominante petitur. Hic casus separatam habet naturam, & tractauimus, Art. 329. Boër. decis. 5. Molin. §. 3. qu. 5. & §. 42. n. 16. & §. 2. glo. 4. q. 8. Mart. Laud. §. preterea ducatus de prohib. feu. alien. Sub hoc eodem cadere potest illa dubitatio, cùm quidam Dux & Comes respectu diuersarum ditionum vassallum vrgeret ad fidem & obsequium ratione Ducatus. Comitem agnoscebat, Ducem non item, id est, ratione Comitatus fatebatur se vassallum, & iura offerebat, quàm Molinæus agitat. §. 42. nu. 12. & seq. & §. 31. nu. 5. hîc quidem videndum est, quid in facto ponatur, nã si ponimus vassallum recognoscere Comitem, recognitio implicat abnegationẽ Ducis, & hoc quod vassallus agnoscit, Dominus non petit, ideóque veluti de simplici abnegatione vassallus interim prouisionem obtinebit fruendi periculo quidem commissi; Et si hîc quidem cùm vna & eadem persona est, Ducis & Comitis qualitates habeat, difficile fuerit iudicantibus persuadere iudicãdum esse commissum, cùm ab alterutra agnoscitur eadem persona. Quod si vassallus dubitat ex vtra agnoscendus sit, & probationem exigat à Domino perinde erit, ac si à duobus vendicetur, & rectè hoc plegiamento vtetur.

6 Tertius casus est, cùm vassallus conuentus à prætenso Domino illum quem pridem agnouit, aut quem sibi controuersiam facturum non ignorat, in iudicio nominat; quod illi faciendum consulunt Bart. Bal. Fab. l. 2. C. vbi in rem actio. Et hoc quoque casu verum est vassallum non teneri præcisè *aduouër ou desaduouër*; & patet ratio quàm supra diximus, hoc casu si venerit ad litem euocatus res plana est, dimittendum vassallum iudicio in litis exitum ex forma huius Articuli. Sed si nolit venire, & cõfligere, maior dubitatio, quia compertum est, plerósque hoc casu pugnam & congressum recusare, dum metuunt actores fieri, & probationibus diffidunt, & interim vassallum vrgent vt agnoscat. Hoc casu Iudicis partes sunt, vt sic nominatum, & euocatum à vassallo cogat litem suscipere, & vassallũ defendere, quod si nolit facere, Iudex pronunciabit cum priore procedendũ in lite cum vassallo instituta, ita vt sententia futura, quæ in ea lite interueniet, vis factura sit, & executoria futura, vt loquuntur, aduersus recusantem: hoc casu nec contestari, nec obstare tenebitur vassallus agenti, sed probationes agentis expectare securus, & sine noxa offerendo id facere; quod iuris erit, & lata sententia agnoscere, nec timebit eius minas, qui adesse noluit, quin eius defensionem suscipere ex eo tempore victor tenebitur, & habebit vnde faciat per sententiam diffinitiuam & interlocutionem pridem in ingressu litis latam, qualem diximus. Neque enim dubium, sententiam hoc casu pro victore latam contra vassallum, ius facere aduersus aliũ prætendentem, præsertim cùm toties euocatus ab vassallo, vt litem susciperet, noluit, de quo Panor. & Canonist. in cap. cùm super. ext. de re iud. idem consil. 89. lib. 1. & consil. 3. lib. 2. Iacob. tit. de feud. verb. dictique vassalli nu. 23. vulgò in l. sæpè. D. de re iud. & vt Mol. rectè expendit. §. 31. q. 4. Quæ sententia vera est post euocationes ex forma. d. l. 2. C. vbi in rem act. Alioqui non vera, quod scholastici scriptores nimium indistinctè transigunt; tenetur enim, qui fidem & debita feudalia recepit, vassallũ ad eundem finem ab alio

A euocatum defendere, & litem suscipere, & cautionem præstare; quod Molin. notat. §. 4. nu. 8. & §. 44. q. 9. vbi quærit, quando Dominus vassallo de euictione teneatur, si non faciat, iusta causa est priuationis iuris Dominici.

Sed hîc dubitatio in forma procedendi, ponamus 7
vassallum solum à duobus impeti, quos ipse euocari & committi inter se postulauit, illi obstant, nec volunt congredi ipsi inter se, nec dubium quin Iudex debeat iubere, vt mutuo congrediantur vassallo interim interquiescente & spectatore alienæ pugnæ, cuius exitũ
B ipse victori cessurus sit vassallus. Hic inter se commissi de qualitatibus ambigunt, veluti actione ea quam in accusatore deligendo veteres olim diuinationem vocabunt. Quid hic Iudex faciat in constituendo actore aut reo, nam cùm alter euocatus ab vassallo litẽ suscipit, iam cœptam aduersus vassallum haud dubiè reus est, si ambos cùm vassallum vterque vrgeret, congredi Iudex iusserit: hæc dubitatio; quia neuter alterum ferit, sed vterque tertium. Hîc quidem si Iudex ex libello iusserit vtrumque instrumenta & documenta vassalitij edere, fortasse ex his depræhendet, vnde qualitates formet. Nam si alterum in possessione reperiat
C per vltimam inuestituram, aut recognitionem, aut alia documenta pro eo, per modum prouisionis pronunciabit, & in possessione vassallagij relinquet; Sin æqualia omnia sint, hoc casu iuris tibi regula. l. inter litigãtes. D. de iudic. Inter litigantes (inquit) res aliter conuenire non potest, quàm si alter actoris, alter rei partibus fungatur. &c. quod si aliter conuenire nequit, res sorti committenda est.

GLOSSA 2.

1 *Vassallus antequam in ius vocetur præuenire potest.*

D 2 *An vassallus post contestationem nominare possit dominum* à garend.

3 *Culpa abnegationis potest purgari &c.*

b *Est tiré.*] Hoc est, cùm in ius vocatur super agnitione feudi certa & determinata, *sur l'obeyssance & teneure*, de eo conqueri oportet; sed & vassallus præuenire eos potest, si scit eos controuertere de eo velle, aut litem mouere, si extra iudicium iactantes vassalitium resciuit, vel subinde de eo mussantes, nec enim litem tenetur expectare, quod & Molin. dixit d. §. 42. num. 3. Sed etsi opposuerit auctore litem suscipiente, ipse in lite
E non manebit.

Sed quod hîc dicit *tiré*, an intelligimus etiam per contestationem, an etiam post eam admittimus vassallum Dominum nominantem in iudicio, at, vt dicunt, Dominum clamantem in garendum. Molin. admitti putat. d. §. 42. q. 3. etiam lite contestata, si nil intersit agentis. Quod si forsan vassallus agentem absolutè abnegauerit, & ex eo Dominus commissum petere cœperit; hîc Molin. non putat admittendum veluti iure quæsito. Ego admittendum puto vt reuocata tamen abnegatione, & solutis expensis, quia ex abnegatione feudum non aliter committi conueniat, quam si con-
F tumaciter, vsque ad sententiam in ea vassallus perstiterit. Cæterum ante eam culpam pœnitentia purgari admitto propter grande commissi periculum, & celerem satisfactionem. Ideóque & reuocata negatione admittẽdum vassallum ad huius Articuli beneficium, nonobstante eo quod Molinæus scribit. §. 30. quæst. 4. refusis expensis. Et notandum est hîc Consuetudinem præsupponere Dominos viam actionis elegire, & processum esse per actionem, & non per viam præhensionis, intérque multum interest propter diuersos effectus, de quibus nos infrà, & Molin. §. 31. in prin-

cip. & §.42. in princip. & propter dispositionem quæ A sequitur.

Vendiquent.] Vt subiectum, non vt seruum vtili vendicatione in libero homine.

[c] *Pour raison de mesme chose.*] Nam si ratione plurium, hic Articulus locum non haberet, vt nec eius ratio.

Il se peut pleger.] Consilij est, nam & citra plegiamentum ex libello potest vtrumque vēdicantem in ius vocare, & consignatis debitis, & obsequio apud Iudicem professo petere, vt iudicio, & liti eximatur.

[d] *Cour SuZeraine.*] Siue ea regalis, siue alterius cuiusuis Domini. Superior autem intelligitur vassalli, qui vendicatur: Quemuis autem superiorem rectè accipit B
Molinæus. §. 42. num. 4. & 9.

[e] *A ce qu'il demeure en souffrance.*] alij *respit* vocant, alij *deport* alij *souffrance*, vetus *pos*, hoc est ἀναπαυλώ; & litis cessationem: dimittitur enim iudicio facta prouisionali adiudicatione fruitionis, si præhensio erat facta, quæ finito iudicio redintegrabitur pro iuribus debitis ante præhensionem, si prehendens obtineat in lite, sin succumbat, fiet plena manus leuatio cum restitutione fructuum & expensis.

[f] *Entre les deux Seigneurs.*] qui inter se litigare cogentur, & contestari, vassallo interim securè certamen de sua subiectione spectante, non minus quàm olim Helena de Pergamis duellum Menelaï & Paridis μονομάχιον, vt Eustathius in Homerum ait, de se spectare
solebat, veluti ceruæ sub ineundi tempore ceruos de C
se arietantes solent aspicere, ipsæ præmio victoris cessuræ.

Glossa 3.

1 *Ius municipale pendente lite inter duos dominos exigit tantum à vassallo repromissionem fidelitatis &c.*

2 *Vassallus tamen ad plenam liberationem rectè consignabit omnia debita feudalia &c.*

[g] *Pardeuant le Juge.*] qui idem ordinarius est cap. 1. de leg. Cour. & superior vassalli, qui petitur, sin Rex ipse in lite sit, Iudices eius iudicant, & per manum, quod in foro dicere solent *souueraine*, recipiunt sacramētum & sponsiones vassalli prætensi, qui actus supremum Imperium & subiectionem potius respicit hoc casu, quàm feudum pendente lite, quia nullus est superior, qui adiri possit. Sed hoc Franci non satis esse putant ad plenam manus leuationem, nisi etiam debita feudalia consignet, & professionis feudalis instrumētum *la tenuë*, & in manibus Iudicis præstet fidelitatem & homagium, quæ omnia re vera necessaria sunt ad liberationem, quæ cùm sunt præstita, ita liberatur vassallus, vt quandocumque veniente actore, aut reo nil amplius præstare, nec inuestituram renouare teneatur, quod Mol. sensit. d. Art. 42. nu. 20. ab nu. 16. & 18. neque verbalem oblationem iurium vtilium sufficere putat etiam cum satisdatione, quia cùm vassallus velit sibi realiter, & de facto repleri renouationem, & manus leuationem fieri, ipse etiam realiter implere debeat ex parte sua ea, quæ ad id debentur respectiuè, itaut rachaptum quoque consignare debeat. Hæc Molinæi sententia, vt iure Parisiensi valeat, isto obti-
1 nere non potest, quia Consuetudo, nil amplius exigit quàm repromissionem prestandæ fidelitatis victori, ad hoc vt lis eximatur, sed non eundem effectum præstat etiam quàm illa consignatio, quàm in casu victoriæ vassallus tenebitur homagium & fidelitatem facere, & debita soluere victori, quod etiam repromissionis verba continent, sed hoc solum consequitur per hanc repromissionem, quod liti eximitur, & nullam hîc præhensionem interuenisse præsupponit. Itaque qui vo- 2
let plenam liberationem & manus leuationem nullo tempore reuocabilem consequi, & feudo recipi, & inuestiri, præsenti die consignabit, quæ ante diximus, & fidelitatem præstabit Iudici, vt in retractu qui fructus volunt consequi rei retrahendæ ex illo iure, qui minus, id est, tātum lite & iudicio dimitti faciet, quod hîc dicit simplici repromissione: effectus enim diuersæ satisfactionis, vt plenæ & plenioris, diuersi esse debet, & hoc casu consignatio iurium pro solutione est repromissio, non est satisfactio, ideo suspensionem tantum prosecutionis in casu dubio operatur. In casu dubio diximus, quoniam si certus esset, omnino ei parēdum esset qui certus esset, & post eum, ei qui in possessione est vassallagij *& de l'obeyssance.* Molin. §. 42. nu. 17. Quod si ante litem vassallus eum agnouit, & superuenit alius debebit prior vassallum defendere, & indemnem reddere quod ille ait, d. §. 42. nu. 18. & §. 44. quæst. 9.

[h] *Qui obtiendra.*] *diffinitiuement & sans appel.*] Sed etsi prouisionem alter obtinuerit, prouisionaliter vassallus agnoscere victorem, reuocabiliter tamen debebit, quod Mol. notat. d. §. 42. nu. 17.

Glossa 4.

1 *Vassallus hoc art. obtinet tantùm prouisionalem manus exemptionem.*

2 *Quia potest incidere in præhensionem pro anteriori tempore &c.*

[i] *Ne sera iusticié.*] Nec ratione personæ, nec ratione feudi, quia cùm concessio, & causa immediata debitorum & obsequiorum in controuersia sit, omnino priusquam de causa debiti & qualitate personę petentis, & iure eius quæri, quàm de ipso debito: Est enim id antecedens necessarium. Ergo nec vadimonio, nec Curiæ talis Domini apparere vassallus cogetur: atque
D hîc tantum finis, & effectus est simplicis repromissionis, qualem hic textus exigit, per quàm non plenam manus leuationem, sed tantùm prouisionalem manus exemptionem obtinet ad finem fruendi. Inter quæ multum interest, quod Molinæus vbique notat. d. §. 31. & 42. Sed lite decisa, si præhensio præsupponatur, recidet in prehensionem pro anteriori tempore, si cessauit in petenda inuestitura, ex Art. 323. licet pendentis litis nullos debeat, quia litispendentia impedit tempus currere; de quo loci sint apud Tiraq. in retract. glos. 10. num. 38. §. 1. ab eo quidem tempore quo pendere incœpit: ergo lite inter duos cœpta, in ea non manebit, etiam si ipse oppositionem formasset. §. 42. nu. 5. sed secuta sententia recidet in præhensionem hoc quidem casu; nisi consignatio facta sit.

De restitutione fructuum superueniente post præhensionem competitore, à quo tempore facienda sit vassallo, Molin. d. §. 42. quæst. 4.

Article CXIII.

ON se peut pleger [a] en cas de premesse, [b] auparauant que l'acquereur soit approprié, [c] Et en ladicte instance de plegement, pourra le plegeur eliger, & prendre conclusions pour auoir la chose, qui git en retraict par premesse.

Potest

POtest moueri querela læsæ possessionis[a] *in casu gentilitio seu iure προτιμήσεως*[b] *antequam emptor dominium sibi asseruerit*[c], *& in dicta instantia plegiamenti poterit plegiarius, seu is qui possessionis violatæ querelam mouet, eligere & accipere conclusiones ad rem habendam, quæ est in retractu gentilitio.*

Hic Articulus superfluit, cùm sit de indubitabili, quis enim de eo dubitabat, intercedi posse alieno contractui ex retractus causa.

GLOSSA I.

[a] *En cas de premesse.*] Sed & generaliter sub verbis, *pour les causes & moyens qu'il deduira*, modo intra annũ actio ad retractum subiiciatur, & contestatio fiat, sine quã interruptio non sit aduersus titulo possidentem, quod nos fuse sumus persecuti in approprimentis, Art.266. verb. *S'il n'y a interruption.* Alioqui oppositio expirat, & approprimentum reualescit.

A [b] *Auparauant.*] Nam post approprimentum nulla superest actio quin id appropriat *du tout & enuers tous*, nisi in casu Art.269.

[c] *Et en ladicte instance.*] Hoc igitur amplius habet plegiamentum, quàm oppositio. *Car l'opposition simple n'elige rien de soy*, id est, per eam nemo dari fieriue quidquam sibi petit, sed actio subiungenda est, quod hîc in plegiamento plus est, quia per id retractus petitur.

ARTICLE CXIIII.

ON [a] ne peut venir par voye de plegement contre l'hoir du defunct [b] en droicte ligne, en luy [c] empeschant la saisine de l'heritage, [d] si ce n'est du faict d'iceluy heritier, [e] parce qu'en ligne directe le mort saisit le vif. Art. cxi. Novae Cons.

NOn[a] *potest via plegiamenti veniri contra defuncti hæredem*[b] *in linea recta, impediendo eum*[c] *ne possideat hæreditatem*[d] *nisi de facto ipsius hæredis*[e] *quia in recta linea, suus statim hæres est, & continuatione dominij protinus hæreditatem adipiscit.*

GLOSSA I.

1 Le mort saisit le vif.
2 *Hæres in directa linea quasi subrogatur in possessorio.*
3 *Quid in collaterali linea.*

1 [a] *On ne peut venir.*] Præsupponenda hîc vulgatissima iuris Consuetudinarij regula, *le mort saisit le vif*, de qua hîc & Art.509. & 513. Cùm igitur hæres omni respectu saisitus sit beneficio & transfusione Consuetudinis, de quo fusa est tractatio Tiraq. libello in id scripto, ita vt interdictis possessoriis omnibus experiri possit, vt parte 6. declar.1. & sequent. quòd Io. Fab. quoque dixit. §. retinendæ Instit. de interd. Boër. decis.156. &
2 172. Nemo admittendus est ad impediendã hanc transfusionem, quàm ipsum ius facit in qualitatem hæredis, vt qualem quantamque defunctus habuit talem tantámque, & eandem. Non tamen aliam hæres non habeat, ita vt si litigiosam habuit aut vitiosam, non aliam hæres habere dici possit, si ex toto non haberet; nec hæres habebit, si habuerat, & mortis tẽpore amiserat, aut tradiderat, hæres traditam & amissam non magis habebit quam defunctus, sed ad eam recuperandam eadem interdicta competent quæ defuncto, Afflict. lib.1. rub.23. n.4. Paulus Paris. cons.41. lib.1.

B Hæc vera sunt non solum respectu extraneorum, sed & cohæredum. d. Ar. 513. Hæc veluti subrogatio est legalis in possessorio, licet sit facti, & reales actus desideret regulariter. sed hæc Cons. iuris potestas est, vt ministerio suo idem faciat.

GLOSSA 2.

[b] *En droicte ligne.*] In colaterali seruandum quod ha- 3
betur Art. 511. & 569. sed tamen hîc quoque talium hæredum actiones procedere aduersus extraneos omnes docendo de proximo succedendi & sanguinis gradu, quia illa dispositio Art. 511. & 569 solos Dominos respicit, nec extraneis danda est non magis quàm C ea, tu non vindicasti mortem defuncti, vnde hæres esse non potes, quæ solum fisco datur, vt diximus, Art. 511.

[c] *La saisine de l'heritage.*] Qualis quantáque in defuncto fuit: nam si non habuit, nil hîc hæres inuenit, quod suum dicere possit, nec ratione iuris, nec ratione possessionis.

[d] *Si ce n'estoit du faict.*] Si forsan ipse hæres de eo conuenit, contraxit, promisit, vt de suo facto teneri eum oporteat.

[e] *Parce qu'en ligne directe.*] Congruit Art.509. cum quo hunc compingi oportebat, & vnum fieri.

ARTICLE CXV.

CELVY qui a possession & saisine par an & iour ne doit estre empesché sur sa saisine[a], sans estre appelé en iugement,[b] soit pour default, d'hommage ou autre cause.

IS qui possessionem habet per annum & diem non debet impediri in sua possessione[a] *nisi prius in iudicio vocetur,*[b] *siue sit ob homagium non præstitum, siue ob aliam causam.*

GLOSSA 1.

1 *Possessio auocari potest interdictis sed & actionib.*

1 [a] *Sans estre appelé en iugement.*] Neque enim sequitur aliquis super possessione de facto inquietari nequit, aut vero interdicto possessorio conueniri: ergo nihil de possessione cum eo agi potest. Nam & actiones ad adipiscendam possessionem, & interdicta competunt, & vendicationes manente quidem possessione apud detinentem, qui idem in iudicium vocatus cedere possessione quandoque cogetur iustis actionibus euictus & ordine iuris seruato.

GLOSSA 2.

1 *Dominus post annum actione experitur aduersus vassallum.*

2 *Vtitur tamen via præhensionis &c.*

1 [b] *Soit pour defaut d'hommage.*] Congruit Art. 334. Francorum praxis est, & receptus stylus, vt Dominus litigare cum vassallo non cogatur, nisi manu plena, vt

A loqui solent. de qua Molin. §. 42. in princ. & §.31. in princ. Sed hoc quod hîc disponit. Consuetudo post annum adeptæ à vassallo possessionis non admittit, sed actionibus experiundum. d. §. 344. quo casu fallit illa regula, quia pẽdente actione nil mouendum, sed vassallus in possessione esse debet, quod illic ait, & rectè, obtinet tamen præhensionis via in casu Ordinat. anni 2
1563. per quam Dominus pro iuribus debitis ex trienio præterito, potest vti via præhensionis, quæ limitatio est ad hũc Articulum. Sed nos in eo Art. plura, qui cùm hoc compingi debuit. Itaque non vtimur sententia eorum, qui non putãt vassallum interdicto Vti

B possidetis, experiri posse aduersus Dominum, quod Molin. differit d. §.1. glos. 4. quæst. 5. & contrarium resoluit. §.42. num. 21. eius quod priori loco dixit: nam siue in fidem receptus, siue ante realiter & de facto possederit, interdicto, Vti possidetis, vtetur, & quouis alio recuperatorio ex hoc Articulo, & illo 334. nonobstante eo quod dicit Molinæus, §.1. glos. 4. quæst. 5. Boër. decis. 55. Innoc. Hosti. Abbas Soc. cap. vlt. ext. quid mitt. cau. Iason. l. si quando. Co. vnde vi. vbi dicunt remedium dictæ l. si quando. & dicti cap. vlt. dari contra dominum in casu violentiæ & rapinæ.

TITVLVS

TITVLVS QVINTVS,

DE MANVS INIECTIONE, ET OBSIDIBVS.

TILTRE CINQVIEME,

Des Arrests & Ostages,

AD RVBRICAM.

1 *Arrestum quid, & nomen eius.*
2 *Arrestorum multi fines & 3.4.5.6.7.*
3 *Arrestum in personam.*
4 *Arrestum in Rem.*
8 *Per arresta res tantum sistitur in eadem causa, nec agitur.*

Hæc Rubrica cõpræhendi potuit sub priore, vt quæ annexam mixtámque habeat materiam.
1 Est autẽ Arestũ veterum Iurisconsultorũ manus iniectio, quod verbum antiqui iuris Seruius Grãmaticus dicit esse, cũ nõ expectata auctoritate Iudicis aliquis rẽ sibi vendicat, & posterius ex eo Budæus notauit. Id verbum ferè in seruis vsurpant, cùm contra legem prostituuntur, aut ita veniêre, vt exportentur recepta manus iniectione. l.1. & 2.C. si seru. export. ven. l. titius. D. de seru. export. quod alibi abducere dixit; alius. Fuit & veteri Atheniensium lege sua creditoribus ἐπαγωγὴ de personis debitorum nisi soluerent. quam iniectionis formulam, cur Molinæus maluerit impedimentum appellare non video, veluti nomine rem iudicante destitutus, cùm impedimentum indefinitum nomen sit cuiuscunque obiecti oppositi actui, siue à lege siue ab homine siue ab natura, siue facti siue iuris nõ specialis alicuius iudicialis formulæ, aut interdicti significatiuum. Quod si & præhensionem quoque significat, non fuit, cur & non arrestum quoque significare existimare deberet, cùm vtrumque
2 exprimat: & si inter ipsa inter se præhensio & Arrestum differãt. Porro omnium Arrestorum non vnus est finis: namque aut in rem, aut in personam intenduntur ad similitudinem ferè
3 interdictorum de exhibendo. In personam, cùm Iudex aliquem ex certa quapiam causa postulante parte loco excedere vetat: hoc neque Apparitor, neque priuatus litigator intenderit, si non & Iudex auctor fuit, nisi quidem delinquente in flagrante crimine reperto, aut fu-
4 gam adornante, huius exempla sunt Art. 103. supra & Art. 209. infra & alibi. In rem pluribus de causis etiam Iudice non decernente, cùm quis proponit debitorem soluendo non esse, atque ideo nomina eius persequi intendit, atque interim metuit ne soluat creditori suo, qui debitor est agentis, in terminis Art. 126. infra: nam ex eo quod fuga metuatur, quæ inter veterum causas fuit l. ait prætor. §. si debitorem. D. quæ in fraud. cred. pridem abierat ex vsu, quia nisi ante consensu obligatos non erat receptum necti; nunc cùm ordina. Molin. aliud sit statu-
5 tum, reduci in vsum poterit. Arresti finis alius est, cùm res meruitur mutari, interuerti, interpellari, conflari, confundi, denique facies vllo modo mutari, & probationi aut restitutioni subduci in terminis. l.2. C. vbi in rem act. & Art. 152. & cum exhibitio necessaria est testatio-
6 nibus. Alius item, cùm describi, quod certificari dicunt, fructus rei litigiosæ petuntur, vt inde testationes fiant ad restitutionem, quia etiam prohibita sequestratione, certificatio ad eum finem peti potest, quod Bart. & Salyc. notant. l.1. C. de sequest. prohib. Angel. l. Impratores. §. vlt. D. de appellat. Bald. c.1. ext. de sequest. poss. & fruct. Bart. l.1. §. vlt. D. de vent. in poss.
7 mitt. Sed & cùm manceps uectigalium in transitu depræhendi merces vectigali obnoxias negante debitum vectore, aut cùm commissum petitur, arresti vsus est: his ferè de causis arresta,
8 & manuum iniectiones vsurpantur. Cæterum per arrestum nil aliud intenditur, quam vt res

in eadem cauſa ſiſtatur, ſiue petatur ipſa, ſiue ex cauſa debiti alia, aut iudicati hactenus, vt aut deponatur aut deſcribatur, & cautio præſtetur: nam dari fieriuè quidquam per arreſtum non petitur, *ce qu'ils diſent, arreſt n'éligerien*, ſed re exhibita aut depoſita actionibus, & regularibus proſecutionibus de re eſt agendum: hæc in genere, cætera in Articulis ex ſubiecta materia.

ARTICLE CXVI.

ARTIC. VI[c] LIIII. NOVAE CONS.

I[a] aucun Seigneur prend ou[b] ſaiſiſt aucune choſe indeuëment[c] & ſans raiſon,[d] il doit eſtre arreſté par Iuſtice, & luy doit eſtre baillé[e] bref terme[f] pour prouuer & verifier,[g] que iuſtement il a apprehendé[h] la choſe, dõt eſt queſtion: Et ſi audit terme il ne peut monſtrer[i] promptement, &[k] ſans autre delay qu'il ait[l] pour bonne & iuſte cauſe,[m] la partie aduerſe ſera[n] reſaiſie, & luy condemné aux deſpens,[o] dommages, & intereſts de la partie[p] & en l'amende de la Cour.[q] Et ne ſera tenu celuy, qui a eſté deſſaiſi & depoſſedé, obeïr à ſon Seigneur, iuſques à ce qu'il ait eſté reſſaiſi.

[a] SI aliquis Dominus accipit[b] aut manum iniicit in rem aliquam contra fas & æquum, & ſine ratione,[d] debet retineri à Iuſtitia[e] & dilatio breuis ei debet dari[f] ad probandum[g], quòd iure præhendit[h] rem de qua agitur. Et ſi illo ipſo[i] præſtituto termino per dilationem,[k] ſine alia dilatione non probet ſe id iure feciſſe,[m] vaſſallus[n] in poſſeſſionem reſtituetur, & Dominus condemnabitur in expenſas,[o] æſtimationémque litis dependet vaſſallo[p] mulctáque ei in vtilitatem fiſci infligetur:[q] Et non tenebitur is qui deiectus fuit de poſſeſſione, obſequium præſtare Domino, donec fuerit in poſſeſſionem reſtitutus.

GLOSSA I.

1 *Feudalis, fonciaria ſeu domanialis, poteſtas non eſt ſeparata à iuriſdictione contra Molin.*

1 [a] *Si aucun Seigneur.*] Hanc igitur vim ſiue rapinam, aut
quodcumque inſeſſum eſt rei alienæ, factum intelligi
cõuenit in qualitate Domini feudalis, ne de extraneis
ſtatuit Articulus 609. vtrumque caſum comparando,
Domini & extranei eodem Articulo, Ac rurſum cùm
de qualitate dominica determinant Franci, duas præ-
ſupponunt in eodem Domino: eſſe enim Iuſtitiam vt
loquuntur, quandam feudialem, fonciariam & do-
manialem, cuius vi arreſtare poſſit fructus, veluti is B
non ſit actus publicæ Iuriſdictionis ſed, priuatæ po-
tius poteſtatis, veluti in rem ſuam ratione dominij di-
recti retenti agat. Itaque poſſe dominum quæuis arre-
ſta, & præhenſiones facere priuata auctoritate per ſe
& familiam ſuam aſſerit Molinæus longa diſputatio-
ne. §.1. gloſ.4. quæſt.1. licet ciuilius facturum putet,
ſi per Iudicem & Apparitores faciat, quod concludit
ibidem num.14. & iterum quæſt.2. præhenſionem di-
cit eſſe iuris priuati patrimonialis ſiue domanialis &
non iuriſdictionalis, & in poſſeſſionem veluti rem
propriam ire nec rem debere poni, vt ait, ad manum
Iuſtitiæ ſed Domini, quod ibidem perperam practi-
cari dicit d. quæſt. 1. num.15. & errorem arguit pra- C
gmaticorum, & rurſum quæſt.2. num. 19. & iterum.
§.52. num.95. gloſ.1. ſed hic idem Molinæus deſultat,
ac ex diametro cõtrarium defendit, & ſine prioris iu-
dicij mentione defendit Domino tantum non licere,
ſed per Iudicem & per Apparitores ſolemni ritu fa-
ciendum, niſi Conſuetudo contrarium dictet. §.52.
gloſ.1. num.77. & 78. Aut igitur alius ab ſe factus eſt
Molinæus, aut vidiſſe ſe putat in rebus, quod non vi-

A dit in Iuriſdictione hac exiſtimanda, & diſcernenda à
contentioſa, quæ fit in forma iuris, & ſubiicit præhen-
ſionem oppoſitioni itidem contentioſæ forma regu-
lari. Nos quidem vſu patrio priorem in abſtracto, & 2
ſeparatam à iuriſdictionali non agnoſcimus, nec vllam
fundiariam aut domanialem ſeparamus à contentioſa
& iuriſdictionali, nec vi eius quidquam ſeparatim nil
abſtractè non expedimus in nolentes & repugnantes:
præhenſiones vero feudales ex quacumque cauſa non
aliter vſurpamus quam cognoſcendo, & in forma, iu-
re, lege & conditione recipiendarum oppoſitionum,
ſi cauſa ſubſit iuriſdictionali poteſtate, & iure feudo
B annexæ Iuriſdictionis & coinfeodatæ, adeo vt ſi Do-
minus Iuriſdictionem non habeat, is procedere non
poſſet per præhenſionem aduerſus repugnantes: no-
biſque ea Molinæi primum ſcriptis audita illa doma-
nialis poteſtas abſtracta, vſus quidem eius nullus,
quod ego triginta annorum teſtis loco celebri tandiu
verſatus confirmare poſſum.

Aucune choſe en ſon fief.] Et prætextu feudalis Iuriſ-
dictionis.

GLOSSA 2.

1 *Art. Rigor temperandus & nu. 3.*
C 2 *Domini & vaſſalli mutuum officium.*
4 *Intelligendus art. ſi mala mens & dolus ſit in domino.*
5 *Peccatum in materia & forma à domino.*

[b] *Saiſiſt aucune choſe indeuëment.*] Nimium hîc quidem 1
acerbè conſtitutum eſt in Dominos feudorum; nec
ſane hæc diſpoſitio obtinere ſinenda eſt, niſi de mani-
feſta & inexcuſabili iniuria Domini probetur, quæ
nullo iuris colore adumbrari poſſit. Multa ſæpè oc-
currunt formulas potius actionum ſpectantibus,

quam

quam rerum fines & vera effecta cuiusque dispositionis, quæ actus perturbent, & inobseruatione, aut parum accuratè spectatę subtilitatis infringunt pleráque excidunt etiam cautis & consultis, quæ adstrictam trutinam, & iuris captiones resecasse, vt summo iure ita summa iniuria futura sit, excidisse syllaba, causam perdidisse est, vt quidam volunt, sed æquos Iudices tales latrocinantes syllabas oportet compescere, & rem ad bonum & æquum redigere; habeant ista locum inter infensos, quod textus ait, l. si id quod. §. si
2 quis. D. de donat. int. vir. & vxor. Inter Dominum & vassallum habere omnino non conuenit, inter quos, vt inter bonos bene agi oportet, ex sacramenti concepta formula & mutuis sponsionibus, & forma fidelitatis. Quod vassallus habet, beneficio alterius habet, si latius re sibi obligata, aut potius certo quodam respectu sua vsus est, aut ignoscendum, aut æquo animo ferendum, certe deposita acerbitate animorum repa-
3 rari & restitui oportet, quæ secius accidere: Erroris istud potius sit, quam offensionis, aut affectatæ inimicitiæ: Si aliter fit, istud fuerit, quod Celsus ait, prætextu iuris ingrate errare, rectè Molinæus vbique d. §. 52. negat ista errata ad viuum resecanda, nec sicuti in instrumentis garentigiæ sic executionum formulas, & dictata Magistrorum recini oportet, quod ille ait nu. 108. & alibi sæpe. Fuerit istud vassallorum contumaciam alere aduersus Dominos sua prosequentes & fauere indeuotis & ingratis: Sic nascentur iniuriæ, vnde iura nasci debent, & leges ad iniquum trahêtur compendium contra l. meminerint. C. vnde vi. & l vlt. C.
4 de vsucap. pro empt. Quare in talibus simplex potius veritas, & causa spectanda, quam formularum scrupulosa anxietas. Denique sic statuo, cùm veritas omnis subsistit, & si in forma executionis peccetur, nusquam huius dispositionis rigorem obtinere, nec aliter quam si mala mens & dolus proponitur, & voluntas nocendi: cum & vulgò sit traditũ, quamuis erroneam causam excusare à dolo. Dolus est alienum inuasisse scientem, sed eum cui deberetur, aut qui probabili de causa, deberi sibi putaret, lapsum executionis formula, error est & qui pendentibus quoque possit accidere, nec sit extraordinarie plectendus. Error iuris etiam à dolo excusat glos. l. 1. D. de abig.

5 Porro verbum, *indeuëment*, tam potest peccatum materiæ, quam formæ comprehendere, de quo nos Art. 33. diximus. Materiæ peccatum est, cùm id à Domino petitur, quod non debetur, cùm falsa causa est decreti, quia scilicet præhensio facta sit ob fidelitatem non factam aut homagium, aut quia prætensa debita soluta sunt. In forma cùm iuris ordine non seruato, processum est ad actualem executionem: nam procedere iuris ordine non seruata, est ius alterius auferre, quod ait Bald. c. 1. §. iniuria. tit. de pac. inf. feder. & latius hoc ipso subiecto Afflictus Constit. 24. lib. j. & Constit. 25.

GLOSSA 3.

1 *Dominus in errore iuris & facti excusatur.*

[c] *Et sans raison.*] Duplicata vox, & geminata verba ostendunt magnum esse peccatum oportere, vt locus fiat huic dispositioni tam asperæ, quod nullo prætextu iuris adumbrari possit: nam qui delicti arguitur, & furti aut rapinæ, si ius sibi in re esse contendit, iure etiam ordinario ad ciuilem examinationem remittendus est. l. vlt. D. de abigeis. & l. quod euitandi. C. de condit. ob turp. caus. & l. præses. C. ad leg. Flau. de
1 plagiar. Ita & Dominus, qui sibi deberi putauit etiam ex errore iuris excusatur multomagis & facti, veluti

Argentræus, in Cons. Brit.

A si exemplo vicinarum Consuetudinum quisquam sibi licere putauit pręhendere post annum à die non petitæ inuestituræ, cùm contra statutum sit Articulo superiore, vel pro iuribus non liquidis, vel alia causa non probabili, hæc non sunt ordinariè nec pœnaliter exequenda, nec se Magistratus accommodare debent vindicantibus erratum mala mente, cùm suum sint consecuti.

GLOSSA 4.

1 *Rigor art. iterum notatus.*
B 2 *Et mutandus ordo scripturæ.*

[d] *Il doit estre arresté.*] Acerbè, & quod negari non possit 1
parum considerata reciproca qualitate Domini & vassalli, & beneficentia eius qui impetitur, si dolus non probetur. Illud etiam inciuilius hîc, quod Domino vult manus iniici ad simplicem, vt dicunt, querelam, & conquestionem vassalli, contra omnes iuris regulas, idque ante datam dilationem ad probandas præhensionis causas, quo quidem ordine hæc scriptura locatur, cùm contra fieri côueniat, & ante dilationem dari, & in probatione deficere; quam manum inijci,
C aut Arresto subiici, hoc est pœna præuenire delictum: Sed hoc quis facit? Itaque illo Articulo 609. hæc via Arresti omissa est, Ergo cùm prius sit audiri, quam coërceri, vt sontem non potest, non inciuilis videri hæc dispositio: quo enim Arrestum, si causæ præhensionis probentur. Mutandus itaque est hic ordo scri- 2
pturæ, vt prius dilatio detur, deinde si in probatione deficiat, Arresto locus fiat, hæc demùm dispositio peccat contra l. si benè. D. de vsur. ne se vassallus præbeat acerbum & contumeliosum exactorem, sed moderatum & cum efficacia benignum & cum instantia humanum: Sed iniquiùs in Dominum statuisse etiã pro-
D bata spoliatione, quam in quamuis extraneum ratio non patitur, nec iuris disciplina, cùm Art. 109. infra nihil tale in spoliatores quosuis statuerit, cùm Dominus etsi ordine non faciat, iure tamen Domini faciat & beneficij lege.

[e] *Bref terme.*] vt omni spoliatori dicto Art. 109. & Ordina. anni 1539.

GLOSSA 5.

1 *Præhensio & actio parib. de causis verificandæ à domino.*
E 2 *Pendente lite vassallus non infringit manum domini.*
3 *Censura art. in casu reciproco.*

[f] *Pour prouuer.*] Non est dubium hoc casu præhensione 1
præsupposita & oppositione formata dominum Actoris partes sustinere debere, & ex Ordinationis forma quæ anno 1564. publicata est 8. Maij Rhedon. & ipsa actus natura præhensionis causas probare debere. Ita fit vt oppositione formata præhensioni Domini interim in suo statu manenti, & Domino plena manu, vt aiunt, litigante, actio adiungenda sit à Domino ad consequenda debita, quorum ratione
F præhendit: ex quo fit, vt & præhensio & actio paribus de causis iustificari debeant. Et si interdum præhensioni vt executioni causæ apponi possunt, quæ non & actioni, sic sensit Ioan. Fab. §. retinendæ. Instit. de interd. latius. Molinæus. §. 31. in princip. Nam ratio vtriusque dominij per præhensionem coniuncti ad tempus, facit vt Dominus interim in possessione sit, veluti missus causa rei seruandæ pendente lite, nisi quidem incontinenti doceatur de errore aut iniustitia præhensionis, de quo Molin. agit. §. 1. glos. 4. num. 19. & 22. & §. 41. glos. 1. num. 117. & 120. Nec pendente 2

lite Domini manum debet vassallus infringere, alioqui A infracti Arresti pœnas sustinere cogetur, & veluti ex attentato procedetur suspenso interim litis principalis cursu, in qua Dominus ante non cogatur procedere, quam omnia per infractionem erepta, restituta, & vt aiunt, restabilita sint: in quo & si alibi traditum sit, attentata primæ instantiæ non aliter conuinci quam lite principali decisa. Art. 110. tamen protinus in hoc casu de attentatis & infractione cognoscetur non expectata diffinitiua aut cognitione super principali, quia Domini feudalis est hoc speciale ius, ne nisi plena manu litiget, quod Molinæus subinde differit, & vsus obseruat d.§.1. glos. 4. quæst.3. & quæst.4. num.32. & d.§.1. glos.2. in princ. & §.55. glos. 1. num.157. & §.31. B
3 nu.2. De cuius Arresti infracti pœna: non est hoc Articulo quidquam constitutum, cùm valde conueniret ratione reciproci casus, valde mirandum, & in solius Domini pœna hæsisse Reformatores ex veterum incogitantia minori certè ratione: Nam quod de infractione Arresti statuitur Art.29. de quolibet infringente statuitur, & alio iure inter Dominum & vassallum agitur, quia, vt dixi, diffinitiua cognitio non expectatur ad determinationem infractionis, sed protinus agi conuenit, & omnia restitui, quod ipsum fieri oportet, quoties pendente lite aliquid attentatur, hoc ipsum miratur Molinæus in sua Consuetudine omissum: sed generali tamen obseruatione regni receptum, vt mulcta talis infractionis sit sexaginta solidorum, de quo diximus d.§.29. & Molin. d.§.52. nu.137. glos.1. & 135. hæc procedunt in casu quo feudi concessio, id est, *la teneure*, est in confesso, sed aut debitum negatur, aut forma executionis oppugnatur: nam si *la teneure* esset controuersa, nec Dominum agentem vassallus agnosceret protinus, facienda esset reo prouisionalis adiudicatio fruitionis rei, hac ea executa procedendum super eo, & iure prætensæ concessionis sub pœna & periculo commissi, quod Molin. d. §. 1. glos. 9. persequitur.

[g] *Que iustement.*] tam ex materia, quam ex forma quia debebatur, quod petebat, & quia licuerat per præhensionem procedere.

[h] *La chose.*] *prochement tenuë,* de quo Mol. §.1. glos.6. sed tamen hîc non admittitur probatio & iure rei aut petitorio vt supra.

GLOSSA 6.

1 *Quia probandum à domino & quæ per se &c.*
2 *Accidentalia maxime probanda.*

1 [i] *Promptement.*] Id est, illo ipso termino præfixo per dilationem, Incôtinenti: nam Domini est probare. Probantur autem quædam in talibus, si contrarium non probetur, cuiusmodi sunt omnia, quæ ex natura feudi debentur: Naturalia sumuntur à conditione feudorũ, quæ ex Consuetudine regionis obseruari & deberi solent, veluti apud nos in concessionibus nobilibus fidelitas & homagium, & cameragiũ, laudimia licet quantitate non semper eadem, de quibus nos latè in Rubrica de feudis infra, talia probantur ex Consuetudine si contrarium non probetur, & in his Dominus fun-
2 datam intentionem habet; sed quæ accidenter, id est conuentione apposita debentur præter naturalia, probatione indigent, nec in his Dominus fundatam intentionẽ habet, vt reditus, solaria, deueria, & iura quæ Consuetudo specialiter non induxit, quorum aut titulus aut possessio diuturna est probanda.

[k] *Sans autre delay.*] id quidem regulare in omni spoliatione Ordin. anni. 1539. de quo nos Art. 109. sed in Domino feudi nimis præcisè.

[l] *Pour bonne & iuste cause.*] addendum fuit, *& explicitee en forme deuë.*

[m] *La partie aduerse.*] Id est, *le vassal,* cùm ante dixerit in correlatiuo, *du Seigneur.*

GLOSSA 7.

1 *Ante omnia Restituendus vassallus in possessionem.*
2 *Ressaisimentum fit per annullationem actus.*
3 *Restituuntur fructus à domino.*

[n] *Resaisie.*] Et hîc sine præiudicio Iurium etiam posses- 1 soriorum Domini, si quæ habet in interdicto retinendæ post restitutam spoliationem, dantur enim inter eos hæc interdicta, quod Mol. exequitur d.§.1. glos.4. quæst.5. sed priore ordine infirmata præhésione, consequens est vasallum restitui in possessionem, ex cap. 1. §. si vero. tit. de mil. vas. qui cont. est. Bald. c. 1. tit. de contr. inter vass. & Epis. vassallũ ante omnia, & quàm in lite procedat restituendum est. Idem l. si deserta. C. si prop. publ. pens. Andr. de Isern. & Afflict. d. Constit. 24. lib. 1. nec ante vassallus procedere cogitur in lite C principali quam hoc factum sit: huius facti & constituti exemplũ est ex Aresto apud Boër. decis.55. Curiæ Burdegal. *contre le Seigneur de Limeul.* Non fit autem 2 ressaisimentum per viam leuationis manus, sed per viã simplicis annihilationis & annullationis actus, nec *leuatur* manus, nisi in quantum de facto processum *est.* Excipe nisi ex alia causa iusta Dominus ante præhésionem infirmatam in possessione erat, de quo Mol. §.4. q.7. Afflict. d. Constit. 24. nu.53. Mol. §.1. glos. 4. nu.39.

[o] *Aux despens.*] *qui sont en ce cas preiudiciaux & payez auparauant que renter au procés soit petitoire ou possessoire.*

[o] *Dommages & interests.*] Quod toties fit, quoties de possessione erepta, aut exempta, aut turbata iudicatũ est: & si maiores nostri, & vetus forum in omni omnino genere causæ solebat illa adiudicare, quod ætate D nostra commerciis Francorũ est immutatum. Sed hîc 3 mera incogitantia reformatorum, qui quod erat præcipuum, & valde consequens, omiserunt de restitutione fructuum, quos omnino restitui consequens est in tali iudicato, quod diximus Art. 109. nec solum perceptos, sed & percipiendos quoque, etsi alicubi Molin. dubitat propter primordiũ dominij vtilis, sed hæc facit annullatio principij actus, veluti nunquam fuerit.

[p] *Et à l'amende.*] Ex illo Articulo 109. hæc autem Domino cognoscẽti, id est, fisco adiudicatur, quod hîc apparet, cùm dicit *de la Cour,* etsi d. Art. exprimit *il amenderoit à partie:* sed mulcta non nisi ex dolo hoc casu esset fisco inferenda.

[q] *Et ne sera tenu.*] Neque tamen Dominus iure suo priuatur, cui saluæ actiones manent posterius intentandæ, sed non antequam omnia sint restituta possessorio, fructus, damna, expensæ, interesse, & si quid accessorium est.

ARTICLE CXVII.

ART. CXII. NOVAE CONS.

[a] ELVY qui a obligé son corps à tenir ostage pour debte ciuile, [b] apres l'intimation à luy faicte de [c] satisfaire à l'obligé, si l'obligé ne satisfaict, le creancier [d]

creancier [d] le peut faire arrester par Iustice [e] en certaine ville, & là tiendra arrest. [f] Et s'il aduenoit, qu'il enfraignist ledit arrest, le creancier le peut faire constituer prisonnier en prison fermee.

[a] *IS qui cauit nexu ad tenendum obstagium seu arrestationem pro ciuili debito,* [b] *interpellatione ei facta* [c] *satisfaciendi obligationi, creditor* [d] *potest eum retinere decreto Iudicis* [e] *in aliqua vrbe & ibi inclusus remanebit.* [f] *Et si accideret eum infregisse arrestationem, creditor faciet eum comprehendere, & in carcere clauso detinere.*

GLOSSA I.

1 Obligé comme pour les deniers du Roy.
2 *Quid vsurpatum in nexu Romæ, Athenis & c.*

1 [a] *Celuy qui a obligé son corps.*] Neque enim amplius in eo hæremus, an quisquam nexum inire ex consensu possit, de quo schola l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. Cuius ipsius legis cõtrarium necessitas reipub. & inclementia temporum indixêre: neque nobis certior nexus quam cùm sub hac forma cõcepta est obligatio *comme pour les deniers du Roy*, & antiquissimæ Reipub. erat vsurpatum & Athenis, & Romæ, quod leges
2 XII. Tabularum testantur, quæ posterius rogationibus tribunitiis sunt immutatæ. Quin & lege quoque nuper inductum obligari quosque ad carcerem per Magistratuum Sententias, id exposcente debitorum perfidia Art. Molin. 48. sed & Solonis lege sublatam manus iniectionem in debitores Plutarchus memorat in Solone: quam legem ex Ægypto transtulisse Solonem Diodor. Siculus ait lib. j. Decemuiri Romæ restituerunt & manus iniectionem, & vinculis custodire. hoc secuti Imperatores alij probarunt, alij sustulerunt, quod indicat l. 1. C. qui bon. ced. poss. Improbauit Constantinus d. l. nemo carcerem. Sed id ius etiam ante XII. tabul. Romæ valuisse indicat Consulis Seruilij factum, qui Volscorum bello indixit, vt militiæ nomen daturi liberi essent nexu & pignore creditorum. Longo post tempore Senatusconsulto cautum, ne quis ciuis propter æs alienum necteretur, nisi ex iudicati causa: Sylla sufficere voluit bonam copiam euocasse, id idem in Clericis vsus recepit, reclamante iure, de quo nos Art. 4. tit. 1. & fugientes ad Ecclesiæ asylum c. fœlicis 17. q. vlt. Et equo arrestato Put. in Synd. vb. sup. de quo Boër. decisi. 303.

GLOSSA 2.

1 *Dies interpellat pro homine.*

A 2 *Soluere & satisfacere diuersa.*
3 *An sine cognitione causæ debitor potest trudi in carcerem.*

[b] *Apres l'intimation.*] Id est, *sommation*, quæ ipsa necessaria non est, si dies certa in obligatione est apposita Art. 71. Ordin. 1539. Semper enim dies interpellat. Itaque de viribus, aut ordine summationis non est recipienda controuersia, an congruo loco facta sit præsupposita die interpellatrice, quæ quotidie interpellat. 1

[c] *Satisfaire.*] Id est, *payer*, neque enim recipiendæ dubitationes Doctorum de eo verbo & si satisfit quocũque modo volenti creditori l. 1. D. qui satis. cogan. & 2
B alibi sæpe; sed hîc agitur inter contendentes, ideóque de solutione intelligendum. Sunt tamen soluere & satisfacere diuersa l. quod vendidi. D. de contrah. empt. & l. Stichum. §. 1. D. de statulib. l. solutiones. D. de verb. signif.

[d] *Le peut arrester.*] Ex forma obligationis.

[e] *En certaine ville.*] Si plures sint, vt solet, in vna aliqua, sed semel certo loco inclusum sine decreto Iudicis alio non transferet, quoniam electionis facultas consummata est eligendo.

[f] *Et s'il aduenoit qu'il enfraignist.*] Arctior enim custodia propter contemptam legem contractus apponenda est. §. sicuti quidem auth. de exhib. reis. Sed an hoc admittimus sine causæ cognitione, & non vocato
C ante obligato. Et puto tam fieri posse, quam primum potuit, cùm ad vtrũque par causa sit, & vis æqua obligationis, quæ sic concipi soleat, *à tenir ostage en tel lieu & non en partir, iusques à parfaict payement.* Sufficit itaque solius Apparitoris relatio testantis se certo loco extra obstagij cancellos reperiisse debitorem, vtrunque enim *& ostager, & faire tenir ostage* in obligatione est, alioqui quis effectus esset talis obligationis? Sed ante captionem redintegrasse obstagium, carceris rupti iusta esset excusatio, mulctæ tamen locus esset, nec dicitur aufugisse reuersus. Bald. l. 1. col. 3. C. de ædil. ed. l. 1. col. 5. C. de ser. fugit.

ARTICLE CXVIII.

Et où il n'y auroit conuention, que le debteur deust tenir prison fermee, le Creancier le pourra faire constituer prisonnier [b], sans garder l'ordre contenu au precedent Article. Art. CXIII. Nouv. Cons.

[a] *ET vbi conuentum esset quod debitor deberet detineri in carcere clauso, Creditor poterit eum iubere comprehendi,* [b] *non seruato ordine in præcedenti Articulo posito.*

GLOSSA I.

1 *Differentia Nexus, & obsidatus.*

1 [a] *Et où il y auroit conuention.*] Aliud est obsidem esse pecuniæ, aliud nexum, obses certo loco excedere vetatur pauloominus quã libera custodia. Itaque ista tã diuersa sunt nexus & obsidatus, vt Notarius virtute clausulæ *à tenir ostage & c.* non possit extendere *en prison fermee* *Argentr. in Cons. Brit.*

nisi quidem in Notariorum schola id esset vsurpatum & consuetum in extensione clausularum: nam & in totum omissum in talibus suppletur ex Consuetudine ex l. quod si nollit. §. si assidua. D. de ædil. ed. hoc discrimen fundatur in l. 1. D. de custo. reo. sensit & Angel. §. vlt. Instit. de actio. vbi capi. quidem aliquem dicit posse, non tamen carcerari.

GLOSSA 2.

1 *Non necessaria discußio bonorum ante capturam.*

[b] *Sans garder l'ordre.*] Non recipimus Doctorum Scholasticorum sententias, qui putant præsupposi-

A ta obligatione tali, antequam deueniatur ad capturam personæ, bonorum discussionem faciendam esse, quod iure Romano verum esse potuit, quo tempore bonorum discussio fiebat mobilium & immobilium, sed tamen non obseruatum arguit. d. l. 1. C. de his qui bon. ced. poss. vbi carcer euitatur cessis bonis: licuit igitur carcerari his non excussis, etsi contra putant Romanus Consil. 241. Felin. c. quo ad consultationem. ext. de re iudic. Francis. Curt. lib. de sequest. quæst. 23. Hyppolit. l. vno quoque. vers. Quinto amplio. D. de re iud. Nunc sublata Ordinat. anni 1539. omni discussionis solemnitate nihil est dubitationi relictum loci.

ARTICLE CXIX.

ARTIC. CXIIII. NOVAE CONS.

ARREST sur personnes ne se fera qu'en villes ou bourgades, où l'on puisse trouuer pain, vin, & autres viures necessaires.

ARrestatio in quamuis personam non fiat, nisi in vrbibus, aut vicis, in quibus potest inueniri panis, vinum, & alia ad vitam necessaria.

Senserat idem olim Lappus allegatione 123. & Geminianus cap. statutum. §. sancimus de rescript. in 6. nos supra Art. 20. verbo, *lieux suffisans.* hic Articulus ve-

B rus est, etiam cùm obligatio continet *puissance d'ostager en toutes villes & chasteaux,* suppletur enim à Consuetudine de honestis, idoneis, tutis, non in hostico.

ARTICLE CXX.

ART. CXV. NOVAE CONS.

CELVY qui faict arrester ou ostager autruy, [a] luy doit faire ses despens [b] à l'Ordonnance de Iustice: au cas que l'arresté ou ostagé n'a dequoy les faire.

IS qui in carcerem contrudi facit aliquem aut obstagium tenere, [a] debet eum alere [b] secundum præscriptum Iustitiæ, modo is qui retinetur in obstagio de suo non habeat vnde se alere possit.

GLOSSA 1.

1 *Regulariter de suo alendus in carcere detentus.*

1 [a] *Luy doit faire ses despens.*] Primùm est vt suo viuat, si habet vnde: nam id vetus lex XII. Tab. cauebat, Suo, inquit, viuito, & l. suo victu. D. de oper. libert. Sed si non habet, alendus est à creditore, vulgata glossa & Doctorum sententiæ in l. vlt. C. de erogat. milit. an. Bart. in tractat. de carcerib. & l. sanctum. vbi & Alex. D. de rer. diuis. Angel. tract. de malefic. verb. & fama publica. Angel. §. fin. Instit. de actionib. & l. meminit. C. de appellat. Put. in syndica. verbo. an carceratus Boër. decis. 303. Quare & vsu receptum nullum in carcerem recipi, nisi sit, qui cautionem præstet de impensis soluendis.

GLOSSA 2.

1 *De alieno viuens* le prisonnier est mis à la petite pension.

2 *Nec habenda ratio dignitatis incarcerati.*

1 [b] *A l'Ordonnance de Iustice.*] Quanti minimo potest, vt de alieno viuenti, & *comme nous disons à la petite pension.* Inciuile est eorum iudicium, qui personarum dignitatem, aut qualitatem spectandam putant in talibus ali-

C mentis decernendis; quod fieri solet in his, quibus alimenta debentur ex lege, vel contractu l. cum hi. D. de transact. Sed talibus non debentur, sed miserationis & necessitatis causa impenduntur à lege non vt debita, sed vt beneficè aut potius necessario collata: nam de alieno liberaliter facere nulla lex cogit nec hîc personæ dignitas spectanda, sed victus necessarius quod simili argumento diximus Art. 416. nec quisquam cogendus est in necessitate esse liberalis, hîc præsertim, cùm licet cedere & carcere liberari, & inopia victus defungi de aliena Choenice. Nec quidquã facit, quod l. vlt. C. de bon. auct. iud. possid. in retentione neces- 2

D sariorum dignitatis rationem habet quia multum interest, an tua retineas, an de alieno prodigas, hæc nullam habent correlationem. Itaque omnes, qui in ea causa sunt, aut bonis cedere debẽt, aut de alieno quam minimo nutriri, quo cæteri carcerati aluntur, citra respectum qualitatis, quia qualitas debitum non soluit, & pauperis creditoris cui debetur, consideratio est potior, qui suum repetit. Dixit alicubi Hyeronimus tibi Sacerdos (inquit) de altari viuere datum est, non luxuriari, Idem dixerim nobili sed debitori de alieno viuenti fraudare te decet, non indulgere genio: nõ hîc dignitatem alere sed hominem cogor homo paucissimis contentus est, nec carius tu, & debitor, & fraudator viuere debes quam olim potuit aut Diogenes, aut Crates,

Crates, aut de continentibus aliquis, si quid amplius aues, de tuo facias licet; Scitùm est illud Terentiani Phormionis, Alere nolunt hominem edacem, & sapiunt mea quidem sententia, pro maleficio sibi beneficium summum nolunt reddere. Et illa ipsa XII. Tabularum lege scriptum extat, Suo viuito, in suo viuit, qui cùm vinctum habeat libras farris in die dato, quæ quod apparet, minima fuit veteris temporis illius mé-A sura, nec vini mentio vlla, aut condimentorum, & quod dicere solemus *pain & eau.* Quare qui sibi videntur valde sapere, cùm aliter faciunt, tantas auctoritates insipientiæ damnent oportet: Sed sapiant sibi licet, doctis quidem rerum & exemplorum non sapiunt, faciunt quæ diximus art. 124. & 261.

[c] *Au cas.*] Ante diximus primùm esse, vt de suo viuat.

Article CXXI.

APRES que le prisonnier arresté ou ostagé [b] a fait cession de biens pour la debte, pour laquelle il est arresté, [c] il ne peut estre retenu en prison, [d] que par le temps qui sera arbitré par le Iuge, pour faire par le creancier [e] discussion & [f] execution sur ses biens. Art. CXVI. Novae Cons.

[a] *POstquam carceratus detentus & obstagiatus [b] bonis cessit pro debito, pro quo detinetur [c] non potest in carcere retineri, [d] nisi ad tempus quod à religione iudicantis præstituetur, ad faciendam per creditorem [e] discussionem [f] executionémque bonorum eius.*

Glossa 1.

1 *Cessio fit, vt carcer euitetur.*
2 *Cessione facta non liberatur debitor ab obligatione.*

1 [a] *Apres que le prisonnier.*] Hoc enim beneficium à legibus repertum est, vt carcer euitetur l. 1. C. qui bon. ced. poss. facta igitur cessione & vincti carceribus eximuntur, & necdum vincti eo nexu liberantur.

[b] *A fait cession.*] Ex his quidem causis in quibus admitti solent, nec enim passim permittitur, sed ea de re extant doctorum hominum tractatus. Cuius moribus nostris nulla præscripta formula est, plerisque locis est etiam suggillatrix & ignominiosa, quod tamen fieri non debere ne Statuto quidem posse censet Baldus, & Salyc. l. si in omni. C. eod. Ang. ibidem. §. vlt. Est art. 681. N. C.

Pour la debte.] Quod debitum in confesso esse oportet: l. penul. vbi Bart. D. qui bon. ced. poss. Ang. §. vlt. num. 4. Inst. de actio.

2 [c] *Il ne peut estre retenu en prison.*] Sumptum ex d. l. 1. sed tamen à nulla obligatione liberatur, neque ciuili neque naturali, sed exceptio quæritur, vt putant Cyn. & B Bart. d. l. 1. Bart. l. qui bonis. D. qui bon. ced. poss. Angel. d. §. vlt. num. 4. Bart. Ang. Imo. Raph. l. vbicunque. D. de fideiuss. Ideóque cessione principalis non liberantur fideiussores l. hæres à debitore. §. si stipulator. D. de fideiuss. vbi Bart. Ang. d. §. vlt. num. 10.

Glossa 2.

1 *Discussione pendente cessionarius est in carcere, &c.*

[d] *Que par le temps.*] Interim igitur dum discutitur carcere teneri permitti; solent vero octo dies concedi, 1
C longiores etiam induciæ concedendæ sunt, si bona alibi occultari dicantur, sed & indicare bona sua tenetur, si quæ habet, alias amittit beneficium, quod glossa & Doctores dicunt d. l. 1. C. qui bon. ced. poss. & Bart. l. penult. D. eod. tit. Angel. d. §. vlt. num. 8. qui malitiosè occultat perdit beneficium.

[e] *Discussion.*] Id est, *inquisition & recherche.*

[f] *Et execution.*] Neque enim creditores debent suo arbitrio capere, sed legitimè distrahere l. legis. C. qui bon. ced. pos. vt intelligatur quantum solutum sit, & reuocari cessio possit. l. C. eod.

Article CXXII.

SI les biens du prisonnier arresté ou ostagé sont pris par execution, pour auoir payement de la debte: Et à la vente d'iceux biens se trouue opposition ou autre empeschement, ledit ostagé ne sera relasché iusques à ce que l'execution soit parfaite, [a] ou payement fait de la debte. Artic. CXVII. Novae Cons.

SI bona carcerati detenti & obstagiati capiantur per executionem, vt debiti solutio fiat, & in subhastatione eorum bonorum inueniatur oppositio aut aliud quoduis impedimentum, qui in obstagio est non remittetur donec executio sit perfecta [a] aut solutio debiti facta.

Glossa 1.

1 *Vna executio facta aliam non prohibet.*
2 *Nisi ante actio instituta sit.*

1 Præsupponendum est quod scribitur, vna executionis via tentata aliam non prohiberi, quo quisque D scelerius ad suum perueniat, is enim vnicus finis est, qui petitur quacunque tandem via insistatur: Itaque altera alteri nō præiudicat, sed ambæ in eandem, finem conspirant. Quare & qui se obligauit nexu, & capi ipsa & pignerari bona possunt, quod vulgò etiam formulis exprimi solet *à tenir ostage, neantmoins les biens*

2 *exploitans*; contra est, cùm actionis via instituta est, non enim oportet cœptæ cognitionis præiudicari via facti, & lite pendente quidquam nouari, nec executio tentari debet, quæ ab Iudicis sentẽtia ex eo expectãda est, quod Bart. dixit l. consentaneum. C. quo & quan. iud. Bald. l. 2. C. de test. mil. Angel. l. nemo carcerem. C. de exact. trib. Angelus alius, §. vlt. Instit. de act. numer. 10. Itaque dicere solent creditorem, qui fecit carcerari debitorem, posse nihilominus tenutam bonorum eius petere, quod nos dicere solemus procedere

A per cridas & subhastationes, Anchar. c. 1. de eo qui mit. in pos. Archid. in Rub. eius. tituli. Cast. l. 4. §. ait prætor. D. de re iud. & in l. legati. C. vt in poss. legat. & in l. stichum. §. idem Celsus. D. de nouat: & quos latè colligit Hyppolit. singul. 398. & in Rub. de fideiuss. sed nec captura principalis liberat fideiussores Bald. c. contigit. ext. de dol. & cont. Nec è contrà.

[a] *Ou payement.*] Hæc disiunctiua resoluitur in coniunctiuam, nec enim carcer soluit debitum sed bursa, vt aiunt.

Article CXXIII.

Artic. cxviii. Novae Cons.

S[a]ERGENT[b] ou autre ministre de Iustice ne doit faire sçauoir arrest, [c] sans soy assigner, [d] & qu'il ait pris caution resseante.

[a] *Apparitor [b] aut quiuis alius Officiarius Iustitiæ non debet denunciare arrestationem seu arrestũ [c] nisi satisdatione antea exacta [d] & donec fideiussorem domiciliarium acceperit.*

Glossa 1.

1 *Apparitor iure & ordine arrestum facere debet.*

1 [a] *Sergent.*] Cùm arresti vis ea sit, vt omnimodo pareri ei oporteat, & Iustitiã saisiat, vt dicit art. 127. magnopere videndum est; vt iure & Ordine fiat, & idoneè ei caueatur, cuius ea res est, quod ni prudẽter faciat Apparitor, rem periculi sui facit, vt Iurisconsultus loquitur ex art. 127. infra, facit enim id Apparitor sine decreto vllo art. 130. Ita cùm hæc sequestrationis vim habeat, cauere debet ne postulante ignoto & transeunte per fraudem rem alienã occupet, quare & satisdationem exigere debet, & postulantem adigere ad domicilium constituendum, quod arrestis facere iubentur pœna indicta expensarum vt interesse cõuenire liceat: nam cùm sine causæ cognitione fiant ad simplicem cuiusque assertionem, rectã caueri oportet.

[b] *Ou autre ministre de Iustice.*] Nam veteri foro erat vsurpatum, vt etiam litigator in causa sua, in casu ce-

B leritatem importante tale arrestum posset indicere veteri more, quo ducere aduersariũ suum in ius cuique licebat, & executor esset in sua causa, maiores nostri hæc *plegemens en cas hastif*, solebant vocare, *qu'il falloit releuer dedans huictaine par vn Sergent.*

Glossa 2.

1 *Satisdationem exigit Apparitor arrestum faciens.*

[c] *Sans soy assigner.*] Id est, nisi satisdatione antea exacta ab eo, qui arrestum denunciari petit de iudicio sistendo, talem exigit ab Apparitore etiã authent. de executore. col. 7. & authent. offeratur. C. de litis contest. & auth. generaliter. C. de Epis. & Cler. hæc dispositio probatur per Anchar. Consil. 85. incip. ex theoricis. Corn. Consil. 136. vol. 4.

[d] *Pris caution resseante.*] Id est, fideiussorem domiciliarium loci vbi petitur, & assiduum vt dicere solẽt glos. l. vlt. C. de præscript. lõg. tẽp. Fab. §. 1. Instit. de vsucap.

Article CXXIIII.

Art. cxix. Novae Cons.

NVL ne doit [a] arrester le cheual à Gentilhomme ou [b] autre homme d'estat [c] qui est pour son vsage à cheuaucher; [d] si son corps n'est obligé à tenir prison ou arrest: [e] Et aussi ne doit ledit cheual estre pris par execution, si on peut trouuer autrés biens meubles ou immeubles.

NVllus debet [a] manum Regiam inijcere in equum nobilis [b] aut cuiusuis honoratæ personæ equo vehitur, [d] nisi si in carceres se obstrinxerit: [e] & etiam non debet dictus equus capi per executionem si alia bona mobilia aut immobilia possint inueniri.

Glossa 1.

[a] *Arrester le cheual.*] Ne iumentum aliud vllum, quo quisque vehatur.

[b] *Ou autre homme d'estat.*] Hominis honorati, Canonici, Rectoris Ecclesiæ, Prælati, ciuis vrbis, aut opulenti.

[c] *Qui est pour son vsage.*] Hîc videtur restringere dispositionem ad vnum quo vehitur: quare etiam si ex conditione personæ plures quisquam habeat, pro vno tãtum priuilegium cõceditur. Idem censuero de eo, quo filius filiáve, vxor, & nurus vehuntur, hæc humanitas Parisiis non detinet, nec Aureliis, Biturigibus, Tholo-

C sæ, Montispessuli, quod crebro experiuntur qui eo commeant, præter ciues, de quo Rebuf. meminit tit. de liter. obliga. art. 6. glos. 3. & Boër. decis. 218. Sed bellatoris equi tempore belli in milite equite, ratio eadem, & potior quanto publica causa anteferenda est priuatæ.

Glossa 2.

[d] *Si son corps.*] Ratio sumpta ex illo Philosophi assũpto. Propter vnũ quodque tale, & illud magis; quod multomagis procedit negatiuè si corpori non parcetur, multominus his quæ propter corpus sunt comparata.

[e] Et

[c] *Et aussi.*] Hæc clausula idem recinit, quod prior, si modo alia sint, sin non sint, facta discussione ex relatione Apparitoris, & equum præhẽdere licet pignori, vt distrahatur, & alia quantumlibet priuilegiata, art. 259. Ex quo apparet verum esse, quod diximus art. 120. cùm alimenta decernuntur carceratis ex de- A biti causa, non esse decernenda ex dignitate personæ, sed necessitate naturæ, nam ista quæ ornamento dignitatis habentur, & quæcunque alia pignerantur, & distrahuntur, vbi alia non sunt, non igitur dignitati consulitur de alieno, sed naturæ necessitati parcitur.

Article CXXV.

Celvy [a] sur lequel est fait arrest d'aucune chose estant en possession, [b] doit auoir recreance de ladite chose pendant le procés, [c] en baillant par luy caution [d] bonne & suffisante. Art. cxx. Novae Cons.

[a] *IS in quem arrestum factum est alicuius rei quam possidet, [b] debet lite pendente ei possessio rei cuius controuersia est, addici, [c] cautione ab eo præstita [d] pro valore rei.*

Glossa 1.

1 *Arresti via extraordinaria.*
2 *Reo restituitur, reo satisdatione præstita.*

1 [a] *Celuy sur lequel.*] Arresti via extraordinaria est, & contra regulas; quia cùm à sequestratione incipi ex regulis non conueniat, hic actus sequestrationis vim habet & rem in manu Iustitiæ ponit, & ad tẽpus possidentem exuit possessione, addè ꝙ nec Iudice auctore fit, nec cognita causa, sed sæpe ad simplicem petentis assertionem sine documẽto vllo. Etsi de eo Doctores litigant, quos Curtius colligit lib. de sequest. Cum tot habeat specialia propter metũ interuersionis aut mutationis, parcè vtendum est: Etsi vtendum est, si quo modo securitati agentis cõsuli potest, hic nodus quam celerrimè dissoluẽdus est, regula est, A sequestratione non esse incipiendum, l. 1. C. eod. tit. l. negantes. C. de act. & oblig. l. nulla. D. de re iud. l. 1. C. si per vim vel al.
2 mod. Quare huic necessario malo aliud æquè prõptum remedium cõparatum est, vt præstita satisdatione eximatur, & reo potestas fiat rei suæ auferendæ. Ex quo certa regula est, Satisdatione sequestrationem eximi, id est, quod dicere solẽt, leuari per cautionem quod & Bald. ait. d. l. 1. idem l. vlt. C. de ord. cognit. Bart. l. litibus. C. de agric. & cẽs. c. 2. ext. de sequest. poss. & fru. tex. l. vlt. §. vlt. D. qui satis. cog. Curtius, vbi sup. q. 14.

Glossa 2.

[b] *Doit auoir la recreance.*] Re in tuto collocata ius poscit, vt is deinde habeat eam qui ante habebat, donec cognitio pendet, id primo protinus vadimonio faciendũ B est. Culpanda ea iudicum insolertia, qui super eo longas texere litis ambages solent: exemplò enim ex cautione rem restitui oportet, nisi quidem in promptu & oculis de iure agentis docetur l. 3. D. ad exhib. & l. si is à quo. D. vt in poss. legat. & ratio est, quia lite pendente possessionem moueri non oportet, quod sæpe repetimus.

Glossa 3.

Cautio est de re restituenda, &c.

[c] *En baillant caution.*] De forma huius cautionis differit Bart. d. l. litibus. vbi & Platea sub verbis, iudicio sisti de re non baratãda, & sine procrastinatione restitui re iudicata. Imol. & Angel. l. Imperatores. §. vlt. D. de appellat. vltimum membrum necessarium non putant, vt nec Roman. & Alex. d. l. si fideiussor vbi & C Ias. Curtius litigat quæst. 19. Tu ne hæreas vsurpatum est foro concipi de re restituenda in eadem causa, & vt dicunt, restabilienda in eodem statu in fine causæ, ex forma. d. l. si fideiussor. §. vlt. & glos. ibidem, Quod si externus est, & in transitu qui rem habet, nec tamen furtiua dicitur, & eo ipso loco surrepta ad suum Iudicem remittendus est cum cautione iudicio sisti apud suum Iudicem, & rem restitui si iudicatum sit. Hoc forum, hæc tribunalia obseruant ex notatis l. 2. C. vbi in rem actio, quod latè exequitur Boërius decis. 218. & nos tit. 1. art. 3.

[d] *Bonne & suffisante.*] Pro valore rei ex l. si quis pro rei. D. qui satisd. cog. quod si non facit, res deponenda, aut alteri parti cum simili cautione permittenda pendente lite.

Article CXXVI.

On peut proceder par voye d'Arrest sur la debte deuë au debteur, [a] iusques à la concurrence de la debte, quand les biens meubles & immeubles du debteur ont esté discutez & executez. Art. cxxi. Novae Cons.

POtest procedi via arrestationis in debitum quod debitori debetur, [a] pro summa debita, quando bona mobilia & immobilia debitoris excussa fuerunt, & pignori capta.

Constitutum est iure nomina debitorum non ante capi posse à creditoribus, quàm ipsi debitores cõuenti non soluẽdo deprehẽsi sunt, l. 2. & l. nõ prius. C. quam fis. vel priua. & artic. 261. infra vbi plura. & apparet sumptum ex l. à diuo pio. §. in vẽditione. D. de re iud. D [a] *Iusques à la concurrence.*] Nec enim pro ampliori summa, & si fieret, totum Arrestum infirmaretur cum damnis, expensis, & interesse, in quo tamen plerique incautè labuntur, & bono iure excidunt ex forma non seruata.

ARTICLE CXXVII.

ART. CXX. NOVAE CONS.

QVAND[a] vne chose est arrestée, [b] la Iustice en est saisie iusques à ce que l'Arrest soit vuidé : Et si l'Arrest est fait sçauoir [c] par Sergent, qui n'a pouuoir de ce faire, il est tenu desdómager enuers Cour & partie, s'il ne trouue garend, qui aduoüe ledit Arrest, auquel cas ledit garend, sera tenu desdómager.

QVando[a] res aliqua est in Arresto,[b] Iustitia rem illam in protectione habet, donec Arrestum illud sit absolutum. Et si Arrestum factum sit[c] ab Apparitore qui auctorem non habet, tenetur indemnitatem præstare erga Curiam & partem, nisi auctorem inueniat, qui agnoscat, aut approbet dictum Arrestum : quo casu auctor damna sarcire debet.

GLOSSA I.

1 *Nemini licet infringere arrestum.*

1 [a] *Quand vne chose.*] Notandus est hic Articulus ad intelligendam vim Arresti, quæ non minima est, si quidem rem quantumlibet alienam veluti sydere ictam sistit eodem loco iniecta Apparitoris manu, ita vt infringere non liceat cuiquam, nec rem loco mouere pœna indicta, nullus creditor debitum exigere antequam per Iudicem permittatur : huic æquipollet Britannicum, *cry de force, ou en Normandie la clameur de Haro.* Quod & si mirum est Apparitori licere, tamen propter moræ periculũ permittitur, & quia próptum est remedium in Iudicis aditione, ex rationibus; quas §. sequen. dicemus.

GLOSSA 2.

1 *Manus Regia neminem spoliat.*

1 [b] *La Iustice est saisie.*] Hoc est in manu & protectione iuris manente possessione apud eum qui possidebat, neque enim ea priuari potest inauditus, sed tamen absistere interim debet omni vsu & vsurpatione, & A quia vt dicitur, manus Regia neminem spoliat, quod Petr. & Cyn. ex Franciæ Pragmatica referunt. d. l. 1. & quos plures colligit dicto cõsentientes Molin. §. 52. glos. 1. num. 22. & 24. & §. 1. glos. 4. quæst. 2. Guid. Papæ decis. 246. nec possessio interrumpitur, aut trãsfertur, quod Regis aut Magistratus iussu interim occupatur vtilitati eius, & commodo cedit, qui in lite obtinebit, nec ciuilis aut naturalis mutatur, sed suspéditur ad tempus vsus possessionis. Quare frustra illæ disputationes de sequestratione necessaria, aut voluntaria, de qua in l. interesse puto. D. de acq. poss. vbi B Doctor. & alij. d. l. 1. Canon. d. cap. 2. ex. de seq. poss. & fru. Anchar. & Card. clem. 1. eod. tit. Quod igitur hîc dicitur, eo fine statuitur, vt sciant litigantes interdictum sibi omnem vsum & dispositionem præiudicio quidem Arresti pendente cognitione, sub pœna attentati reparandi omnem processum in lite.

[c] *Par Sergent qui n'a pouuoir.*] Id est qui auctorem non habet, de quo nos suprà art. 123. quo litem subeunte Apparitor liti eximitur, neque enim exigitur, vt soluendo sit, quando hæc Apparitoris cura non est.

ARTICLE CXXVIII.

ART. CXX. N. C.

ARREST peut estre fait sur chose mobiliaire qu'on craint estre destournee ou déguisée, & tiendra iusques à ce que celuy, sur qui a esté fait l'Arrest, ait baillé plege de droit.

ARrestum potest fieri in rem mobilem, quam quis timet ne auferatur aut alibi exportetur, siue alia ratione illius causa mutetur, & tenebit donec is, in quem factum est Arrestum, cautionem dederit de re in eodem statu restituenda, déque iudicato faciendo.

GLOSSA I.

1 *Finis & vsus formulæ Arresti hoc art.*

Hæc dispositio velut pronunciatum catholicon ordine, & methodo agentibus initio statim tituli poni debuit. Hîc de fini & vsu formulæ, & Arresti 1 statuit de re mobili scilicet, ne interuertatur, exportetur, mutetur, confletur, interpoletur, denique ne vllo modo causam statúmve mutet, finis vt probationes constent, & denique restitui eodem statu possit, ex forma. l. Senatuscõsulto. D. de offic. præs. Eatenus (inquit) ius dicendum, vt lis cõtestetur, résque ablata exhibeatur & deponatur, aut sisti, aut exhiberi satis- C dare promittitur, idem & l. si fideiussor. §. vlt. D. qui satisd. cogan. Si satisdatum, inquit, non sit pro re mobili, apud officium deponi debebit, donec vel satisdatio detur, vel lis finem accipiat. Et de mobilibus tantùm cui disponit, quia res mobiles per se patent: nec pro his agitur ad exhibendum, nec leges loquentes de obligatione & consignatione, habent locum in immobilibus, Bart. l. 2. Cod. quan. & quib. quar. pars debet.

Que l'on craint.] Neque alia probatio metus in præsens exigitur, de quo Scholastici auctores litigant.

Plege.] Vt supra art. 125. & ibi diximus, si non dat, res consignata deponitur.

ARTICLE CXXIX.

AVSSI [a] peut le Seigneur faire arrester les fruits de la terre estant en son fief, qui luy doit redeuance, [b] iusques à plege de droit, quand le detenteur, [c] n'est domiciliaire, ne estager dudit Seigneur. ARTIC. CXXII. NOVAE CONS.

ET [a] etiam potest Dominus iniicere manum in fructus fundi in suo feudo siti, pro iis quæ reliqua traxit [b] donec cautio idonea præstetur, quando detentor seu possessor [c] non est domiciliarius, nec stagiarius dicti Domini.

GLOSSA I.

1 *Domini iniicit manus in fructus feudi vassalli.*
2 *Extra feudi metas non potest, nisi pigneratitia actione, &c.*
3 *In aliis mobilib. non distrahit per viam executionis, & nu. 4.*
4 *Differentia Arresti & executionis.*
5 *Clausula*, & s'est obligé ledit N. de seruir, &c.

1 [a] *Aussi peut le Seigneur.*] Præsupponendus est art. 230. infrà, quo statuitur Domino pro iuribus suis lege agere; & executionem facere in feudum licere, modo sit in possessione talium vno aliquo de tribus postremo lapsis annis. Certum est igitur licere Domino manum iniicere in feudum, & fructus feudi, siue separatos, siue pendêtes pro reliquiis, siue arreragiis debitorum suorum capere. Quod ita tamen admittitur demum, si intra metas, & territorij sui iurisdictionalis terminos faciat, cùm omnis potestas Dominica, & feudalis & iurisdictionalis finiatur, & circunscripta sit territorio dominâte, ex vulgata regula. l. vlt. D. de iurisd. om. iud. l. 4. D. de off. præs. etiam in iurisdictionalibus in abstracto sine adiûctione feudi, quod licere ampliâdum, etiam si tales fructus ad tertium transferat, quod ille art. 230. exprimit, modo probentur ex feudo decerpti, quia Domini causa omnem aliam antecedit. l. prædiis.
2 D. ex qui. caus. pig. vel. hipoth. Sed eos extra feudum sequi non potest, via quidem executiua, sed pignoratitia actione posset, si extant, & aut mixti inseparabiliter, aut côsumpti non sunt, & si diuersa quædam allegat Molinæus. §. 52. glo. 1. num. 57. hæc sententia amplectenda, nec inuidêdum Domino suum persequêti de fructibus rei suæ, etiam separatis, quia separatio eos non eximit à conditione hypothecæ, & si ipsi nec feudum sunt, nec pars feudi, quod ille argutatur. d. nu. 13. & glos. 1. eiusdem. §. nu. 36. sed tamen partes sunt hypothecæ ex d. l. prædiis. Ideóque & executioni subiiciuntur. Nimium istud esset subtilem esse, in tam bono iure Domini faciendo detrectatione vassalli, qui nullum interesse habet, vnde Domino soluatur, cùm
3 debitû in côfesso sit; hæc vera sunt in fructibus feudi, sed in aliis mobilibus non item, quæ Dominus pignerare nô potest ex tali causa, vt non obligata, nec à feudi causa dependenti, vt ille ait. Quod ego quidem ita intelligo, si pignerare ea, & distrahere velit via executionis, nam manum iniici in quæcunque mobilia cuiuscumque speciei, & verum & receptû est, intra fines quidem feudi sui, fini quidem huius Articuli, id est, ad effectum eius, vt scilicet cautio præstetur, de qua hîc de stando iuri & debito faciendo, non eo quidem fine, vt distrahâtur per executionem, quod fieri non posset de mobilibus aliis quá fructibus ex feudo collectis, &

A si fieret executio, iniuria facta, & vt dicût, tortionaria pronûciaretur cum expêsis & restitutione rerum; sed ad hoc vt vassallus, veluti fugitiuus debitor, & qui domum in feudo non habet, cautionem præstet, de qua hîc. Hoc discrimen vtriusque finis, quos côfundi non oportet, cùm diuersos effectus habeant. Aliud igitur 4 pignerare, & distrahere via executionis, quod fieri nequit, nisi à potestate iurisdictionali, quæ hoc casu deficit, aliud procedere via Arresti, hoc solo fine, vt caueatur ab eo vassallo, qui domicilium non habeat, & difficile adstringitur ad soluendum, vt forensis, vt loquuntur. Hæc vehemêter notari conuenit, ne quem fallat differentia parû agnita Arresti, & executionis, quæ tamen ipsa locum non est habitura; quoties aut sententia, aut instrumêtum garentigiatum super talibus debitis interuenisse proponitur: Nam hoc casu vbicumque fit
B executio etiam realis, non vi potestatis ordinariæ Dominicæ & feudalis, sed iurisdictionalis abstractæ, quæ ex iudicato aut confessione, & præcepto garentigiato prouenit, & cui per Ordinationes Regum, ipsámque adeo Côsuetudinem, art. 264. & sæpè alibi omnis potestas executoria est attributa, quę si extra territorium facienda est, suppetant modi à Consuetudine & iure côditi per Epistolas rogatorias, ex art. 17. suprà. Quare 5 non de nihilo est, quod vsurpare solemus in professionum feudalium cautionibus, *par les adueus, minuz & tenuës*, in quorû calce adiici solet clausula. *Et s'est obligé ledit N. obeïr & seruir comme à son Seigneur, & continuer lesdits deuoirs sous l'obligation desdites choses, biens & amendemens, qui dedans seront trouuez.* Hæc clausula non solum valet ad sustinendum Arrestum in terminis huius
C Articuli fini exigêdæ cautionis, sed etiam executionis faciendæ, & distractionis bonorum ex causa debitorû non solutorum. Quæ clausula tam solita est, vt omissa suppleri debeat, vt per errorem prætermissa nô minus quam hypothecæ, ex eo quod notatur. l. quod si nolit. §. si assidua. D. de ædil. edict.

GLOSSA 2.

[b] *Iusques à plege de droit.*] Hoc est hactenus, & ad eum finem, vt per præhêsionem & Arrestum bonorum cogatur vassallus extraneus incola præstare cautionem de stâdo iuri & iudicato faciendo, cui congruit, art. 45. supra, *qu'il appelle plege de fournir à droit*, ne Dominus ratione sui feudi cogatur alibi litigare contra art. 45.
[c] *N'est domiciliaire ny estager.*] De horum differentiis diximus art. 9. tit. 1. nam si esset, in plano res esset ex illo art. 45. Hæc eadem forma Dominus vti potest pro laudimiis non solutis, ex art. 231. quod ideo dixi, quia Molinæus contra putat verbis affixus sine magna ratione. §. 52. nu. 61. & seq. & 64. & si videtur locale aliquid ibi considerare, sed ex art. 231. dubitari nequit.

ARTICLE CXXX.

QVAND [a] meubles ou fruits sont arrestez [b] en cas requerant celerité, & où il y a [c] peril euident, le Sergent [d] sans autre Ordonnance de Iustice les peut & ARTIC. CXXIII. NOVAE CONS.

doit mettre [c] en sauueté, appelez auec luy [f] deux tesmoins: [g] & fera rapport, & relation & procez verbal de la [h] quantité, & espece de fruits par luy ainsi arrestez, & mis en sauueté, qu'il baillera [i] aux parties, s'ils le requierent.

QVando [a] in bona mobilia aut fructus manus iniicitur [b] in casu celeritatem requirente, & vbi sit [c] manifestum periculum: Apparitor [d] sine alio mandato Iustitiæ potest & debet eos ponere [e] apud personam idoneam duobus secum [f] testibus vocatis; [g] & faciet renuntiationem & relationem & processum verbalem de [h] quantitate & specie fructuum ab eo in manu Regia posita, & apud personam idoneam, quem processum verbalem dabit [i] partibus si habere requirant.

GLOSSA I.

1 *Artic. intelligendus in casu periculi rei perituræ, aut actionis exituræ.*

2 *De immobilib. maior cautio.*

1 [a] *Quand meubles & fruits.*] Hic Articulus in suo duntaxat casu intelligendus est, id est, in casu periculi, & rei perituræ, aut actionis exituræ, vt Iuriscõsultus loquitur. l. 1. & 2. D. de fer. aut cùm metus est, ne subducatur probationi, aliter existimãtibus futurum erit, vt Apparitori permittatur, quod ne Iudici quidẽ cuiquam permissum est, vt scilicet passim sequestratio permittatur, quod non est ferendum & certissimæ iuris regulæ obsint, & crebris iudicatis & Arestis vetitum; Ideóque tum demum faciendum, cùm Iudicis copia haberi nequit, vt in agris atque interdum in vrbibus: quod si haberi potest omnino conueniri eum oportet, & ex conuentione eius & mandato facere, faciendi formam præscripturo, sine præiudicio iuris, & hactenus vt partibus intra breuem diem Iudicis res cautione dissoluatur.

[b] *En cas requerant celerité.*] Si quis pedem habet in stapio rem secum auecturus, si auriga merces exportat, & portorio fraus fiat, si res quocumque modo peritura, aut formam mutatura, aut quid eorũ, quæ diximus, art. 128. atque ista de mobilibus. Nam de immo-
2 bilibus vt fructibus pendentibus cautio maior ineunda propter possessionis stabilitatem, à qua fructuum perceptio dependet, ne ea habenti adimatur, contra ea, quæ hoc toto titulo diximus, & regula, Nil nouari, &c.

GLOSSA 2.

1 *Iudicis commißio, vt plurimùm, non necessaria in arresto, &c.*

[c] *Peril euident.*] Tales sunt casus dilapidationis ex l. Imperatores. §. vlt. D. de appellat. & l. diuus vbi Angel. D. de petit. hæred. & d. l. Imperator. Bald. l. si fideiussor. D. qui satisd. cogan. Bal. & Ludou. Rom. l. si seruum. D. de acq. hæred. Imol. Panorm. Can. cap. vlt. de sequest. poss. & Fr. Sic tamen vt alimenta relinquantur ab Apparitore ei, cui Arrestum denunciatur. l. is cui. §. cui legatorum. D. vt in poss. lega. vbi Bart. Lud. Rom. d. l. si fideiussor. Bald. & Salyc. l. vlt. C. de Ord. cognit. prẽsertim cùm dicitur non soluendo, Aufrer. quæst. Tholos. 478.

1 [d] *Sans autre Ordonnance.*] Quod hic textus dicit dispensatiuè, & contra regulas permittitur propter metum maioris mali: nam olim scholastici authores putabãt, ne citationem quidem vllam Apparitoris valere sine commissione Iudicis, ne dum vllã pignerationem, aut executionem. l. 1. §. nũciatio. vbi Doctores. D. de noui oper. nunc. De commissionibus vsus recepit, ne in ordinariis Iudicibus necessariæ sint: sed executiones &

A pignerationes non aliter fiant, quam ex iudicatis aut instrumẽtis. Itaque hic casus specialis est: ipsa quoque Iudicum præcepta datis oppositionibus resoluuntur in simplices commissiones de citando. Hoc igitur casu non erit necessaria prætoris aditio, quod textus ait. d. §. nunciatio. Quod ego intelligo, si tantum periculũm fuerit, vt adiri non posset, cùm præsens non esset; alioqui sperni commissionem non admitto, quia accidere potest, vt Apparitorum perfidia & litigantium fraude multa perperam committantur prætextu iuris, veluti si quis in Arresto mobilium & descriptione quiddam omittatur, quiddam non rectè describatur pondere, numero, mẽsura; nam fructuum descriptio quantitatem exigit, sed minore damno fieri in agris potest, cùm omnia pateant, suppellectilem enim describi, claustra reserari, secreta domus patefieri, ne prætextu quidem Arresti ratio patitur, quod hoc casu & Bald. d. l. 1. C. de sequest. pec. ex l. 2. Cod. de alim. pup. præst. & l. a. Cod. quib. & quan. quar. par. lib. 10. Curt. d. lib. nu. 16.

B

GLOSSA 3.

Ordonnance.] Ergo, *ny adiournement precedant*, de quo Bald. d. l. si fideiussor. Ang. d. l. Imperatores & quos Curtius, vbi supra. quæst. 7. Sed tamen post actum, si intercessio, aut oppositio formata sit, debet diem dicere ad Iudicem, atque adeo sine oppositione, *à la fin de voir declarer l'Arrest à tenir.*

[e] *En sauueté.*] Quod fit collectione maturorum fructuum, & depositione apud personam idoneam, quod Bart. ait. d. l. interesse, & l. si oleum. D. de dol. Ang. Roman. Cuman. d. l. interesse. Innoc. cap. fin. de sequest. poss. Sed & vendi, & pecuniam deponi cẽsent, quod nos non admittimus sine Iudicis decreto rectè Masuer. bonus Iurisconsultus, & peritus vsus. tit. de poss. §. item si res. num 55. text. l. si Magistratus. D. de priuil. cred. etsi Bart. d. l. litibus. ait solum sequestrum posse per se facere; quod nos in simplici sequestro nõ
C admittimus, at si commissariis deputatis tempore cridarum etiam necessitas imponatur locandi.

[f] *Deux tesmoins.*] Ex forma Ordin.

[g] *Et fera rapport, relation & proces verbal.*] ταυτολογία Gallica.

[h] *Quantité & espece.*] Ad vnguem, ne ita quidquam omittat ex forma. l. si quis intra. C. de bon. præscript. pœna ibidem subiecta, & l. 1. C. de bon. vac. l. forma. D. de censib.

[i] *Aux parties si elles le requierent.*] Imo & si non petant, ex Ordinationibus Regum, sed & ipsi sequestro dãda est relatio; Sed an talis sequester salarium capiat, Angelus non putat, vt nec Ludo. Roman. & Cuman. d. l. interesse. Nos contra obseruamus in commissario fructuum, & ratio poscit operarum rationem haberi. In depositario pecuniæ extat Ordin. Ludou. XII. quæ salarium non admittit.

TITVLVS

TITVLVS SEXTVS,

DE MONSTRATIONIBVS, ET INSPECTIONIBVS.

TILTRE SIXIEME,

Des Monstrees & Veuës.

AD RVBRICAM.

Qvas hîc Monstrationes appellat, veteres Iurisconsulti descensiones in rem præsentem & inspectiones vocabant, vsurpantur præcipuè in vendicationibus de rebus particularibus, aut seruitutibus, aut cùm de vno toto ex pluribus distantibus constante, pars aliqua petitur certa: Quæ res tanti videri Reformatoribus non debuerat, vt Articulos de ea scriberent inter leges patrias iure vulgata, & pragmaticis per se nota. Sæpius certè per calumniam & moras à reis peti compertum est de rebus petitis, quas ipsi tam norint quam actor, de quibus Masuerius quædam in tit. de dilationibus, & Stylus Parlamenti Parisiensis speciali titulo. & auctoritatem habet à cap. significantibus. ext. de appellation. & capit. 1. de libel. oblat.

ARTICLE CXXXI.

Monstree peut estre faite tant [a] pour instruction de Iustice, qu'à [b] la requeste de la partie, à ce que la Iustice puisse faire son iugement [c] plus certain, [d] & que l'execution du iugé soit plus facilement faite. ARTIC. CXXXIII. NOVAE CONS.

INspectio loci in rem præsentem potest fieri tam [a] pro instructione Justitiæ, quàm [b] ad postulationem partis, vt Judex sententiam [c] certiorem reddat [d] & executio iudicati faciliùs fiat.

GLOSSA I.

1 *Causæ inspectionum.*
2 *Euidentia rei est fortior omni probatione.*

1 [a] *Pour instruction de Justice.*] Actum Iudicis mero officio citra partium vllam postulationem, & motu Iudicis, cùm ex deductis à partibus non satis intelligit, quid in controuersia sit, & à facie locorum diiudicatio pendet, vt sæpè accidit, cùm de seruitutibus quæritur, & prædij dominãtis & item seruientis inspectio ad rem facit, qua melius aut commodius iri possit, aut debeat, quid interiacet, quis circuitus ambiendus, quid verissimile sit olim factum: cùm aliæ rerum facies esset, solent fieri & typi, quas figuras appellant partibus vocatis, & situs, & ea quæ architecti ichnographica vocant longitudines διαζύματα & talia describi & delineari, vt oculis repræsentantur iudicantibus. Conducunt enim ea persæpè, quod in Mathematicis perspicitur, à quibus situs cœlorum, & orbium, centrorum, & eccentricorum traduntur, quæ

A non nisi formatis imaginibus possunt intelligi, & repræsentatis typis & forma, alioqui fallacia fantasiæ aliorsum quam res est abductura, & in errores falsæ imaginationis inductura; Qua de causa præceptores talium instrumenta & formas solent cudere, vt intelligantur. Fit vero hæc inspectio persæpè ne petente, quidem parte ad Iudicem informandum, quæ cùm sic fiunt, nec conclusio aut renunciatio in causa, aut productio instrumentorum, nec quas forclusiones vocant, possint vtile consilium impedire, quia probatio quæ fit per rerum euidentiam omnem aliam superat, quod Roman. dixit consil. 104. incip. pater reuerende. Itaque & Baldus in rubr. Cod. de probat. ait talem nulla legis virtute impediri posse, Alex. consil. 116. vol. 1. & consil. 185. vol. 2. Bald. l. penult. C. de per. tut. & l. 1. C. si aduers. lib. adeo vt sæpè ex ea singularitas testium deprehẽditur, quod Susannæ exemplum ostẽdit, & falsitas; cùm decem testes deposuissent Seium à Sempronio occisum esse, impacto ense in stomachum refosso corpore Seij, cõstitit vulnus nullum esse in aduerso. Hîc etsi centum testes essent, sola inspectio 2

eos reuincit, quod Bald. in l. ſi quis teſtibus. C. de A teſtib. dixit, & verum eſt. Itaque & poſt didiſcita teſtificata, quandocumque Iudici viſum eſt, admittitur, quia nulla timetur ſubornatio, nec verecunda eſt recuſatio tam æquum auerſantis.

GLOSSA 2.

1 *Inſpectio vt plurimùm à reo petitur.*
2 *Vtilitatis cauſa ſæpe inſpectio conceditur, &c.*

1 [b] *A la requeſte.*] Sæpius id quidem poſtulante reo, ſcilicet cùm ſibi liquere negat, qua de re agatur, vbi ſita ſit, quos fines habeat, nam eiuſdem nominis & agri, plures fundi eſſe poſſunt, ex quo res redditur incerta, certior futura demonſtratione. Sed & interdum, etſi rarius, ab agente peti poteſt, veluti, ſi cùm actor vni- B uerſitatem aliquam agrorum petiiſſet, reus partem concedit, rectè actor petit ſibi demõſtrari eos, quibus ceditur, ne de his probationes alias conquirere coga-
2 tur. Porrò etſi tum à parte petitur ſummo iure excludatur lapſu temporis probationibus præfixi, tamen nihilominus vtilitatis cauſa ſæpè cõcedi ſolet, niſi aut res ex anteactis ſatis pateat aut morandæ litis cauſa fieri appareat, *Car il ne faut qu'aucun gagne ſa cauſe par exploits, ſi le fonds eſt bon*, hæc ſententia Bartoli. l. 1. C. de edendo, vbi reus ait ſe non eſſe bene clarum per libellum de re, quæ petitur, poteſt petere, vt res ſibi ad oculum demonſtretur. l. cùm ſi exhibuiſſent. D. de publican. l. 2. D. ſi ex nox. cauſ. aga. cap. ſignificantibus. ext. de appellat. cap. 1. ext. de lib. oblat.

GLOSSA 3.

[c] *Plus certain.*] Quod maximè curandum eſt Iudici, vt ſententiam quam maximè certam ferat. Rub. de ſenten. qui ſin. cert. quan. prof. C. culpandáque multorum ſolertia, qui alendis litibus nati, iudicata nolunt concipere de rebus omnibus, de quibus cognouerunt, & dubitandi materiam ſementi litis relinqui volunt, cùm poſſint iſta clarè concipere, & vno iudicio terminare: Sed nimium talium hominum eſt, qui inſidioſa iudicia miſeris litigantibus propinant, ſibi ſapientes viſi, ſibi ſcilicet arantes, & metantes de alienis malis.

GLOSSA 4.

[d] *Et que l'execution.*] Hoc planè ab optimis Iudicibus ſpectari oportet, vt tam certa ſit ſententia, vt nihil in executione cognoſcendum relinquatur, ſi fieri poſſit, nec aliud quam facti executio, quam vel Apparitor poſſit facere, quodcumque denique ab ſolerti Iudice prouideri poſſit in controuerſia futurum, ſiue ex rebus ipſis, ſiue verborum ſignificatione id præclarè exprimere, ne poſtea incidentes quæſtiones generet, maſculum, vt dicere ſolent iudicatum. Hoc ſi omnes pro virili intendant, minus ſit futurum litium ſic Ariſtoteles leges concipi poſtulat, vt quam minimum de rebus iudicandum relinquatur magiſtratuum arbitrio.

ARTICLE CXXXII.

ART. CXIV. NOVAE CONS.

[a] ENTRE freres & ſœurs quand l'vn fait demande à l'autre [b] des heritages de la ſucceſſion de leur pere ou mere [c] pour en auoir ſa contingente portion, & [d] en toute autre demande vniuerſelle, [e] n'y doit auoir aucune monſtree ne veuë.

[a] *INter fratres & ſorores quando vnus eorum petit ab alio [b] competentem ſibi hæreditatis patris aut matris [c] portionem, & [d] in alia quauis actione vniuerſali, [e] nulla inſpectio ſeu itio ac loci figuratio in rem præſentem fieri debet.*

GLOSSA 1.

1 *In iudiciis vniuerſalibus non eſt locus inſpectioni, & cur.*
2 *In iudicio partagij idem.*
3 *Idem in generalib. iudiciis vt tutelæ, &c.*
4 *Quæſtione vniuerſali deciſa, in executione inſpectio poteſt incidere.*

1 Congruit Articulus 137. infra. Hæc autem ſumma ex iure in Iudiciis vniuerſalibus omnibus non eſſe locum inſpectioni, aut monſtrationi: ratio dicti eſt, D quia iudicia vniuerſalia de iure natura inuiſibili potius pronuntiant, quam de rebus: tum quod ex ea natura recipiunt incrementum & decrementum etiam poſt ſententiam; Itaque tempore conteſtationis impoſſibile eſt demonſtrari oculo, quod petitur, propter rei naturam quæ vniuerſalis eſt. Hæc Doctores auctore Bartolo tradunt. l. 1. D. de edendo. hæreditas, ius diffinitur, ergo inuiſibile aliquid, ea creſcit extrinſecus, & poſterius incidentibus & acceſſionibus tacitis, & appendentibus incrementis, vt & peculium, & patrimonij vniuerſitas & iuriſdictio, bonorũ poſſeſſio, quæ omnia vniuerſalia dicuntur, in quibus de C corporibus ſingularibus non quæritur, etſi perſæpè exprimi ſolent, ſed iudicij natura, nec actionis ratio id exigit; ideóque iudicãtes non putant eam ſibi operoſam incumbere, vt de eo pronuncient. Cùm iudicio 2
partagij agitur, de rebus particularibus non quæritur, ſed de eo tantum, an actor ſit hæres, an vlla pars hæreditatis ei competat, & quota. Hoc omnino ordine & ratione prius examinandum eſt: nam excluſus actor vniuerſitati nil habere neceſſe in qua nec de rebus hæreditariis particularibus, nec reus de his litem ſuſtinere, cùm titulo & medio petendi exciderit, vt iam de alieno ei quærẽdum non ſit, vincenti vero ſupereſt in executione de ſingularibus corporibus inquiſitio, an ſint hæreditaria, an vero ex tituli ſui vniuerſitate, & iudicato fundatam intentionem habeat, quam cognitionem plenè inſtantia executionis examinat, quæ in priori non debuit: hæc expreſsè Baldus. d. l. 1. numer. 7. gloſ. l. facultas. C. de iur. fiſc. Alex. d. l. 1. numer. 20. Iaſ. numer. 30. Quod idem in generali- 3
bus quoque iudiciis facimus tutelæ, rationum reddẽdarum, geſtionum generalium & talium in quibus de vno aliquo ſingulari actu geſtionis non quæritur, ſed illud genericè, an reus teneatur ad rationes, quod cùm erit iudicatũ, tum demum deuenitur ad examen accepto-

acceptorum, & expensarum, & singularium actuum. A
4 Quod si in quæstione vniuersali aut generali reus expedito agnoscat rationes reddi, aut partagium fieri, tum quæstione vniuersali per id decisa, non minus quam per contentiosam cognitionem veniendum ad executionem, in qua haud dubiè & inspectio incidere potest, vt si corpus vllum illud, aut illud prædium hæreditarium dicatur, reus negat, hic fit locus inspectioni, quia de singularibus agi incipit. Hæc sententia Iurisconsultorum, d.l.1. glos. & Doctorum auctoritas. cap. 2. ext. de libel. oblat. & d. cap. significantibus, ex quibus hæc dispositio sumpta est. Nec obstat, quod interdum litigãtes aliquid de singularibus corporibus miscent, quod errore fit pragmaticorum, & præter actionis vniuersalis naturam, dum executionem præuenire volunt, & vna opera defungi lite. Et si non semper sine vtilitate fit, si probationes super his receptæ sint, propterea quod tam diuturnas sæpè super vniuersalibus lites texi contingit, vt probationes pereant de singularium iure: hoc idem Masuerius & Stylus Parlaměti. Sic in generalibus iudiciis nemo inquirit, an accepto ferenda sit aliqua summa, aut tradẽda prius quam iudicatum sit, reddi rationem oportere: sunt enim ista antecedẽtia necessaria, sicuti & cùm res petitur cum fructibus, de fructuum quãtitate cognitio expectatur in executione ante iudicando antecedente necessario.

GLOSSA 2.

1 *In vniuersalib. iudiciis agitur potius de iure quam de corpore.*

[a] *Entre freres & sœurs.*] Inutilis expressio huius gradus, cùm inter omnes cuiuscunque gradus cogæredes eadem dispositio locum habeat.

[b] *Des heritages de la succession.*] Hoc quoque ineptè 1 cum iudiciis vniuersalibus de iure potius, & quota hæreditatis agatur, quam de corporibus, vt ante diximus itaque, *la demãde ne se doit faire des heritages, mais du* B *droit & portion contingente de l'heredité*, hæreditas vero ius continet. l. nil aliud est. D. de verb.

[c] *Pour auoir sa contingente portion.*] Imo potius contingens peti debet, vt de corporibus sua portio tribuatur.

[d] *En toute demande vniuerselle.*] Omnis ea in qua vniuersitas aliqua continetur hæreditas, patrimonium, peculium, bonorum possessio, dos illo iure Romano. d.l.1. D. de eden. vbi & generalem describunt tutelæ negotiorum gestorum, rationem ex qualibet gestione reddendarum, latè Panorm. d. cap. 1.

[e] *N'y doit auoir monstree.*] Glossa expressa. d. c. 2. de libel. oblat. & d. cap. significantibus.

ARTICLE CXXXIII.

En action personnelle [a] d'attentat, [b] spoliation de fruits, [c] ou autre forfait [d] sur terre, ou sur maison, ou [e] couppes de bois, & [f] en arrachement de bornes on peut demander, & y a lieu de monstree & veuë. ARTIC. CXXVI. NOVAE CONS.

IN actione personali [a] attentati, [b] decerptione fructuum, [c] aut alio delicto [d] super fundo, aut super domo, aut [e] cæsis arboribus, [f] & in termino moto, peti potest indicatio seu itio ac loci figuratio in rem præsentem.

GLOSSA 1. C

Cum actiones personales duabus è causis oriantur ex consensu & promissione scilicet, aliæ ex facto cuiusquam à lege inducantur. ex l. actionum. D. de act. oblig. & l. obligamur. D. eod. tit. & l. ex maleficiis, in vtrisque non est par earum causa: nam quas quisquam inierit, ignorare nemini permittitur, nec de quibus inierit: Neque enim facti proprij toleranda est ignorantia. Itaque tali actione conueto omnino inspectio deneganda est: sed alia conditio earum, quas lex induxit ex facto in terminis. d.l. actionum: nam etsi ex facto rei conuenti dentur, tamen de facto ipso nec reus conuenit, an fecerit, nec cõstare potest, nisi probationibus & lite cõtestata: Itaque si non neget, & petat sibi demonstrari cuius causa lis instituatur, æquum petit & faciendum est id quod hîc dicit, quod in alterius generis personalibus esset falsum.

GLOSSA 2.

[a] *D'attentat.*] Omnia exempla quæ hîc subiicit sunt personalium quidem, sed à lege inductarum ex facto rei. De attentatis supra art. 29.

[b] *Spoliation de fruits.*] De quibus articulo. 109.

[c] *Ou autre forfait.*] Ex maleficio, aut ex facto citra maleficium. d.l. actionum.

[d] *Sur terre ou sur maison.*] Ex articulo 609.

[e] *Ou couppes de bois.*] Ad effectum art. 557.

[f] *En arrachement de bornes.*] Ad effectum art. 590.

Horum exemplorum eadem conditio, cùm à facto oriantur citra vllum consensum, aut obligationis nexum ab homine, sed à lege. Quare methodo & arte agentibus, sufficiebat sine exemplis scripsisse generalem thesim de obligationibus personalibus ex facto sine consensu à lege inductis.

ARTICLE CXXXIIII.

En [a] toute action reelle concernant le fait d'heritage on peut demander & y a lieu de monstree & veuë : fors en cas cy-apres exceptez. ARTIC. CXXVII. NOVAE CONS.

IN [a] omni actione reali quæ pro hæreditagio mouetur, potest peti inspectio seu itio ac loci figuratio in rem præsentem, nisi in casibus infra positis.

[a] *En toute action reelle.*] Adde & de re particulari, de cuius natura est, vt ea specificè describatur quæ qualis, & quanta sit. l. si in rem. D. de rei vend. l. 1. §. 1. si quis argentum. & §. si cista. D. depos. A l. in actione. §. de veste. D. de furt. Cæteri. d. l. 1. D. de edend. Canon. d. cap. 2. de lib. oblat. l. certum. D. si cert. pet. ideóque & inspectioni locus est.

Article CXXXV.

Artic. CXXVIII. Novas Cons.

NVL [a] n'est receuable à demander monstree ou veuë [b] des choses qu'il a baillées, ou [c] promis bailler par contract, ou autrement de son fait.

[a] *NVllus auditur ad petendum inspectionem seu itionem ac loci figurationem [b] in rem præsentem rerum quas ipse dedit, aut [c] promisit dare contractu, aut aliter de suo facto.*

[a] *Nul n'est receuable.*] Nec leges scribentibus nec ratione agentibus côueniebat regulæ addere exceptiones tam operosæ, legum alia maiestas est, conueniunt ista potius scholis, & didacticæ: nec si voluissent ab hypothesibus erant petédæ, cùm thesis per se sufficeret. Nam cùm hæ omnes, quas excipit limitationes prioris Articuli rationem habeant excludendæ inspectionis à sola presumptione scientiæ rei conuenti, nil amplius erat necesse dicere, quam inspectiones toties locum non habere, cum aut verè, aut præsumptiuè reus non ignoret quod peteretur: discurre per sin- B gula exempla subiecta, comperies sola præsumptione scientiæ excludi inspectiones.

[b] *Des choses qu'il a baillees.*] Hîc factum personale arguitur, ideóque inspectio excludetur, cùm ignorantiam factum excludit. Hîc præsupponitur post rem traditam intendi realem.

[c] *Promis.*] Hîc personalis ex contractu intenditur, ideóque ignorantia excluditur, quanquam inepta est exceptio, quæ de regula realis actionis excipit casum de personali, non est igitur exceptio de regula.

Article CXXXVI.

Artic. CXXIX. Novas Cons.

LE defendeur en premesse n'est receuable à requerir monstree à celuy qui est demandeur en premesse: [a] ou au Seigneur qui demande quelque chose par puissance de fief: pourueu qu'il soit question du [b] contract fait par ledit defendeur.

REus in retractu gentilitio non auditur ad petendam inspectionem seu itionem ac loci figurationem in rem præsentem ab eo qui actor est in retractu gentilitio: [a] aut à Domino qui rem aliquam petit iure feudi: modo agatur [b] de contractu facto per dictum reum.

Conuentus condictione ad retractum personali, non rectè inspectionem petit, quia ignorantia improbabilis est facti sui, nam id ab eo petitur, quod ipse quæsiuit contractu, quo igitur prætextu obtendit.

[a] *Ou au Seigneur.*] *Demandeur en retraict feodal.* Et C in casu Artic. 140.

[b] *Du contract fait.*] Exceptio exceptionis, si forte (inquit) ab auctore, aut decessore eius factus sit contractus, quo casu qui in ius alterius succedit, iustam ignorantiæ causam habet. l. qui in ius. D. de regul. iuris.

Article CXXXVII.

Art. CXXX. Novas Cons.

NVL n'est receuable à demander monstree ne veuë, sinon qu'il soit question de chose particuliere.

NVllus auditur ad petendum inspectionem seu itionem ac loci figurationem in rem præsentem nisi agatur de re particulari.

Hic Articulus superfluit, aut certè compingi debuit cum Art. 132.

Article CXXXVIII.

Artic. CXXXI. Novas Cons.

EN [a] plegement general de non troubler sur ses possessions [b] si le defendeur declare, qu'il s'oppose au plegement pour quelque piece ou pieces contenuës sous le plegement general, le defendeur est tenu de faire [c] monstree & veuës des choses, sur lesquelles, il est rendu opposant.

[a] In

[a] *IN plegiamento generali non inferendi vim aut iniuriam super possessionibus* [b] *si reus denunciat, quod ipse intercedit in plegiamento pro aliquo fundo, aut fundis contentis in plegiamento generali, reus tenetur facere itionem ac loci figurationem in rem præsentem rerum super quibus intercessit.*

GLOSSA I.

1 *Saluagardia, vt à vi possessor defendatur.*
2 *Quis intercessor spontaneus.*
3 *Quis actor aut reus in talib. oppositionib.*
4 *Si sua putauerit interesse compareat, &c.*

1 [a] *En plegement general.*] *Ce sont plustost termes de sauuegardes*, vt quis à vi & iniuria manifestis defendatur, *ou de seureté* in terminis l. illicitas. §. ne potentiores. D. de off. præs. & l. denunciamus de quib. in Art. infra, namque interdictum Vti possidetis de re aliqua certa, quæ possideri possit, conuenit intelligi, generalis conceptio de rebus suis omnibus sine vsu est.

[b] *Si le defendeur.*] Hic præsupponit alicui in specie denunciatum hoc interdictum, qui ipse intercedat non tam generaliter, quam interdictum agentis continet quo casu, etsi intercedens reus sit, ideóque nec rei sit, ex regulis rem monstrare, tamen talis oppositio penè de reo actorem facit, quia de toto seligit partem, quæ incerta est, nec certificari potest nisi per reum intercessorem, à cuius arbitrio & iure dependet declaratio
2 facti sui. Cæterum hic valde notari conuenit, non mutari qualitatem rei in tali intercessore, nam spontanea intercessio facit actorem, sed spontanea vel voluntaria tum demum dicitur, cùm quis non vocatus in arenam descendit, & qui nominatim perstrictus non est; tales sunt, qui vi generalis edicti siue citationis comparent iudicio euocati sub forma, quicumquæ prætendunt interesse in successione talis, vel *les pretendans interest, ou ayant à debattre l'enterinement des lettres de maintenuë obtenuës par tel*: Nam quicumque apparent in iudicio

A vi talis edicti actores sunt, & eam qualitatem capere debent, vt dicitur in ordinandis qualitatibus & omni in lite partibus actoris fungi, q Innoc. Host. Panorm. dixère cap. cum inter priorem, & cap. dilecti ext. de except. Bart. l. de pupillo. §. seruorum. D. de oper. no. nunc. Lud. Rom. d. l. à pupillo in princip. Alex. d. l. §. si in publico. quem confundit cum principio d. l. de pupillo Bart. l. cum mulier. D. sol. matr. Bald. Castr. l. si libertus à patrono. D. de in ius voc. Bald. in rubr. in fine. C. de success. ed. Lud. Roman. cons. 342. melius in cons. 217. incip. rea istas; vbi scribit apposita tenuta, quam nos saisiam dicimus, si quis cõpareat, vt sæpe fit, & se opponat, & petat eam amoueri, talem verè & realiter actorem esse & dici, sed si nominatim citatus sit, reum fieri. Quod & in executionibus sententia- 4
B rum dicere solemus, quoties quis in qualitatibus sententiæ, aut iudicati non compræhensus in defensione locorum & reali appræhẽsione sese opponit, fit actor, secus si nominatim euocaretur. Hæc valde notari cõ- 5
uenit, quia multos falli compertum est, sicuti & cùm quis vocatur, si sua putauerit interesse, putant comparendo actorem fieri, quia præcisè citatus non sit sed sic, si sua putauerit, & ideóque nec expensas defectus debere si non compareat. Quare putant bannitos & excõmunicatos & omnes tales, qui ex lege aut edicto admitti in iudiciis non debeant, ad agendum non admitti quidem cùm sic euocantur vi generalis edicti, quicumque interesse prætendunt, veluti tum actores sint quod esse vetantur, secus si nominatim euocati sint quo casu reus esse licet.

[c] *Monstree & veuë des choses.*] *Afin que le demandeur soit maintenu sur le reste.*

ARTICLE CXXXIX.

SI aucun fait demande de la maison, où demeure le defendeur, il n'y doit auoir monstree ne veuë. ARTIC. CXXXII. NOVAE CONS.

SI aliquis petat domum, in qua reus manet, non debet fieri inspectio seu itio ac loci figuracio in rem præsentem.

Rectè, sed quis dubitaret, cùm ille dicat nulli magis nota, domus est sua, &c.

ARTICLE CXL.

LE [a] vassal est tenu de [b] faire monstree & veuë de ce qu'il tient de son Seigneur feodal, qui se fera [c] aux despẽs du Seigneur excepté que le subiet & vassal fera sa despense: Et [d] si l'homme delaissoit aucune chose à mõstrer, le Seigneur la [e] pourra prendre à sa main, [f] comme si l'homme l'auoit desaduoüé. ARTIC. CXXXIII. NOVAE CONS.

[a] *VAssallus non tenetur* [b] *facere inspectionem seu itionem ac loci figurationem de rebus, quas à suo Domino feodali tenet, quæ fiet* [c] *sumptibus Domini, excepto quod vassallus de suo alimentum emet: Et si* [d] *vassallus omisisset indicare rem aliquam, Dominus* [e] *poterit eam præhendere* [f] *ac si vassallus eum abnegasset.*

GLOSSA I.

1 *An vassallus teneatur feudum ostendere Domino.*
2 *Affirmatiua sententia melior & in vsu.*
3 *Sed dubitãti vassallo dantur induciæ, vt respõdeat præcisè.*

[a] *Le vassal est tenu.*] Quomodo superiores Articuli penè ex toto inutiles sunt, vt de rebus minimè dubiis, & iam ante iure Romano diffinitis, sic isti perquam vtiliter sunt scripti. Magna est in iure dubitatio, & cõten-
1 tio sentẽtiarum. An vassallus feudum teneatur ostendere Domino ad oculum, an item instrumẽta acquisitionum & inuestiturarũ: Cuius dubitationis rationes aduersarias comparauit Iacob. de Sãcto Georgio in libello de feudis, verb. dictique vassalli promiserũt recognoscere. num. 15. & ante eum Iacob. de Ardizo in lib. de feud. & Ioannes quidam Blanchus Massiliensis; quidam non putant, quidam nutant, alij aiunt hique plures auctore primùm Azone, deinde Hostiensi in Summa, titul. de feud. §. quib. mod. Alber. l. Titius Sempronij. D. de act. empt. idem l. si certis annis. C. de pact. Angel. post glos. l. si in rem. D. de rei vend. glos. Bald. Pręposi. Alex. cap. 1. §. illud. titul. de prohib. feud. alien. per fed. idem Bald. cap. 1. §. vassallus feudũ. titul. si de inuest. fuer. controu. vbi & Iacob. & Bellouisu, qui dubitationem istam frequenter ait accidisse suo tempore in regno Siciliæ. Bald. item titul. de vassa. qui contra constitut. Lothar. Idem Bald. consil. 25. lib. 1. Curtius lib. de feud. parte 2. secundæ partis. Spec. tit. locati. §. nunc aliqua. num. 69. Postremus Molin. §. 5. num. 4. in feud. Qui non putant, ratione vtũtur, quod Domini actoris partes sunt, intẽtionem probare, nec cogi quemquã reum dicere titulum suæ possessionis; has ferè rationes habent nec multo meliores, quibus
2 Baldus sæpè innititur. Contra alij vassallum qui in cõfesso causam habeat à Domino, idque beneficio teneri, vt minimum inter obsequia cętera ostẽdere, quid quantumque beneficio eius habeat, nec hîc l. cogi. C. de petit. hær, rectè allegari, quæ tum locum habeat, cùm nullo iure possessor addictus est agenti, nec eius vllam causam agnoscit, aut beneficium, suæ fidelitatis consequentiam, & dominij retenti iura pro intẽtione eius facere. Denique melior sententia dicitur omnino vassallum ad id teneri, & describere, & scripto edere, & oculis demonstrare, quid quantumque à Domino habeat, si petatur. Quare frustra scholasticæ dubita-
3 tiones, quas iamdiu vsus iugulauit: Sed tamen qui ita sentiant, admittunt in vassallo ignorantiæ excusationem, si probabilis sit, ergo qui in alienum ius successerit nuper, aut, vt dicunt, qui feudum antiquum accepit, admitti dubitantem, aut ignorantem terminos feudi, & vt Latini dicunt, eiurantem scientiam & cognitionem finium. Et nos ante art. 112. docuimus vulgato illo Frãcico dicto nos non teneri, *il faut aduoüer, ou desaduoüer*, sed esse aliquid medium, ignorare scilicet ex ratione ciuili. Quod cùm accidit, æquum est tamen iustam Domini petitionem admitti, nec sem-
Art. 362. N. C. per de iure suo incertum dimitti oportere & denique dandas inducias, quibus vassallus instruatur, instrumenta conquirat, fines exploret, quid quo iure à quo habeat, vt demum præcisè, &, vt dicunt cathegoricè de finibus respõdeat cõsultus & meditatus: nec enim perpetua cuiusquam ignorantia ferẽda est, quæ discuti potest, inuestigatione veri fraude beneficij Domini. Itaque quod hîc simpliciter dicit, accipi debet in casu agnitionis, & confessæ concessionis feudi, *en teneure confessee*: Nam si negatur, & consequentia omnia negantur sub pœna commissi; Si dubitatur, aut ignoratur dandæ sunt induciæ ad inquirendum, vt denique certum respondeatur.

A [b] *Faire monstree & veuë.*] Similem habent Consuetudinem Bituriges. §. 12. tit. de feud. & Burgundi, tit. de feud. §. 4.

[c] *Aux despens.*] Cùm hic actus Domini commodum præcipuè respiciat, sed suas item vassallus facit, cùm & aliquas debeat, capit. statutũ. §. insuper. de rescript. in 6. Dinumeramentum expensis vassalli, de quo Molin. §. 5. numer. 4. Cuius expensis obsequia præstare, alibi diximus.

GLOSSA 2.

1 *Partis non expressæ fit præhensio à Domino.*
B 2 Sinon que le vassal desaduoüast, &c.

[d] *Et si l'hõme delaissoit aucune chose.*] Scholastici scriptores cùm demum constituere vassallum Domino indicare debere feudum, cunctante aut recusante eo putant ex consequentia & pœna iudicandum bona eius feudalia omnia præsumi in pœnam recusationis. Eius dicti fortasse vtilitas aliqua esse posset, vbi plura essent alaudia in quibus Dominus pœnam posset exequi nemine intercedente: Sed vbi nulla sunt, nec vllus cespes terræ caret Domino, inutilis esset consequentia ista, & vassallus semper vendicantes repeririet, quos oppo-
C neret priori quamlibet recusato, aut abnegato; atque ita sine vsu esset ea prouisio: quare melius hîc cautum, hîc procedi per præhensionem partis non expressæ nec comprehensæ in ostensione, & Molinæus rectè putat talem decisionem veram non esse, vt nec iure probatur. 1

[e] *Pourra prendre en sa main.*] Intellige, *pourueu qu'il n'ait que simple omission, & que le Seigneur preuue son intention & la tenuë de luy*, Secus *s'il y auoit desadueu formel*, quo casu *le Seigneur ne s'en pourroit saisir, & faudroit plainement informer de la teneure, la prouision cepẽdant adiugée au pretendu vassal, qui auroit desaduoüé, sous le dan-*
D *ger de la commise en fin de cause.* 2

GLOSSA 3.

1 *Dominus præhendit tam ex omissione quàm ex abnegatione.*
2 *Simplex omissio non importat commissum.*
3 *Distinctio, quando vassallus aut abnegat, aut agnoscit, aut dubitat, &c.*
4 *An Dominus teneatur ostendere feudum vassallo, & eius concessiones.*

[f] *Comme si l'homme l'auroit desaduoüé.*] Hoc refertur ad 1
E præhendendi facultatem non effectus identitatem, id est, Dominus tam potest præhẽdere ex omissione partis, quam ex abnegatione. Sed inde non similes con- 2
sequentias ducit: nam simplex omissio non importaret commissum, sed lucrum fructuum simpliciter, quoad dilatione data *pour precisément aduoüer, ou desaduoüer, le vassal ait formellement desaduoüé, car pour l'effect de la commise, il faut desadueu formel*, ex certa scientia principaliter & per se, & non incidenter, quod latè tradit & persequitur Molin. §. 30. in feud. Nec sufficeret omissio, quæ abnegationem tantum implicat con-
F sequẽter, non per se nec principaliter, & ideo non est sufficiens ad incurrẽdum commissum in parte omissa, nec enim vltra porrigitur delicti pœna, quam delictũ 3
ipsum, quod ille tradit. Tres igitur casus ponendi sunt *Art.*
abnegationis *desadueu*, agnitionis *d'adueu* aut dubita- *362. N. C.*
tionis, quod ante diximus. Cum vassallus in primo casu abnegat partem feudi prætensi, haud dubiè feudi pars omissa committitur, cùm omissio fit per abnegationem, & hoc casu *le Seigneur prend en sa main par commise & cõfiscation*, & mittitur in possessionem rei commissæ; cùm agnoscit, qui secundus casus est, aut indicare tenetur, quod agnoscit, aut præhensionem
pati

pati cum amiſſione fructuum, donec indicarit, non ad effectum commiſſi, ſi dubitat, datis dilationibus conuincendus eſt, vt dubitatio in agnitionem, aut abnegationem tranſeat, ita fiet, vt caſus omiſſionis nunquam æquiparari poſſit caſui abnegationis, quia abnegatio commiſſum importat, ſimplex omiſſio non item, niſi cùm in abnegationem tranſit, quæ abnegatio cum interuenit, interim poſſeſſio apud vaſſallum eſſe debet, nec moueri donec Dominus intentionem impleuerit, de quo Mol. §.31. latè. Quid ſi, *le vaſſal ne deſaduouë pas,* ſimpliciter, ſed qualitatem dumtaxat, puta, *s'il ſe dict Iuueigneur & il eſt prouué lige* vide Mol. d. §.30. num.7. An è contra Dominus priuetur propter negationem. Mol. ibidem quæſt. 48.

4 Quærendum eſt de caſu conuerſo an Dominus vaſſallo indicare feudum teneatur, & conceſſiones & inueſtituras, & recognitiones prædeceſſorum oſtẽdere. gloſ. §. illud. tit. de prohib. feud. alien. putat teneri Mo-

A linæus. §. 4. æquum putat ratione correlatiui officij, & reciprocæ obligationis dominum id facere, quod ſibi non noceat, & alteri proſit. & Aruernorum Conſuetudinem. §. 9. tit. *des fiefs*, quæ aliter ſtatuat, vt hæc noſtra, tirannicam putat: Sed tamen in feudo antiquo nõ perinde probabilem vaſſalli poſtulationem putat, quod in exhibitione recognitionum & tenutarum, & documentorum, licèt non ex toto improbabile eſſet, tametſi tribunalibus noſtris id perſuaderi fuerit perdifficile, & obſtat Art.316. infra, ſed in indicandis feudi terminis, ratio valde diſpar, cùm vaſſallus feudum teneat, fruatur, poſſideat, aret, & colat, & ſcire debeat quos & quales habeat, *& de qui il tient terre*, & hæc cognitio veriſimiliter in Domino non cadat in alieno & ab altero poſſeſſo.

De inſtrumentorum communicatione latius Boërius tit. de feudis. §.12. Molin. §.51. gloſ.5. & §.5. nu.4. Chaſſa. tit.4.

ARTICLE CXLI.

LE Iuueigneur ou celuy qui le repreſente, n'eſt tenu de faire monſtree à ſon aiſné[a] ou celuy qui le repreſente, [b] du fief qu'il tient de luy & qu'il luy a baillé, ſinon [c] en cas que le ſuzerain Seigneur voudroit contraindre ledit aiſné [d] à luy monſtrer ſes fiefs en Iuueigneurie, [e] auquel cas ſeroit le Iuueigneur ou le preſentant, tenu monſtrer ſes fiefs à ſon aiſné, & l'aiſné à ſon ſuzerain Seigneur. ARTIC. CXXXIIII. NOVAE CONS.

SEcundo natus aut qui illum repræſentat non tenetur facere inſpectionem ſeu itionem ac loci figurationem ſuo fratri primogenito, [a] *aut ei qui illum repræſentat,* [b] *feudi quod ab eo tenet & quod ei dedit, niſi* [c] *in caſu quo ſuperior Dominus vellet cogere dictum primogenitum* [d] *ad inſpectionem ſuorum feudorum quæ dedit fratri ſecundo nato* [e] *in quo caſu ſecundo natus, aut qui eum repræſentat teneretur indicare feuda ſuo fratri primogenito, & primogenitus ſuo Domino ſuperiori.*

GLOSSA I.

Pace veterum dixerim, hic Articulus iniquitatem continet, & cõtumaciæ vaſſalli fauet, cur enim Domino non indicet vaſſallus feudum, quod eius beneficio habet, cùm Articulo 315. ſtatutum ſit primogenitum teneri qualitatẽ feudi agnoſcere, niſi, ſi quid intereſſe putant inter indicationẽ localem, & agnitionem qualitatis feudalis, de qua d. Art.315. Sed ratio non apparet, cur hic vaſſallus, *Iuueigneur ne face pareil debuoir que les autres*, in concernentibus ſubſtantiam feudi, nec hic rigor ferendus fuit quantalibet paritas generis dicatur, aut gradus, cùm imparitas dignitatis amplius aliquid deberi oſtendat, alioqui eadem ratio faceret, *qu'il ne ſeroit tenu bailler adueu, ny faire hommage*, quod aliter fit.

GLOSSA 2.

[a] *Ou celuy qui le repreſente.*] *I'entends cecy le repreſentant en*

B *parage, c'eſt à dire tant que le fief dominant eſt tenu en main de Seigneur, de meſme lignage dedans les degrez du parage: Car le parage finy, toutes ces deferences perſonnelles & honorifiques ceſſent, & combien que la teneure comme Iuueigneur dure, toutesfois les reſpects perſonnels de ſang, dont depend ceſte prerogatiue de n'eſtre tenu faire monſtre finiſſent*, dicemus ibidem & Art.310.

[b] *Du fief qu'il tient de luy.*] Id eſt, *que le Iuueigneur tient de l'aiſné.*

[c] *En cas que le Seigneur ſuzerain.*] *Auquel appartient la ligence du premier Iuueigneur*, in caſu Art.333. Nam ad inſtantiam vtriuſque poteſt indicatio peti.

C [d] *A luy monſtrer ſes fiefs.*] Quæ feuda primus Dominus contulit ſecundo, ſecundus item tertio.

[e] *Auquel cas.*] Ergo hoc ſolo caſu indicatio peti poteſt, *pour l'aiſné, ſçauoir quand on la luy demande.*

ARTICLE CXLII.

MONSTREE & veuë ſe peut faire par vn deffaut deuëment obtenu. ARTIC. CXXXV. NOVAE CONS.

INdicatio ſeu itio ac loci figuratio in rem præſentem poteſt fieri poſt eremodicium ritè adeptum.

Hic Articulus Styli potius eſt, & ideo interpungi potius debet, vt non tanti, qui paginas iuris patrij debeat occupare, de quo videndus eſt Art. 763. & ſequens infra.

Article CXLIII.

Art.cxxxvi Novae Cons.

Celvy qui doit faire la monstree & veuë,[a] est tenu de monstrer la chose demandee clairement par tenans, & aboutissans, & si mestier est, & faire se peut, par cerne & circuit des lieux : Et en faisant lesdites veuës pourront faire les parties telles protestations, que bon leur semblera.

IS qui debet facere inspectionem seu itionem ac loci figurationem in rem præsentem[a] tenetur apertè indicare rem petitam per confines à fronte & à tergo, & si necesse sit & fieri possit circumscriptione & circuitu locorum. Et in faciendis istis inspectionibus poterunt partes facere tales protestationes, vt illis videbitur.

[a] *Et tenu de monstrer par tenans.*] Hæc forma præscripta in censuali professione ex. l.forma censuali. D.de censib.l.si quis intra. C.de bon.proscript. Id quidem simplicius maioribus nostris obseruatum, nunc acerbè, & A ad vnguem exigitur, vt confines ostendantur, & particulatim singula, quod peraspere exequi rationales solent, & scriptas ea de re legum annotationes habere dicuntur.

Article CXLIIII.

Artic. cxxxvii. Novae Cons.

SI le defendeur apres la monstree faicte, declare ne pretendre droict, & ne vouloir troubler le demandeur sur les choses monstrees, & ledict demandeur ne peut faire preuue dudict trouble, il seroit tenu desdommager ledict defendeur.

SI reus post inspectionem seu itionem ac loci figurationem in rem præsentem factam, denuntiet se nullum ius prætendere, & quod non vult interturbare actorem in possessione rerum indicatarum : Et dictus actor non possit probare possessionis interturbatæ iniuriam, teneretur indemnitatem præstare reo.

Hic Articulus expungendus est vt nihili. Quis enim ignorabat actorem, qui intentionem non expleat, expensis plecti, etsi prudentes & exercitati Iudices facta tali declaratione, & actore postulationem B consecuto, solent partes liti eximere, *& les mettre hors de Cour & de procés, plustost que les faire contester & entrer en enquestes pour des despens, estant le procés vuidé au principal.*

TITVLVS

TITVLVS SEPTIMVS, DE LAVDATIS AVCTORIBVS, SIVE GARENDIS, ET denunciationibus.

TILTRE SEPTIEME, Des Garends & Requestes.

AD RVBRICAM.

1 *Vsus garendorum.*
2 *Finis eorum.*
3 *Requesta aut sommatio in garendis quid.*
4 *Garendus formalis non est in personalib.*
5 *Quib. de causis Euictio præstatur.*
6 *Euictio ex contractu oneroso præstanda.*
7 *Non debetur Euictio si Emptor sciuerit rem alienam &c.*
8 *Alij quidam casus quib. Euictio debetur vel non & nu. 9. 10. 11. 12.*
13 *Stipulatio duplæ non in vsu.*
14 *Non agitur de Euictione, nisi per sententiam res euicta sit.*
15 *Actio de Euictione personalis & 30. annis durat.*

NIL vulgatius est foro vsu laudationũ & garendorũ, quos veteres Iuriscõsulti subinde au- 1
thores appellant: vsus eorũ, cùm quispiã possessor actione reali cõuentus, nec satis cõ-
fisus viribus iuriũ suorũ eũ vocat, à quo titulo oneroso rẽ comparauit, aut cuius nomi-
ne possidet ex forma. l. 2. C. vbi in rem act. apud quem & rationes & instrumenta sunt, quæ do-
minium rei probant. Finis talis laudationis, aut nominationis, vt auctor litem in se suscipiat, 2
& suis sumptibus defendat, laudante interim quiescente *qu'ils appellent demeurer en pos*, veteri
idiotismo gentis nostræ: hos garendos formales appellant. Requestas aut sommationes vocant 3
denunciationes, quæ tam in realibus quam in personalibus actionibus vsurpãtur, hoc fine non
vt is cui denunciatur, litem suscipiat, sed vt adsit defensioni, & rationes suggerat, adiecta vtro-
bique protestatione de damnis & interesse: hoc casu personæ adiungitur persona, reus ipse li-
ti non eximitur, nec qualitates mutantur litis iam institutæ, quæ ob talem denunciationem
non suspenditur amplius vna dilatione, & fit in omni parte litis eo statu scilicet, in quo reperi-
tur, de quo nos alibi: fusius etiam pragmatici styl. Parlam. Masuer. Rebuf. & cæteri. In perso- 4
nalibus quidem locus garendo formali esse nequit, quia quisque ex sua ipsius promissione, &
facto conuenitur in talibus, nec actio potest abscedere à persona promittentis. Quod de parte 5
altera Rubricæ dicitur *de garentir*, quod Iurisconsulti, Euictionem præstare dicunt, duabus de
causis in iudicium venire potest, ex natura contractus sine expressa conuentione, aut vero ex
conuentione; aut ex vtraque coniunctim. Notandæ hac in re iuris quædam sententiæ. Eui- 6
ctiones regulariter ex omni contractu deberi, qui onerosam causam contineat: nam in lucrati-
uis sequenda est distinctio. l. Aristo. §. fin. D. de donat. Idque citra conuentionem expressam
ex cuius contractus natura consequitur re euicta dari actionem ex contractu ad euictionem.
Quod si etiam conuentio, aut stipulatio accesserit, tùm verò vltra contractus tacitam obliga-
tionem, etiam aliam ex stipulatione adiungi: Nam fieri etiam potest, vt natura quidam con-
tractus extraordinarij reperiantur, ex quibus nõ debeatur euictio, veluti si quis sciens alienum
euicit, & tamen ex stipulatu debeatur, si apposita sit stipulatio. l. si quis fundum. C. de euiction.
Quin & studiosi quidam quinquaginta amplius casus quibus euictio non debeatur, annota-
runt. His igitur & talibus, & si natura contractus non est, vt euictio debeatur, ex stipulatione,

7 tamen deberi nil vetat, si conuentum est. Hoc posito intelligenda regula, euictionem, quæ ex natura contractus debeatur, excludi scientia temporis, aut acquirentis rem alienam, sed non eam quæ ex stipulatione, hoc est, qui sciens rem alienam emat, de euictione non posse agere: nisi tamen de euictione stipulatus sit, quo casu ex scientia tali, euictio nō excluditur. d.l.si quis feudum: scientia enim excludit prouisionem legalem non conuentionalem. Bald. l. si fratres. Cod.com.vtriusq. iud. Quod intelligendum est etiam si sciens emptor à sciente vēditore emerit: nam in hoc quidem casu, euictio debetur, nisi ex conuentione, cap. 1. tit. de inuest. de re alien.fa.Roman. Consil.396. Alex. Consil. 69. lib. 4. & quos Tiraquellus in retra. §.12. glo. 1.
8 num. 8. Illud etiam valde notandum perfecto contractu, in quo de euictione nil dictum sit agi posse vt caueatur, quod glossa prima dixit l. rem alienam. D. de contrah. empt. Castren.
9 consil.207. lib.1. Qui scienter rem alienam emit, nec de euictione agit, nec pretium reperit. l. emptorem.§.vlt.D.de act.emp. quem locum implet Tiraquell. in retra. vbi supra nu.11. Gasp.
10 Caballin. Qui pactus est, ne de euictione teneatur, de ea non tenebitur, nec ad interesse, ad pretij tamen restitutionem tenebitur. d.l.emptorem.§.fin. Nisi quidem expressio facta sit eius ipsius causæ, ex qua res euicta est, quod ibidem Tiraq. notat. num.14. Doctores. l. qui liberta-
11 tis.D.de euiction.Caballin.d.num.26. Proinde pactum generale, ne quis de euictione teneatur, ei nunquam prodest, qui non ignorat causam, ex qua res euincitur, & eam tacet, id enim dolo non caret. l.tenetur. §.vlt.vbi Bart.D.de actio.empt.d.l.emptorem.§. denique. qui casus valde notandus est. Hæ vtiles & vsitatæ sunt iuris sententiæ. Proinde id quoque addidero com-
12 missa stipulatione de euictione ob rem euictam non dari actionem ad recompensationem eius rei, quæ euicta est in re eiusdem naturæ, hoc est vt fundus pro fundo detur & recompensetur, aut reditus pro reditu, sed ad id tantùm quod interest, id est res æstimationem, pretij repetitionem, & vsuras pretij, aut conuentas, aut legales, ad fructus rei minimè. l. datio. §.1. D. de act. empt. excepto quidem diuisionis aut partagij casu, in quo si res euicta sit, quæ ex diuisione ob-
13 uenerit, suppletio ex rebus hæreditariis fieri debet in speciebus non in pecunia. Nostris quidem tribunalibus inaudita & insolens duplæ stipulatio, nec amplius eo nomine præstari solet,
14 quàm quod interest vti diximus ex l.si in venditione.D.de euictionibus. Demum illud notandum est, & si agi possit aduersus auctorem, vt & defensionem litis institutæ super re vendita in se suscipiat, & suis sumptibus sustineat, tamen de euictione non ante agitur, quam res per sen-
15 tentiam euicta sit.l.non dubitatur.C.de euictio. Hęc vero actio, cùm personalis sit triginta annis durat, nec ante ei præscribi incipit quàm res euicta sit. Nam cùm ante agi non potuerit, non valenti agere non potuit currere præscriptio.l.empti.vbi Salyc.C.de euict.& nos tit.de approprimentis latè diximus, Art.275.sicuti nec fideiussor pro euictione datus, potest petere se liberari ab obligatione, quamuis in ea diu steterit, nisi re euicta, vt scribit Bart.Bened. Paul. Alex. ex l. facere. D.sol.matr. Cyn. Bald. Salyc.l.si pro ea.C. mandati.

Article CXLV.

Artic. cxxxviii. Novae Cons.

LE vendeur n'est tenu garentir l'achepteur de celuy, qui a retiree la chose vendue, soit par retraict lignager, ou par puissance de fief.

VEnditor non tenetur præstare euictionem, emptori cùm per retractum gentilitium aut feodalem res euincitur.

Glossa I.

1 *Rei retractæ nullam Euictionē præstat venditor & cur.*
2 *Fallit nisi res ipsa ex interiore aliqua acquisitione, & contractum precedente &c.*
3 *Admonitio Euictioni eximit.*

1 Res plana est venditorem non teneri præstare euictionem cùm per retractum res euincitur nata actione ad retractum ex eo contractu. Dicti huius duplex causa est. Prima, quia non tam venditoris facto, sed legis potestate: & iure speciali res euincitur, idque nata causa ab ipsius emptoris persona, quia cùm extraneus sit, cedere cogitur per legem ipsi consanguineo, rem maiorum beneficio legis repetenti. Quare eui-

A ctio nō magis prestatur, quàm ex l.Lucius.D.de euict. Tum quia cùm nulla venditio huic conditioni eximi possit, sed omnes æque eidem legi subiecti sint, nec & derogari, vllo contrahentium facto possit intelligere omnes debent ea se lege contrahere. Venit itaque emptor prudens & sciens ad contractum tali lege subiectum cum sua necessitate, ideoque ei vt scienti rei conditionem, nil præstari debet euictionis nomine; & ex ea quidem causa ex vulgata regula. l. si fundum. C. de euictio, & glo. Bart. Bald. Salyc.l.si familiæ. C.fam. ercisc. Additur tertio, quod cū res ex natura sua euincitur, nulla euictio debetur, veluti cùm est subiecta restitutioni, aut feudalis, aut emphiteotica, de quo Alex. Consil.21. nu.5. li.3. Bal. & DD. in d.l. si famil. modo contrahentes non ignorent rei talem conditionem

nem, & quos Gaſ. Caball. §. 5. nu.35. libello de euict. Quarta ratio dicitur, quia actio ad retractum naſcitur poſt contractum venditionis, ideóque ex regulis, euictio eius non debetur, quæ nonniſi ex iure ante contractum producto deberi poteſt. l.3. D. de euict. Talibus rationibus Maſuerius hoc caſu deberi euictionem negauit tit. de retra. §. item ſecundum opinionem Tira. repetiit in lib. de retract. §.1. gloſ.9. nu.34.

2 Hæc tamen dicta intelligi conuenit, cùm ex illo ipſo contractu naſcitur actio ad retractum, quo caſu venditor nullam euictionem præſtat, Secus ſi res ipſa ex anteriore aliqua acquiſitione, & eum contractū præcedente ſubiecta eſſet retractui. Nam qui rem vendit anteriori retractu obnoxiam, & per alium cōtractum quam illum quem facit ſubiectam euictione obligatur, nam cùm res in eá cauſa eſſe cœpit, vt retrahatur, libera eo iure venire nequit, quare venditor, niſi expreſſerit, tenetur, & niſi emptorem admonuerit, & res cùm retraheretur pro pretio primæ venditionis non ſeruando. Quare multum intereſt emptoris ſciſ- A ſe, quod Tiraq. notat. §.12. gl.1. nu.5. Cæterum admonitio euictioni eximit, & ſi non pretij reſtitutioni, de quo ille. d. §. 12. d. gl.1. nu.7. ſed nullum intereſſe præſtabitur. 3

Proinde quod dicimus, venditorem non teneri præſtare euictionem contra retractum, locum habet addita exceptione, ſi forte venditor affirmauerit rem nulli retractui ſubiectam, etiam ex eo contractu qui geritur, vel ſi promiſerit de euictione, quomodocumque res euincatur, quod Tira. agit in retractu. in fin. nu. 97. & 98. quæſtion.22. Excipitur & ſi venditor ſe B obligauerit ad euictionem in caſu retractus expreſſo, quod ille ait vbi ſuprà quæſt. 22. ſed exprimi caſum oportet propterea quod cùm res euincitur ex natura rei non ſufficit ſimpliciter, ſiue generaliter ſtipulari *du garentage.* Sed oportet in ſpecie caueri, quod ait Bal. d.l. ſi famil.

Ou par puiſſance.] Retractu ſcilicet feodali, par enim vtriuſque ratio eſt.

ARTICLE CXLVI.

N delict & forfaict, n'y a garend.

ARTIC. CXXXIX. NOVAE CONS.

IN delictis non laudatur auctor.

GLOSSA I.

1 *In delictis nemo tenetur parere iubenti.*
2 *Niſi vis iuſtificetur à iure proprietatis.*
3 *Aut apparitor iuſſo magiſtratus.*
4 *Aut conductus mercede operarius.*
5 *Mandatarius, ſi eius culpa arguitur in exequendo non laudat auctorem.*
6 *Praxis.*

1 Nota eſt foro regula hæc iuris Romani in patriam tranſlata. In delictis ſcilicet non laudari auctorem: Nemo enim iubenti delictum parere cogitur, non ſeruus Domino, non filius patri, non quiſquam Magiſtratui, in his quidem quæ per ſe delicta ſint, & de genere malorum. Hæc ſententia. l. non ideo minus. C. de accuſa. l. ſi quis ab alio §. non ſi filiusfamilias. D. de calum. l. non ſolum, in princ. & §. ſi mandato. D. de iniur. Valde hîc notanda diſtinctio. l. ſeruus non in omnibus. D. de act. & oblig. quæ eundem actum violentiæ ex eodem mādato accuſat & excuſat; accuſat cùm delictum eſt, & ab maleficio non abeſt, vt Iuriſconſultus loquitur excuſat ex mandato, ſi iuris ſui retinē-
2 di cauſa fecit. In quo caſu (vt forum loqui ſolet) negotium remitti ſolet ad proceſſum ordinarium, cùm ſcilicet vis iuſtificatur à iure proprietatis vt in l. fin. D. de abig. Hoc caſu (inquam) quilibet recipitur ad laudādum auctorem, quod & in leuioribus omnibus fit, vt l. liber. homo. D. ad l. Aquil. l. non videtur. D. de reg. iur. l. quod principis. D. de aq. plu. arcem. l. ad ea, & l. velle. D. de reg. iur. Sed nuſquam aptius quam in illa.
3 l. ſeruus. Sic fit cùm Apparitor iuſſu Magiſtratus in executione facienda ianuam effregit, pignora exportauit, hoc ſi quis per ſe accuſet magnum delictum alienas ædes irrupiſſe, vim feciſſe, bona rapuiſſe, adde Apparitoris qualitatem & munus & Iudicis commiſſio- C nem idem factum culpa carebit, & in iuris actum exibit qui nullam habere dicitur iniuriam, quod text. d.l. ſeruus diſtinguit, vt nuſquam melius. Hîc auctorem laudare conuenit, & receptum eſt. Conductus merce- 4
de operarius, deductus in alienum agrum frugem demetit, fœnum ſecuit, abduxit, cùm conducentis proprium eſſe putaret: in ius vocatus dimitti protinus iudicio debet, laudato eo ab quo conductus erat, niſi ipſe quoque miſcuiſſe conſcientium dicatur. text. l. in rem. §. tignum. D. de rei vend. Bald. Conſil. 144. lib.1. Socin. conſil. 54. nu.23. lib.3. Decius d.l. velle Roman. l. de pupillo. §. nunciationem. D. de oper. nou. nuncia, & nullo non die vſu occurrit.

D Quin & mixtus ſæpè caſus ſolet accidere, vt & alie- 5
num mandatum, & culpa mandatarij in exequendo arguatur. Apparitor cui mādata erat executio, pignora cepit, ſed contumelioſè egit in exequendo, verbera intulit, conuitia dixit: Opinator aut exactor focarij in exequendo, modum non tenuit, non ritè executus. Hîc ſi quiſquam intercedit de eo quod vi aut contumelioſè factum ſit, rectè auctorem recuſat admittere, de eo quod mandauit, & iure exequendi auctorem admittet: Nemo enim delictum mandaſſe intelligitur, ſed quod de exequendo mandauit iure potuiſſe defen-
E dere debet, & litem ſuſcipere. Itaque inde nata praxis 6
quod rei laudantes auctores primum omnium de eo quod fecerunt ipſi reſpondere coguntur, quod veteri Ordin. cautum eſt, Art. 765. factum enim à facientis perſona ſeparari nequit. Quare ſi tale eſt in quo iubenti pareri debuerit, admittitur auctor. Sin minus, ipſe qui fecit in lite retinebitur. Sed omnimodo reſpondere de eo oportet facientem ad effectum probationis, ſi auctor admittitur. Cætera de auctoribus laudandis ſtudioſi homines colligerunt, nec ſunt huius loci cùm profeſſæ opere extent loci de mandato, de conſilio, de iuſſu quatenus quiſque teneatur.

Article CXLVII.

Art. cxl. Novae Cons.

LE nouueau acquereur n'a recours de garentie contre son bailleur, apres qu'il est approprié de la chose par bannie ou laps de temps.

ADuersus tradentem non agit de euictione nouus acquisitor, qui sibi dominus rei asseruit bannimenis seu edictis aut præscriptionibus.

Glossa I.

1 *Exceptio huius art. Clausula est*, nonobstant Coustume *&c.*

1 Sumpta dispositio ex l. qui alienam. D. de euiction. & l. si obligata. C. eod. l. si rem quam. §. duplæ. D. eod. tit. Qui alienam rem vendidit (inquit) post longi temporis præscriptionem desinit emptori de euictione teneri. Itaque qui fundum, aut immobile vendidit perfecto approprimento de euictione non tenetur, nec A item perfecta præscriptione quindecennali: nam omisisse exceptionem, culpa est propria emptoris, opposuisse, & victum esse iniuria est Iudicis, quorũ neutro casu euictio debetur. l. si per imprudentiã. & gl. d. l. qui alienam. D. de euict. Excipitur, cum euictio ex forma obligationis cauta est, *nonobstant coustume*, quod ferè fit, tum enim in 30. annos debebitur, à tempore rei euictæ computandos. Excipitur, & alius casus, de his quæ approprimentis non cedunt, Art. 270. & 273. Nonobstantibus his si petantur, euictio peti etiam poterit.

Article CXLVIII.

Art. cxli. Novae Cons.

SI on vendicque ou autrement on met en debat [a] l'achepteur pour choses acheptees par execution, l'achepteur [b] sans autre plaict, doit auoir recours de garentie [c] à l'encontre de son vendeur, & le vendeur qui est [d] le creancier à l'encontre du debteur, qui sont tenus de garentir, c'est à sçauoir [e] le vendeur l'achepteur, & le debteur le vendeur.

SI vendicatur aut alio modo interturbatus sit emptor [a] ob res ab eo emptas per executionem [b], sine vlla exceptione debet habere regressum [c] contra venditorem; & venditor qui est [d] creditor erga debitorem qui tenentur præstare euictionem scilicet [e] venditor emptori, & debitor venditori.

Glossa I.

1 *Hic artic. iuri Romano repugnans.*

1 Hæc Consuetudo directò iuri Romano repugnat, nec multum secum ipsa conuenit, cùm contra statuatur Art. 242. nisi quod ille Articulus μιαρῶς, intelligitur ex alio qui est 236. Contra ius Romanum rubr. & l. 1. Cod. credit. euict. pigno. non deber. l. si pignora. D. de euiction. l. si ob causam, vbi Bartol. & Bald. C. de euictiõn. l. eleganter. D. de pig. act. l. libera. C. de sent. l. profectitia. D. de iur. dot. l. 1. C. si in cau. iud. l. 1. §. hæc verba. vbi Bart. & Alber. D. ne vis fiat. & cap. quoniã frequenter. §. fin. ext. vt lit. non contest. Quia hoc loco factum Iudicis, factum partis esse videtur, & quos fusè Tiraq. in retra. §. 1. glo. 14. nu. 13. Ciuili de causa eius quod ab executore testamenti distractum sit, euictio debetur ab hærede, quod ait practica Ferrariens. verb. executores in forma libelli pro redd. rat. tut.

[a] *L'acheteur.*] Ex auctione, siue vendente Apparitore, siue Iudice.

[b] *Sans autre plaict.*] Post denunciationem litis, sed sine vlla exceptione.

[c] *A l'encontre de son vendeur.*] id est contra creditorem, B quo persequente res distracta est, vt Art. 236. Melior iuris dispositio quæ hunc circuitum & gradationem præcidit.

Glossa 2.

1 *Iure Romano creditor præstat tãtum, quod sibi debetur.*

2 *Venditor hoc art. intelligitur, cui soluta est pecunia ex re redacta.*

[d] *Le creancier.*] Iure ciuili hoc tantùm præstare creditor debet re distracta sibi deberi. l. cùm contra. C. si vend. pig. aga. nisi ipse fraudem participauerit. Et si in quibusdam prouinciis Galliæ nulla euictio debetur de eo C quod sic venditum est, vt in Aruernis, tit. *des executions*, Art. 38. ex eadem ratione quæ in nostris approprimentis obtinet, propter edicta scilicet. 1

[e] *Le vendeur.*] Sed quem hîc venditorem accipimus, an eum quo prosequente res auctioni subiecta est, an eum cui pecunia redacta cessit: Nam sæpè accidit, vt is qui prosequens est, in partitione pecuniæ nullam partem capiat, præter auctionum impensas, vt quia anteriores creditores totam absumant, nec quidquam supersit prosequenti; hîc ego puto iniquum esse talem creditorem, cui nil est solutum, de euictione conueniri, sed eos potius, quibus pecunia redacta ex re vendita, soluta est. 2

Article CXLIX.

Entre [a] coheritiers [b] y a garentage des choses, qui sont tombees en partage. Et si aucun des coheritiers est euincé de son partage, ou de partie d'iceluy [c] sans sa coulpe, ou son faict, ses coheritiers sont [d] tenus le recompenser, & desdommager chacun pour sa quote & portion. Art. CXLII Novae Cons.

Inter [a] cohæredes [b] est locus euictioni mutuæ de rebus diuisis, & si aliquis cohæredum euincatur pro sua portione, aut pro parte portionis [c] sine sua culpa, aut sine suo facto, ipsius cohæredes [d] tenentur indemnitatem ei præstare, vnusquisque [e] pro sua quota & portione.

Glossa 1.

1 *Euictio præstanda de natura diuisionis inter cohæredes.*
2 *Non debetur Euictio certis casibus & c.*
3 *Debetur Euictio in diuisione à patre facta, contra ius Rom.*

1 Cauerat etiam hac de re vetus iurisprudentia in eandem sententiam, nec sine causa, cùm omnis diuisio contineat alienationem ex causa onerosa, quatenus quidem cohæredes respicit, etiam si lucratiua dicatur, quo ad eum cui succeditur. l. si familiæ. C. famil. ercisc. l. si fratres. com. vtriusq. iud. l. si cùm hæreditas. §. vlt. D. de act. empt. siue de euictione expressa sit cautio in diuisione, siue omissa, ex natura scilicet actus ad quem finem dant actionem præscriptis verbis. gl. d. l. si familiæ. & l. si cogitatione eod. tit. & hoc nisi scienter vnus cohæredum rem alienam in portionem suam accipiat, aut restitutioni subiectam. d. l. si familiæ. Quod
2 in feudo fœminæ respondere solent, aut emphiteosi, quæ post certas generationes, ex lege redire debet ad dominum dantem: Nam si rem tali conditioni subiectam cohæres acceperit, euictio ei non præstabitur, vt decidunt. d. l. si familiæ. Idem esse, si rem cuius incapaces sunt cohæredes partiantur scienter, vt si ignobiles feudum nobile, tum enim euictio non debebitur. Quod ego quidem admitto, quoad interesse, alia pericula cautionis, sed pretium & ipsius valorẽ restituendum puto, qualis fuit partitionis tẽpore. per l. emptorem. §. fin. D. de act. empt. & quæ diximus in rubrica supra, tum quia æqualis culpa & scientia est dantis & accipientis, quo casu debetur pretium. l. tenetur. §. vlt. D. de act. empt. etiam si sciens ab sciente acceperit.
3 Quod verò negant euictionem deberi, cùm diuisio à A patre facta est, ex l. cùm pater. §. codicillis. D. de lega. 2. d. l. si cogitatione, specialem de iure Romano rationem habet in prælegato vni ex liberis, quod Consuetudo nostra nõ admittit, cùm hæc diuisio in vita facta, nil aliud sit, quàm prærogatio futuræ hæreditatis pro eo modo, qui ad quemque venturus est, quod late diximus in approprimentis, in loco, de dimissione. Sed iuris Romani alia intentio est, de qua Bart. Alex. Ias. cæteri. l. qui Romæ. §. duo fratres. D. de verb. oblig. & ibi Alciat.

Glossa 2.

B 1 *In communi diuidundo Euictio præstanda.*
2 *Constituitur reditus, si moueri portiones esset incommodum.*

[a] *Entre coheritiers.*] Addi debuit *& autres consorts en chose commune*, de quo Baldus, nescio quid argutatur. d. l. si familiæ quod non facile est intellectu, nec Salycetus disfitetur, ego simili ratione in toto communi deberi euictionem puto partis alterius euictæ. 1

[b] *Y a garentage.*] *Reciproque.*

[c] *Sans sa coulpe.*] Qui casus euictionem excludit. l. si seruum. D. de euict. l. si per imprudentiã. eod. tit. §. si quis locum. l. tenetur. §. si tibi. vbi Bart. D. de act. empt.

[d] *Tenus le recompenser.*] de iuris rigore *par heritage*, hoc 2
C est de corporibus eiusdem hæreditatis, nisi cùm portiones moueri sine magno incommodo non possunt, quo casu reditus constituitur alteri ab altero pro ea portione quæ petenti abest de æqualitate, de qua nos in partagiis, quæst. 39. & infra, Art. 264.

[e] *Pour sa quotité.*] Quod scilicet deest ad æqualitatem reficitur de collatione eorum, qui plus habent, quod in effectu est, æqualitates diuidere illud plus quod alij habent de quo d. l. si familiæ.

Article CL.

Quand [a] le plege [b] ou fideiusseur a requis [c] terme d'amener son garent, & ne l'amene à l'assignation qui luy est baillee, [d] il ne pourra plus demander garent, & sera tenu [e] defendre en la cause de luy-mesme & de son chef: mais s'il amene garent [f] qui prenne le procés, iceluy fideiusseur ne sera plus tenu de proceder en la cause principale, ains sursoira [g] iusques à sentence donnee contre le garent. Art. CXLIII Novae Cons.

[a] Quando sponsor [b] aut fideiussor requisiuit [c] dilationem sibi dari ad adducendum auctorem seu reum principalem, & non adduxit ad diem constitutum ei datum [d] nulla alia dilatio dabitur, [e] & tenebitur defendere in causa ex persona sua: Sed si authorem seu reum principalem adducat [f] qui litem suscipiat, ille fideiussor non amplius tenebitur procedere in causa principali, sed super sedebit vsque ad sententiam contra authorem seu reum principalem datam.

GLOSSA I.

1 *Art. inepte conceptus.*
2 *Hic art. contrarius art. 207. & nu. 3.*

1 [a] *Quand le plege.*] Multa hîc ineptè concipiuntur. Primùm quod inter reum principalem & fideiussorem auctoris & garendi mentionem infert, deinde quod garendum hoc est reum principalem, admittit in terminis garendi ad suscipiendam litem cum fideiussore institutam, cùm iure & ratione agentibus certum sit, in materia & actione personali garendum locum habere non posse; cùm ex facto & obligatione propria personæ conuentæ agatur, cuiusmodi est persona fideiussoris, qui ex facto suo & promissione conuenitur, & de facto conueniri potest, etsi beneficium exceptionis habeat ordine de nouissimo authenticorum iure introductum. Non potest igitur garendum locum habere, nec rectè dicitur garendum suscipere litem cum fideiussore institutam, non suscipit, nec enim lis intelligitur instituta cum fideiussore, quam potiùs declinat quam sustinet, nec translatiuè, aut transmissiuè lis transfertur, sed declinatur à persona, etsi in alium recidat non translata, sed alia. Adde quod
2 hæc ipsa Consuetudo Art. 207. obligationem propriam & specificam nectit diuersam à principali, vt soluat, aut solui faciat; Et solutionis quidem petitio ordinis beneficium potest admittere ex authen. de fideiuss. Solui facere non potest: sed in ea ipse fideiussor principalis est, & de suo facto conuenitur, ideóque garendum in eo non cadit, sed directè conuenitur fideiussor, quam illius Articuli 207. dispositio cum hac congruere nequit. Adde quod hic admittit fideiussorem agentem aduersus reum principalem prǽmaturè, antequam soluerit ipse contra l. si pro ea C. mandati.

[b] *Ou fideiusseur.*] Vas, præs, expromissor, fideiussor, & qui pro alio obligationem suscipit.

3 [c] *Terme d'amener son garent.*] Sed hoc quomodo congruere potest cum Articulo. 207. cùm ipse è suo capite teneatur solui facere, nisi soluat hæc repugnant, cùm obligatio facere soluere garendum non admittat: sed tota incumbat personæ, fideiussor ex Consuetudinaria dispositione, quam principalis non potest suscipere in se, cum magis, nec in plus obligari possit quam ipse est obligatus.

[d] *Il ne pourra plus demander garent.*] Quod generale est

A in omni garendo, ne pro eo plus vna dilatione detur Ordin. anni 1539. Art. 18. & Caroli VII. *des premieres* Art. 41. Styl. Paris. Parlam. tit. de garendo Masuer. tit. de dilation. §. item pro garendo.

GLOSSA 2.

1 *De solui faciendo nullam exceptionem opponit fideiussor.*
2 *De exceptionib. rei principalis.*

[e] *Defendre en la cause de luy-mesme & de son chef.*] Si forte quas habeat exceptiones ex persona sua, vel
B principalis rei quas potest, ex æquo opponere: sed etsi nullas tales habet ad solutionem potest opponere beneficium ordinis & discussionis: Sed ad alterum caput fideiussoriæ obligationis à statuto inductæ, quod est de solui faciendo non potest vllam opponere, quia talis obligatio à persona eius non abscedit, sed potest, si lubet, tempus petere ad denunciandam solutionem reo principali, de cuius substãtia potest soluere, & bona eius capere Iudicis permissu, & distrahere, & vt forum loquitur, exploictare; pro qua sententia textum singularem putant. l. si fideiussor. §. si ignorantes. D. mand. Quod & Iacob. de Sancto Georg. notauit l. venditor. D. de iudic. Sed & idem 1
C putant, cùm fideiussor est obligatus sub garentigia, quod ferè fieri solet; cùm enim in promptu est, vt fideiussor soluere cogatur, atque ideo reum principalem possit compellere de suo potius soluere, quod Baldus notat d. l. si pro ea quæst. 4. Bald. & Cyn. l. certum. C. fam. ercis. & Bart. l. fideiussor pro venditore. D. de fideiuss. Hyppol. Marsil. in Rubr. de fideiuss.

Deinde denuntiatio non fit fideiussori cum principalis conuenitur vide Decium Consil. 74.

[f] *Qui prenne le procés.*] Hoc intelligitur in casu, quo 2 reus principalis exceptiones habeat, solutionis puta, indebiti, compensationis, aut alias, quo casu si litem suscipit, æquum est litem cum fideiussore interim sustineri:
D Sed si nihil habet, quod possit opponere, aut de exceptione non constet in promptu, & instrumentum sit authenticum, aut prouisionalis adiudicatio, tum fideiussori incumbit, vt solui curet, vel de substantia principalis soluet, vt ante dictum est: & hoc casu principalis litem suscipiendo nil agit.

[g] *Jusques à la sentence.*] In casu litis & negationis debiti, aut controuersi.

ARTICLE CLI.

ARTIC. CXLIIII. NOVAE CONS.

ET [a] s'il aduenoit, que le garend condamné, [b] ne se trouuast soluable [c] la sentence doit estre executee [d] alencontre du plege ou fideiusseur, sauf son recours alencontre d'iceluy qui l'a pris à garentir.

ET [a] si accideret, quod author seu reus principalis condemnatus [b] soluendo non esset, [c] Sententiæ executio fieri debet [d] contra sponsorem aut fideiussorem, iure actionis subsidiariæ saluo, contra reum principalem.

GLOSSA I.

1 *Obligatio de solui faciendo est inseparabilis à fideiussore.*
2 *Quando fit executio aduersus reum, fideiussorem, aut garendum.*

1 [a] *Et s'il aduenoit.*] Id est reus principalis.

E [b] *Ne se trouuast soluable.*] Imò etsi soluendo sit, obligatio de solui faciendo manet in persona fideiussoris inseparabilis sed præcisè solutionis necessitas non item, ex qua fideiussor conuenitur, etiam nulla præsupposita discussione ex illo Art. 207.

[c] *La sentence doit estre executee.*] Hic præsupponendum

dum rem, de qua agitur; eſſe in manu rei principalis, quo caſu aduerſus eum fit executio, & item ſi debitum eſt perſonale & principalis ſoluendo, ſi non eſt diſcuſſione facta aduerſus fideiuſſorem agi poteſt. In cæteris garendis tam aduerſus principalem quam laudatorem fit executio, in re de qua iudicatum eſt, de qua latè Ioan. Fab. §. vlt. Inſtit. de ſatiſd. Iacob. d. l. venditor. & alij l. 1. C. vbi in rem actio. Boër. deciſ. 75.

Glossa 2.

1 *Fideiuſſor non debet expenſas litis cum principali actæ.*

d *Alencontre du plege.*] Imò & ſine diſcuſſione tenetur ex capite ſolui facere ex d. Art. 207. Diximus ante. Sed hoc ipſum intelligendum eſt de debito principali: nam damnorum & expenſarum diſſimilis cauſa eſt, & damna quidem, & intereſſe à fideiuſſoribus non debentur, niſi ſpecialiter ſe ad hos obligauerint, quod nos diximus d. Art. 207. Sed de expenſis litis cum principali actæ eo exiſtente non ſoluendo dubitatum eſt:

A quia ſi principalis reus ſoluendo eſſet, non dubium eſſet ab eo petendas, nec executionem fieri poſſe aduerſus fideiuſſores cùm de eo extet Ordinato Franciſci. I. Art. 20. anni 1539. Altero caſu, cùm ſoluendo non eſt, nego ab fideiuſſore, aut eo qui authorem appellauit, exigi, aut peti poſſe. Nam cùm expenſæ ex quaſi contractu debeantur, cùm in iudiciis quaſi contrahatur, aut ex quaſi delicto propter temerariam litẽ, neutro caſu eas peti à laudatore ratio patitur, cùm nihil ipſe, aut contraxerit, aut deliquerit, cùm lis cum

B eo non ſit agitata: Adde quod totum negotium principale garendum reſpicit, cùm eius aut damno aut vtilitate res ſtet, aut pereat, nec quidquam ſit, quo conuento laudatori imputari poſſit, qui nec ipſe cauſa eſt expenſarum, & ſine culpa eſt, qui commerciis licitis, & iure omnibus cõmuni vſus eſt, palam & ſine fraude: huius ſententiæ etiam exempla memorant Areſtologi, & Imbertus ſibi compertum ſcribit lib. j. Inſtit. for. cap. 20. nec aliter cenſuiſſe Boër. deciſ. 75. probandum eſt. Ergo ſi quid perit, damno potius agentis ſit, quam innoxij emptoris.

Article CLII.

I aucun eſt [a] trouué ſaiſi de choſe [b] mal priſe, ou emblee, [c] il [d] & ladite choſe peuuent eſtre arreſtez. Et ſi celuy, qui eſt arreſté, [e] clame garend, neantmoins il demeurera arreſté, iuſques à ce qu'il amene garend: Et [f] s'il amene garend, ſera eſlargi par tout, & [g] abſous du delict & mesfaict dont il eſtoit accuſé: & ledit garend [h] ſara arreſté, iuſques à ce qu'il ſoit cogneu à qui appartient ladite choſe: Et s'il ſe trouue coulpable, [i] ſera puni ſelon l'exigence du cas: Et ſi le garend [k] veut clamer autre garend, & le ſecond autre garend & conſequemment ſelon que ladite choſe auroit paſſé par diuerſes mains, faire le pourront, & ſera procedé entr'eux par la forme que deſſus. Artic. CXLV. Novae Cons.

SI [a] apud aliquem res per furtum [b] aut rapinam, aut per vim ablata concipiatur [c] ille [d] & res furtiua poſſunt præhendi: Et ſi is qui præhẽditur [e] laudet auctorem, nihilominus deprehenſus manebit donec auctorem adducat: Et [f] ſi adducat auctorem dimittetur, & [g] liberabitur noxâ quâ accuſatus fuerat, & dictus auctor [h] præhendetur, donec notũ ſit, cuius dicta res ſit, & ſi inueniatur eſſe in noxa, [i] pro modo admiſſi pœnæ ſubiicietur: Et ſi auctor [k] velit laudare alium auctorem ſeu garendum, & ſecũdus alium auctorem, & deinceps vt dicta res per plures manus ambulauerit, facere poterunt, & procedetur inter eos ad formã ſupra ſcriptam.

Glossa 1.

1 *Hic art. deſcriptus ex l. ciuile & l. inciuilem l. de furt.*
2 *Præſumptio tantum formarum monetalium repertarum &c.*
3 *Eluitur iſta præſumptio &c.*

1 Hic Articulus cùm ſit iuris Romani penè inutiliter membranas occupat, & repetitur otioſè Art. 187. & 198. Præmitti oportet Articulum 198. qui & ipſe ex legibus ciuilibus diſcriptus eſt l. Ciuile & l. inciuilem. C. de furt. quo neceſſitas imponitur emptori venditoris ſui exhibendi, quia à tranſeunte & ignoto emere non conueniat, qui aliter facit, non euitat alienam à bono viro ſuſpicionem. Itaque is apud quem res furtiua deprehenditur, tenetur ex veteris iuris formula

C actione furti concepti, quam Alciat. lib. parerg. 5. cap. 8. deſcribit: hæc ſeu legalis præſumptio inducitur, & ſuſtinetur à lege, quam Bart. tractat. l. vlt. col. penult. D. de quæſt. Ang. l. ancillę. C. de furt. Angel. in malefic. verb. fama publica. verſi. quęro an vnum iudicium per d. l. inciuilem. C. de furt. Pari ratione, & is apud quem formæ monetales & typi reperiuntur, grauatur ſuſpicione adulteratæ monetæ, quod Roman. notat. ſing. 323. ex ſententia Archidiaconi, & quos latè Hyppolit. Marſil. congerit. l. qui falſam. num. 116. D. de falſ. Item is apud quem falſa reſcripta reperiuntur. l. maiorem C. de falſ. aut is apud quem libri Mathematici, aut hæreſis, aut improbatæ lectionis, aut aleator apud quem tali & teſſeræ. Alioqui quis à vulpe inquirit, qui aues in ſpecum ingeſſerit, cum inſperſæ alitum plumis reperiuntur: Sed tamen hæc præſumptio eſt non probatio ad delicti conuictionem, nec iure aut verè ea

tali præsumptione damnatus est Palamedes Vlyssis fraude, nec Beniamin reperto poculo in sacco, nec raro vsu compertum magnas ex ea præsumptione structas insontibus insidias, & monetæ typos suppositos & oblatos inquirentibus Magistratibus. Nec Bart. amplius quam indicium facere cum putat d. l.
3 vlt. & Angel. vbi supra. Quare eluitur exhibitione auctoris d. l. ciuile. d. l. maiorum. Bart. d. l.vlt. textus hic & d. Art. 187.& 198. Item qualitate & dignitate personæ quod Bald. & Imol. notant. l. vlt. D. de hæred. instit. Salyc. l. vlt. C. de quæstion. Hyppol. vbi supra. Additur & ex moribus excusatio alia, cùm scilicet quis in mercatu emit, ex d. Art. 198. hæc enim fortior præsumptio aliam vincit, quod scilicet in loco publico furtum factum non sit, & palam & publicè res sine cogitatione fraudis comparata, & si quidem à rei restitutione non excuset, si aliena probatur. Sed & consensus Domini excludit delictum d. Art.187.

[a] *Trouué saisi.*] Siue habeat ipse, siue in domo eius reperiatur, siue abiecisse probetur, quod sæpè βαλαντιοτόμοι crumenarum scissores faciunt.

[b] *Mal prise.*] Quocunque modo furto vel rapina, vi vel fraude.

GLOSSA 2.

1 *Res mobilis personam sequitur.*

1 [c] *Il.*] Id est ille ipse apud quem res depræhenditur, Si tamen controuersiam de re faciat, deprehensus ad examinationem ciuilem, atque adeò ad domicilij sui Iudicem remittendus est ex l.vlt. D. de abig. prouisione interim adiudicata ipsi detentori ex cautione de re repræsentanda testibus eodem statu & restituenda ex Art.125. vbi diximus. Nec nos moueri oportet opinationibus Doctorum, l. fin. C. vbi in rem actio super loco conueniendi ex causa situs rei: nam cùm de re mobili agatur, res mobilis situm habere non dicitur, sed personam sequitur talis actio, etiam si vendicetur, quod alibi demonstrauimus, vno casu excepto, si factum illo ipso loco factum dicatur, vbi agitur, quo casu ibi reum defendi oportet etiam clericum vt Art.3. supra tit.1.

[d] *Et ladite chose.*] Sed tamen prouisionaliter reo permittenda data cautione, nisi quidem in promptu dominij probatio offertur, diximus Art.125.

[e] *Clame garent.*] Potest & ipse litem sustinere & excipere, si aut auctorem ignotum habeat aut nullum.

[f] *S'il amene garent sera eslargi.*] Nam auctor Vicarius est totius periculi, vbi litem exceperit in sese, nisi etiam conscientia rei arguatur.

[g] *Absous.*] Quod toties fit, cùm probatur rei innocentia, non ex defectu probationum, quo casu iudicio dimitti consueuit: sed tamen omnimodo res aliena probata restituenda erit.

[h] *Sera arresté.*] subit enim ipse idem periculum & noxæ eidem substituitur quo fures.

[i] *Sera puny.*] Pro modo admissi vt fur.

[k] *Veut clamer autre garent.*] Quem alibi *contregarent*, vocant, de quo Ordinario Regis Francisci. I. Art. 20. & vulgò scriptores pragmatici potest enim accidere, vt res per plures manus ambulauerit, Imbert. lib.j. cap.20.

ARTICLE CLIII.

ART.CXLVI. NOVAE CONS.

POVRCE que le [a] fymport a esté du tout tollu, & aboly, [b] vn defendeur pourra appeler [c] tous ceux, que bon luy semblera, [d] pour voir & assister à la cause en toutes actions, tant [e] ciuiles que criminelles, & leur pourra faire [f] telles interpellations & sommations qu'il verra estre requises & necessaires : [g] Et s'ils n'y viennent, ou qu'ils defendent ausdictes sommations, seront forclos de toutes leurs actions vers ledit defendeur, toutesfois [h] pendant la principale instance, [i] ceux qui sont appelez, [k] se pourront ioindre au procés, [l] en l'estat qu'il sera, pour deduire leur interest, & sur iceluy proceder comme de raison, [m] nonobstant le defaut pris contr'eux, par faute de venir ou defendre.

QVia [a] fymportus siue ad eandem litem consortis vocatio sublata fuit, [b] vnus reus poterit in ius vocare [c] omnes quos ei expedierit vocare, [d] vt iudicio se sistant in omnibus actionibus tam [e] ciuilibus quam criminalibus, & poterit eis facere [f] tales interpellationes & denuntiationes, quas necessarias esse existimabit [g] & si non continuò se stiterint, aut exceptiones non dent dictis interpellationibus præscriptione temporis excludentur, omnibus suis actionibus erga dictum reum. Attamen [h] pendente principali instantia, [i] hi qui in iudicio vocantur, [k] poterunt ad causam seu litem se subscribere, [l] in eodem statu quo erit lis, ad proponendum suum interesse, & super eo procedere vt æquum videbitur, [m] nonobstante contumacia contra eos pronunciata eo quod iudicio non stiterint.

GLOSSA 1.

1 Fymport *quid sit & quomodo fiebat, & nu.2.*
3 *Lis mota denuncianda à reo non ab actore.*
4 *Quomodo interpellatio facienda.*

[a] *Fymport.*] Vox obsoleta iuris antiqui, quo quidem 1
actor tenebatur omnes omnino eiusdé actionis participes,

cipes, aut quorum intereſſe poterat in iudicio ſecum ſiſtere, alioqui iudicium reus recuſabat quandiu vnus aliquis ſupererat vſitata formula cùm vnus quidem ex hæredibus cuiusquam actionem intendebat, & alij cohæredes eius, aut eo quidem gradu quo ſuccedere poſſet, extare dicebantur, reus negabat ſe iudicium excipere debere, ne à pluribus diuerſis temporibus conueniretur ea actione, quæ olim cum vno aliquo contracta eſſet. Cuius iuris etiam Imperatoria Conſtitutio meminit. l. 1. C. de conſortib. eiuſ. lit. & antiquauit, vt quidem antiquari expediebat propter reorum effugia, ne æternùm lites propagantur, eſtque neceſſitas euocandorum participum impoſita reis, ſi ſua putauerint intereſſe.

2 [b] *Un defendeur pourra appeler.*] Hîc non videntur Reformatores ex toto intellexiſſe, quod vetus voluerit ſimportus, non enim quod hîc innuit, ſimportus habuit locum, cùm reus conuentus metuerit ab aliquo tertio, à quo rem haberet, quo caſu locus eſt garendo formali, aut nominationi Domini ex l. 2. C. vbi in rem actio. quod ius immutatum non eſt, & etiam hodie valet, ſed cum actio non ſolida pro ſolido actori competebat, quin habebat conſortes, vt in hæreditatibus aut ſocietate, hoc caſu ne in plures inſtantias reus diſtraheretur, petebat omnes omnino, quorum actio eſſe poterat, euocari. quod innouatum eſt & conſtitutum ne per has cauſas, iudicium reus poſſet recuſare, cum talibus denunciare litem poſſit, ne ſi ſemel victus ſit, iterum litem ſubeat, quandoque veniente alio conſorte.

3 [c] *Tous ceux que bon luy ſemblera.*] Si forte vnus coheredum, aut qui in gradu ſunt ſuccedendi agit actione ſolida, & reus abſentem metuit, ne reſtituta re ab alio quandoque veniente pro alia parte conueniatur, denunciare illi debet litem motam, qui niſi veniat quandoque lata ſententia & re reſtituta amplius conueniri non poterit.

[d] *Pour voir aßiſter.*] Id eſt, *empeſcher l'action au demandeur pour ſa portion.*

[e] *Ciuiles que criminelles.*] Vt in caſu Articuli precedentis, & quos Angelus memorat, l. ſi ſuſpecta. D. de inoffic. teſtament.

4 [f] *Telles interpellations & ſommations.*] His verbis ſcilicet, Tibi Sempronio denunciat Caius ſibi litem eſſe motam à Titio de reſtitutione prædij Semproniani apud N. Iudicem, cuius rei nomine, quia tibi Sempronij actio eadem pro parte competit quæ Titio, ſcito vadimonium ad Calendas Martias eſſe dictum, vt ſi tua intereſſe putaueris, appareas iudicio, alioqui ſi quid ſecius accidat, profiteor me non teneri re reſtituta, ſi Titius iudicium ex animi ſententia abſtulerit.

[g] *Et s'ils ne viennent ne defendent.*] Hoc eſt, nulla actio his ſupererit de re reſtituenda aduerſus reum conuentum, ſi forte reſtituere ſententia rem transtulerit in alium: ſed tamen ſua illis iura & actiones ſaluæ erunt aduerſus victorem, qui nunc poſſidet.

[h] *Pendant la principale inſtance.*] Sed & in cauſa appellationis, cùm & garendus quoque formalis in ea admittatur, quod gloſ. & Bart. aiunt l. Herennius. §. cui. D. de euictione. Sed olim appellari poterat à ſententia contra poſſeſſorem lata l. à ſententia. D. de appel. Nunc via oppoſitionis ſuccurritur in quam mutatur interiecta appellatio ex vſu fori.

[i] *Ceux qui ſont appellez.*] Imo & ſponte etiam non vocati adiungere ſe liti poſſunt, modo eorum interſit quod Bald. notat & Angelus. l. ſi ſuſpecta. D. de inoffic. teſtament.

Argentr. in Conſ. Brit.

A

GLOSSA 2.

1 *Garendi formalis & adiuncti ad litem differentia & nu. 2.*
3 *Doctorum diſputationes in hos vſus non admittit.*
4 *Non cogendus actor vt adiunctum recipiat &c.*

[k] *Se pourront ioindre.*] Hæc differentia garendi formalis, vt vocant, & adiuncti ad litem, quod garendus litem cum vocante inſtitutam in ſe ſuſcipit, & transfert, vocante manente *en pos*, itavt inſtructio litis, labor, & impenſæ omnes in cura ſunt garendi: adiunctus alienæ liti aduenit vt ſocius & vmbra, quia non perſona per ſe eſt, ſed adiunctiua Bald. auth. hodie in fin. princ. C. de appel. Sed de anteactis nil mutat & liti adiungit ſe eo ſtatu, in quo eam reperit, nec alia conditione admittitur, quod Innoc. Panorm. & cæteri notant. cap. cum ſuper. ext. de re iud. Bald. Ioan. Fab. l. principaliter. C. de liber. cauſ. Ang. l. ab executione. §. vlt. D. de appellat. & d. l. ſi ſuſpecta. D. de inof. teſtam. Itaque ſi poſt poſitiones concluſas venit, nihil ex eo tempore ponit, ſi poſt probationes, & inqueſtas publicatas aut dilationes lapſas nil probabit: denique præteritis vtetur nec de his quicquam per ſuperuenientiam ſuam mutabit cùm comes additus ſit alteri, non dux litis, quod Innoc. dixit. vbi ſupra Angel. Bart. l. ſi proluſorio. D. de appel. Ang. d. l. ſi ſuſpecta. Sin tempore aduenerit, vtetur præſentibus, ponet, probabit, & cætera ex more vſurpabit citra fraudem, confeſſionibus tamen rei principalis, ex quo adiunctus fuerit, non vrgebitur, diuerſa allegabit, non contraria, quod Bart. ſcribit ibidem Bald. d. authent. nunc ſi hæres. C. de litig. 1

B

C

Multa hîc præter vſum miſcent ſcholaſtici auctores, quos Chaſſanæus recenſet. §. 3. tit. *des rentes venduës à rachapt* & alij d. cap. cum ſuper, quæ tribunalia melius & certius conſtituere, & garendi leges cum adiunctis miſcent, cùm diuerſo iure & fine vtantur, nec quid cuique conueniat, magnopere dubitatur. Recipiendi tempora & fines diuerſi, quia garendus ferè ante litem conteſtatam vocandus eſt, cum ſcilicet defenſiones integræ ſunt, nec eſt vocantis facto aut errore aut præcipitatione præiudicatum allegationibus aut probationibus: Nec laborandum aliud quiddam videri iure conſtitutum, quod eſt à ſcholaſticis annotatum. l. ſi rem. D. de euiction. vicit enim vſus ab ratione inductus: Sed adiunctus omni litis parte admittitur, quia litem nec remoratur nec perturbat, quod Bart. tradit vbi ſupra, quia venit ad ſtatum litis, qualis eſt, etſi plerique callidè tranſuerſi incurrere ſolent, litis morandæ cauſa, quod non ſunt ſinendi facere, itavt forcluſiones denunciatæ reis principalibus obeſſe debeant adiunctis, nec aliæ dandæ ſunt dilationes ad producendum. Quod quidam magno errore admittunt. Nec admittendi adiuncti niſi ratio intereſſe deducti ſuadeat, de quo non eſt facienda ſeparatim inſtantia, aut incidens, etſi imperitè Doctores putant Angel. & Raphael. l. 1. D. de appel. & d. l. ſi ſuſpecta. Bald. l. fin. C. de ed. diui. Adrian. toll. Bart. d. l. ſi proluſorio: Sed ſufficit ex allegatione & poſitione facti apparere quod interſit eius, qui adiungi petit? Nam ſi non interſit rectè aduerſarius obſtat, quominus adiunctus admittatur, ſed pergi in lite cœpta poſtulat. Bart. l. ſi actor. D. de Procurat. ſaluis actionibus eius, qui adiungi petit, noua lite excipiendis etſi adiunctio ſæpius reo conuento prodeſt, ne noua ſubinde lite implicetur: ſed vt ſemel, defungi liceat vno iudicio duabus noxiis. Nec niſi 2

D

E

F

postulante & accersente reo conuento adiunctiones fieri contingit, vt in terminis huius textus, nec voluntariè admittuntur, quoniam nullo casu lis cum vno instituta alteri præiudicat, quominus quando velit experiri, possit, ex vsu & foro, & si simus se de eo & perplexæ disputationes de eo versantur à scholasticis
3 scriptoribus in l. sæpe. D. de re iud. Sed nihil talium vsus admittit, etiam si debitor, aut cuius principaliter interest de re sua agi non ignorauerit, quo casu in-
4 dubiè præiudicari putant, quod vsus repudiat. Ergo cùm adiungi cupienti nullum fiat præiudicium, in quo tota adiunctionis fundamentalis causa versatur, nullam probabilem aut necessariam causam habet ad cogendum actorem vt se recipiat adiunctum, cum saluæ sint ex integro actiones, nisi cum id reus conuentus petit, & inde sibi suppetias quærit, & eodem iudicio decidi postulat cum adiuncto forte indemnitatem motæ actionis debenti: hæc nullus scholasticus scriptor docuerit, fori sunt & pulueris diuturni. Sed quod nunc duobus adiunctis reum conuentum principalem posse condemnari ad rei restitutionem, etsi adiunctus vincat, veluti si quis decreto Iudicis in possessionem fundi missus sit, ex adiudicatione per decretum, atque is colonum in prædio repertum adegerit ad repromittendum de conseruanda possessione, ex qua promissione postea reus conueniat conductorem ex l. si quis conductionis, si is contra quem fa- A cta est adiudicatio, forte vincat ex appellatione, & se adiunget colono, putant colonum ad rei restitutionem condemnari, sed rem restituendam victori hæc sententia nec vsu, nec ratione valet, quia ratione adiuncti id habet colonus, quod à se non habet & defensiones ex vtriusque persona recipiendæ nemo negat. Quare hoc casu restituenda victori erit possessio sed conuentus principalis in expensis condemnabitur.

GLOSSA 3.

1 *Refusis expensis contumaciæ adiunctus admittitur &c.*

B [l] *En l'estat.*] Quod regulare est in omni adiunctione facta ad alienam litem, quæ in eodem statu persequenda non mutata sed adiuncta persona, vt supra diximus.

[m] *Nonobstant le defaut.*] Contumacia enim non excludit à iure, sed facit ne nisi refusis expensis adiunctus veniens admittatur ad litem: nam etsi defectus concessus super citatione concepta compareat, si sua putauerit interesse, non sit præcisa, ideóque nec ad expensas obliget, tamen is qui hoc modo abfuit, postea veniens expensas debet; antequam admittatur, de quo Baldus l. si eo tempore. C. de remiss. pigno. 1

TITVLVS

TITVLVS OCTAVVS,

DE PROBATIONIBVS ET IVREIVRANDO.

TILTRE HVICTIEME.

Des Preuues & Sermens.

AD RVBRICAM.

Hic titulus penè ex toto inutilis est, & me auctore eradendus albo, præter Articulos admodum paucos, Cum talis argumenti tot extent Iurisconsultorum tractatus. Noti excursus scholasticorum scriptorum. l. admonēdi. D. de iureiur. item & in Rubr. C. eod. & Canon. c. quoniam contra falsam. ext. de probat. Super eas omnes copiosa collectio Hyppoliti Marsilij Rubr. de proba. vt penè lusus sit operam inserciisse Consuetudini crambe veluti repetita materiam toties recoctam, si nihil amplius aut melius diuersum statuitur à iure. Similis Consuet. Venetis, Vincentiæ, Papiæ, de qua Boër. decis. 95. & vt Albericus dicit in l. bonæ fidei. C. de iureiur. & Ferrariēsis practica tit. de form. iuram. quod defertur à parte parti.

ARTICLE CLIIII.

La PREVVE qui est faite par deux tesmoins[a] auec le serment[b] de la partie, est prouue[c] planiere,[d] fors pour prouuer exploit de Cour, où il conuient auoir[e] trois tesmoins. ARTIC. CXLVII. NOVAE CONS.

Probatio quæ fit per duos testes[a] cum iuramento[b] partis est probatio[c] plenaria seu sufficiens,[d] nisi cum necesse erit probare actum Curiæ, vbi conuenit habere[e] tres testes.

GLOSSA I.

1 *Aduersatur hic art. cap. 2. ex. de probat.*
2 *Est iuris positiui æstimatio probationis, &c.*
3 *Hic iuramentum venit tantum ad corroborationem probationis.*
4 *De petitio aut intentione non est hoc iusiurandum.*

1 [a] *Auec le serment.*] Si sua Pontificibus auctoritas staret, hæc Consuetudo non valeret, cum Alexandri tertij decretali epistola abrogetur c. 2. ext. de probat. damnata in specie etiam Consuetudine, quæ negat ad iustam duorum testium probationem sacramenti necessitatem adiungi oportere addita ratione, quia tum demum ad iuramenti probationem deueniri debeat, cum nulla alia extat, extante ea non esse reposcendum iuramentum. Hæc ratio cum omninò non placeret illius iuris Consultis Innoc. Bald. Card. Ioan. Andr. Host. Panor. Felin. & aliis multa sunt commenti, & alias ipsi reddiderunt decretalis placiti non meliores,

A quas refellere nō est magni operæpretij cum illa Constitutio nos non teneat, nec tantum in materia prophana inter laïcos licet Pontificibus, vt Consuetudines consensu populi, & Principum inductas, possint abrogare, si neque legi Dei nec bonis moribus repugnant, & vt illi loquuntur, peccati non sunt nutritiuæ, c. ex parte. ext. de Cons. Faciant illi in suo, quod libuerit, in alienis tantum non licet, hæc messis aliena est, & licentiam eorum multum hæc ætas compressit, fortasse interdum longius quam oportuerat. Quare de validitate Consuetudinis non est dubitandum, nec recipiēdæ scholasticorum hominum dubitationes qui fulgore eius potestatis perstricti, non intēderunt animum ad id quod non posset, cum omnia tribuissent, & posse putarēt imperitè. Inepta est ratio, quæ à lege diuina sumitur, quia dictum sit, In ore duorum vel trium stabit omne verbū: nam illi fatentur ista legalia veteris legis cum lege exoleuisse, nec his quemquam teneri non magis quam vt captis pullis matrem alitem sinat euolare, quod illa lege eadem erat constitutum,

& illud constitutũ de duobus testibus, etsi exemplum fortaisse ducit ab illo iure auctoritatem non ducit, sed à legibus ciuilibus, moribus, & Consuetudinibus & Principum Constitutionibus & gentium, in quorum arbitrio est augere, aut minuere numerum probationum, & plenas aut imminutas constituere cuique actui, quod Doctissimi quique Canonistæ fieri posse testantur, & vero fieri creberrimè & iure Ciuili & Canonico & moribus agnoscimus, & rationes interdum validissimæ dicũtur, cur fieri debeat vt hoc deprauato falsitatibus sæculo & infamibus testimoniis, quas metas illi omnes causas putant vrgendæ probationibus crebris exemplis compellentibus. Nam etiam illo iure crebri casus memorantur quibus probatio minuatur & vnius testis instar plurium, quos locos indicat Panormit. d. c.2. num.7. plerique cur augeatur, vt cùm in testamentis septem requiruntur, in quibusdam casibus quinque, quibusdam tres, quibusdam etiam plures. In Cardinale iudicando 72. aut 74. can. præsul. 2. quæst. 5. aut 27. quod cum dicunt & faciunt necessario fateantur non esse id ius diuinum, quod, homo cum libet, soluit, & causa offertur, augendi vel mi-
2 nuendi, & quam hominis arbitrium iudicat. Est igitur positiui iuris æstimatio & diiudicatio probationis qualis esse debeat, aut quæ sufficiat, aut minus idonea iudicari debeat. Vnde cùm de iuris Romani dispositione ad Consuetudinariam arguunt, perperam assumptioni negatæ innituntur & diuersis inferunt. Quod ius Romanum de duobus facit data quidem legalitate testium, iusta probatio est, iure Consuetudinario non plena, nisi sacramentum addideris. Nam quæ altera ratio est Pontificis, quod iuramento iudiciali tùm demum locus est, cùm alia probatio non est, id verum est, probata enim intentione iusta probatione inutilis est præstatio iuramenti in persona agentis, sed iusta probatio nõ est è Cõsuetudine duorum testimonium plena illo iure: Ideo rectè Pontifex ista ratione vtitur non plena Consuetudine, ideo cùm ratio congruere non potest cum hac dispositione, in illo abundat & superfluit, in hoc, pars est necessariæ probationis, cęteræ rationes frigent & sunt nihili quas
3 illi notant, d. cap.2. & cap.vlt. ext. de iureiur. Sed & addimus ad cõfirmationem huius dispositionis, quod hoc iuramentum, de quo hîc statuitur, non est huius generis, de quo in d. cap. fit mentio, id est, nec iudiciale nec decisorium, nec de veritate petitorum exigitur, sed id tantum continet, quod actor iura testes deposuisse veritatem, in eo quod de allegatis testificati sunt. Itaque id venit ad corroborationem testimoniorum de rei veritate, aut iustificatione intentionis principalis nihil pronunciat directò: est igitur diuersum ab eodem de quo. d. c.2. Pari ratione putauit Romanus d. l. admonendi ad finem, Consuetudinem non valere, per quam ad probationem actorum, etiam iuramentum vltra duos testes exigeretur.
4 [b] *De la partie.*] *qui iure que ses tesmoins ont deposé verité, en ce qu'ils ont deposé de ses faits.* Petitorum aut intentionis nil iurat, atque id vsus obseruat, etsi expressa non sit iuramenti concipiendi, ne quis idem iuramentum esse putet, de quo in dicto cap.2. ne hîc retractanda quæstio quam faciunt in l. admonendi. D. de iureiur. an scilicet intra tempus probationum peti hoc iuramentum debeat, quod de iuramento iudiciali dicunt ibidem latè Curt. qui alios enumerat, sed hoc quandocumque præstatur.

[c] *Planiere.*] Plenam & plenariam vulgò dicunt, cuius etiam gradus facit Baldus in d.Rubr. C. de probat.

GLOSSA 2.

1 *Exceptio art. expungenda.*
2 *Fallax probatio actuum deperditorum.*
3 *Acta testib. non probantur.*

[d] *Fors pour prouuer exploit de Cour.*] Hanc exceptionem 1
à regula in totum expungi expedit ratione & meliorum sententia agentibus: nam in tanta testium facilitate: cùm extent professæ operæ Actuarij & Notarij, nihil absurdius quam Magistratuum enunciata, sententias, & iudicata committi testium quorumlibet fidei, aut ignorãtiæ, nam cum ab iudicantibus nihil in forma iuris pronunciari soleat, ꝙ non & Notarius exci- 2
piat: & de natura actus sit scriptura, iniquum & plenum periculi est testes admittere, cùm melius, certius & cõstantius scriptura de gestis testetur, cũ etsi maximè improbitas absit, audientium imperitia & sensus alio atque alio dictata ab Iudice accipere soleant, quæ addito aut detracto verbo alia & diuersa euadãt, quod vetus quoque Consuetudo notarat, & sæpe deprehensum est, cùm testes in causa hæresis producti dicta ab concionante aliter atque aliter pro captu suo retulissent, quæ bene percepta culpa vacarẽt. Quare & crebris arrestis frequenter iudicatum, cum delegatus aut actuarius aliquis sibi adiunxisset actuarium ne cuiquã Notario de eo scripto testari, aut notis excipere liceret, quia non eadem esset scripturus. Quod si Notariis non licet, multominus licebit testibus. Quare & Or- 3
dina. Francis. I. 1535. quæ monitore patre meo edita est, omnino cautum, ne acta testibus probarẽtur, art. 54. & art.167. infra, ne contestatio super his reciperetur; sed veteris & vsitati tribunalibus nostris moris hoc vestigium est, quod Reformatores nõ perceperũt, cum acta quæque priora subinde posterioribus inniterentur, ac nisi ea scripto extarẽt; etiam testibus probare liceret, art. veteris 172. 157. & 159. *quand l'vne des parties disoit, qu'au dernier terme il auoit esté creé clain en l'adueu de partie aduerse, laquelle le nioit.* art.159. Iure quidem ciuili probari etiam testibus posse quidam putãt Host. Abb. Ant. Butr. cap. quoniam cõtra falsam ext. de probat. quam melius improbat Felyn. ibidem. Bar. & Bald. l. ne in arbitris. C. de Arbitr. Bald. l. litigatoribus, C. de appellat. Hipol. in d. Rubr. num.10.

Nec negandum tamen actis de perditis, perditione probata, de tenore quoque admitti probationẽ quod Butrius & Panorm. notant d.c. quoniam cõtra falsam Panor. d.c.2. & c. sicut. ext. de re iud. & cap. vlt. eod. tit. in 6. Hippolyt. Marsil. vbi sup. num.354.

GLOSSA 3.

1 *Quales testes in probanda amissione.*

[e] *Trois tesmoins.*] Si illa Alexandri Pontificis decretalis valeret, non obtineret hæc dispositio, quia augere aut minuere probationũ facultatem, ab eadem potestate pẽdet. d.c.2. non igitur magis vno teste augeri posset, quam iuramẽto: sed tamen hunc numerum, & in casibus quoq; ius ciuile recipit, vt in authen. de fid. instru. §. si quis igitur. colla.6. Item quinque. auth. sed nouo. C. si cert. petat. l. vlt. C. de dona. caus. mor. Quãdoque quindecim l. vnicuique. C. de prox. sacr. scri. Sed & lit- 1
terarum peritos esse oportet, & forẽsium disceptationum nõ ignaros, in quos talium cognitio potuerit cadere, & qui audire & referre potuerint, vetus nobiles omnes exigebat *ou Bourgeois de vieille ancesserie, qui pour demeurer aux villes vray semblablement sçauent les Coustumes: Elle excluoit les femmes, les vilains.* Sed Reformatores puduit scripti, ratio tamen dicti retinenda est.

Article CLV.

Cevx [a] qui portent estat de Noblesse, [b] & se gouuernent comme Nobles, [c] sont presumez Nobles, [d] iusques à ce que le contraire soit verifié.

Omissus articulus, pro quo videndi art. 541 & 677. N. C.

[a] *Hi in quibus status aut dignitas Nobilitatis reperitur,* [b] *& Nobiliter viuunt,* [c] *præsumuntur esse Nobiles,* [d] *donec contrarium probetur.*

Glossa I.

1 *Nobilitatis notæ quædam indifferentes.*
2 *Notæ nobilitatis valde spectandæ.*
3 *Testibus nulla probatio nobilitatis.*

[a] *Ceux qui portent estat.*] Hic Articulus præ se fert iuris Romani imitationem, cum ex possessione præsumptionem inducit status, vt qua quisque in possessione status, aut dignitatis reperiatur, talis esse præsumatur. Sed difficile est possessionem deprehendere ex 1 notis, difficilis agnitio discriminis: nam vestiri, canes alere, & equos, titulos præferre, insignia gẽtilitia vendicare, & vero architectari si nulla sint, potare, gloriari, peierare quæ nobilium olim putabantur vitia propria, hoc miserando sæculo migrauêre etiam ad plebeios, prout opibus, aut insolentia increuerit. Quæ nobilitati valde conueniunt nunc promiscuè vsurpantur. Dolendum magis ipsas liberales artes ab ignobilibus crebrius atque adeo magis eximiè quã ab nostro ordine cultas. Iudicandi quoque munus olim nobilitatis proprium in nostra Britannia plebei insedêre. Vnde igitur discrimen planè difficile est diiudicare: Sunt enim omnes actus ordinis vtriusque penè ἀδιάφοροι vt hominum natura eadem conditione genito-2 rum, & opinione duntaxat distinctorum. Si quæ igitur nota ita nobili conuenit, ita vt non alteri, hoc erit præcipua & valde spectanda dignatio. Talis erit, quæ ab ercifcundis familiis sumitur, cùm scilicet planè separata sit conditio vt nobilem familiam partitum esse, magnum argumentum nobilitatis, si modo bona fide & verè diuisio talis fuit, non velata simulato, aut mentito consensu, maxima, si causa cognita & palam & serio collatis signis indicatum est, nec alter alteri pepercit dissimulatione veri. Tale indicium si maiores ostendentur dignitatibus præditi, æquitatibus, balthei, & hoc præ se fuerunt antiquæ tabulæ. Nam feraci talium seculo, tales nunc haberi, qui istos titulos ambiunt, quos misera huius seculi cõditio etiam ad equisones detulit, vix ferre possim. Maiores in obsequiis Principum hominum fuisse loco celebri, magnum indicium: Ducatuum, Comitatuum tituli, & Baronum, & Marchinorum non possunt nõ tribuere nobilitatis agnitionem, cùm à Principe tribuuntur, quod ipso quoque feudorum iure cõstitutum. Castellanorum & inferiorum etiam è propudio nudiustertius elati nunc vsurpant. Solo igitur tribuatur, quãdo ita liber Principibus inerti prece exoratis hominibus quidem ego tam parum cõcesserim, quam Simiæ purpuram indutæ, vt pro Rege habeatur, ex Æsopi apologo, qui semper Simia est. Nam quis talia hoc seculo non impetrauit, si ambire voluit, quis ab iudicantibus non obtinuit, vt ea probarẽt, qui & ipsi eadem ambitione peruersi alteri non possent impingere, quod idem delinquissent ipsi. Cum de nobilitate probanda quæritur, etsi quiddam famæ tribuunt scholastici auctores, ego penè nihil detulerim, & re cõpertum famam vbique

Hodie non nobilitant. art. 258. Edicti Blesensis.

A mendacissimum testem esse, & si fama non verè est, de qua vulgò testes mẽdacissimè deponunt. Magistratus gessisse per se nobilitatẽ non tribuit, quod veteres Regum Ordinationes cauent, nisi si quibus priuilegio est tributum: fœminas nobiles duxisse vxores, in notis est nobilitatis. Sed quid non inopia aut amor cogit facere sexum, vbi semel ad inopiam delabi cœpit, aut amor persuasit nõ meliora, quæ & Myrrha apud Ouidium: Neque enim de maritãdis ordinibus vllæ leges supersunt. Certum iudicium si in Commẽtaria reformationum, quæ in archiuis publicis extãt, cuiusque nomen relatum sit: probant enim talia affirmatiuè, etsi negatiuè non item, vt clericorum nomina in actis Episcoporum, militum in numeros. Antiquitas certè & aui numerati cùm titulis magnum habent momẽtum, nec B aliud penè nobilitas quam antiquitas gẽtis benè testata. Harum notarum qui multas habent nobiles, qui plurimas nobilissimi sunt putandi. Sed ἀδιάφοροι dubia & incerta probatio, nec magni facienda testibus fides penè nulla, cum affirmatiuè deponit, quis enim vel è populi fece testes non reperit. Denique si vnquã aliàs nunc magna & flagitiosa furta fieri nobilitatis certum est, Magistratibus dissimulantibus, & inuidiam vsurpati tituli auersantibus. Cæteras, si quæ sunt notæ è Tiraquelli libro licet petere: Sed hæ in vsu. 3

Portent estat.] Sericum, & quæ illustrium virorum olim erant discrimina, & matronarum in habitu: nam Magistratuum vestitus honoris sunt non hominum Lunati calcei, purpura, ensis.

C

Glossa 2.

1 *In nobili mercaturam exercente dormit eius nobilitas.*
2 *Nobilitas est qualitas adgnata & accidens, &c.*
3 *Specifica præsumptio ex possessione nobilitatis.*

[b] *Et se gouuernent comme Nobles.*] Excludit mercaturam exercentes, de quibus Tiraquellus in lib. de Nobilitat. cap. 33. & alias viles artes cap. 27. & monachos cap. 26. & alios de quibus ibidem. Ita tamen vt interim suspẽsa non sepulta nobilitas reuiuiscere possit, si talibus nobilis genere destiterit, & priorem gradẽ resumpserit: neque enim prohibetur, & perquam frequenter nostri faciunt, qui præsertim maritima accolũt, commodis mercaturę inuitati, de quibus Ordina. Ducum, D cuius descriptum infra artic. 716. quod Veneti & Genuenses faciunt l. 1. C. negot. ne milit. 1

Art. 561. N. C.

[c] *Sont presumez Nobles.*] Multa scholastici Doctores sunt commenti de qualitatibus tam rerum quam personarum præsumẽdis, vel non, in l. si prius. D. de oper. no. nunc. cum origini rei consentiunt vel non cõsentiunt, hoc est, cùm insunt & innascuntur vel natis agnascuntur. aut accidunt subiecto, quod nos in partagiis nostris sumus executi, quæst. 23. Inter agnatas & accidentes volunt esse nobilitatem; nam etsi cuidam hominum generi innascatur, vt omnibus qui patre nobili nascuntur, non tamen vniuersali omnium conditioni, quia plures non nascuntur tales. Itaque vt 2

aduentitiam & adgnatam negant præſumi, imo pro- A bandam ſiue actori ſiue reo, quod Bald. ſcribit l. non ignorat. C. qui accuſ. poſ. gloſ. cap. ſi forte. ext. de cler. Docto. l. ſi vero. §. qui pro rei qualitate. D. qui ſatiſd. cogan. Bald. Mart. Laud. Cardin. Afflict. cap. 1. §. ſi ruſticus. de pac. tenen. Flor. l. 1. D. de probat. Curt. Innoc. Conſil. 18. Cepol. in tracta. nobilit. opi-
3 nione 26. Afflictus cap. 1. quis dicatur Dux, & quos citauimus d. quæſt. 23. Sed ea præſumptio generica & vniuerſalis dicitur, alia ſpecifica, quæ fit ex poſſeſſione qualitatis deductæ, etiamſi natiuitati & origini rei talis qualitas non conſentiat, quod gloſſa dixit l. Titia verb. augendam. vbi & Bart. D. ſol. matr. Bartol. l. is poteſt. D. de acq. poſſ. Alex. l. ſi emācipati. C. de collat. etſi diſſentit. d. l. Titia Iaſ. d. l. emancipati & ibidem Phil. Decius. Sed hîc re vera etſi non omnibus conſentiat, multis tamen conſentit, ideóque ex poſſeſſione præſumi nihil mirum: in cæteris generale eſt theorema, ex probatione poſſeſſionis cuiuſque qualitatis naſci probationem, quod talis ſit perſona, res talis, filiationis, ingenuitatis, libertatis, ſui iuris, prælationis, denique omnis qualitatis accidentis, de quo vulgo l. circa. C. de probat. d. l. non ignorat. cap. vlt. de præſumpt. d. l. ſi prius d. l. Titia. d. l. ſi emancipati. l. liberis in fin. D. de liber. cau.

GLOSSA 3.

1 *In focariis exigendis non ſoluit prætenſus nobilis perdente inſtantia poſſeſſoria, &c.*

[d] *Iuſques à ce que le contraire.*] Itaque in recredentia aut 1 inſtantia poſſeſſoria ſemper vinceret, qui in poſſeſſione eſt qualitatis, quod nos exigimus alibi. Quod & in focariis quoque ſolemus obſeruare, cùm quis impoſitus dicit ſe nobilem, parochiani ſolent petere vt impoſitus ſoluat prouiſionaliter, opponens intercedit, & ſe in poſſeſſione nobilitatis eſſe dicit, de quo B ſi conſtaret, dubitatio nulla eſſet. Sed interim dum de eo quæritur, & probatio teſtium expectatur, parochiani innituntur præſumptioni, de qua dictum eſt ante, id eſt, de vniuerſali genere naſcendi: hîc niſi quidpiam literis probat interceſſor, periculum, ni ſuccumbat in prouiſione. Sed nos hoc caſu maturare ſolemus inquæſtam, vt dicunt, ne minus graue præiudicium fiat qualitati, etſi ſummo iure prouiſio rectè petatur, niſi inſtrumentis vis naturalis præſumptionis debilitetur. Simile fit in bonorum poſſeſſione decernenda filio de ſtatu dimicanti ex Carboniano, & aliis bonorum poſſeſſionibus, & in alimentis decernendis, vt liberis.

ARTICLE CLVI.

ARTIC. CXLVIII. NOVAE CONS.

N toutes matieres où les teſmoins[a] ſont examinez en iugement en preſence de la partie: Si elle ne propoſe reproches contre leſdits teſmoins, ou proteſte de les reprocher, [b] apres leur examen & depoſitions receuës n'eſt plus receu à les reprocher.

IN omnibus materiis in quibus teſtes[a] examinantur in iudicio parte ſeu aduerſario præſente, niſi teſtium fidem poſtulatus obtrectet, aut teſtificetur ſe eos refutaturum[b] poſt eorum teſtificationem, & depoſitiones, ſeu teſtimonia recepta, non admittitur ad refutationes proponendas contra eos.

GLOSSA 1.

1 *Artic. diſpoſitio à ſcholaſticis auctorib. prodiit, non à iure ipſo.*
2 *Proteſtatio anceps in proteſtante videtur.*
3 *Proteſtatio conſenſum interpretatiuum excludit.*

1 Hac diſpoſitione nihil eſt notius foro, nec vlla dies eius vſum non adfert; quæ ipſa tamen ab iuris diſpoſitione ſcripti quidem auctoritatem non habet; ſed tamen ſcholaſticis auctoribus prodita & recepta. Bart. Bald. & aliis, auth. ſi quis teſtibus. C. de teſtib. Cyn. auth. ſi teſtes. ibid. Canoniſtis, cap. quoniam contra. ex. de probat. Et ſi ratione iuris verum fatentibus difficile eſt, vt ſuſtineatur, vt ex eo quod quis adfuerit teſtis productioni conſenſiſſe in perſonam eius videatur, & ex facto aduerſarij conſenſum interpretatiuum colligi ex tacito actu, & ſola præſentia in valde præiu-
2 dicialibus, cùm ſæpè ignoti producantur. Deinde addunt proteſtatione hac ſemel emiſſa non poſſe proteſtantem amplius approbare, aut ex dicto eius ſe iuuare, ita compellūt ancipiti incommodo ſeſe obiicere, aut tacentem, aut reprobantem ſæpius quidem, quod fieri nequeat de ignoto. Sed tamen ſic putant quos Hyppol. Marſil. copioſè recenſet. ſingul. 198. & veteri etiam Francico foro vſurpatum Maſu. teſtatur.

C tit. de probat. Verſic. item ex ſtylo. num. 37. Itavt ne ſufficere quidem putet proteſtationem, niſi & Commiſſarij inqueſtæ faciendæ eam facultatem reſeruauerit, quod ego nullo modo probauerim: retulit tamen vt ſuis obſeruatum Imbertus lib. 1. inſtit. for. cap. 40. Ego proteſtationem abundè ſufficere puto. Sed hunc 3 tamen interpretatiuum conſenſum qualemcumque, rectè excludunt ab abſente: ſi contra eum teſtes ſint producti, vt refellere quādocumque ante aperturam, & publicationem poſſit, quod Bald. dixit d. Authent. ſi quis teſtibus & l. laudabile. C. de Aduoca. diuer. iud. & ſi vetus. Conſuetudo. cap. 200. quiddam diuerſum reſonare videbatur, meritò antiquata.

D

GLOSSA 2.

1 *Antiquitus acta omnia in iudicio peragebantur.*
2 *In ſummariis an reprobationes admittantur.*
Contra teſtes ex officio auditos admittūtur reprobationes.

[a] *Sont examinez.*] Aptiùs dixiſſet *produits*, neque enim 1 teſtes examinantur in iudiciis, cùm ſemotis arbitriis, & ſecretè examinari debeant. l. nullum. C. de teſtib. & glo. c. quia propter. verſ. ſecretè. ex. de elect. niſi quidem in ſummariis cognitionibus, de quibus Felynus. cap. veniens. ext. de teſtib. ſed ex veteri incogitanter deſcriptus eſt Articulus, quo tempore teſtes; cæterá-

cæteráque litium acta omnia in iudicio peragebantur, A imo & testes in criminalibus producebantur, & cum reis componebantur, & ipso reo præsante Aduocatorum corona de capite reorum statuebat. Sed immutata ratione, & vsu, diuersum scribendum fuit, ne
2 exoleti moris in nouo iure quidpiam extaret. An verò in summariis reprobationes admittantur sic denique definiendum. Cùm summario iudicio plenum præiudicium fit partibus, tum admitti: quod Felynus putat d. cap. veniens id accidit, cùm nulla alia diffinitiua spectatur: Nam si incidēter statuitur de negotio, aut prouisionaliter, reprobationes non sunt admittendæ, B quippe separata diffinitiua, & principali, iudicium, id quidquid est, restituent: Diuersum cum summario iudicio ista statuitur, ne postea vlla cognitio relinquatur, & id est quod voluit Felynus d. cap. veniens, quo casu reprobationes admitti æquum est ob pleni præiudicij consequentiam, sed eas cuique summariè pro-
3 bandas, quo casu potest hic Articulus intelligi. Magis mirum contra testes ex officio auditos admitti remitti reprobationes, quod tamen & iudicatis, & Arestis factum scimus; & ratio suadet faciendum, ne alioqui cuiquam ab non idoneo teste præiudicium A afferatur Iudice aut ignorante, aut dissimulante testis oblati conditionem, aut animi motum non æqualem. Aresta Rebuffus memorat.

GLOSSA 3.

1 *Rectè reprobatio fieret vsque ad publicationem inquæstæ, non post.*

[b] *Apres leur examen & deposition receuës.*] Quod hîc dicit intelligitur de depositione testis scripta non de receptione inquestæ, vt vocant, postquam scriptionem, B hoc est, attestationem in scriptis redactam non admittit reprobationes. Ego quidē auctor fuerim hunc Articulum expungendi, vt sic demum statuatur, esse reprobationi testium locum, vsque ad publicationem inquestæ exclusiuè. Nam & si iure scripto reprobationes admittebantur etiam post publicationem cap. licet causam. ex. de probat. cap. præsentium. ext. de testib. & quod nostri notant auth. qui semel. C. de testib. foro tamen nostro non est receptum ex Ordin. Ludou. XII. anni 1512. art. 28. etiam vetitum denique verbali protestatione, vt rerum inani, nil opus esse res potius quam formas spectantibus. 1

ARTICLE CLVII.

TOVS[a] tesmoins enquis par Iuges doiuent estre[b] purgez de conseil. ARTIC. CXLIX. NOVAE CONS.

OMnes[a] testes interrogati à Judicibus, debent[b] interrogari, an in alterius consilio fuerint.

GLOSSA 1.

1 *Aduocati, Procuratores, &c. sunt de consilio, &c.*

1 Hic præsupponendum testes qui quoquomodo in consilio fuerunt alterius partis non idoneos esse pro eo à cuius consiliis fuerunt, aut etiam sunt. l. vlt. D. de testib. c Romana. de testibus. in 6. Tales sunt Aduocati, Procuratores, Sollicitatores, denique omnes, qui pro altera partium intercedunt.

[a] *Tous tesmoins.*] Quocumque modo & quacumque in causa interrogati, addo etiam si ex officio interrogentur. Etenim potest accidere, vt alterius in consilio fuerint; nam si nulla adhuc pars in lite est, vt in inquisi- D tionibus, quæ formantur generaliter sine expressione, aut denominatione cuiusquā personæ pro delicto ab incertis commisso, inepta esset interrogatio de consilio, cùm nulla adhuc dum pars præsumatur.

GLOSSA 2.

1 *Testes interrogātur de consilio & de cōsanguinitate, &c.*
2 *An Aduocatus contra suam partem possit esse testis.*

1 [b] *Purgez de conseil*] Hoc est, interrogari an in alterius partium cōsilio fuerint, nam de conditione sua interC rogari eos receptum, veluti sint ne subditi de consanguinitate, & talibus respondere debere Baldus putat. l. si testis productus. C. de testib. Bart. l. decem. D. de verb. oblig. Alber. 4. partis, num. 7. Id quidem Francis insuetum, sed tamen vsurpatum veteribus. Dubitatum, an si id omissum sit ab auditore aut Commissario, quod ex officio deberet, an nulla sit attestatio. Et ego non puto, nec amplius exigendum, quàm vt testis repetatur, expensis partis vel Commissarij, qui quod ex officio debuit, non fecit.

Sed cùm constet Aduocatos & Procuratores, pro 2
ea parte qua aduocant testari non posse, quęsitum est, D an contra eos possent exigente parte aduersa, & Bart. putat posse. l. deferre. D. de iure fis. Innoc. Abb. Anton. Imol. cap. insuper. ex. de testib. latè Felyn. cap. cùm à nobis. ex. eod. de testib. & si hac de re contraria Arresta memorātur ab Rebuffo, & Arrestologis. glo. d. cap. Romana, vbi Gem. & alij, in sollicitatore ibidem Felynus. Ego quidem scio nusquam admitti pro his partibus, pro quibus intercedunt. Contra plerumque, sed tamen non de his quæ in arcano consilij sunt credita: sed quæ extrinsecus perceperunt. Sed & interdum contingit tales fidei esse tam probatæ, vt his quoque fides habeatur penè iniuratis.

ARTICLE CLVIII.

LE[a] roturier iusticiable d'aucun[b] Seigneur, soit[c] *ratione rei, aut*[d] *personæ,*[e] ne Gentilhomme estager, ne peuuent estre tesmoins pour son Seigneur,[f] fors où il seroit question de prouuer possession[g] de rente pretenduë estre deuë audit Seigneur. ART. CL. NOVAE CON.

IGnobilis[a] *qui ſubeſt iuriſdictioni alicuius*[b] *Domini*[c] *ratione rei*[d] *aut perſonæ,*[e] *aut nobilis ſtagiarius, ſiue qui domum habet intra metas territorij Domini producentis, non poſſunt eſſe teſtes pro ſuo Domino,*[f] *niſi vbi ageretur de reditus poſſeſſione, qui prætenditur Domino deberi.*

Cum hac ipſa de re vetus Conſuetudo ſtatuiſſet, A art. 157. ea, tam obſcurè ſcripta erat, vt nec quid diceret, aut quid non diceret ſatis intelligi poſſet ab veteris fori pragmaticis ſic vt pugnantes cōponi oportuerit Ordin. Lud. XII. anno 1510. quo primum tempore vxorio iure Ducatus noſtri, & legum Procurationem ſuſcepit conſtitutúmque, ne nobili obeſſet, quod cuiquam ſubeſſet iuriſdictionaliter; niſi etiam domum haberet, intra id territorium eiuſdem Domini. De Paganis nil mutatum eſt, vt omnes tales inteſtabiles eſſent, extat etiamnum ea Conſtitutio in veteribus libris.

Hîc Conſuetudo materiam ingreditur reprobationis teſtium, & ſi de eo tam multa ſunt iure ſcripta, vt penè inutiliter hæc opera ſumatur: noti loci cap. cùm à nobis cap. in litteris, cap. inſuper. ex. de teſtib. & B profeſſæ operæ tractatus Alberici & nuperi Aufrerij. Spec. tit. de teſta. §. opponitur. Nepotis de Albano in libel. de Exception. Maſuer. in Practica. tit. de teſtib. & aliorum paſſim Bartoli, Bald. Iacob. Ægidij, inter opera Bartoli Nelli de ſaucto Geminiano.

GLOSSA 1.

1 *Non eſt idoneus teſtis ſubiectus ratione Dominicæ poteſtatis aut iuriſdictionis, & num. 2.*

1 [a] *Le roturier iuſticiable.*] Hîc deciditur quæſtio iure ſcripto controuerſa ex l. idonei. D. de teſt. idonei, inquit teſtes non ſunt quibus imperari poteſt, vt teſtes fiant, Hîc gloſſa notat ſubiectos ratione patriæ, aut Dominicæ poteſtatis idoneos teſtes non eſſe, addit idem cenſendum de ſubiectis ratione iuriſdictionis, C vt qui cuiquam ſubſunt ratione vaſſallagij, vel verò ſimplicis iuriſdictionis, vt quia domicilium habeant: intra territorium cuiuſquam iuriſdictionem haben-
2 tis. Hanc ſententiam de iuriſdictionali ſubiectione Petr. Cyn. Bart. Specul. Ioan. Andr. Guid. de Suza. & Anton. Butrius non probāt. & quos Alex. citat. Conſil. 88. vol. 5. num. 10. & Alber. d. l. idonei, nec putant propterea reiici cuiuſquam teſtimonium, quia iuriſdictionaliter tantum ſubſit, ratione vſi, quia ita futurum ſit, vt magni Domini, Duces, Comites, qui amplas & latè patentes ditiones habent, nullos teſtes inuenturi ſint: Sed tamen hic Articulus præciſè ſtatuit contra, quod & quidam è ſcholaſticis ſenſerant, à qua tamen ſententia excipi poteſt, & debet is caſus, quem ab abſurdo colligūt, cùm ſcilicet amplis finibus teſtes aliunde comparari nequeunt, quem nos in foro ſolemus appellare, caſum raritatis, ex quo tamen vt in- D frequentiori colligenda non fuit regula, cùm leges ἐπὶ τὸ πλεῖστον reſpiciant, nec ſemper, nec crebrius accidat, ſed vbi accidit per exceptionem à regula, prouidendum ne hoc caſu reiiciendi teſtis idonea cauſa ſit, ſubditum eſſe, de quo Bart. d. l. idonei, & Alex. d. conſil. Felyn in cap. teſtimonium ex. de teſtib. tametſi raritales caſus propterea intra magnas quaſque ditiones, feuda pleráque in ditione Regis includuntur, amortiſata ſcilicet, quæ ſolū Regem agnoſcunt, *qu'ils appellent enclauez*, quæ ditionum fines interrumpunt, nec tam latè pateant, quod & in columbariis ſtruendis diximus alibi. Sed hîc multum tribuendum perſonarum qualitati & exiſtimationi, ne paſſim ſubiectionis cauſa recipiatur pro iuſta reprobatione ſi perſona teſtis notæ probitatis & dignitatis proponitur.

[b] *Seigneur.*] *Juſticier* etiam *ſi non feodal.*

GLOSSA 2.

1 *An teſtis ratione rei ſubiectus ſit idoneus.*
2 Eſtager *quis dicitur* & manſionnier.
Etiam in petitoriis hi teſtes admittuntur.
4 *Aduerſus cōuaſſallum, non externum, teſtes recipiūtur.*

[c] *Ratione rei.*] Ratione rei ſubiecti dicuntur vaſſalli, 1 qua ratione feudi adſtricti ſunt obſequiis, ſeruitiis & fidelitati. De quibus an idonei teſtes eſſent pro Dominis pridem erat dubitatum, nec res ſine diſtinctione tranſigebatur, de quo Specul. tit. de teſtam. §. opponitur. verſ. nunquid vaſſallus Abb. & latè Felynus in cap. cum à nobis, & cap. inſuper. ex. de teſtib. Bald. l. eos. Cod. de teſtib. & latè Afflict. deciſ. 304. omnium exactiſſimè, quo loco retulit xj. varias opinationes Doctorum de hoc dubio, denique refert votis conſentientibus iudicatū vaſſallum idoneum eſſe teſtem pro Domino, niſi aliunde refellatur ex magna amicitia, aut vtilitate perſonæ. Idem Afflictus Cōſil. 31. lib. 3. Nellus de ſancto Geminiano in tract. de teſtib. Alber. tract. de teſtib. parte 1. An viciſſim Domini pro vaſſallis, & putant poſſe, quid enim obſtat, & ratio diuerſa eſt à caſu ſuperiore, cùm imperare Domino vaſſallus nequeat de quo Felyn. capit. in litteris, & Salyc. l. ſecunda. Cod. de teſtib. Bart. d. l. idonei.

[d] *Aut perſonæ.*] Quæ iuriſdictionalis ſubiectio dicitur.

[e] *Ny Gentilhomme eſtager.*] Hæc eſt declaratoria vete- 2 ris Conſuetudinis diſpoſitio facta à Rege Ludou. XII. de qua hic Articulus deſcriptus eſt *Eſtager* dicitur, qui domum habet intra metas territorij Domini producentis. Ego etiam, vt ſit *manſionnier* id eſt *domiciliaire* exigo, vt reiici poſſit: Nam nec perpetua ratio eius cauſæ eſt, cùm multi vaſſalli ditiores, & potentiores reperiantur, nec periculū, vt ſuos Dominos metuant, metuendi magis ipſi plerumque. Ergo plebeium ſola ſubiectio iuriſdictionalis reiicit, multo magis vaſſallitia, vt hîc in verbo, rei, Nobilem ſola vaſſallitia, eáque domicilio adiuncta.

[f] *Fors où il ſeroit queſtion.*] Dubitatum, an hic Articulus 3 intelligi deberet in poſſeſſoriis tantùm admitti ſubiectos teſtes, an etiam in petitoriis, fini quidem probandæ poſſeſſionis. Ego quidem, quia probādi facultatem anguſtandam non puto, vtrumque admitto, hactenus vt de poſſeſſione interrogentur.

[g] *De rente.*] Quid ſi de fundi poſſeſſione: nam hîc de 4 reditus poſſeſſione ſtatuit, & caſus exceptus in cæteris videtur firmare regulam, & hæc cauſa videtur aliquid ſpeciale continere in reditu debito, ex cauſa feudi, quem caſum feudorum iura admittunt cap. 1. ſi de inueſtit. int. Domin. à vaſſal. lis oria. & cap. 1. quot teſtes. ſint neceſſ. & cap. 1. titul. de contr. inueſt. perſon. c. 1. tit. quid ſit inueſt. vbi indiſtinctè vaſſallos in cauſa Dominorum aduerſus alios vaſſallos recipiunt, Ego Cōſuetudinem in ſuis terminis ſeruandam puto, & aduerſus conuaſſallum duntaxat non externū, quia hîc reditum ex cauſa feudi intelligit, non ab cauſa externa, quod apparet, cùm qualitatē *de Seigneur*, addit.

De adſcriptitiis, *taillables à volonté*, ſi qui ſunt Chaſſan. d. §. 18. Ioan. Fab. §. in teſtibus, Inſtit. de teſtam. Aufrer. vbi ſupra, verbo coloni.

Article CLIX.

Nulle personne [a] infame [b] d'infamie de droit peut porter tesmoinage, [c] sinon en cas exceptez de droit : & celuy est infame, qui est censé & reputé infame [d] par disposition [e] de droit ciuil. Art. clx. Novae Cons.

NUllus [a] infamis [b] infamia iuris in testimonium recipitur [c] nisi in casibus iure exceptis, & ille infamis est qui censetur & reputatur infamis [d] dispositione [e] iuris Ciuilis.

Glossa I.

1 *Ridiculum ius Ciuile infamiam irrogans in publicis iudiciis, in priuatis nunquam.*
2 *Exempla in eodem facto ridiculi curis Ciuilis.*
3 *Vetus Consuetudo sine iudicio in quibusdam infamiam inurebat.*

Hic Articulus ius antiquum innouat, qui in veteri multa absurdè continebantur, id primùm quod infamiæ facti non meminit, sed iuris tantum, illud secundo, quod vult infamiam accipi, provt de iure ciuili accipitur, Canonici non meminit, credo quia regulariter, qui de iure Ciuili infamis est, idem & iure Canonico, quod Card. & Panor. notant cap. testimonium. ext. de testib. Itaque qui infamis est Iudici Ecclesiastico, idem erit & iudici ciuili, & è contra Bald. l. 1. D. de his qui notan. inf. Si quidem causa proponitur infamans de iure ciuili, vt cùm in foro Ecclesiastico solent dicere : casu probato se submisit emendæ.

1 [a] *Infame.*] Quæ igitur causæ infamant iure Romano eædem & è Consuetudine infamabunt, in quo ego & iuris illius imitationem vix probauerim, & iudicium desiderare cogor in hominibus sapientibus, qui iudiciis omnibus publicis infamiam damnatis inurunt, ex priuatis nusquam. Igitur si Iudex pecuniam acceperit, vt quid magis minúsve ex officio faceret, repetundarum iudicio tenetur, sed & concussionis crimine; Postula repetundarum damnatus infamis fiet, si concussionis crimen impegeris non fiet. At qui causæ infamant, sententiæ causas declarant tales esse, cur igitur idem factum eadem causa infamat & nó infamat?
2 tanti est, formulam prosecutionis immutasse. Atqui res spectamus, formulas sustulimus. Quare igitur istud ius verborũ potius quàm rerum placuit imitari, cur minor noxa & castigatio est eiusdem admissi : cùm repetũdarum postulas? aut cõcussionem dicis si idem peccatum est. Qui rem duobus vendidit falsi tenetur, & stellionatus, postula falsi infamem faciet, si stellionatum impingis, manet existimatio, quia stellionatus priuatum crimen est; falsi publicum. Sed cur publicum falsi, stellionatus priuati, si item factum est, & delictum. Neque enim illius iuris responsum recipio, quia illud à lege publicorum iudiciorum, hoc non item. Audio, sed rationem exigo: cur placuerit illud esse priuatum, illud publicum, cur ius illud imitamur, qui nec publica vlla habemus, nec priuata mutata in totum ratione iuris nostri, qui nec à Cæsare Iulias, nec à Pompeio Pompeias, nec Flauio Flauias accipimus, nec ab illa Repub. aut conditoribus aut rogationibus publicatum nomen aut vsum accipimus, aut auctoritatem, sed crimina omnia ex æquo inter publica habemus. Nam rationem exigo, cur Iulio placuerit de repetundis statuere, de concussionibus non item, cùm hoc crimen non minus sit, cur Cornelio de falsis, de stellionatu non sit item, atqui stellionatui non po-

A test non inesse dolus, cur non infamat, si doli actioni etiam ciuiliter intentatæ infamare datur : nam tales esse iure illo non dubito, sed cur tales esse, & dici placuerit, reposco, si quidem peccato noxa debetur eidem non alia. Qua de re nos quiddam art. 274. ex l. infamem. D. de publ. iud. l. 1. D. de concussion. Duodecim omnium publicorum iudiciorum nomina reperit Romana sapientia. Sic visum Dominis. Cur cum tot aliæ delictorum species dicantur atrociores multo non alicui placuit etiam ei numero addere eas, quæ grauiores esse negari non possunt; si non illa nominum venditatio fuit & hominum? cur Imperatores sicuti id discrimen meliori de causa non sustulerunt, vt esset pœnarum distinctio pro modo admissi, ne tãti esset nomina conditorum, quæ rationi anteponerentur: cur nos denique tam inutilia imitamur & infamias sic metimur: Quod Iulio placuit olim infamat? Cur? quia iudicium inter publica numerari placuit, vrge, cedo rationem, cur & non stellionatum? Hic hæreri necesse est: cùm ratio ab sola auctoritate quæritur, & cõmunis sensus opplodit. Hic verò quis non

B stupeat, abigeatus crimen priuatum est. l. 2. D. de abig. Cur qui alienum seruum in fuga distraxit, publicum crimen admisisse dicitur. Secundum hoc illud non infamat, nisi quia furti species est, furti autem ciuilis infamat. Sed cur etiam ciuiliter intentas quasdam actiones infamare placuit. Homo honoratus & clarissimus per iracundiam sutori calcem impegit, furciferum dixit, cõuentus iniuriarium infamis fit: nam secuta damnatione nil interest qualis iniuria fuerit : Nam quicumque fratri suo dixit. racha, reus gehennæ. Cur sine distinctione magnæ vel paruæ iniuriæ, damnati infames fiunt, verbo tantum peccãtes; atqui aiunt Iudicem posse reseruare famam, ꝙ quidem præter textũ glo. necesse habuit addere. l. non potest. D. de infam. Bart. consil. 112. Sed cur illud præclarum ius omisit. Imo si verum fateri volumus negãt, quod homini priuato necesse est supplere, cùm planè legem defici ra-

C tionem multis videret. Cur item Baldus, l. 1. D. de his qui not. in infam. diceret damnatum pro minima iniuria infamem non fieri, & Põtifex, cap. cùm te. ex. de re iudicata. Ne mihi quisquam obiiciat iniuriarum atrocitatem aut leuitatem rectè esse ab Iurisconsultis ex circumstantiis expensam & traditam, agnosco, sed sententiarum quæ & causa & actione iniuriarum feruntur nusquam discrimen postquam ex iniuriarum causa lętæ sunt: nec Stoïcorum sententiis vtimur, cùm de peccatorum æqualitate statuunt. Quid illud, quod aiunt actionem de dolo pro minimis rebus non dari? l. si oleum. & seq. D. de dol. illa infamat, & tamen actionem furti quæ ipsa etiam infamat dant pro minimo. §. Gallinarũ. Instit. de rer. diuis. Cur glossa addidit rationem, quia furta frequentiora sunt, & adeo seueriùs puniri? Hic quis à tergo non videt persultãtem Momum ad talem rationem? Quis crediderit furtum

[k] *Argentr. in Cons. Brit.*

frequentius admitti dolo, atqui furtum est species doli. Quis igitur non videt, crebrius accidere, id quod genus est, quam vlla suam speciem in qua ipsa genus accidit? Hæc atque talia in illa Iurisprudentia nemo rectè dixerit constituta, nec fuit cur imprudenter imitarentur, id quod omnino mutationem exigit. Quare aut criminis atrocitate, & persecutionis genere, infamia statuenda est, aut modo pœnæ; ciuilibus quidem actionibus infamiam non permiserim, nisi specialiter inditam expressa sententia ex doli magnitudine. Nuper quidam cùm creditas pecunias reciperet ex more solebat vsurpare, vt chartas gestaret in manibus eas recepta pecunia veluti tabulæ essent crediti concerpebat, debitor securus rei abibat domum, post tertium mensem repetebatur à creditore, qui falsam syngrapham discerpsisset, veram retinuisset debitor attonitus & mœrens iterum soluere cogebatur; sed tandem depræhēsa vulpecula damnatus est. Hoc crimen nomen in iure non habet, sed tamen re ipsa furtum est, & falsum, Stellionatus erit; hoc igitur crimine damnatus infamis non erit, si iuri Romano creditur, nisi (aiunt) quia etiam ciuilis infamaret, atque ciuilis non alia erit, quam condictio syngraphæ ex l. dissolutæ. Cod. de condict. sin. cau. Sed nulla condictio infamat, ne furtum quidem, atque hîc vide, furti actio ciuilis infamat, cōdictio furtiua non infamat, atque idem factum idem admissum. Cur actioni, id est, inani Iurisprudentiæ inuento, & discrimini à sono verborum tantum momenti tribuatur ipsi facto, quo materia actionis est, adimitur, prorsus ratio non apparet. Itaque quod negari nequeat, mutari ista conuenit, & certius constitui,
3 cùm de hominis existimatione agitur. Ac vetus quidem Consuetudo in exemplis infamiæ, quam facti appellant hærebat potius, *écorcheurs de cheuaux, garsailles, truandailles executeurs de Iustice, porteurs & crieurs de pastez par les tauernes, crieurs de vins, cureurs de chambres coyes, faiseurs de cloches, couureurs de pierre d'ardoise, peletiers, poissonniers, sonneurs, vendeurs de vent,* & à similitudine rationis poterat complures adiici; Sed non immeritò iudicium auctorum non placuit Reformatoribus, cùm inter nominatos multos compræhenderent, sine causa. Sed tamen cùm de genere infamiæ quæ facti dicitur prisca statuerat, incogitantiæ fuit, quod de ea non meminerant, præsertim cùm non rectè res controuersa, ad ius scriptum, quod nullum expressum est, & hactenus in opinatione est, remitteretur, hoc est, ad incertum magistrum. Glos. l. Cassius. D. de Senat. quam Bart. sequitur, excludit de facto infamem à testimonio. alia in l. 1. C. de sum. Trinit. admittit, & sua quæque asseclas habet, hæc posterior plures. Nónne oportuit prudentes homines, cùm veterem tollerent, nouam scribere certam, & indubiam, cùm esset inutilis, nec minus reprehendenda remissio ad incertū & sublata ea quæ peccabat, aliam exhibere, quæ vacaret peccato, & rem dubiam cōstitueret & generaliter etsi admitterentur, in criminibus

A negant, in aliis multum fidei detrahi, quod, Iurisconsultus propter notam, inquit, & infamiam vitæ l. 3. §. lege Iulia. D. de testib. cap. licet. de for. compet. d. cap. testimonium & cap. super eo de testib. authen. de testib. §. quia ita. cap. forus. §. testis. de verb. signif. 2. quæst. 7. testes Specul. §. 1. de test.

GLOSSA 2.

1 *Infamia iuris duplex.*
2 *Per procuratorem damnatus non infamabatur.*

[b] *D'infamie de droit.*] Cur non de infamia quoque facti constitutum est aliquid, cum vetus de eo extaret. Ac infamia ipsa iuris duplex est, quæ sententiam exigit, 1 alia quæ facto ipso. Qui artem ludicram exercet ignominiæ causa missus, qui lenocinium facit, quæ virum, non eluxit ipso facto infamantur. l. 1. De his qui not. infam. Alibi non sine sententia. Hæc vtraque species ex æquo infamat iuris potestate, & ex eo iuris dicitur.
B Sed illam facti volūt esse cum iure quidem indita non est facto infamia, sed tamen apud bonos & graues læsa est cuiusquam existimatio, de qua l. honori. D. de obseq. paren. in ea habent per Procuratores damna- 2 tos, iure & ipso planè ratione carenti. Nam quæso, cur si factum infamiam meretur, inuritur reo per se defenso, per Procuratorem non item, cùm factum à persona non abscedat, & suum auctorem semper teneat, hoc si verum est, facilè est vetare infamiam, hoc est pœnam facto debitam, sed quæ ratio, quod iudicium hîc in lege.

GLOSSA 3.

1 *Casus in quibus iure Ciuili & Canonico infamis esse potest testis.*

[c] *Sinon és cas exceptez de droit.*] Hæc exceptio excipit de regula, quæ est infamis infamia iuris non recipi in testimonium, excipe, inquit, casus iuris. Sunt autem 1
C Simoniæ cap. licet Hely. ext. de Simo. Heresis. ca. vrgentis. ext. de hæret. Sacrilegij. can. hi qui. ib. quæst. 4. dilapidationis rerum Ecclesiasticarum, cap. si quis presbyterorum. ex. de reb. Eccles. non alienand. Sed hæc ferè Ecclesiastica crimina. De iure fraudati census perduellionis maiestatis. l. vlt. Cod. ad l. Iul. Maiest. hos casus recenset Speculator. tit. de accusat. §. 1. Ioan. Andr. Abbas. Ant. Butrius. cap. vlt. ex de test. Alb. tract. de test. §. consequenter. Aufrer. tracta. reprobationum. §. accusatione. l. quæsitum. D. de testib. glo. l. ob carmen verb. cogimur. D. de testibus.

[d] *Par disposition.*] Quam inconsiderata hæc relatio fiat, ante demonstrauimus, & opinor omnibus patere: Quare aliter statui conuenit.

[e] *De droit ciuil.*] Frustra illa, igitur reprobatio tu es excommunicatus, tu es in peccato mortali de quo Canonistæ in cap. testimonium. ext. de testib. glos. l. 3. §. lex Iulia. D. de test. Aufrer. vbi supra verb. peccatum.

ARTICLE CLX.

ART. CLII. NOVAE CONS.

NVL roturier doit estre receu en tesmoinage[a] pour fait de Noblesse des personnes, ne des fiefs, [b]s'il n'estoit Prestre ou de l'estat de la Iustice.

NVllus plebeius in testimonium recipi debet, cùm agitur [a] de nobilitate personarum, aut de feudis, [b] nisi esset Sacerdos, aut de statu seu corpore Iustitiæ.

GLOSSA

GLOSSA I.

1 *Notatum artic. & num. 3.*
2 *Plebeius de visu & auditu in nobilitate testis esse potest.*

1 Etsi mihi non placere non potest quodcunque fauore huius ordinis statuitur, tamen hic mihi Articulus factionem subolet, & miscet inuidiam, & studia inter ordines, nec admitto hanc dispositionem indistinctè: ne sutor, aiunt, vltra crepidam, nec cæcus de coloribus, ne Momus de Venere accipio, sed tamen sensus in homine & naturæ officia non diuersa. Quod ignobilis audierit, plebeius viderit, tam potest testari & referre quam nobilis. Natura ista omnibus promiscua facit; Quod si hæc sunt instrumenta perceptionum visibilium & sensatorum, vt loquuntur, communia omnibus, cur eorum officia prohibentur quibusuis, indidit, aut, æmulationis aliquid, præstantia, gradus, & inuidia, hoc si verum nullus Magistratus testem inueniet, nullus Comes, Dux, ante dignitate præstans, si egregiis omnibus inuidetur. Neque plebij omnes eo genere affectus permouētur. Neque omnes nobiles, eodem loco, gradu, honoribus omnes plebeio ei antestant: Quod si admittimus, cur non vicissim de ignobilitate statuitur non admitti nobiles in 2 testes, si inuidia mutua causa est reiiciendi. Et ego quidem plebeio de nobilitate censere, & iudicium A facere non permitto in testificando, sed quodcumque viderit, aut audierit factum, non video cur testari prohiberi debeat, si nobilem plebeius dixit, non idoneum testem dicam, si rationem reddit dicti probabilem, cur non habeam fidem? rogatus de nobilitate testis dixit, vidisse patrem eius cerdonem, coriariam, sutoriam exercentem, mercaturam, publicanum, cōduxisse vectigalia, filiam Coriarij duxisse vxorem, illo, & illo loco sepultum, focarias indictiones passim soluisse & talia omnia. Hoc quis vidisse prohibet, quis etiam testari prohibuit, cùm nobis & artium peritiam, & cæteras ingenij laudes ignobiles penè præripuerint, mirum si nō & animi quoque dotes. B Fuerit ista veteris seculi censura, mihi mutandum hic mutatis etiam moribus videtur, maiori ratione præsertim in ciuilibus, de quo nos in partagiis quæst. 23. & diiudicandum ex personæ qualitate, quid in cuiusque sensum possit cadere. 3

[a] *Pour fait de Noblesse.*] Extat inter Neapolitanas constitutiones quædam Ordinatio. 31. lib. 3. quæ in causis capitalibus Baronum plebeios non admittit, ac ne de statu quidem aut maiore parte bonorum.

[b] *S'il n'estoit Prestre ou de l'estat de la Iustice.*] Cùm absurdi aliquid huic Articulo inesse Reformatores iudicarent, vix tandem expresserunt, ab his qui aderant, vt hæc denique exceptio adiiceretur.

ARTICLE CLXI.

COVSIN[a] germain, [b] ou ceux qui sont au dessus ne peuuent estre tesmoins pour cousins germains, ou ceux qui sont au dessus, [c] en quelque action que ce soit, sinon que le tesmoin [d] attaigne du lignage autant au demandeur qu'au defendeur, ou qu'il fust question [e] de chose mobiliaire de valeur de [f] cent sols monnoye vne fois payez ou au dessous. ART. CLIII. NOVAE CONS.

[a] *Consobrini siue patrueles* [b] *aut qui supra eos sunt non admittuntur in testimonium pro consobrinis aut patruelibus, aut fratribus, aut fratrum filiis* [c] *in quauis actione sit, nisi testis sit,* [d] *de propagine tam actoris quàm rei & in pari gradu, aut ageretur* [e] *de re mobili digna* [f] *centum solidis monetæ semel soluendis aut infra.*

GLOSSA I.

1 *Qui testimonium pro aliis non ferunt num. 2. 3. 4.*
5 *Consobrinos & patrueles non admittuntur testes.*
6 *Vir vxori aut vxor viro non testificatur.*

Hic Articulus vtiliter statuit de reiectione testium ratione sanguinis, de qua multa incertè & proinde dissidiosè iure aut Romano, aut opinationibus potius scholasticorum auctorum erant tradita, & commodè distinguit ciuiles & criminales causas, & quotus gra-
1 dus testem excludat. Primùm illa retinenda regula, qui sibi parentum aut liberorum loco sunt cuiusmodi sunt omnes in infinitum ascendentes & descēdentes, non posse testimonium alios aliis præbere: hæc regula l. parentes. C de testib. & l. testis idoneus. D. de testib. nisi quidem cùm inter suos de gradu sanguinis de genere, de ætate deponunt, quod Specul. dixit. d. tit. de testib. §. 1. Idque verum siue in potestate, siue emancipati sint liberi, vtroque enim modo affectio obstat fidei, idem in nothis & adopti-
2 uis, quamdiu quidem durat adoptio. De susceptore & suscepto dubitant, demùm non putant prohiberi, C Bald. & alij. d. l. parentes. Specul. vbi supra. Quæ tamen valida est prohibitio vt ne iussus quidem Iudicis possit eam infringere, quod Ioan. Andr. ad Specul. notat & Alber. tract. de testib part. 1. Etsi non ignoro sæpè contra fieri, sed in delictis duntaxat atrocibus, quæ publico nocent, vt grassaturis & proditionibus, & læsæ maiestatis crimine: In cæteris, quæ priuatum interesse spectant, faciendum non puto, & cōtra pietatem fuerit, nolentes cogere: In ciuilibus minimè, cùm repugnant. De affinibus quidem Consuetudine nil traditum, & scholastici dissident, ego eos 3
D qui sibi parentum & liberorum loco sunt, testimonium denunciari posse nego, vt priuigno, vitrico, socrui, socero, nouercæ, & talibus, quod glos. sensit. in l. testis. l. lege Iulia. D. de testib. de quo tractatio est Felyni cap. in literis. ext. de testib. & eorum quos allegat Aufrer. latè dicto tractatu. verb. affinis. Alber. §. nunc videndum.

In transuersalibus præter primum gradum omnes admiserim, itaque fratres vxoris & viri leuirū & glorem nō admiserim, neque sororios, præter hos omnes remotiores, nam cum Consuetudo ipsa gradus affinitatis in testificando contraxerit ad tertium gradum 4

Argentr. in Cons. Brit. AA ij

affinitatis, quæ leuiora & dissolubilia sunt vincula, A rectius est contrahi intra primum, nec probationes angustari, sic quidem vt ratio habeatur personarum qua fide, quoque iudicio sunt. Accedit quod edictum de testibus prohibitorium esse dicitur, de quo Innocent. & Ioan. Andr. cap. nonnulli. de rescriptis. Aufrer. d. verb. affinis.

Quæ Canonistæ de generibus affinitatum inuexêre primùm in cap. non debet. ex. de cōsang. deinde contraxêre coacti meræ nugæ sunt, vt in matrimoniis valeant, obtinere in iudiciis non debent.

5 Posita de ascendentibus & descendentibus regula, de transuersalibus hîc vtiliter statuitur, & omnino commodè ad præcidendas opinationes Doctorum, id est, consobrinos aut patrueles quique propiore gradu sunt in testes, non admitti, siue ciuilis siue criminalis sit causa, nisi quidem modica sit ciuilis. Hæc fixa regula tenenda est: nam à fratribus inde ad agnatos magnæ scholasticorum conflictationes, cùm quidam fratres admittant, quidam in ciuilibus distinguendum putant, quidam reiiciant, quidam fidem diminuant admissis. Istos cōflictus, si quis componeret vbi opus est, id vero est frequentissimum, bonam operam nauaret reipub. & tales esse Articulos omnes Consuetudinis expediret, qui lites iugularent ortas ab opinationibus: Nam quo Consuetudo, nisi vt scriptum ius aut corrigat, aut erraticum sistat loco. Sinendi sunt igitur pugnare opinātes, tu rectus consiste, loci apud Doctores. d.l. parentes. Aufr. verb. coniunctus, cum suis fallentiis.

6 Vir quidem vxori nec vxor viro rectè testificatur, locos collegit decisio Tholosana. 3. idque hodie multominus, cum bonorum communio introducta Consuetudine interesse formale in alterius persona induxerit, & futurum sit, vt in sua potius quam aliena causa testentur, contra l. nullus. D. de testib. & l. etiam. C. eod. & infra artic. 163. An contra citari testes possint dubitatum, scimus tamen in criminalibus citatos & testificari coactos & Aresta memorantur à pragmaticis. Quod ego in criminibus ad remp. pertinentibus admiserim latrocinio, proditione & talibus, in cæteris æquum non puto.

GLOSSA 2.

1 *Par affectionis causa tollit suspicionem.*
2 *Quæ parua aut magna causa dici poßit.*

[a] *Cousin germain.*] Consobrini aut patrueles.
[b] *Ou ceux qui sont au dessus.*] Fratres contra se inuicem aut fratrum filij.
[c] *En quelque action que ce soit.*] Siue ciuilis, siue criminalis, quod si pro his producantur etiam non opponente parte nullam rationem testimonij habendam puto, si appareat tales esse.
B [d] *Attaigne de lignage autant.*] Veluti frater inter fratres, quod sæpe vsu venisse vidimus, & alij eodem aut pari gradu. Hæc dispositio decerpta est. ex. l. non solum. D. de ritu nupt. vbi Bart. & idem l. qui testamento §. quicumque. D. de testam. Maria. Sozin. cap. cùm oporteat. ex. de accusat. 1
[e] *De chose mobiliaire.*] Mobilium scilicet vilior possessio. Sed & immobilium simili quidem æstimatione non maior reiiciendi causa.
[f] *Cent sols monnoye.*] Tales causas Consuetudo inter minimas reponit, credo iuris Romani exemplum sequuta in l. si oleum & seq. D. de dol. Quæ vtilis est annotatio, propterea quod sæpe & ordo iudiciorum & iudicandi ratio alia sumitur in talibus causis propter momenti leuitatem, nec semper inter iudicantes conuenit, quæ parua aut magna causa dici debeat, & quæ dicatur parua vel magna latè examinat. Ias. in repet. l. admonendi, post Bart. num. 272. 2

ARTICLE CLXII.

ARTIC. CLIIII. NOVAE CONS.

En [a] cause criminelle nul estant de la consanguinité de l'accusateur dans le neufiesme degré, peut estre tesmoin [b] pour l'accusateur, [c] sinon qu'il attaigne en proximité de lignage autant à l'accusé qu'à l'accusateur.

IN [a] causa criminali nullus consanguineus actoris intra nonum gradum potest esse testis [b] pro accusatore, [c] nisi eodem gradu & proximitate tam accusatorem quàm reum contingat.

GLOSSA I.

1 *Gradus prohibitus non defunctus iure Canonico.*

[a] *En cause criminelle.*] Hunc Articulum ratio induxit, experimenta rerum suasêre imitatione iuris Canonici. cap. cùm oporteat ex. de accusat. sed illo loco gradus prohibitus non erat diffinitus, quem hîc vtiliter lex Consuetudinaria adstrinxit, & hoc ratione præsumptæ inimicitiæ, aut certæ nimiæ amicitiæ generis. Eadem ratio de inimicis capit. repellantur. eod. tit. de accusat. & d. cap. cum oporteat. Locus & exceptiones apud Aufrer. verb. inimicus, Alber. d. tracta. capite huius argumenti. Ex eo & qui cohabitant inimicis, & eorum Cōsuetudine frequenti vtuntur. d. cap. cum oporteat. & d. cap. repellantur, si graues sint, tales sunt, quæ de statu, genere, bonis, maiore parte eorum intercedunt, quod glos. ait. d. cap. cum oporteat. & schola & Marsil. l. 1. §. præterea. C D. de quæstio. Innoc. Felyn. And. Sicul. cap. cum & in I. & D. ex. de re. iud. Aufrer. verb. cohabitantes.

GLOSSA 2.

1 *An consanguineus admittatur testis ad iustificationem.*
2 *Quid si præter consanguinitatem aliud opponitur, &c.*

[b] *Pour l'accusateur.*] Quid è contra, an ad iustificationem, vt solemus dicere: nam Iurisconsulti etiam fratres admittunt, vt ante diximus. Ego nullum gradum admiserim propiorem eo, qui in ciuilibus admittitur, hoc est cōsobrino propiorem, hoc est nec fratrem nec fratris filios vt Art. sup. quia ferè vbique obseruatum, qui in ciuili materia admittantur, eosdem & in criminalibus admitti ad defensionem quidem.

Neufiesme degré.] vbique ferè Consuetudo gradus consanguinitatis finit nono, cùm leges etiam decimum admittunt, de quo nos Art.

ᶠ *Sinon qu'il attaigne.*] Hoc quidem accipiendum, cùm consanguineus opponitur: nam si præter eum aliud aliquid obstat, vt amicitia intima, domesticitas, odiũ, ea superest examinãda: nam duabus causis cõiunctis, alteræ seposita, superest altera eluenda. Proinde hæc A gradus paritas deducenda est à producente per modum saluationum, etsi nobis rarus talium vsus est, interdum tamen vsurpatur, de quib. Guid. Papæ decis. 400 & alij cap. per tuas & cap. licet Hely. de Simo. & probatio in concursu dilationis eiusdem admittitur.

ARTICLE CLXIII.

CEVX qui sont[a] seruiteurs[b] à pain & à pot, ne peuuent estre tesmoins pour leur maistre, ne aussi[c] ceux qui ont profit en la cause, ne[d] qui sont du conseil ne peuuent estre tesmoins és causes où ils ont donné conseil, esquelles ils[e] pretendent interest, sinon que la cause fust[f] si petite que par Iustice fust autrement ordonné, eu égard à l'estat de la personne. Art. CLV. Noval Cons.

[a] *Famuli, domestici &*[b] *commensales pro suo Domino testes esse non possunt nec etiam*[c] *si qui litis consortes sunt, nec si*[d] *qui in consilio partis fuerunt non possunt esse testes in causis, quibus consilium dederunt, & qui*[e] *sperant aliquod commodum pecuniarium: nisi causa esset tam*[f] *exigua vt aliter ordinatum esset à Iudice, respectu habito ad statum personæ.*

GLOSSA I.

1 *Domesticus quis, & num. 3.*
2 *Famulus quis, & num. 4.*
3 *Domesticus consanguineus, &c.*

Ceux qui sont seruiteurs.] Domesticitatis, consanguinitatis, famulitij, amicitiæ, viciniæ in reiiciendis testibus causæ, nec tamen eædẽ, cùm à diuersis & separatis causis proficiscantur, nec ad vnius positionem, alterius positio consequitur; separandæ igitur ex suis causis, cùm singulæ per se sufficiant ad refellendos testes, multomagis, cùm omnes aut plures concurrũt. Nam in vno eodémque subiecto cõcurrere eas nil vetat, vt idem sit domesticus, famulus, consanguineus,
1 amicus, familiaris & vt loquuntur, commensalis. Domesticus est qui Domini cuiusquã patrisfamilias alitur siue eius victu, siue etiam suo, sed hæc domesticitas, de qua in reiiciendis testibus agitur, arguit patrisfamilias cuiusquam iussum, & superstantem auctoritatem & domi præsit cuiusuis & potestas testem sit aliqua, quod eius idoneitati obsit, & eius libertatem infringat, & in cuius dispositione familia sit, alioqui si duo æquo iure domi præsunt, neuter rectè dicitur alterius domesticus. Hoc quidem in subiecto ꝙ Felynus notat in d. cap. in literis. etsi etiam fratres domestici inuicem appellentur, vt eadem domo & familia geniti. Sed id alium sensum habet, & in testibus reiiciendis potestas spectatur & iussus, vt testis fieri cogatur. l. idonei. D. de test. hoc non ignauè sensit Salycetus. l. etiam. C. de testib. Bald. in cap. in litteris ext. de testib. nam quod in l. vlt. §. vlt. C. de his qui ad Eccles. confug. etiam libertos & ad scriptitios refert, nil vetat tales esse, & referri potius ad cõditionis statum, quam in disiunctiua ponit, quam ad domestici-
2 tatem. Consanguineus est qui sanguine attinet. Famulus est qui operas præstat Domino, continuo obsequio siue mercede, siue gratis. Amicus ab affectione animi, erga quempiam amatum dicitur. Hæ reprobationum causæ cùm concurrunt, vna purgata, alia superest eluenda. Multi casus numerãtur, quibus domesticitas non obsit testificanti, quos Aufrerius collegit copiosè decis. Tholo. 3. & d. tract. verb. domestici, Mars. l. 1. §. idem Numio. Canonistæ cap. in litte- B ris de testib. Additi. quędam ad Salycetum. d. l. etiam.
Sed si eueniat, vt idem domesticus sit etiam consan- 3
guineus, aut intimus amicus, aut obsequio familiari obligatus, mercede, supererunt hæ causæ eluendæ, & quam domesticitatis causa reiicere nõ poterat, reiiciet consanguinitatis, & duplex obex: nam & consanguinitati inest, in teste sui ipsius respectus, & amor nimius generis eiusdem, & in iunioribus, etiam potestas quædam patruorum fundata. in tit. de emenda. propinq. hæ causæ supersunt domesticitate sublata, sed validiores vt amicitiæ externis officiis cultæ per benefacta. Nam tum magna amicitia repellit: ꝙ Speculator ait. d. tit. de teste. §. 1. glos. cap. insinuente. de off. deleg. Aufrer. d. verb. affinis. glos. l. latè. §. amicos. D. de verb. signif.

C [a] *Seruiteurs.*] Famulos indicat, qui in obsequio cu- 4
iusquam patrisfamilias habentur, & seruiunt, & quotidianis & continuis imperiis Dominorum subsunt sub certo obsequio, vt artifices cerdones, hortulani, atrienses, equisones, coqui siue indefinito, *qu'ils appellent valets de bras*, & alios quos familiares & cõmensales de maiori & minori Tinello appellant, quos lex testes reiicit quia his imperari possit. d. l. idonei. l. 2. l. eos. C. de testib. can. testes. 4. quæst. 3.

GLOSSA 2.

1 *Commensales famuli & an reprobantur testimonia eorum.*
D 2 *Mercenarij famuli non reiiciuntur.*

[b] *A pain & à pot.*] Hos commensales vocant, id est 1
qui Domini victu seruiunt. l. suo victu. D. de op. lib. nam vox *de seruiteur*, Gallis etiam alios significat, qui scilicet beneuolentia deuincti grato animo obsequia sua præstant, cùm rogãtur plerũque à dignitate & opibus pręstantiores his, quibus officium litteris subscribunt, quod subinde Curtisani faciunt, tales nulla lex reiicit, nisi cùm ad nimiam amicitiam animi gratitudo progreditur, & incipiunt pro intimis amicis haberi. Oportet igitur tales esse, qui victu Dominorum alantur, *A pain & à pot*, id est, esum & potum habitu probari sufficit, etsi non actu, veluti, si quis ea lege ad Dominum venisset, & iussu Domini aliquo excurrit,

Argentr. in Cons. Brit.

is nihilominus dicitur esse, *à pain & pot*, quamdiu ex negotio impeditur redire, recursurus tamen cōfecto negotio. Hoc ipsum distinxit. Ioan. Fab. §. in testibus, Instit. de testam. nec alios quam commensales reiici putat. Ideo & Aufrerius. d. decis. 3. ex Stylo ait articulari oportere, quod seruitores sint ad potum & ollam in terminis huius Artic. Quod si tales sunt non admittimus Speculatoris sententiam, quam tamen valde Lud. Romanus suspicit, seruitores, qui mercede non seruiuit in testimonium admitti Spec. §. 1. vers. sed quid de mercenario, & Rom. consil. 420. quod dignum putauit Hippol. Marsilius, quod inter sua singularia referret. sing. 5. & rursus l. 1. §. idem Numio. D. de quæst. & l. de minore. §. tormenta. eod. tit. Nam cùm famulitij causam purgaueris, manebit domesticitatis causa, manebit & causa l. idonei. D. de test. & consideratio offensionis Domini, & priuatio expectatorum benefactorū etsi in præsens nulla merces est, nec hic textus mercedem considerat, sed victum de aliena chœnice & domesticitatem quæ domesticitas gratuita esse potest. Nam mercenarij non 2
propterea reiiciuntur, quia mercedem capiunt siue à quopiam continuo, siue ab omnibus passim, si non cohabitant; nec domestici admittuntur, quia mercedem non capiunt, sed quia domestici, & subsunt Domini potestati. Ne illud quidem quod domesticos laudatæ vitæ admittunt: nec enim eluitur suspicio inclinantis voluntatis, & Consuetudo non distinguit: alioqui si hæc præsumptio sufficeret, posset & sanguinis, & alias causas eluere, quod admittendum non est; hac tempestate multominimè, cum cuique tam parum depræhenditur esse & cordis, & bonæ mentis. Quare Bald. Felyn. Marsil. in d. cap. in litteris & locis prædictis sententias non probo. Cæteras exceptiones de hoc genere quando quisque admittatur quæ apud Marsil. Aufr. Alb. speciali tractatu Specula. habentur, referre tam parum constitui, quam centones conficere, cùm loci pateant.

GLOSSA 3.

1 *Reprobationes testium specifice allegandæ.*
2 *Interesse partis quid hic comprehendat.*
3 *Interesse affectionis etiam.*
4 *Exceptio in modica causa est de famulis.*
5 *Magnitudo emolumenti peruertit mentes, &c.*

[c] *Ceux qui ont profit en la cause.*] Ad quos de causa aliquid venturum est, siue consortes sint litis, siue actionem habeant, aut aliquid pecuniarium commodum & vtile.

A [d] *Qui sont du conseil.*] Dictum est Articulo 157. supra. Sed hîc valde notandum tales reprobationes specificè allegari oporteret, vbi, quando, cui quale consilium datum sit, de quo cap. præsentium. de testib. in 6. vt & inimicitiis quoque, quæ cùm sint internæ passiones animi, oportet eas externis actibus probari, quod video Curiis placuisse, etsi sæpius dissimulantur. Vide Alex. cons. 7. 8. lib. 1. & latè cons. 153. lib. 5. & 154. & cons. 253. lib. 6. & Dec. cons. 133. col. 3. 1

[e] *Pretendent interest.*] Hoc generalius, *que de pretendre profit, pecuniel, ou d'heritage*, veluti si honoris sit, aut excusationis & absolutionis à communi delicto, vel ab actione, quæ directò, vel in consequentiam & recursum intendi possit aduersus testificantem, siue ad exonerationem sui, siue hæres præsumptus sit, siue vxor pro viro ratione communionis, socius pro socio ratione societatis, vsufructuarius pro proprietario vel è contra, aliquis de vniuersitate pro communi, de quo quiddam ad singulos venturum sit, vel consors officij iisdem rationibus subiectus. Denique nullus cui quale præiudicium fuit, aut commodum quæratur ex aliena lite in terminis. l. sæpe. D. de re iud. quæ Fely. refert. d. cap. in litteris. & Alex. cons. 32. lib. 6. nec admitti ad causam cap. capiētes de elect. & Aufr. §. adhærentes, nec collator in causa beneficiati ex sua collatione Aufrer. d. tract. §. collator. interesse intellige etiam solius affectionis, de quo genere reprobationis latè Alber. §. expedita, vt qui foueret consimilem causam cap. personas. ext. de testi. cap. causam de iud. l. quoniam. C. de test. etsi Hostiensis d. cap. personas non admittit. Fideiussor, cedens, proxeneta. Alb. d §. expedita num. 22. legaturus socius criminis & negotij. 2 3

C *Sinon que la cause fust si petite.*] Hæc exceptio non est ab omnibus suprascriptis, sed ab illo tantum de famulis reiiciendis: nam non potest videri cuiquam in propria causa, aut in qua interesse prætendit, facultas testandi, aut cui consilium adhibuit. l. omnibus. C. de testib. & l. nullus. D. eod. Hæc regula sine exceptione vera est, sed de famulis & domesticis exceptum intelligi debet. 4

[f] *Si petite.*] Modicitas intelligitur circumscripta, *de cent sols monnoye*, art. 161. Hoc ideo, quia magnitudo commodi solet multorum mentes peruertere, in paruis nil magnum vertitur, quod mētes sollicitet: etiam si illud ipsum in arbitrio iudicantis relinquit, si fide digna persona testis producitur. Quare vbique in iure modicitas causæ iuris regulas relaxat, quem locum exercet Hippol. Marsil. l. finem. D. ad l. Corn. de sicca. & l. si vt allegas. C. eod. 5

ARTICLE CLXIIII.

ART. CLV. NOVAE CONS.

VPARAVANT[a] publication[b] on peut mettre à serment de faits contestez entre parties, [c] pourueu que le temps prefix pour informer ne soit passé.

[a] *ANte publicationem inquestarum [b] potest deferri iuramentum de factis contestatis inter partes [c] modo tempus præfinitum ad informandum, non sit elapsum.*

GLOSSA I.

1 *Lapso tempore probandi non fit inquesta.*
2 *Non spectanda publicatio quod ad iusiurādi delationem.*

D [a] *Auparauant publication.*] Hic textus preter rem mentionem infert publicationis, quod dicere simpliciter debuit post lapsum tempus probandi, vt infra dicit: nam præter quam quod publicationes inquestarum non 1

Hodie vbique etiam in Curia Paris. art. ed. eles.

non in omnibus tribunalibus vsurpantur, ac ne in A summis Curiis quidem, vt huic dispositioni locus esse possit, tamen hæc iuramenti exclusio non est metienda à publicatione inquestæ, quæ persæpe fit post terminum reprobationum, interdum nunquam, si aut à partibus non petitur, aut processus iudicari potest ex productis, non expectatis reprobationibus, sed metienda fuit à tempore receptarum inquestarum, imo & testium examinatorum superfactis partium, inter quæ & publicationem inquestæ multum sæpe
2 temporis interiacet. Nam etsi lapsus non ex toto sit terminus informandi, tamen fieri potest, vt intentio actoris probata sit, ex depositione duorum aut trium testium, qui iam auditi sunt, & deposuerunt. Quod si verum est, nullo modo recipi iuramenti delationem æquum est: alioqui aperta inquesta sæpe reperiretur à reo esse probatum contrarium eius, quod ab actore esset iuratum, & periurium detegi. Quod ego accipio, etiam si reus vellet desistere ab vsu inquestæ iam factæ, propterea scriptum semper scriptum manet, & quandoque lectum existimationem iurantis suggillaret. Hæc ergo exclusio sumenda est à tempore testium examinatorum nec spectanda publicatio, quæ fit post omnes testes auditos, & tempora probandi lapsa.

GLOSSA 2.

1 *De iuramento iudiciali est artic.*
2 *Quando subeundum aut referendum iusiurandum.*
3 *Summa dictorum.*
4 *De eo qui post tempora iuramentum detulisset &c.*

1 [b] *On peut mettre à serment.*] Hic de iuramento iudiciali loquitur, id est, quod defertur à parte parti. Nam necessarij, quod Iudex defert in supplementum probationis nullus vsus nulla vsurpatio tribunalibus nostris est, iudiciale referri potest, necessarium non refertur, & in multis differunt. Hic multa miscent Doctores, sed vsu & experimentis defecti docent ipsi,
2 quæ non intelligunt petenda ab vsu. Nam quod à parte parti defertur, si initio litis, hoc est, ante testium productionem defertur, omnino subeundum est, aut referédum, etiam si actor velit testibus probari, quod intendit, sin post testes auditos iustè recusatur ex his causis quas dixi: nam si post terminum ad probandum, id est, concludendas probationes visa inquesta actor nil reperiatur probasse, reus planè, & sine dubio absoluendus est: idem si semiplene tantum probauerit neque enim semiplena probatio locum facit iuramento iudiciali, sed facit necessario, vbi eius vsus est. Quare nil probasse & minus, aut semiplenè probasse in æquo est ad causandam absolutionem, quæ decisio est cap. vlt. ex. de iureiur. vbi doctores. Nam casus. l. vlt. C. de fideicom, specialem rationem habet. Quod si probauit actor, hic casus est. c. 2. ext. de probat. de quo nos Art. 1. huius tituli. Nam iustæ probationi nihil addendum est, ita fit, vt nullo casu post lapsa tem- A pora probationum iuramentum locum habeat, de quo frustra pugnant. Bart. Alex. & alij, quos congerit Iason. l. admonendi nu. 70. & l. manifestè. D. de iureiur. vbi & purpura, & reliqu. Domin. capit. 1. de iureiur. in 6. Bald. Decius alij cap. sicut Consuetudo ext. de probat. & retexuit vir eruditus Boër. decis. 95. & aresta suæ Curiæ memorat. Summa esto, intra 3
tempora probandi per inquestas ante quidem testes auditos, actorem iurare debere si deferatur, aut referre etiam si probaturum se per testes spondeat, cùm maior confidentia est rei in iuramento, neque hic vlla actoris iusta excusatio, si quidem factum eius in quæstione est: nam de prædecessoris facto prætexere B posset excusationem. Cum itaque celeriter defungi possit, & probationum molestia nulla iusta causa esse potest recusandi, atque hic propriè locum habet dispositio. l. manifestæ. D. de iureiur. Post lapsa tempora probationum iustè recusari. Hæc sententia l. in cótractibus. §. de illo. D. de non num. pec. quem illi opinationibus sophisticis lancinant. l. si quis iusiurandum. C. de reb. cred. Nec illam Bartoli & aliorum æquitatem intelligo, quam Angelus secutus est, & in multis locis obseruare dicunt, vt & Imbertus lib. 1. Instit. for. c. 56. & pro eo Boërius Arestum memorat: Sed plures repugnant, quos ille nominatim recenset, & Soc. cons. 32. vol. 2. & regula 204. in fallent. Hipp. l. 1. §. si quis vltro. D. de quæstion. nu. 41. & illa plu- C rium sententia auctoribus scribendæ Consuetudinis placuit. Ne omnino iuramenti delatio admittatur post tempora probandi, si quidem testes producti esse dicuntur: Nam si instrumentorum esset probatio, fortasse non absurda esset delatio: nec credendum vllum reum fore tam supinum, qui deferat actoris sacramento, quod instrumentis probari possit, aut qui malit periurium conuincere, quam probare suam exceptionem & absolui. De reo eadem censenda.

De eo quæsitum est, qui cùm intra tempora detulis- 4
set iuramentum, tamen non exegit, & tempora probandi lapsa reperiuntur, & ponimus per actionem aut reum, cui delatum est, non stetisse, quominus subiret. D Hic quidem cùm dilationes probationum omnes peremptoriæ sint, hoc est ad probandum, & probatum habendum, summo iure vix talis delator admittendus videretur, cum terminus probationes excludat, vt tenuit expressè Geminianus in c. 1. §. 2. de except. in 6. Rom. l. si quis mihi. §. bona. D. de acq. hæred. Sed tamen si nulla inquesta facta est, ratio est admitti, nam nec dilatio simpliciter omnis generis probationes excludit, sed testium tantum non confessionis aut instrumentorum, atque scio ita esse nonnunquam iudicatum aresto.

[c] *Pourueu que le temps prefix pour informer.*] Quare igitur supra mentionem fecit publicationis, quæ longè post testium productiones & inquestarum receptionem fieri solet: Imo dicere debuit, *pourueu qu'il n'y ait tesmoin enquis de la part du deferent.*

ARTICLE CLXV.

QVAND l'vne des parties plaidoyantes fait allegance de faicts retardans le principal, il est tenu iurer de malice.

QVando alter litigantium allegat facta, quæ principalem retardant, tenetur præstare iuramentum, malitiæ.

GLOSSA I.

1 *Iuramentum calumniæ veritatis & malitiæ.*
2 *Iuramentum malitiæ exigitur quando præsumptio est contra allegantem &c.*

1 Inter iuramenta, quæ in ordinationibus causarum vsurpantur, nec sunt decisiua, Habentur iuramentum calumniæ, veritatis, & hoc quod etiam malitiæ appellat Pontifex. c.2. de iuram. calum. in 6. habent autem differentias, quas longius explicat Speculator. tit. de iur. calum. & Goffr. in summa quem retulit Archid. d.c.2. Iuramentum calumniæ totam causam respicit, & iustitiam intentionis, & in contestatione præstatur, de hoc extant Imperatorum & Pontificum Constitutiones propriis titulis. Semel autem præstatur, nec amplius iuramenti, quod hîc malitiæ Consuetudo appellat, post illud c.2. materia penè eadem, sed alius finis. 2 Namque quoties se offert occasio, toties exigitur, & standum est: Quoties scilicet præsumptio est contra allegantem aliquam exceptionem, quæ processum retardat, & litis progressum. l. thesaurus D. ad exhib. c. cùm dilecti ex. de elect. c. pastoralis. ex. de except. quibus locis talis iuramenti habentur exempla, veluti si quis vxorem repetat in spoliationis instantia, & obiiciatur gradus prohibitus. c. litteris ex. de restit. spol. vel si litem institutam prosequenti opponitur compromissum, aut supercessio, aut spoliatio incidens, aut pactum, aut transactio in ea lite facta ab vltimis actis, quæ si monstrantur scripto, litem morantur, de quibus propriè hæc Consuetudo statuit. Sed quia sæpius morandi causa proponi compertum est, rectè pars aduersa petit iurari de malitia proponentis, vt iuret, quod non malitiosè, nec morandi causa facit. Hoc igitur toties præstabitur, quoties talis occasio recurret: recurrit enim sæpè, & in omni causa prestatur tam prophana quam Ecclesiastica, cum iuramentum calumniæ in Ecclesiasticis non præstetur. d. c. 2. Certè hoc agit in toto iuramentum calumniæ, quod malitiæ in parte, nec dissimile subiectum vtriusque.

ARTICLE CLXVI.

Art. clviii Novae Cons.

CELVY [a] qui se faict non sçauant d'aucun faict, [b] dont il n'est tenu respondre à certain, est tenu en iurer.

ILle [a] qui simulat se ignorare aliquod factum, [b] de quo non tenetur certè respondere, tenetur de eo iuramentum præstare.

GLOSSA I.

1 *Proprij facti ignorantia non admittitur.*

[a] *Qui se faict non sçauant.*] Qui ignorantiam dicit, quæ regulariter præsumitur in alieno facto.

1 [b] *Dont il n'est tenu respondre à certain.*] Hoc est cùm alienum factum ignoratur, nam de proprio ignorantia non admittitur cuius vulgati theorematis loci extant apud Bart. & Alex. l. non fatetur. D. de confess. & l. celsus. D. de vsucap. Socin. in fallentiis, verb. ignorantia, Diuus. reg. ignorantia & reg. præsumitur. De reg. iur. in 6. Bertach. in repert. verbo ignorantia. Quo loco exceptiones apponunt, illam imprimis admitti ignorantiam, cum de damno vitãdo agitur. Bart. d.l. Celsus. quod non sic accipiendum est, quasi veritas rerum metuenda sit ab eo, quod cuique commodum, aut damnosum est, sed quod ignorantiam proprij facti alleganti, quæ modo in latam culpam non cadat ad damnum vitandum, per Iudicem succurrendum est. Nam depositum negantis, quod scienti commendatum sit, quia dicat se ignorasse, excusatio nulla est, nec admittenda allegatio. Sed nimium talis materiæ est in nostris libris.

ARTICLE CLXVII.

Artic. clix. Novae Cons.

AVCVN n'est tenu accepter serment, ne iurer d'exploict de Cour.

NVllus acceptare iuramentum tenetur, nec iuramentum præstare de actu Curiæ.

GLOSSA I.

Hic Articulus cùm ad ordinationes litium pertineat, sublatus intelligitur Ordin. 1535. Art. 54. Cuius mentionem fecimus Art. 154. Nec igitur contestatio de talibus admittenda est, nec probatio admitti debet alia quam scripti: quod si probatio alia admitteretur, vt illo Art. 154. ergo & contestatio, si contestatio multomagis probatio, per iuramentum recipienda esset quam per testes: contraria enim sunt non fieri contestationem vt hîc, & admitti probationem per testes, vt illic, & si testes admittantur, iuramentum non admitti hæc perabsurda sunt, & miror in hoc hæsisse reformatores.

Article CLXVIII.

SI [a] aucun eſt deſſaiſy de ſes biens, ſans ſon conſentement, [b] ou auctorité de Iuſtice, [c] il ſera creu de la quantité deſdicts biens par ſon ſerment [d], informant par gens ſuffiſans qu'ils croyent que le iureur ait faict bon & loyal ſerment. Artic. CLX. Novae Cons.

SI [a] alicui bona ſua auferantur, ſine ſuo conſenſu, [b] aut auctoritate Iudicis, [c] fides ei adhibebitur de quantitate dictorum bonorum illi delato iureiurando, facta per viros idoneos inquiſitione, quod exiſtimant eum, qui iuramentum præſtiterit, ex rei veritate iuſiurandum ſuſcepiſſe.

Glossa 1.

1 *Diſpoſitio art. eſt de vi, dolo fraude &c.*
2 *Per alium probandus dolus.*

Hic notiſſimum iuris theorema deſcriptum penè vtiliter ad verbum. ex l. ſi quando. C. vnde vi. & cap. vlt. ext. de eo quod met. cau.

1 [a] *Si aucun eſt deſſaiſy.*] Tota vis & vtilitas huius Articuli ſita eſt in ſignificatione huius vocis: nam cùm dicta l. ſi quando, expreſsè diſponat de rebus vi abreptis, in quo vim ablatiuam, aut compulſiuam intelligunt, multi dubitarunt, an in vi turbatiua, expulſiua & talibus haberet locum, an in furto, an in dolo, aut clam ſumptis aut talibus: nec defuêre, qui negarent. vt Bald. l. nauta. D. nau. caup. ſtab. idem l. ait prætor. D. de iureiur. Alex. conſ. 168 vol. 2. & quos Hippol. cumulat. l. maritus. D. de quæſt. Meliorum ſententia probat locum habere vbicumque vi, dolo, fraude, furto aut quolibet malo ingenio quidquã cuiquam perierit, cuius æſtimatio aliter probari non poſſit, vt Innoc. Panor. Imol. Hoſt. d. c. vlt. Alex. l. damnum. D. de dam. inf. Ang. d. l. ſi quando. ipſe Baldus. l. ſi res. C. de ext. ord. cog. c. 1. §. iniuria. de pac. inter for. Bart. in l. in actionibus. D. de in lit. iur. Ang. Ioan. Fab. Fulg. Iaſ. latè d. l. ſi quando, de quo dubitari non debet ſtantibus verbis Statuti talibus, *ſi aucun eſt deſſaiſy*, quod verbum latitudine ſignificationis omnem omnino modum quoquo modo per factum alienum ablatæ rei ſignificat, & locum facit iuramento. Cæterum cùm dicit, *ſans conſentement*, etiam ſine vi proinde vetare intelligitur, qui non conſentit. l. qui vas. §. vetare. D. de fur.

2 Sed illud primum omnium oportet intelligi iſtud, *deſſaiſy*, per alium probari oportere, neque enim de dolo facto abrepto cuiuſquam ſacramento creditur: Iuſta itaque probatione vis, aut abreptio probanda eſt, quod cùm eſt factum, odio doloſi, violenti & fauore probationis de quantitate rerum amiſſarum fit locus ſacramento & valori. Hæc ſententia l. ſi quando & d. c. fin. nec quiſquam de eo dubitat. Nam in delictis nuſquam iuramentum delictum probat. gl. in l. 6. in bonæ fidei. D. de reb. cred. Bart. & Alex. l. vlt. de in lit. iur. latè Hyppol. l. maritus. numer. 16.

Limitant cùm ad reſtitutionem rei agitur aduerſus tertium, ad quem res fortè peruenit: nam tùm iuramento non creditur: quia dolus abeſt præcipua cauſa odij, & iuramenti. Item cùm delinquitur in omittendo, ſed latius Ang. l. admonendi & Iaſ. d. l. ſi quando.

Glossa 2.

1 *Taxatio iudicis præcedere debet. iuramentum partis.*

[b] *Ou auctorité de Iuſtice.*] Nam iuſtè poſſidet, qui auctore prætore poſſidet. l. iuſtè. D. de acq. poſſ. cùm ſua materia, etiam quandoque infirmato Iudicis facto, quia quomodolibet factum ab magiſtratu dolum excuſat.

1 [c] *Il ſera creu par ſerment de la quantité.*] Adde *& valeur.* Hoc iuramentum veritatis eſt, ſed hic vt ſæpè, ſe prodit auctorum ſcribendæ Conſuetudinis nõ plena eruditio in iure, qui iuris theoremata ſemi intellecta traduxerunt in ſuum librum: nam hæc quoque addere debuerant, pro ratione taxationem Iudicis antecedere oportere hoc iuramentum, quæ taxatio fit præmiſſa informatione de facultatibus damnum paſſi per vicinos, nec enim in infinitum iurare permittitur. Quid enim ſi de media plebe aliquis vix victum tolerãs diurna opera, velit iurare decem milia ſibi adeſſe, an ſcelus ſcelere penſandum iudicabimus furtum periurio. Hæc vero ex fama, arte, reditu, negotiatione, ſumptibus in vitam, in familiam, quam multa aut parua eſt, non ad vnum quidem, ſed vtcumque poteſt diiudicantur, quod in indictionibus facere ſolemus, quando arcam cuiuſque reſerare nemini datur, & tyrannicum eſt. Non ergo quod hîc dicit ſatis eſt de legalitate & exiſtimatione iurantis probare, ſed & cohiberi oportet calorem immodicum offenſi, & fortaſſe etiam vindicantis.

Glossa 3.

1 *De probitate iurantis fit probatio.*
2 *Ante delatum ſacramentum probatio admittenda de minori ſumma.*

1 [d] *Informant par gens ſuffiſans.*] Hoc eſt de probitate, & exiſtimatione perſonæ, ab hac enim cauſa credulitas naſcitur cuiuſque deponentis de eo, quod deponit. Quare ad hoc iuramentum neque periurus neque infamis infamia facti aut iuris, neque malæ exiſtimationis quiſquam admittitur, quod latè Hippol. perſequitur. d. l. maritus numer. 37. & num. 45. & vulgo Bart. Iaſ. & cæteri. d. l. admonendi. Bart. l. 1. D. furt. aduerſ. naut. Sed & quantitatem notoriam bonorum neceſſe habet noſſe, qui de talibus deponet. Dubitant, an 2 ſumma iuramento comprehenſa minui poſſit, aut ſacramentum reuocari, quod ego non puto taxatione facta, & iuramento præſtito: Sed tamen ante delatum ſacramentum probationem admitterem de minore quantitate bonorum amiſſa. Quid enim ſi quis calumnioſè dicat certas ſi ſpecie, vnionẽ, ſmaragdum,

vasculum aureum amisisse, quæ probantur extare ab eodem ante vendita distracta, pignorata. Quid quinque millia substracta sibi, cùm constaret, aut probari offerrentur, quod is ea in fundum emendum insumpserat, quod etiam æs alienum eius rei causa cõflarat, & quis fieri posse crederet, probabiliter, vt qui in numerato habebat nexum iniret comparandæ pecuniæ.

A Denique hæc probatio cùm offertur, recipienda & diiudicanda ex circumstantiis, cùm nihil probatur, tum demum iuramentũ ineundum, si perstat negare. Hæc vera sunt nec contra probabiliter differitur à scholasticis scriptoribus. Imol. l. qui bina. §. qui damnum. D. de dam. inf. Innoc. Ant. Butr. Panor. d. cap. vlt. ext. de eo quod met. caus. aliis cap. proposuisti. ext. de probat.

Article CLXIX.

Artic. clxi. Novae Cons.

QVAND aucun prend menuës [a] marchandies, de ceux qui les exposent en vente [b] par fois iusques à douze deniers, par autre fois plus ou moins, iaçoit que le preneur desdictes denrees le reniast, le bailleur en sera creu iusques à la valeur, [c] de cinq sols & non plus: [d] Et dudict serment ne sera plus disputé par Cour, ne partie: [e] Et tout ainsi est ordonné des [f] negotiateurs de maisons, comme ceux qui achetent les souliers, chãdelles, ou payent ouuriers, ils seront creuz soubs & iusques à celle somme de cinq solz. [g] Et si controuerse se trouue en celuy cas, Iustice le moderera. Et soubz celle moderation sera creu le creancier par serment, & iceluy serment faict [h] pourra le creancier faire proceder à execution de ce qu'il aura iuré.

QVoties aliquis accipit [a] minoris pretij merces, ab iis qui eas habent venales [b] aliquando vsque ad duodecim denarios & subinde plus aut minus, licet is qui merces accepit deneget, fides adhibebitur ei qui eas vendidit vsque ad quantitatem [c] quinque solidorum & non vltra: [d] Nec amplius de dicto iuramento litigabitur à curia nec à parte. [e] Et idem statutum est de [f] negotiatoribus domorum, veluti hi qui emunt calceos, candelas, aut salaria mercenariis soluunt eis, adhibebitur fides vsque ad illam summam quinque solidorum. [g] Et si controuersia oriatur, in illo casu Iustitia illam temperabit. Et sub hoc temperamento fides adhibebitur iureiurando creditoris, & hoc iureiurando præstito [h] poterit creditor procedere per executionem de eo quod iurauerit.

Glossa 1.

1 *De modica summa iuramentum præstatur.*
2 *Modicitas summæ eluit præsumptionem periurij.*
3 *Iuramento standum.*

1 Talis statuti meminêre vulgo Doctores in d. l. admonendi, neque quod illi differunt, dubitandum est valere, modo non infinitè & sine circumscriptione statuat, sed modum terminet intra modicas aliquas summas, ne alioqui incurratur in l. omnibus. C. de testib. alioqui futurum est, vt quisque in re sua sit testis & arbiter, quod nulla ratio patitur, sed rei modicæ damnum ferri æquo animo potest. itaque. Bald. l. vnica, col. 4. C. de confess. libris mercatorum plenam fi- C dem, etiam de iure communi vult haberi, si modo de paruo agatur, quem refert & sequitur Abbas. capit. bonæ 2. extra de postulat. prælat. & Socin. consil. 73. vol. 1. & cons. 4. lib. 4. Ias. l. admonendi. nu. 126.

[a] *Marchandies.*] Disponit de propolis, artificibus, minutiariis & talibus.

[b] *Par fois.*] Ex hoc colligitur non solum libris, sed & assertionibus mercatorum stari cum iuramento intra expressam quidem quantitatem, idque non solum semel, sed quoties separati actus mercium proponuntur.

2 [c] *De cinq solz.*] Modicitas summæ periurij præsumptionem eluit, idem & iure, de quibus vide latè allega- B per Molinæum in feudis. §. 6. glos. 6. num. 25. Hanc autem taxationem auctores à Baldo sunt mutuati. l. id quod pauperibus? C. de Episc. & cler. qui modicum hac summa taxat.

[d] *Et dudit serment ne sera plus disputé.*] Hoc est, bene, an 3 malè, verò an falsè iuratum sit, præcisè enim iuramento standum, nec probatio in contrarium admittenda, de quo litigant, cap. proposuisti ex. de proba. & l. post rem iudicatam. D. de re iudic.

[e] *Et tout ainsi.*] Hæc verba denotant diuersitatem facti, & identitatem iuris.

[f] *Negotiateurs.*] Quos Magistros domus Romæ, spenditores alij argentarios, Latini, Procuratores in re rustica, & dispensatores vocant.

Glossa 2.

1 *Consuetudo ponit moderamen summæ.*
2 *De impensis credendum tutori.*
3 *Iuramentum non habet executionem paratam.*

[g] *Et si controuerse.*] Hæc clausula planè inutilis est, & 1
nil aut idem replicat, nam quę necessitas moderamenti, cùm Consuetudo moderetur, & modũ ponat quinque solidorum: Nam vlterius Iudex non possit arctatus lege. Sed tamen aliud in quibusdam personis vide- 2
ri potest tutoribus, & administratoribus, quibus de impensis, quas constat esse factas, sæpè credendum est etiam sine testibus, aut alia probatione, veluti si tutor

pupillos

pupillos aluit, & de pensionibus eorum dubitetur, nec probatio extet de quanto, omnino dignitas pupilli & circumstantia, officia, & apparatus, & cibariorum pretia æstimanda erunt à Iudice, etiam si nil probetur de singulis. Idem in instaurationibus ædium, castrorum, & talium quæ ab artificibus æstimari solent. Nam constat sine expensis ali pupillum, aut sarta tecta tueri non potuisse, quod dixit Abbas, consil. 12. vol. 1. nec tenetur, inquit, specificè ostendere quantum impenderit in canibus & Curia sua, nec oportet producere testes, sed sufficit, quod vero similiter impenderit attenta qualitate pupilli sui. Atque hoc casu potest intelligi hæc clausula. Cùm & Baldus dicat consil. 41°. vol. 5. etiam in non modicis stari iuramento, si personæ qualitas, verisimilitudo Iudicis motum eliciant, de quo Molin. num. 29.

[b] *Pourra le creancier faire proceder.*] Hoc videtur statuere ex sententia Iurisconsultorum, qui iuramentum dicunt habere vim garentigiæ & executionem paratam, quod Bart. tradit. l. 1. & l. sed & si possessori. §. fin. D. de iureiuran. Sed eo iure nō vtimur, non magis quàm vt confessio idem possit, sed aut instrumentis, aut sententia opus est, nec aliter executionis via procedere licet. 3

ARTICLE CLXX.

ET tous autres entremetteurs du bien d'autruy, comme les tuteurs, curateurs, executeurs de testaments, & obseques des decedez, ou qui auroyent esté mis [a] par auctorité & contrainćte de iustice, [b] seront creus sous la moderation de iustice, faisant serment que loyaument ils ont faict la mise, [c] l'enqueste prealablement faite de la qualité de leurs personnes. Art. CLXII Novae Cons.

ET alij omnes qui se alicui negotio admiscent, veluti tutores, curatores, executores testamentorum, & exequiarum defunctorum, aut qui ad id onus suscipiendum [a] coacti fuissent auctoritate Iudicis [b] credentur sub moderatione iustitiæ, præstantes iuramentum se ex bona fide expensas fecisse [c] inquisitione ante facta de qualitate suarum personarum.

GLOSSA.

Hic Articulus compungi debuit cùm priore, vt idem ius esset de omnibus curatoribus, & administratoribus rerum alienarum.

[a] *Par auctorite & contrainćte.*] Meliùs *contrainćte ou commission de Iustice.* Qui an cogi possint, tractat Molinæus in feu. §. 6. gl. 6. vsus recepit cogi, & Ordinat. statuere.

[b] *Seront creus.*] Hoc idem ius. l. si quis pro Redemptione. Cod. de dona. Lud. Roma. consil. 77. & quos Molinæus d. §. 6. quod in consanguineis & tutoribus præcipuè faciendum, ne præcisa & inhumana aduersus eos exactio exerceatur.

[c] *L'enqueste prealablement faicte.*] Diximus Art. præce.

ARTICLE CLXXI.

QVAND à la requeste & volōté de partie, aucun a iuré, la partie qui a deferé le serment, n'est à lieu de le disputer, ne dire qu'il ait mal iuré, Et s'il s'efforce de dire ou faire, il est tenu le desdommager à Cour & à partie. Art. CLXIII Novae Cons.

QVando ad requisitionem & de voluntate partis aliquis iusiurandum præstiterit, aduersarius qui detulit iusiurandum non auditur ad dicendum quod temerè iusiurandum præstiterit, & si nititur id dicere facereuè, tenetur indemnitatem præstare Curiæ & parti.

GLOSSA.

Cum iuramentum omnis controuersiæ sit finis, vt Apostolus loquitur, & pro veritate habeatur, l. 1. & 2. D. de iureiur. & vim sententiæ, solutionis & probationis plenæ habeat, merito statuitur nil amplius esse inquirendum: nam malè admissi Deo relinqui vltionem l. vlt. D. de iureiur. & quæ nos fusius, Art. 593. diximus. Quare quæ controuersiæ de eo inter Iurisconsultos fiunt, hoc textu videri debent decisæ, ne omnino inquiratur de eo, ne ex officio quidem, vno casu excepto, cùm scripto in promptu conuinci periurium potest, alioqui nusquam permiserim aliam probationem afferenti ex l. post rem iudicatā. D. de re iud. Bald. in practica in quæst. circa probationes fol. 32.

ARTICLE CLXXII.

CONFESSION [a] faicte en iugement [b] faict entiere prouue, [c] fors en cas de crime, auquel cas [d] ne doit nuire la confession à celuy qui confesse, s'il n'est accusé par autre, & qu'autrement il apparoisse du delict. Artic. CLXIIII. Novae Cons.

Confeßio[a] *in iudicio facta*[b] *plenariam probationem facit*[c]*, nisi in materia criminali, in quo casu*[d] *non debet nocere confeßio, ei qui confitetur, nisi ab alio accusetur,*[e] *& aliàs appareat de d. licto.*

GLOSSA I.

1 *Confeßio in iure quid.*
2 *Præsentia partis necessaria in iudicialib. confeßionib.*
3 *Non auditur perire volens.*
4 *Instituta accusatione confeßio valet &c.*

1 [a] *Confeßion faicte en iugement.*] Cùm *en iugement* dicit, intellige quam confessionem in iure vocant Iurisconsulti, & confiteri in iure, id est, in iudicio Iudice sedente pro tribunali, & interrogante in forma iudiciali procedendo, de quo Bald. l. interrogatum. Cod. de liber. cau. l. iubemus eod. tit. locus apud Tiraquellum. §. 36. glo. 2. num. 54. tex. l. post rem iudicatam. D. de re iud.

[b] *Faict entiere prouue.*] Ingens materia centones instituenti, sed mihi non libet inutiliter toties ab aliis texta retexere. Hæc breuiter sumpta est dispositio ex l. certum §. si qui absente. D. de confess. & l. vlt. D. de interrog. action. d. l. post rem. Qui locus latè exercetur à Doctorib. Felin. præcipuè. cap. si cautio ex. de probat. plenius Hipp. Marsil. in repet. rub. de proba. nu. 89. vbi exceptiones adscribit. Sed mirum est, hîc non adiectam esse partis præsentiam, quam Doctores C exigunt, vt fidem faciat, etiam in iudicio facta, de quo Felynus, d. cap. si cautio. num. 22. & probat. expressè. d. l. vlt. D. de interrog. action. De extraiudiciali, & eius
2 viribus ibidem loci. Quare hîc dubitationi locus relinquitur, an suppleri de iure debeat, quod hîc deest, an per tam expressam dispositionem & verba *pleine prouue*, nihil amplius exigendum sit veluti ad id, quod ple-A num est, nil addi vltra debeat, an semidoctorum scriptorum incogitantiæ tribuendum sit potius, qui notũ iuris axioma in suum librum non integrum, & mancum traduxerint, vt solent. Ego quidem ad plenam probationem partis præsentiam exegerim etiam in iudicialibus confessionibus, cùm ad probandas obligationes in persona certa emissæ sunt, atque adeo causæ expressionem, sin factum tantum continent, plenè probare per se id de quo emittuntur.

Prouue.] Quorsum ergo posthac lites scholasticorum B scriptorum, cùm dubitant, an confessio sit probatio, de qua ibidem Hippoli. num. 67.

[c] *Fors en cas de crime.*] Notissimi iuris axioma, confes- 3
siones reorum pro exploratis facinoribus habendas non esse, l. 1. §. si quis vltro. D. de quæst. & latè ibi Hyppol. & in rubr. de probat. l. 1. §. item illud. & l. necessarios. vbi Igneus. D. ad Syllan. loci latè apud Boërium decis. 164. & 259. Felyn. vbi supra.

[d] *Ne doit nuire.*] Hoc ipsum præter veterum sententias, qui semiplenam probationem inde colligunt, de quo Hyppol. D. rub. num. 89. & Felyn. num. 31.

S'il n'est accusé.] Vult igitur tum demum noce- 4
re, si instituta esset accusatio & apud Iudicem con-C fessus est alioqui pro iusta probatione non habet, sed nec apud Iudicem incompetentem facta probationis vim obtineret, ex eo quod notant cap. at si clerici. ext. de iud. & Bald. l. 1. C. de confess. num. 16. tenuit confessionem reo non nocere, nisi formata inquisitione.

[e] *Et qu'autrement.*] d. §. si quis vltro. & d. l. 1. & l. necessarios.

TITVLVS

TITVLVS NONVS,

DE SENTENTIIS ET APPELLATIONIBVS.

TILTRE NEVFIEME,

Des Sentences, Appellations & Contredicts.

AD RVBRICAM.

EXTREMVS actus iudicialis est Sententia, hoc est Iudicis pronunciatum, quod negotio finem imponit, & adiudicat, vel abiudicat, condemnat vel absoluit, aut iudicio, aut actione, aut petitis.

Contredicts.] Species & ipsa prouocationis olim Britanniæ toti vsurpata, cùm non nisi ab Rectore Rhedonensis & Nannetensis prouinciæ appellatio esset ad Curiam Parlamenti, ab cæteris omnibus Iudicibus ad hos contradiceretur contradicta ex sententia totius aduocationis quæ pluteis adstat, in suo quæque tribunali palam censentibus omnibus iudicantur, ibi numerus vincit, partem vocari nil necesse; si modo acta omnia exhibeantur, quæ coram priore Iudice agitata. & inuentariis comprehensa sunt. Ea nisi intra tria proxima placita contradicens iudicari curet, aut excusationem ab iudicante impetrarit deserta, sicut appellationes, iudicantur: horum in inferiorum tribunalibus etiamnum vsus manet sed antiquari expedit, vt insolens genus cognitionis inaudita parte, nisi quidem fortuito adsit.

ARTICLE CLXXIII.

TOVTES [a] sentences prouisionnalles [b] de quelque Iuge, que ce soit, [c] baillant caution [d] seront executées, neantmoins appel, contredicts plegements, arrests, ou [e] autres oppositions, & sans preiudice d'iceux, sauf que lesdites sentences estoient [f] infirmees en la Cour de Parlement de ce pays; En ce cas cessera l'execution desdictes prouisions: Et [g] ce qu'auroit esté executé, se restablira, ainsi qu'il sera ordonné par la Cour. Et sera l'Arrest de la Cour executé. Art. clxx. Novae Cons.

OMnes [a] Sententiæ prouisionales [b] à quocumque Iudice sint [c] satisdando [d] exequentur nonobstante prouocatione, plegiamentis, arrestis, aut [e] aliis oppositionibus, & sine eorum præiudicio, nisi dictæ sententiæ [f] infirmarentur in Curia Parlamenti huius Consuetudinis: Et [g] pignora quæ per executionem ablata fuerant restituentur, vt à Curia constitutum fuerit, & Arrestum Curiæ ad executionem perducetur.

GLOSSA 1.

1 *Prouisionales sententiæ forma aut materia.*
2 *Prouisionales sententiæ an exequendæ dum de Exceptione cognoscitur.*
3 *Ex inquestis non datur prouisio in materia reali aut personali.*
4 *Prouisionales materia & forma exequuntur.*
5 *Doctorum hac in re hallucinatio.*
6 *Fori obseruatio.*

1 *Toutes sentences.*] Cùm Sententiarum aliæ sint diffinitiuæ, aliæ interlocutoriæ, rursum interlocutoriarum quædam instructoriæ, & præparatoriæ, quædam prouisionales sunt. De prouisionalibus quædam sunt materia & subiecto suo tales, quædam ex forma potius instrumentis auctoritate Regum attributa. Quæ materia tales sunt, executioni mandantur, etiamsi cum diffinitiuis ferantur; imo ipsæ diffinitiuæ prouisionaliter exequuntur. Passiuè dico (non minus quam Iurisconsultus. l. 2. D. de re iud.) propter subiecti priuilegium, aut fauorem. Sed prouisionales ex forma instrumentorum garentigiatorum cum oppositis exceptionibus, solutionis, acceptillationis, & talibus, C diffinitiuam expectent, quum probationes remorantur, præiudiciales habentur, sed interim id quod apparet ex scripto integræ formæ obtinere debet, dum de exceptione cognoscitur, data cautione de restituendo exceptione probata. 2 Hæc forma & præsens facies instrumenti publici aut confessionis plurimum in præsens obtinet, cautione euentum, qualis is cuique futurus sit, reparatura. Quod si plenè sit cognitum de exceptione, sera est prouisionis petitio, quæ cùm incidẽs sit maturè, id est propositis factis & obligationibus partium, statim peti debet. Nam exceptione probata, in promptu est diffinire negotium, nec locus iam superest incidenti quæstioni, cùm tum exceptio probata sit, quam intentio. D Hoc casu cùm plenè instructa est cognitio, euanescit vsus prouisionis, & ab sua diffinitiua absorbetur. Itaque inutilis eorum opera qui prouisionalium iudicium in diffinitiuas prorogant, aut qui eas coniungunt, cum tota vis iudicati in diffinitiuis resideat, & Iudices appellationum nõ sunt passuri talis interlocutione executionem, quam propter coniunctionem diffinitiuæ, veluti attentatum sint reuocaturi ex forma exequendi, etiamsi fortè de iure non malè iudicatum sit, quia in forma executionis E peccatum volunt inesse. Itaque qui prouisionem volunt petere, maturare debent fundata protinus intentione ex instrumento, aut confessione, exceptionum probationes ne expectent, quæ propter plenariam cognitionem incidentes quæstiones obtenebrãt, veluti Sol lucernas, & plenæ probationes præsumptionum opinationes. 3 Hinc illud quod ex inquestis per testes non solemus dare prouisiones, siue materia realis sit, siue personalis, quia tam promptum est iudicare diffinitiuè, cùm inquesta facta nil ferè superest instructioni. Hoc quidem in his dandis; non quo F ad eas impediendas sæpè solemus inquestas reorum iam factas considerare; si bene probant, etiamsi re- 4 probationibus subiectæ sint attestationes. Sed quæ natura & materia prouisionales sunt, vt doarij, dotis, alimentorum, refectionis viarum, tutelarum, inuentariorum, etiam si diffinitiuæ latæ sint, non impediuntur exequi per appellationes, ex Ordination. Ludouici XII. & Caroli, quia materia tales sunt propter pericu- 5 lum moræ, & futuræ dilationis ex appellatione. Hæc Iurisconsulti scholastici operosè conantur ostendere, sed vsu & experimentis defecti docere instituunt, do- A cendi ipsi potius, cùm talia nulla cuiusquam scriptio rectè doceat, sed puluere operta tribunalibus teguntur, & sæpè de talibus inscitè loquuntur, veluti cùm dicunt prouisiones impediri exceptionibus oppositis, quarum probatio incontinenti offertur: Mira garriunt, quando quid dicatur incontinenti probari diuersa, varia, confusa improbabilia & absurda, de quibus in c. conquerente. de restit. spol. & nos alibi. Sed forum ista absolutè terminat aduersus prouisiones, quæ ab agentibus petuntur fundata intentione 6 instrumentis, aut confessione, aut præsumptione iuris, B aut Cõsuetudine scripto nullam exceptionem incontinenti probari dici, nisi quæ scripto in promptu appareat, quod tribunalia obseruent, & Imbertus alicubi notat. lib. 1. Inst. cap. 35.

GLOSSA 2.

1 *Inter reformatores dissertatio de iudicib. & subscriptione &c.*
2 *Ordination. instabilitas in prouisionalib. sententiis.*

b *De quelque Iuge que ce soit.*] Hic ius antiquum inno- 1 uatum, neque enim veteri Consuetudine istud vsquam extat, de quo ipso inter reformatores aliquandiu litigatum, cùm externi vernacula sua iura vellent inserere Consuetudini nostræ, Nostri obstiterunt: nam cùm Ordinationes Regum de eo valdè diuersæ, variæ, aliæ aliarum reuocatoriæ extent, & quæ executionis potestatem his dumtaxat iudicibus tribuant, qui ἀμέσως Curiæ Parlam. respondent. Nostri obstare, & cùm illi subscriptiones quatuor aut sex Aduocatorum exigerent, aliter exequendarum prouisionum ius non permissuri, ne hoc quidem nostri admittebant, cùm dicerent: Quibus iurisdictiones essent patrimonij iure à Principe cõcessæ, hoc absolutè permitti oportere, quod iuris dicendi concessa facultas admitteret vtilitate publica, ex forma & materia repertas esse prouisiones, nec si quisquam Iudex perperam de eo statuisset omnibus vtile iudicium esse adimendum, cùm extarent, qui ex prouocatione malè iudicatum possent reformare: nam illis Regum legibus non teneri Britannos, quæ quam non rectè essent constitutæ ipsa inconstantia & instabilitate ostendi, cùm aliæ aliis subinde repugnarent. Quod & multiplici subscriptione peteretur nullomodo ferendum cum multis ditionibus, quæ iurisdictionibus essent præditæ, ne tot quidem possent reperiri scriptores; itaque indirectè adimi iudicandi potestatem & salubre subiectis inuentum ad effugia reorum tollenda. Hæc atque talia cùm contra differentur, consultis qui tum aderant, consultissimis visum morẽm geri indigenis, qui rerum vsus, & locorum quæque cuique aduocationis copia esset peritis. Hic Articulus edi- 2 tus, in quo ego non ex toto sensum eorum probauerim, qui maluerint ab infimi Iudicis sententiis exequendi potestatem tribuere, quam superioris confirmatis. Nam & si non est difficile perspicere, quæ ratio eos mouerit, cùm prospicerent futurum, vt diuersis aut contrariis superiorum aut inferiorum iudicatis pignerationes, executiones ve fierent mox infirmarentur & confirmarentur rursum, ita vt cuiusque iudicati bona subinde raptari contingeret, tamen erat, quod huic rationi opponeretur, & rectè caueretur, ne ex sententia infimi executio ante fieret, quam vno de superioribus gradibus esset confirmata, ita futurum, vt ex duabus sententiis conformibus minore periculo executio fieret, nec amplius inferioris valeret auctoritas.

Proinde Regum Ordinationes adscripsimus, vt inde

inde liceret colligere Iudicij instabilitatem & legi... illarum, nec fuisse quod imitari nostri debuissent.

Prima Ordin. Carol. VIII. Art. 51. Ne Iudicibus inferioribus non Regiis ius esset exequendarum sententiarum, à quibus esset appellatum. Idem, Rex, Regiis, etiam diffinitiuarum executionem permisit, quæ intra decem libras æstimationem petitorum concluderent in personalibus dumtaxat, Art. 52.

Secutus Ludouici XII. Rex, Iudicibus Regiis exequendarum sententiarum potestatem fecit in personalibus quidem, & in principalibus sedibus latæ essent, in maioribus assisis vsque ad 25. libras, anno 1499. Art. 80. & 81. Idem statuit alia eiusdem Regis ann. 1512. *En execution d'amende.* Tertius ab primo Franciscus I. omnibus Iudicibus Regiis & cæteris permiserit sententiarum executionem, quæ intra 40. libras consisterent in personalibus, in realibus decem librarum, si modo quatuor Aduocati subscriberent aut Assessores anno 1519. Ar. 6. idque *en principal & despens*, anno 1539. nulla prioris Ordin. mentione facta ad 20. libras facultatem executionis arctauit, Art. 91. & Art. 62. *& sur la reformation de la iustice en Normandie*, Art. 1. Henrici II. anno 1554. Articul. 12.

Nouissima Caroli IX. qui nuper regnabat anno 1564. Ar. 22. ad 20. libras permisit. Sed his demum à quibus immediatè ad Curias Parlam. appellatio esset.

Hæc sapientum hominum decreta, & tanti consessus, quid habent, quod imitari possis, si in nullo consistant ipsa, quæ subinde versa & inuersa apparet zelotipia eorum qui de appellationibus iudicant, & sibi canunt potius quàm publico, potius quàm Regum motu quorum longè aliæ cogitationes sunt.

GLOSSA 3.

1 *Cautio præstanda ante executionem prouisionalis.*
2 *Procedendum super principali etiam non executa prouisione.*

1 [c] *Baillant caution.*] Omnis prouisionalis sententiæ necessarium antecedens est cautio ante executionem quidem: nam finale iudicium ab iudicio principalis controuersiæ pendet, cuius exitus alius esse potest. l. 3. §. emancipatus. D. de colla. bono. l. sed si is totalege. D. ad Carbon. edict. ne forte quandoque victus non habeat quod restituat. Quod si non satisdetur executio sententiæ non fiet aut vero res sequestrabitur d. l. sed si item. 5. §. quotiescũque. D. de Card. edict. & §. cum autem eadem l. Itaque & crebræ de cautionum idoneitate controuersię existere solent sæpe morandæ executionis causa, cui malo vt occurreretur, consignandi necessitas reperta. Art. 9. Caroli IX. anni 1563. public. 8. Maij 1564. Quibusdam inopiæ priuilegio tribuitur, ne satisdare cogantur, de
2 quibus Ias. in Rubr. D. qui satis. cog. Nec probanda Rebuffi. sententia, cùm putat prouisione adiudicata non ante procedendum super principali, quam prouisioni satisfactum sit, quod perquam falsum esse vsus conuincit, sicut nec lege probatur, cùm obtinenti liceat exequi, cùm libet, sed progressum litis impediri ratio non patitur, & contra Boër. decis. 326. probat, quam falso pro se allegat Rebuffus; cuius dicti fiducia scio quosdam in eum finem instituisse, & iussos nihilominus procedere, etiam ex appellatione victos succubuisse. Nec ignoro quid in possessoriis beneficiorum obseruare soleant, sed id quoque sine lege, & quia sic visum his, qui plus possunt. Nam Ordinatio anni 1539. nullo modo id probat, quam apparet conditam ex æmulatione iurisdictionis temporalis & Ecclesiasticæ, ne ante Ecclesiastico cognitio permitteretur; quam executio facta sit iudicati in possessorio, sed ratio longe alia, cùm eiusdem iurisdictionis ad seipsam respectus habetur, quòd laicus de recredentia iudicauerit, cur processus apud eundem super principali impediatur, nulla ratio apparet, cùm vtrumque ab eadem potestate proficiscatur, & incidens sit prouisio finale iudicium expectans, cuius cognitio impediri non debet summaria cognitione. Quomodo fiat, nemo ignorat, cur sic quaque lege fiat, nemo demonstrat, nec reuera potest, & illa Ordinatio nil plane ad carmen, quod dicitur. Sed id quoque addendum, si reparari & restitui potest, quod sic erit executum, vt loquuntur.

GLOSSA 4.

1 *Clausula De non attendando &c.*
2 *Inferioris iudicis sententia à superiore confirmanda &c.*

[d] *Seront executees.*] Ideoque in releuamentis à talibus non debet poni clausula inhibitionum, de non attentando, alioqui abusiua sunt, quamquam scimus ex ignorantia formulariorum opponi solere, sed eadem facilitate contemni, & ne fieret, erat Ordinatio Francisci I. anni 1519. Art. 5. cautum & alia Caroli VIII. anno 1498. Art. 53. nisi quidem partibus auditis & cognita causa particulares inhibitiones partibus factæ sint. quod interdum accidit, cùm tam apparẽs vitium in forma, aut materia deprehenditur, vt defendi nequeat, & sustinenda sit potius appellationis examinatio, & expectanda quam temeraria mali iudicati executio facienda. 1

[e] *Autres oppositions*] *des parties* intellige, nam de extraneorum intercessionibus alibi diximus.

[f] *Infirmees.*] Cùm in hoc regno tres sæpe aut quatuor Iurisdictionum gradus reperiãtur pro feudorum conditionibus & lege, crebro euenit, vt misero litiganti per omnes gradus repedum sit, sed executionis facultatem tribui ab eo, quod infimus iudicarit, parum mihi videtur probabile: Itaque desiderandum erat, vt ad inferioris iudicatum in rebus momentosis proximi superioris calculus ante accederet, quam exequendi potestas fieret, aut certe subscriptio consultorum adiiceretur. 2

[g] *Ce qui auroit esté executé sera restablira.*] Cum expensis & damnis executionis realis, vt facere solemus, regulariter ex iniquitate sententiæ aut aliæ peccato materiæ vel formæ, interdum, vt attentatum si forte non suo loco, sed cum paratum esset diffinitiuum iudicium prouisio data sit, nec enim falso prouisionis nomine fucanda est diffinitiua ad abutendum executione, sed & si cùm in vna causa data esset prouisio, alia iterum data sit, cum amplius vna incidere non possit in eadem causa, reuocabitur secunda executio, vt attentatum, quod ex facto incidere memini.

Article CLXXIIII.

Art. CLXVI. Novae Cons.

[a] Tovtes sentences donnees, [b] par Iuge competant [c] en presence des parties, seront executees [d] reaument & de faict, s'il n'y a appel ou contredict interiecté [e] lors desdites sentences.

[a] *Omnes sententiæ latæ [b] per Judicem competentem [c] in præsentia partium exequentur [d] realiter & de facto, nisi sit prouocatio [e] ab illico interiecta dictarum sententiarum.*

Glossa I.

[a] *Toutes sentences.*] Diffinitiuas tam intellige, quam interlocutorias tam in Ciuilibus quam in Criminalibus, quæ modo reparari per diffinitiuam queant. De interlocutoriis in ciuilibus extat Ordina. Francis. I. anni 1539. Art. 91 & 1564. Art. 5. & Caroli VIII. Art. 53. & hoc inclusiue Francis. 1519. Art. 4. & Ord. 1535. Art. 28. Etsi quædam Caroli extat, quæ diffinitiuam in Criminalibus ferri non permittit, cum appellatum est ab interlocutoria *& dict exclusiuement* contra superiores omnes excipe *d'incompetance ou recusation.*

[b] *Par Juge competant.*] Nam ab incompetenti lata sententia executionem non meretur. l. vlt. C. si à non comp. iud. diximus quædam Art. 17. supra & Rebuf. tit. de sent. execut. Art. 3. glos. 2.

[c] *En presence des parties.*] Multo maximè id quidem, sed A ex contumacia latæ executionem exigunt non minus quam quæ partibus præsentibus in suo casu Ordin. anni 1539. Art. 30.

[d] *Reaument & de faict.*] Etiam viribus Præturæ, si res exigat. l. qui restituere. D. de rei vend. & illa Ord. Art. 762. sin non sufficiant etiam militari, manu implorata.

[e] *Lors desdites sentences.*] Quod illico vocant ante diuersionem ad alios actus l. 1. §. biduum. D. quan. appell. sit. Sed legis vim rescripta quæ sine discrimine ab Cancellariis concedi solent quæ de illico vocant, infregere, absenti appellandi tempora currunt, ex quo sciuit per Procuratorem defensus protinus debet appellare d. l. 1. §. vlt. D. quan. appel. sit; Alioqui non recipienda appellatio. l. litigatoribus. & C. de appellat. Ordin. Caroli VIII. Art. 18.

Article CLXXV.

Artic. CLXVII. Novae Cons.

L[a] Appel [b] de denegation de Iustice suspend la Iurisdiction du Iuge, quant audit appelant [c] en tous autres cas, sinon que ledict appelant depuis sondit appel [d] eust volontairement obey audit Iuge, auquel cas [e] il renonce à sondit appel: Et si ledit appelant est succombé en ladite cause d'appel, [f] il fera amende à la Iustice & au Iuge.

[a] *Prouocatio [b] à denegatione iuris suspendit Jurisdictionem Judicis quod ad appellantem spectat [c] in omnibus aliis casibus, nisi dictus appellans post suam appellationem [d] sponte paruisset Judici, in quo casu [e] prouocationem remittit. Et si qui prouocauit cecidit causa [f] mulcta damnabitur Jurisdictioni & Judici.*

Glossa I.

1 *Negare ius aut cunctari magna culpa.*
2 *Appellatio facienda de iuris negatione &c.*

1 [a] *L'appel de denegation.*] Præsupponendi sunt Articuli 31. & 37. harum Consuetudinum. Negare ius in Iudice magna noxa est, nec minor in Rege; quod vetulæ eius dictum arguit in faciem Regi obiectum, cùm ille diceret sibi non vacare. Cunctari etsi id quoque in culpa est, tamen non semper satis est ad fundandam appellationem à denegatione iuris, sed interpellationibus opus est, de quibus nos multa d. Art. 31. nec protinus ad quamque dilationem incalescendum, cùm multæ sæpe causæ occurrant publicæ, cur in promptu non possit cuique mos geri, de quo & Bald. l. vlt. §. illud. C. de temp. appellat. & licet per superiorem compellere potius quam ista tentare, & interpellandus Iudex ex authen. statuimus. C. de Epis. & Cler. B Alex. ibidem nu. 19. Meminit talis appellationis Masuerius tit. de appellat. num. 40. & Ludo Roman. Consil. 338 vbi ait Iudicem teneri parti damnificatæ ad omne interesse.

[b] *Denegation de Iustice.*] Oportet sub hac conce- 2
ptione verborum interpositam esse appellationem ad hoc vt locus sit huic dispositioni: nam etsi appellari sæpe contingit à negatione dilationis, aut alterius cuiusquam petitionis in quo ius negatur in specie, tamen non est idonea hæc appellatio, nec effectus huius Articuli appellatur, sed oportet in vniuersum appellari, veluti à negatione tractum successiuum habente, vnde euenit vt in casu particulari negatum ius non amplius mulctat quam exemptione iurisdictionis in casu proposito, & deuolutionis ad superiorem, quod nos diximus Art. 31. Sed ista appellatio in istis terminis probata eximeret appellantem pro tota quidem vita, eius qui iustitiam negaret.

Glossa 2.

1 *Appellans eximitur à iurisdictione eius qui denegauit &c.*
2 *In arbitrio iudicis mulcta in denegatione iuris &c.*

1 [c] *En tous autres cas.*] Intellige prout diximus de appellatione interposita à successiua denegatione iuris, alioqui momentanea aut particularis in suo tantum casu suspenderet, d. Art. 31. *en tous autres cas.* Intellige *des causes meuës & à mouuoir*, si quidem appellans vicerit ex appellatione, ea pendente suspendit, probata eximit, sed ad non longius tempus quam eius vitam, qui denegauit: etsi inter causas feudales committendi feudi hanc quoque habent, si Dominus vassallo Iustitiam facere contempserit, cap. 1. tit. quæ fun. prin. cau. benef. vbi Bart. & Iacob. Belouis. Molin. vbi supra. num. 5. Sed antequam huc deueniatur oportet insignem esse contumaciam Domini ius dicentis. Meminit talis exemptionis ex hac ipsa causa. Masuer. tit. de appel. num. 6.

[d] *Eust volontairement obey.*] Nam paruisse ipsum continet, & infert remissionem offensæ.

[e] *Il renonce à fondit appel.*] Actu voluntario renunciatur appellationi l. ad solutionem. D. de except. rei iud. Itavt ad prosequendam non amplius appellans admittitur. Idem Masuer. vbi supra. & Styl. Parlam. c. 21.

[f] *Il sera amende.*] Non immerito, talis enim appellatio notam inurit Iudici & existimationem eius lædit, cùm ius negare magna noxa sit, nec leuis pœna si probaretur. Hæc mulcta est in arbitrio Iudicis: Sed raro tales interponi contingit, vidi tamen quandoque *entre vn marchand & vn Iuge d'Auray*, mercatorem grauiter mulctatum pene adactum ad honorariam mulctam. Et conuitium fieri Iudicibus ab appellantibus non conuenit, ideo casu hoc Iudices intimantur & adiornantur vt partes. 2

Article CLXXVI.

L'appelant de certaine sentence ou Article, n'est exempt de la Iurisdiction du Iuge, dont est appelé, en autre cas. Artic. clxviii. Novae Cons.

Appellans à certa sententia, aut Articulo, non desinit subesse Jurisdictioni Judicis, à quo prouocatum est, in aliis casibus.

Glossa 1.

1 Iuge des Exempts.
2 * *Innocentij sententia improbata de iudice à quo appellatur.*

1 Hic text. digestorum, apud eum à quo appellatum sit aliam causam agere oportere, Et si in eo quiddam Francorum mores immutarint: Nam in plerisque tribunalibus & ditionibus Optimatum contra obseruant, appellantes scilicet exemptos esse in cæteris causis à Iudice non Regio, in quem vsum habent etiam Iudices quos exemptorum vocant, qui de talibus causis iudicant; quod vsurpant in Iudicibus Parium Franciæ. Notat Masuer. tit. de appellat. num. 37. de quibus multa Imbertus lib. ij. Instit. for. cap. 6. & titulus in Stylo Parlam. Proinde etsi exempti non sint appellantes exemptione legali, solent tamen de Stylo iudicantium de appellationibus, si malè iudicatum est, remitti ad idem quidem tribunal, sed alium Iudicem, quàm qui iudicauit, quia vt Baldus dicit, non est facienda remissio ad eum, qui semel grauauit. Non est vera sententia Innocentij cap. ext. de appellat. quod cum per appellationem fiat iniuria Iudici, pars quæ appellauit, verissimiliter timet ne exinde eum lædat, & probabiliter habet eum suspectum; quæ ratio, vt assumptum, falsa est: & hoc casu Iurisconsultus respondet: Nec veretur, inquit, hoc prætextu, quasi apud offensum Iudicem non debeat experiri, cùm possit denuò prouocare. d. l. vnic. 1. D. apud eum à quo appel. sit. Nec igitur iusta causa recusandi iudicij, nec passim, vt fit ad alium remittendi, quod semel aliquis in eadem causa appellauerit, nisi passio quædam animi in iudicante detegatur. 2

Article CLXXVII.

Qvand aucun est detenu prisonnier, s'il se douloit luy [a] ou autre de ses amis pour luy, & requeroit estre [b] ouy parler à droit deuant la [c] suzeraine Iustice [d] celuy qui le tiendroit, le doit [e] rẽdre à sadite suzeraine Iustice, apres auoir esté sommé de ce faire: Et si le prisonnier ne [f] trouue raison efficace contre le Seigneur, ou sa Iustice par [g] preuue presente, pourquoy il ne le doit iusticier, [h] il retournera à ladite Iustice inferieure, [i] sauf à faire droit entre le prisonnier & le Sergent, [k] ou autr es qu'il appartiendra.

Qvando aliquis detinetur in carcere, si conqueritur [a] aut quiuis alius amicorum suorum pro eo, & postularet & [b] audiri & sisti tribunalibus apud [c] superiorem Iudicem, [d] Judex inferior qui eum teneret, debet eum [e] iudici superiori restituere, postquam de hoc faciendo interpellatus fuerit. Etsi carceratus [f] non habet rationem efficacem contra Dominum aut suam

Iurisdictionem [g] *probationibus præsentibus, qua de causa non debeat Iurisdictioni suæ subesse,* [h] *remittetur ad inferiorem iudicem,* [i] *saluo quod fiet ius inter carceratum & Apparitorem,* [k] *aut alios quorum intererit.*

GLOSSA I.

1 *Appellationum Vsus olim non tam frequens.*
2 Ouïr parler à droit, *quid.*
3 *Hoc ius reis inique ademptum.*
4 *Sublata appellandi facultate non erat sublatum* d'ouyr parler à droit *&c.*

1 Erat priscis hæc formula vsurpata nondum tam crebro appellationum vsu, quas iudicantium ambitio, & aduocationis compendia immensum auxère, & aluere fauor hic eorum, qui in vinculis retenti rebus suis superesse non poterant, & appellationum circuitiones, protelationes, effugia experiri vtile non putabant, multomaximè cùm grandium mulctarum periculo interponi cœpère, vt alia ratio esset expeditior ad exponenda desideria sua vinclis apud superius tribunal: Ne veteribus quidem Iurisconsultis insolens, aut inauditum, cùm & sæpe vsurparent superiores Iudices adiri per viam querelæ, vt dicebant, aut per officium Iudicis.

Est tenu prisonnier.] ista igitur cautio pro his reperta qui in custodia sunt, nec facile desideria sua perferunt.

[a] *Ou autre de ses amis.*] Nam nec insolens id quoque alios pro aliis præsertim in criminalibus audiri, quod crebro facere solemus in impetrationibus remissionum, & iuri quoque obseruatum, l. serui. D. de appellat. l. si non defendantur. D. de pœnis. l. 2. D. de custo. reor.

2 [b] *Ouyr parler à droit.*] Hoc est, cùm per libellum petit apud superiorem audiri, & querelam suam exponit, siue de iniuria partis, siue Iudicis, siue commentariensis, aut officialis cuiusquam, quod aut personæ, aut liti fiat iniuriæ & tædium & impensas appellationis metuit. Adde quod multæ iniuriæ sæpe custodiis inferuntur quæ de facto fiunt, nec per appellationem reparari possunt vt in l. si victum, & stratum. D. de pœn. & l. vlt. C. de cust. reor. Si quid tale accidat veteribus vsurpatum reos postulare ad superiores Iudices audiri, & sisti tribunalibus *qu'ils appeloient estre ouys parler à droit*, prisci per viam querelæ adire Iudicem, de quo glos. Clem. 1. de iur. patrona. Panor. cap. ex parte 2. de offic. deleg. Dec. Consil. 335. viso Consilio in fine Hippol. Marsil. l. vnica. num. 160. itavt prohibita appellatione, non prohibeatur reus implorare officium Iudicis superioris per viam supplicationis, & recursus, vt loquuntur, qui superior debet attendere petitioni, quod Ludo. Roman. ait in Consil. 325. incip. quo ad primam Alex. Consil. 435. incip. in causa dominę. Bart.

3 & quos Hippol. plures cumulat. Quare non iure factum, quod beneficium Consuetudinis hoc scripto tam disertè comprehensum *d'estre ouys parler à droit*, reis est ademptum, ex quo in criminalibus appellationes

A cœpere interponi ad Curiam Parlamenti, quod me etiamnum puero Britannia non audierat, cum extremum apud Rectores Prouinciarum de capitalibus decerneretur, & ab patre meo ab anno 1526. ad annum 1536. factum est quo tempore primùm appellationes à talibus inductæ sunt in vsum, Quarum obtentu cum Iudices appellationum metuerent, ne Rectores Prouinciarum hoc prætextu quidquam de solito iure retinerent in criminalibus, si hæc formula maneret, auctoritate sua lato Aresto abrogarunt, quod nõnisi Regis potestate, & populi consensu poterat, non magis quam ius Consuetudinarium vllum. Cum ex his quæ 4
B supradiximus constet etiam sublata appellandi facultate ad Rectores Prouinciarum hoc remedium sublatum intelligi nõ debuisse, quominus citra appellationes sua Rectoribus auctoritas in inferiores staret, & reis salutaris expostulatio permitteretur, & ratio multo expeditior expostulandi constaret: Sed quid non hæc sæcula inuertère. De quo & Hypolit. iterum. §. oportune. num. 51. in practica. Et si scio Ordinationis Regum anni 1554. redditam facultatem iudicandi de appellationibus interlocutoriis in criminalibus Rectoribus Prouinciarum nonobstante illa Ordinatione anni 1539. & hoc postulante ipso Procuratore generali Parisiensi.

C [c] *Suseraine.*] A verbo, *Sus*, id est, *superieure.*

[d] *Celuy qui se tiendroit.*] Id est, *le Iuge inferieur.*

GLOSSA 2.

[e] *Rendre.*] Id est *representer*, id est sistere ad superius tribunal, quomodo Paulus, cùm Cæsarē appellasset, Cæsarem, aiunt, appellasti, ad Cæsarem ibis, de hoc multa Imbertus lib. 4. Instit. Forens. cap. 3. in glossa.

[f] *Trouue raison efficace.*] Neque protinus, nec omnimodo, nec semper Iurisdictio, aut cognitio deuoluitur ad superiorem, sed in casu insignis negligentiæ, aut grauaminis, aut offensionum, aut inimicitiarum, aut iustæ recusationis vt Art. 37. supra.

[g] *Prouue presente.*] Incontinenti scripto & actis, aut iniuria facti est etiam probationibus testium.

D [h] *Il retournera.*] Remittetur in statu, sed ampliata custodia, si arctius quam debuerat, detinebatur.

[i] *Sauf à faire droict entre le prisonnier.*] Provt expostulatio Domini officium verè vel falsò perstrinxit, aut iniuriosè attigit mulcta, vel alia ratione: Nonnunquam etiam probata querela, retinenda cognitio, cum Domini persona offensa, & ille iracundior non videtur ex officio facturus, pronior forsan ad vltionem factus.

[k] *Ou autres qu'il appartiendra.*] *& aux despens & interests du retardement du procés.* Suis enim expensis sisti debet, aut officij, si aliunde non habet reus. §. audiant auth. de defens. ciuita. Ioan. Fab. l. minimè. C. de appella. Papæ decis. 235.

ARTICLE CLXXVIII.

Artic. CLXIX. Novae Cons.

I [a] la partie interessee appeloit [b] de l'eslargissement du prisonnier, nonobstãt l'appel, le prisonnier sera eslargi en baillant caution suffisante du iugé, & de soy representer pardeuant le Iuge de l'appel, à l'assignation qui luy sera baillee.

[a] *Si per-*

[a] *SI persecutor noxæ ac maleficij prouocaret [b] à liberatione rei, nonobstante prouocatione, reus liberari carcere debet, præstando cautionem idoneam faciendi iudicati & iudicio sistendi coram Judice prouocationis ad diem ei assignatum.*

GLOSSA.

[a] *Si la partie interessee.*] Nam carceratio non solum officium, sed & partis quoque priuatæ interesse respicit, ne pendente accusatione testes deterreat, alios subornet, vt denique iudicatus nexu corporis soluere iudicatum ex crimine debitum cogatur.

A

[b] *Le prisonnier sera eslargi.*] *actuellement.*

[c] *Baillant caution suffisante du iugé.*] Hæc cautio vbique præstari desiit, quæ est iudicatum solui, & sequens tantum præstatur *de se representer*, quæ est iudicio sisti Boër. tit. de Iurisd. §.14.

ARTICLE CLXXIX.

ET [a] où le Procureur auroit conclu [b] à fin ciuile seulement, [c] & toutesfois contrediroit par appel, ou autrement l'eslargissement du prisonnier, seroit neantmoins ledit prisonnier eslargi [d] baillant par luy caution, comme dit est. Art. CLXX. Novar Cons.

[a] *ET vbi Procurator Fiscalis aduersus reum intendisset [b] ciuiliter tantum [c] & tamen obsisteret per prouocationem, aut alio modo liberationi carcerati, nihilominus carceratus carceribus soluetur [d] satisdando vt supra dictum est.*

GLOSSA.

[a] *Et où le Procureur.*] *Fiscal*, intellige.

[b] *A fin ciuile.*] id est, *pecuniaire*. Non igitur descriptione Iurisconsultorum vtimur, cùm dicunt id Iudicium criminale dici, cùm pœna applicatur fisco, de quo Bart. l.3. D. de sepul. viola. Canonistæ in Rubr. de Iudic. hîc enim Ciuilis persecutio & iudicium dicitur, etsi pœna applicetur fisco, sed criminale nobis non res sed persecutionis species facit, cùm ordinaria aut extraordinaria est.

[c] *Et toutesfois contrediroit.*] Id quidem perraro potest accidere. Ratio huius dicti est, quia Consuetudo præsupponit reum non grauius damnandum, quàm quod petitum est, ideo cùm hic sensus Iudicis, & Procuratoris cōcurrant in ampliatione, nō debet iterum reus attineri, cùm cautio sit, malè factū si ꝙ est, reparatura.

B

[d] *Baillant caution.*] *Où il y a eslargissement & appel, il y a tousiours caution*, Alioqui Iudex & Procurator litem suam faciunt, & subiiciuntur representationi ampliati, si iudicatum reformetur: hæc de Francorum vsu deducta per Reformatores in obseruata pridem nostris, de quibus Imbertus lib. 4. Instit. for. cap.3. Boër. tit. de Iurisd. §.14.

ARTICLE CLXXX.

QVAND le prisonnier contredit le iugement par appel, ou autrement, il sera detenu en prison, sans le mettre en gehenne, ne luy faire aucune contrainte, [a] pour renoncer à son contredit, ou appel.

CVm incarceratus obsistit iudicio per prouocationem, aut alio modo, detinebitur in carcere, nec torqueri debet, nec vlla alia vis ei inferri [a] vt prouocationi interpositæ renūciet.

GLOSSA.

Cum reus iudicatus est capitis, aut corporalis pœnæ, quæstionis, omnino interim carcere detinetur, nec nisi à superiore ampliari potest, cùm pecuniariæ pœnæ deponendo apud Receptorem summam condemnationis, & data cautione ampliari potest, si modo Procurator nil amplius quam pecuniariam petiit: nam consignatione facta emittitur, ita vt in causa appellationis id primùm docere debeat, se consignasse.

[a] *Pour renoncer.*] Citra igitur vim non prohibetur renunciare appellationi interpositæ, sed non interponendæ, cùm hæc inter defensiones necessarias connumeretur. Et si scio eos, qui de appellationibus iudicant, istud quoque ferre iniquo animo & Boër. decis. 299. apud suos non esse receptum scribit, vt renunciantes admittantur: & fortasse in appellationibus ab Iudicibus non Regiis rationem habere potest, propterea quod non his multa in latebris & clanculum admittitur obscuris ditionibus, & ignara aduocatione, in quibus multa perperam admitti possunt. Sed in Regiis cùm palam & publicè in luce conspicua fiant omnia, nihil est metuendum ab impressione, aut malis artibus.

C

TITVLVS DECIMVS,

DE EXPENSIS ET DAMNIS.

TILTRE DIXIEME,

Des Despens & Dommages.

AD RVBRICAM.

EXPENSÆ non vnius generis in vſu habentur, cùm aliæ ratione contumaciæ debeantur, de quibus l. ſancimus. C. de iudic. aliæ ratione retardati proceſſus, de quibus hîc & in l. non ignorat. C. de fruct. & lit. exp. aliæ ratione malæ litis inſtitutæ, de quibus l. eum quẽ temere. D. de iudic. vbi Iacob. de ſancto Georgio, atque hæ regulariter in vſu ſunt.

Damna expenſarum appellatione non intelliguntur, ſed ea ſunt quæ de ſuo pereunt agenti per factum aduerſarij conuenti Bald. l. 1. C. vnde vi. cap. in noſtris ext. de iniur. & quæ pluribus Boër. deciſ. 52. hæc, in omni caſu & cauſa me adoleſcente in Britannia adiudicari ſolebãt, ſed commerciis Francorum deſitum, niſi quidem in poſſeſſoriis, & vendicationibus, & aliis quibuſdam talibus. Quæ damna inſtantiæ appellant per Ordin. anni 1539. ex prolixitate litis, & qualitate perſonarum, & locis vbi lis eſt, & ſollicitatorum operis æſtimari ſolent: ſed fere ſunt nihili, & pauci omnino norunt, in quo conſtant, ideóque quidam confeſſus ea in totum in condemnationibus omittunt, vt magnum Conſilium.

ARTICLE CLXXXI.

ARTIC. CLXXXI. NOVAE CONS.

TOVS [a] deſpens preiudiciaux doiuent apres la liquidation & éclarciſſement d'iceux eſtre payez, [b] deuant que la partie, au profit de laquelle les deſpens ſont adiugez, ſoit tenuë proceder outre en la cauſe principale.

[a] *OMnes expenſæ præiudiciales debent poſt liquidationem eorum pendi,* [b] *antequam pars in cuius vtilitatem expenſæ ſunt adiudicatæ, teneatur vltra procedere in cauſa principali.*

GLOSSA I.

1 Preiudiciaux *quid.*
2 *Præfigendum tempus, vt ſuper principali procedatur.*

1 [a] *Tous deſpens preiudiciaux.*] *Preiudiciaux* vocant quia vi præiudicati omnino talia impendia reparanda ſunt antequam ſuper principali procedatur, ſi quidem liquidata ſunt, id enim antecedens eſt neceſſarium, quod & vſus obſeruat, & ex auctoritate Baldi Boërius notat d. deciſ. 52. Cuius iuris prætextu malignè plerumque partium cunctationes fiunt ab his, quibus talium adiudicationes ſunt factæ, cui incommo-
2 do vt obuiam eatur, ſolet ab iudicantibus tempus præfiniri intra quod iudicata exequentur, quod ſi non ſit factum, iubent in lite procedi ſalua poſt li-
A quidationem executione, per eandem viam præiudicij, etſi etiam res poſcere videatur data cautione in magnis ſummis, quomodo & de reparationibus rerum adiudicatarum conſtitutum eſt, Ordinat. anni 1539. art. 197. & Molin. art. 52. Quæ cunctatio ſæpiſſimè fieri depræhenditur ab recredentiariis, vt loquuntur, cùm properantibus partibus pleni poſſeſſorij proſecutionem moras nectunt; in quo ſæpiſſimè ius cedere iniuriæ compertum eſt factionibus.

[b] *Auant que la partie ſoit tenuë de proceder.*] Is fortiſſimus obex feſtinanti actori, quod olim generale fuit in omnibus expenſis contumaciæ d. l. ſancimus. pro quibus nec locus eſt compenſationi, tanta eſt neceſſitas ſolutionis ob moram.

ARTICLE

Article CLXXXII.

Et deſpens [a] ſont reputez preiudiciaux, quand ce ſont deſpens de defaut donné [b] alencontre d'vn demandeur, ou de deſpens adiugez alencontre d'vn [c] ſpoliateur, ou adiugez alencontre d'vn defendeur defaillant en la premiere aſſignation [d] d'inſtance de plegement, [e] ſ'il veut puis apres ſuiure ledit plegement, ou ſi ce ſont deſpens [f] d'incident qui a uroient retardé le principal.

Artic. CLXXXII. Novae Cons.

Et expenſæ præiudiciales [a] cenſentur, quando ſunt expenſæ eremodicij dati [b] contra actorem, aut expenſæ adiudicatæ contra [c] ſpoliatorem, aut adiudicatæ contra reum cōtumacem in prima aſſignatione [d] inſtantiæ plegiamenti, [e] ſi velit poſtea ſequi dictum plegiamentum, aut ſi ſint expenſæ [f] incidentis quæ principali moras nectere poſſent.

Glossa 1.

1 *Præiudiciales expenſæ quædam aliæ.*

2 *Quid ſi fines recipiendi iuncti ſunt vna cum principali.*

1 [a] *Sont reputez preiudiciaux.*] Nec iure nec moribus eadem talium æſtimatio eſt, cùm alibi aliter deſcribantur Maſuer. tit. de expenſ. Omnes expenſas reis adiudicatas contra actores pro præiudicialibus, habet Imbertus lib. 1. Inſtit. foren. c. 20. inter preiudiciales habet, quas reus facit auctorem laudando, ſi eum tandem non ſiſtat iudicio, Felyn. c. ſignificantibus. ext. de libel. oblat. & alij in l. edita. C. de eden. eo. numero reponunt; eas quæ debentur propter mutationem, aut correctionem libelli. Quod & ego probo & idem in omni correctione erroris.

[b] *Alencontre d'vn demandeur.*] Huius enim maior contumacia.

[c] *Spoliateur.*] Ante enim omnia reſtitui oportet quam procedatur tam in principali quàm expenſis, de quo ſupra diximus art. 109. Idem nunc vſurpatur, in recredentiis beneficialibus citra appellationem, aut ex appellatione adiudicatis, tametſi nulla ſcripta lege id auctoritatem habet, de quo Rebuffus tit. de ſenten. executor. art. 7.

Glossa 2.

1 *Incidentes retardantes principale.*

A

[d] *D'inſtance de plegement.*] *venant de la part dudit defendeur, qui de vray eſt en ce demandeur*, & ea de cauſa expenſas debet, vt actor, quin per antiquam Conſuetudinem art. 58. *le plegement en ce cas s'en alloit hors.*

[e] *S'il veut par apres ſuiure.*] Si quidem tempora largiuntur. l. accuſaturus. D. de adulter.

[f] *D'incident qui auroit retardé le principal.*] Cuiuſmodi 1
ſunt recuſationes, incompetentiæ dilatoriæ omnes, *toutes fins de non proceder, toutes fins de non receuoir, dont on eſt debouté.* Idem & in expenſis voluntarij proceſſus apud Iudicem Eccleſiaſticum facti cùm ad Iudicem

B

laïcum euocatur. Tales omnes impenſæ, ante omnia refundendæ ſunt, antequam in lite procedatur, præterquam quod tales actus in eremodicium & defectū imputantur ex art. 32. ſupra. Quod ſic quidem intelli- 2
gendum eſt, cùm fines non recipiendi per ſe deducuntur: nam ſi vna cū principali iūcti ſint, vt ſæpe fit, cùm incontinenti non probantur, tum expenſæ præiudiciales non ſunt quia principale non ſunt tales fines remorati. Tam præiudiciales ſunt expenſæ, falſi præiudicialis, quo præponens exciderit: nam cum falſum remoretur principale, incidit in diſpoſitionem huius Articuli. De talibus expenſis ſtatuit. l. non ignorat. C. de fruct. & lit. exp.

Article CLXXXIII.

Celvy [a] à qui on fait demande de quelque debte, [b] qui ne uient de ſon fait, [c] apres que la debte luy eſt verifiée, ſ'il perſiſte à le dénier, [d] il doit deſpens & intereſts de toute l'inſtance: mais apres la verification faite, ſ'il veut recognoiſtre la debte, & la payer, [e] il ne deuroit aucūs deſpēs.

Artic. CLXXXIII. Novae Cons.

[a] Is à quo petitur aliquod debitum, [b] quod non procedit de proprio facto [c] poſtquam debitum ei probatum eſt, ſi perſiſtat in eius denegatione, [d] debet expenſas & intereſſe eius inſtantiæ: Sed probatione facta, ſi velit debitum agnoſcere & ſoluere, [e] nullas deberet expenſas.

Glossa 1.

1 *Hæres reus iuſtam cauſam habet ignorantiæ.*

2 *Actor non præſumitur ignorare.*

3 *Deceſſoris facto tenetur agens, & num. 4.*

Hæc diſpoſitio ſumpta eſt ex l. ſi quis inficiatus. D. depoſ. l. qui alterius. D. de reg. iur. & item c. cùm quis de reg. iur. in 6.

C

[a] *Celuy à qui on fait demande.*] Reum intelligit in terminis ſupradictorum iurium: nam is præſuppoſita ignorantiæ cauſa, vt quia alteri ſuccedit, expenſas non debet vlla temeritatis, aut iniuria, quæ cauſæ vulgò putantur eſſe talium condemnationum; iuſtè enim recuſat, quod ab alio petitur, is cui nil probatur præter petentis aſſertionem: neque enim protinus cuiquā credi lex cogit, neque par eſt. Quare hæc cautio datur

ab Bartolo & cæteris, vt actor qui instrumenta habet, A
protinus in initio ea denũciet, reo exhibeat, & descri-
bendi potestatẽ faciat, vt ita excusationem rei exclu-
dat: hoc cùm initio facit, expẽsis exinde locum facit.
Si serius, serius eas etiam obtinet, quod & in exceptio-
nibus quoque serius propositis vsurpãt cap. exceptio-
nem. ext. de except. vbi & Bald. tale quiddam scribit.
Hæc Bartolus in d. l. si quis inficiatus d. l. qui in alte-
rius. & l. destitisse. & l. eum quem temere. D. de iudic.
& alij. l. properandũ. §. sine autem altervtra, vbi Alex.
& Ias. Itidem obtinet cùm ex attestationibus intẽtio
probatur, postquam publicatæ sunt, & reo legẽdi co-
pia facta est: Sed hæc excusatio in reo probabilis est,
nec de alio hic Articulus loquitur, hoc est, vt ex pro-
2 babili ignorãtiæ causa executio recipiatur. Sed in agẽ-
te dispar conditio, qui nonnisi meditatus & paratis
probationibus ad agendum venire debet, cùm in po-
testate eius sit, quando agat, rei non sit quando cõue-
niatur, quod Iuriscõsultus expressit d. l. qui in alterius B
l. si quando. C. de dilat. l. pure. §. vlt. D. de dol. except.
Etsi Bartolus, quem Decius & alij sequuntur, iustas
quoque actori causas incidere posse censet, cur & ipse
excusetur, vt si forte in monumentis paternis schedu-
lam, aut syngrapham debiti reperit apocham recepti
nullam, quæ ratio fucum facit, & dilutam & aqueam
3 reddit dispositionem d. l. qui in alterius. Ego quidem,
aut nunquam, aut rarissimè excusationem actoris re-
ceperim talia prætexentis: nam etsi talis ignorantia ab
dolo & calumnia potest excusare ab expẽsis, certè non
debet, quæ per eius factum, & prædecessoris absunt.
Nam etsi hæc excusatio prætexitur agentis, prędeces-
soris dolus, aut vecordia inexcusabilis est, quã omni-
no ab successore præstari oportet: Nec enim culpa ca-
rere potest, qui cum debitum recepisset, acceptillatio-
nem non scripsit opistographo, dissolutæ quantitatis
instrumentum retinuit, non concerpsit, qui testamẽto C
aut diario non scripsit receptum, qui hæredem non
admonuit; horũ nullum fecisse magna culpa aut dolo
carere nequit, vnde error hæredis prognatus sit, qui si
malam mentem excusat, defuncti non excusat, qui suo
facto expensis & inutili labore & periculo non legi-
4 timo bonum debitorem implicuerit. Quare in aliena
iactura ex contractu cum prædecessore facto non est
æquum ludere hæredem, quin quod alteri facto præ-
decessoris abest, repẽset: neque enim expẽsæ peccati
sunt pœna, sed amissi in lite non iusta sumptus reposi-
tio, non puniunt sed reponũt: in quo magnum discri-
men. Sarciendæ igitur impensæ, cùm auctoris factum
hæres præstare debeat, quod cuique absit, & purgari
possit per actionem ex cõtractu: Quæ sentẽtia potior
est, etsi paucorũ vt Dini d. cap. cùm quis. Quare pro-
missa pœna in casu contrauentionis à prædecessore,
non minus debetur ab hęrede ignorãter cõtrauenien-
te l. cùm filius. §. in hac. D. de verb. obligat. Etsi sine
auctore dari restitutiones argutãtur falsa ratione sup-
posita ignorantiæ, quæ omnino recipienda non fuit.

GLOSSA 2.

1 *Reus non excusat ignorantiam ponendo contraria facta.*
2 *Ex præsenti colligitur præsumptio de præteritis.*
3 *Nullus absoluitur ab impensis debitis, &c.*

[b] *Qui ne vient de son fait.*] Et ideo probabiliter igno-
ratur, cùm nec facto, nec verbis, nec consensu, nec
re obligatio contracta est ab reo.

[c] *Apres que la debte est verifiée.*] Instrumentis, literis,
testibus, si modo ad iustam probationem nil desit, nec
facies instrumenti vacillet, & idonei testes sunt: nam
testium reprobatio probata, repugnantem tam debet
excusare ab agnitione debiti, quàm instrumenti non
iusta, & publica forma.

Sed hic aduertendum reum, cùm excusationem 1
petit ab ignorantia, contestari non debere; hoc est cõ-
traria facta ponere, & probare velle: hoc enim esset
non excusare ignorantiam, sed deficere in probatione
exceptionis. Ideóque post consumptas dilationes, &
probandi facultatem, sera esset pœnitentia, & conces-
sio actionis probatæ, & exceptionis consumptæ. Sed
debet reus de ignorantia simpliciter causificari *&*
comme ils disent, par non sçauance. Nam exceptionis pro-
positio, & facti contrarij allegatio excludit ignoran-
tiam, in qua totus est excusationis color, & factum
contrarium asserit: non ignorat enim, qui factum de-
fendit, & exceptionem probare contendit. Hæc vera
sunt, & si Doctores non attigerunt mali experimen-
torum, & vsus Magistri.

[d] *Il doit despens & interests.*] Ratio dispositionis est, 2
quia qui etiam re probata obsistit, non erat aliter
facturus, etiam si ab initio probatio esset facta, cùm
ex præsenti colligatur præsumptio de pręterito, quam
considerationem meritò Decius vltra alios notat. d. l.
qui in alterius. Roman. singul. 596.

Quæ eadem causa est, in causis appellationum, cur
ex nouiter actis, aut productis condemnati in expen-
sis etiam condemnentur, etiamsi in prima instantia
obtinuissent, quod Baldus dicit l. generaliter. §. 1. C. de
reb. cred. Etsi glossa ibi. Alex. Cõsil. 185. vol. 6. & quos
citat, aliter sentiant: Sed hoc, quod dicimus, indubius
vsus obseruat, latè Panor. c. finem litibus ext. de dolo.
& contum. num. 28. Angel. d. tit. de pœn. temer. litig.

Il doit.] Doctores negant, cùm ex statuto vel ex 3
contractu expensæ debẽtur, posse quemquam ab his
absolui, quantumcunque iustam causam habeat liti-
gandi, quem locum cumulat Hippol. Marsil. sing. 257.
& latè l. patre vel marito. D. de quæstion.

[e] *Il ne deuroit aucuns despens.*] In terminis, d. l. qui in
alterius & d. l. si quis inficiatus.

ARTICLE CLXXXIIII.

ARTIC. CLXXIIII. NOVAE CONS.

ON peut proceder[a] à toutes taxes de despens[b] par vn seul defaut obtenu sur [c] adiournement deuëment intimé, & [d] la taxe des despẽs faite par le Commissaire, seront lesdits despẽs verifiez [e] par le sermẽt de la partie, [f] ou de son Procureur suffisamment fondé, pourueu que ladite partie, ou son Procureur [g] ne soient infames.

POtest procedi [a] ad ineundas quasuis rationes expensarum in lites [b] per vnicum eremodicium adeptum super [c] citatione ritè intimata & [d] taxatio expensarum facta per Commissarium, dictæ expensæ probabuntur [e] iureiurando à parte [f] aut illius Procuratore idoneè constituto, modo dicta pars aut eius Procurator [g] non sint infames.

GLOSSA

GLOSSA I.

a *A toutes taxes.*] De impensis in iudicialibus & lite factis intelligendum: nam in conventionalibus ex contractu pluribus opus esset, quod Boër. notat decis. 52.
b *Par vn seul defaut.*] Hoc idem Barbatius dixerat c. olim. 3. col. ext. de rescript. & ita seruat Stylus Curiarum Franciæ.
c *Adiournement deuëment intimé.*] Partem scilicet, vel Procuratorem qui in lite fuit, oportet vocari, etsi olim de Procuratore dubitabant. Bart. l. non ignorat. C. de fruct. & lit. exp.
d *La taxe faite seront verifiez.*] Contra olim sacramentum taxationem antecedebat, hîc taxatio sacramētum præcedit ex cap. I. de restit. spol. in 6. & cap. I. de ex-

A cept. ibidem authen. post iusiurandum. C. de iudic.
e *Par serment.*] Ex l. sancimus. C. de iudic. & d. cap. I.
f *Ou de son Procureur.*] Generalis sufficiebat antiquis art. 98. supra. Nunc Francorum commerciis spernitur Consuetudo, specialem exigunt.
g *Ne soit infame.*] Diximus art. 100. & cætera de genere hîc fusius Hippol. Marsil. d. l. patre. Angel. in tit. de pœna temer. litig. Rebuf. in Ordin. Iacob. de Arena speciali libello. Pano. d. cap. finem litibus, & ibi alij. Illud notādum vsu tribunalium nō haberi respectum ad eas expensas, quas victor domi facturus esset, sed nec probationem exigi singulorum articulorum, sed arbitrio Iudicis, ex conditione personarum, temporum, annonæ taxari solere.

ARTICLE CLXXXV.

ELUY a qui aliene, b ou perd le bien d'autruy, c ou iniustement le retient, d combien que l'acquereur en fust approprié, e si est-il tenu f desdōmager le vray Seigneur & proprietaire de ladite chose ainsi g alienée, ou perduë.

Artic. CCLXXIII. Novae Cons.

ILle a qui alienat, b aut perdit seu consumit bona alterius, c aut iniustè ea possidet, d quamuis emptor ea sibi vindicet, e nihilominus tenetur f indemnitatem præstare vero Domino & proprietario dictæ rei g sic alienatæ aut amissæ.

Optimi iuris artic.

Non aliàs breuiori compendio tantùm materiæ comprænhensum est, nec alius tamen Articulus toto libro ignotior pragmaticis opinor, quia hoc titulo, id est non suo loco, nec conuenienter est positus, cùm sub approprimentis esse deberet.

Hinc positus art. 273. N. C.

Primùm ex hac dispositione statuitur malam fidem auctoris nō nocere successori cōtra iuris Romani regulas. l. malæ fidei. C. de præscrip. long. temp. Secundum quod de alieno quis vēdiderit, distraxerit, alienauerit teneri ad æstimationem re præscripta, aut interempta. De primo diximus professa opera in tit. de approprimentis, art. I. in loco de qualitatibus possessionum in auctoribus, demōstrauimúsque iure Consuetudinario omnem malam fidem purgari banimentis, quod ipsum in loco de bona fide latius exigimus.

GLOSSA I.

1 *Mala fides auctoris non nocet successori.*
2 *Malæ fidei possessor quis.*

1 a *Celuy qui aliene.*] Diximus hoc Articulo probari malam fidem auctoris non nocere in approprimentis: & fuerit fortasse, qui hoc textu neget probari, propterea quod simpliciter textus dicat, *Qui aliene*, sed talem alienationem posse contingere, quæ à bonæ fidei possessore fiat, vt in hoc cum iure Romano conueniat, & hoc casu intelligi dispositionem. Sed si quis sic censeat, consequenter incurret in aliud illius iuris decretum: nam cùm illo iure sit traditum ex alienatione rei alienæ bonæ fidei possessorem nō teneri ad restitutionem pretij, quod glossa, Bart. Bald. Salyc. Angel. Cuman. Castr. Alber. & alij censent. l. mater. C. de rei vend. sequeretur posita in principio Articuli bona fide in alienante non posse finem eius congruere, qui ad restitutionem æstimationis obligat. Sunt enim ista repugnantia bona fide alienare, & ad pretium posito
2 quidem titulo alienantis oneroso. Concluditur igitur, malæ fidei possessorem hîc intelligi, qui non vendiderit, vnde & pretij restitutionem debeat, ex cuius tamē alienatione vsucapio hîc fieri posse præsupponatur;

A Quare à tali auctore titulum consecutus, per approprimenta fit Dominus irreuocabilis purgata mala fide bannimentis, cuius rei rationes latè ibi demonstrauimus.
b *Ou perd.*] Perdit qui consumit, & facit vt Domino pereat, siue id sit mobile, siue immobile, cùm id facit, ne vnquam Dominus habeat.

GLOSSA 2.

1 *Diuersa condemnatio eius qui alienum vendidit, & eius qui illud retinet.*
2 *Alienatio à non Domino facta tribuit vsucapiendi conditionem.*
B 3 *Agitur ad æstimationem consequendam rei alienatæ.*
4 *Nulla est iniquitas approprimentorum hoc art.*

c *Ou iniustement le retient.*] Hîc casus non est idem, qui & superior, quippe alia est condemnatio eius, qui alienum vendidit, & possidere desiit, alia eius qui retinet & restituere non vult. Nam qui vendidit sæpè vsucapiendi causam præbet suo emptori, ita vt Dominus vendicatione excludatur: qui rem alienam retinet, si extat restituere cōpellitur præcisè etiam viribus Præturæ. l. qui restituere. D. de rei vendica. Si non extat æstimatio litis faciēda est. Quare verbum quod sequitur *est tenu de desdōmager*, non determinat vtrumque casum æqualiter: nec dubium, quin rem suam Dominus vbicumque repertam vendicare possit. l. mater. l. si mancipium. C. de rei vēdic. l. I. C. de reb. alien. non alien. & toto titulo. l. I. de comm. rer. alien. Quod & si desierit possidere dolo, ad litis æstimationem venietur ex probationibus iustificādam, in qua æstimatione damna quoque venient. l. parū. D. de reg. iur. Idem accidet, & in re perempta & præscripta post veditionem. 1
C
d *Combien que l'acquereur en fust approprié.*] Hic præsupponit ex alienatione à non Domino facta tribui vsucapiendi conditionem ex lege & vulgata regula l. Clauibus. D. de contrah. empt. siue is bonæ fidei auctor fuerit, siue sciens, alioqui vt diximus, si bonæ fidei tātum esset, restitutio pretij non fieret. Hoc approprimentum excludit Domini actiones & vendicationes, 2

vnde necessariò recurrendum est ad venditorem, cui rei alienæ pretium adest, Domino abest.

[c] *Si est-il tenu.*] Hoc verbũ determinat illud, *qui aliene ou perd*, nam *qui retient* præcisè cogi potest ad restitu-
3 tionem. Porrò nil æquius ista dispositione, quę & iure quoque ciuili agitata est, cùm quidã scolastici auctores dubitant, qua actione agenti experiendum sit, an negotiorum gestorum secuto agẽtis assensu ad alienationem, an alia. Sed manifestæ iuris regulæ repugnãt: nam neque negotiorũ gestorũ actione agi de eo quod quis suo nomine non alieno gesserit, nec alieno nomine gestum ratificatione fieri alterius, & prætium ex re aliena redactum Domini rei non esse, quæ vulgata est tractatio. d.l. si mater & l. vlt. D. neg. gest. Quare denique cõcludunt ex æquitate re perempta, aut pręscripta dari in subsidium actionem ad æstimationem consequẽdam, quia iuris subtilitas obesse non debeat iacturam fugienti, in qua alius de alieno locupletatur; Quæ sentẽtia vera est, & Cõsuetudo hîc eam fundat, ex qua condictio ex haç Cõsuetudine, aut in factum actio datur exemplo. l. si cùm seruum. vbi Alciat. D. de reb. cred. textus. d.l. mater. l. seruos. C. si vend. pig. aga. Bart. & Alber. l. vlt. D. de nego. gest. l. 1. C. de reb. alien. non alien. l. sed & si non sit hæres. D. depositi. gl. l. 1. D. de distra. pign. Fulg. cõsil. 157. Corn. cõsil. 199. lib 3. Quare & si stricta iuris ratione laboratur in struenda actione, tamen longũ valere iussis ambagibus Cõsuetudo actionem dat Domino, vẽdicationem quidem si velit, & res patiatur, aut æstimationis cõdictionem, si aut perempta sit, aut præscripta. Itaque res agentibus id tantùm spectãdum, quod æquum sit, vt tu fur, aut compilator rei meæ prætiũ habẽs, ego caream, & tum cum mea iactura locuples fias cõtra d.l. si cũ seruum.
4 Quare non est quod magnopere perturbentur externi homines approprimẽtorum violentia (vt loquuntur) aut iniquitate, quoniam approprimẽto consecuto hac denique ratione fiat, vt Domino res non pereat, cùm eius æstimationem non solum in pecunia, sed in fundis consequatur Dominus, si velit, ita æquiore animo pensaturus rei suæ mutationem ex negligẽtia sua, cùm in eo sit, quod sibi imputare debeat, & accepto ferre socordiæ & culpæ suæ, cùm alienationem impedire potuerit intercessione. Hæc Doctores prolixa disputatione, & opinationibus inuoluunt. d.l. mater, cùm simplici distinctione res dissolui possit.

GLOSSA 3.

1 *Damnum quid in re aliena distracta.*
2 *Quomodo sarciendum damnum Domino ab alienante.*
3 *An aduersus omnes simul vendentes actio competat.*
4 *An actio cõpetat aduersus plures subordinatè alienãtes.*
5 *Actio ad recompensationem est xxx. annorum.*
6 *Casus interitus rei aut præscriptionis differentia.*

1 [f] *Desdommager.*] Damnum est, quod cuiquam de patrimonio abest, & perit. l. damnum. D. de dam. inf. cùm talibus. Hic res, quæ vendita est, si semel interiit, aut si præscripta, in damno Domini est, & id quod per
2 eam occasionẽ perditur. Quare omnino sarceri oportet, imprimis æstimatio ipsius rei restituenda est quãti fuit post alienationem plurimi, cùm culpa sit de alieno disposuisse. Neque enim spectãdum quanti sit vendita, & facilis sit iactura de alieno, & vt loquuntur, corrigiæ de alieno corio, neque vẽditor legem potuit ponere alteri, quam sequatur in suo, quod Raph. Fulgosius sensit expresse, consil. 157. Imo hanc compẽsationem non tenebitur Dominus accipere in pecunia, & quia aliud pro alio ex contingẽti accipere cogitur, non alterius qualitatis accipiet quam id fuit, quod vẽditor distraxit, fundus si fundus fuit, domum si domus est vendita: si quidem de malæ fidei possessore loquimur. Neque enim velut in emptionibus euictione secuta interesse succedit ex natura contractus: sic hoc casu euenit, quoniam nullus contractus inter vẽditorem rei alienæ, & Dominum gestus est: sed id totum quod gestum est, aut cupa, aut dolus venditoris fuit. Itaque pro immobili Dominus pecuniam nõ recipiet quantacumque sit, inuitus quidem, nec rem suam per indirectum vẽdere cogetur, neque minus hic recompensatio eiusdem speciei, & qualitatis debetur, quam cùm maritus fundum dotalem distrahit, & quod de re cuiusque propria dicitur, de communi quoque statuendum est. l. 1. C. de comm. rer. alien.

Sed hic dubitatio, an omnibus quorum res di- 3
stractæ, proponitur, æquè actio competat aduersus omnes, id est, sit ne par conditio venditorum siue bonæ fidei, siue malæ fidei sint possessores, glo. & Baldus omnium conditionem exæquat, dato quod venditor rem habuerit titulo lucratiuo, vel sine titulo, hoc enim casu, cùm ei nihil absit, non iniquè cum eo agi, si pretium ab eo repetatur. Hæc sententia speciem iuris habet, ex qua sequitur, si vẽditor talis bonæ fidei pretium consumpserit, nec locupletior sit factus, nihil restituere debeat: sin minus iusto receperit, non amplius quam id quod recepetit. Bald. d.l. mater. l. sed & si lege. §. cõsuluit. D. de petit. hæred. in titulo oneroso non putant teneri venditorem, qui bonæ fidei possessor fuit. l. Proculus. D. de iure dotium. Hæc Bald. post glossam & alij. l. mater. C. de rei vendic. Itaque & ca- 4
sum quendam mixtum ponunt de pluribus alienantibus subordinatè, quorum quidam habeant titulo lucratiuo, quidam oneroso, à quo pretium peti possit, quem casum glossa examinauit. Sed vtcũque iure illo sit statutum, vereor ne indefinita huius Articuli dispositione ominis omnino rei alienæ vẽditor comprahẽdi debeat, ita vt pretiũ omnimodo restituere, aut rem pro re pẽsare teneatur, quod indefinita oratio suadet, & statuti natura, quæ addere aliquid debuit illi iuri; & si verum fateri volumus, æquius sit rem perire rei alienæ possessori quãtumcumque bonę fidei sit, quam Domino sine facto suo. Quare simplici definitione omnes illas. l. mater. disceptationes finiendas hoc textu puto, vt sine discrimine omnis rei alienæ alienator teneatur pretium restituere verum & integrum, si bonæ fidei sit, sin minus quale accepit: nec considerari oportere, sit ne locupletior factus, qui alienum accipit auctoritate huius dispositionis.

Sed intra quæ tempora danda est actio ad recom- 5
pensationem? Respondeo ad triginta annos, veluti personales omnes à die rei præscriptæ, quoniam cùm ante vendicari potuerit, vendicatione autem competente actio compensatoria non competat. d. l. mater, consequitur tempus compensationis petẽdæ currere à die eius exclusæ, id est præscriptione perfecta ab emptore. Nec mouendi sumus, quia in actione veniat immobile, quia nõ desinit personalis esse natura. Cui rationi abunde respondimus in approprimentis. Angel. d.l. mater, & Salycetus.

[g] *Alienée ou perdüe.*] Casum interius rei & præ- 6
scriptionis parificat, vt & Doctores. d.l. mater. & l. si cùm seruum. D. de reb. cred. Sed tamen interest inter eos quiddam, nam qui rem alienam tenet, quandoque ea pereunte si malæ fidei sit, indubiè tenetur de casu. d.l. si cùm seruum. Sin bonæ fidei, tenetur, si res non erat similiter apud Dominum peritura. Sed eadem actio semper competit aduersus detentorem, aut qui dolo desinit detinere, non sicut in casu rei pręscriptæ, quo vendicatio desinit aduersus vnum, & compensatoria incipit aduersus alium.

ARTICLE

Article CLXXXVI.

Celuy qui[a] pour endommager son voisin, sa chose, ou son estat, fait vilainies en son heritage, ou pourpris, comme chambres coyes, ou autres viles choses, le doit[b] amender à Iustice,[c] & à partie, & mettre les choses, par luy ainsi faites, au premier estat, & deu. Artic. CLXXV. Novae Cons.

Is qui[a] vt incommodum afferat suo vicino, eius rei aut Ordini, fumum facit in suo agro, aut consepto, vel cōstruit latrinas, aut alias res viles facit, ob hoc debet soluere[b] mulctam Iustitiae[c] & parti, & opus restituere & damnum sarcire.

Glossa I.

1 *Sine animo non fit iniuria.*
2 *Si ex contingenti quid fiat nascitur actio negatoria.*
3 *Emenda imponitur si animus fuit nocendi.*

Hic Articulus sic quidem non benè concipitur, propterea quod animum duntaxat, & intentionem faciētis arguit, & ab solo casu disponit, cùm & sine animo ex solo euentu, etiam qui tale quid facit, teneatur ad indemnitatem, nisi quod ad emēdam non tenetur.

1 [a] *Pour endommager.*] Hæc dispositio sumpta est ex l. penul. D. de iniur. Si inferiorum Dominus ædium superioris vicini fumigandi causa, fumum fecerit, agi iniuriarum potest; notat autem hoc casu intentionem & animum nocendi, ex quo iniuriarum actio nascitur: nam sine intentione & animo iniuria non fit: ergo nec talis actio oritur.

2 Cæterum etiam sine animo si ex contingenti, imo & vtilitatis gratia quiddam tale fiat, nascitur actio negatoria, ius non esse etiam in suo cuiquam vicino tale quid facere, de quo text. l. sicuti. §. Aresto. D. si seru. vendic. de eo qui ex taberna casearia fumum immittit in superiores ædes, quod sæpè vsu euenit in coriorum A infectoribus, qui pastillos olentes de corticibus arborum confectos cremare solent, aut carbone terreno vti, vnde graueolentia proximis quæque suffundi solent, tales lanij, pellitores, & qui alutam præparant, quibus ideo in vrbibus separata loca tribui solent ad habitandum. Sed & qui morticinia proiiciunt, etiam in suo, vnde teter vapor in vicinos manat, vel cloacas & latrinas apertas tenere solent, vel clausas, sed non interstante iustæ crassitudinis pariete, de quo vrbium statuta existere solent, & tractant glossa. Bart. Flor. Castr. d. §. Aristo. & Cepolla. tit. de seruit. vrban: præd. cap. 53. & 51. & cap. 65. tit. de necessario, B & cap. 31. His casibus etiam non posita intentione nocendi, cùm ipso facto noceatur, sarciendum est, quod fit & restituenda omnia: & si in meo facere liceat, quod alteri nocet. l. fluminum. §. penult. & sequentib. D. de damn. inf.

[b] *Amender.*] Emenda cùm pœna sit, imponitur duntaxat in casu hîc posito, id est, cùm animus iniuriæ alioqui non cadit emendæ. Cæterum in dubio animus non præsumitur talis, & omnino probandus est, quod Angelus ait. d. l. penult. 3

[c] *Et à partie.*] Cui iniuria facta est, & opus restituendum, & damnum sarciendum artificum arbitratu.

Article CLXXXVII.

Si aucun[a] est trouué saisi des choses d'autruy, &[b] d'icelles auoir disposé,[c] il doit l'amender & dédommager celuy à qui appartient lesdites choses,[d] s'il ne monstre que de luy, il deust estre garenty, ou que ce qu'il a fait, a esté du consentement ou commandement de celuy à qui appartiennent lesdites choses.

Si aliquis[a] inuentus sit possidere res alienas[b] & de his disposuisse, debet condemnari in mulctam & indemnitatem præstare ei ad quem dictæ res attinent,[c] nisi probet ab eo auctoritatem habere, aut quod fecit, fuit ex consensu aut mandato eius, ad quem dictæ res attinent.

Hic Articulus planè superfluit inutiliter.

[a] *Est trouué saisi.*] Hæc materia art. 152. suprà, & 198. infrà.

[b] *D'icelles auoir disposé.*] Hæc materia art. 185. & totius tituli de rebus alienis non alienand. Cod.

C [c] *Il doit l'amender.*] Art. 185.

[d] *S'il ne monstre.*] Art. 152. & 198. & seq. Quare omnes Articuli partes recinunt cantata, & incogitanter reguntur hoc loco.

TITVLVS VNDECIMVS,

DE OBLIGATIONIBVS, ACTIONIBVS, ET FIDEIVSSIONIBVS.

TILTRE VNZIEME,

Des Obligations, Actions, & Pleuuines.

ARTICLE CLXXXVIII.

Artic. CLXXVIII. Novae Cons.

ELVY[a] qui reçoit aucune chose pour autruy, ou[b] qui s'oblige pour autre, ou celuy[c] qui est condamné à rendre quelque chose, [d] ou a fait delict,[e] dōt il doit estre tenu, son bien sera, & demeurera obligé,[f] pour les causes susdites.

ILle[a] qui rem aliquam pro alio recepit, aut[b] qui pro alio se obligat, aut is[c] qui condemnatur ad restitutionem alicuius rei, [d] aut delictum commisit,[e] de quo teneri debet, eius bona obligata manebunt[f] pro causis supradictis.

GLOSSA I.

1 *Hypothecæ aut conuentionales aut legales.*
2 *Quatuor casus tacitæ hypothecæ re & facto, hoc art.*
3 *Recipientes alienum tacitè obligantur.*

Prouerbio etiam dictum veteri foro, *qui s'oblige, oblige le sien*, quo personali obligationi necessariò adiungi hypothecam significabāt. Id simpliciter dictum & olim, & etiamnum falsum est, & in notissimis iuris principia incurrit, cùm multùm intersit inter obligationes personales & hypothecas: neque enim si quisquam ex promissione obligatur, protinus & consequens est bona obligari. Notæ diuisiones hypothecarum,

Hodie verum propter art. 177. N. C. in omni obligatione tacitè inest.

1 quæ aut conuentionales, aut legales sunt, illæ ab conuentionibus partium, hæ ab lege propter aliquod factum contrahuntur. Nam Prætoriis, & iudicialibus rarò vtimur, cùm scilicet missiones in possessionem fiunt bonorum, vt quis aliquid facere cogatur *par saisie*, quod cùm fit, partes ipsæ non mittūtur sicut olim, sed curatores, ideóque non vera pignora. Quare cùm hæc diuisio sit hypothecarum, necessariò sequitur, de qua non conuenit hanc ab lege induci oportuisse, & quam partes promissione non inierint, necessariò originem eius à Consuetudine petendam & Masuerius quidem in sua Aruernia non putat de Cōsuetudine posse dari hypothecam tacitam, lege quidem plures dari non dubium quod Imperator agnoscit. l. 1. C. de rei vxor. actio. Sed nostra Consuetudine di-

A uersum statuitur, & hîc contra inducitur, Sed tamen non est putanda hæc Consuetudo vniuersaliter disponere, sed in casibus duntaxat hîc expressis, quod ex art. 194. infra demonstrabimus. Nec quisquam existimare debet hypothecarum & pignorum iura, & discrimina vno hoc Articulo sublata, & exæquatas esse personales actiones & hypothecas, quod esset perabsurdum. Casus quatuor sunt, qui multas factorum 2 species possunt comprehēdere, de recepto alieno nomine, quod quis pro alio expromiserit, quod restituere quisquam iudicatus sit, quod ex delicto quisque teneatur. Cur ita sit constitutum, & cur hi ex omnibus, casus placuerint. Legislatoris est respondere, nec ratio facile reddi potest, cùm quidem multi reperiantur, quibus maior ratio tale priuilegium suadeat im-

B putari. Sed vtamur constitutis. Nec dubium quin deposito, commodato, tutela, maior ratio debeatur, nec tamen tacitæ iuris hypothecæ per hos abrogatæ debent intelligi, sed ad eas etiam istæ additæ à Cōsuetudine, de aliis extant tituli in iure nuncupatim scripti, Quib. mod. pig. vel hyp. &c.

[a] *Celuy qui reçoit aucune chose.*] Hic casus generalis 3 est, & multas facti species potest comprehendere, siue mandatum recipiendi processerit ab eo cuius res erat, siue nullum. Hoc Articulo tabellariorum bona obligantur, qui quidpiam de loco ad locum perferendum suscipiunt, sed hæc obligatio ei acquiritur per hypothecam non cui dedit, sed cui perferendum datum est: nam personalis etiam danti nascitur. Hac

lege

lege Procuratores, Oeconomi, qui Domini nomine A aliquid recipiunt, bona sua ipso actu receptionis, id est facto & re ipsa obligant inducta hypotheca à Consuetudine item receptores & tales qui alteri operam nauando, recipiunt.

[b] *Qui s'oblige pour autre.*] Omnis expromissor fideiussor, & qui constituit alienum debitum se soluturum: ergo fideiussoris bona etiam tacitæ hypothecæ subiiciuntur.

GLOSSA 2.

1 *In personalibus à die sententiæ hypotheca tacita.*
2 *Hypotheca contrahitur à die admissi delicti.*
3 *Fisco non obligantur bona sed parti ciuili.*
4 *Permittenda quandoque alienatio à iudice, &c.*

1 [c] *Qui est condamné à rendre quelque chose.*] Hoc est qui B sententia dare vel restituere iussus est à die latæ sententiæ quod Articulus Molin. expressit. 53. cum ante pignus iudiciale non ante cõtraheretur, quam ex sententia victor missus esset in possessionem. Hoc autem intelligendum in personalibus, cùm quis soluere damnatus est, nam realia ipsa cùm adiudicantur, vt petentis propria hypothecari non admittunt.

2 [d] *Ou a fait delict.*] Magna dubitatio scholasticis auctoribus, an ex delicto hypotheca nascatur fisco, quidam negant, quidam à contestatione necti putant, plures à sententia cõtrahi putant. Quidam putant sed inefficacem esse contra creditores, ex tit. Codicis pœn. fisc. cred. antefer. Quod Bart. differit. l. aufertur. §. fiscus. D. de iur. fisc. Bart. l. post contractum. D. de donat. Bart. Bald. Angel. Anchar. Curt. latissimè, Alex. l. re-
A scriptum. C. de pact. inter has dubitationes vtile fuit lege cõpesci quid placeret, itaque sine dubio iam hinc hypotheca contrahi intelligenda, nec vero à sentẽtiæ tantum tempore, quod omnes agnoscunt, sed etiam à die criminis admissi, quod hæc verba innuant, quæ ab ipso facto & delicto sine vlla præsuppositione sentẽtiæ hypothecam tribuunt. Inde fiet, vt noxij iam hinc nõ possint post delictũ bona distrahere sine onere hypothecarum, aut nisi à Iudice permittatur eius contrarium. Bart. notat. d. l. post contractum, sed hunc ca-
sum nondum ex hoc textu annotarunt pragmatici. Ac 3
ego quidem fisco non putarem obligata, cùm cõfiscatio locum non habeat Consuetudine, nec pro emenda pecuniaria quidem soli distractio permittatur, art. 608. Parti ciuili puto pro reparatione damni.

B [e] *Dont il doit estre tenu.*] Neque enim omnia ea quæ de- 4
lictum sonant, talia esse depræhenduntur probationibus, & plerâque pœnam nullam merentur, vt art. 594. & 597. Ideóque interim dum probationes in ambiguo sunt, dixi ab Iudice permitti alienationes posse ex ratione. l. post contractum. D. de donat. cùm quia plerumque maiora bona sunt, quam quæ emẽda aut reparatione debeant, aut possunt exhauriri, quo casu nonobstante hypotheca Iudex permittere potest alienationem, citra eam fieri non debet, nisi quidem cum onere, vt dicunt, hypothecæ, quam litis exitus, & rei facultates, qualis sit, iudicabunt.

[f] *Pour les causes susdites.*] Hæc verba denotant hos casus speciales esse in quibus Cõsuetudo induxit tacitas hypothecas, extra casus expressos contra iuris communis regulas porrigi posse, quod rationem habet.

ARTICLE CLXXXIX.

SI CONTRE le delinquant [a] on a intenté action [b] pour raison du delict, [c] & il decede, [d] l'heritier est tenu [e] seulement de [f] l'interest ciuil pour raison du delict, [g] soit que la cause soit contestée, ou non: [h] sinon que l'heritier fust participant du delict, auquel cas il sera tenu comme delinquant. Artic. CLXXIX. Novae Cons.

SI contra delinquentem [a] actio mota fuerit [b] de crimine [c] & ipse è viuis excedat reus ante latam sententiam, [d] hæres postulati tenetur [e] tantùm [f] ad interesse ciuile delicti, [g] siue lis contestata fuerit, siue non, [h] nisi hæres conscius esset delicti, quo casu vt delinquens tenebitur.

GLOSSA I.

1 *Alius vsus hodie prosequendi crimina, quam iure Romano.*
2 *Nulla pœnalis actio nunc competit priuato.*
3 *Etiam lite non contestata tenentur hæredes delinquentium iure Canonico & Consuet. & num. 4.*
5 *Secundum ius Ciuile tamen iudicatum à Senatu Paris. ait Chopinus.*

Hæc materia. l. 1. D. de priua. del. vbi Bart. l. 1. C. ex del. defunct. Canonistæ cap. vlt. ex. de. sepult. cap. in litteris, ext. de raptor. glos. l. defuncto. D. de publ. iud. l. ex iudiciorũ. D. de accus. Ex quibus cùm multæ multorum dubitationes deductæ sint, ipsa etiam Iurisprudentia ciuilis & Canonica palam & ex aduerso pugnent, vtilissimum fuit hunc Articulum scribere, qui nobis litem dirimeret, & re vera æquiorem sententiam hæc dispositio amplexa est.

[a] *Ou a intenté action.*] Etsi actio interdum extraordina-
C rias persecutiones, & criminales significat, sæpius tamen in sua significatione propria etiam ex delicti causa manet, quod nos notauimus, artic. 274. vt & accusatio interdum pro ciuili prosecutione accipitur.
l. ex iudiciorum. D. de accusat. Præsupponendum est 1
ex vsu, & receptis tribunalium moribus in prosequendis criminibus contra quam Romano iure siue publicorum, siue priuatorum criminum sint, formas prosequendi, introductas duas ex prosequentium personis, nam publicæ & populares, quæ coërctionem publicam aut castigationem delictorum corporalem, & pœnalem intendunt nemini priuato permittuntur, quorum executio, & exactio commissa est proprij, & designati muneris Magistratui, qui publico & officio procurat, is Procurator fisci est, in quaque ditione, aut meri imperij territorio. Hominibus priuatis suæ tantum rei persecutio, & damni dati expostulatio relicta, ita ne de publica causa quidquam intendant: inde fit, vt legum vindicatio, publica exempla, castigationes, supplicia, pœnalium omnium

Argentr. in Cons. Brit.

perſecutiones, ad publici Procuratorem deferuntur,
in quibus nil præter meram pœnam petitur ex vtriuſ-
que parte vt deſcribuntur pœnales. §. pœnales. Inſtit.
de actio. & §. pœnales. Inſtit. de perpet. & temp. act.
Quare bona pars illius iuris Romani vſu detruncata
de accuſationibus, & de accuſandi iure, de publicis
iudiciis exercendis, de Turpiliani periculis & simili-
bus. Priuati rem familiarem perſequuntur, & quod
2 eorum pecuniariè duntaxat intereſt. Nulla igitur pœ-
nalis à priuato exercetur, omnes rei perſecutoriæ ſunt
in perſonis priuatorum, etſi ſibi in proſecutionibus
mutuam operam præſtare officium & priuati ſolent,
qui ideo adhærentes vulgò dicuntur. Quin & ipſæ
quoque legales pœnæ, quæ olim priuatis adiudicari
ſolebant dupli, tripli, & albo corrupto, de vocatione
in ius patroni moribus diſplicuère, ne hodie obtinēt,
vt meræ pœnales in perſonis quidem priuatorum.
Quod ſi quandoque accidit aliquid per Ordinationes
de pœnis delibari ad quiritandas delationes, vt in an-
nonæ fraudatione, aut gabellæ, aut monetæ: tales per-
ſecutiones nihilominus ſolidæ à procuratoribus exer-
centur, & iudicatæ ab eodem illo delatori ex lege pē-
duntur, quod rectè etiam olim Bart. ait. l. Senatus. §.
Senatus. D. de iur. fiſc. & l. 1. de vend. rer. cum fiſc.
com. lib. 10. C. Angelus. §. pœnales. Inſtit. de actio.
num. 5. Salic. l. 3. C. ad leg. falcid. Ita fit vt nulla pœna-
lis priuato competat, & iure quidem Romano cùm
de tranſmittendis actionibus pœnalibus quærebatur,
ſic erat cōſtitutum eas omnes morte delinquentis ex-
tingui, exceptis duobus caſibus, ſi lis erat conteſtata,
aut aliquid ad hæredes peruenerat. Hæc diſpoſitio
rubricæ & l. 1. C. ex del. defunct. & §. non omnes. In-
ſtit. de perp. & temporal. actionib. l. ex iudiciorum D.
de accuſat. Hæ regulæ præter admodum paucos caſus
quos gloſſa d. l. ex iudiciorum memorat.

Ergo litis conteſtatio, & hæredis lucrum tranſito-
rias reddebant actiones, etiam pœnales pecuniarias
quidem, aut ademptionis bonorum, nam caſtigatio-
nes perſonales mors ſubſtrahebat, quod illi notant. d.
3 l. 1. Hæc iuriſprudentia Canoniſtis in parte diſplicue-
rat: nam extingui quidem morte delictorum pœnas
patiebantur, ſed hæredes delinquentium omnimodo
volebant teneri, ad id quod cuiquam ex delicto de-
functi periiſſet ad res reſtituendas damnum ſarcien-
dum, & reponēdum quod abeſſet, idque ſiue lis con-
teſtata eſſet, ſiue non, hoc illi. d. cap. vlt. d. capit. in
litteris. Bald. Salic. Angel. cæteri. d. l. 1. Bart. l. 1. D. de
4 priua. del. Hæc ſentētia, vt æquior, moribus recepta,
& hîc pro lege eſt tradita: Quæ pœnales omnes vult
morte aboleri, ſiue conteſtata lis ſit, ſiue non, rei per-
ſecutorias durare etiam nulla conteſtata: Hæc diſpo-
ſitio ratione & æquitate ſuperat illam Romanam ſa-
pientiam vtroque membro, quia mortuo delinquente
pœnas abrogat, quæ iam defuncti non eſſent ſed hæ-
redum, & rei perſecutiones tribuit aduerſus eum ad
5 quem pecunia defuncti peruenit. Eant nunc admira-
tores iuris illius ſpinoſi, veluti nuſquam mundus ſa-
puerit, niſi Romæ, quo magis miror ſcripſiſſe quen-
dam eruditum virum patrono ſe in Senatu Pariſienſi
iudicatum hæredem rei criminis non teneri actione
etiam pecuniaria, ac ne perſecutoria quidē eius quod
intereſt, niſi actio conteſtata ſit, aut ad hæredem per-
uenerit, & Areſtum citat. 3. calend. Maias 1571. Quod
ſi verum eſt, apparet illic quoque multū declinatum
ab illius ipſius cœtus priſca æquitate, cùm Ioan. Fab.
frequens olim in illo & maximo pridem magiſtratu
teſtetur in. § pœnales. Inſtit. de perpet. & temp. act.
æquitatem Canonicam in illo Parlamento Pariſienſi
obſeruari ſolitam, & vero obſeruatam in omni Curia

A laïcali, vt ab hæredibus delinquentium actiones ſuſti-
neantur, & damna præſtentur, ex Canoniſtarum ſen-
tentia, quam hîc ſcripto ratam haberi gratulandum
eſt auctoribus ſcripti iuris patrij.

GLOSSA 2.

1 *An delictum per ſe capiatur pro medio concludendi, an ex contractu in quo dolus admiſſus eſt. Notanda diſtinctio.*

2 *Quid ſi pendente appellatione reus deceſſerit.*

3 *Hæres delinquentis tenetur actione rei perſecutoria.*

B [b] *Pour raiſon du delict.*] Intellige de delicto agi, cùm de- 1
lictum ipſum aſſumitur pro medio cōcludendi, veluti
de furto, aut bonis raptis ſiue ordinariè ſiue extraor-
dinariè: nam de delictis publicis interdū agitur pecu-
niariè, interdum de priuatis ordinariè, & ciuiliter. l.
vlt. D. de priua. del. l. vlt. D. de furt. & l. 1. D. de publ.
iud. hoc caſu ratione delicti agi dicitur, ac niſi abſit
aliquid agenti, aut adſit hæredi, aut damni ſartura pe-
titur, actio non datur, quia mera pœnalis aduerſus hę-
redem non datur, vt diximus, ſed nec ei in quem de-
lictum eſt, talis eſt actio doli, cùm merus dolus eſt,
C nullo velatus cōtractu, tum enim extinguitur cum de-
functo. Diuerſum cùm dolus admittitur in cōtractu:
nam tum cùm purgetur, hoc eſt, reparari poſſit per
actionem ex cōtractu, non minus talis actio aduerſus
hęredem competit, quam omnes aliæ ex cōtractibus,
quæ natura & materia tranſitoriæ ſunt: tales ſunt
omnes reſciſiones contractuum, quæ fundātur in do-
lo, vi, fraude, circumſcriptione, quæ quidem delicta
ſunt, ſed tamen quia in cōtractu interuenerunt, repa-
rantur per contractum. l. in hęredem. D. de dolo. ſed
cùm agitur ex cōtractu, datur in hęredem, etiamſi ni-
hil ad eum peruenerit. l. ſi apud. §. datur. D. depoſ. l.
D hoc iure. §. fin. l. ad ea. §. fin. D. de re iudic. *quod rectè*
Ioan. Faber. differit. d. §. non omnes *in fine, & peior*
Bartol. l. 1. D. de priua. del. omnes. d. l. 1. ne ex del. def.
Hæc diſtinctio diligēter notanda Iuriſcōſulto, an ſci-
licet delictum per ſe in abſtracto capiatur pro medio
concludendi, & ex eo agatur. an ex contractu, in quo
dolus admiſſus dicitur: nam cum dolus aut fraus nul-
lum alium titulū habeant, ad hęredem non tranſeunt.
[c] *Et il decede.*] Pendente proceſſu & accuſatione: nam 2
ſi iudicatus ſit, & pendente appellatione deceſſerit,
quæſtio quidem pœnalis euaneſcit. l. & titul. Si pend.
E accuſ. mors inter. & l. vlt. Sed ſi ſuper bonis pronun-
ciatum ſit, expreſsè putāt omnino hęredem ſuſtinere
appellationem defuncti debere Bald. & alij d. l. 1. Sed
noſtro iure non haberet dubitationem reo pendente
appellatione mortuo, & adiudicatione reparationis,
aut intereſſe facta parti ciuili hęredem defuncti te-
neri ad ſuſtinendam appellationem, alioqui iudicium
confirmatum iri, cùm ad idem ſine vlla conteſtatione,
aut ſententia teneretur, ex hoc textu. Idem enim etſi
pendente inſtantia principali deceſſerit in proſecuto-
riis: in hoc differentia, quod à tēpore mortis rei pro-
ceſſus iam non extraordinariè ſed ordinariè, & ciuili-
F ter inſtituetur, & de via extraordinaria deflectet ad
ordinariam & pecuniariè. l. defuncto, vbi textus. D.
de pub. iud. adeo vt in quibus locis diuerſi ſunt iudi-
ces criminalium & ciuilium, cauſa apud criminalem
inſtituta, remittenda ſit ad Iudicem ciuilem, etſi me-
rum imperium non haberet textu expreſſo. d. l. de-
functo. Etſi ſcio hac nundinatione magiſtratuum nu-
per aliter conſtitutum, vt merces pingueſceret propo-
lio, & inuitaret emptores.
[d] *L'heritier.*] *Du delinquant.* Nam in hærede agentis,
in quem delictum eſt ſcitum conteſtatione mortui ad

hæredes transmitti actiones. l. omnes. D. de act. & oblig. vbi glos. & l. pœnalis. D. de reg. iur. l. sciendum. de act. & oblig.

3 De hærede delinquentis hic statuitur teneri duntaxat persecutoria rei, quod idem in pluribus hæredibus verū est, etiam si ad eos nil peruenerit, quod valde notandum putat. Angel. d. l. 1. ne ex. del. def. in fine, Alius Angelus. d. §. non omnes. Ioan. Fab. ibidem in fine. glos. l. 1. verb. eos. D. de priu. del. Sed sicut hæres conueniri non potest pœnaliter, ita nec ipse cōuenire potest, si vt ait Bald. d. l. 1. vellet sustinere honorem defuncti, non puto admittendum, etsi aliud Baldus probat, sed vt illo iure verum sit, nostro nequit, propterea quod morte defuncti multa pars probationum perit, quæ nonnisi ex ore eius fieri potest, vtque actiuè nequit, sicut passiuè poterit.

Glossa 3.

1 *Officij actiones omnes emoriuntur rei morte.*

2 *Interesse ciuile quid in materia criminali.*

3 *Transitoria actio in hæredes litis contestatione tantum iure Romano.*

1 [c] *Seulement.*] Hæc vox priuatiua & negatiua de se excludit pœnarum petitiones, quæ ex legibus aut Consuetudine ex quoque delicto peti possint. Itaque omnes omnino actiones, quæ ab officio exerceri solent siue iam institutæ, siue instituendæ intercedunt & emoriuntur in puncto mortis, siue pecuniariæ sint, siue corporales, siue ademptiones bonorum, aut partes eorum cùm ius ciuile transitorias faceret ratione bonorum per contestationem. Iam inde silebit procurator sumptibus duntaxat receptis, si quos A fecerit & quatenus fecerit de publico, nec hi sumptus victoriæ sunt, vtpote litis incertæ. Sed quia rei quamlibet innocentes, cùm per informationes grauantur suis sumptibus per Ordinationes peragi, & defendi debent. Quare si qui ab officio sunt prærogati, restituendi erunt: igitur absistente iam inde officio, priuatus desolatus consortio officij, rem suam persequetur ordinaria lite. d. l. defuncto. veluti & in causa falsi fieri solet mortuo reo, sed præiudiciali falso manente.

[f] *L'interest ciuil.*] Interesse vocant tribunalia quod cuique absit, & pereat ratione delicti ab defuncto commissi, etiamsi hæredi nil adsit, puta ex verberatione, cùm membrum periit, operæ, medicamentorum sumptus vxori, viri fortuna, liberis parentum opitulationes, & infinita exempla sunt. Sed in hoc verbo illud etiam venit, quod lucrum actor amiserit B culpa & delicto defuncti, veluti cùm publicata nūdinatione vectigalium, quidam qui licitaturus erat, ex itinere vi detentus est, & magnum lucrum amisit, hoc quoque interesse nomine intelligitur, & eius prosecutio aduersus hæredem competit. 2

[g] *Soit que la cause soit contestée.*] Hic Romana Iurisprudentia vapulat. d. l. 1. & d. §. nō omnes. & lex iudiciorum, & similes. Nec nobis multum ponendum operæ, an sola citatio transitorias faciat actiones, quod rectè negant cùm iure patrio ne contestatio quidquam faciat ad transmittendas actiones, sed solum interesse, quod contestationem non exigit, sed per se transmittitur. 3

[h] *Sinon que l'heritier fust participant.*] Inepta exceptio, nam hoc casu non vt hæres, sed ex suo ipsius delicto conuenietur, veluti furti ex sua contrectatione. glo. l. 1. verb. possunt. D. de priuat. delict.

Article CXC.

L'ACTION d'iniures [a] verbales ne passe à l'heritier de l'iniuriant, ne iniurié en principal, despens, ne autre accessoire, [b] s'il n'y a contestation. Artic. CLXXX. Nouv. Cons.

INiuriarum actio [a] neque hæredi neque in hæredem datur in principali, expensis, nec alio accessorio, [b] nisi lis sit contestata.

Glossa 1.

1 *Actio iniuriarum non transit ad hæredes & tamen dici potest.*

2 *In extraordinariis persecutionibus contestatio fit per decretum, &c.*

1 Hæc dispositio sumpta est ad verbum ex l. iniuriarum. 13. D. de iniur. & l. 1. §. hæredem. D. de priua. del. rationem adferunt, quia in bonis nostris esse negetur, ante contestationem. l. iniuriarum. 28. D. de iniur. §. sed hæredibus. D. de perpet. & temp. actio. & rationis ratio, quia solam vindictam continet. l. cùm emancipati. §. emancipatus. D. de collat. bonor. l. item apud. §. iniuriarum. D. de iniur. & quos glossa. d. l. iniuriarum. Quare illud mirandum cùm transmitti nequeat; cedi tamen & vendi posse, quod glossa ait, & ex ea Bart. d. l. iniuriarum. 28. quod nec reip. expedit, & in totum conuenit vsu C abrogari, de hoc Bart. d. l. 1. §. hæredem.

Glossa 2.

[a] *Iniures verbales.*] Nam realium eadem conditio, quæ & cæterorum delictorum, ex quibus vt ante diximus, competunt actiones in hæredes citra contestationem, ad damnum illatum, aut lucrum amissum, sed verborum non similis æstimatio est.

[b] *S'il n'y a contestation.*] Cum ciuiliter instituitur contestatio, fit petitione & responsione, sed in extraordinariis persecutionibus, contestationes intelligimus decreti executione, id est, *adiournement personnel*, vel præhensione secuta interrogatione: nam in extraordinariis conclusio capitur in fine litis, sed primus congressus partium in talibus, in interrogatione est, contra quam scholastici auctores docent, alio scilicet vsu & praxi locorum, contra absentes decreti executio & defectus pro contestatione est. l. si enim. §. qui iniuriarum. D. si quis cautio. 2

ARTICLE CXCI.

ARTIC. CLXXXI. NOVAE CONS.

LE [a] Seigneur doit estre payé [b] deuant tous autres, [c] pour les droits & deuoirs de son fief, [d] & en second lieu le Seigneur superieur pour lesdits droits & deuoirs, & [e] apres les autres charges deuës sur iceux fiefs.

[a] DOmino [b] potior conditio esse debet [c] in feudalibus iuribus, [d] deinde Domino superiori in dictis iuribus feudalibus, [e] postea census & debita, quæ ex causa extrinseca debentur, solui debent.

GLOSSA I.

1 *Proximi Domini potior conditio in exigendis debitis.*

1 [a] *Le Seigneur.*] Immediatum & proximum Dominum intelligit, cuius in feudalibus iuribus semper est potior conditio, quod alibi notauimus, & patet exẽplis. art. 68. supra & 303. infra & Molinæus persequitur in feudis. §. 1. glo. 6. Etsi ratio iuris penè obstare videbatur, propterea quod sub feudum, pars est feudi, quandoque à primo concessu, ideo potior eius causa esse debere videbatur, cùm præsertim hodie subinfeudationes fiant sine consensu Dominorum, itaque facto vassalli non videbatur feudum, quod olim in causa pignoris fuisset nedum eximi hypothecæ, sed ne anteponi quidem per l. etiam. D. qui pot. in pig. habeant. & l. grege. §. in superficiariis. D. de pign. Sed tamen vbique Consuetudo statuit priorem esse immediati causam in exigendis debitis feudalibus.

[b] *Deuant tous autres.*] Ante Domini Dominum, id est primum.

[c] *Pour les droits & deuoirs de fief.*] Quæ secundus Dominus indixit, & apposuit in concessione sua, siue lege dicta, siue Consuetudinis iure debeantur.

GLOSSA 2.

1 *Superior Dominus ordine posterior agit hypothecaria.*

A 2 *Dominus census post Dominos feudi est prior ante creditores.*

3 *Sic inquilini secundi res in prædiis vrbanis, &c.*

[d] *Et en second lieu le Seigneur.*] Hoc est Dominus Domini vt alibi. art. 68. & 303. Agit vero hîc quoque hypothecaria, sed ordine posteriore, quod mirũ est, cùm prior sit ordine, natura, & subfeudum ab eo prouenerit. 1
Quid igitur in Domino census, nam & is feudum concessit lege census, & eadem causa eius videri poterat, sed tamen hîc post omnes Dominos veniet, ordine prior est & directi domidij retẽtores, cùm ipse iure Consuetudinario nõ habeat, & hîc ordo Cõsuetudini inductus variari nequeat, cæteros tamen creditores 2
B ex causa extrinseca antecedet: Sic & inquilini secundi res in prædiis vrbanis obligantur primo locatori, coloni secundi non item glos. & Bart. l. solutum. §. solutam. D. de pignor. act. l. si in lege. §. si colonus. D. de loca. glos. l. si gratuitam in quibus caus. pignus. late Iason. §. item Seruiana. Instit. de actionibus. 3

[e] *Apres les autres charges deuës.*] Census fortè, & debita, quæ ex causa extrinseca debentur extra feudi causas, quæ ordine regulari hypothecarum & personalium soluuntur: nam Domini in his extranei sunt, ideo & externos Iudices sequuntur. art. 49. supra. quare non est vera sententia. Canonistarum, in c. 1. ext. de feud.

ARTICLE CXCII.

ARTIC. CLXXXII. NOVAE CONS.

LES [a] bailleurs de terres, maisons, dismes, moulins, ou autres choses immeubles, à ferme, doiuent estre payez [b] des fruits, & leuees de ladite ferme premierement & [c] deuant tous autres, ores que lesdits bailleurs ayent plege, ou [d] autre asseurance de leur debte.

[a] LOcatores fundorum, ædium, decimarum, molendinorum, aut rerum aliarum immobilium, pro locatione, priùs dimitti debent [b] de fructibus solo perceptis, & [c] ante quoscunque creditores, quamuis dicti locatores fideiussorem acceperint aut [d] aliam cautionem sui debiti.

GLOSSA I.

1 *Hic art. & seq. ex iure ciuili deprompti.*

2 *Fructus rei locatæ ante auectionem in causa pignoris manent, &c.*

1 Libuit hîc auctoribus scribendæ Consuetudinis spatiari in locos Romani iuris, & de Romano iure facere Consuetudinem, cùm inde peti sententiæ tales possent, si nihil amplius scripto iure adderetur.

2 [a] *Les bailleurs.*] Ex l. si in lege. §. etsi colonus. D. locat. nam etsi secundi coloni res, quam subfirmarium
C vocant in rusticis non sunt obligatæ primo locatori, fructus tamen rei locatæ, in quascumque manus ambulent, ante auectionem, in causa pignoris manent. d. §. etsi colonus & in prædiis. D. qui potior. l. potior. §. si colonus. D. eod. l. 1. D. de Salu. interd. nisi quidem de eo conuenerit, & ideo locator primus eos fructus pignore capere, & arrestare potest, quoad ei soluatur pensio conuenta, etiam contra secundum, & alios sequentes conductores, si plures sint.

[b] *Des fruits & leuées.*] De fructibus solo perceptis, sed &

sed & super pensionibus molendinorum: nam hæ inter fructus sunt, etsi ciuiles, nec quidquam debitoris interest, vnde soluat.

[c] *Deuant tous autres.*] Intellige quoscunque creditores, siue hypothecarios siue alios, non tamen dominos A feudi, quorũ causa omnes alios antecedit subsequenti ordine, & dominorum censualium.

[d] *Ou autre asseurance.*] Nam multiplicitas obligationum non soluit debitum, sed eo soluto dissoluuntur æquè omnes.

Article CXCIII.

VOICTVRIERS, qui auront conduict & mené vin, ou autres choses, ou laboureurs & autres mercenaires, qui ont labouré & cultiué la terre, ou qui ont faict autres choses, pour raisons desquelles [a] la chose est venuë [b] ou conseruee, sont preferez au payement de leurs loyers & salaires à tous autres, [c] sur lesdictes choses voicturees ainsi venuës & conseruees par leur œuure, peine & labeur. Artic. CLXXXIII. Novae Cons.

VEcturarij qui adsportarunt vinum, aut res alias, aut agricultores & alij operarij qui culturæ seruierunt & obierunt opus rusticum, aut quid aliud fecerunt ratione cuius [a] res domum aduecta fuit [b] aut salua facta, præponuntur pro solutione mercedis & salarij quibusuis creditoribus [c] super dictis rebus sic domum aduectis aut saluis factis eorum opera, pœnâ & labore.

Glossa.

Voicturiers.] Ex l. huius. D. qui potior in pig. hab. quo loco vecturariorum meminit qui & vastagarij sunt, item Nautæ & Tabellarij & carurcarij, qui res vehendas conducunt: hi retentionem habent, & personalem priuilegiatam addo & hypothecam.

Laboureurs, agricolæ, operæ, Mercenarij.

[a] *La chose est venuë ou conseruee.*] Hæc ipsa verba textus. l. interdum. & l. huius. D. qui pot. in pign. l. si ventri. l. qui nauem. D. de priuil. cred.

B [b] *Ou conseruee.*] L. creditor. D. de reb. cred. l. 1. D. de ceff. bonor. d. l. huius. hæc enim, inquit, pecunia saluam facit totius pignoris causam. d. l. interdum.

[c] *Sur lesdictes choses.*] Hoc est per retentionem rei, sed & vox, super, hypothecam inducit vulgaris decisionibus, tales impensas etiam prædones deducunt l. si à domino. D. de pet. hæred. l. si fundus qui. D. fam. ercisc. & quos Boërius decis. 44. nu. 2. & nos alibi. Nam retentio minus esset quam hypotheca per se. l. 1. §. 1. D. de pign. Proinde si res restituerint, intra annum actiones intendere debeat, Ordin. anni 1539. Art. 19.

Article CXCIIII.

EN [a] autres obligations, [b] & iugez, [c] le premier creancier en datte, [d] doit estre preferé, posé qu'il n'ait lettres du deu en [e] informant du premier temps de son deu [f] par tesmoings, [g] ou autrement. Artic. CLXXVII. in fine Novae Cons.

IN [a] aliis obligationibus personalibus, [b] & iudicum sententiis [c] prior tempore creditor, [d] præferri debet, quod si nullum nominis instrumentum factum fuerit, [e] inquirere potest creditor de priore tempore sui debiti [f] per testes, aut alio modo.

Glossa I.

1 *Pignorum variæ conditiones.*
2 *Hypotheca aliquid maius Retentione.*
3 *Πρωτοπραξία in actionib. personalib. nu. 8. & 9.*
4 *Articuli verus sensus nu. 8.*
5 *Prioritas temporis in hypothecariis.*
6 *Nulla prioritas temporis in personalib.*
7 *Sed à causa credendi.*
8 *Artic. est de personalib. & nu. seq.*
9 *De πρωτοπραξία intelligendus art. textus.*
10 *Hypotheca de rebus est, πρωτοπραξία de personalib.*

Hic tu mihi attende ἀκροαματικῶν dicturo. Nam hunc Articulum aut nemo, aut rarus lector intelligit, cùm C prima fronte nil obscurum, aut difficile præ se ferat, etsi in eo est, quod etiam doctos remoretur. Diximus quandoque & sępè ex rebus ipsis deprehendimus priscos scriptæ Consuetudinis auctores, vt non expertes ciuilis disciplinæ fuisse videri possint, sic multa ex illo iure non porrexisse, sed & ambitiosa ostẽtatione istius sapientiæ inciuiliter plurima in suam patriam legislationem transtulisse velut illo seculo arcana & ignota, plerumque nec rectè, nec suo sensu. Illud vero, quod in veteri libro de hac obligationum prælatione statuere, tam molestè & perplexè conceptum extat, vt nõ mirandum sit reformatores aliud scripsisse, sed nec eos quidem disertè. Primos quidem scripti auctores apparet ignoratione iuris valde lapsos, nec id scripsisse, quod ciuilis esset disciplinæ, nec si emendare sta-

fuerant, id quod intenderent, rectè assecutos: sed vt
intelligatur pauca nobis de obligationum prælatione
1 præfanda sunt. Pignorum conditiones varias iuris-
prudentia Romana repererat, ipsa pignoris & hypo-
thecæ significationes interdum diuersas, interdum
confuso significatu, vsurpant, vt sit idem pignus quod
hypotheca. Cum traduntur res pignoratæ, pignus es-
se volunt, & pigneratitiam inde actionem, cùm sola
conuentione sine traditione constituuntur, hypothe-
cæ, esse putantur, quarum persecutio aduersus etiam
extraneos, si semel à Domino sunt constitutæ. Sed &
antichreses hypothecarũ ipsæ species diuersum quid-
dam habent, quoniam ea lege dantur, vt interim apud
creditores sunt, qui de hypothecæ fructibus sibi cre-
ditum reponant, infrequens contractus fœneratori
sæculo hoc genere hypothecæ, cum aduersus vnum
debitorem intenduntur à pluribus ordinem solutio-
nis ab ordine credendi accipiunt, id est, quod prouer-
bio dicitur, qui prior sit tempore, vt iure quoque po-
2 tior sit. Hæc regula hypothecis omnibus, minus hy-
potheca, sed tamen ius incumbendi rei est, quod re-
tentionis dicitur inductum certis casibus iure Roma-
no citra quidem expressum consensum vi legis indu-
cta de qua. l. creditoris. §. vlt. D. de furt. l. in rebus. §.
possunt. D. com. diuid. & l. si quis rem in fin. D. de ac-
quir. in possess. l. Iulianus. §. offerri. D. de act. empt. l.
hæreditatis. D. de hæred. vel act. vend. & alibi sæpe.
Sed retentio, id quod vox sonat, obtinet, vt res retine-
ri possit præscriptis casibus, sed si retentor exciderit
possessione persequendi ius non habebit, nec aduer-
sus debitorem, multominus extraneum, propterea
dixi minus esse quam hypothecam cuius alia potestas
3 est, minus vsitata priuatorum contractibus ea quam
Græco nomine πρωτοπραξίαν appellant, quæ ius prioris
exactionis inducit inter plures creditores personaliũ
actionum & quo ad exactionis ordinem idem potest,
inter personales quod hypotheca in realibus & pigne-
rationum ordine tribunalibus quidem penè incognita
iuri modo illi scholastico tradita, cuius ea potestas est,
vt inter plures creditores chirographarios, aut perso-
nalium obligationum is anteferatur in exigendo debi-
to, qui prior crediderit, id quidem olim Romanæ rei-
publ. priuilegio attributum, cæteris ciuitatibus non
item l. simile. D. ad municip. l. penult. D. de priuil. cred.
l. penultim. de. iur. recip. lib. xj. Cod. nisi principum
priuilegio priuatis quidem iure priuati, aut raro aut
nunquam nisi ex moribus & legibus municipiorum,
& Plinius lib. 12. epistola ad Traianum in Bithinicis &
Ponticis non putat satis esse in his quæ à prædibus
concessæ sunt securitates, cùm infirma sint, vt ait, om-
nia ab aliis concessa.
4 His positis videamus, quid hic sibi Articulus vo-
luerit & intenderet noui iuris introductione, & qua-
tenus progredi debeat, in veteris innouatione: nam
de hypothecariis obligationibus hic Articulus frustra
intelligeretur, cùm sit notissima iuris regula, in his qui
prior sit tempore, eundem & iure quoque potiorem
esse: Non igitur tritissimas regulas iuris putandi sunt
scripti auctores pro magno operæpretio iuri gentili
inserere voluisse, & omnino diuersum est, quod illi
voluerunt, & noui aliquid, cùm exempla hîc habean-
tur personalium actionum, quæ cogat credere de per-
sonalibus nouè dictum, quod de hypothecariis frustra
5 diceretur. Hic notanda iure Romano inducta diffe-
rentia, quod ad priuilegia attinet personalium & hy-
pothecariarum obligationum. Nam in hypothecariis
temporis prioritas priuilegium tribuit, in personali-
6 bus contra: nam in his prioritas temporis nihil profi-
cit, nec quisquam prior exigit, aut præfertur alteri,

Nunc hypotheca inest si obligatione non scripta non excedat 100 libras art. 177. N.C.

A quia prior obligauerit debitorem. l. priuilegia. D. de
priuil. cred. glos. latè. l. 1. C. de priuil. dot. Ergo quo-
ties plures creditores personales concurrunt aduersus
vnum & eundem debitorem, cùm sint eiusdem tituli,
nullus alteri præfertur, sed omnes eodem modo di-
mittuntur. Quo casu si debitor soluendo est, nihil in-
terest de prioritate disputari: Sin non est, quod deest,
penè omnibus pro rata sui debiti, hoc est si totus cu-
mulus debitorum ascendit ad trecenta, & ducenta so-
lum in bonis sint, vnicuique creditori peribit tertia
sui debiti. Eiusdem tituli creditores dixi, quales sunt 7
chirographarij creditæ pecuniæ ex mutuo: nam qui-
B busdam tametsi personalibus priuilegia tribuuntur
prioritatis, sed id priuilegium causam non sumit, à tẽ-
poris prioritate, sed à causa credendi veluti in his casi-
bus, quæ superioribus articulis continentur vectura-
riis, famulis, operariis, & talibus, & iure, cum in in-
staurationem, & reædificationẽ ædificij creditum est.
l. 1. D. in quib. caus. pign. vel hypothec. tac. contrah. l.
creditor. D. de reb. cred. l. 1. D. de cess. bonor. vbi gloss.
vel nauis fabricandæ, armandæ, vel instruendæ. l. in-
terdum. l. huius. D. qui potio. l. qui nauem. D. de bon.
auct. iud. possid. Iustinianus nouella. 97. Id aliàs plu- 8
C ribus exegimus. Ergo cùm hic Articulus dicat. *En au-
tres obligations*. Videndum est de cuiusmodi obligatio-
nibus senserit: nam de hypothecariis ante negauimus
intelligi debere, quæ specificam & propriam habent
determinationem & naturam: de personalibus igitur
necesse est accipi. Neque enim putandum est Refor-
matores talium ignoratione conditiones personalium
& hypothecariarum miscuisse diuersas lege, & vsu, &
confudisse, quæ tot iuris titulis & constitutionibus
discernuntur, veluti vno verbo magnam iurisprudẽ-
tiæ partem abolerent, cùm iuris ratio, sensus commu-
nis, & principia iuris doctrinæ confusioni talium ob-
D stent, ne qui prior rem sibi obligauit, ab alio anteuer-
tatur in iure semel quæsito, quod fieret ordine hypo-
thecarum sublato exæquatione personalium, quæ nil
tale admittunt, nec prioritatem seruant. Nec tam im-
periti iuris illius fuisse putandi sunt aut auctores pri-
mi, aut reformatores, quos ego noram omnes adoles-
cens, multum in causis versatos. Sed tamen sine culpa
nõ fuit indefinita & vniuersali oratione dubium reli-
quisse, quod sensissent, & materiam præbuisse diffi-
diis, nimium quam etiam in verbis sæpe apertis scatu-
rientibus. Certa tollere talium discrimen, & indictus
E iure differentias nec pignorum obligationes, perso-
narum obligationibus permiscere voluisse apparet, et
Artic. 188. in quo cùm reformatores casus non am-
plius quatuor obligationum personalium decerpse-
rint, quibus tacitas hypothecas attribuerint, apparet
haud dubiè deductis de genere, & vniuersali regula
exceptionibus, in cæteris confirmatam regulã voluisse
hoc est, personales omnes in sua natura manere, nec
in his inesse hypothecas, nisi si iure, aut conuentione
essent cautæ, lege quidem ipsa non inesse. Quod si ta-
les manent, relinquitur prioritatis priuilegium nul-
lum futurum, & falsum fore, quod hîc contradicitur,
F cùm prioritas in talibus inducitur. Qui error causa
fuit veteribus pragmaticis, vt agnoscerent omni obli-
gationi etiam personali inesse Consuetudinarias hy-
pothecas, quod est falsissimum, vt iam multis demon-
strauimus, nec ille in veteri vnicus Articulus, etsi per-
plexus & varicosus, ex quo duos fecêre reformatores
hunc scilicet & 188, satis est ad probandum. Nunc igi-
tur demum differendum, quod omnes, quos ad hæc 9
tẽpora audierim, latuit, si personalium alia natura est,
quam hypothecarum, si item personalibus hypothecę
non insunt quod ante docuimus, cuiusmodi sit id ius
quod

quod nihilominus prioritatem tribuit ex tempore nõ ſecus quam in hypothecis & cõtra. d.l.priuilegia. Audiant igitur conſulti me auctore non antehac animaduerſum protopraxiam induci, hoc eſt, inter plures creditores eiuſdem debitoris, & perſonales ius prioris exactionis ex ordine credendi,& temporis data, vt loquuntur. Atqui (inquit) iſtud ipſum eſt, quod negaſti ſentiendum ius hypothecarum inducere, & relabi in negata. Minimè vero inquam, eſt enim protopraxia non hypotheca, ſed ea minus quiddam: Nam protopraxia inter eiuſdem tituli creditores priuilegium aduerſus eundem creditorem tribuit, ſed in rebus debitoris nihil iuris conſtituit. Itaque in rem perſecutio non datur, ſiue debitor res ſuas teneat, ſiue ad extraneum demigrarint, & hæc eſt priuilegij differentia, quod hypothecæ plus pollent & aduerſus debitores, & extraneos ſimiliter exercentur legali ordine. Quare is cui protopraxia competit ab hypothecario præfertur, nec cedit protopractico quantumlibet anteriori tempore: hoc diſcrimen hypothecarum, quas hoc textu negamus induci in bonis debitorum & protopracticorum, qui in perſonalibus ius habent prioritatis aduerſus perſonas obligatas, ſed aduerſus res nihil iuris. Hypothecæ rerũ ſunt, protopraxia perſonalium, quæ alienationem rerum impedire per ſe nequit, niſi alia cauſa probetur extrinſecus, vt fraudationis participatæ in terminis tituli de his quæ in fraudem creditorum &c. Hic ſenſus perplexi, nec antehac intellecti Articuli, quem neceſſariò talem accipi conuenit, ne tanta iuris repugnantia, & abrogatio inducatur, & multa abſurda cõſequi neceſſe ſit, quæ nos ſupra ſigillatim expendimus: etſi illo iure protopraxiæ rariſſima hominibus priuatis conceſſio fuit, ciuitatibus quidem non frequens, quod illa l. penult. C. de iur. reip. oſtendit.

Tamen hodie inducta hypotheca d. art. 177. in fine. N. C.

GLOSSA 2.

1 *Hic artic. agit de obligationibus perſonalib. non priuilegiariis.*

2 Et iugez *quomodo accipiendum.*

3 *Priuata inſtrumenta poſtponuntur publicis tempore poſteriorib. & nu. 5.*

4 *Debitoris recognitio non valet ad datæ prioritatem inter creditores.*

1 [a] *Autres obligations.*] Hæc vox implicat de obligationibus perſonalibus agi, quod ſubiectum verbum *de ingez*, oſtendit, tum quia prioribus Articulis de perſonalibus priuilegiatis egit, & hic conſequenter de aliis eiuſdem quidem qualitatis, & conditionis, id eſt, ſimiliter perſonalibus, ſed non priuilegiatis. Nam alias implicare tam eſſet abſurdum; quam illud Euangelij malè intellectum crucifixerunt Ieſum, & alios duos latrones cum eo, quod ad actum crucifigendi refertur, non ad qualitates crucifixorum, hoc eſt tàm crucifixerunt Ieſum, quàm latrones. Hic cùm de perſonalibus & in ſuperioribus dixerit: ſed tamen priuilegiatis ex cauſa credendi, nunc loquitur de aliis perſonalibus communibus, & quæ priuilegium non habẽt ab iure, & ipſa Conſuetudo in talibus priuilegium inducit prioritatis vltra ius, *comme s'il diſoit, & en toutes autres cauſes ſemblablement perſonnelles*, quod illæ iuris priuilegiatæ perſonales, de quibus diximus, & quæ à Dino memorantur in reg. qui prior venirent in concurſu, cum iſtis ſimplicibus Conſuetudinariis, illæ iuris vt ſpeciales, & ſpecialium cauſarum eſſent anteferendę, quia ratio in ſpecie vincit rationem genericam, ſi eædem cauſæ, & eiuſdem tituli ſunt, concurrunt pro menſura debiti. l. idémque. D. qui pot. in pig. habean.

Omiſſum d. art. 177. N. C.

[b] *Et iugez.*] Hoc verbo Britãnica tribunalia accipiunt, tam ſententias iudicum, quàm inſtrumenta garentigiata, ex quibus tamen ſententiis nonniſi perſonales actiones in factum ex iudicato oriuntur: manifeſtum igitur eſt, hîc de perſonalibus agi, nam ex ſententia naſcitur hypotheca. l. non eſt nouum. §. vlt. C. de pign. act. Bart. l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. D. de re iud. l. cum viuis. D. de bon. auct. iud. poſſid. niſi in caſu Articuli 178. ſupra in ſententia de re reſtituenda. 2

Verbum ſublatum d. art. 177. N.C.

[c] *Le premier creancier en datte.*] Qui iure Romano priuilegium non erat habiturus negãte. d. l. priuilegia. Porro hæc data non probatur priuatis inſtrumentis, ſchedulis, apochis, & talibus chirographis, ac ne recognitione quidem debitoris, niſi teſtibus adiuuentur, atque id eo ſemper talia poſtponuntur publicis, etiam tempore poſterioribus, quod eſt ab Imperatore conſtitutum. l. ſcripturam. C. qui pot. in pig. habean. Cuius dicti ratio eſt, quia aliter obſeruantibus, nihil facilius futurum erat, quàm creditores fraudari debito ordine ſolutionis, & pacta mercede, aut remiſſione partis debiti anteriores anteuertere conficta prioris datæ ſchedula, & repetita die, quod textus ait l. repetita. D. de probat. ſi mendacis debitoris mendax etiam manus legem poneret creditoribus, quia ſcriptura priuata licet fidem faciat recognita aduerſus recognoſcentem, tamen de tempore aduerſus extraneum nõ facit, alioqui poſtponere tam poſſet anteriorem, quàm anteponere vltimum, quod Bald. Panor. Barb. notant cap. 2. ex de fid. inſtr. & Bald. ea ipſa l. ſcripturas, & conſil. 198. lib. 1. & conſil. 466. lib. 5. Ripa. d. l. priuilegia, & quos fusè congeſſit. Tiraq. in retra. conuent. §. 2. gloſ. 7. Sed nec recognitio quidem debitoris quidquam valet ad datę prioritatem, quod exiſtimant perperam intellecta Ordin. 1539. Artic. 93. quæ cùm hypothecas recognitione tribuit, intelligenda eſt inter creditorem & debitorẽ ſtatuere, quod ad alios creditores virium planè nihil habet. Quare aliter iudicatum, & ex hoc textu quæſitas per ſchedulas priuatas obligationum prioritates obſtupui, cùm apertiſſima ratio, & fraudes ingruentes hanc ſententiam manifeſtiſſimè refellant. 3 4

[d] *Doit eſtre preferé.*] Hæc eſt illa protopraxia, de qua tamdiu agimus in perſonalibus inducta, contra iuris Romani diffinitiones.

[e] *Informant du premier temps.*] Sed hanc infinitam licentiam teſtandi coërcuit Ordinatio Regia Molin. Artic. 54. Nec alio ſæculo iuſtior occaſio omnibus in falſum graſſantibus: Quæ tamen Conſtitutio ad præterita ante dictam Ordinationem trahi non debet textu expreſſo. l. teſtium. C. de teſtib. & Felyn. notat c. vlt. nu. xj. ext. de conſtit. de quo aliquando dubitari vidimus.

& art. 177. N. C.

[f] *Par teſmoings.*] Nam ſi inſtrumenta publica extarent, nulla eſſet dubitatio; hæc enim omnia priuata antecedunt. d. l. ſcripturas; Deinde inſtrumẽtis publicis ſemper apponuntur hypothecæ, ita vt etiam omiſſæ ſupplendæ ſunt ex Conſuetudine, veluti errore omiſſæ, ex. l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua. D. de ædil. edicto.

art. 177. N. C.

[g] *Ou autrement.*] Cùm quis mortuo debitore agit, & probatur ſubſcripta manu eius ſchedula, non eſt dubitandũ à viuo ſcriptam, & eius datæ tempora ſequenda, cum priuata ſcriptura viſa, & lecta eſt, à viris probis ſubſcripta, illo aut illo tempore ſatis probata eſt data, nam videri non poterat, niſi extitiſſet, quod Bald. notat conſil. 198. lib. 1. verſi. ex hoc pono. cap. cum olim de priuileg. & quos Tiraq. vbi ſupra num. 55. & ſeq.

Article CXCV.

VAND aucun baille à autruy ses marchandies pour vendre en foire ou marché, ou autrement,[a] la vente doibt estre tenuë selon le contract & marché, [b] pourueu qu'il n'y ait decepte outre moitié de iuste prix, contraincte, surprise, ou autre mauuaise intelligence, & que le bailleur soit habille de contracter.

QVando aliquis dat alteri suas merces ad eas diuendendas seu mancipandas in nundinis aut mercatu, aut alio modo, [a] venditio seruanda est secundum conuentiones appositas, [b] modo non sit læsio vltra dimidiam partem iusti pretij, vis, fraus, aut alia circumuentio, & qui merces dedit, facultatem contrahendi habeat.

Hic Articulus & sequentes sunt de indubio, ideo inutiles, & frustra chartas occupant.

[a] *La vente doit estre tenuë.*] Nam tali casu quæcumque conuentiones sunt appositæ, omnino seruandæ sunt: A nam agendo ex contractu fit ratificatio cum omnibus suis clausulis.

[b] *Pourueu.*] Nam hæ ipsæ causæ omnes omnium contractus rescindunt. Art. 283.

Article CXCVI.

T si celuy, à qui sont les marchandies, [a] les aduoüoit, [b] le vendeur seroit tenu à desdommager les marchans & cherroit en crime enuers la Iustice, [c] s'il ne pouuoit trouuer deffence en celuy qui voudroit reuoquer la vente & faire les marchandies siennes, ou [d] que ledit védeur eust eu quelque matiere, raison, & apparence à faire, la vente par assentement de celuy, à qui seroient les choses véduës ou par autre voye.

ET si is, ad quem merces attinent [a] eas vendicaret, [b] venditor teneretur indemnitatem præstare emptoribus, & incideret in crimen erga iustitiam, [c] nisi inueniret defensionem apud eum qui vellet reuocare venditionem & merces esse suas asserere, aut [d] nisi dictus venditor habuisset aliquam causam aut rationem rei alienandæ consensu eius ad quem res venditæ pertinent, aut alia via.

Glossa.

[a] *Les aduoüoit.*] Nam dicunt semper præsumi malam fidem, in eo qui emit ab alio in qualitate procuratoris alterius, si mandatum non videt. Bart. Ang. Imol. l. cùm vir. D. de vsucap. Alex. l. qui in aliena. eod tit.

[b] *Le vendeur seroit tenu.*] supra Art. 185. 187. & 152.

B [c] *S'il ne pouuoit trouuer.*] L. ciuile. C. de furt. quia qui rem alienam vendit, dicitur esse in culpa. l. quod sæpe. §. hæres. D. de act. empt.

[d] *Que ledict vendeur eust eu quelque matiere.*] Talia enim sæpè familiaritatis causa, aut consanguinitatis, aut rei modicitate persuadentur, cùm sibi quisquam tantum licere putat per amicitiam domini rei.

Article CXCVII.

T celuy qu'on dict auoir baillé charge de faire la vēte desdictes choses soustiendroit, qu'à [a] son desceu, ou contre sa volonté elles eussent esté amenees ou venduës, & les diroit siennes, le fait cherroit en crime entre luy & le vendeur.

ET is qui dicitur mandatum dedisse vt dictæ res venderentur, sustineret, quod eo inscio aut contra suam voluntatem venditæ essent, & eas sibi vendicaret, factum in crimen verteretur inter se & venditorem.

[a] *A son deçeu ou contre sa volonté.*] Quod quidem in dubio præsumitur, ideóque negantis fundata per se intentio est, l. qui vas. §. vetare. D. de furt.

Article CXCVIII.

ON ne doit achepter marchandie[a] en lieu rebond & occulte, s'il ne sçait dire[b] de qui, ou n'a bon plege de le garẽtir, specialement, s'il n'est marchand de telle marchandie, ou s'il ne disoit l'auoir racheptee[c] en foire ou marché: & encor s'il y auoit achepté choses qui eussent esté emblees, & il ne peust trouuer où il les eust acheptees,[d] il ne seroit creu, ains seroit puny, au cas qu'il ne [e] trouueroit son garend,[f] où tesmoins, ou commune renommee pour luy.

Merx emi non debet[a] clanculùm, nisi dicatur à quo empta sit, aut habeatur author de sarta aut tecta auctoritate præstanda, præsertim si non sit mercator talium mercium, aut nisi diceret se eas emisse in nundinis aut mercatu. Et adhuc si ibi emisset res furto surreptas, & non posset inuenire vbi eas emisset,[d] fides ei non adhiberetur, sed pœna ei irrogaretur si non[e] inueniret authorem,[f] aut testes, aut famam communem pro eo.

Glossa.

[a] *En lieu rebond.*] Nam clancularium factum conscientiam arguit. l. vlt. D. de rit. nupt. l. existimo. D. de admin. tut. Bart. l. vlt. D. de hæred. instit.

[b] *De qui.*] Neq; enim à trãseunte aut ignoto. d. l. ciuile.

[c] *En foire ou marché.*] Nam loci celebritas excusat fraudis suspicionem.

A [d] *Il n'en seroit creu.*] Probatio igitur ab reo exigitur, de quo laborat. glo. l. maiorem. C. de fals. & d. l. ciuile.

[e] *Trouueroit son garend.*] supra Art. 187. & 132.

[f] *Ou commune renommee.*] Fama & existimatio hominis leuant facti suspicionem, de quo Bart. Bald. Imol. l. vlt. D. de hæred. instit.

Article CXCIX.

ET posé qu'il les eust achepté en foire ou marché, si celuy, qui auroit egaré ou perdu les marchandises, les pouuoit prouuer siennes, il les auroit,[a] & perdroit l'achepteur, ce qu'il auroit mis, sauf son recours sur celuy qui les luy auroit venduës, ou sur les pleges, ou sur les hoirs.

ET quamuis eas emisset in nundinis aut mercatu, si is qui merces amisisset suas probare posset, eas haberet,[a] & emptor amitteret pecuniam pro pretio rei datam, salua actione receptitia in eum, qui eas vedidisset, aut in vades, aut in hæredes.

Glossa.

[a] *Et perdroit l'achepteur.*] L. inciuile. C. de furt. l. super empti. C. de euiction. l. si mancipium. C. de rei vend. l. & si sciens. D. ad Velleian. nec valiturum statutum puB tat Hostiensis, quo caueatur, eum qui in mercatu emerit, non teneri ad rei restitutionem, Host. in summa. tit. de pœnit. & remiss. Anchar. repet. cap. canonum. ext. de constit.

Article CC.

OBLIGATION peut estre faicte[a] pour autruy[b], pourueu que la personne se puisse[c] obliger. Artic. CLXXXIIII. Novar Cons.

OBligatio potest fieri[a] pro alio,[b] modo persona possit se[c] obligare.

Glossa.

Hic Articulus ludit amphibologia, vt infrà dicemus.

[a] *Pour autruy.*] Expromissione, fideiussione, constituto, & vt principalis, ad quem pecunia non peruenit, qui mere fideiussor est. l. Iulianus. §. idem ait si duos. D. ad Maced. Denique modis à iure traditis alienam obligationem in se sustinendo, & si is propriè dicitur pro alio obligari, qui alio manente, in obligatione, ipse accedit. l. Senatusconsultum. C. ad Velleian. & cùm quis mandauit alteri credi. l. si vxor ad Velleian.

[b] *Pourueu que la personne.*] Hîc amphibologia, an de per-

sona, pro qua obligatio initur, intelligat, an de ea quæ ipsa obligatur, sed de ea quæ principalis est, & nulliter obligata est, an fideiussor possit interuenire diximus Artic. 164. Hic verò de ea videtur statuere, quę se obligat, quàm dicit pro alio interuenire posse, si modo capax sit obligationis, de quo non admodum erat, qua- A re Articulus Consuetudinis scriberetur, vt subiecto indubitabili.

Ita explicat art. 184. N. C.

[c] *Obliger.*] Intellige ciuiliter: nã obligationis mentio in statuto facta de ciuili intelligenda est, l. pupillus. D. de act. & oblig. & alibi diximus, naturalium nullum esse effectũ in statutis. Art. 273. cap. de Hip. act. presc. nu. 33.

Article CCI.

ARTIC. CLXXXV. NOVAE CONS.

PRISONNIER pour cas de malefice, dont il deust estre mis à mort,[a] s'il estoit prouué que ledit prisonnier eust faict le cas, dont il est accusé, le[b] plege toutesfois ne seroit[c] puny corporellement.

REus criminis pro quo extremo supplicio affici deberet[a], si probaretur quod dictus reus commisisset id de quo accusatus est tamen qui pro eo satisdedit, pœna pecuniaria solummodo plecteretur.

GLOSSA.

Hic quoque Articulus, & sequentes de iuris Romani materia descripti penè inutiliter occupant numeros, ex l. si quis reum. D. de cust. reor. Neque enim quisquam per contractum potest summittere pœnæ corporali gl. cap. cum homo 23. quæst. 5. Bald. l. 1. C. ne fil. pro pat. Salic. l. fin. C. eod. tit. Idem Bald. in rubr. C. res int. al. act. Angel. in malef. verb. pro quibus Antonius fideiussit. Alex. in l. sæpè 3. col. D. de re iudic. vbi ne statuto quidem fieri posse contendunt. Sed hic locus latè apud Hippol. Mars. in rubr. de fideiuss. quæst. 29. & in practica. §. examinanda. Quare ne id eueniat, negant eum fideiussoribus permittendum, qui criminis capitalis reus postulatus est, addo ego aut delicti, in quo pœna corporalis indita, nec ferè fit, nisi ab iis qui teneri se legibus non putant, qui ipse locus ab Hipp. Mars. exercetur, & hæc cognitio in iudicantis arbitrio est, æstimatione sumpta ab his quæ dicit textus. l. 1. D. de cust. reor. latè Boërius in Consuet. Bitur. tit. *des* B *iurisdictions*. §. 14. Masuer. tit. de pœnis, num. 17. vetus expresserat, cap. 97.

[a] *S'il estoit prouué.*] Cùm delicti pœna est mors aut corporis castigatio, quo casu talis vinctus non debet ampliari, aut elargiri: nec quisquam paulò consideratior Iudex facturus est; alioqui sibi ipsi periculum repræsentationis iniiceret. Sed sæpè etiam ab carcerariis tales satisdationes exiguntur, cùm vis metuitur, cùm alio transferri nolunt.

[b] *Plege.*] *De representer*, & iudicio sisti.

[c] *Puny corporellement.*] Talis enim obligatio per contractum iniri nequit, cùm nemo sui ipsius Dominus sit, liber homo. D. ad l. aqui. Pecuniaria itaque cõdemnatio est, certa, si certa est, sin incerta ex Consuetudine C fori, sin nec Consuetudo proponitur, *quanti sisti interest*. d. l. si quis reum. Sed cùm vinctus alicui custodiendus commissus est, capite puniri potest, qui euadere permisit, quia tum non ex contractu, sed ex delicto tenetur, & ibi habet locum illud. Erit anima tua pro anima illius, tametsi raro fieri idipsum solet, nisi quidem dolus in specie probetur.

Article CCII.

ARTIC. CLXXXVI NOVAE CONS.

MAIS si le detenu auoit donné pleges[a] à certaine peine, pourueu que les choses fussent faictes deuëment[b] en iugement,[c] la peine seroit commise contre les pleiges & cautions,[d] neantmoins que le detenu fust apres[e] pris par la iustice, & puny: Et fera l'on execution de ladicte peine vers le plege[f], sans qu'il soit besoin faire discussion vers le principal.

SEd, si is qui detinetur dedisset vades[a] ad certam pœnam, modo id conuenienter factum esset[b] in iudicio[c] pœna irrogaretur contra vades & fideiussores,[d] quamuis postea qui detinebatur à Iustitia præhensus esset & pœna affectus: & fiet executio dictæ pœnæ aduersus fideiussorem,[f] sine discussione principalis.

GLOSSA I.

1 *De repræsentatione rei.*
2 *Art. Vsus non seruat.*

[a] *A certaine peine.*] Ex d. l. si quis reum.

[b] *En iugement.*] Id quidem conuenienter: nam & si ex- D tra iudicium vades dedisset de sistendo, non debet dubitari quin tum quoque standum esset conuentis: neque enim talis conuentio est de genere prohibitorum.

[c] *La peine seroit commise.*] Hoc mirum si postea repræsentatio fiat, quod hîc præsupponit, & si reus in eadem causa sistitur, & res est integra: nam & dici potest, cùm

cùm æstimatio in condemnatione deducta est ratione speciei, condemnatus dando speciem liberari, sic hinc liberandum, si ante condemnationem aut solutionem reus principalis sistatur, *& ainsi fut iugé entre le sieur de Meiusseaume & Patier Geolier, qui auoit laissé aller vn ostage, debiteur dudict Meiusseaume, pour lequel il auoit esté condamné de payer la peine, & depuis l'auroit repris apres sentence.*

1 [d] *Neantmoins que le detenu.*] Hic textus non habet pro iusta repræsentatione eã, quæ coacta est, & fit ab alio, quàm à promittente: tametsi sit iuris sententia in euitandis pœnis sufficere à quocũque factum esse, quod ab aliquo promissum est sub pœna, l. cùm seruus D. de verb. oblig. vbi Bart. per l. vlt. Cod. si mancip. ita fuer. alien. Quare Speculator idem, quod hîc, sensit. tit. de accus. §. sequitur, fideiussorẽ etiam post talem repræsentationem teneri ad pœnam, sed ita demũ si repræsentatio facta sit, post sententiam super delicto latam, & pœnæ commissionem ex defectu repræsentationis. Hîc tamen textus probat committi pœnam quam sententia lata sit super delicto verb. *Et apres pris & puny.*

2 Sed quicquid statuat hîc, vsus non seruat, tam præfractam rationem iudicandi: nam à quocumque repræsentatio facta sit, etiam per Apparitorem magistratus, quod hîc dicit, pœna adiudicari non solet refusis modo expensis, si quæ in capiendo reo principali factæ sint à parte aut Procuratore fisci, & si quid præterea interest. Quod si etiam lata sit sententia de commissione pœnæ appellatione interposita, & repræsentato reo succurri solet, quamuis sententię tempore reus status non esset; id enim cõsiderare solemus ne pœnę iudicialium stipulationem cõmittantur dãno promittentis, si nihil planè agentis intersit: etsi de iure in pœnis negant interesse rationem haberi. l. stipulatio ista. §. alteri. D. de verb. obliga. Bart. l. ita stipula-

A tus. 12. oppos. eod. tit. l. 2. §. idem, si in facto eod. tit. vbi Ias. latè, & consil. 49. vol. 3. Sed nos in talibus quidem æquitatem canonicã sequimur, cap. tua. ex. de Simon.

[e] *Pris par Justice.*] Quid si post capturam iterum aufugit vide Hippol. Marsil. dicta Rubrica, quæst. 16.

GLOSSA 2.

1 *Satisdatio iudicio sisti.*
2 *Morte fideiussoris non extinguitur satisdatio &c.*

[f] *Sans qu'il soit besoin faire discussion.*] Ex natura satisdationis iudicio sisti, cuius sit executio aduersus fideiussorem sine nouo processu, sine discussione principalis,

B vt per Bar. l. 1. D. iudic. sol. & l. vlt. C. de vsu. rei iud. & l. cùm filiusfam. D. de verb. oblig. gl. l. vlt. & §. vlt. vbi Mart. Odofred. Cyn. Ioan. Fab. Bart. Bald. Ang. Alber. Paul. Salyc. C. de vsur. rei iudic. cæteri. d. l. 1. & quos Boerius latè, decis. 277. vbi & arresta allegat, prout è contra fideiussor vbi soluerit, potest reum principalem pignerari petere sine nouo processu, quod ait Bald. d. l. fin. C. de vsur. rei iud. & Hyp. Mars. in d. Rubrica de fideiuss. nu. 363. Nec tamen vera est sententia glossæ. §. fideiusso. Instit. & fideiuss. quæ talem promis-

C sionem de sistendo morte fideiussoris extingui putat, sicut delictum extinguitur morte, rei principalis, vt determinatur in l. 1. C. ne ex dol. def. Est enim ratio diuersa rei principalis, aut fideiussoris mortui, quia reo principali mortuo obligatio extinguitur, multomagis accessoria fideiussoris. Sed fideiussore mortuo obligatio manet, adeo & fideiussoria quoque transit ad heredem, de quo ibi Ioan. Faber. Et si Hippolit. Marsil. malè glossam sequitur, d. rubr. num. 161. Aret. d. §. fideiussor.

An etiam fideiussor ad expensas teneatur Mars. d. rubr. quæst. 25.

ARTICLE CCIII.

QVAND aucun est tenu representer vn autre à certain terme, ou autres certaines choses à iustice, ou à autre partie, si celuy, qui doit estre representé, [a] se represente de sa volonté, [b] & y demeure sans empeschement, [c] ou que les choses soient representees, n'en compete [d] aucune action.

QVando aliquis tenetur exhibere alium ad certum diem, aut alias certa res iustitiæ, aut alij parti, si is qui sisti iudicio debet [a] sponte se sistat, [b] & maneat sine impedimento [c] aut res repræsententur, [d] nulla competit actio.

GLOSSA 1.

1 *Fideiussor cautius assistit representationi rei.*
2 *Protestetur fideiussor amplius se non teneri.*

1 [a] *Se presente.*] Si sponte se sistat, iudicio videtur satisfactum satisdationi, sed cautio est, vt fideiussor assistat repræsentationi, & protestetur se exinde nolle teneri. l. Nesennius. D. de neg. gest. Ioan. Andr. ad Specula. tit. de accusat. §. consequitur. vers. item quærit Angel. l. 2. §. fin. de cust. reor.

Notanda hîc differentia, quam hi Articuli inducunt inter coactam & voluntariam repræsentationem, quia ex coacta inducunt pœnæ commissionem, in spontanea non item.

2 [b] *Et y demeure.*] Hoc casu consilium est, vt fideiussor protestetur se amplius nõ teneri, quod si semel repræsentatus aufugit, fideiussor est liberatus, l. 2. §. simili-

D que modo. D. si quis caution. Castr. in rubr. de eo, per quem fact. ex. Hippo. Mars. d. Rubr. num. 143. & quos allegat. Quod ego intelligo, si eodem statu præsentauerit, in quo erat, secundum decretum Iudicis, nam laxius repræsentasse, non sufficeret, quia hoc non esset repræsentare in eadem causa, Barbat. latè in rubr. de fideiussor.

[c] *Ou que les choses soyent representees.*] Vndecumque in pœnis euitandis, id quod manifestè pugnat cùm articulo præcedenti, in quo repræsentatio coacta per apparitionem magistratus non liberat à pœna, sed hîc indefinitè ex quacumque repræsentatione impersonaliter facta, à quo quam actionem denegat, & pro hoc textu formalis. l. vlt. §. docere. D. ne quis eum, qui in ius vocat. aut igitur prior corrigendus, aut in suo casu, intelligendus.

[d] *Aucune action.*] *Pour le principal*, aliud in expensis si quæ sunt factæ.

Article CCIIII.

Artic. clxxxvii. Novae Cons.

'il y a pleige de l'amende, [a] le pleige peut mettre en vente : & en bannie la terre de celuy, pour qui il s'est constitué pleige, [b] s'il ne trouue ailleurs, surquoy se desdommager.

SI sit fideiussor mulctæ, [a] fideiussor potest proscribere fundum eius, pro quo sese fideiussorem constituit, nisi indemnitatem aliunde consequi posset.

Glossa I.

1 *Art. exceptus de l. si procurator D. mand.*

2 *Fideiussor ne soluat. potest distrahere bona debitoris.*

1 [a] *Le pleige peut mettre en vente.*] Hic textus singularis est & exceptus de l. si Procurator. §. si ignorantis. D. manda. quo singulariter itidem traditur fideiussorem conuentũ de substantia debitoris principalis soluere posse, quod itidem Iacob. de sancto Georgio repetiit. l.
2 vendit. D. de iud. Ita vt fideiussor non teneatur pati venditionem, aut distractionem rerum suarum, sed statim atque interpellatus est de soluendo, potest petere à Iudice, vt sibi permittatur res debitoris, pro quo intercessit, pignerare & distrahere, & auctioni & hastæ subjicere, vt de substantia & bonis potius debito- A ris quam suis soluatur. Hoc quod generaliter in omni fideiussore est constitutum, non est putandum hic restringi ad casum particularem fideiussionis iudicio sisti, cùm omni fideiussioni id accidat : & si pro regula traditur, fideiussorem ante solutionem ab se factã agere, aduersus reum principalem non posse l. si pro ea. Cod. mand. Cuius dicti exceptiones diligẽter Hippol. Mars. cumulauit d. rubr. q. 31. Sed tamẽ & si ante solutionẽ non agit ad repetitionẽ, solutionem potest anteuertere distractis bonis debitoris principalis, quod & notauimus sup. Ar. 150. Atq; hæc in parte ciuili intelligẽda, nã domin⁹ ipse iurisdictionis nõ posset. Ar. 608.

[b] *S'il ne trouuoit ailleurs.*] Nisi aliunde indemnitatem consequi posset, sed tamen nec discussio bonorum eius necessaria est abrogatis Ordinationibus, An etiam de damnis vide Mars. quæst. 26.

Article CCV.

Artic. clxxxviii. Novae Cons.

elvy qui se constitue debteur pour autre, ne doit plus payer que *le principal* obligé, ores que l'obligation du pleige, ou fideiusseur, [a] porte d'auantage.

IS qui se pro alio debitorem constituit, non debet in plus obligari quàm principalis debitor, quamuis fideiussoris obligatio de maiori summa [a] concepta sit.

Glossa.

1 *Art. de l. Græce D. de fideius.*

2 *Efficacius obligar. potest fideiussor &c.*

1 Verum: sed quid opus fuit de vulgatissima iuris regula ius gentile conficere quæ est. l. Græcæ. §. illud. D. de fideiuss. & §. fideiussores. instit. eo. l. si vltra. C. eod. hanc tamen limitãt quo ad principale, nam quoad vsuras & pœnam in plus putat glossa. l. sicut D. de fideiuss. vbi Ang. Imol. Alex. d. §. illud. Bald. d. l. si pro ea. C. mand. Ang. d. §. fideiussor. Angel. l. his qui. D. de fide-
2 iuss. & quos Marsil. quæst. 38. Sed & efficacius obligari potest, ideo simplici promissioni rei principalis accedere potest fideiussor sub garentigia, quod ait. Bald. B d. l. hi. qui, & l. Marcellus. D. de fideiuss. l. si pupillus. D. de verb. obligat. Bald. d. l. si vltra. Sed & obligationi naturali, id est per se non exigibili accedere potest fideiussor exigibilis ipse. l. 1. l. vbicumque. & l. fideiussor obligari. D. de fideiuss.

Disparitas tamen obligationis in solo tempore non vitiaret. l. si stipulatus. §. adhiberi. D. de fideiuss. de quibus vide latè Angel. d. §. fideiussores.

[a] *Porte d'auantage.*] Bartolus. d. l. Græce, putat, si hoc accidat, in nullo teneri fideiussorem, nec in summa quidem concurrente. Sed hanc sententiam cæteri improbant, & hanc secutos authores. Confaet. Apparet, in verb. *ores que l'obligation.* Nam & excessum præsupponit, & exactionem in concurrente admitti.

Article CCVI.

Artic. clxxxix. Novae Cons.

elvy [a] qui se constituë debteur [b] en certaine somme pour autruy [c] pour dommage faict, ou autre debte, [d] qui n'est appuree, ne liquidee, sera tenu payer la somme, en laquelle il s'est obligé, [e] sans qu'il puisse obiicer, ne excepter, que le dommage ou debte n'estoit de si grande somme, que la somme, en laquelle il s'est obligé.

Is [a] qui

IS [a] qui se constituit debitorem [b] in certa summa pro alio, [c] pro damno illato, aut alio debito incerto, & non liquidato [d] tenebitur summam soluere in quam sese obligauit, [e] nec poterit obiicere, nec exceptionem opponere [f] quod damnum aut debitum erat de minori summa, quàm ea, in quam sese obligasset.

GLOSSA.

1 *Exceptiones competentes reo & fideiussori competunt.*
2 *Exceptio regulæ & nu. 3.*

[a] *Qui se constitue.*] Id est, *interuient comme pleige*, vel etiam qui constituit pro alio.
[b] *En certaine somme.*] id est, *somme determinee & arrestee.*
[c] *Pour dommage faict.*] pro damno dato, forte noxa animalium, aut alio quolibet damno.
[d] *Qui n'est appuree.*] Quo tempore scilicet incerta est damni æstimatio.
1 [e] *Sans qu'il puisse obiicer.*] Hîc se auctores Consuetudinis scriptæ produnt non Iurisconsultos: nam cùm exceptiones omnes reo principali competentes possunt à fideiussore ex persona eius objici l. tam mandatori. Cod. de non num. pecu. l. omnes. D. de except. l. defensiones. C. except. l. exceptiones. D. eod. l. si is qui fideiussorem. D. si quis caut. quæ planè versat. Bald. d. l. tam mandatori, & nominatim hoc ipso in casu dari exceptionem fideiussori scribit.
2 Consequens erat, & hanc ipsam de non tanto debito objici posse, cùm supra traditum sit, fideiussorem non posse in plus obligari, & hæc fideiussori competat ex sua persona tanto magis recipienda, adeò quod data dilatio soluendi personaliter reo princi-
A pali, debet & fideiussori prodesse, quod Hip. Mars. persequitur. d. Rubrica. quæst. 37. Quid verò, si etiam nil deberi probaretur, hæc exceptio haud dubiè prodesset vtrique, & vtramque absolueret; & si non negandum interim dum cognoscitur; talem fideiussorem prouisionaliter condemnari posse ad garniendum de summa promissa, resoluenda tamen per diffinitiuam.
[f] *Que le dommage ou debte n'estoit de si grande somme.*] 3
Intellige in fideiussore conuento ante principalem, & ante liquidatum debitum & declaratum: nam si ante conuento principali debitum cum eo esset liquidatum in minori summa, manifestam hic Articulus iniquitatem contineret, plus exigi quàm debeatur, nec ferendum esset. B

Quid in debitore delegato ad solutionem alteri: & scitum talem de minore, aut indebita summa excipere non posse. l. doli. l. si Titius. D. de nouat.

Nec probo sententiam Doctorum hominum, qui putant dato fideiussore de soluendo omne, & id totum, quod apparebit aliquem debere, sine determinatione summæ factæ calculo, mortuo debitore ante factum calculum fideiussorem liberari, quod Alex. & Castr. notant l. qui Romæ. §. Augerius. D. de ver. obli. Ias. l. si ego. C. si cer. pet. Est enim fideiussio debiti, non personæ, quod cum herede potest liquidari, Hipp. sing. 304.

ARTICLE CCVII.

QVAND [a] aucun est obligé pour autre, le creancier [b] le peut requerir, par luy ou par autre, [c] de luy faire, ou faire faire satisfaction: [d] & est tenu le plege & fideiusseur le faire, [e] s'il ne monstroit auec effect biens du principal debteur, lesquels ne soient [f] aucunement debatus, [g] auquel cas ne pourra ledit creancier faire execution sur le plege, fors de [h] ce qu'il luy resteroit de sa debte, [i] ou de ses dommages & despens, liquidation prealablement faicte desdites choses, [k] selon le iugé ou obligation.

Artic. CLXXXXI Novae Cons.

QVando aliquis pro alio est obligatus, creditor [b] potest eum appellare, per se aut per alium, [c] vt ei satisfaciat aut curet vt satisfiat [d] & tenetur fideiussor id facere [e] nisi indicaret bona principalis debitoris [f] quæ non sint in controuersia [g] quo casu non poterit, dictus creditor facere executionem super fideiussore, nisi [h] de eo quod superesset de suo debito [i] aut de damnis & expensis liquidatione ante facta dictarum rerum [k] secundum iudicatum aut obligationem.

GLOSSA I.

1 *Hic art. pugnat cum art. 150.*
2 *Garendi præsentatione non liberatur fideiussor.*

[a] *Quand aucun est obligé.*] Fideiussor, mandator, sponsor, constitutus, qui omnes habent beneficium fideiussorum; secus in expromissore vide Angel. §. 1. Instit. de fideiuss. & Bart. l. 1. §. reos. D. de duob. reis.
[b] *Le peut requerir.*] Extra iudicium, sed testato per Notarios aut Apparitores, nec iudicialis interpellatio necessaria est. C

Argentr. in Cons. Brit.

[c] *De luy faire ou faire faire.*] Cùm hic textus sic habeat, 1
non sine causa dixi in Art. 150. hunc cum illo nô posse consistere; quia ibi fideiussorem conuentum ex obligatione fideiussoria recipit ad garendum, cùm hic duplicem obligationem nectat Consuetudo in persona fideiussoris satisfaciendi, aut curandi vt satisfiat, quæ cum sint personales nullo modo garendum recipiunt. Quod si illa quæ est soluendi garendum

reciperet, illa solui faciendi nullo modo posset reci- A pere.

2 [d] *Et est tenu.*] Hic planè apparet, quod diximus, obligationem personalem necti in personam fideiussoris inductam à lege patria, à qua se fideiussor non potest absoluere garendi præsentatione, nisi is continuo satisfaciat alteri parti obligationis alternatiuæ, id est, nisi soluat, recidit tota obligatio in fideiussorem: ex quo apparet efficacius obligari fideiussores Consuetudinarios quam legales, cùm illi simpliciter opposita exceptione discussionis lite eximantur, non ante discussionem factam & detectam insoluabilitatem conueniendi: sed Consuetudinarij non ita abeunt lite.

[e] *S'il ne monstroit auec effect.*] Sed & petente creditore talis fideiussor tenetur ad impensas in litem, si B quæ futura est, prorogandas, cùm lite protinus mota libeat discedere ab capto pignore, & fideiussorem repetere; nisi impensas offerat, & euentum litis præstet.

[f] *Aucunement debatuë.*] Nam oppositione protinus cuiusquã formata, quæ distractionem impediat, principalis creditor dimittere id pignus potest, & fideiussorem repetere, vt soluat, aut solui curet, aut libera corpora monstret, quæ distrahi possunt.

[g] *Ou quel cas.*] *que le plege monstre biens non pretendus ny opposez.*

[h] *De ce qui luy resteroit.*] Si res distracta non est par debito.

Glossa 2.

1 *An fideiussor obligatus sit ad expensas & vsuras &c.*

[i] *Ou de ses dommages.*] Valde controuersa est in iure quæstio, an fideiussor simpliciter acceptus videatur nõ solum pro sorte sed etiam pro vsuris pœnis statutariis expensis, & damnis, & aliis accessoriis intercedere. 1 Quidam ex. l. vlt. D. de fideiuss. negant. & in l. fideiussores Magistratuum ibidem l. libertus. D. ad municip. l. 1. D. de in lite iur. l. pignoribus. C. de vsur. l. quæro. D. loca. vbi glos. & Bart. & l. Centum Capuæ. D. de eo quod cert. loc. glos. & Doctores in l. siue in duplum. D. qui satisf. cog. & quos Hyp. Marsil. d. Rubr. de fideiuss. quæst. 8. Contra probatur l. si ab vno. D. vt legat. nom. l. amissi. §. fideiussores. D. de fideiuss. Et vulgò putant domo conducta fideiussorem teneri & de deterioratione domus, & molandinorum, & supellectilis, & sarciendis tectis. Ego quidẽ pro his accessoriis, quæ rem necessariò comittantur, teneri fideiussores puto, veluti pro vsuris, multo magis pro expensis litis, per quam debitor negans conuictus est, quia sine talibus res seruari non potuit. Vsuræ autem vt necessariæ accessiones etiam in pignoribus debentur, & si simpliciter accepta sint l. Lucius D. qui potior. Bart. d. l. centũ Capuæ. de vsuris confirmat in princip. & l. fin. cod. tit.

[k] *Selon le Iugé.*] Hic videtur præsupponere obligationem fideiussoriam in qua etiam damna deducta sint: quo casu disceptatio scholasticorum cessat.

Article CCVIII.

Artic. clxxxxi. Nouae Cons.

ET [a]T si le creancier [b] donnoit terme au debteur, [c] & fist nouueau contract d'icelle chose, sans que le plege y fust de nouueau obligé, seroit ledit plege quitte de la pluuine.

[a]*ET si creditor [b] termini prorogationem daret, [c] nouarétque instrumentum eius rei inscio fideiussore, dictus fideiussor liberaretur de cautione præstita.*

Glossa 1.

1 *Sensus l. cum Hermes. C. loca.*

2 *Prorogatio termini & solutionis an liberet fideiussorem.*

1 [a] *Et si le creancier.*] Hæc decisio videtur deducta de materia l. si cùm hermes. C. loca. quæ tamen nihil prorsus ad rem facit, sed loquitur de fideiussore, qui intercessit pro eo cõductore vectigalium, qui in quinquennium conduxerat, sed impleto tempore ex priuilegio fisci, vel etiam sponte in aliud tempus conduxerat: hic negat textus fideiussorem teneri, nec iniuriã; quia alius contractus, aliud tempus & obligatio est, quæ nihil cùm priore commune habet, nec vt vulgò putant, nouatio est prioris, qui finitus est, & suum effectum sortitus est, sed alius alterius temporis. Atque tales sunt termini d. l. si cum hermes, sed præsupposito alio casu, cùm scilicet prioris obligationis tempus prorogatur debitori siue soluendi, siue faciendi, an fideiussor liberetur veluti alterata obligatione. Nos hic circonstancias excludimus, quod scilicet potuerit accidere, vt talis debitor effectus esset non soluendo, quo casu haud dubiè fideiussor non teneretur. Sed 2 ponimus simpliciter termini & solutionis prorogationem, & quidam putauerunt fideiussorem liberari C vt Imol. Consil. 12. Dinus Bald. l. Titius D. de excus. tut. Bart. l. labeo. §. si per fideiussorem. D. de arbitr. Bart. l. Valerianus. D. de præt. stipul. Raphael. Fulg. Consil. 130. incip. Matthæus. Hæc sententia vera non est præsupposita simplici prorogatione termini, nisi quod hic adiicit etiam debiti nouatio facta sit, quo casu priore obligatione extincta, consequens est & fideiussoriam extingui, & fideiussorem liberari, qui in nouante non interuenit, nisi cùm fideiussor pro determinato tempore fideiussit, quo casu prorogari nequit, text. l. si vnius. §. pactus D. de pactis. l. si cùm dies. D. de arbitr. & l. vlt. C. de vsur. rei iud. Alex. l. vbicunque. D. de fideiuss. & l. dies cautioni. D. de dam. inf. D Bart. & Angel. l. quod dicitur. §. miles. D. de milit. testam. latè Alex. d. l. dies cautione, & quos Hippol. Marsil. d. Rubr. quæst. 6.

Glossa 2.

1 *Simplex prorogatio non eximit fideiussorem &c.*

2 *Nouatio obligationis quomodo fiat.*

[b] *Donnoit terme.*] Simplex termini prorogatio non extinceret fideiussorem ab obligatione, nisi interim debitor factus esset non soluendo, aut fideiussor cum præfinitione termini intercessisset, sic, fideiubeo vsque ad sex menses, & non plus, his casibus liberatio 1

contin-

contingeret, alioqui simplex prorogatio termini nihil derogat obligationi, nec rei adimit quidquam, sed eandem continuat.

2 c *Et fist nouueau contract.*] hoc ipsum coniunctim requiritur, vt fiat nouatio obligationis, id est vt ab priore discedatur, & noua fiat, siue rei mutatione, siue personæ obligatæ, siue adiectorum: hoc enim

A casu extincta priore vt principali, fideiussoria quoque satiscit l. nouatione. C. de fideiuss. l. nouatione. C. de nouat. l. 1. C. etiam ob chirog. pecun. nam tali facto hypothecæ quoque liberantur. d. l. nouatione l. fideiussores, in fin. D. de fideiuss. quæ reo transactione liberato fideiussores quoque liberari scribit.

ARTICLE CCIX.

ET en autre cas ne seroit ledit plege quicte, si quictance, ou satisfaction n'estoit faicte, [a] ou que le plege requist & dist au creancier, qu'il se fist payer sur le debteur, [b] & que par le defaut & demeure du creancier, les biens du debteur feussent tournez autre part: parquoy le plege ne peut estre desdommagé. Art. cxcii. Novae Cons.

ET in alio casu non liberaretur dictus fideiussor, si apocha aut satisfactio non esset facta, [a] aut fideiussor requireret & diceret creditori vt debiti solutionem peteret à debitore, [b] & si negligentia & mora creditoris, bona debitoris in rem aliam versa essent, fideiussor liberabitur.

GLOSSA 1.

1 *Art. est contra l. si fideiussor creditori D. de fideiuss.*
2 *Insoluabilitas debitoris est causa agendi aduersus fideiussorem.*

1 [a] *Ou que le pleige requist.*] testato conuento: hæc dispositio contra l. si fideiussor creditori. D. de fideiuss. Si fideiussor, inquit, creditori denunciauerit, vt debitorem ad soluendam pecuniam compelleret, vel vt pignus distraheret, isque cessauerit, an eum possit fideiussor doli mali exceptione submouere, respondi non posse. Quæ lex expresse consuetudini huic contradicit, quia soluabilitas debitoris non est causa obligationis fideiussoriæ. Secus in fideiussore accepto sub his verbis, quanto minus seruari possit ab reo principali, hoc enim casu talis denunciatio proficeret l. fideiussoribus. D. de fideiuss. Sed in fideiussore simpliciter accepto aliud censent. Sed tamen putat glossa & Bart.
2 illam legem esse correctam per auth. de fideiuss. quia

B hodie insoluabilitas debitoris est causa agendi aduersus fideiussorem, Canonistæ cap. eum pro quo. ext. de fideiuss. Itaque quod hic dicit Articulus, tandem obtinere volunt.

GLOSSA 2.

1 *Quid si creditor differt agere aduersus debitorem &c.*

[b] *Et que par defaut du creancier.*] Hoc est, quod dicit glossa & Bartolus, cùm in necem fideiussoris creditor differt cũ debitore principali, qui interim bona dissipat, & interuertit, aut occultat, ita videtur hunc interpellationis effectum admittere, tum dumtaxat, cum bona debitoris interim interuersa probantur, non simpliciter rebus stantibus, vt tempore obligationis: Nam nec debitorem fugitiuum quisquam capere potest, si tempore obligationis in eodem statu erat, nec quidquam mutatum est ab eo tempore, de quo Barbatius cap. eum pro quo. ext. de fideiuss. l. si creditores. D. de priuil. cred. Bald. d. l. pro ea. D. mandat. 1

ARTICLE CCX.

ET combien qu'il soit conuenu en l'obligation, que le debteur & ses pleges soient obligez chacun pour le tout, [a] les biens du principal debteur doiuent estre tout premier [b] executez, ledit plege les monstrant par effect, [c] comme dict est. Artic. cxciii. Novae Cons.

ET quamuis in obligatione conuentum sit, quod debitor & confideiussores eius ex æquo obligationem inierunt æquè principaliter, [a] in bona principalis debitoris primum [b] manus iniici debet dicto fideiussore indicante ea [c] vt supra dictum est.

GLOSSA 1.

1 *An vt principalis aut vt fideiussor quisquam interueniat differentia.*
2 *De plurib. ab initio æque principaliter contrahentib.*
3 *Obligati insolidum petere poßint vt conueniatur is ad quem pecunia peruenit.*
4 *Capitula Ecclesiarum quæ dant pecunias suas &c. Argentr. in Cons. Brit.*
5 *Quid de pecunia data filiofam. aut personæ prohibitæ &c.*
6 *De debitoris principalis obligatione cui alius intercedit.*
7 *De pluribus obligatis & cum creditore conuentum quod pecunia &c.*

Multùm interest quid agatur, vt intelligi possit, an vt principalis quisquam interueniat obligationi, an vt fideiussor, propter discussionis beneficium, 1

ac necessitatem, vel conueniendi facultatem, quod hîc
dicit. Hoc discrimen, rectè distinxit Molinæus in vsur.
2 quæst.7. Nam quoties plures ab initio æque principa-
liter contrahunt, obligantur, mutuum accipiunt, &
traditor eorum fidem sequitur omnium æquè princi-
paliter, respectu creditoris omnes æquè rei sunt prin-
cipales ex æquo, quod Castr. notat. l. sed Iulianus, §.
item si duos. D. ad Macedon. Roman. Consil.114. Et si
ipsi quidem, vt plures rei habent beneficium diuisio-
nis ex authent. de duob. reis, si omnes vel plures sint
soluendo, & præsentes, nisi quidem beneficio renun-
ciauerint. Idque verum putat Ludo. Rom. etiamsi hoc
casu pecunia ad vnum tantùm peruenisset, vel nego-
tium ad vnum solùm spectasset, quia scilicet expressa
obligationis qualitas interpretationem diuersam non
admittit, & casum allegat l. si non singuli. C. si cert. pe-
tat. Igitur tales principaliter obligati, æquè principa-
liter pro virilibus conueniri possunt, non distincto, an
pecunia ad vnum peruenerit, aut etiam insolidum qui-
libet, si beneficio auth. de duob. reis renunciauerint.
3 Sed tamen, quod singulariter notandum sit, tales sic
obligati petere possunt, vt hi ad quos pecunia perue-
nit, prius conueniantur suis sumptibus, quod Bart. ait
l.2 §. vbi duo. D. de duob. reis. l. vnde quæritur. D. cō-
mod. Idque verum, quod magis mireris, non solum
cùm habent beneficium diuisionis, sed etsi insolidum
sint obligati vt correi, & quod valde notandū, etiamsi
creditor nihil sciuerit de illa peruentione, & omnes
æque secutus sit. Tamen petere potest is, qui nihil at-
tigit, vt creditor suis sumptibus conueniat eum, qui
attingit pecuniam, quod Bartolus explicat vtiliter d. §.
vbi duo per d. l. vnde quæritur. Etsi apud nos vsu ob-
seruari non solet, cum tales coobligati conueniri so-
leant ex forma obligationis in viriles, aut insolidum,
4 haud scio an per inaduertentiam patronorum. Et val-
de notandum pro capitulis Ecclesiarum collegiatarū,
quæ subinde reditus nomine credere pecunias solent
optimatibus, sed nunquam sine pluribus coobligatis
æquè principaliter in maiori forma, & coobligati so-
lent suas cautiones exigere ab his, quorum res agitur,
qui confitentur totam pecuniam recepisse, & se ad in-
demnitatem obligant: hoc casu siue creditores sciue-
rint, ad quem ventura esset pecunia, siue ignorarint,
possunt tales coobligati petere à capitulis, vt suo peri-
culo & sumptu conueniant eos, ad quos per cautiones
acceptas ostendunt pecuniam peruenisse, quod & Lu-
dou. probat d. Cōsil.114. ad idem tex. l. cum in plures.
§. vestimenta. D. loca. vbi Bart. Idem Bart. & Castr. l. si
vt certo. §. si duobus. D. commod. vbi Castrēsis se alias
Bononiæ de facto obtinuisse scribit, & cùm pars ob-
sisteret curasse, vt pecunia deponeretur in faciendo,
sumptus litis. Qui casus est intelligendus, cùm plures
sunt ex æquo obligati, ita quod ipsi inter se de peruē-
tione cauerunt seorsum à creditore, quia si creditor
interuenisset, hoc casu hi ad quos pecunia non perue-
nit, non possent conueniri, nisi vt fideiussores, vt dice-
mus in casu sequenti, quod ibi Castrensis diffusè no-
5 tat. Sed ista locum habent in permissis, nam in prohi-
bitis aliud esset, veluti in casu d. l. sed Iulianus. Nam fi-
liofamilias pecuniam credere est prohibitum, hoc ca-
A su si astutus creditor cùm pecuniam crederet filiofa-
milias scribi fecerit in instrumento, quod pecunia to-
ta tradita est Titio, qui vt correus aut coobligatus
principaliter interueniebat. Hic fraus detegitur facta
de persona ad personam, & ideo Senatusconsulti ex-
ceptio locum habebit perinde, ac si ipsi filiofamilias
pecunia esset tradita: Quod rectè Castrensis notat d. l.
sed Iulianus, & hoc probato, & detecto facto credito-
ris ex prolocutionibus aut aliis indiciis Alex. Consil.66.
lib.4. & quos nos Art.411. Secundus casus est, cùm ali- 6
quis principaliter contraxit, & obligatione in personā
eius contracta eodem vel alio instrumento alius inter-
cedit, qui se principaliter obligat: & hic verus est fide-
iussor, & omnia fideiussorum priuilegia excussionis
B competunt; ita vt conuentus ea opponere possit, nisi
renunciauerit, quod ibidem glossa & Castrensis fusè
notant. Hic casus Decis. Tholos.23. cùm quidam ven-
didit equum Sempronio, & Caio promisit pretium
soluere, aut quod dicunt respondit de pretio, priore
loco conueniendus cui equus traditus est. Hæc sem-
per intellige, nisi fideiussor obligationem nouando
suscipiat, & hic casus est huius Articuli.
Tertius casus est, Cùm initio etiam statim scriptū 7
est in instrumento plures eodem tempore eodem in-
strumento obligari, cùm tamen re vera actum esset
cum ipso creditore, quod pecunia perueniret ad vnum
ex eis, hic enim casus verbis tantum imponit, cùm re
ipsa alius sit, & color quęratur, & differt à primo in eo,
quod hæc obligatio fit ipso creditore hoc agente, vt
C pecunia ad vnum deueniat, in illo omnium fidem se-
cutus est & omnibus numerauit, nec curauit, quid po-
stea agerent, & conuentio de pecunia inter ipsos de-
bitores inter se facta est, quod Castrensis annotat, vbi
supra. Itaque facti diuersi probatio, ius etiam diuer-
sum redderet, si tale probaretur: quare altero & alte-
ro casu discripsimus de quo Angel. §. si plures. Instit.
de fideiuss. distinguendo glos. §.1. authent. de fideiuss.
Locus cumulat Tiraq. §.31. glossa vnica. num.8. in te-
tract. Hippol. Marsil. in d. Rubr. de fideiuss. nu.65.

GLOSSA 2.

1 *Bona debitoris prius discutiuntur &c.*
2 *Fideiussor directè conuenitur vt bona debitoris indicet.*

[a] *Les biens du principal debteur.*] hoc est beneficium no- 1
D ua constitutione Iustiniani 4. inductum, & relatum
authen. præsente. C. de fideiuss. vt prius bona debito-
ris discuti debeant, & distrahi; deinde, id quod deficit
summæ debitæ, suppleri de bonis fideiussoris: Sed hoc 2
amplius est in hac dispositione quod ratio non habe-
tur absentiæ rei principalis ad hoc, vt ad fideiussorem
deueniatur, sed directè potest conueniri fideiussor, vt
bona debitoris indicet cum effectu, & omni lite libe-
ra, nisi quidem suo sumptu litem decidi offerat. Huic
regulæ decem amplius limitationes apposuit Barba-
tius cap. peruenit. ext. de fideiuss.
[b] *Executez.*] *Vendus & adenerez* discussio igitur neces-
saria, nec notorietas non soluendo sufficeret, de qua
auth. & notorietas iudicaria, de qua Barbat. supra.
[c] *Comme dict est.*] Art.207.

ARTICLE CCXI.

ARTIC. CXCIII. NOVAE CONS.

S'ILS sont plusieurs pleges, & le principal debteur [a] les laisse encourir, cha-
cun en doit porter sa part comme ils sont tenus en l'obligation.

*SI sint plures confideiussores, & principalis debitor [a] non soluit, vnusquisque pro sua parte
tenetur vt in obligatione conuentum est.*

GLOSSA.

a *Les laisse encourir.*] Veluti cùm soluendo non est, vel renunciarunt beneficio discussionis & ordinis, his enim casibus ad eos periculum redit, hoc beneficium est etiam antiquo iure Digestorum ex epistola Diui Adriani introductum, cùm veteri iure aliud esset l. non rectè. C. de fideiuss. Sed exemplum Diui Adriani non ipso iure, sed ope exceptionis introductum, ne simpliciter accepti aliter quàm in viriles tenerentur.

A l. inter. D. de fideiuss. §. si plures. Instit. de fideiuss. l. vlt. C. de constit. pecu. Ex quo contingit, vt ante diuisionem petitam, si vnus de fideiussoribus decedat non soluendo, periculum recidat in alios. d. l. inter fideiussores. Sed post diuisionem petitam non item, vt ibidem & l. si contendat. D. de fideiuss. vbi Bart. & §. si plures. Instit. eod. Quod si quis solidum soluerit non opposita exceptione, & cæteri soluendo non sunt, huius quoque erit periculum, d. §. si plures.

ARTICLE CCXII.

ET ne peut le creancier se faire payer pour le tout sur l'vn des pleges a au cas qu'il trouueroit sur chacun à se faire payer, combien qu'ils fussent tenus & obligez chacun pour le tout, b s'ils n'ont renoncé au benefice de diuision. ART. CXCV. NOVAE CONS.

ET non potest creditor totam summam petere ab vno confideiussorum, a modo quisque eorum soluendo esset, quamuis æquè principaliter obligati essent, b nisi beneficio discussionis & ordinis renunciassent.

GLOSSA I.

1 *Hîc inter fideiussores ipso iure tribuitur diuisio.*

1 Hîc datur intelligi mutationem iuris esse factam, & cum iure Romano tradatur beneficium diuisionis inter fideiussores, hoc est Diui Adriani non ipso iure competere, sed opposita exceptione. Ideóque mortuo vno ex confideiussoribus non soluendo ante exceptionis obiectionem, id est, ante contestationem periculum in cæteros recidere: tamen hîc ipso iure diuisio tribuitur, & fit inter fideiussores, itavt actio denegetur creditori in plus. Quod est valde notãdum pro nouatione illius iuris & differentia, quod ipsum glossa verbi tenentur. Instit. de fideiuss. præsenserat ideóque confideiussores non amplius tenentur, imo actori non amplius actio competit quam in viriles: Consuetudo enim negat potentiam agenti, ideóque nil opus est exceptione reo conuento de dicta epistola, hoc enim Consuetudo efficit, quod illa epistola erat concessum.

GLOSSA 2.

1 *Exceptionis explicatio.*

a *Au cas qu'il trouueroit sur chacun.*] Infra art. seq. Hæc

A exceptio cautè intelligenda est: nam etsi quidam ex fideiussoribus essent non soluendo, periculum non recideret in alios simpliciter, id est in viriles acceptos, quãdo natura obligationis nil amplius importat, præsupponendo etiam id quod diximus, quod citra exceptionis necessitatem diuisio fiat ipso iure. Quare obligatione semel sic inita in sui principio ea crescere non potest ex cuiusquam facto, aut contingentia: sed hæc exceptio intelligenda est in casu subsequẽtis clausulæ, cùm scilicet insolidum se obligarunt, tum enim vno existente non soluẽdo, periculum recidit in alios, qui casus est d. authen. de fideiuss. qui casum absen-
B tiæ, & non soluendo excipit à priuilegiato discussionis iure & art. seq. Proinde hæc exceptio opponi non potest, post solidi condemnationem, nisi ex appellatione, quod rectè Bartolus ait l. si dubitetur. D. de fideiuss. Ang. d. §. si plures.

b *S'ils n'ont renoncé au benefice.*] Molin. in lib. de vsuris quæst. 7. dubitatum ab aliquibus scribit, an renunciatio diuisionis (quod facere nostri solent per hæc verba) *sans diuision*, sufficiens esset ad excludendam exceptionem diuisionis, & putat sufficere, nec ego dubito, & hic textus probat. Quis enim verborum sensus alius intelligi potest?

ARTICLE CCXIII.

ET si le creancier ne trouuoit sur aucun des pleges, dequoy se faire payer, les autres seroient tenus, a au cas que chacun seroit obligé pour le tout: b car s'il n'est conuenu en l'obligation, chacun ne doit payer, fors d'autant qu'ils seroient de personnes chacun sa portion, s'ils n'ont renoncé comme dessus. ARTIC. CXCVI. NOVAE CONS.

ET si creditor inueniret aliquem confideiussorum soluendo non esse ad alios confideiussores periculum recideret a modo vnusquisque eorum æquè principaliter obligatus esset: b Nam si conuentum non est in obligatione quisque debet soluere pro virili tantum, nisi beneficio discussionis & ordinis renuntiassent, vt supra dictum est.

GLOSSA I.

1 *Non dandus regressus aduersus eum qui iam soluit.*

Hic Articulus ταυτολόγει. Etsi confirmat quod diximus, quod ex obligatione fideiussoria simpliciter cõcepta periculum non recidit in alios, ex eo quod quidam soluendo non sint: quia fideiussores simpliciter accepti secundum naturam Consuetudinariæ fideius-

sionis non amplius quam in viriles obligantur, vt infra dicit. Sed is periculi recasus intelligitur in casu quo sese obligauerint insolidum: Quem ego casum intel-
3 ligo si ante exactionem vnus fiat non soluendo: nam si post portionis suæ solutionem aliquis factus est non soluendo, nego regressum futurum aduersus eum, qui soluit, quia solutione eius, quod debuit, exemptus est ab omni obligatione & d. l. inter fideiussores hoc casu locum habituram puto.

a *Au cas.*] In casu obligationis expressæ de solido ex conuentione nam Consuetudinaria fideiussoria non amplius quam in viriles obligat vt infra.

GLOSSA 2.

1 *Non amplius necessaria D. Adriani Epistola.*
2 *An tacita conuentione diuidi obligatio videatur.*
3 *An qui soluit suam partem ab confideiussore repetet.*
4 *Cessio hodie non necessaria.*

1 b *Car s'il n'est conuenu.*] Hinc notandum nil nobis amplius opus esse, illa Adriani Epistola, & à Notariis inscitè ex formulis antiquis apponi solere: quia Consuetudo diuidit fideiussoriam obligationem hoc & superiori Articulo ipso iure, nec exceptionem expectat vt illa l. inter fideiussores, imo agenti adimit potentiam verbo *le creancier ne peut.*

2 Sed quid si de solido conuenit, pars tamen virilis à quoquam exacta, aut petita est, an rursum tacita conuentione diuisa obligatio videatur; hic casus l. si creditores. C. de pactis. & l. liberum. C. de fideiuss. vbi creditore petente ab vno ex obligatis insolidum partem virilem sub expressa commemoratione partis virilis, inducitur diuisio in viriles inter omnes tacito pacto, quod etiam absentibus prodest, de quo Molinæus. §.2. glos. 4. quæst. 5. in feud. Doctores vulgò d. l. si creditores. & Bart. l. inter eos. §. fideiussor. D. de fideiussoribus.

Sed quæritur sæpe cùm vnus de fideiussoribus 3 soluit, an possit partem repetere ab alio textus negat. l. cum aliter. C. de fideiuss. & negat actionem competere idem l. vt. fideiussor. D. de fideiuss. nam solutio à fideiussore facta obligationem tantum fideiussoris dissoluit, qui pro se tantum soluere intelligitur, cum propriam obligationem dissoluit, secus quam in duobus reis, quod Bart. notat. l. Modestinus. D. de solution. ideo quod soluit per se soluit, nec inter fideius. inter se vllum negotium geritur: sed rationem reperere, vt quod de se non poterat fideiussor, ab alio haberet iure cesso, quia aliter soluere non cogitur, quam si sibi actiones à creditore cedantur pro partibus aliorum confideiussorum, quarum vi consequitur partes, alioqui nil laturus. Hæc sententia d. l. vt fideiussor. l. cum his vbique Bartolus. D. de fideius. Sed illa cessio fieri debet cum ipso actu solutionis, nam post facta non valeret interuallo, nisi ante conuenisset de cedendo, d. l. cùm is. hæc videtur nimium subtilis iurisprudentia, & ex apicibus agere. Quare probo glossæ sententiam d. l. 4 cùm is. semper etiam non cessione facta dari vtilem negotiorum gestorum. Quod Bartolus salebrosa sua distinctione l. Modestinus non improbat. Sed & contradici solutum posse putant, si actiones cedi recusentur quod Bart. non improbat etsi stricto iure est, & quod contradici possit ex d. l. Modestinus. Fit autem cessio pro rata l. fideiussorib. D. de fideius. Cedi & hypothecaria debet. ex Bart. d. l. fideiussoribus. Doctores d. l. 1. C. de duob. reis. An inuitem videantur fideiubere, lata tractatio Bartoli Imol. Aug. l. reos. D. de duobus reis, & quos Tiraq. in retract. §.31. numer. 9. Quare sæpe nulla ratione tam scrupulistici iuris habita dedimus actiones fideiussoribus à confideiussoribus partem virilem petentibus, ex æquo & bono vitato circuitu inutili, & nimium formulario.

ARTICLE CCXIIII.

ARTIC. CXCVII. NOVAE CONS.

a OBLIGATION b de ceux qui sont en pouuoir d'autruy, c ou doiuent estre, d est de nulle valuë.

a *Contractus* b *eorum qui alieni iuris sunt,* c *aut debent alienæ potestati subiici,* d *nulli sunt.*

GLOSSA 1.

1 *Artic. iuri Romano contrarius.*
2 *Infantes furiosi, prodigi, obligantur ex iis causis quibus ignorantes, &c.*
3 *De curatorem habente aut non habente, &c.*

1 Non de nihilo hic Articulus scriptus est, cùm iuri Romano cõtraria disponat, idque vtiliter: Cõtractus, ait, eorum qui alieni iuris sunt, aut alienæ potestati subiiciuntur, nulli sunt: hoc præscripto cõstat fœminarum maritarum contractus nullos esse nec de eis actiones dari, de quo diximus art. 424. hoc eodem contractus filiorumfamilias irriti art. 507. hoc item minorum d. art. 507. siue curatorem habeant siue nullum, de re immobili sine decreto. Item prodigorum, qui tales iudicati curatorem habent, aut habere debent. art. 494. & 496. Item furiosorum art. 490. Non Monachi quidem ex hoc iure cùm subsint abbatis potestati. Quæ de contractibus dicuntur, de iudiciis quoque intelligimus d. art. 507. & 465. cum seq.

a *Obligation.*] De obligatione ex consensu loquitur: 2 nam & furiosi & prodigi & infantes obligãtur ex his causis ex quibus ignorantes & absentes obligantur, quæ re contrahuntur de quibus in l. furiosus. D. de act. & oblig. in l. si à furioso. D. eod. tit. Sed & pupilli & prodigi qui assentiri possunt alios sibi obligant, & sibi acquirunt, & ad conseruationem iuris intercedunt, vt & fœminæ. art. 427. & sequent. & art. 459. Ideóque & pupilli domicilium constitutum habere negantur, quia constitutio recidit in contractum. sed facti & actuale possunt habere quod Bartolus ait. C. vbi tut. vel curat.

b *De ceux.*] Hoc comprætendit masculum & fœminam, ne si de masculo esset dictum, de fœmina non intelligeretur quæ pene stulta est opinatio isto casu Fulgosij Consil. 75. Alex. Consil. 29. lib. 3. & Consil. 232. lib. 6. & decis. l. 2. D. de reg. iur.

c *Ou doiuent estre.*] Diximus alibi moribus Romanis olim non omnibus minoribus tutores datos, imo in datione fuisse quiddam notæ. Itaque in libris nostris sæpe

ſæpe quiddam ſcribitur, de his qui curatorem non habent, de quo longa tractatio in l. ſi curatorem habens. C. de in integr. reſti. minor. Alciat. l. puberis. D. de verb. obliga. & caſus diuerſificant habentis aut non habentis, vt obligatio valeat, aut non valeat, quos hîc Conſuetudo melius parificat, vt eadem conditione ſint, qui habent, aut non habẽt, cùm habere debeant, hoc eſt ſi eius ætatis ſint, cui dari debeant curatores: nam vtroque caſu, tam nulli ſunt contractus, & ratione æſtimantibus illa diuerſitas planè ſine ratione fuit, nec vlla probabilis redditur, ſed nunc non libet inſectari: Inde ſequitur illa quoque inutilis diſtinctio, an furioſo, an prodigo pupillus comparari debeat, quos omnes certum eſt quo ad obligationum paſſiuarum impotentiam eodem planè loco eſſe, & in totum exequari.

GLOSSA 2.

1 *Naturalis obligatio ſublata hoc ſtatuto, & num. 3.*
2 *Nec titulus ad præſcribendum valet.*
4 *Intra decennium retractantur obligationes minorum.*

1 [d] *Eſt de nulle valuë.*] Per hæc verba aufertur poteſtas ab agente, & inducitur ipſo iure nullitas actus, itavt obligationis natiuitas impediatur, & conſequenter actio, quæ ſine matre obligatione produci non poteſt, quod magis etiam expreſſerat. art. 424. de actione quidem. Ac ne naturalis quidem obligatio vllo prohibente lege, cuius origo toties impeditur quoties lex, aut ſtatutum aufert potentiam ab agente prohibitiua diſpoſitione, vel cùm procedit annullando, vel cum vtitur verbis impotentiæ, quæ fuſiùs Bart. Imol. Angel. & cæteri perſequuntur. l. cùm lex. D. de fideiuſ. Idem Bart. Bald. Iaſ. Salyc. & ſchola l. non dubium C. de legib. Quare omnis illa farrago naturalium obligationum cum ſuis effectibus tollitur hac diſpoſitione ne abnutentibus quidem ſcholaſticis omnibus, de quibus nos multa in tit. de approprimentis. §. 273. in
2 loco de præſcriptione hypothecæ. Igitur nec tituli ab A talibus habiti valebunt ad præſcriptiones, nec retentio dabitur nec compenſatio, nec fideiuſſor accedet, quæ naturalium obligationum effecta dici ſolẽt. Gratulandum itaque iuri patrio, quod tam rixoſam & nimium ſubtilem ſapientiam expulit vſu, & commerciis, & illa acumina inutilis commentationis, non admiſit ad actiones rerum, ex quo euenit, vt ne reſtitutio quidem neceſſaria ſit aduerſus actum in totum nullum: etſi noſtris tribunalibus impetrari ſuetum commerciis Francorum, quæ parentes noſtri non norant, & re vera reſipit capturam ceream, vnde & tales ſi alienaſſe deprehenſi ſunt, vindicare ipſi directo res ſuas poſſunt, quod toto tit. de prædiis minorum. C. traditur. & l. 1. C. de fideiuſ. minor. & idem fœminæ maritæ poterunt, exploſa eorum ſententia, qui irritos earum contractus non putant, niſi reſpectiua nullitate, & arctata ad intereſſe mariti, de quo diximus art. 424. & alibi. Quod in totum repudiat hæc Conſuetudo & obſeruatio indubia, ne quis nouitate B alieni ſenſus irretiatur in iudicando, quod hactenus inconcuſſus valuit: Sed tamen quodcumque eo tempore geſtum ſit, quo quis alieno iuri ſubiicitur, omnino retractari conuenit intra decennium, ex quo quis ſui iuri factus ſit; quod in alienationibus quidem minorum dubium eſſe nõ poteſt, cùm Ordin. anni 1539. extet expreſſa: de cõtractibus mulierum non perinde expreſſum, ſed tamen par ratio, de quo nos quiddam art. 44. vt & de filiorumfamilias contractibus. Quod ſi qui erunt qui repugnabunt, nec porrigẽdam caſus expreſſi diſpoſitionem putabant ad perſonas alias non expreſſas, neceſſario recident in diſpoſitionem art. 462. Sed iſtud alterius eſt loci, nunc id tantum docendi ſumus, contractus tales & cùm talibus nullos in totum eſſe, nec tituli loco eſſe, reualeſcere tamen ex conſenſu interpretatiuo agẽtis, ſi intra tempora legitima non arguantur. Sed is conſenſus colligitur ex tempore maioris ætatis, & legitimæ ſuperuenientis actui nullo.

3 (margin, beside "commerciis")
4 (margin, beside "tempore geſtum")

ARTICLE CCXV.

NVL n'eſt receuable à demander payement de marchandiſes [a] priſes en foires, marché, ou ville marchande, ſ'il n'y a [b] obligation, [c] force, ou emblée. ARTIC. CXCVIII. NOVAE CONS.

NVllus auditur ad petendam ſolutionem mercium emptarum [a] in nundinis, mercatu & vrbe in qua copia mercium affluit, niſi [b] obligatio extet, [c] vis, aut res furto ſurrepta ſit.

GLOSSA 1.

1 *Hunc artic. improbant Canoniſtæ.*
2 *Ratio conſtituti.*

1 Tale ſtatutum nominatim Canoniſtæ improbant. Quod ſcilicet nemo teneatur ſoluere pretium, aut reſtituere vendicanti Domino, id quod quis in mercatu emerit, Hoſtienſ. tit. de pœnit. & remiſſ. in ſumma. §. vlt. Ancharanus. c. Canonum ſtatuta. de Cõſtit. Sed illi ſingularibus affixi nõ didicêre publica vtilitatẽ aliquid in primum incommodum ſingulorum homi-
2 num rependere. Nam ſine cauſa aliter viſum moderatoribus rerum conducere, ne aliter cenſentibus, conflagrare eſſet litium familias, & populos cõtingat, cùm præſertim legũ admonitis quiſque ſibi cauere debeat, nec ferè de minutis re tanta exigantur. Hæc eadem ratio art. Aurelian. 100. de vendendo ſerico præſenti C pecunia ab mercatoribus. Eadem ratio Ordin. de operis artificium & minutariorum, de quibus nos art. 179. & Lud. XII. art. 68. quæ & Britanniæ renouata eſt anno 1536. art. 20. & de ſalariis famulorum art. 67. anni 1512. & Areſta de Procuratorum ſalariis & Actuariorum: Hæc eadem Imperator Carolus V. ſuis ſtatuerat. Quare magno conſenſu gentium Canoniſtarum conſenſa ſunt hîc excluſa, quod alibi ſumus perſecuti & locus apud Balbum in præſcript. 2. parte 3. partis, quæſt. 14.

GLOSSA 2.

1 *Exceptio ad articul.*

[a] *Priſes en foires.*] Ratio conſtituti eſt, vt quiſque præſenti pecunia mercetur: & quod ita factum Conſuetudo præſumpſit, & Plato in ſuis legibus ſtatuit lib. 11.
[b] *obligation.*] *par eſcrit*, ex conſenſu. 1

Hæc exceptio addita art. 198. N. C.

[c] *Force ou emblée.*] Vnde obligationes naſcuntur ex facto non ex conſenſu. Proinde ab hac diſpoſitione excipiuntur ipſi mercatores inter ſe; de his quidem mercibus quarum negotiationes exercent: nec enim talibus iſta cautio eſt reperta, cùm multa pars in cre- A dito poſita ſit, & ſic expediat commerciis, cùm ſæpiùs à tenui initio mercatura progrediatur, & quibus temporis vſura valde commoda eſt, ad mutãdas merces, & verſuras. Quare illa Aurelianenſi Ordinatione non ſunt compræhenſi.

Article CCXVI.

Artic. CXCVII. Novae Cons.

FEMME ne ſe peut obliger pour autruy, [a] ſi ce n'eſt pour ſon pere, ou pour ſa mere, ou pour [b] ſon Seigneur eſpoux, ou [c] pour ſes enfans.

Mulier non poteſt ſe obligare pro alio, [a] niſi pro patre aut matre [b] aut Domino marito [c] aut filiis.

Glossa 1.

1 *Nulla prorſus obligatio fœminæ maritæ.*
2 *Nec competit actio pro tali obligatione, &c.*

Hodie Velleiano non iuuantur fœminæ pro alio obligatæ, renunciatione earum omnino ſublata Edicto lato Pariſiis menſe Auguſto anno 1606. & publicato in Curia Parlamenti 12. Maij anno 1607.

1 Hæc quoque diſpoſitio negat potentiam obligandi, pro alio quidem, in fœmina, & nullitatem contra facti importat, & conſequens eſt data impotẽtia obligandi, conſequi actionis quoque impedimentum tali actu. Igitur non poſſet fideiuſſor accedere non magis quam articulo ſuperiore: Et ſi contra Iuriſcõſulti illo iure cenſent, qui putant naſci quidem obligationem naturalem & ciuilem, ſed obſtare agentibus Velleiani exceptionem beneficio extraordinario introductum B pro ſexu. Hîc amplius inducitur, quod fœmina excipere poteſt: Ego non ſum obligata, Conſuetudo reſiſtit talis obligationis natiuitati, ac cõſequenter tibi nulla competit actio, quod & Bartolus agnoſcit poſitis quidem verbis ſtatuti talibus. l. cùm lex. col. 2. verſi. his præmiſſis & verſi. iuxta prædicta. D. de fideiuſſ. Socin. conſil. 122. lib. 1. repetito. 172. lib. 2. & 230. lib. 2. Calcan. conſil. 13.

Glossa 2.

1 *Quibus caſibus obligatur fœmina marita.*
2 *Nec opus renunciatione, &c.*

A [a] *Si ce n'eſt pour ſon pere.*] Iure contra. l. ſi paternam Cod. ad Velleian.

[b] *Son Seigneur eſpoux.*] Miranda hîc mutatio iuris, cùm 1 pridem prohibitio interceſſionũ muliebrium ab hoc incœperit, mox ad alias porrecta ſit, vt patet l. 2. D. ad Velleian. Quod ille Senatus non probauit, ac ne Imperatores quidem l. ſi ſine l. ſi ſciens. C. ad Velleian. l. ſi vxor. auth. ſi qua mulier. C. eod. hoc humanitatis intuitu gens noſtra admiſit hîc, & art. 413.

[c] *Pour ſes enfans.*] Id quoque contra ius l. ſi cum ipſe. D. ad Velleian. Proinde non intercedit qui pro alio ſoluit, ſi ſoluendi obligatio nulla proceſſit l. 1. C. ad Velleian. quia lex non ſuccurrit alienanti, ſed interB cedenti l. Senatuſconſultum. C. ad Velleian. l. ſimiliter ibidem l. ſi fenebris. Quid vero ſi mulier ſe obligauit pro marito in eadem obligatione coobligato, vide quæ diximus articulo 411.

Decem caſus excipit gloſſa l. vlt. C. ad Velleian. in 2 quibus ille eſt renunciationis, quem ego hac Conſuetudine nego admitti, etſi in inſtrumentis cautionem vulgò ea clauſula ex formula ſolet inſeri, ſed vſu nullo: Nam pro perſonis hîc expreſſis non eſt opus renunciatione, pro non expreſſis nil officit renunciatio ipſa potentia obligandi à Conſuetudine infracta: nec opus eſt operoſa diſtinctione Bartoli d. l. fin. C. ad Velleian.

Article CCXVII.

SION a dit ou fait iniure en l'hoſtel d'vn Seigneur de famille, [a] à aucun de ſes gens, ledit Seigneur de famille en peut faire pourſuitte, en-tant qu'ils ſont en pouuoir & luy en compete action.

Si dicta aut illata fuerit iniuria in domo alicuius Domini patrisfamilias [a] alicui ſuorum domeſticorum, dictus Dominus poteſt actionem intendere, eo quòd ſuæ poteſtati ſubmittuntur iniuriam paſſi & actio ei competit.

Et deeſt in N. C.

Hic Articulus inutilis eſt, & nihili, aut denique C debuit ſcribi ſub tit. de pœnis, cùm hæc obligatio ex delicto naſcatur, de quo genere hîc non tractat.

[a] *A aucun de ſes gens.*] Quod quidem Domini contemplatione fiat l. 1. D. de iniur. Alioqui his perſonis, quæ in poteſtate Domini non ſint, ſuæ ſunt exercendæ actiones. An vero pater remittere poſſit tales iniurias Boërius tractat, deciſione 120. & 121. Guid. Papæ deciſ. 557. & 559. Congruit art. 45. ſupra & quæ ibi diximus.

Quid in filiofamilias an ſuo nomine agat, vide Alciatum l. cum filiusfamilias. D. ſi cert. petat.

REMP.



REMP. GERENTIBVS.

Etsi propemodum luditur opera, quæ in tractatione Legum & iuris ponitur, hoc quidem tempore, quo pudenda sæculi labe, & persultante vbique infamia, iura pretio deduntur, & prostant sub arbitrio impudentissimi & imperitissimi cuiusque & ipsi quoque Homeri βασιλῆες καὶ δὴ καὶ ἄρχοντες pridem δικάσπολοι propalam deposito pudore præclarè δικάσπολοι esse maluêre: sapientes tamen homines & pridem melioribus insuetos inter æstus tantos clauum retinere, quantum quidem conniti possunt ipsi, par est: qui si vi procellæ eripitur, mœstum animum reuocare ad cogitationes meliorum rerum, & interim disciplinarum honestarum meditamentis recreare oportet, nec stationem deserere. Næ hilarem insaniam insaniunt isti, qui nunc rebus moderantur, qui vt quisque altissimo loco constitit, subinde de flagitio censent & scelus damnant, cùm maximè faciunt: Sic sunt, sed aliter negāt fieri posse authores ipsi facti. Istud scilicet probrosæ fœminæ excusare docuêre: nam solent dicere saluum sibi pudorem vehemēter olim cupiisse, sed eo semel perdito, quo pudicitiam? Ire nauem ꝙ superest, qua fluctus labatur necesse esse. Ergo dum minitātia sydera, & cœlū paulatim ruens, iam-iámque ruiturū suspicimus, pergamus, qua cœpimus ipsi, & sic vnde Deus occurrat ἀπὸ μηχανῆς ne deficiamus mēte, & meliorum excitamētis solemur animos, & fallamus impendētes molestias: quādo quibus perire licet, deficere non licet. Dedimus annis superioribus commētationem de dominiorū assertionibus nostram, non inutili, vt sperare libet, labore, & fortasse in posteros impēsiùs valituro, si quæ virtutis comes indiuidua est inuidia, tandem aliquādo facesset. Nunc tractationem de Donationibus, quæ ipsæ dominiis transferēdis, vt species eodem de genere commerciis vsurpātur, emittimus, quādo eius argumēti crebras ac proinde illustres, & momētosas cōtrouersias foro & tribunalibus persæpe strepere comperimus, sed quod fatēdum sit, suis locis nec rectè oppugnatas, nec item propugnatas. In quo nobis laborādum fuit, ne de his, quæ ab iure cōsuetudinario & moribus recepto elici & foro incidere, aut solerēt, aut vero possent: intacta effugeret quoad fieri posset vlla: quando ista ab experimentis expectari oportet, quæ nulla sine talibus schola, nulla vmbracula studiosi secessus præstare possent. Certè si quātum laboris & diligētiæ scriptione non perinde prolixa nobis cōsumptum est, tantum vicissim eueniat gratiæ ab eruditis, erit quod nobis gratulemur nō malè excidisse otij valde interpellati cogitationes. His licèt impendamus animum, dum cętera argumēti eiusdem de iure patrio meditamur, etsi quid etiam melius vrgemus. Adiicimus, quod prioribus quoque Titulis factum volebamus, singulis scripti articulis cēsuram excitādis reformatorum, qui quandoque horum ἐπανόρθωσι operam nauaturi sunt, cogitationibus, vt hoc quoque labore intelligi possit, quàm multa detrahi aut adiici possint, quàm multa cōpingi, non tam maturo quā maturato scripto, quo hactenus vtimur, possint, plurima aptius cōcipi, nonnulla etiam expungi iniqui iuris debuisse, vt habeant prudentes rerū & iuris homines, de quibus censeant ipsi, non omnia forsan ἀπαρεσδόκητα. Rationem adiecimus dicti, & iudicia eruditorum, sed & finitimarum prouinciarum exempla, ne quis hæc non vehementibus de causis facta existimaret.

Anno 1578.

Anno 1580.

TITVLVS DVODECIMVS,

DE DONATIONIBVS.

Nihil hactenus accuratius hoc quidem in argumento prodiit de Donationibus, quæ moribus introductæ sunt.

TILTRE DOVZIEME,

Des Donations.

PRÆFATIO.

B

1 PRIMVM, vt quod in tractatione est intelligatur, admonendi sumus donationis materiam & proprium subiectum talis contractus, ex beneficentia proficisci, quæ gratuita & spontanea liberalitas est quæ (vt Ethologi loquuntur) cùm vna sit de virtutibus ethicis seipsa contenta est, nec aliud spectat quam bene facere, vt quæ beneficium conferat, non fœneret. Hæc propriè donatio est, expers alieni finis aut reposcentis antidorum, quam Iurisconsultus diffinit esse, cùm nullo cogente iure aut necessitate quisquam alteri benefacit. Sed quia rarò accidit, vt quid- C
2 quam eius quod donationis titulo confertur, non in extrema quædã deuergat, aut perturbationibus aspergatur, rarum est etiam sine vitij cuiuspiam illapsu fieri donationes. Aut enim cuiusquam odium eas elicuit, aut intemperatus & culpatus amor, aut spontanea donatoris profusio, aut iudicij error, aut impetus immoderatus mentis, cùm non rectè æstimat donator quid, quantúmve cuique de rebus suis conferre aut debeat, aut possit. Quo in genere illud est Antigoni Regis acutum responsum sed non sine causa exagitatum à Seneca, qui magnum poscenti Cynico dandum non putauit, vt maius quàm quod Cynico dandum putaret, petenti item paruum non dedit, quia id minus esset quàm quod à Rege pro dignitate tribui debere videretur. Sunt istæ argutæ, sed tamen nimiæ tenacitatis causationes, & obtẽtus sumpti, vt sic denique nihil detur. Sed aliud est virtutis centrum, quantum à quoque sine vitio vicini extremi tribui possit. Nam quantum Rex daret, quãtum item Cynico in æstimatione rectè iudicantis de rebus erat positum, denique quidpiam dare ex toto laudabilius: & alius quidam & ipse Rex de eo admonitus, sed animo excelsior, indigno donasse sciens & meditatus dicebatur, nec quanta petentis esset indignitas, sed quanta donatoris dignitas spectasse. Etsi verum est donationes, quæ dicuntur, si iudicium detraxeris, malefacta pro benefactis appellanda & nomen mutare, quod quidam de Poëtis olim dixit, & Seneca inter turpes iacturas malum munus, in libro de vita beata ponit. Sed quia eius facti difficilis plerumque æstimatio est, & iudicium sæpe numero à circonstantiis ducitur perquàm rarum est donationes sic fieri, vt non à perturbationibus infamentur, cùm aut odio hæredum factæ dicuntur vt in casu legis libertus cum fraudare. D. si quid in fraudem patroni factum sit, & huius ipsius tituli art. 1. aut intemperato amore in mulieres, aut amatos, aut insita nequitia, aut blanditiis, aut alterius fraude, aut talibus adiunctis, in quibus versari iudicãtium cognitiones solẽt. Quamobrem quantùm ab homine etiam 3
sano & sui arbitrij, donari cuiquam posset, lex & verò

melius

melius Consuetudo, ad curam suam putauit pertine-
re, ne amplius id esset triente bonorum cui daretur
etiam cauit, sed & tempora quoque & actus distinxit,
ne in matrimonio, ne in testamento, quia tales dona-
tiones peristases temporis habeant multas, ne fieri de-
4 beant aut permitti. Pudēda certè dubitatiò hominum
Christianorum, de his donationibus quas affectionis
causa Iuriscōsultus appellat l. affect. D. de donat. quæ
stupri causa, aut alterius improbæ consuetudinis causa
fiunt, à clerico, à milite, an amasiis factæ valeant, de
quibus illo respōso quæritur. Indigna planè inquisitio
de gentili & prophano iure inducta in Christianismū,
magis vero, quia non ethnicorum tantùm seculorum
illa labes fuit, sed & meliorum quoque quando Iusti-
nianus etiam in suum ius concubinas & naturales li-
beros & eorum successiones induxit, pluribus verbo-
sis Nouellis, quod ipsum etsi posteriores ætate Impe-
ratores quidam sustulêre, tamen ab eo qui tantùm
sibi studij esse, in augenda excolendáque religione
vendicaret, melioris iuris principia oriri oportebat,
& cùm scripturæ auctoritas, Consilia Patrum œcu-
menica, fornicationem damnarét, ea quoque damna-
ri oportebat quæ improba Consuetudo, elicuisset.
Quare manere factas ex talibus causis donationes,
probrum est Christiani Magistratus, probrosæ Con-
suetudinis mercedem & irritamentum. Quod ipsum
è finitimis Prouinciis quædam, ne valeret rectè in ius
suum patrium deduxêre, Turonum, artic. 247. Cœ-
nom. artic. 354. Pertici, artic. 100. & aliæ quædam.
5 Est igitur donatio dicenda quæ tota in beneficentiam
conspirat. Nam quæ antidorum spectat, fœnerat, non
donat, etsi Iurisconsulti ex talibus obligationes na-
turales inuexêre. Sed ista aliter hi qui de moribus præ-
cipiunt, metiuntur, & Seneca libris septem quos de
beneficiis scripsit, persequitur. Certè res agentibus &
commercia, donationes de patrimonio auito rectè
sui arbitrij Consuetudo fecit, sicuti testamētariarum
quoque largitionum propter frequentissimas homi-
num demētationes, qui perturbationibus, vbi semel
rationem mentis error extorsit, nihil pensi habent
6 quod de eo faciant. Ex quo quæri solet, an fauora-
biles, an odiosæ donationes sint habendæ, an fauere
talibus, an auersari iudicantes debeant, quod ipsum à
causis omnino diiudicandum est. Quod futuræ con-
iugi, pari matrimonio, fauentibus propinquis dona-
tur, quod egestate immerita laborāti, etsi non Plauto
creditur, quod eleemosynæ impēditur, valde laudan-
dum est, sed interdum veluti aquis limpidis lutulen-
tum aliquid misceri contingit & causa obtentui su-
mitur, cùm re vera diuersa sit. Senex aliquis capularis
iuuentute intemperanter acta, effœta demum ætate,
& matrimonio inhabilis, virginem deperit, recusan-
tem patrimonio mercatur, & vlturus hæredem sui
7 probri periculo, denique ducit. Hic tibi fauor ex ma-
trimonio importunè quæritur, cùm senex amās deli-
cias facit morti. Hic aut mala aut incōsulta mens do-
natoris perspicua, & illa nupta prouidere debuit ne
tali se marito iungeret, cuius inutilis & plena suspi-
cionum futura esset coniunctio. Donauit, ais, vt du-
ceret repugnantem, quid tum? sed eam ducendi vo-
luntatem pellexit hæredis odium, aut libido, aut in-
temperati mores, aut importuna Consuetudinis mu-
liebris assuetudo. Non vera hæc sed effigiata causa est,
obtentus matrimonium, res ipsa intemperantiam lo-
quitur. Sed tamen ducta, inquis, sed tamen delibata,
siue is maritus, siue Vicarius fuit. Sed quis adegit, nisi
libido aut deprauati mores, aut hæredis odium? Certè
vitium in causa fuit & ducendi & donandi. Hicce in
eodem subiecto rixentur aduersariæ considerationes,

A ex altera subsistit, ab altera corruit actus, si per se sta-
rent singulæ mirificos excitarent tonitrus, iunctæ ra-
tiocinationem diluunt & iudicantium intelligentias
fatigant. Quid quod fateri cogimur, & tam sæpe iu- 8
dicantibus ex facto offertur. Intemperie & æstu libi-
dinis actas fœminas, tres, quatuor aut amplius, viros
expertas, etiam quintum pretio patrimonij redimere,
qui veteres etiamnum fossas impleat, & quod (ille ait)
parùm pudenter fortasse, sed tamen nimium verè, ad
mensuram inguinis. Et tamen ad hæc cæcutimus iu-
dicantes, & valere patimur mercedem intemperātiæ,
legum ludibrio. Me quidem auctore, tales omnes
B corruent. Quid quod matres ipsæ animos nouerca-
rum induunt, & incendūtur aduersus liberos, qui do-
nationibus obsistunt, sic vt nullæ nouercæ infensiores
sint, quarum furori quadam ex parte obuiam itum est
Ordinatione Henrici Regis II. sed ea sera, & quæ pa-
trimonio non satis cauit.

In vniuersum hoc quidem donationibus Iuriscon-
sulti minus fauendum putant, quod donare dicunt
esse, perdere, quàm considerationem sumunt à pro-
pensione naturæ: quia sibi quisque, quàm alteri bene
esse malit, quo fine repertæ si sint mortis causa dona-
C tiones. Contrà, magni animi homines beneficia se
dicunt accipere cùm conferunt, vnde illud Senecæ
nunquam se magis nomina facere, quàm cùm dona-
ret, & Titus Imperator diem perdiderat, si nihil dona-
rat. Sed aliter Ethologi aliter qui commercia tractant,
de rebus loquuntur & iudicant.

His positis, sequitur probabilis dubitatio, de his 9
donationibus quas Consuetudo expresso scripto pro-
bauit. An tales sic recepisse videatur, vt ceteras omnes
donationum species quas omisit, reiecisse videatur.
Nam quid intererat in materia alioqui habili & com-
merciis apta, de quibusdam cauisse si omnibus vti li-
D cebat, cùm quędam de non expressis, multò probabi-
liorem rationem habeant, cur recipi debeant & vsur-
pari? Si constante matrimonio donare licet mutua li-
beralitate, art. 219. Cur in contrahendo non idem li-
cebit, certè meliori tempore & causis vacante, sed ta-
men id expressum non est scripto? Non igitur non
expressi, exclusi omnes putandi sunt. Hinc excursus
in scholastica vmbracula. Quidam, casus omnes omis-
sos instatuti verbis pro omissis haberi volūt. Quidam
iuris communis dispositioni relinquendos arbitrātur.
Quidam ex rationis identitate statutorum dispositio-
E nes extendunt, multo magis si maior ratio proponi-
tur de non expressis. Quidam in totum faciēdum ne-
gant, & verbis ad vnguem inherendum, sunt qui in
correctoriis non putent identitatem rationis valere.
Quidam quæ identitas rationis suadeat, non per ex-
tensionem in similibus valere existimant, sed veluti
comprehensa in mente statuti, vti species sub genere.
Quidam id ita demum admittūt si ratio in statuto ex-
pressa sit, fuêre qui etiam ea non expressa idem pu-
tarent, si modo nō nisi vnica ratio statuti dici posset.
Sic responsuros fuisse conditores si interrogati fuis-
sent, sed vt de omnibus cauerent memoriæ non suc-
F currisse, sed ne potuisse quidem. Sed insanimus, si ho-
minum facta & ex eis infinitas hominum item sentē-
tias pugnantes, aut diuersas aliorum alias, volumus in
regulas compingere, & promissam à quibusdam, sed
nulli sperādam eiusmodi iuris artem conamur. Mille
diuerticulis in iure hoc fallimur, dum regulas vni-
uersales aut absoluta theoremata nitimur struere,
quæ mille diuortia à causis & factis adiunctis eludūt.
Certè nulli sententiæ quantumlibet aduersa Themi-
de ratiocinanti author deesse potest. Mea sententia, 10
quæ statuto expressa dispositio non est, sed tamen

expreſſo ſic affinis & coniuncta, vt eodem ſpiritu, id eſt ratione animetur, videri debet, non per extenſionem, ſed in mente ſtatuti intellecta, & comprehenſa, & incogitantia potius omiſſa, quàm intentione ſtatuentium. Qui interrogati haud dubiè idem erant reſponſuri. Noti huius dicti loci, ſed de plurimis & crebris fœcundiores indicandi, gloſ. Doct. plerique omnes, l. tale pactum. §. vlt. D. de pact. Bald. & Paul. de Caſt. l. Titius. D. de liber. & poſth. Alex. conſ. 24. lib. 2. & quos eo loco Molin. congerit. & idem conſ. 55. lib. 4. & conſ. 36. & conſ. 89. lib. 6. plenè Decius, conſ. 372. & 333. Occurrunt ex facto plerique tales caſus, qui iure quidem ſcripto ac ne Conſuetudinario quidem, conſtitui poſſunt; qui multum ſæpè negotij exhibent iudicantibus, dum à ratione ſtatuti arguitur, aut dubitatur an è iure Romano caſus omiſſus decidi debeat, quo in genere ſunt.

An cùm donatio conqueſtuum mutua inter coniuges, auctoritatem habeat à Conſuetudine ſcripta, eadem ineunte matrimonio valere debeat, an ab altero tãtum alteri facta nõ mutua, an ad vitam, an etiam perpetua fieri poſſit de cõqueſtibus, de qua inf. art. 221.

An omnes conqueſtus donari poſſint extraneo 221. gloſ. 4.

An quæ ſingulæ donationes Conſuetudinario iure obtinent, coniunctim factæ valeant, veluti tertiæ patrimonialium, & conqueſtuum & mobilium.

An vtraque eidem perſonæ, an etiam diuerſis conferri poſſit. 221. gloſ. 4.

An donatio mutua in qua vterque capit, conſtante matrimonio fieri poſſit, an reciproca conqueſtuum cum patrimonialibus, art. 226.

An donatio facta coniugi futuræ & liberis de eo matrimonio, valeat, præſuppoſita Cõſuetudine quod liberis donari non poſſit, & de clauſula reſolutionis in caſu deficientium liberorum, art. 220. gloſ. 8.

An donatio tertiæ patrimonalium valeat ſub his verbis quæ habeo habebóve cùm moriar 220.

An conſtante matrimonio renunciari poſſit donationi in coniungendo matrimonio factæ, art. 221.

An omnes conqueſtus donari poſſint, ſi nulla patrimonialia donator habet, an mobilia omnia, ſi nullos conqueſtus habet donator, art. 219.

An vſusfructus omnium bonorum, donari poſſit vxori, nurui, aut aliis.

An donatio mobilium ſic cuiquam fieri poſſit, ne donatarius ad debita teneatur 220. gloſ. 16.

An donatio de rebus vnius ſtemmatis, aut lineæ hæredi alterius fieri poſſit, 218. gloſ. 8.

An donatio tertiæ quæ permittitur, poſſit aſſignari ſuper bonis vnius lineæ, cùm plures ſint, 218.

An quod in primis nuptiis donare licet, liceat & in ſecundis, an idem viro, idem mulieri liceat, 220. gloſ. 5.

An genero donari non poſſit an nurui, ſtante ſtatuto libetis donari non poſſe 220.

An hæredi hæredis, an nepoti ex filio filiáve 220. & 218. gl. 8.

Nec dubitandum quin aliæ quoque complures dici poſſint dubitationes, quæ ſe per tribunalia ſubinde offerunt, quæ nullam à Conſuetudinis ſcripto diiudicationem poſſunt expetere, cui incommodo vt obuiam iretur, quædam Prouinciæ expreſſis donationibus quæ valere placuiſſet, cæteras omnes cuiſcunque formæ, aut non conceptionis reiecêre expreſsè cauto ne obtinerent, vt Turonum, art. 257. ſed quibus nihil tale cautum eſt, faceſſunt non rarò occurrentes in facto caſus negotium, nec è iure ciuili finiri poſſunt propter mutata principia diſpoſitionum huius argumenti, ſed ne Conſuetudinario quidem iure,

A quo nihil de talibus reperitur conſtitutum, & ſic à
ſimilitudine rationis finiendi ſunt, vt in expreſſos non
incurrant. Si quidem prohibitorium eſſe volumus de 12
donationibus edictum, vt permiſſæ intelligantur quæ
improbatæ non ſunt, multa ab alterutrius iuris, Romani & patrij aſſumptis abſurdiſſima occurrent, iure
illo nil liberis in poteſtate à patribus donari potuit,
emancipatis potuit. Collegêre eruditi exceptiones
amplius triginta ad has regulas, ſed has omnes cum
ſuis exceptionibus antiquauit Conſuetudo, ſemel
conſtituto vni ex pluribus liberis, de fortunis immobilibus donari aut prælegari nil poſſe. Hæc farrago
B ſcriptionum in l. frater à fratre. D. de condit. indebit.
vbi latè Ioan. Cacialupus, Crotus & quidam alij. Do- 13
nationes inter virum & vxorem Ius Romanum non
recipit, ſed tamen morte donatoris confirmabat. Inſulſum conſtitutum, ius conſuetudinarium abrogauit, ne vlla valeret poſt ſponſalia, nec vlla confirmaretur. Cùm donandi modum Conſuetudo ad tertiam
adſtrinxit, magnum ſilentium impoſitum Iuri Romano, & infinitæ licentiæ de rebus patriis ſtatuendi, toti
Falcidiæ, Trebellianicæ tractatus, & quartarũ omniũ
vorago complanata, tota legatorum, prælegatorum,
C fideicommiſſorum ſylua, inter cohæredes quidem
abſumpta, magna collationum, & illa nulli non tractata quæſtio, an omnium bonorum donatio fieri
poſſit. Infinita eiuſmodi ſubinde dicenda occurrent:
à quibus tamen plerique eorum qui nunc in foro verſantur magna inſolertia, & vſus imperiti, principia ſolent ducere diſputationum, ſic quomodo humano capiti ceruicem pictor equinam appingit. Et ô nimium
futura fœlix ætas hæc, ſi ſine tam rixoſo, imò & infinito iure eſſe poterimus, & tantulus hic titulus, quod
olim de XII. tabulis Cicero dixit cõtrouerſias noſtras
omnes finire poterit. Interim gratulandum his qui
D tam diſſidioſo argumento tantum materiæ ſubduxêre, damnata bona fumoſi fomitis parte quod ſubinde
indicabimus.
Sed & de inſinuationibus dicendum aliquid, non- 14
dum annotatum à pluribus, quas iuri patrio prudentes
ignotas & è veteri iure repetitas, Franciſcus Rex primus anno 1539. in forum reduxit rediuiuas, vtile inuentum aduerſus fraudes. Sed ne ſic quidem paſſim
in omnibus donationibus valebant, & de his quæ iure Romano erãt exceptæ litigabatur: quoad authore
Henrico Rege II. alia cõſtitutio emerſit, qua omnes
E omnino donationes, inſinuationum neceſſitati ſubiciebantur, præter mortis cauſa factas. Cautum item,
vt apud Regios Magiſtratus fierẽt, vt olim apud Magiſtrum cenſus. Sed poſterius Actuarij talium creati, edicto extorsêre, vt apud ſe fierent; demum pari
ludibrio abdicatis actuariis, ad Præſides ea poteſtas
rediit. Nihil autem aliud eſt inſinuatio, quam inſtru- 15
menti donationis exhibitio apud Magiſtratum præſentem, & ſuam poteſtatem accommodantem, & in
acta & teſtationes referri iubentem id quod agitur,
quod regeſtrare dicunt in foro, de quo loci vulgò, l.
Modeſtinus. D. de donat. latè Alex. conſ. 147. lib. 1.
F & quos ibi cõgerit. Nam decretum Magiſtratus nullum neceſſarium putãt. Ea ſolemnitas extrinſeca actui
donationis factæ aduenit, ſed tamen ea contempta,
donatio in totum corruit, & pro non ſcripta & pro
non facta habetur, quòd Bartol. Imol. & alij exequuntur, l. cùm lex. D. de fideiuſ. Inepta eſt ratiocinatio hominum quantumlibet Doctorum, cùm putant
pacto ei renũciari poſſe, inſcita cum iuramento, quorum neutrum recepit vſus. Nam & à publico iure
cauſas quaſdã inſinuatio ducit, cui renũciari nequit,
nec priuatorum pactis ſubiicitur: & eſt ea ab legibus

Regum

Regum inducta pro forma substantiali quæ dat esse rei, & contempta necesse est actum deficere.

16 De tempore insinuandi nihil erat veteri Iurisprudentiæ cautum, nec ante decenium insinuandi facultatem excludi putabāt multi, ex tacito, & præsumpto contemptu. Ne ordinatio quidem anni 1539. de eo quidquam statuerat. Id necessarium visum, ideóque art. Molinensi 58. additum, vt intra quatuor menses fieret. Ante id tēpus mortuum esse donatorem nihil nocet. Post id tempus non insinuata donatio corruit. Quod ipsum tribunalia interpretata sunt, tēpore lapso & mortuo post id donatore, aut expresso dissensu donationem reuocante. Nam donatore viuente, & non repugnante, quandocumque factas insinuationes admittunt ad instar regulæ de publicandis resignationibus, quæ etsi præfixit tempus sex mensium ad publicandas resignationes tamen quādocumque factas, viuente quidem resignante non reiiciunt, dummodo ne nimis propè mortem: atque ita sæpe ex facto iudicatum, veluti & publicationis & insinuationis causa extraneos potius respiciat, quàm donatores aut resignātes, ex quo memini quōdam Parisiensem aduocationem consulere mortuo, quoque donatore fieri insinuationes posse, quod non est recipiendum lapso quidem tempore Ordinationis quadrimestri, & olim cōsuluerat non posse Socin. conf. 71. vol. 2. Angel. conf.

17 179. A qua necessitate nec mulieris maritatæ causatio, nec minoritatis excusare posset quantumlibet repugnante. l. de minorib. C. de dona. ante nupt. Hîc enim legis rigor & solemnitas formalis tales æquè omnes tenet sine restitutionis spe, & quæ habilis est ad acceptandam donationem, cōsequenter ad insinuandam habilis esse debet, cùm consulendi facultas sit, & Iudicis adeundi si maritus cunctatur aut repugnat.

18 Sed quæri seriò memini, An partium vocatio ad insinuationem necessaria esset, An ab donatore solo, an etiam donatario fieri posset. Plerique vt solent decepti Iuris Romani auctoritate, cùm mutatam iuris constituti rationem non animaduerterent, falsa ex eo consequentia deduxerunt. Nam cùm illo crebrò deprehen-

19 derent insinuationis actum donatori tribui, vocari eum omnino necesse esse putauerunt vt l. in hac. C. de donat, vbi donatori facultatē tribuit donationem pro vt maluerit publicādi, & auth. vt fratr. filij, viros ipsos vult habere necessitatem insinuandi & auth. eo decursum. C. de don. nut. nup. Si vir (inquit) vel alius qui dederit nō insinuet. & l. cùm multæ. C. eo. ti. aduersus eos (inquit) qui donationes faciebant, sed decipiendo vxores suas insinuare eas actis supersedebāt vt infectæ manerent: ex quibus locis deprehendi potest fuisse insinuationes in cura donatorū: & fuit illo quidem iure sed nunc lōgè aliorsum deducta ratio est. Nam cùm illo iure factæ donationes in pendenti essent, & in arbitrio donatorū vsque ad insinuationis actum, reuocare eas, & inducere donatori licebat. Reuocandi ratio altera, expressa declaratione volūtatis, altera tacita non insinuando, totum enim tempus vsque ad insinuationem in potestate donatoris erat, vt consuleret an perseuerare, an verò pœnitere potius expediret. Quamobrem mortuo ante insinuationem donatore pro non factis, pro non scriptis donationes habebātur. l. sancimus. C. de donat. d. l. cùm multæ, sic vt ne obligationem quidem naturalem ex talibus produci Lud. Rom. existimarit. d. l. Modestinus. C. de don. nec consequēter actionem vllam nasci, aut ius vllum siue in re, siue ad rem. Id cùm ita esset, valde cōsequens erat ab eo expectari insinuationem, in cuius potestate posita esset actus cōfirmatio, perfectio aut reuocatio, perseuerātia aut pœnitentia, nec id tantum donatario permitti,

A vt id solus confirmaret, quod ab alterius arbitrio pendēret, nec sufficere potuisse properatam donatarij festinationem quæ consilium aut volūtatem donatoris anteuerteret. Cùm in præiudicantibus ignorantes pro repugnantibus haberi receptū sit. l. coram. D. de verb. sign. l. coram. D. de arbit. & loci sunt vulgati, quod apertè legislator indicat, cùm dicit maritos insinuare supersedisse, vt donationes infectæ manerēt. Fuit igitur in potestate donatorum infectas reddere donationes neglectu insinuationis, cuius faciendæ nullum in iure tempus præfixum, necessitas donatori nulla, sed

B facultas libera faciendi quandocumque vellet, & temporis indefiniti. Hæc vera & fundamentalis ratio, cur solis olim donatoribus insinuatio incubuerit, quàm Doctores scholastici non satis animaduertētes, & quidem magno errore donatario quoque licuisse putant, inscio quidem & inuito donatore non rectè, quia non minus insinuatio quàm donatio ipsa in potestate donatoris fuit. Sed nunc inuersa iuris ratione oppositum 20
sequimur. Primum quod de insinuandi necessitate est traditū, id solùm in simplicibus donationibus valuit, hoc est citra causam facti, & merè gratuitis, ꝙ Baldus scribit. l. vlt. C. de iur. dot. l. si res. C. qui potio. in pig.

C hab. Alex. conf. 119. lib. 6. Nam cùm in talibus solus donator obligetur, vix est, vt regularem cæterorum contractuum naturam sequi debeant, qui vltrò citróque obligant, vt mirandum non sit ab eo solo volūtatis perseuerationem expectari debere, cui soli præiudicium affertur. Certè donationes quæ causas habent onerosas matrimonij sui, meritorū, remunerationis, facti, præstationísve cuiusquā, veteris iuris insinuandi necessitas non tenuit, quia re vera propriè donationes non sunt, sed contractus innominati do vt des, facio vt facias, do vt facias, & causas onerosas continent, &

D ideo à vera natura donationum degenerāt, & propriè tales non sunt, nec magis ab altera partium reuocari possint, quàm quilibet cōtractus onerosi, qui ab initio volūtatis sunt, ex post facto necessitatis. l. perfecta. C. de reuoc. donat. l. sicut. C. de actio & obligat. quas rectè Iurisconsultus exclusit titulo & natura donationum. l. hoc iure. D. de donat. Quamobrem tales ex causis onerosis factas, non fuit olim necesse insinuare non magis quàm vēditiones, in quibus nullus est vsus insinuationum, quia non subsunt alterius contrahentium arbitrio. Sed hūc locū in singulis prolixè tractat

E Tiraquellus. l. si vnquam. C. de reuoc. don. verb. donatione largitus, à num. 141. infrà. Sed hodie donationes cuiuscunque tituli insinuationem exigunt ex Ordin. Henrici Regis, anni 1549. Molin. artic. 58. & reuocari nequeunt, intra insinuandi tēpora, id est quādiu insinuare licet, nec expectanda donatoris perseuerantia qui de suo cōtractu tenetur, quo & inuito & repugnante fieri insinuatio potest, nec vocari eum oportet qui vocatus nihil haberet quod contradiceret, nec potest nolle, & donatarij est sibi consulere in iure conseruando. Quod si quas haberet oppugnandæ 21
donationis causas donator, non prohiberetur eas post

F insinuationem deducere, quia insinuatio substantiam & materiam donationis non respicit, sed formam extrinsecam post actum, & ideò nullitati donationis si quæ talis causa est, non præiudicatur per insinuationem. Quare aliud opponēdum est insinuationi quàm materiæ defectus, si velis insinuationem refellere, & vt diximus, insinuationem causæ potius externos respiciunt propter fictas, falsas, aut suggestas donationes præiudicio hæredum. Ex quibus apparet mutatione iuris mutari quoque rationem oportuisse, & ablata reuocandi potestate nihil necesse esse donatorem vocari, quæ causa fuit, cur nec olim causariæ

& onerosæ donationes insinuationem exegerint, vt A
22 scilicet irreuocabiles. Addimus insinuationes inter actus voluntariæ iurisdictionis reponi, quorũ omnium natura est vocationem cuiusque, nec vllam iudicialem cognitionem exigere, & omni loco & tempore fieri posse, etiam in Magistratus cubiculo, quod ait Bar. Raph. Cum. Roman. d.l. Modestinus, Bal. & Alb. l. illud. C. de sacros. Eccles. Bar. Bald. Salyc. l. in hac. C. de don. Alex. & Castr. l. test. C. de test. Alex. cons. 157. lib. 2. & alij subinde. Non rectè igitur mutata iuris ratione de legislatione veteri, in hac dubitatione vrgemur, nec iam dubitãdum, nihil esse necesse donatorem vocari ad insinuationem, l. qui potest. D. de reg. iur. Qui potest (inquit) inuito, potest & ignorante alio.

23 De loco insinuandi cautum etiam est Ordd. Regum, quod olim apud magistrum census fieret, vt apud Magistratus Regios situs rerum & domicilij, quanquam veteri iure in loco domicilij factas, vbicunque valere putabant, quod Bald. putat. cons. 167. lib. 5. Alex. latè cons. 157. lib. 2. Sed Regum Ordin. externos respexêre potiùs, vt loco situs contractus innotesceret. De eo certè nemo dubitat, cùm vno contractu plura prædia væneunt valere insinuationes rerum quæ in loco situs factæ sunt, quantum quidem vsquam situm sit de rebus, nec insinuationem vnius contractus vitiari ex eo, quod non vbique insinuatio facta sit, sed obtinere in eo quod in insinuatum sit. Quod vehementer 24
valet aduersus inscitam eorum opinationem, qui putant si quid in approprimentis omissum sit, ne in appropriatis quidem valere approprimentũ, quod apertissimè exemplo insinuationum refellitur ex illa Bald. & Alexand. sententia, nec quidquam cum approprimento maiorem affinitatem habere potest, quàm insinuatio, siue solemnitatem, siue finem actus spectes cùm vtrumque sit solemnitas extrinseca, quæ actui perfecto aduenit, nec cõtractus indiuiduitatem respicit, quæ ipsa indiuiduitas contrahentes respicit externos nequaquam, de quo text. l. sancimus. C. de dona. & alibi fusiùs disseruimus, sed apertæ, inuictæ & ineluctabili iuris rationi manus dare ceruicosos piget.

ARTICLE CCXVIII.

ARTIC. CXCIX. NOVAE CONS.

TOVTE [a] personne [b] pourueuë de sens, [c] peut [d] donner [e] le tiers [f] de son [g] heritage, [h] à autre qu'à ses hoirs, [i] au cas qu'elle ne le feroit par fraude contre ses hoirs.

[a] *QVivis [b] mentis compos [c] potest [d] donare [e] tertiam partem [f] suorum [g] immobilium [h] alteri quàm hæredibus [i] modo id in fraudem hæredum non faciat.*

CENSVRA.

Potuit hic Articulus negatiuè concipi per verbum (non potest) quomodo cæterarũ ferè Prouinciarum huius argumenti Articuli, idque aptius, propterea q permissiuè concepti in statutis à quibusdam non putantur importare nullitatem contra facti: negatiuè conceptis nemo ferè dubitat. Itaque cùm dixit *peut donner le tiers*, an quod amplius donatũ est nullum sit, multi dubitaturi erant, nisi vsus fori & recepta obseruatio expedisset; sed in iure versatis, aptior enũciatio fuerat amplectenda, quæ omnem dubitandi materiam excluderet; Poterat autem hoc modo.

Nul ne peut donner plus de la tierce partie de son heritage, soit par donation simple, ou qui se fait ob causam, *& vaut iusqu'à ladite tierce, pourueu qu'elle ne se face en fraude cõtre son heritier presumptif, auquel nul ne peut donner aucunes choses; fors la personne Noble, qui peut donner ses meubles tout ou partie à ses enfans iuueigneurs fils ou filles, ses debtes mobiliaires & obseques premierement payez sur iceux.*

Coniungit art. 227. infra.

Singulorum rationem sequentibus demonstrabimus, & cur ita scribi oportere Articulum censeamus.

GLOSSA I.

1 *Vniuersalis dispositio restringitur ad agens habile.*
2 *Donationum prohibitiones à causis de rebus & personis sumuntur.*
3 *Nullitas de qua hoc Articulo agitur à consideratione hæredum sumitur.*
4 *Nullitas respectu certæ personæ inducta, ea tacente conquiescit.*
5 *Nullitas ex causa publica titulum non tribuit.*
6 *Diuersæ prohibitionis causæ à iure Romano, aut Consuetudinario.*
7 *Statutum veniens ad derogationem iuris comm. an. de iure limitationes recipiat.*

[a] *Toute personne.*] Hæc enunciatio vniuersaliter statuit B de personis agentibus, sed tamen ex receptis theore- 1
matibus scriptorum, limitationes debet recipere de habilitate agentium, quæ vulgata est tractatio scholæ in l. 1. C. de sacros. Eccles. & hunc locum copiosè exercet Tiraq. in retract. §. 1. glos. 7. verbo (*ou autre,*) num. 26. & item in libello (*le mort saisit*) part. 2. declarat. 2.
Quare præter eas inhabilitates quæ hic excluduntur 2
per verba (*pourueu de sens*) aliæ quoque recipiendæ sunt, quæ aut à personis, aut à rebus causas habent. Ratione rei, vt cùm in cõmercio non est, aut subiecta est restitutioni, aut non irreuocabiliter donantis propria. Ratione personæ, si minor agens est, si alienæ potestati subiectus, fœmina marita filiusfam. de quibus Ar. 214. tum interdicti omnes, prodigi, & qui diminuere vetantur. Quare in cæteris finitimis prouinciis ferè hæc verba, huic dispositioni de donationibus 3
adiici solẽt, *Toute personne estant ou vsant de ses droits*, hoc est sui arbitrij & iuris. Hoc enim significare volunt, & C. generaliter inhabiles excludere, si aliter fiat factũ nullitas consequitur. Proinde valde notandum est, tales nullitates vt plurimùm respectiuas esse, hoc est, consideratione & respectu hæredis à Consuetudine apposi & familiæ & gentilis rei conseruãdæ causa, id est priuata de causa. Ideóque non sic nullas euadere donationes, quæ contra hanc dispositionem fiunt, vt reualescere non possint, tacente scilicet aut probante hærede cui Consuetudo consultum voluit, sic tamen vt iuri suo renunciare nihil vetet si lubet. Quamobrem 4
non hîc omnimoda aut perpetua nullitas est, sic vt curari non possit, vnde & dominium trãsferri ex talibus titulis potest, à Domino, & à nõ Domino appropriandi causa, l. clauibus. D. de cont. empt. Diuersa ratio 5
est eorum in quibus perpetua est prohibitionis causa, cùm publicũ scilicet primariò & principaliter respicit, veluti si res sacra sit, aut commercium interdictum est, aut cùm in agente consensus non est, vt impubere & fu-

& furioso, & actus in totum corruit, & impeditur potentia, & ideò nihil agitur, & titulus non tribuitur, nihil agit consensus hæredis, ad confirmationem talis actus, qui si vsquam valiturus est, necesse erit id ad hæredis consensu tribui, non illo priori nullo ex defectu personæ auctoris, quæ tractatio est l. donationes quas parentes. Cod. de donat. inter vir. & vxo. l. cum lex. & l. Marcellus. D. de fideiuss. Sed eius defectus qui à priuatis causis & respectu priuato inducitur alia causa est, quod Bartol. scribit in Conf. 119. vol. 1. Monach. Dominic. Philip. Francus, c. 3. de præb. in vj. Tiraq. d. libel. *le mort saisit le vif*, parte 7. declaration. 1. numer. 10. & nos copiosè disseruimus tit. de appropri. B
6 art. 266. Cùm autem solus excessus donationis arguitur dubitari nequit, quin solum hæredem respiciat: ideóque nihil prohibet quominus tota donatio valeat annuenti hærede, cui soli ea fraus nectitur. Donationes quoque inter virum & vxorem, etsi Romano iure alias considerationes habent, quam hæredum nostro iure nullam aliam quã hæredum habere dici possunt. Nam etsi illo iure de pauperatione coniugis donantis ratiocinantur, tamen morte confirmant donationes, veluti sit eorum ex persona coniugum specialis consideratio, hæredis nulla, cuius præiudicium admittunt. C
Contra consuetudinario iure: nam cõiugis depauperatio vix potest contingere cùm maritus re vxoria tam fruatur quam sua quamdiu viuit, tota in cõsideratione hæredis & gentis, & familiæ opibus conseruandis, & continuandis ponitur, & confirmationem hæredis fraude Consuetudo non recipit. Quas cõsiderationes vulgus, tribunalium cùm non animaduertit, mira quædam de alieno iure in suum transferre solet ratiocinando, sed vt ab mutatis principiis iurium absurdè & inconsequenter. Quod cùm ita sit, & solos hæredes in consideratione esse prohibendi tales donationes, relinquitur remittẽtibus actiones suas hæredibus siue D
tacito siue expresso consensu valere eas debere. Quo magis mirum scriptum ab quibusdã infirmatam esse donationem inter virum & vxorem, cui hæres donatoris subscripsisset, idque arresto Parisiensi, cùm ex supradictis ratio pateat, vltra id quod expresso textu id iudicatũ refellitur, l. non videtur D. si quid in frau. patro. & Barbat. perpetua oratione defendit, conf.
7 12. vol. 1. & inferius dicemus. & Chass. tit. *Des mainsmortes*, Art. 11. Scio extare Alexand. responsum conf. 35. vol. 6. quo putat statutum per verba vniuersalia conceptum, veniens ad derogationem iuris cõmunis E
non recipere limitationes de iure ciuili ad habiles, sed vniuersaliter accipiendum. Certum est autem hoc palam venire ad derogationem iuris communis, Nam cùm omnis donatio, quantæcũque quotæ, sit illo iure ineunte matrimonio concessa, hoc iure non nisi trientis fieri potest, cùm illo morte cõfirmetur, si constante matrimonio fit, nobis nusquam accidit, illo emancipatis liberis fiunt donationes, hoc non possunt, illo vxori donare testamento licuit, hoc non licet. Quare propemodum ex toto repugnãt, & hoc illud abrogat. Quod si obtinere dictum illud Alexandri patimur, ꝙ omnino necesse est verum esse in expressis ab statuto, F
& hac ipsa consuetudine, sine illius iuris ope, multæ inhabilitates excludentur in donantibus, minorum, furiosorum, fœminarũ, filiorumfam. interdictorum, quorum tamen inhabilitates ab hoc ipso iure auctoritatem habent, & omnino obtinere eas necesse est, & ab his actus infirmari.

GLOSSA 2.

[b] *Pourueu de sens.*] Cui scilicet mens constat; excludit furiosos, insanos, mente captos, qui consensum non habent, in quo est forma substantialis contractus. l. furiosi. D. de reg. iur. Si consensus non est, nec titulus tribuitur.

GLOSSA 3.

1 *Dispositio permissiua & negatiua vt differant.*
2 *Donatio vltra tertiam an valeat in parte permissa.*
3 *Quid si pœna sit apposita à donatore hæredi.*
4 *Hæres potest impugnare factum defuncti, cum in fraudem hæredis tendit.*

[c] *Peut.*] Hæc dispositio quomodo quidem quibúsque 1
verbis concepta est per verba permissiua (*peut donner*) magnas dissentiones poterat excitare de Romano iure, propterea quod consuetudines permissiuas non putant importare nullitatem contra facti, nisi vltra procedatur annullando, quod Salyc. scribit, l. vlt. C. de sent. pass. Ias. l. non dubium. limitat. 1. C. de legib. Sed valeant quæ à iure rationem firmam non habent, cùm certum ex mente statuentium appareat id intendisse eos, ne quod vltrà modum à iure præfixum fieret, vim obtineret, de quo vsus & obseruatio indubia fecit ne dubitari posset, procul ablegatis opinioni- 2
bus. Sed & per excessum totum actum vitiari, veluti vnicus actus donationis esset, & indiuiduus quidam putauerunt, vt Saly. quos tex. l. sancimus. C. de donationibus refellit. & l. donationes quas parentes. C. de donat. int. vir. & vxor. & cum hac sententia Odoff. Bald. d. l. sancimus Decius. conf. 239. glossa. l. si patronus. §. patronum. D. si quid in fraud. patron. Alex. ad Bart. addit. magna. l. cum de indebito. §. sed si hoc. D. de probar. Ioan. And. ad Specul. tit. de instrum. edit. & quos Molin. §. 41. q. 10. in feudis, & crebro iudicatur.

Sed quæri potest, An vel appositione pœnæ hære- 3
di indicta, vel alia ratione fieri possit, ne hæredi de eo, quod præiudicio suo factum sit, reclamare liceat. Et rectè negant fieri posse: Neque enim cuiusquam priuari tanta est auctoritas, vt iuri publico præiudicare possit, siue directa prohibitione, siue obliqua appositione pœnæ, præsertim cùm dispositio extranei interesse respicit, & alias habet considerationes prohibitionis, quæ vltra agentes etiam tertios respiciunt. Quare quod fraude hæredis præsumpti donator facit, 4
non prohibetur hæres quantumlibet acceptata hæreditate oppugnare. Neque enim hoc casu pro eodem accipitur cum defuncto in fraudem agente. d. l. si patronus. §. patronum. verbo, fauiana, glossa. §. sed hæc quidem. de nupt. Authent. Bart. & Baldus. l. 2. C. si quid in fraud. patro. Cyn. l. 1. ibid. Bart. & Imol. l. Titia. §. Imperator. D. de leg. 2. Ias. conf. 64. vol. 1. & 154. Qua de re quotidie actiones damus & quærelas inofficiosarum donationum, etiam viuente donatore, de eo quod fraude donatoris factum dicitur aduersus hæredes, de quo infra dicemus.

GLOSSA 4.

1 *An hæc dispositio de tertia bonorum habeat locum in donationibus simplicibus tantùm.*
2 *Quid propriè est donatio.*
3 *Donatio causa mortis non excluditur dispositione generali de donationibus.*
4 *An hæc dispositio de tertia, eadem obtineat in donationibus ob causam.*
5 *Quæ sit propriè donatio ob causam latè.*
6 *Donationum simplicium & causatarum differentia & symbola.*
7 *Donationes ob causam propriè, donationes non sunt.*
8 *Imò contractus onerosi innominati.*
9 *Exempla donationum ob causam.*

10 *Consideratio Consuetudinis in modo rerum donandarum constituendo.* A
11 *Donatio remuneratoria non est ob causam.*
12 *Donatio ob causam sed in fraudem hæredis facta an valeat.*
13 *Contractus onerosi in fraudem hæredis facti an reuocari possint latè.*
14 *Donationes fraude in totum vitiantur.*
15 *Hæres præsumptus nihil iuris habet in rebus auctoris.*
16 *Multum iuris est hæredi præsumpto de Consuetudine.*
17 *An donatio ob causam in fraudem hæredis facta valeat.*
18 *An donatio ex causa matrimonij in fraudem facta valeat.* B
19 *Exẽplum illustre fraudulẽti matrimonij & donationis.*

d *Donner.*] Hæc dispositio, propriè & formaliter de
1 his donationibus intelligi debet, quæ simpliciter fiunt
& nomen simplicium vt suum vendicant. Ceteræ pro-
2 priè donationes nõ sunt: hoc est in quibus sola & pu-
ra liberalitas & beneficentia causa est efficiens actus,
quas Iurisconsulti describunt cùm nullo cogente iure
beneficium conceditur. l. 1. l. donari. l. hoc iure. D. de
donat. Ideóque simplices eas tribunalia solent appel-
lare, hoc est abstractas ab omni materia externæ cau- C
sæ, præter liberalitatem grati animi, quod sic fit cùm
donatori ob rem donatam, nulla reciproca datio,
factum aut præstatio, cauta aut recepta est, nec quid-
quam donatori retentum, quod ob res donatas dari,
præstari, reponive oporteat, sed ita confertur ne quid
inde spectetur commodi, quod alioqui fœnerare esset,
non conferre beneficium. Nam cùm ab sola animi
gratitudine proficiscatur, vicissitudinem facti aut da-
tionis, nullam expectat. Cùm igitur de donationibus
hîc loquimur, quas Consuetudo intra tertiam patri-
monij partem consistere voluit, de simplicibus intel-
ligimus, siue hæ testamento, siue contractibus fiant, D
de quarum differẽtia inf. art. 225. dicemus. Sed in hoc
3 subiecto, quotæ discrimine nullo habẽtur. Nam mor-
tis causa donationes, à generali dispositione statuti de
donationib. mentionem facientis non rectè Bart. ex-
cludit, etsi Bald. & Angel. errãtem sequuntur. l. filius-
fam. D. de donat. & ea sententia præclarè textu con-
uincitur. l. alienatum. §. donationis. D. de verb. signif.
Sed hunc locum impleuit Tiraq. l. si vnquã verb. do-
nat. num. 245. C. de reuoc. donat. & in leg. connub.
glos. 5. num. 80. Dicti rationem sumpsisse Bart. videri
poterat, à causis & differentiis contractuum & vlti- E
marum voluntatum, inter quos actus ambigere, do-
4 natio causa mortis dicitur. Quod ipsum vt illo iure
verum sit, nostro quantum ad donãdi modum & po-
testatem, nullum inter vltimas volũtates & cõtractus
discrimen est: tam enim vltima voluntas quàm dona-
tio ad tertiam arctatur. Hæc igitur summa sit, ver-
bum hoc (*donner*) propriè & circumscriptiuè de do-
nationibus simplicibus intelligi, quæ cùm eiusmodi
sunt, non sine causa eas Consuetudo ad quotam hanc
arctauit ad coërcendas effusas liberalitates, & conser-
uandas opes familiarum & gentis, in qua considera-
tione tota ferè Consuetudinis intentio versari solet, F
siue in cõtractibus, siue hæreditatibus, abstractis qui-
dem ab causis onerosis, quod ferè vbique perspicitur
spræta illa veterum ratione, quæ tanta fuit in libertate
cuiusque de rebus suis disponendi, vnde aliùre licen-
tiam, & nequitiam multorum, & effrenes cogitatio-
nes, quas meritò frænare præcipua in cura Consuetu-
dini & genti fuit. Quæ cùm ita sint, iusta dubitatio est
5 de his donationib. quæ ob causam dicuntur, an ea-
dem meta coërceantur, & intra hãc tertiam cohiberi
debeant, ne plus ea scilicet donare liceat per causas &

A donationes ob causas. Nam quantum ad conceptum
& comprehẽsionem verborum cùm propriè quidem
sumuntur, negamus de his dispositionem accipi opor-
tere, ne mente quidem scripti subintelligi, cùm di-
uersi talium fines sint, & causæ diuersæ. Id sic de-
monstratur. Primùm, donationes ob causam tam dif-
finitionem & substantiam verarum donationum cor-
rumpunt aut immutant, vt adiectione onerosæ causæ
aliud esse incipiant quàm quod dicuntur, quod l. hoc
iure tit. de donat. indicat, nec amplius propriè tales,
nec nisi abusiuè dici possunt. Nam causæ appositio 6
subiectum immutat & alterat. Beneficentiæ non opus
B est causa. Causa enim beneficentiam excluderet. Sed
id quoque quod de causa dicitur intelligendum est
quale sit, nec enim donationes quæcumque causas
continent, ob causam factæ dici debent, nam cùm
causæ alias atque alias personas respiciant de contra-
hentibus, hæ demum donationes quas ob causam ap-
pellamus faciunt esse tales, quæ quiddam donatori
vtile & commodum retinent, & eius interesse respi-
ciunt, quæ extra eius personam apponũtur, donatio-
nem ob causam aut dici, aut esse non faciunt. Quod
alicui sic donatur vt villam emat, domum, equum,
C Magistratum, & viro vt vxorem ducat, donationem
non facit ob causam, nec respectu donatoris desinit
esse simplex, & merè liberalis & gratuita donatio, quia
scilicet per tales causas nihil reacquiritur aut repeti-
tur donatori, nec motus à talibus causis aliud indicit
quàm causas impulsiuas, & finales nõ sunt, quod An-
gel. notat. l. sed hoc ita. D. de re iud. Ias. l. inter eos.
D. eod. tit. Oldrad. cons. 5. Io. Fab. & Ias. §. fuit præ-
terea. Inst. de actio. Castr. l. 1. C. de donat. Corn. cons.
101. lib. 1. Decius cons. 238. Angel. cons. 124. Aretinus
cons. 17. Craueta cons. 85. Decius. l. Diuus. Pius. D.
de reg. iur. Nec enim liberalitas excluditur per causas
D quæ solum donatarium respiciunt, id est per alienas
vtilitates. quarum nihil reddit ad donatorem. Sed &
causam interdum habent etiam si donatori nil caue-
tur, vt si se ab obligatione exoluat, veluti si ob locan-
das filias pater donet, quas cùm iure & ratione dotare
teneatur, ob causam donare dicitur, quia eximit se
obligationi, & in eo multum est quod dotãtem respi-
ciat pietatis & charitatis affectu, & molestę obligatio-
nis necessitate, quæ necessitas sufficiens est causa do-
nationis. Id idem in donatione ob nuptias ratiocinan-
tur. Cast. l. vt liberis. C. de collat. & Decius. Ex quo 7
E ipso illud quoque consequitur vt matrimonij alieni
causa non faciat donationem ob causam, cùm alium
respiciat non donatorem quod notare solent. l. vlt. C.
de iur. dot. Quæ vulgo non animaduersa multos in
errorem impellunt, peritos quidem rerum & iuris etsi
fallere non solent, tamen iudicium sæpè fatigãt. Hinc
fit vt cùm donationes quas simplices vocamus, inter
cõtractus nominatos habeant, donationes ob causam
inter innominatos reponant, veluti in illos recidant,
do vt des, do vt facias, facio vt des, facio vt facias, aut
impermutationes si res pro re dantur, quod Bart. ait.
l. sed etsi lege. §. consuluit. D. de petit. hæred. Ias. d. l.
F inter eos. Craueta consil. 136. magis mirandum inter-
dum inter venditiones reponi, cùm pecunia pro re da-
tur, quod Tiraq. exigit. tit. de retract. §. 25. vnde id
eueniat vt in talibus euictio debeatur, siue à promis-
sione incipiant, siue à traditione contra donationum
naturam. l. Aristo. D. de donat. & cõpertum est sym-
bola pleráque contractuum onerosorum in tales do-
nationes coincidere. Igitur nec insinuationum neces-
sitate donationes ob causam teneri putãt, cõtra quàm
in simplicibus donationibus est constitutum, de quo
in rub. diximus, & Alexan. cons. 12. lib. 1. Bart. Angel.
Imol.

Imol. l. Aquilius. D. de donat. & donatores de talibus insolidum conueniuntur, vltra regularem naturam donationum, ex quibus donatores non nisi in quantū facere possunt tenentur, de quibus Tiraq. d.l. si vnquam. verb. donat. num. 122. & 87. Magis mirandum, quòd nec reuocationibus ob natos liberos subiiciuntur, veluti à causis onerosis natæ, de quo Ias. cons. 171. lib. 4. & Tiraq. vbi sup. Denique nulla in parte tales cum simplicibus congruunt, si quidem ex toto tales sint (id est) si causa congruit cum æstimatione rei donatæ, & onus conuenit honori, & ἰσόρροπον & ἰσοσταθμον est, quòd datur cum eo quod donator capit. Nam si plus donatur, id vbique quod plus recidit in donationem simplicem. l. 1. l. & hoc iure. D. de don. Bart. l. 2. C.
9 de donat. ob. caus. Steph. Bert. cons. 20. lib. 4. Decius. l. si donatori. C. de collat. Eiusmodi igitur donationes quæ causas onerosas continent donandi, non propriè, imò nec donationes sunt, sed sine nomine conuentiones. Ideóque nec donationum lege tenentur. Et cùm alienationibus onerosis nulli sit lex apposita de modo alienandi, aut quota, meritò donationes quæ in onerosos recidunt, negantur ab hoc textu legem accipere. Quare si quis cùm centum in bonis haberet, ea donauerit vt aleretur, cùm iuuenis & valens esset, cuiusmodi contractu Pictones vtuntur, & Alex. meminit cons. 12. lib. 7. hic contractus minimè inter donationes simplices erit reponédus, inter onerosos vt qui maximè, cum nullus hodie tam paruo viuat, præter curam & solicitudinem alendi. Sed innominatus contractus appellari debet, in totum non donatio & alius quiuis potius, sed & aliæ fingi talium contractuum species possunt, veluti si quis ære alieno grauatus facultates donet ea lege vt debitis exoluatur, in terminis. l. si filia. §. si pater. D. famil. ercisc. vbi tex. scribit non esse donationem. Denique inter contractus onerosos rectè & adæquatè reponitur donatio ob causam, cùm quidē causa respondet rei donatæ æstimationi. Quamobrem tales non magis conuenit arctari ac tertiæ prohibitione, quàm vēditiones, permutationes, dationes in solutum, & alios quoslibet onerosos, de quibus nullæ leges extant, nullus modus descriptus, & sua cuique libertas constat, & alius finis & causa est, à profusis, in quibus quisque absolutè alienat, & vt loqui solent, perdit. Atque ideo ille titulus solus suspectus & damnatus est consuetudini, si modus præscriptus non seruatur, quem illa frænare voluit, non illos compensatorios. In quibus etiam quantum fraudari alter alterum posset descripsit; nedum lucratiuos erat coërcitura. Sic igitur statuimus, nullo modo horum verborum conceptione, ac ne intelligentia quidem donationes ob causam intelligi, cùm dicit Consuetudo,
10 *Donner*. Quòd si has quoque donationes quæ ob causam fiunt, comprehendere simili dispositione lubet,
art. 199. N.C. non improbauerim, ideóque & scripto meo addidi, vt omnium æqualis lex fit, sed principali auctoritate opus erit, quòd nemo alius præstare queat. Cuius facti soli ea ratio dicetur, quod à vicinitate taliū actuum multæ sæpè occultæ fraudes necti possunt, & colores duci de melioribus, & sub simplicibus causatæ fingi, quo exemplo factum meminimus, vt cùm initio legibus regni tales causariæ insinuationi non subiicerentur, posterius omnes cuiuscunque speciei donationes etiam ob matrimonij causam suppositæ sint insinuandi necessitati, & omnes exæquatæ. Quod si quis imitari volet, per multas de consuetudine con-
11 trouersias de modo & quota donandi sedauerit. Proinde inter causarias donationes non habuerim eas, quæ remuneratoriæ dicuntur, aut meritorum (si quidem remunerationis cum donatore nulla actio esse poterat) nec alia obligatio quàm naturalis, infirma per se, & imaginaria ad producendas actiones, quæ causa non posset excludere liberalitatem, cùm necessitatem legalem non inducat, & ideo nullo iure cogente facta, substantia incidat in simplicium titulum. Nec moror scriptorū nostrorum opiniationes, cùm inter causatas talem reponunt. Quare nemo iudicaturus est ex tali causa donationem factam amplius quàm de tertia valere posse.

Atque hæc & talia de donationibus ob causam, 12
quę verè & sine vlla simulatione tales sunt, nam simulatæ in eos contractus euadunt qui simulantur, ex regula, Plus valere quod agitur. Quòd si nullus contractus agitur, nullus actus est. Quid igitur actum sit à probationibus pendet. Itaque donationis simulatæ suas alibi regulas diiudicationum habent. Hic verò quærimus de veris quidem donationibus ob causam veram & subsistentem, sed tamen talem quæ odio aut fraude hæredis præsumpti facta à donatore probatur, cùm ob id donauit, ne ad hæredem veniret: & principium motionis ad donandum fuit in odio hæredis. Hic causa non liberalis sed onerosa, cócurrit cum hæ- 13
redis odio & fraude. Onerosi contractus per se, cuiuis licent de rebus suis. Quæritur an cùm eos odium hæredis elicuit, valere debeant cùm fauor & odium concurrunt in eodem subiecto, de quo inferiùs dicemus. Hæc dubitatio non sine probabilibus argumentis exercetur. Sed id vt explicemus. Primùm nobis inquirendum de contractibus palam & ipso nomine onerosis, quales sunt venditio, permutatio, datio in solutum, id est quando vni de contrahentibus tantum de suo abest, aut paulominus qua capit, & directò opponuntur gratuitis, id est donationibus simplicibus. Quærendum igitur an tales odio aut fraude hæredum 14
facti, ab hæredibus reuocari possint, an vlla Caluisianæ aut Fauianæ similis actio ad exemplum patronorū liberis detur, ad id reuocandum quod per patrē fraude, aut odio hæredum factum est. Multum enim obstat, causa onerosa & libertas lege attributa de re sua cuique, & odiosa inquisitio hæredis futuri de rebus viuentis, cùm nil donatum dicitur nisi ex compensatoria causa. Ab hac diiudicatione contractuum palam onerosorum, pendet decisio mentiti nominis donationum ob causam, quæ verè tales non sunt, & solius nominis symbolum vsurpant, cùm re ipsa aliud sint. De eo etiam veteres quæsierunt, esset ne iure prodita ratio aliqua, qua hęredibus subueniretur, probata quidem participatione fraudis in acquirente. Nam quæ alienationes ex titulis lucratiuis fiunt, sed in fraudem ab hoc ipso Articulo habent sua remedia, & iure proditæ sunt inofficiosarum donationum querelæ, quæ in fraudem donata in totum reuocant ex fraude, ab excessu vsque ad legitimam expostulantium. Sed de contractibus onerosis ratio non similis. Bald. l. 2. C. si quid in fraud. patron. exemplum fraudulentæ donationis. Extiterat aliquis qui filium oderat, hunc vlturus quærebat consilium quo rem suam auerteret. Cōsulit aliquis vt prædium venderet, & pretium donaret aut prodigeret, Hunc casum Salyci repetiit. d. l. 2. & ex eo describere volui: quoniam nullo non die incidit vsu, cum illud irati patres subinde ingeminant, *Ie don-* 16
neray, vendray le reste & donneray l'argent a qui il me plaira, ou à l'vn des puisnez ou vne fille. Sed in cohærede propter prohibitionem personæ fraus suspectior. De extraneis quærendum cùm fraudem in casu proposito participasse dicuntur. Plures hoc casu negant vllas esse proditas reuocatorias actiones. Id ex eo colligūt, quod de rebus viuentis nulla cuiusquam hæredis probabilis possit esse expostulatio, & suum cuique de rebus suis

esse arbitrium, titulis præsertim onerosis. Nam quis alienæ necessitati de rebus suis modum vnquam posuit? quis vetuit vti re sua pro arbitrio? vtuntur ratione l. §. impuberi. D. de collat. bono l. lex Cornelia. vbi Bald. Ang. Imol. Alex. Aret. Ias. D. de vulg. & pup. Bart. & Imol. l. post emancipationem. D. de lib. legat. glo. Bart. & Bald. l. 3. D. de iuris & facti ignor. & quos innumerabiles eius sententiæ colligunt, & in l. 1. C. de inoff. donat. ita vt patrifam. citra heredis quærelam, liceat totam suam substantiam profundere in mare: ab his assumptis negant vllam de eo aut liberorum, aut aliorum hæredum actionem recipi oportere, probant verò diserto tex. l. non vsque adeò. D. si quis à parente manumiss. fuerit. vbi negat similes actiones dari liberis quæ patronis dantur, reuocatorias scilicet; neque parem esse vtrorũque causam, ac penè hic textus omnem aduersariam rationem expugnat. Nam casum de filio arrogato cui reuocatoria detur ob alienata in fraudem. l. vlt. de his quæ in fraud. patro. volunt esse specialem: ideò quia succedendi ius à contractu sumat initium, cui insit capiendæ portionis ius, ex eo reuocari quod contrà fiat, sed in liberis nihil tale dici. Hæc fuit sententia Bald. Saly. Cy. l. 2. C. si quid in fraud. patro. Bald. & aliorum. l. 1. C. de inoff. donat. 10. And. Innoc. Boich. c. Raynutius ext. de test. Bald l. Papin. §. quarta. D. de inoff. test. Contra existimat. Bar. d. l. non vsque adeo, & hæreditarium. D. de bon. auth. iud. possid. & negat casum. d. l. vlt. si quid in fraud. patr. specialem esse, sed inde argumentum ducit si arrogato tantum iuris sit, multomagis naturali & legitimo cõcedi oportere, & sequitur Ang. plenè. §. si quis in fraudem. Inst. de a . 110. sequuntur Panor. & Host. c. Raynutius mouentur vulgari ratione, quod filius etiam viuente patre quodammodo hæres sit. l in suis. D. de lib. & posth. l. cùm ratio. D. de bon. dam. l. scripto. D. vnd. lib. vbi filius post mortem patris non hæreditatẽ consequi dicitur, sed libertatẽ administrationis, nec acquirere, sed seruare. de quo latè Tiraq. l. si vnquam. in præfat. nu. 17. & in primog. q. 40 num. 97. & tract. *le mort saisit le vif.* 4. decl. Sed rem omnino ex vero æstimantibus, stricta iuris illius ratione actiones reuocatorias in onerosis contractibus dari, iuri non cõuenit, nec probatur, & illa l. non vsque adeò planè repugnat & quantumlibet iuris tribuant liberis, vnũ Pauli Apostoli dictum refellit Quandiu (inquit) hæres in domo patris est, nihil differt à seruo. Nihil minus seruo congruit, quam imperium domus, vnde dispositio rerum pendet, nullus domino dissimilior potestate quidem quàm seruus, & illa anticipata spes, & præsumpta opinio dominij in hærede fluxa admodũ consideratio est, & vbiq; à Bartolo infirma & sine iure ponitur, & tempus mortis expectat, sic vt interim multa diminui contingat, & fortasse aut nihil, au minimum relinquatur, quod Bart. differit. l. is potest. D. de acq. possess. Sic vt ista sic de illo iure se habeant. Consuetudinario iure plus aliquid hæredibus præsumptis cõstat esse attributum. Magna hæredum, magna familiæ consideratio & respectus. Nam hæredum intuitu vltra tertiam donationibus & titulis lucratiuis, domini diminuere vetantur. Quod titulis & causis onerosis fiat non sine lege est, quando si quid profunditur vltra modum etiam ex onerosis causis hæredibus intercedere licet. Art. 121. Non testamentis, non contractibus aliud alienare licet, quam quod consuetudine permittitur, idque totum consideratione hæredum. Ex quo accidit, vt etsi dispositionem de rebus non habeant, actiones tamen conseruatorias crebrò admittamus in foro in vita parentum & consanguineorum, quibus succedendũ est, fini quidem interruptionum, & conseruandæ rei, de quo nos in appropriimentis fusè disseruimus. Art. 266. sub titulo de dimissionibus. Quamobrem dari actiones reuocatorias ex causa etiã 17 onerosa fraudulenter versatis parentibus puto, & reuocandum quod actum est, quod & pridem Mol. rectè iudicauit. §. 8. glo. 4. refuso quidem pretio, ex ratione. l. § si quis in fraudem. D. si quid in fraud. patr. Sumptus quidem contractus restituere probata participatione fraudis in emptore non magis conuenit, quàm in quolibet alio contractu dolo aut fraude inito. Sed omnino in reuocandis quæ in fraudem alienata sunt titulo quidem oneroso, participationem acquirentis probari oportet, vt contractus onerosus reuocetur. l. penult. C. de reuoc. his quæ in fraud. cred. l 1. §. si quis in fraud. D. si quid in fraud. patr. Quod si contractus sine participatione fraudis factus est, sed pretiũ alij donatum sit sine quidem actione erit hæres aduersus emptorem, quæ aduersus eum qui pretium accepit, competet. d. l. 1. §. sed si rem. & seq. Quæ cùm ita sint, consequitur in ea quæstione quam mouimus de donationibus ob causam, quas inter contractus onerosos ponimus idem esse iudiciũ, & probata fraudis participatione in acquirente, reuocari eas debere & restitui in integrum omnia & causas appositas sustineri à reuocante oportere Cuius dicti illustre & notandum exemplum addidero de consuetudinario iure in Art. 453. qui donationes etiam reciprocas (quibus nullæ magis ob causam dici possunt) reuocat ob fraudem, quàm ego ibi ab emptore participatam intelligo. Hic textus perspicuè pro nostra sententia est, necdum animaduersus ab tribunalibus, & præclarè docet in donationibus ob causam dari reuocatorias, cùm fraude alterius factæ dicuntur, & probantur, vt illo loco domini feudi: quod de idem omnibus onerosis cẽsuerim, de quibus non alia ratio est. *Cons.* quidem Carnutum nominatim etiam in *venditionibus* fraudem excipit. Art. 289.

Sed ex superiorum consequentia, nobis dicendus 18 est casus in specie de quo nullo non die quæritur in tribunalibus, nulli patrono, nulli Iudici pro merito excussus. Extitit qui hæredes præsumptos perosus, nec alienandæ rei suæ probabilem causam nactus, eam à matrimonio quæreret, valde scilicet probabili causa & comprimis graui. Itaque cùm conditionem quæreret homo effœta ætate, & nulli expetitus, vxorem pretio mercari instituit, id facere triente bonorum & volebat & necesse habebat, nec aliter iniri se passura à sene erat rigens & tentiginosa muliercula. Cõuenere, scriptæ tabulæ, tertia bonorũ & patrimonij auiti decisa donatione fœminæ. Odium hæredis in ore omnium erat, nec quisquam ignorabat quo animo quaque cogitatione ista fierent, & ille tam parum dissimulatum volebat, vt patenti loco cubiculi ad parietem literis testaretur, se ideo vxorem duxisse, vt hæres à se nil expectaret. Eo mortuo de donatione quæsitum est. Donataria matrimonij causam volebat esse grauissimam, non aliter coituram se fuisse. Patroni hanc donationem dicebant ob causam esse. Itaque non coërceri hoc Articulo intra trientem, quæ in simplicibus dumtaxat intelligi deberet. Qui hæredibus aderant, odium & malas donationis causas & vitiosos motus donandi obiectabant, & in ipsis quoque onerosis cõtractibus odium & fraudẽ ab donatore hæredibus factam, contractum irritare, & tali fauori præponderare odiũ, cùm illa nupta tales animi motus nõ ignorasset. De eo extare responsa cùm vẽditiones & alios quoscunque contractus onerosos lex irritaret ob fraudem hæredi aut patrono factam à liberto. l. 1. §. sed si per fraudem. D. si quid in fraud. pat. illã vinci odium à matrimonij

monij causa oportere censebat, talis censuræ extare dictum Bart. l. si vir vxori. D. pro. donat. & quæ Anch. colligit conf. 37. Et scimus in lite nobili pro donatione iudicatum, quanquam probato præclarè odio hæredis. Sed quid hodie non iudicatur? Sed in totum corruere debuisse dicimus talem contractum, quantumlibet per se fauorabilem, quem non amor aut matrimonij causa primaria, sed hæredis odium incitauit, quod in causam ipsam contrahendi agit. Id nos probatum existimamus ex his, quæ superius diximus de contractibus onerosis, de donationibus ob causam onerosis & ipsis, quæ quãtumcumque onerosæ sunt, ex fraude hæredi comparata intercidere diximus, & ab causa causante infici, participata quidem fraude, id nos expresso Articulo. 453. probauimus, & rationibus iuris. Nec obstiterit tex. l. 1. §. si libertus. D. si quid in fraudem patro. non videri scilicet libertum fraudasse patronum, qui filiæ dotem dederit, ergo nec eum qui ipse vxorem duxerit donatione: Sed ille text. præsumptiuè loquitur (non videri.) Nam fraudis præsumptio excluditur meliori præsumptione pietatis, ne libertus odio fecisse dici possit, quod ex officio fecit. Sed nos in casu probato loquimur odij in hæredem, & donationis ex tali causa factæ, & ab eo quem ætas inutilem & inhabilem ad matrimonium reddidisset, ita vt colorem quæsitum appareret, & quæ alia in facto possunt
19 occurrere. Quod ne sine exemplo dicere existimemur: Extat talis iudicij memorabile exemplum apud Valer. Max. de fœmina Ariminensi quæ liberis irata, cùm iam parere non posset, Publio seni & ipsi nupserat, & liberos testamento præterierat instituto marito, à quibus aditus D. Augustus Imperator mulieris nuptias, & testamentum improbauit, & dotem & hæreditatem restituit liberis. Magnum exemplum, & quod iudicantes omnes sequi oporteat, cùm similis casus occurreret odij & matrimonij ex causa odij facti. Nec oportet iudicantium oculos perstringi matrimonij fulgore, si talem coniunctionem heredis odium elicuit, aut incitauit & animi perturbatio.

GLOSSA 5.

1 *Dei & legis gubernatio comparantur, hominis, bruti.*
2 *Dispositio bessis patrimonij cuiusque pendet à dispositione legis.*
3 *Donatio omnium bonorum Jure Romano fieri potuit.*
4 *Idem & quibusdam Consuetud. Prouinciarum licet.*
5 *Quibusdam quota tantum donationibus permittitur.*
6 *Expensio rationum an ita licere debuerit.*
7 *Cur potius liberis & sanguini relinqui bona oportuerit.*
8 *Comparatio iuris vtriusque.*
9 *Falcidiæ ius rixosum & damnandum.*
10 *Donatio an hæredi præsumpto fieri possit.*
11 *Donatio non rescinditur ab excessu à donatore.*
12 *Cur donare hæredi non liceat.*
13 *Hæres nil habet iuris in bonis viuentis.*
14 *Sed tamen actiones conseruatoriæ dantur aduersus fraudantes.*
15 *Determinatio tertiæ in donationibus spectatur à tempore mortis.*
16 *Prærogationes portionum hæredibus factæ, donationes non sunt.*
17 *Auctis facultatibus, prærogationes augentur.*
18 *Donationes extraneis factæ modum capiunt à morte in quota.*
19 *Contractus tempus inspicitur.*
20 *Publicatio bonorum non aufert acquirenda.*
21 *Donatio speciei alia à donatione quota.*
22 *Donatio quotæ est ambulatoria ad mortem.*
A 23 *De pluribus donationibus dato excessu, quæ rescindatur.*
24 *Si diuersis, si vni, si diuersis temporibus.*
25 *Summæ diuidendæ non sunt in insinuatione.*
26 *Etiam si dictum sit vt tot sint donationes quot res.*
27 *Quid in donatione speciei, quæ tertiam exuperat.*
28 *Quid in donatione vsusfructus.*
29 *Vsusfructus æstimationem recipit in donatione tertiæ bonorum.*
30 *Quid in donationibus ad pias causas.*
31 *Ratio & proportio deducendi æris alieni in donatione tertiæ.*
B 32 *Quid de donatione vsusfructus.*

Le tiers.] Cùm Aristoteles in Politicis rectè & sapienter legis gubernationem comparet Dei gubernationi, vt certam & immotam, hominis autem vt instabilem & perturbatam bruti animantis gubernationi, æquum erat legem patriam quæ perpetuationem familiarum, & opum, ac per hoc gentis totius in præcipua cura haberet sibi arbitrium sumere de bonorum cuiusque maiore parte. Sumpsit itaque dispositionem debesse; homini vt incerto animanti tertiam reliquit, in qua virtutem vel vitium mentis exerceret. Hinc quisque duas partes à lege, tertiam ab authore suo capit, vtramque tamen hæredis nomine & iure, sed ita ne authori de besse quisquam liceat, titulo quidē donandi. Licuit olim per admirabilem illam iurisprudētiam iuris Romani, ad cuius mentionem tãtopere stupemus, totas suas facultates & patrimonia profundere donationibus & largitionalibus titulis, licuit adeò & spē quoque futuri & volantis fortunæ præcidere. De tanta licentia posterius quiddam liberis decisum legitimæ nomine, cùm ipsum quoque cœlum indementiam facti accusaret, repertæ inofficiosi querelę, cùm aduersus id fieret, tantum molestiæ fuit, in conseruanda tantula totius portione, quę legitima diceretur. Sed nec eius eadem semper lex aut mēsura, prout imperantibus visum aucta, aut decurtata. Extant in iure operosæ disputationes de donationibus omnium bonorum, an permitti eas, & sustineri oporteat iure, an etiam futuri spes concipi tali contractu possit, quæ tractatio est. l. stipulatio hoc modo. D. de verb. oblig. l. vlt. C. de pactis. Canonistarum in rubrica. ext. de test. & in postremis exertè pro eo pugnauit glos. pragmaticę, titulo de sublatione. Clem. literis, verbo, cuicumque & adiuuat hanc sententiam. l. si totas. Cod. de inoffic. donat. l. sancimus. l. si quis argentum. §. vlt. Cod. de donat. & frequentes extant ea de re loci. Sed cùm homines acuti perspicerent, si totas facultates permisissent arbitrio donatorū, nihil fore reliquum de quo quisquam testamento disponeret, cuius ipsius ingentem libertatem esse voluissent, homines ingeniosi inter vtriusque libertatis angustias conflictantes, vix cōstituère apud se potuerunt, quid denique iudicandum esset, & vtra vtri libertas aut donandi, aut testandi cedere deberet, an donandi lex testamenti factioni, an è contrà. Sed denique vt has angustias euaderent, donationi detrahendum putauerunt, quod testamentis adiicerent, id quantum esset non curarunt, nec modum posuerunt vllum, cùm id totum figmentum esset sine lege hominum otio abutentium. Itaque centum millia in bonis habenti donare solidum permittendum putarunt, si modo quinque solidos sibi decidisset de toto, de quibus testaretur. Quis ad hæc non stupet homines scilicet sapientiam professos, & diuini & humani iuris cognitionem, sic illudere mortalibus, & fingere etiam pueris ridenda. Atqui quinque solidos reseruasse de cētum millibus vt donatio valeat, quàm

proportionem habet? quod iudicium in rebus? cùm
id re vera nil sit. Sed de eo nos alibi. Nec id satis. Nam
si libuerat donare, alio æquè damnoso alienandi de ge-
nere legatis, fideicommissis, mortis causa donationi-
bus, facultates omnes absumere permiserunt, fuit ta-
men posterius quem indignitas facti liberorum, &
sanguinis consideratio moueret, is Falcidiam reperit,
sed dij boni quantis ambagibus, quàm molestiis im-
plicitam, cùm ad æstimationem rerum omnium lega-
tarum veniendum est, vt de singulis Falcidia, id est
quarta detrahatur hæredi? cui sic hereditatis quadrans
conficitur, quæ hic molestia, rixæ, impendia? Sed ta-
men sic illi habent, constitutum. Sed heu ad principia
reuoluimur. Iustinianus auth. sua de hæred. & falci-
dia, induxit Falcidiã à testatore prohiberi posse. Nulla
igitur futura est Falcidia prohibente testatore, sola li-
beris arida legitima, hæredi agnato nihil relinquetur.
Sed & fuêre, qui rationem sibi reperisse visi sunt om-
nia bona per contractum alienandi, veluti si sic conce-
4 ptus esset. Do, concedo tibi bona omnia mea post
mortem meam, hunc contractum sustinent quidam,
& quos Craueta allegat, cons. 139. sed & è Prouinciis
quædam & Dynastiis vicino Romano iure imbutæ,
idem sunt ius amplexæ, & omnium bonorum aliena-
tionem per donationes permisêre, ipsæque illa impri-
mis Parisiorum. Artic. 97. Quod ipsum in illis delitiis
mundi, & humanitate ingeniorum, populo illi place-
re potuisse valde mirandum. Non dissimiliter Perti-
5 cæi, Castronouani, Blesenses inter coniuges, Borbo-
nienses, Aruerni, Carnutes. Sapientius cæteri qui mo-
dum inconsultæ & præposteræ largitioni ponendum,
& lege cohibendos impetus effrænes putauerunt, vt
plus esset in legis arbitrio, vt vicini Andes, Cenoma-
ni, Pictones, & alij complures. Sed & per Italiam sta-
tuta eiusmodi à scriptoribus eo memorantur, vt Cast.
cons. 441. prima parte, Socino cons. 49. lib. 1. & aliis
alibi. Sic enim à statuto prohiberi alienationes indi-
scretas rei cuiusque suæ, & legitimam lege augeri hæ-
redum posse, de quo non est dubitandum. Nam gen-
tem, pecuniam, familiæ opes auitas importunæ cuius-
que voluntati patere, non fuit in Republica bene or-
dinata ferendum, & sic libidini priuati cuiusque mo-
rem geri, vt nulla legislatoris de eo cura, nulla cautio
6 extaret, imprudentissimæ prudentiæ fuit. Et quæ san-
guine, natura, genere, ordine ad liberos & gentem
venire deberent, effundi in meretricum sinum, leno-
nes, aut si quid turpius dici potest, & verò sæpissimè
fieri constat, pudenda est macula admirabilis istius iu-
risprudentiæ, & tamen illo iure licent talia, arida sex-
tula relicta liberis ludibrio naturæ. Nam minus homi-
ni aut legi rationis esse quàm animantibus feris in fœ-
7 tu educando, valde deerrasse est à norma humani iu-
ris, quod legislatores profitentur. Cum in nostris li-
bris lego, Sempronium filium testator exhæredauit,
alteri reliquit legitimam, Pudentillam puta festiuum
scortum ex asse hæredem instituit, stupeo ad tantam
ἀναισθησίαν, tam barbaræ sapientiæ. Sed tamen illa ob-
tinent illo iure. Quinetiam fucata illius iuris imagi-
ne, quamdiu imperium illud stetit, attonitæ pleræque
gentes vix oculos attolere contrà (quod Poëta Lucre-
tius scribit) tandem sunt ausæ. Sed verò tandem ali-
quando ausæ, sic denique illud protriuêre de testandi
facultate & iure, de donationũ modo, vt pudeat pru-
dentes homines tam diuturnæ operæ in discendis tali-
8 bus collatæ. Ipsi verò scholastici scriptores istis à te-
nera ætate insueti, sic se illo iure proluêre, vt sine illo
stare putarent posse nihil, nihil item quod aliud esset
responsum Romæ à Iaboleno. Sed hæc væcordia iudi-
candi de rebus & vsu rerum defecti: Nos naturam du-

A cem sanguinis, iuris humani diuinique rationem se-
quamur, sensus communis anticipationes amplecta-
mur, & illa pietatis, charitatis & storgarũ naturalium
dehonestamenta reiiciamus, qui antidoses & ἀμοιβὰς
putamus in rempub. bene instituta esse oportere. Vt
quod, quaque lege, quisque accepit, eadem in posteros
reddat, veluti perpetuo fideicõmisso, quod olim Leu-
cadiis vsurpatum alicubi Aristoteles scribit, vnde pro-
pagationes familiarum, & perpetuationes eueniunt,
sine quibus resp. consistere diu non possunt, & exi-
stunt studia artium & ingenia alũtur liberalitate, quæ,
B vt Aristoteles inquit, constat τύχης δεῖσθαι λαμπρᾶς, quæ
imminuta non possunt emergere: Quæ nos aliter fieri
in illo iure meritò, crebrò & cùm occurrit exagitare
solemus, vt experimentis meliorum edocti, vtilitatem
iuris patrij damnato illo priori percipiamus. Dissimili
igitur comparatione, hæc iura habentur. Quod illi de 9
toto patrimonio in testamentis statuere permittunt
excepta Falcidia: nos contrà non amplius testatori cõ-
cedimus, quàm quanta penè est falcidia certè nõ am-
plius tertia. Cùm illud suum, vti quisque legasset inge-
runt, nos illud, ne plus tertia liceto. Cùm sic illi, pater
de bonis suis, vt lubet, statuat relicta legitima, nos sic,
C pater ne trientem externa liberalitate exedito, quod
ipsum sine fraude liberorum aut hæredum fiat. Vidit
ea legislatio assultantes testamentis omnibus captato-
res, falsarios, hæredipetas, vt Petronius vocat, sed sic
vidit, vt ferre cogeretur, dum immensum & sine mo-
do testantibus fauet. Sed illos vulturios non minus
quàm dæmones amuleta, fugant facti à Consuetudine
hæredes. Quo enim captator, si à lege fit hæres? Ne-
mo hodie instituit, nemo exhæredat odio quidem, le-
gis arbitrium est, lex pro homine testatur: ipsa inexo-
rabilis & immota ad captatoris preces. Nullus Euri-
pus plures habet æstus, quàm homo moribundus,
D quem vitæ recordatio & futuri cogitatio exterruêre.
Quid si fœmina, cùm opes, superbia & nequitia infœ-
licissimæ mentis animam inflauere? Sed valeant illa.
Et constet donationis, aut legatorum aliòve largitio-
nis titulo non licere plus tertia bonorum, testamento
aut contractu effundere: & mirificè hanc sententiam
iuuat Platonis auctoritas. lib. 11. de legib. de quo fu-
sius Rub. de testam. inf.

Superest inquirere, Quòd tempus spectandum sit
in determinatione huius quotæ, quæ tertia est patri- 10
monij totius, an contractus, an mortis donatoris. Nec
E hîc parum momenti quod res ipsa ostendit, auctis aut
imminutis donatoris facultatibus. Hîc dicendum nõ
idem ius in omnibus passim casibus statui posse, alia
enim ratio est donationum, quæ præsumptis hæredi-
bus conferuntur, quæ prærogationes potiùs dicendæ
sunt portionum hæreditariarum, alia earum quæ ex-
ternis. Nam etsi donationes hæredibus præsumptis 11
fieri vetantur generaliter hoc Articulo, id tamen non
omnimodo, nec omni respectu verum est: est enim
hæc prohibitio de earum genere, quas respectiuas ap-
pellauimus, id est, quæ respectu cuiusquam certę per-
sonæ à lege sunt appositæ, nec per omnia tales. Cùm 12
F Consuetudo donare hæredi præsumpto prohibet, re-
spectum habet ad hæredis cohęredes eiusdem gradus,
ne ei præiudicium fiat titulo donationis, quem Con-
suetudo vult ex æquo hæredem esse, nec vllo modo
minui virilem, siue testamento, siue contractu. Tota
igitur ratio consistit in respectu cohæredis, quæ sicubi
cessat, non prohibetur paterfa. pro arbitrio de rebus
suis statuere. Id ipsum in vita donatorum accidit:
Nam eo tempore nulla potest esse cuiusquam de hæ-
redib. expostulatio cum domino, qui de rebus suis
statuat, quandiu quidem viuit, nec actionem habeat
de eo

de eo vllam. Ex quo in vita donatoris dicimus, quo A
ad vſum conſiſtere donationem, ſic vt ne ipſe quidem
donator poſſit eam reuocare, & multominus cohæ-
res, cùm donator de ſuo contractu teneatur, & co-
hæres conſequenter ex eius perſona non poſſit litem
impendere, quod Caſt. notat conſ. 441. num. 3. lib. 1.
pro eo quidem iure quod in vita habet. Sed ſi is cui ſic
donatum eſt, aliquando hæres fiat donatoris, eueniet
mutari titulum acquiſitionis, ſic vt qui in vita dona-
tarij iure fruebatur, eo mortuo hæres fiat, & vt hæ-
15 res teneat, ita vt olim prærogatum videatur. Hoc
caſu cùm de determinatione quotæ quæritur, palam B
eſt tempus mortis ſpectandum, vt ſit in omni deter-
minatione quotæ, quæ titulo hæreditario defertur. l.
quoties, C. de inoff. teſt. auth. nouiſſima. eodem
tit. §. vlt. Inſt. ad l. Falcid. l. in quantitate. D. eodem
tit. l. etiam vlt. l. ſi patronum ex debita. §. vlt. D. de
bon. liber. nec quiſquam vllo titulo plus aufert por-
tione ſua Conſuetudinaria, niſi electionem corporum
donaturum poteſt obtinere, *en moins prenant*, vtilita-
tis quidem partem vlla in parte maiorem conſequi
16 nequit. Itaque talis actus de natura contractus ha-
bet, quod viuente donatore donatarius fruitur, & C
fructus pręcipit, quod donator de donatione tenetur.
Sed vis contractus deſinit mortuo donatore, & inci-
pit eſſe hæreditas, & ære alieno pro rata obſtringit,
& capit modum à portione hæreditaria, quod latè ſu-
mus exequuti. Art. 405. vnde in tali actu non eſt con-
ſiderandum, quid in bonis donator habuerit, cùm
donaret, id eſt, contractus tempore, ſed quantum cùm
moritur, id eſt, cùm defertur hæreditas. Ex quo acci-
dit, vt augeri aut diminui poſſit, quod Bart. ait, Baldus
Ang. Caſt. l. 1. C. de inoff. don. Paul. & Alex. l. in ra-
tione. D. ad l. Falcid. Decius conſ. 276. Iaſ. conſ. 214.
Anton. Rub. conſ. 34. etſi non deſunt, qui tempus pa- D
cti, vel donationis ſpectandum putent, cùm à patre
datur legitima adiecta renũciatione, quos magno nu-
17 mero colligit Molinæus annotatione ad conſil. Alex.
180. lib. 3. quos ego de iure conſuetudinario non ſe-
quor, propterea quod nulla ratione facere poteſt pa-
ter, vt inæqualiter ſuccedant liberi, nec poteſt vnius
portionem ſtipulari cæteris, vt nec partem eius vllam
partis, quin non obſtante renunciatione recurrat ad
ſupplementum portionis ſuæ mortuo patre, & nullo
negotio reſtituatur probata læſione. Et ſi de filiabus
quidem aliud regna & prouinciæ obſeruant, cùm re- E
nunciant, de quo infra dicemus Articulo 224.
18 Sequitur diſtinctionis pars altera, cùm quærimus
de donationibus quæ extraneis fiunt, an contractus,
an mortis tempus ſpectandum ſit in diiudicanda quo-
ta bonorum, & valdè eſt quod dubitetur, propterea
quòd in contractibus ad determinationem rei, limi-
tum, pertinentiarum, iurium regulariter tempus con-
19 tractus ſpectandum putant. l. Rutilia. D. de contrah.
empt. l. D. de hæred. vel act. vend. In donationibus
omnium bonorum præſentia tantum intelligi, quod
illi notant. l. ſtipulatio hoc modo. D. de verb. oblig.
Iaſ. conſ. 5. lib. 3. Craueta, conſ. 139. Bellam. conſ. 48. F
ex. l. vlt. C. quæ res pig. oblig. poſſunt, ſic in legatis. l. ſi
ita. D. de aur. & argent. legat. vbi Bartolus, idem in da-
tione legitimæ, quæ poſtea diminutis bonis diminui
illo iure non debeat. quod Cyn. & Baldus dicunt. le-
20 ge prima. C. de inoff. donat. Ne in publicatione quidẽ
bonorum alia quàm præſentia includi. gloſſa. l. ſi man-
dauero. §. is cuius. D. mand. nec enim actus conſum-
mati vitium recipiunt à conſequutis. l. ſancimus. §. ſi
quis autem per diuerſa. C. de donat. Sed hîc ſubſiſten-
dum eſt, nec omnibus obuia iuſta de his ratiocinatio
eſt, cùm quæritur in hac quota quod tempus ſpectan-

dum ſit, & res animaduerſione digna eſt. Multum
omnino intereſt. An donatio certi corporis, certæve
ſpeciei fiat, an quotæ bonorum, id diſcrimen alibi fu-
ſiùs explicabitur. Nunc id dicendum. Quòd in ſpecie 21
donatur, per ſe ſuis finibus & loco deſcriptum, nec
incrementum, nec decrementum recipit, cùm ſit cor-
poris finiti. Itaque quanta ſit eius æſtimatio, & an ter-
tiam faciat in toto, an excedat tempus donationis ſpe-
ctandum eſt, vt valeat aut reſcindatur exceſſus, nec de-
crementum bonorum donationem imminuet, nec
augmentum proderit ad confirmandam donationem.
Donator cùm prędium donaret pretij quatuor aureo-
rum, duodecim in bonis habuit, poſterius ei quatuor
periêre, donatario nihil peribit: ſi cum xij. in bonis ha-
beret quinque donauit, quantumcumque auctis ad
quindecim aut amplius facultatibus donatoris exceſ-
ſus reſcindi debebit.

Sed alia longè conſideratio eſt eius donationis, quæ 22
ſub nomine quotæ bonorum donatoris facta ſit ter-
tiæ, quartę, quintę. Nam niſi expreſsè verba reſtringat
ad ea bona quæ tum habet, hæc quota à tẽpore mortis
donatoris metienda erit, quia nomen quotæ augmen-
tum & decrementum recipit bonorum, & ambulato-
ria eſt vſque ad mortem. Nam cùm prohibitio donan-
di vltra quotam apponatur reſpectu hæredis, quòd
ipſum ex tex. patet, id tempus ſpectãdum eſt, quo no-
men, ius & actiones hæredum in actum exeunt, cùm
habitus tantùm in præſumpto ſit. Vnde fit, vt hæc
quota menſuram accipiat ab eo tempore, quo hære-
dis qualitas inditur. l. etiam. §. vlt. l. ſi patronus ex de-
bita. §. fin. D. de bon. liber. Rom. ſing. 127. quod Alex.
conſuluit. conſ. 14. lib. 1. & Molin. ibi notandum putat
pro ſtatutis terrarũ, quæ in donationibus verba quotæ
apponunt. Hanc igitur tertiam auctæ, aut imminutæ
facultates augebunt, aut imminuent, quod valdè no-
tari conuenit.

De tempore dotis conſtitutæ exertè pugnant, quos
committit Boër. deciſ. 62.

Hæc cùm de circumſcriptione temporis dixerimus. 23
Quærendum de pluribus donationibus, cùm & ipſæ
temporibus diſtant. Diximus ante eas donationes, quę
tertiam bonorum excedant, vitiari dumtaxat in exceſ-
ſu. d. l. ſancimus. Sed huius quæſtionis non vnum ca-
put eſt, fieri enim plures vel vni, vel pluribus poſſunt,
vno tempore aut diuerſis. Cùm plures vni factæ ſunt,
& temporibus diuerſis, harum non alia diiudicatio
quàm cùm plures pluribus fiunt. Quæ enim prius fa-
ctæ ſunt ritè & intra modum, vbi ſemel vires ſumpſê-
re de iure, non poſſunt à conſequutis infirmari iure ſe-
mel quæſito & confirmato, quod d. l. ſancimus. § ſi
quis autem per diuerſa, probatur. Sed ſolæ vltimæ vt
ſolæ peccant, ita ſolæ coërcentur ad modum, facit
enim pluralitatem actuum temporis interuallum &
diſiuncti temporibus conſenſus, & contractus, quo fit
vt de vltimis dumtaxat demi debeat exceſſus. Quod ſi 24
eodem tempore fiant ſiue vni, ſiue pluribus, vnitas
temporis vnicum actum facit, etiam de pluribus re-
bus ideoque pro rata de ſingulis demendum ſit, quod
donationem reſtringat intra modum. d. ſ. ſi quis autẽ
per diuerſa. l. 1. ſ. ſi pluribus. D. ſi quid in fraud. patr.
l. in ſeruitutem. §. vlt. D. de bon. libert. & à ſingulis ali-
quid corradendum. vt l. etiam. §. ſi debita. D. de bon.
liber. l. ſi libertus ſub cõditione. §. libertus patronum.
D. de bon. lib. Quod ſi fraus facta ſit, omnes ex æquo
corruunt. l. ſi libertus. §. vlt. D. de iur. patr. ſin omnes
diuerſis temporibus factæ ſunt, & effectus poſt mor-
tem collatus ſit, vt in donationibus cauſa mortis, om-
nes concurrunt in puncto mortis, & eiuſdem tempo-
ris fiunt, ideoque de ſingulis detrahendm citra conſi-

derationem datæ vt loquuntur: quod Consf. Andium statuit. Art. 335. & Cœnom. Art. 347. & rationem habet à iure, quia cùm effectus omnium concurrat in
25 puncto, eiusdem temporis omnes habendæ sunt. Ex quibus apparet vnitatem aut pluralitatem actus diiudicari ab spatiis & interuallis temporum, quod pluribus temporibus actû sit, actus vnicus dici nequit numero, sic vt nihil prosit, cùm res plures donantur vno actu, eas separasse, vt plures actus intelligantur, nec expressisse instrumento, vt tot habeantur donationes quot res sunt donatæ. de quo Bart. l. Modestinus. D.
26 de don. Alex. consf.21. lib.3. & consf.165. lib.2. nisi quidem per dinumerationem singulorum, cùm pretium, aut consensus in res singulas separatim apponitur æquè principaliter. Quod & in insinuationibus ante diximus, sicut è contra quæ natura & locis separata sunt, vel à causis diuersis oriuntur coniungendæ non sunt, vt qui quinquaginta debet ex vna causa, & quinquaginta ex alia, si vtramque summam eodem libello petat, non possit ea iungere ad facienda centũ, de quibus fortè iudex iudicare non possit per statutum, aut ad insinuationem, aut euitandam, aut cogendam, de quo vulgò schola. l. si idem cũ eodem. D. de iurisdict. om. iud. & Alex. consf.135. vol.4. Idem consf.34. consf.50. consf.113. lib.5. faciũt ad hæc rationes Tiraq. in retract. conuent. §.4. glo.5. de vnitate actus, ob temporis coniunctionem. alij. l.1. C. de donat. inoffic.

27 Consequenter quæritur, quid si donatio facta sit, non quotæ veluti trientis aut quadrantis, sed corporis certi & speciei denominatæ. Nam quomodo, quibúsve verbis fiat multùm interest, siue ad debitorum distributionem & partitionem, siue quo ad alia, quod Articulo sequenti dicemus. Sed hoc casu nihil interest, cùm quotæ excessus prohibetur, tertiáne donetur, aut quod tertiam exæquet, prædium certum aut quota, respectu totius patrimonij, aut species quæ æquiualeat quotæ, vtroque enim casu si excessus fit tertiæ ad proportionẽ æstimationis totius, ex æquo peccatur, quod & sæpe iudicatum est, & arrestum memorabile citat Mol. lib. de inoff. donat. nu.66. & Bart. l. nomen debitoris. §. filio. D. de legat.3. l. Titia. §. Imperator. D. de legat.2. Tiraq. l. si vnquam. verbo omnia. copiosè. Alioqui nihil esset facilius, quàm fraudes affingere nominibus ad eludendam Consuetudinis dispositionem.

Vsque ad dimidiam art. 199. N. C.

28 De vsufructu donato potest incidere dubitatio, puta si dimidiæ aut alterius quotæ bonorum. Nam hic casus verbis consuetudinis expressus non est. Sed tamen ex ratione eius alibi expressa decidi debet, de quo cùm ex tempore decerneretur in controuersia quadam, ex causa donationis vsusfructus vltra doarium, malum iudicatum non malus litigator patronus pro se abstulit. Certum est vsumfructum inter bona immobilia haberi, ideoque in bonorum immobilium quantitate ineunda æstimationem recipere. l. corruptionẽ. C. de vsufr. & quos congerit Tirq. in retract. §.1. glos.1. nu.66. & nota. l. hæreditatum. D. ad Trebel-
29 lian. & de eo nos alibi fusè. Sed & scripta quoque cõsuetudine æstimatio taxata est, non vno loco dimidio proprietatis, quæ æstimatio etsi ratione interdum refellitur, & mutabilis est pro qualitate, aut valetudine personæ cui debetur, tamen vt hanc in valente & boni habitus persona accipiamus maximam, eueniet vt qui dimidiam vsusfructus bonorum partem donauerit, bene habenti quartam bonorum partem dedisse videatur, qui omnium bonorum, dimidiam proprietatis & hoc ipsissimo casu sensit bonus Iurisconsultus Ioa. Lupus Hispanus, repet. rubr. de donatio. §.25. nos amplius, Art. 433. Quare dicere cogor magna incon-
A sideratione aliquando ea de re iudicatum, nec vllam rationem esse habitam vsusfructus, cùm quidam vxori donasse & vsumfructum, & doarium diceretur, quæ vtraque modum à consuetudine taxatum longè excederent. Quòd iudicium perspicuè iuris & consuetudinis ratio refellit, vt extemporarium ita præcipitatum.

Hæc cùm de vulgaribus donationibus dixerimus, 30
de modo & quota rerum donandarum, non semel dubitari incidit, an quæ lex & modus de his esset, eadem in donationibus ad pias causas valere deberent: nam in talibus multa singularia inducta sunt contra vulga-
B res sententias fauore causæ, & iusta eruditis ea materia visa est, de qua integra syntagmata librorum, conficerent, Tiraquello & Hegendorphino; ipsam quoque Parisiensem Curiam dubitasse arguunt, quæ Renatus Chopinus vir perquàm eruditus & diligens scripsit, lib.3. priuil. Rust. sed & consuetudines quædam expresè cauendum putauêre de eo, vt Turon. Art.233. & aliæ quædam. Compertum homines rusticos præsertim nostrates, cùm liberos non habent, ac vero etiã sæpè liberorum fraude effusè sua in Ecclesias, & tales causas conferre. Fecit hoc superior ætas crebriùs, nũc
C pietas refrixit. Quibus in bonis tria aut quatuor iugera soli fuêre, inter extrema placita, tota in celebrationem missarum reliquerunt. Ipsi quoque hæredes religione moti inofficiosi arguere testamenta, aut donationes non sunt ausi. Nunc crebriùs de eo inquiritur. Scribit Iustinianus alicubi rerum Ecclesiæ donatarum optimum esse modum immensitatem: fuit æterna illorum temporum eius ordinis illa religio & probitas, quæ bona sic haberet, vt aliis potius quàm sibi habere videretur. Nunc non tantum expedit fortasse, sed meliora speranda sunt. Cæterùm vt maximè pietas hac in re colenda sit, sic tamen coli debet, ne altera è diuerso
D pietas offendi possit: Nec enim minor pietas debetur liberis, quàm Ecclesiæ. Nota est, & etiam Accursius legerat Augustini epistolam ad Editium, qui non putat hac quidem in re Ecclesias anteferendas, & illud celebrè Apostoli, Qui suis non prouidet infideli est, & infideli deterior, & astorgiam inter vitia alibi ponit, hoc est defectum charitatis aduersus sanguinem suum. Et hunc locum locupletat. Tiraquell. l. si vnquam. verb. libertus, numer.90. C de reuoc. donat. Causam enim filiorum, addo ego & propinquorum quoque, qui succedere debent ex lege anteferunt Ec-
E clesiæ, quod de filiis Decius putat. l. licet. C. de pact. l. generaliter col. 4. C. de instit. & substit. & consf. 99. Corn. consil.31. lib.1. Ias. consil.212. lib. 2. & 141. lib.4. qui etsi in liberis loquantur, tamen eadem ratio est nostro quidem iure, de consanguineis sequentibus in gradu, quos lex ex necessitate sic substituit liberis, vt fraude talium nihil donatori liceat de bonis suis, sine fraude nil amplius tertia liceat. Itaque quod lex induxit, & debitum fecit, non est in potestate cuiusque eripere, & alteri conferre cui non debetur: est enim & illa quoque pia causa legi obsequi, cùm præsertim hæ- 31
res eget. Quare nullam pietatis causam sic anteferen-
F dam alteri pietati puto, vt amplius ea quota liceat elargiri prætextu cuiusquam piæ causæ, quam lex satis esse putauit, & de reliquo suum iudicium esse voluit. Quod & in specie probarunt Anch. consil.25. Panor. consil.63. Ioan. Faber. §.1. Institut. de hæredib. ab intestat. & Socin. consf.48. vol.1. Denique talia omnia relicta vltra modum à Consuetudine præfixum, inofficiosa putanda sunt, etsi etiam fraude hæredis facta sunt rejicienda in totum, hoc est huic dispositioni subjicienda: legitima enim heredum qui iure isto succedunt, sunt duo trientes, quos ne in vita quicuiquam

cuiquam ſupergredi licet. Nam legitimam legalem A ſtatuto augeri nil vetat, quod Socin. illo conſilio diſſerit, quæ cum lege eſt conſtituta, in cæteris hæredibus tam minuit legata & donationes, quàm legitima liberorum, quod Bar. ait, l. Papinianus. §. Imperator. D. de inoff. teſt. gloſ. l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſc. & cler. Certè reſciſſam & ſententia & areſto donationem meminimus, ad tertiam, quæ teſtamento ad pias cauſas facta eſſet anno 1576. 15. Octob. *entre les heritiers de Galais, & les parroißiens de Touſſains de Rennes.*

31 Supereſt hoc quidem in ſubiecto tertiæ, vt inquiramus, an ea deducto ære alieno intelligi debeat, cùm B hîc non addiderit *à la charge de payer les debtes*, vt Articulo ſequenti. Ac de ære alieno perſonali, id eſt, debitis mobilibus non eſt longa diſputatio: quia id ad hæredes pertinet eóſque bonorum mobilium, nec res ſoli reſpicit, quamdiu mobilia ſoluenda ſunt. Sed de oneribus, quæ res ſoli ſpectant, alia dubitatio, veluti reditus perpetui impoſiti, partagia vt loquuntur, res vendicatæ, res in lite, ſed de his Articulo sequ. dicemus. Nunc id tantùm poſt diſputationes Doctorum dicimus, quod vſus & melior ratio induxit, in execu- C tione talium donationum ſeponi, deduci, diſtrahíque omnia realia onera de toto patrimonio donatoris ſolere, quo demum purgato, de eo quod ſupereſt tertia deciditur donatario libera, ſic fit vt hæres & donatarius onera pro rata emolumenti ſentiant, & iſta quidem, cùm donatio fit ſub nomine quotæ. Nam ſi ſpecies donata eſt, ea à donatore integra præſtanda eſt, cùm donata ſit talis, ſed eo mortuo petente hærede æſtimatio ſpeciei ad tertiam redigenda erit purgatis oneribus, alioqui in effectu plus tertia donatum reperiretur, quòd nullo caſu ferendum eſt. Sed actio de exceſſu viuenti donatori non competit, ſed compe- D tit hæredi: Ex quo conſequens eſt non recipi eam ſententiam, quam tamen Areſto Pariſienſi comprobatam Molinæus annotatione quadam ad Conſuet. Pictauenſ. ſcribit Articulo 203. qua propoſita mobilium donatione, & tertiæ bonorum, & acquæſtuum donatarius non ſolum debita perſonalia luere ſuper bonis donatis iudicatus eſt, ſed etiam liberare à reditibus conſtitutis, quæ inter onera realia reponuntur, veluti duæ tertiæ ad hæredem liberæ venire debeant, quod ipſum etſi verum eſt, tamen talia onera ipſo iure hæreditatem minuunt, & de vniuerſis bonis deducenda E ſunt.

32 Quid igitur dicimus. Cũ de tertia dixerimus auferenda onera, ſi vt ea ſi quæ ſunt minorem faciat tertiam donatarij. Cùm item vſumfructum poſuerimus inter onera immobilia, proponitur aliquis donaſſe tertiam bonorum, deinde duas partes reliquas, vel partem aliquam oneraſſe vſufructu, an valebit vſusfructus cõſtitutio. Et planè ex antedictis infertur neceſſariò non valituram. Nam cùm omnem donandi potentiam titulo quidem lucratiuo, Conſuetudo reſtrinxerit intra tertiam bonorum immobilium, & vſumfructum inter immobilia poſuerimus, relinquitur poſt donatam F tertiam, conſtitutionem vſusfructus eſſe in exceſſu. Nam extremum potentiæ donandi conſumitur in puncto tertiæ, quod amplius eſt, à malo eſt & in impotentia. l. ſancimus. C. de donat. & hoc ipſo text. Accedit, quòd ſi ponimus liberos ſuccedere, quod ſupereſt vltra tertiam, id eſt duæ partes ſunt in eorum legitima, de qua omnis diſpoſitio ablata eſt donatori, per titulos quidem lucratiuos. Id idem verum eſt in aliis hæredibus, qui ex neceſſitate, & Conſuetudinis diſpoſitione ſuccedunt. Sed certa eſt ſententia, liberos aut alios quibus lege vlla legitima debetur, nullo modo poſſe grauari in ea, ſiue onere, ſiue appoſitione conditionis loci, aut temporis grauantis, aut alia vlla, quia ea ex debito defertur, quod ad titulos quidem lucratiuos. Nam vt iure illo legitima ſic debetur, vt nullo titulo imminui poſſit, ſic noſtro ne per titulos lucratiuos vllo modo grauari, tex. §. prohibemus. auth. de trient. & ſemiſſ. col. 3. l. Papinianus. §. 4. D. de inoff. teſt. l. quoniam in prioribus eod. tit. & Alex. conſ. 29. lib. 4. quod & in legitimis aliorum hæredum ſenſit gloſſa. l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſc. & cler. Bart. d. l. Papinianus. §. Imperator. Molinæus. §. vni. num. 24. gloſſ. 3. in feud. Quare præcisè negandum eſt, poſt donationem tertiæ partis bonorum hæredem poſſe grauari vſufructu, aut alio onere titulo quidem lucratiuo, alioqui plus tertia donatur.

Vnde ſicut in immenſum ſemper creſcit materia inquirendi, & facti ſpecies occurrunt infinitæ. Dubitari incidit, an qui futuræ vxori, extraneóve cuiquam tertiam bonorum donauiſſet, id eſt, id totum quod de bonis ſuis poteſt donare aut concedere titulo lucratiuo, atque ideo reliquas partes non poſſet grauare vſufructu; An (inquam) ſi vxorem duxiſſet eam cui donauerat, ex doario conſequi poſſet, quod nos hoc loco pro vſufructu ponimus. Mouet dubitationem tertia donata, & potentia donandi aut grauandi reliquas partes, in totum excluſa per titulos lucratiuos, ex quo ante reſoluimus vſumfructum inutiliter conſtitui. Quòd ſi obiicitur doarium non à conuentione tribui ſed à lege, eſt quod reſpondeatur id quidem verum eſſe, ſed tamen à lege tribui in conſequentiam actus voluntarij, id eſt, matrimonij ideóque non aliam eius cauſam eſſe quàm voluntariè conſtituti. Hîc querendum, an doarium ex cauſa onerosa, aut lucratiua veniat ad mulierem. Nam ſi lucratiua eſt, inciditur in ea, quæ ante diximus, de impotentia donandi: ſin cauſa eſt onerosa, nemo prohibetur ex cauſa onerosa alienare, etiam donata tertia parte bonorũ, ſi modo nulla participatio fraudis arguatur, quod ante demonſtrauimus. An autem eiuſmodi ſit doarium diſſeruimus. Art. 429. & diximus videri titulum onerosum. Nam cùm ob cauſam matrimonij & deflorati pudoris recompenſationem tribuatur, neceſſe eſt ob cauſam dici, & conſequenter inter onerosos contractus poni, quod fuſiùs diximus in gloſ. verbi *donner*. Quare cùm ponamus hanc Conſuetudinis diſpoſitionem eſſe à cauſa onerosa, conſequetur eam non prohiberi doarium petere, quæ donationem tertiæ ſit conſequuta. Sed valdè animaduertendum, quod dicimus donata tertia parte bonorum ſub nomine quotæ, donatarium etiamſi prior in titulo ſit, tamen in oneribus realibus deducendis, tertiam doarij partem agnoſcere, & inter onera deducere debere, quia vt cùm ante diximus, quota bonorum attendatur mortis donatoris tempore, & ad id vſque tempus incrementum & decrementum recipiat, euenit vt doarium conſtitutum inter onera reperiatur, & ideò donatarius pro rata deducendo & ſuſcipiendo in ſe tertiam onerum partem, doarij quoque onus ſuſtinere pro rata debeat. Quod diligenter annotandum eſt, propterea quod quis facilè contrà cenſeret aduertendo ad datam donationis, quæ prius facta in facto præſuppõnitur. Sed data eius reſpici non debet, ſed tempus mortis, quod fit in donationib. quotæ, quo tempore doarium inter onera reperitur, & deducendum eſt de donatione.

Hodie vnum aut alterum tantum art. 206. N. 6.

GLOSSA. 6.

1 *An bona alibi sita quàm in Britannia, veniant in hanc tertiam.*
2 *In rebus soli, spectandus est locus ad omnes dispositiones.*
3 *In mobilibus spectandus locus domicilij.*
4 *Idem in statu personarum.*
5 *Statutorum realium & personalium differentia.*
6 *Tum & mixtorum.*
7 *Personalium exempla varia.*
8 *Realium consideratio, & descriptio.*
9 *Bona ex situ pluribus territorijs subijciuntur.*
10 *Vna persona fungēs vice duorum, pro duobus habetur.*
11 *Potestas extra fines territorij sui priuata est.*
12 *Persona situm non habet.*
13 *Persona affici non dicitur, nisi cùm vniuersaliter afficitur.*
14 *Particulares afficientiæ non sunt in consideratione.*
15 *Statutum de communione conquæstuum, an reale sit.*
16 *Realium & personalium consideratio, & differentia latè.*
17 *Occidens exclusus ab successione, territorio tantum excluditur.*
18 *Filia exclusa territorio tantum suo excluditur.*
19 *Tutor non datur, nisi subiectus.*
20 *Decretum interponitur à Iudice rerum, aut personarum.*
21 *In collecta imponenda bona alibi sita non veniunt.*
22 *Legitimatio est actus personalis.*
23 *Statuta personalia, rerum mixtura fiunt realia.*
24 *Si bona in diuersis regnis sunt, quomodo succedatur.*
25 *Verborum structura non facit statutum personale, aut reale.*
26 *Filia statuto excluditur loco dumtaxat statuti.*
27 *Exclusio ex contractu vbicumque excludit.*
28 *Simplex conuentio excludit dumtaxat à loco.*
29 *Statutum de non legando inter coniuges reale est.*
30 *Mobilia legibus domicilij iudicantur.*
31 *Quid verba valeant de conquæstibus factis, & faciendis.*
32 *De conquæstibus vbicumque factis.*
33 *Illustris controuersia de bonis Cancellarij* du Gannay.
34 *Statuto non inest conuentio, sed simplex assensus.*
35 *Clausula* (selon les vs & coustumes) *quid valeat.*
36 *Nihil præter relatum.*
37 *Filia exclusa conuentione vndecumque excluditur.*
38 *Conuentio determinatur à loco.*
39 *Statutum excludit à territorio suo tantum.*
40 *Arresta de his lucrandis.*
41 *Effectus statuti de conquestibus coniugum.*
42 *De bonis alibi sitis, an veniant in tertiam.*
43 *Patrimonium alterius prouinciæ non est in consideratione.*
44 *Duo patrimonia ex locorum situ.*
45 *Acceptatio donationis in vna prouincia, non excludit doario in alia.*
46 *In lucro coniugum, quod statutum spectandum sit.*
47 *Habilitas personarum iudicatur à loco domicilij.*
48 *Maioritas iudicatur à domicilio.*
49 *Domicilium quod fuit tempore contractus inspicitur.*

1 Ergo Consuetudo permittit donationis titulo, tertiam bonorum omnium in extraneum conferre, non hæredem. Quærimus igitur valdè conuenienter, an in ineunda hac bonorum quota, bona quoque ea quæ extra fines Britāniæ donator habuit, sub diuersis prouinciis & statutis, in computationem veniant bonorum, ita vt donatarius habeat tertiam de toto donatoris patrimonio, vbicumque locorum situm sit. Ea quæstio digna est inquisitione, eoque magis quod paucissimi hactenus videntur id argumentum commodè tractasse, quantum quidem ad consuetudinarij iuris & Romani consensionem, aut discrimen attinet: etsi quidem scholastici scriptores suum illud Romanum priuatim copiosè & redūdanter, sed & dissidiosè vexasse videntur magis quàm explicasse, sine tam vario disceptationum, sententiarum, casuum, vt nemo talibus se Mæandris possit explicare, nemo consensum elicere inter opinationum cautes, dum suum quisque sensum, distinctiones, & auctoritates diuersorum diuersas ingerit, & anfractuosis ambiuiis planum labefactant, vnde fit, vt incerti magistri incertiores lectores dimittant. Huius commentationis locum vulgò. l. 1. C. de sum. Trinit. occupat. Sed ea recudere valde esset operosum, & pugnantes componere, aut comparare impossibile. quare omissis omnibus omnium opinationibus, nisi si quæ cùm vsu congruūt receptissima tribunalibus & foro trademus.

2 Cum de rebus soli, id est immobilibus agitur, *qu'ils appellent d'heritage*, & diuersa diuersarum possessionum loca & situs proponuntur, in acquirendis, transferendis, aut asserendis dominiis, & in controuersia est quo iure regantur, certissima vsu obseruatio est id ius de pluribus spectari quod loci est, & suas cuique loco leges, statuta, & Consuetudines seruandas, & qui cuique mores de rebus, territorio, & potestatis finibus

A sint recepti, sic vt de talibus nulla cuiusquam potestas sit præter territorij legem. Sic in contractibus, sic in testamentis, sic in commerciis omnibus, & locis conueniendi constitutum: ne contra situs legem in immobilibus quidquam decerni possit priuato consensu, & par est sic iudicari. Nam cùm olim varij populi Principes, Reges, dynastæ, gentes aliæ sua siti iura constituerint, quæ nunc nullo modo salua imp. moueri possint rebus quantumlibet ad vnum deductis, necesse est, manere ea iura de rebus quæ pridem obtinuêre, & constitura sunt. Atque hæc de rebus soli. Sed alia ratio est de personarum iure, in quo & mobilia continentur, quia talia non alio iure habentur

B quàm persona ipsa, & ideo legem ab domicilij loco capiūt. Quare cùm de personæ iure, aut habilitate quæritur ad actus ciuiles, in vniuersum ea Iudicis eius potestas est qui domicilio iudicat, id est, cui persona subiicitur, qui sic de eo statuere potest vt quod edixerit, iudicarit, ordinarit de personarum iure, vbicumque obtineat, quocumque se persona contulerit, propter afficientiam personæ, sic enim loquamur. Ex quo multum interesse quidam putant, an dispositio statuti cuiusque concipiatur in personam, aut in rem ad tribuendam iuris dicendi potestatem de rebus, aut personis, illi vel illi territorio aut potestati, quæ differētia

C re vera non rarò auctoritatem habet à iure, & extant exempla. l. si seruum. §. 1. D. de acquirend. hæred. l. aut qui aliter. §. vltim. D. quod vi aut clam. vt in testamentis l. pater filio. D. de seruit. legat. in stipulationibus. l. si sic stipulatus. §. de verb. oblig. in pactis. l. contra. §. si filius. D. de pact. l. qui in futurum. §. 1. l. iuris gentiū. D. pactorum. D. de pact. in immunitatibus cōcedendis. l. ætatem. §. vlt. l. forma. §. quamquam. D. de cēsib. & quos alios Ancharan. colligit cons. 327. etsi ea distinctio nec semper nec vbique eosdem effectus habet.

bet. Sed enim cùm posita tali distinctione scholastici scriptores, notato discrimine ad rem veniunt, & quærendum est in casibus καθ' ἕκαστα, vt Aristoteles loquitur, an hic vel ille casus in rem vel in personam conceptus dici debeat, tũ verò & frequenter & perabsurdè falli eos contingit in diiudicatione particularium specierum, cùm personę sæpe tribuunt, quod fine & consideratione rei est constitutum, cùm scilicet materia potius quàm agens in controuersia, & subiecto versatur. Ex quo errore necesse est accidere, vt à falsis principiis decidant in falsissima consequentia. Sed & in ea distinctione, tertium quod erat adiiciendũ membrum, omiserunt valdè illud etiam necessarium de his dispositionibus, quæ in rem quidem conceptæ reperiuntur, sed tamen rerum in his consideratio præcipua est, qui casus mixtus est de personis & rebus, & eum in hoc ipso subiecto Franciscus Aretinus attigit, l. iustè possidet. D. de acquirend. possess. & Panorm.
6 obiter. c. postulasti. ext. de for. compet. non aliter quàm in munerum diuisione, in qua realia, personalia, & mixta ponuntur, & in actionibus item quæ tales etiam describuntur. Cuiusmodi casus cùm incidunt, & de dominiis transferendis agitur, posterior est personarum consideratio, & statuta locorum de rebus peruincunt.

7 Exemplis res fiet illustrior personalium statutorum, cùm scilicet principaliter de personarum iure, conditione, & qualitate statuitur, abstractè ab omni materia reali, veluti vt maior ætate & rerum suarum compos dici & haberi debeat, qui vigesimum ætatis annum excesserit, quale est hoc nostrum, Art. 457. aut qui vigesimum quintum vt Parisiis. *Hodie 25. an.*

Aut cùm nuptæ interdicitur omni contrahendi, aut obligandi sui potestate, & contra facti nullitas indicitur, Art 524.

Aut cùm hi qui alienæ potestati subsint; negantur posse obligari, Art. 507. & 214.

Aut cùm de liberis statuitur, vt in potestate patrum sint. Art. 498.

Aut cùm prodigo bonorum administratio interdicitur, Art. 491.

8 Realia sunt, vt quæ de modo diuidendarum hæreditatum constituuntur, in capita, in stirpes, aut talia, tametsi interdum incidit quęrere de personarum conditionibus, sint ne nobiles aut ignobiles, quo mixta videri possunt.

Idem de modo rerum donandarum, & quota donationum, quod hîc titulus perpetuò agit.

Item illud ne in testamento legari possit viro ab vxore, quod quidem de immobilibus constituit & rebus soli, etsi mixtam habeat de personis considerationem, quando impotentia agentis applicatur rei soli: Nam si de mobilibus solum quæreretur, posset videri in totum esse personale.

Item illud ne constante matrimonio coniuges res soli donare possint.

Mixtorum exempla ponuntur cùm mutatione personæ contingit familiæ herciscũdæ iudicium mutari, veluti cùm res soli immobiles ad æqualem sortem rediguntur, ex eo quia hæredes sunt pagani, cum alioqui rerum alia & diuersa sit conditio in bonis nobilibus, & feudis. Hic enim personarum conditio diuidendi iudicium mutat. Nam pagani nobilia ex æquo diuidunt, nobiles paganica in capita.

Denique vt personalia sint purè de personarum statu agi oportet, citra rerum immobilium mixturam, & abstractè ab omni materia reali. Nam si ita statuas, minor est, quod intra viginti annos natus est, personale est, si ita minor ne immobile alienet, quod in-

A tra statuti territorium sit, mixtum fit de re & persona.

Quæ realia aut mixta sunt, haud dubiè locorum & rerum situm sic spectant, vt aliis legibus quàm territorij iudicari non possint, terminos quidem legislatoris populi non excedunt, sed nec vicissim excedũtur ipsa, & vt infinita sit commerciorum libertas iure Romano, contractibus, testamentis, negotiationibus, tamen ea sic infringitur, vt moribus & legibus locorum cedat. Hæc sententia, l. 1. l. pupillo. D. de tutor. & cur. dat. l. Titium. §. tutor. de admin. tut. l. constitutio. D. ad Municip. l. certa forma. C. de iur. fisc. lib. 10. l. cùm vnus. §. is. qui. D. de bon. auth. iud. poss. clem. pastoralis de re iud. c. per venerabilem. ext. qui fil. sint legit. l. si quis duas. D. communia præd. l. extra territorium. D. de iurisd. omn. iud. Finitæ enim potestatis finita est virtus, l. duumvirum. C. de decur. lib. 10. Ex quo consequitur, vt si plura eiusdem hominis prædia sint, & diuersis territoriis sita, diuerso etiam iure, legibus & conditionibus regantur, capiantur, transferantur, acquirãtur, non aliter, quàm si plura plurium essent patrimonia, quia quoties vnum & idem diuerso iure regitur, pro pluribus habetur, & vnus idemque homo
C diuersos magistratus gerens, aut officiis fungens pro 10
diuersis habetur, & alius à seipso etsi vnus & idé corpore. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. D. de inof. test. l. patris & filij. D. de vulg. & pupil. Bald. not. l. si arrogator. vers. ad prædicta. D. de adoptio. cùm id respõsum vnius & eiusdem hominis plures hæredes substitutos, & diuersorum patrum vnum filium, vnius hominis plura testamenta admittit, & vnius hominis diuersa fingit patrimonia, vt Bald. ait, & Corn. consf. 85. li. 3. Euerard. in locis, loco. 79. & l. similes. & l. eum qui certarũ. D. de test. militis. l. procuratorem. §. sed si duas D. de tribut. actio. & alibi diximus. Est igitur situs rerũ
D spectandus, & iure quærendo & legibus diiudicandi. l. cùm hæred. §. 1. D. de acq. poss. l. indictiones. C. de anno. & tribut. l. 10. l. censu. C. sine cés. vel. reliq. l. forma. §. vero. D. de cens. l. non solum. §. testament. D. de 11
excus. tutor. l. etiã. D. de test. Omnis enim potestas extra fines potestatis attributæ aut propriæ, priuata est persona, & finitę potestatis finita iurisdictio & cognitio, ideo & statuta extra territoria sua sine vsu sunt, cùm extra ea terreri nemo possit, quæ territorij diffinitio est. Iure itaque Imperator (cũctis populis) addidit (quos clementiæ nostræ regit imperiũ) etsi ibi præ-
E ter rem de eo relatiuo multa comminiscuntur scholæ scriptores. Sed quæ statuta in personam concipiuntur, alio iure habentur. Nam cùm personæ nullis agrorum 12
finibus aut vrbium mœnibus sic clauduntur, vt excedere non liceat, indita libertate infinita sedium mutãdarum, in supplicio est aliter effici, aut situm habere, nisi quandiu lubet domicilio locum capere, quod cùm quis facit excessu loci, legibus non liberatur, ni- 13
si domicilium mutet: vnde euenit, vt affecta quocumque modo persona domicilij lege aut iure, ea perpetuò sic teneatur, ne vlla mutatione loci sese possit exuere. Quare legibus domicilij infamatũ, quocumque locorum infamia sequitur, & interdictum, interdictio. l. ex
F ea, vbi glossa. D. de postul. l. relegatorum. §. interdicere. D. de interd. & relegat. Doct. c. postulasti. ext. de for. comp. l is cui bonis. D. de verb. obl. l. propter lites. §. licet. D. de excus. tut. l. si fideicõmissũ. §. tractatũ. D. de iudic. l. argentariũ. §. vlt. D. de re iud. l. magis puto. §. illud queritur. D. de rebus eorũ, l. cum vnus. §. is qui. D. de bon. auth. iud. possid. l. à diuo Pio. §. 1. D. de iud. c. Romana. §. contrahentes. de re iud. in vj. Anchar. c. accessorium, vers. cõtrariũ. Cyn. de reg. iur. in vj. Alex. 14
consf. 41. lib. 5. Sed nos præter vulgares scholasticorum

hominum ſentẽtias, perſonam aliter affici ſtatuto negamus, quàm cùm de vniuerſali perſonæ ſtatu diſponit, & alium à priori inducit, aut alterat: veluti in interdictis, notatis, excommunicatis, & prodigis accidit, non item ſi particulari aliqua de cauſa potentia agẽdi impediatur circumſcriptiuè ad aliquem actum, quod Panormitanus obiter attigit. c.poſtulaſti. ext.de for. compet. num.xj. Talis enim, vt ſic dicamus, afficientia ad actum particularem arctata, non agit in vniuerſum ſtatum perſonę, nec alibi quàm in loco afficiẽte, loco circumſcripto; cuius dicti exempla poſtea addemus, & monſtrabimus hactenus perperã eſſe hæc aliter in ſcholis tradita, quæ ab his quæ καθ' ἕκαστα, malè ſolent ad τὰ καθόλου concludere vitioſo genere argumentandi, nec diſtingunt particulares afficientias ab vniuerſalibus, quæ ſtatum mutant, quarum ipſarum ſupra exempla poſuimus: Ex quo contingit, Doctores decipi in deſcriptione ſtatutorum realium, aut perſonalium. Sed addam eam quæ propemodum verum attigit, quam Henricus Boich prouincialis olim noſter, ſed idem præſtanti ingenio & eruditione tradidit, c. cùm veniſſent, ex. de eo qui mitt. in poſſeſ. rei ſeruand. Conſuetudinem (inquit) perſonalem voco, quæ reſpicit perſonas, & per quam ius naſcitur ex contractu, addo ego & ſi ex ſtatuti diſpoſitione & poteſtate obligatio nectitur in perſonam, neque enim ſemper à cõtractu, ſed ſæpè ex facto inducitur ab ſtatuto. Conſuetudo realis eſt, quæ reſpicit certum territorium, ſeu res certi territorij & quæ eſt inhærens & affixa territorio vt de rebus ipſis. Deinde exemplum adjicit de ſtatuto Pariſienſi de communicandis inter coniuges conquæſtibus, de qua ipſa nos inferiùs ſigillatim. Vulgò putant cùm ſtatuti diſpoſitio incipit à perſona, perſonale eſſe, cùm à re reale, quo nihil poteſt dici futilius. Nam quid intereſt, an ſtatutum dicat primogenitus capiat duas partes hæreditatis, aut, partes hæreditatis veniant ad primogenitum, nec quidquam infantius dici potuit à viris prudentibus, nec proinde omnium eſt iſta ſententia. Nam quis hîc non videt de rebus agi, de familia herciſcunda, & diuidẽda hæreditate, cùm de iure perſonę ſæpe nulla ſit quæſtio. Qui donationibus modum, & legatis immobilium quotam figunt, non benè dicuntur de perſonis ſtatuere, eſt enim planè quæſtio de rebus, quod hinc apparet, quod nulla talis Conſuetudo vltra territorij ſui fines obtinet, & alibi aliud licet, finis prohibendarum donationum coniugalium habet perſonales quaſdam conſiderationes, quod lege prima & 2. D. de donat. int. vir. & vxor. indicant, & quia diuerſi generis donationibus non eædem leges poſitæ ſunt, ſed Conſuetudinariæ cauſæ de prohibendis his ſumuntur potius à rebus, gentili pecunia, ſucceſſione & propagatione familiarum, quæ reales potius ſunt, non vt illæ iuris Romani à perſonis
15 ſumptæ. Eadem conſideratio de conquæſtibus, eadem de legatis immobilium. Quare nec mobilium ius
16 idem, vt quæ perſonam ſequantur: Et hæc planè diſcrimen oſtendunt, quod perſonalia nullo territorio finantur, realia territoriis omnibus. Hæc cùm ita ſint, non eſt quod quiſquam dubitet perſonaliane ſint an realia ſtatuta, aut quidquam referre vnde orationem incipias à re vel à perſona, à nomine aut verbo, ſi de rebus agitur, & res ſoli in diſpoſitione vertitur. Pudeat pueros talia aut ſentire aut docere, nec viros ſapientes oportet ludere ſophiſtica aut præſtigiis verborum. Perſonale denique illud cenſendum eſt, quod perſonæ legem ponit, citra adiectionem aut ſubiectum reale, veluti ætatis, interdictionis, legitimationis, excommunicationis, infamationis. d. l. ex ea gloſſa, cap. quiſquis. 4. quæſt. 5. Alex. d. conſ. 41. lib. 5. Rom.

A conſ. 39. Bart. l. ſi duo. D. de adminiſt. tutor. Bartolus. l. ex caſtenſi. D. de caſt. pecul. Sed enim grandis paralogiſmus admittimur, cùm à cauſis inhabilitantibus ad aliquem actum ſpecialem, ſuper ſubiecto reali ſtatum perſonæ affici colligunt, veluti ſint hæ cauſæ perſonales, quæ rerum potius ſunt. Itaque cùm ſic ſtatuitur, non poteſt maritus quidquam donare vel legare teſtamento vxori, aut donare conquæſtus conſtante matrimonio, ineptè Bartolus putat hoc ſtatutum eſſe perſonale, ita vt inde concludat tale ſtatutum valiturũ extra territorium, quæ eſt conditio perſonalium ſtatutorum, & id quod de perſonæ facto miſcetur incon-
B ſequenter colligit perſonam afficere, cùm diſpoſitio prohibitiua res potius reſpiciat, & hæredum æternam ſucceſſionem in immobilibus quidem, quàm perſonas, & ad actum particularem circumſcriptiuè & limitatè & quo ad id quid, à quo non rectè afficientia vniuerſalis ſtatus perſonæ colligitur: vnde impoſſibile eſt talis ſtatuti vim extra territorium porrigi. Hanc rationem attigit non pertigit Bart. l. cunctos populos. q. vj. C. de ſum. Trinit. vbi ſcribit, quoties ſtatutum non ſimpliciter inhabilitat ad actum, ſed certæ ſolemnitatis reſpectu quam adiungi vult actui, toties eius
C diſpoſitionem non porrigi vltra territorium ſtatuentis, quòd ex eo Aretinus repetit conſ. 54. & conſ. 73. ſic etiam ego contendo cùm ſtatutum non ſimpliciter inhabilitat, ſed ratione fundi, aut iuris realis alterum reſpicientis extra perſonas contrahentes, toties hanc inhabilitatem non egredi locum ſtatuti. Quod verũ eſt, etiam ſi in caſu particulari iſtiuſmodi contradicendo
rumpatur Molinæus conſ. 39. cuius rationibus poſte- 17
rius reſpondebimus. Exempla poni poſſunt in eo qui
alium interfecit, & ſtatuto loci excluditur à ſucceſſio- 18
ne. Negant enim à bonis in alio territorio ſitis excludi. Bened. cap. conſ. 42. itidem & in filia ſtatuto excluſa à bonis dotantis, quam negant excluſam iri ab bo-
D nis in alio territorio ſitis. Hæc duo ſtatuta etſi perſonalia videri poſſunt, tamen quia ſtatum perſonæ non afficiunt vniuerſaliter, alibi non agunt, nec perſonalia putantur. Itidem ſi ſtatutum diſponat patrem pro delicto filij teneri, vt hoc noſtrum, Art. 611. id extra has metas & Britanniæ fines locum non habebit, intelligitur enim de delicto commiſſo intra territorium, de quo Aret. conſ. 92. Quod aliter haberet ſi perſonale
eſſet, nam vbique ageret. Quod ipſum in mixtis mul- 19
tomagis obtinet, cùm ſententia de rebus ſoli lata eſt,
E iudex rerum adeundus eſt. l. cum vnus. §. ſi is qui. D. de bon. auth. iud. poſſ. & quos nos Art. 17. ſi tutor dandus eſt pupillo non alius quàm ſubiectus dari poteſt, nec rerum mentio facienda eſt cùm detur perſonæ, quia perſonæ datus vbique locorum adminiſtrat. l. iuriſperitos. §. cùm oriundus & l. illud. D. de excuſ. tut.
Rom. conſ. 39. Corn. conſ. 202. lib. 2. Tiraq. in primog. 20
q. 46. num. 20. ſi in rebus pupilli diſtrahendis interponendum eſt decretum, Iudex domicilij de cauſis decreti cognoſcet, de re alterius territorij in ſpecie alienanda non iudicabit, quæ pugna eſt ſentẽtiarum quas magiſtri ægrè conciliant, cùm alibi ab altero, alibi ab
F vtroque interponendum putant, re vera à Iudice ſitus; ſi de ſpecie agitur interponi debet, ſi in genere de rebus alienandis ex cauſis iuris, à Iudice domicilij l. magis puto §. quæritur. D. de reb. cor. Alexand. conſil. 128. li. 1. Anchar. reg. acceſſorium. & quos Tiraq. in retr. conuent.

Nihil perſonalius, (ſic enim dicamus) poteſt dici actu legitimationis, ſed ſi res ſoli, aut ſuccedendi iura miſcueris, nullus Princeps legitimat perſonam ad ſuccedendum in bona alterius territorij, quæ diſceptatio eſt. c. per venerabilem. ext. qui fil. ſint legit. quia

hic

hic actus etsi personalis sit; tamen miscetur & habet subiectum de rebus.

21 Quoties collecta personis pro rebus imponitur, Nullius principis tanta potestas est, vt alterius territorij res in computationẽ vocare possit, de quo Corn. Cons.202. Socin. Cons.288. lib.2. & probat ratio Clem.

22 pastoralis. ext. de re iud. Ex quibus intelligi potest, statuta quantumlibet concepta in personam rerum mixtura euadere in realia, & legem capere à statutis situs, & malè vulgò in his poni afficientiam personæ, quæ si vera esset, vbique locorum ageret, & vim suam exerceret: quod perquam falsum esse crebra experimenta ostendunt.

23 His positis de discrimine statutorum realium, personalium, mixtorum, iam inde difficile non fuerit à talibus assumptis plurimas singulares dubitationes de speciebus constituere, quæ in has propositiones incidunt, in quibus expendendis, magno plerumque in

24 errore scholastici scriptores versantur, & miserè implicantur distinctionibus proinde falsis. Pridem agitata quæstio auctore primùm Iacobo Rauennate, de Anglo qui bona habebat in Anglia, dicere etiam licebat in hac Britannia, alia item Florentiæ, in Carnutibus licet ponas, vbi ex æquo succeditur, cum in Britannia ex besse & triente. De hac controuersia nunc ne pueri quidem dubitant, sua cuiusque territorij lege capi, est enim merè reale statutum, ideóque legibus situs iudicandum, veluti si essent duo patrimonia, & eidem homini diuerso iure succederetur. Ex quo fit vt alibi auus, alibi patet, alibi agnati vni succedant. Explodenda Bartoli sententia, quam tamen Martinus Laud. sequitur, qui conuersione orationis aliud atque aliud de statuti conditione iudicandum putant, & personale de reali faciunt, & è contra eodem in subiecto, vsque adeo facilè fuit hominibus iurisperitis & legum columinibus fucum facere, simplici conuersione verborum, veluti Pausonis equo vt est in prouerbio. Ridere vulgò solent cùm dicitur ius atrum, aut atrum ius diuersa dicere volenti. Nec aliter Bartolo impositum cùm interesse putat, an statutum dicat primogenitus capiat bessem, aut cùm sic, bes capiatur à primogenito. Nec enim à verborum structura talia metienda sunt, sed à subiecto & materia quæ in propositione est. Inuertas, subuertas, euertas orationem, facere non possis quin de diuidenda hæreditate agatur, subiecto haud dubiè reali & soli, de statu personarum non quæritur, etsi interdum qualitates personarum leges diuisionum mutent, sed eodem loco & ab eodem statuto discrimen, & quantumcumque habilitatem ponas in personis succedentibus, tamen nulla inde cõtrouersia si in rebus nihil est, in quo se exercere nuda potentia & habilitas possit, etsi hæreditatem diffiniunt esse ius merum iuris intellectu, sed inaniter si nihil in rebus est. Quare in verbis Bartoli iam olim inanitatem notarant Alex. Cons. 16. vol.1. Francisc. Aret. l. iustè possidet. col. vlt. vers. præterea ista differentia. D. de acq. poss. Bald. l. si arrogator. D. de adop. & Mol. Cons.16. verbalem Bartoli distinctionem vsu repudiatam scribit. Nec persona etsi iure Romano habilis ad succedendum rectè in hæreditate partem petit, si statutum inhabilitat applicationem ad subiectum, si ius Romanum à statuto aut correctum est aut aliter distinctum. Capiet igitur hæres Britannus Britannica prædia Britannicorum iure & statutis, Francica Francorum, Anglica Anglorum iure, Florentina Florentino. Quæ sententia vbique obtinet spreta Bartoli distinctione, & aliis infinitum variantibus in d.l.1. Iacobi Rauẽnatis. Iacobi de Aretio, Cyni. Baldi, Ioan. Fabri, Signoroli. Nam Salyc. mutat,

A Anchar. c. Canonum statuta. q.12. ext. de Constit. Idem Cons.163. Alex. Cons.16. l.1. & Cons.128. eod. lib. & Cons.19. lib. vj. & Cons. 44. lib. v. Socin. Cons. 288. & 292. lib.2. & 128. lib.4. Lappus allegat.92. Castr. Cons. 32. lib.1. Henricus Boich. d. c. cum venissent. ext. de eo qui mittit. Iacob. de sancto Georgio. lib. de feud. vers. Marchio. Ias. Cons. 80. lib. iij. & 163. lib. 2. Campez. tract. de dote part.5. q.69. Specul. tit. de probat. §. quæritur. vers. sed pone quod Flandrensis. Calder. Cons. 17. tit. de Constit. Corn. Cons.115. lib. ij. & Cons. 202. lib. ij. & Cons.162. & 85. lib. iij. Card. Flor. Cons.2. Alber. Bru. tract. de statut. Art.8. num.123. Gozad. Cons.
B 49. Curtius Senior Cons.43. Tiraq. in primig. q. 49. quibus locis de vi statutorum tractant, & quatenus sese extendant ex territorij potestate.

Sed priori de iure capiendarum hæreditatũ ex potestate territoriorum, adiicitur non diuersi iuris quæstio de transuersalibus hereditatibus, quas solidas primogeniti in Britannia capiunt, Andes secundogeniti trientem. Nam ex supradictis eueniet, vt ijdem vnius patrisfamilias liberi, sua quæque lege talia capiant Britanni insolidum, in Andibus primogeniti nõ amplius besse, & ipse quandoque eo iure vtrobique cœpi, ne 25
C iam hinc quisque molestas distinctiones & conflictationes. d. l. cunctos populos, requirat.

Illa quæstio de filia maritata, statuto à paterna hæreditate exclusa, in eandem dubitationem sæpe adducitur, & de eo pleráque extant in Italia statuta. Quæsitum igitur, an sic exclusa ex nostro statuto Art. 225. inf. hoc titulo, à bonis quoque Pictauensibus, vbi diuersa est Consuetudo, exclusa videretur; & scio à quibusdam huc quoque statutorum realium & personalium mentionem illatam, ita vt qui personale esse volebant, vndiquáque excluderẽt eam, quæ in Britannia exclusa esset; in his fuere Francisc. de Rampon. vetus 26
D Iurisconsultus & Calder. Cons.34. tit. de testam. Ias. Cons. 80. lib. iij. Bart. d. l. cunctos populos, sequuti num.33. sed ea sententia perspicuè falsa est, & à falsis assumptis, quod nos ante demonstrauimus, nec enim personale est, etsi esset, vniuersalem statum personę nõ afficit. Quare & Bald. eam reprehendit. d. l. cunctos populos. nu.19. & tenet hoc modo à statuto locali exclusam, non excludi ab alio à bonis ibi sitis, vbi diuersum sit statutum. Sensit idem Alex. d. Cons.16. lib. j. & *art. 200. N. C.* 128. eod. lib. Capra. Cons.42. Corn. Cons.115. lib. ij. & Cons.202. lib.2. Bald. l.2. C. quæ sit longa Cons. Corn. 27
E Cons.85. lib. iij. Ias. latè Cons.163. lib.2. Cõsuluit idem Molin. in casu Cons.55. vi quidem statuti non excludi filiam in alio loco, cùm ipsum reale vere sit, & suo territorio clausum: sed tamen vi renunciationis simplicis in cõtractu matrimonij factæ patri, excludi posse, quia hoc casu exclusio fundatur in contractu & personali conuẽtione, etiamsi renunciatio simpliciter concepta sit, non expresso à quibuscunque bonis. Et sic Arresto iudicatum scribit in causa Ludouici *Doreille*, sed & alia pleráque famigerata colligit testis oculatus, additione ad Alexand. Cons.29. lib. iij. quam sententiam admitto hîc quoque sequendam, si modo renunciatio contineat de bonis vbicumque sitis, & statuta locorum 28
F non repugnent. Nam renunciatio simplex secundum loci mores facta intelligi deberet, id est, de bonis dumtaxat sub ea Consuetudine loci sitis, nec aliter quàm loci Consuetudo inducit, per ea quæ inf. dicemus & Anchar. scribit. d. Cons.163. Quamquam id quoque ægrè adhuc obtinemus, vt filiarum renunciationes obtineant, citra restitutionis auxilium, si minus habere sua legitima portione detegantur, nisi quidem in casu Art.224. sed omnino valere tales conuentiones sinendæ sunt, ne nobis solis displiceat quod

vbique terrarum obtinet, Gallia, Germania, Italia, de quo alibi fusiùs, & d. Art. 224. dicemus.

29 Eadem dispositionum statutariarum, eadem contractuum, eadem testamentariarum ordinationum lex putanda. Cùm hæc Consuetudo prohibet Art. 223. virum vxori, aut contrà testamento relinquere: Dubitatio tenuit, an etiam extra fines Britanniæ ea valeret de rebus alibi sitis, nam de mobilibus statutum domicilij sequimur. Sed hic quoque de scholasticis plerique in sua assumpta relabuntur, & errores confirmant, & statutum personale esse putant, & ideo vbique obtinere per omnia omnium locorum statuta, vt Alex. Cons. 19. l. 6. & vulgo. d. l. cunctos populos. Tale statutum obtinet Antuerpiæ, tale & Parisiis, & alibi frequentibus locis. Contrarium est Louanij, & Euerardus scribit loco 79. Quid igitur si ciuis Louaniensis (ponamus etiam domicilium habere Louanij) legauit vxori testamento tertiam partem bonorum immobilium, vel etiam domum quam habebat Antuerpiæ, hoc est in loco statuti prohibitorij. Euerardus negat valiturum legatum, & planè verum est: Nam quæ potestas est statuti Louaniensis de rebus Antuerpianis diuerso imperio, iure, & finibus, idque prohibente Antuerpiana lege. Nec enim personale dici debet, etsi personaliter de viro & vxore disponat, & possit etiam consideratio talis statuti rationem prohibitionis quadam ex parte elicuisse à qualitate virili & vxoria, sed non ab ea sola, imò multo magis hæredis respectu, sed de rebus soli agitur, de quibus ipsis statutum, cui res subiiciuntur, prohibet ne fiat. Quare quod statutum Francicum de eo permittit domiciliario suo, nos valere non patiemur in Britannia, vbi lex nostra prohibet, de rebus soli præsertim. Talis statuti Antuerpiani meminit Mol. Cons. 31. & sic in prætorio Archiducis Flandriæ, & in Parlamento Diuionensi iudicatum scribit Chass. Rubr. 4. §. 7. Idem statutum Papiæ memorat Curtius Cons. 6.

30 Sed de mobilibus alia censura est, quoniam per omnia ex conditione personarum legem accipiunt, & situm habere negantur, nisi affixa & cohærentia, nec loco contineri dicuntur propter habilitatem motionis & translationis. Quare statutum de bonis mobilibus verè personale est, & loco domicilij iudicium sumit, & quodcunque Iudex domicilij de eo statuit, vbique locum obtinet, quod perspicuè probat Artic. 447. inf. Alexan. d. Cons. 16. Socin. Cons. 36. & Cons. 101. lib. j. etsi Alex. sibi contradicit Cons. 31. lib. j. sed obseruatio indubia, mobilia personam sequi, nec situ iudicari, aut à locis iudicium accipere.

31 Atque ista in vniuersum; sed quia huius loci propria tractatio est de contractibus matrimonialibus, & donationibus, quæ in his aut ineundis, aut constantibus fiunt, & sæpe iuris discrimen à loco situs rerum oriri certum est, de quibus magnos æstus controuersiarum sæpe ardescere experimentis, & vsu compertũ est, nec sunt adhuc ista pro dignitate à quoquam explicata; volumus quidem certè quæ crebra iuris & morum comparatione didicimus ad vsum tradere, & obiter huius generis controuersias crebriores attingere.

Consuetudo Britanniæ donationes de bonis patrimonialibus admittit, vsque ad trientem bonorum, præterquam hæredi præsumpto factas, in matrimonio quidem contrahendo. De conquæstibus constante matrimonio reciprocas & mutuas dumtaxat, & ad vitam superstitis. Lugduni conquæstus communes non sunt, sed sunt eius proprij qui eos facit, Alibi de conquæstibus donatio permittitur dumtaxat, si donator patrimonialia habet.

Hinc tibi dubitationum seges à loco situs eruitur. Pone in Britannia factam esse donationem conquæstuum reciprocam ad viam superstitis (neque enim aliter potest) an in tali donatione, simplici enunciatione conquæstuum (quos facturi sunt) etiam quos Lugduni facient in donationem veniant: & præsupponimus Lugduni quoque talium donationem fieri posse, atque ideo coniugi & hæredibus perpetuam, cuiusmodi clausula in Britannia non admittitur. Hic non dubium contractu conquæstus Lugdunenses donari potuisse, si hoc ponimus coniuges voluisse, dubitatio est, an sub talibus verbis voluisse existimari debeant, sub simplici enũciatione quos facient, sine adiectione verborum cuiuscumque loci, aut specialiter Lugduni etsi voluerint, an aliter voluerint quàm in Britannia, vbi ad vitam dumtaxat superstitis fiunt, vbi donatores præsupponuntur in casu subiecto habere domicilium, cùm Lugduni etiam hæredibus fieri possint.

Secunda dubitatio, An Consuetudo externa quæ admittit omnes conquæstus donari posse, modo donator habeat patrimonialia, satis habeat ad consequendum suum effectum, si donator habeat patrimonialia, sed tamen sub alia Consuetudine, cùm in loco prædictæ Consuetudinis nulla habeat. Prior Consuetudo est in Pictauia, posterior in Britannia, vbi ad conquæstuum donationem nihil exigitur de patrimonialibus.

Tertia, an Consuetudo Andium quæ Doarium & Donationem ex eodem matrimonio non admittit, ex eo possit excludere mulierem viduam à donatione in Andibus, quia doarium in bonis sitis in Britannia cœpit, cùm in Andib. alterum tãtùm, in Britannia vtrunque possit concurrere.

Quarta, an in donatione trientis bonorum, bona vbicumque sita comprehendi debeant, & in computationem veniant ad faciendam tertiam partem bonorum, an verò solùm bona quæ sub Britannica Consuetudine sita sint, spectari debeant.

Quinta, an mutua donatio cõquæstuum valeat facta cõstante matrimonio posito quod in matrimonio cõtrahendo dictum sit, omnes conquæstus partémve eorum alterius tantùm è coniugibus propriam futuram.

Sexta, an valeat donatio reciproca si maritus erat Britannus, vxor alterius Prouinciæ, vbi donatio non admittitur, nisi donator patrimonialia habeat, si donator nulla habet in sua Prouincia, vnde & conquæstus donare nequit cùm in Britannia hactenus donationes admissæ sint de tertia, etiamsi donator patrimonialia non habeat.

Et sunt hæ non rari vsus controuersiæ, quas de scholasticis vmbraculis aut nemo, aut pauci expedierint, & complicatione casuum sese implicuerit magis, nisi vsu & experimentis eruditus è puluere & strepitu fori iudicium aluerit, & per omnes omnium conflictationes duratus confirmauerit. Nec proinde ignaua tractatio est.

Primo casu cùm quæritur, An simplici donatione conquæstuum inter coniuges facta in Britannia, omnes vbique facti conquæstus cõprehendantur, etiamsi qui Lugduni fiant, aut alia regione quæ iure Romano regitur. Item si comprehendi placet indefinita ratione, an alio modo comprehendantur, aut iure diuerso quàm in Britannia, ita vt ad hæredes quoque transeant, controuertitur, nec sine causis.

In hac controuersia Molinæus præstanti vir ingenio & eruditione incomparabili, pridem, id est, anno 1525. consultus, magna iam tum nominis fama nobili inter hæredes Cancellarij *du Gannay* lite, & coniugem eius superstitem multa miscuit, vt causam susceptam,

sed non

sed non meliorem tueretur. Cum donatio à coniugib. A facta esset Parisiis & Parisiorum domiciliariis, sub his verbis *des acquests qu'ils ont fait & feront*, & multos fecisse in confesso erat in Parisiorum agro, atque adeo & Lugdunensi. Sed Parisij non nisi ad vitam superstitis admittunt, Lugdunēses etiam perpetuas, & ad hæredes transitorias. Magna dubitatio, an ex eo quòd coniuges domicilium Parisiis haberent, vbique locorum ea donatio obtinere deberet, veluti esset id statutum personale, an conuentione etiam expressa proposita ampliùs aliquid obtineret, si ita cōuenisset (*en quelque lieu qu'ils soient situez*) & multis exertè pugnat Molin. scripto de ea re Consilio, quod extat num. 53. B & acriter contendit communionem mobilium & cōquæstuum medio vt loquitur, id est, vi Parisiēsis Consuetudinis inductam inter subditos dictæ Consuetudinis, habere effectum & obtinere in bonis extra territorium Parisiense sitis, & acquisitis etiam in patria Iuris scripti, & putat in sano intellectu hoc nullam habere dubitationem. Vtitur demonstratione, Quia (inquit) quod ius à Consuetudine inductum sit, id etiam videantur contrahentes in contrahendo matrimonio tacito & præsumpto consensu, in conuentionem deduxisse, ita vt talis communio aut acquæstuum C acquisitio causam accipiat à vero coniugum cōsensu. Consuetudinem enim inesse contractui, id ex eo probat, quia nisi contrahentibus dispositio Consuetudinaria placuisset, poterāt hi aliter cōuentione statuisse, sic itaque videri consensisse quia non diuersum cōsensissent. Ab hoc deinde concludit parem esse vim taciti eius, quod partes consensisse intelligantur, & expressi, id est, eius quod statutum scripto contineat: Sed horum neutrum circumscribi loco, & vt personalia agere vbicumque. Vtitur rationibus & auctoritatibus meo quidem iudicio alienis ab eo quod intendit, magis dico etiam pugnantibus, aduersarias quidem ille D verbis sic proterit, quomodo aper imbelles canes, credo cogitationibus & ingenij confidentia fretus. Sed ego etsi illud ingenium suspexi semper, eius iudicium hac in controuersia minimè probauerim. Primùm quod Molinæus à simplici Cōsuetudinis dispositione elicit partium conuentionem & pactum, citra vllam conuentionem partium adiectam Consuetudini, rationem non habet. Alia enim vis & ratio, aliud principium & causa obligationis quæ à lege inducitur, alia eius quæ ab facto & conuentione partium proficiscitur. Nec legales obligationes ab lege inductæ cōuen- E tionem partium expectant de eo quod lex constituit, sed ad factum hominis sæpè citra cōsensum per legem inducuntur. Sed quæ eiusmodi sunt non amplius virium habent, quàm quātum à lege accipiunt, lex non ampliùs quàm à legislatore, legislator non plus quàm quātum territorij habet. Vnde fit vt dispositio de realibus à statuto inducta, non amplius excurrat, quàm quantum sese territorij fines protendunt: sed quod conuentione, aut pacto inter contrahentes conuenit, nullis metis includitur, sed personam æternum sequitur quocunque deferatur persona. Sunt igitur ista tam diuersa quàm res differūt à personis. Nec quod à lege F disponitur de rebus, includit vllam personarum obligationem, nec conuentione innititur, nisi quidem & conuentio personalis adiecta sit legali, quod aliquādo potest accidere, nec tamen semper. Cùm Cōsuetudo ex matrimonio communionem acquæstuum & mobilium induxit, ꝗ doarium ad pedis illationem instituit, obligationem nullam conuentionalem quidem intelligimus initam, cùm per se legalis sit sufficiens. Nam & sæpè sine vllis pactis dotalibus matrimonia coëunt, nullæ tabulæ nulla instrumenta conficiuntur de communione, de conquæstibus, de doario, nihil reperitur cautum, nihil prouisum, sed ad hominis factum protinus sequuntur tales dispositiones, de rebus nihil, sola corporum coniunctio in conuentione est. Quinetiam sæpè tales personæ conueniunt, quæ ne commercij quidem habeant potestatem, cùm rerum suarum compotes non sint, minores, adulti, liberi in potestate, ad quorum factum Cōsuetudo suas dispositiones applicat, sic vt nulla conuentione alias ipsi aut diuersas possint inire. Minor cùm matrimonium contrahit, dotem non quam vult potest constituere, sed quæ intra modum solet ex conditione, & dignitate personarum, hoc est eam quam lex induxit, sed conuētio personalis excedere nequeat, quod si facit, restituitur ex titul. C. si aduers. dot. Hoc si verum est qui facere potes, vt cōuentionem personalem colligas ab eius facto, qui aliter cōuenire nequeat quàm quod lex inclusit finibus suæ potestatis. Est igitur planè legalis, & statuaria dispositio tota ab legis auctoritate pendens, quàm inhabilitas cōtrahentis non patitur in consensum, aut conuētionem deduci. A Consuetudine igitur est communio, doarium, & talia, quia si in lege non esset, non posset eam inducere conuentio, posita tali inhabilitate, & quia in lege est, non posset ex contrario ab talibus repudiari, nec enim rectè minor spondet communionem non futuram, si quidem sibi nocet cōuentio. Nec ista conuētio q̃uam interpretatiuam Molinæus facit ad matrimonij antecedentiam, vllum per se effectum potest producere, cùm conuentio dici non debeat, sed simplex assensus, nec si non aliter contrahentes in matrimonio contrahendo disposuerunt, quàm Cōsuetudo statuit, idcirco à sua conuētione, aut pacto habere putādi sunt, quòd habent de communione, sed id totum habent à lege. Quod enim Molinæus conuentioni tribuit, qui aliter contrahentes non sunt pacti, & statuto non derogarunt, male efficit & inconsequēter, nec enim voluntati tribui debet, quod aliter vt esset, facere non potuerunt, si quidem nec nolle potuerunt. Atqui eiusdem potestatis est nolle & velle, vt qui alterum non posset, nec alterum velle dici possit. l. eius est nolle. D. de reg. iur. & rectè negant intestatum dici, qui testari etiamsi voluisset non potuit. Sic enim sese oppositæ volitionis potentia respicit, ne alterum sine altero esse, aut dici possit. Necesse igitur est à lege haberi, quod à conuentione non habeatur, imò & casu aliquo haberi nequeat, in quo scilicet fœdere cōsensus non possit. Quod si à simplici legis, aut statuti dispositione conuentio personalis inferri posset, consequeretur statutis omnibus inesse conuentiones falsissima illatione, cùm multum vbique intersit inter prouisionem legis aut hominis. Quod si aliter esse ponimus, frustra illa inquisitio sæpè agitata, an quod per pactum fieri potest, idem & per statutum possit & è contra. Sed illud magis igitur probandum, non inesse simplici statuti dispositioni conuentiones, sed simplices duntaxat assensus, qui à facto partium statutum consequuntur, qui ipsi obligationes ex conuentione non inducunt separatas aut proprij cuiusquā effectus, nec vllum nexum inducunt vltra statutarium, etsi diuersum Molin. putat. Quare non est putanda statutaria, aut legalis dispositio transire in conuētionalem, sic quidem vt diuersum aut alium per se effectū producat, aut verò vllum præter eum qui à statuto est. Ex quo illa est Baldi sentētia qui putat si statuto hæres necessarius alicui detur, quo iure apud nos sunt omnes, si eueniat vt testator talem hæredem instituat, nihil agi, nec à tali dispositione vllam vim produci, quòd ille ait l. 3. D. de legat. 1. Alexād. l. ex facto. D. ad

Trebellianum. Cùm legis authoritas hominis factum sic obscuret, quomodo sol lucernas. Magis dico quod si statuti dispositio addita sit hominis conuentio, relatione facta ad statutum per hæc verba, *selon les vs & coustumes du pays.* Quæ verba erant apposita in contractu matrimonij *du Gannay*, & eius coniugis, super quo Molinæus consuluit, valituram quidem conuentionem, sic quidem vt præter conditionem ex statuto nascatur etiam alia ex pacto, sed nō aliter, nec in plus, quàm quomodo quantumque statuto expressum & cautum est, ad quod facta est relatio, quod nec ipse Molinæus negat, & contra sententiam suam allegat, & longa oratione Anchar. probat cons. 163. Bart. l. iurisiurandi. §. si liberis. D. de oper. libert. Corn. cōs. 202. lib. 11. Nam relatum sic, inest referenti, vt finem & effectum accipiat referens à relato, sub hisdem modis & terminis. Inde illa etiam sententia, contrahentes, aut testatores semper intelligi id velle & intendere, idem quod lex aut statutum velit, quod vulgò docent, l. hæredes mei. §. cum ita. D. ad Trebell. vbi Alexand. latè & idem cons. 15. lib. 4. Quare cùm sic in contractu matrimonij dicitur, *selon les vs & coustumes de Paris*, non aliud dicitur quàm quod Cōsuetudo Parisiensis de tali subiecto expressit. Sed illa non aliud disponit, quàm quod coniuges mutuas donationes facere possunt, sed eas non aliter quàm ad superstitis vitam. Absurdè igitur & præter sensum partium infertur de tali conuentione ad acquisitionem, aut dispositionem de Lugdunensibus, eámque perpetuam & ad hæredes transitoriam. Quod si relatiua dispositio nihil amplius potest relata, relinquitur tacitam imò potius simplicem assensum partium, non ampliùs ac ne tantundem quidem posse quàm statutariam, si quidem aliquãdo maior vis est, & energia taciti quàm expressi. Nec probabile est, quod Molinæus vrget, videri contrahentes assentiendo Consuetudini, ipsos inter sese pacisci, & in pactum deducere quod in lege fuit, quia aliter non disposuerunt quàm quod Consuetudo diceret. Nam, vt antè diximus, sæpè inhabilitas contrahentis matrimonium, talem sensum non patitur. Sed vt concedamus Molinæo, quod sæpè in facto falsissimum deprehenditur, & sæpè tales contrahant qui de communione neque explicitè neque implicitè quidem cogitarint vnquam, aut conquæstibus: tamen si verum esset hic consensus, hic assensus non esset vltrò citróque obligatorius, nec actionem ex cōtractu produceret, citra expressam cōuentionem aut stipulationem, nec dispositionis statutariæ naturam immutaret. Eius dicti ad manum auctoritas est. Qui (vt inquit Baldus) testari noluit, palam est hūc intestatum mori voluisse, & consensu suo hoc egisse, vt intestato succederent qui à lege vocabantur. Itaque non testando videtur assentiri legi de intestatorum successione, l. 2. D. de iur. codicil. l. codicillis. §. penul. D. de legat. 2. l. si ita quis. §. eadem. D. de verb. oblig. Alexand. latè cons. 15. lib. 4. Colligat inde Molin. testatum esse qui intestatus sit, quia idem videatur, voluisse quod lex, & consequenter assensu suo testatus videatur. Respondet igitur Bald. quod idem ego quoque simillimo casu respondeo, quod talis assensus est quædam fictio, quæ tamen ipsa titulum testati conferre nequeat, quod ille ait, d. l. cunctos populos, num. 17. allegat glos. l. Lucius. D. de heredib. institu. sic nec ista fictio de assensu coniugum sumpta confert titulum contractus, aut conuentionis vllius specificæ, aut stipulationis cōuentionalis. Quod si vera esset Molinæi sententia, consequens esset aduersus tales conuentiones dari vulgares restitutiones & rescisiones, sæpè ex rebus, sæpius ex personis effectualiter contra Consuetudinem. Cùm filia statuto per maritationem excluditur à legitima, aut supplemento legitimæ, ex eo quod patri maritanti assentitur in casu art. 224. si hic assensus filiæ implicat contractum aut conuentionem filiæ interpretatiuam, consequetur filiæ in potestate existenti & minori & læsæ dandam esse restitutionem, ex iniqua renunciatione & conuentione. Cuius contrarium Molinæus defendit, ex quo apparet hoc casu non inesse aut subintelligi conuētionem filiæ, quæ necessariò rescissioni subiiceretur & obnoxia esset, sed hoc casu solam statuti dispositionem obesse, ideóque omnem restitutionem impediri. Mirificum illud Molinæi acumen, cùm dicit Consuetudinem inexistere cōtractui matrimonij, non tāquam legem publicam vel tanquam ius Consuetudinarium, sed tanquam legem priuatam & volitam à contrahentibus. Hac grandiloquentia etsi Molinæus personat, tamen apertè non verū est quod dicit, imò illud verissimum statuti aut Consuetudinis vim aut naturam non mutari, adiectione priuatæ cōuentionis, etiamsi maximè adiecta esset, & expressa, multominimè cùm citra expressionem assensus tantum ad statutum accessisse proponitur, nec lex transit in conuentionem, sed in sua natura perstat, etiamsi conuentionem adiicias legi. Certè modo non alio, nouat adiiciendo actionem actioni, alioqui multa sæpè absurda contingerēt, & degeneraret Consuetudo firmissima in infirmissimas conuentiones, & lex alteraretur à priuato consensu. Additur igitur per conuentionem si quæ est apposita actio actioni, sed lex potentia prior superat viribus conuentiones, etsi non ignoro interdum alterari posse Consuetudinem conuentione, sed nec semper nec ab omnibus simplici quidem assensu, alteratio nulla subintelligi potest. Quod si aliter habet, qui potest Molinæus sustinere, quod eodem cōsilio dixit multū interesse inter dispositionem statutariam, qua filia excluditur ab hæreditate paterna, & conuentionem expressam per quam ipsa renunciat hæreditati, quia (vt inquit) statutaria excludit à bonis tantum sui territorij, qui enim ab aliis posset extra potestatis suæ metas? sed conuentionalis renunciatio ab omnibus vbicumque sitis excludit, vt in personam concepta, ideóque vbique locorum à personali facto vim suam exercens. Hæc ipsissima Molinæi ratio sententiam eius de alteratione statuti per adiectionem assensus priuatorum sic prosternit, sic expugnat vt nihil possit dici magis expressum, diuersam esse vim statuti, & conuentionis, nec statuto inesse conuentionem, aut si insit non aliam nec aliter inesse, quàm quæ & quomodo statuto exprimitur: sic igitur statuentium finibus claudi, quomodo, & statuentium potestas. Luctetur igitur quantum volet Molin. hæc pugnant inesse conuentionem statuto, non per modum legis publicæ aut statuti, sed velut volitam vt loquitur priuato pacto à partibus. Quamobrem sic denique censeo, in proposito themate & lite Cācellarij *du Gannay* & eo de quo disserimus simili, simplici cōtractu matrimonij, nullo pacto adiecto de communione coniugali, nullam subintelligi partium communionem ex conuentione, ex eóque statutariam per se vltra territorium suum non proferri, & conuētionalem nullam induci. Quare in casu proposito statutum Parisiense vim suam nullo modo ad acquæstus Lugduni factos, hoc est, extra territorium protendere, vt locale, nec si protenderet, ex subaudita conuentione personali, quam nullam subesse probauimus, id aliter posse facere quàm quomodo statutum Parisiēse statuit, id est, ad vitam superstitis. Vnde fit vt hoc casu qui communionem prætendit, aut acquæstuum lucrū, necesse habeat se fundare in statuto

locali

locali citra vllam subintelligẽtiam conuentionis personalis, quæ nulla colligi debet à matrimonij contractu, aut simplici assensu partium, & fortasse tales fuerunt contrahentes, qui ne cogitarint quidem de communione. Ergo non à conuentione obligatio, si non à conuentione, ergo à statuto, si à statuto ergo territorio clauditur, hoc posito quod statutum reale sit, quod omnino necesse est iudicare si de rebus agitur. Nam de hoc, an personale sit quod Molinæus & quidam putant, posterius viderimus. Nunc dicemus etiamsi adiecta esset clausula in conuẽtione matrimoniali, de factis & faciendis conquæstibus, ab his qui Parisiis si contrahunt, hanc conuentionem non vltra Parisiorum agrum protẽdi, nisi adiiciatur de vbicumque sitis, qui tamen casus de factis & faciendis, statutariæ dispositioni adiicit conuentionalem, cuius vi cùm sit personalis protinus videri poterat ad acquæstus vbique locorũ faciendos porrigi, quod non ita est, quia certo & determinato loco facta, determinationem etiam capit à statuto vbi cõtrahentes cõtrahunt, nisi vlterius adiiciatur de vbique sitis, quod Alexãder prolixè defendit aduersus rationes Salyceti, cons. 128. lib. 2. Signorol. cons. 150. Decius cons. 19. Alber. parte secũnda, statut. quæst. 136. ne amplius sit in causato quàm in causa ipsa. Pergit tamen Molinæus, & addit in casu proposito quo cautum est de cõmunione acquirendorum, ideo statutum porrigit ad acquæstus Lugduni factos, quia hæc statutaria dispositio ipsa sit personalis, tum cùm est à contractu profecta, quare nullis terminis cõcludi quod in cõtractum deductum sit, & ob id ad omnes cuiuscumque loci acquæstus prorogari, quod plusculum habere posset dubitationis, si ex contractu & conuentione ageretur. Nunc quærimus, an statutum quod inter coniuges communionem inducit, sit personale aut reale. Molinæus vt intentioni seruiat, vult esse personale, & quia veterum sententiis refellitur, reiicit eas & recusat fortiter, nec se illis teneri patitur. Effectus est quod si personale est, quod eiusmodi erit vt Britannicum vbicumque locorum per Franciam inter eosdem coniuges locum habebit, & vbicumque erunt acquæstus communes etiam quos Lugduni coniuges fecerint. Idem de donatione conquæstuum. Sin reale est, territorio Britannico finietur, nec Ingrandam excedet. Molinæus negat veteres intellexisse quid statutũ Parisiense quod hoc casu idem est cum Britannico valeret. Primùm hæc Molin. sententia refellitur à Rubrica, ponitur enim hic Articulus inter Cõsuetudines prouinciarum sub titulis *Des Communautez*. Nos ante multa contradiximus. Ipse idem Molin. additione ad Consil. Alex. 16. vol. 1. differentiam illam verbalem in rem aut personam conceptam reiicit, & res clamat in diuisione conquęstuum de rebus soli agi quæ iudicia in rem putantur vt communi diuidundo. Quare præstantissimi quique veterum externi, & populares nostri, qui huius statuti meminerũt reale esse dicunt, & in his Henricus Boich. cui homini paucos ex turba posterioris iurisprudentiæ comparauerim, vt non sine causa eum valentissimum Canonistam, quidam & ipse de illustribus Canonistis appellet. Ille, inquam, in cap. cùm venissent. extra de eo qui mittit. in possessionem rei seruand. Anchar. cons. 163. Ioan. Andr. ad specul. tit. de instrument. edit. §. compendiosè. vers. 16. reale esse censuêre. Nec minus ludificatur Molinæus picturata oratione, cùm societatem coniugalem ait induci non solum Cõsuetudinis dispositione, sed etiam communicatione facti, & actuali rerum matrimonialium reciproca vsurpatione. Vtitur legibus & auctoritate Iurisconsultorum quibus probatur etiam facto, sine

A expressa conuentione induci societatem, id verò multomaximè cum de societate coniugum expresè Iurisconsultus respondeat. l. cùm hic status. §. si inter virum. D. de donat. int. vir. & vxor. Hæc si alius diceret quã Molinæus hoc est vir eruditissimus & probus, aut falli aut fallere velle iudicari deberet, & ille sæpe feruore disputationis in quasvis rationes incautè delabitur, & in insidias præcipitat, dum hostem persequitur. Non est quam moribus recepimus coniugalis communio dicenda aut putanda legalis societas, ex qua actio pro socio Romano iure nascitur, cuius tituli extant & ille. §. si inter virum, respondet. Sed al- B terius temporis & iuris alia. Falsò enim quæ iure Cõsuetudinario communio inter coniuges inducta est, societas appellatur à pragmaticis vulgò & hoc loco à Molinæo, cùm hæc nostra nihil amplius contineat quàm promiscuum vsum matrimonio cõstante. Nam hæc cuiusmodi societas dici potest in qua tota rerum dispositio sit alterius tantùm ex participibus, id est, mariti solius, qui solus prodigere & ligurire possit cùm libuerit, & qui rationem accepti aut expensi nullam debeat. Non est igitur societas, & nomine abutuntur pragmatici, sed verè olim constitit, quo tem- C pore ille. §. editus est iure Romano, scilicet, quo omnis contractus inter virum & vxorem conuenire poterat præter donationem. Nunc alio iure vtimur: Sed hæc alibi, & hic turba rationum caliginem offudit viro perspicacissimo. Sed enim μεγαληγόρως & firmissimè stare fundamenta sentẽtiæ suæ exclamat; ego 34
perquam infirma iudicare hic quidem cogor. Demum vbi sua sibi cunfirmasse visus est, aggreditur aduersarias copias & auctoritatem Ioan. And. & Ancharani sic eleuat, vt dicat eos non intellexisse Cõsuetudinem Parisiensem de cõmunionis iure: nam Henrici Boich. non meminit. Sed res perspicuè loquitur, non aliud D sensisse eos quàm quod res ipsa clamat, tale statutum reale esse, & de rebus soli & suo territorio subiectis agere. Sic Consuetudo doarium viduæ tribuit, quod si personale est tale statutum, quod eadem ratione dicturus erat Molinæus, consequetur, quæ maritum in Britãnia habuit aut alio loco, vbi simile statutũ est, vbicũque locorum doarium habituram, & tamen scitum est in Andibus nõ habituram, quæ patris matrisve hæres fuerit. Non est igitur personale, quod ex territorij legibus variari contingit. Quamobrem sic denique videtur in casu quo Molinæus consuluit aliter iudicari debuisse. Hæc igitur erit summa, statutum Pa- E risiense, aut Britannicum quod communionem conquæstuum inducit inter cõiuges vere reale esse, ideóque suum effectum non producere ad bona alibi sita, posito quod coniuges domicilium habeant Parisiis *Art. 100. n. C.*
aut in Britannia, non igitur ad Lugduni sita aut alio loco.

2 In tali statuto nullam subintelligi conuentionem 35
personalem eorum qui matrimonium cõtrahunt, sed esse dispositionem merè statutariam, quia etsi simplex assensus eorũ interueniat ad id quod statutum disponat, non tamen statutum alterat, nec eius potestatem F producit vltra territorium, ꝙ Molinæus malè existimat, imo simpliciter assentiendo non aliter nec alio modo assentiri intelliguntur, quàm quomodo & quo effectu statutum disponit, & intra eius fines.

3 Etiam si in conuentione matrimonij cautum sit 36
coniuges contrahere secundum statuta loci, id est, *selon les Vs & coustumes du pays*, tamen in referẽte nihilo 37
plus continetur quàm in relato, nec per talem conuentionem aliud fit quàm quod adiicitur actio actioni, sed tamen ad idem non diuersum consequendum & intra idem territorium, quantum & quatenus sta-

A tutum exprimere potuit, & illud quod est in termino
relato censetur specificatum in termino referente,
quod ait Bald. l. qui interrogatus. §. nisi fortè. D. de
interr. actio. l. asse toto. D. de hæred. instit.

4 Quod si dictum sit vbicumque siti reperti fuerint
38 communes futuros conquæstus, hic quidem conuen-
tio & actio nascetur personalis, & ex lege valebit, sed
39 ita demum, si statuta locorum vbi siti erunt non re-
pugnabunt dispositione prohibitiua aut annullatiua.
Itaque in casu proposito à Molinæo poterant con-
quæstus vbique facti etiam Lugduni cedere superstiti
ex vi clausulæ de vbicũque factis, quia Lugduni nihil
B repugnat conuentioni, sed hoc casu ne ad hæredes
quidem transibunt, nisi aliter expressum sit, quia cùm
coniuges essent domiciliarij Parisiorum, clausula ge-
neralis de locis omnibus restringitur ad vsum & in-
tellectum loci domicilij, ideóque ad vitam superstitis
40 tantum ex rationibus Alex. cons. 128. lib. 2. decis.
cons. 19. vt ante notauimus.

41 Finem susceptæ defensionis eius controuersiæ
Molinæus fuisse scribit, vt iudicatum secundum se
donataria auferret de vbicumque sitis, & Arestum
Curiæ Parisiensis, sed viginti post annos decreto sacri
C regalis Concilij illud infirmatum, inuita (vt putat)
Themide, nec adhuc cessatum proposito errore; nec
inde quid sequutum sit, scribit. Scio quid hac de re
Arrestologi scribant, & magnis concertationibus ob-
tinuisse semel atque iterum, vt conquæstus vbicum-
que siti quærerentur ex domicilij lege, ita vt qui do-
micilium habent in patria, vt loquuntur, Iuris scripti,
communionem nusquam sint quæsituri quam ius
scriptum ignorat; qui verò in regione Consuetudina-
ria quæ communione vtatur, vbique quæsituros. Si
id verum est, apparet iudicantes de eo, vt personali
statuto iudicasse, & à domicilij lege Ius tribuisse vni-
D uersaliter. Ea omnia Papus eiusdem anni fuisse, id est,
1549. scribit, vt videatur fatalis ille annus fuisse tali-
bus cõtrouersiis: sed ætate posterior Choppinus aliud
& diuersum memorat in Priuil. Rust. lib. 2. c. 2. vbi
ex cuiusque loci legibus iudicatum scribit. Quare de-
sultoria ista, & ἀλλοπρόσαλλα iudicata, quãti facienda
sunt res indicat, cùm seipsa subruunt, & eadem aucto-
ritas vim sibi adfert, & de iisdem non eadem iudican-
tur: Si quidem in ipsis quoque diis (vt ait Seneca)
culpa arguitur mutanda fecisse. Certè ex superioribus
patere potest, quid probabilius dicatur, cùm veteres
E magnæ auctoritatis viri Ioan. And. & Anch. Henric.
Boich. alteram sententiam sequãtur: Mirandum ve-
rò ipsum quoque Molinæum tradidisse, sese etiam
Aresto obtinuisse contra id quod d. cons. defendit,
& ex nostra sententia additione quadam ad cons. de-
cij 276.

42 Altera dubitatio est de eo statuto, quo prohiben-
tur coniuges omnes conquæstus donare, si donator
patrimonialia non habet, & ponitur donator in loco
domicilij patrimonium non habere, sed alibi habere
extra fines statuti.

43 Adiungendus huic casus alius quem quartum po-
F suimus, An in computatione trientis donati in Bri-
tannia bona alia vbique extra Britanniam sita ve-
niant, & in donationem incidant.

Tum ille, An acceptatio doarij in Britannia exclu-
dat donatariam à donatione in Andibus, quo loco al-
terius acceptatione alterum excluditur.

Quos nos casus coniunximus, quia rationes deci-
dendi ferè ducunt ab hisdem causis. Scripsit olim Im-
bert. in Enchirid. verbo bonorum differentia, Arresto
Parisiensis Curiæ iudicatum, posito tali statuto, quo
donare cõquæstus prohibetur qui patrimonium non
A haberet, sufficere si donator vsquam patrimonium
habere deprehenderetur, ita enim fieri locum dona-
tioni & intentioni Consuetudinis. Sed tamen si vera
narrat apparet iudicatum vi receptæ Consuetudinis,
quando eo loco informatum (vt loquitur) per turbas
de modo vtendi scribit, ex quo ostenditur non fuisse
illam iuris dubitationem, sed facti potius. Sed ego
simplici dispositione statuti eiusmodi, & seposita con-
uentione expressiua bonorum omnium vbicumque
sitorum, nego eum qui tertiam bonorum partem do-
nauerit, cùm in Britannia domicilium haberet, de
aliis bonis sensisse videri debere quàm his quæ in Bri-
B tannia, id est, loco domicilij habeat, nec simplici enũ-
ciatione de aliis bonis intelligenda verba donatoris,
quàm quæ domicilio subiaceant, secundũ cuius leges
facta dispositio intelligi debet, limitatè, & adstrictiuè,
lex autem de aliis quàm sibi subiectis statuere nõ po-
tuit. Quare cùm talis controuersia offertur, malè sic 44
ponit actor, tu habes patrimonialia, si reus nulla ha-
bet in loco statuentium, nec enim ista propositio vera
est, cùm istorum imputatio fieri nequeat à statuto,
quod non intelligitur facere dispositionẽ suã respecti-
uam aut relatiuam ad nõ subiecta, ita vt verum sit di-
C cere respectu statuentium donatorem patrimonialia
non habere, quia indefinita oratio determinatur à sta-
tuentium intentione & potestate. Itaque fundenda est
intentio in materia statuentibus subiecta & habili, &
adaptabili ad agentis potestatem: sunt enim alieni ter-
ritorij possessiones liberæ à potestate & cõsideratione
statuentium, nec in partem vllam dispositionis vocari
possunt, veluti qui tria debet aut donat, non rectè im-
putat in numerum id vnum, quod alius de suo soluit
extra causam eiusdem debiti, nec rectè statutũ soluit
de alieno. Deinde hoc casu duo veluti patrimonia in-
telligũtur separata, quæ sibi inuicem nullam propor-
D tionem faciunt, nec vllum numerũ aut vnitatem cor-
poris per coaceruationem, sed singula vnum totum
& integrale per se constituunt, quod Bald. scribit. l. si
arrogator. D. de adopt. Corn. cons. 85. lib. 3. Cùm
enim donat tertiam partem bonorum, respectum ha-
bet ad legem Britannicam sub qua viuit & aliam sæpè
ignorat, sic vt non alio modo donare videatur, quàm
quo statutum patrium permittit, vt ante docuimus,
sicuti quando actor rem petit, reus excipit, tu petis
quod intus habes, replicat actor, habeo quidem sed
aliunde quàm à te, l. ex promissione. D. de act. &
E oblig. l. quoties. de solut. l. non est nouum. D. de act.
empti. sic nec conuenit imputari hæredi donatoris
quòd donator patrimonialia habeat in alia prouincia,
quia aliunde habet quam à statuto domicilij donato-
ris, vnde cum actor quãtitatem init rerum donatoris
ad tertiam consequendam, rectè reus recusat inde in-
cipi vnde statuentes qui auctoritatem præstant dona-
tioni, nec voluêre nec potuêre incipere, aut finire,
ordinatè quidem agendo pro sua potestate, & modo
Imperij. Esset enim id verè quod prouerbio dicunt,
mittere falcem in messem alienam imputatione, non
magis quàm vt Rex Frãciæ in intributionibus facien-
F dis, aut indicendo banno vt loquuntur, possit in com-
putationem deducere bona quæ subditus suus habet
in Flandria, aut in Alemania, de quo Bart. l. 1. C. de
mulier. & quo loco, lib. 11. & l. 1. C. de fund. patrimo.
Socin. cons. 288. lib. 2. num. 6. Roman. cons. 161. Aut
quæ in alieno in Imperio quis delicta commisit, ve-
niant in cõsiderationem coërcendi delicti, quod quis
intra territorium tuum admisit. Quæ ne fiant planè
similis ratio obstat. Denique cùm Consuetudo dona-
tionem intra tertiam bonorũ sistit, ad extremum po-
tentiæ dispositionem suam sistit, ita vt nihil amplius
liceat,

liceat, sic consumpta tota potentia donandi in loco statuti domicilij, impossibile est non subiecta statuentibus reduci in numerum aut computationem eorũ, quæ statutum in potestate habuit, de quibus authores scribendæ Consuetudinis non intenderunt, nec verò potuerunt, cùm suis & de rebus territorij sui leges ponerent. Quod si arguitur vnum & idem esse donãtis patrimonium vbicũque situm sit, ideóque de toto tertiam donatam videri, etsi speciem habet posito vnum omnium hęredem esse, tamen cùm diuersorum diuersi hæredes sunt, planè alia ratio est. Sed etsi maximè vnum sit respectus donãtis tertiam, applicatus ad legem patriam secundum quam donator agit, conuincit de bonis illis quæ eidem legi subiiciuntur, & non aliis sensisse donatorem actu dubio. Nam quin aliter fieri posset expressa de omnibus voluntate non dubitatur, nisi quidem statutum locale prohibitorium talium dispositionum extaret. Sed hoc casu expressione voluntatis opus esset, quod Alex. probat. d. cons. 128. & cons. 41. lib. 5. in casu dubio sequendum quod dicimus, & aliter cons. Turonum constitutum reformatione articuli 238. & 244. Ius locale est, & nominatim excipit, si modo alibi eadem Consuetudine vtantur.

45 Pari ratione qui alter casus est suprapositus, acceptatione donationis in Britannia doarium in Andibus excludi debere non putamus, quia verum est dicere in Andibus donationem non cœpisse eam quæ in Britannia cœpit, etiamsi ex eodem matrimonio cœperit. Nec doarij assequutio in Britannia causa est exclusiua donationis in Andibus, quia Andensis statuti dispositio, non potest in numerum aut computationem bonorum vocare Britannica, nec verò de his vnquam cogitasse censendum est locale Andium statutum. Nec hìc patrimonij vnitas consideranda, quod territoriorum interstitia & leges singulorum diuersæ separant, nec cumulanda sunt, quæ statutis variant ad inualidãdam dispositionem alterius loci per alterum. Nec doarij acceptãtio in Britannia excludere potest à donatione Andensium per modum quotæ, quia hæc diuersa sunt. Quod in donationibus fit in quibus demitur excessus qui quota arctantur, quod ait Bald. d. l. si arrogator. Quare & in donationibus si quis tertiam donauerit omnium & singulorum bonorũ quæ vsquam habet, donatarius tertiam capiet, sed non vbique tertiam, nec locis omnibus, quid enim si aliquo loco non licet nisi quartam, certum erit tertiam totius non competituram donatario, propter defectum in parte statuti prohibitorij, sed de aliis locis supplebitur vsque ad modum permissum. Nam ex illo postulato geometrico si ab æqualibus æqualia demas remanebunt æqualia, si Britãni, Cœnomani, Andenses tertiam donare permittunt, deme de omnibus tertiam, existet tertia totius, sin plus in alia donare licet in alia minus, supplendum erit de ea vbi plus licet, sed semper intra tertiam.

Cætera dubitationum capita quæ proposuimus de coniugibus, qui reciprocas donationes fecerunt conquæstuum constãte matrimonio, cùm in contrahendo matrimonio cõuenissent, vt alterius essent proprij: ac altera item donatione, cùm donator patrimonialia non habet, quia causas non ducunt à legibus locorum, alibi exigimus.

46 Sed tamen huius generis illa non contemnenda, cùm cautum est virum vxore præmortua dotem dotísve partem lucrari: Cuius loci statutum spectemus viri an vxoris quod olim fuit, an quod nunc est quod vulgò agitant. l. exigere dotem. D. de iud. Decius. cons. 19. Alex. 100. lib. 3. alij l. 1. C. de Sum. Trinit. Hìc vt sæpe alias scinduntur in factiones scriptores scholæ, & modò vxoris modò viri domicilium sequuntur, ab illo fallaci principio de statutis personalibus. Sed falluntur & sinendi sunt λογομαχῖν. Nos rerum lucrandarum situm spectandum dicimus, & quid ea de re statuta singularia permittant, quid abnuant respiciendum. Quare si Lugduni incola tale statutum habeat domi frustra res Britannicas vendicabit. Nec enim de rebus soli legem ab alieno Domino poni nobis passuri sumus, qui alio iure vtimur. Proinde domicilium quod fuit tempore actus spectatur ex sententia Alex. cons. 100. vol. 3. num. 12. Corn. cons. 202. lib. 2. Molin. cons. 31. num. 20. Baldus Angel. Paul. l. si vxor. D. de iud. Panormitanus Felyn. c. 1. extr. de spons. Decius cons. 19. & 283.

Sequitur consideratio huic loco percommoda & perutilis, quæ de habilitate personarum inquirit, & à locorum situ causas & ipsa ducit dubitandi, cuius loci, cuius item iuris ea tractatio sit. Nuper de optimatibus quidam in Cœnomanis domicilium habebat, quo loco etsi contra expressam statuti dispositionem, interpretatione minores faciunt vsque ad annum vigesimumquintum. Sed is cum magnas possessiones haberet in Britãnia, cupiebat ex eis quasdam distrahere: Britannicum statutum maiores ab anno vigesimo facit, etsi ægrè contra externos arbitros ea dispositio sustinetur. Erant qui vellent contrahere, si sine fraude sua licuisset. Dixi veterum extare ea de re sententias:

Hodie anno 25.

Quotiescumque de habilitate, aut inhabilitate perso- 47
narũ quæratur, toties domicilij leges & statuta spectã-
da. Nam de omni personali negotio, Iudicis eius co-
gnitionem esse cui persona subsit, sic vt quocumque
persona abeat, id ius sit quod ille statuerit. Hæc Bar-
tolus lege de pupillo. D. de tutorib. & curat. dat. ab
his Bartolus l. cunctos populos, num. 26. Ias. cons. 59.
lib. 3. & illud pro regula ponunt statuta nunquam sta-
tuere super habilitate aut inhabilitate non subiecti, &
in specie Paulus de Castr. d. l. 1. putat statutum Muti- 48
nense quod legitimat pupillum ad contrahendum in
xiiij. anno, non habilitare Bononiensem Mutinæ cõ-
trahentem. Ratio est, quia hìc abstractè de habilitate
personæ, & vniuersali eius statu quæratur, ideóque
persona à statuto domicilij afficiatur. Nam originis 49
locus nusquam in foro considerationem habet, cùm
aliud domicilium proponitur. Ex quo euenit, vt si ci-
uis Parisiensis de bonis quæ in Britannia habet, con-
trahat, necesse habeat, annum xxv. ætatis expectare,
quia tale est Parisiorum statutum, à quo personæ ha-
bilitas spectanda est, etiamsi Britannia incolas suos
faciat maiores ab anno vigesimo.

Hæc voluimus de iuris ratione discriminanda ex situ locorum, in qua multa dissidiosè ab scholasticis scriptorib. sunt tradita, pleráque illa molestè & perplexè quæ melius ab vsu discuntur, & vtiliter tractantur, quando ista tribunalia & concessus non raró fatigant.

Glossa 7.

1 *Nullitas respectiua non omni respectu resoluit titulum.*
2 *Nec impedit præscriptionem respectu extraneorum.*

[f] *De son*] Verbum (suum) possessiuum est, & ideo suapte natura donationis modum adstringeret ad bona quæ donator habuit donationis tempore. Sed de eo nos ante disseruimus in verbo *le tiers*, glos. præcedenti. Donatoris igitur oportet esse, vt dominium transferat donando, aut si sua non sint, sed tamen à se possessa, transfert vsucapiendi conditionem ex l. clauib. D. de contr. empt. Sed videnda quæ in titulo de Approp. diximus art. 266. epigraphe de donationibus

nullis. Nam cùm nullæ sunt nullitate respectiua, titulum non tribuunt respectu eorum, quibus nullitas officit, ideóque non nisi longissimo tempore præscribi ex talibus posset, titulo existente nullo, aduersus externos quos nullitas non respicit præscribi posset, sed hæc ibi fusius.

GLOSSA 8.

1 *Vox* d'heritage *vniuersalis ad res soli.*

g Heritage.] Patrimonij non dixit, quia de quibuscumque bonis donatoris, siue patrimonio siue conquæstibus liberum facere voluit Consuetudo tertiam B
1 donare. Est enim vox *d'heritage* infinitæ compræhensionis, quæ ad omnes res soli pertinet, quod Tiraquellus etiam notarat in retract. §.31. glos.1. num.102. & Molinæus item. §. glossa 2. in feud. Quare fallitur Molinæus additiuncula ad hunc Articulum, cùm putat in patrimonialibus tantùm locum habere.

GLOSSA 9.

1 *Cur extraneis donare licet, hæredibus præsumptis non licet.*
2 *An hæredi hæredis donari possit.* C
3 *Donationes nepoti vel vlteriori factæ, respectu propioris gradus factæ intelliguntur* & numero 6.
4 *An fratris filio filiæve.*
5 *Donatio vxori facta respectu mariti* & num.7.
6 *Genero respectu filiæ.*
7 *Donationes personis prohibitis non valent per interpositas personas.*
8 *Quid si plures hæredes sunt præsumpti diuersarum linearum.*
9 *Quid si donatarius renunciat hæreditati.*
10 *Quid si agnascitur alius hæres propinquior.* D
11 *An vni ex hæredibus donari possit quod est alterius lineæ.*
12 *Sanguinis concursu non fit confusio actionum realium.*
13 *An tota donatio possit assignari super vna linea.*
14 *Quid si hæres consensit donationi.*
15 *Qua actione consulatur hæredi.*
16 *An hæres durante vita donatoris possit donationem arguere.*
17 *An donator possit donationem à se factam impugnare.*

1 [h] *A autres que ses hoirs.*] Adiiciendum fuerat sicuti in cæteris ferè Consuetudinibus Franciæ vox *de presumptifs:* Nam viuenti non congruit heredis adiectio. E l.neminem. D. de acqu. hæred. l.1. D. de hæred. vel act. vend. Ac ferè per prouincias idem ius obtinet Turon. Andib. Cœnom. Pictonibus, Normanis, extraneis permittit. Quare hìc occurrit cogitatio, valde ἄτοπος facere Consuetudinem, quæ suis benefacere vetat, alienis admittit. Sed omnino ita faciendum fuit, cùm alibi statuisset omnimodam inter præsumptos hæredes æqualitatem, & vetuisset alterum alteri anteferri: Nam titulo institutionis vetuisse, & donationis iure idem fecisse, postico erat admittere F quod antico exclusisses. Ratio ab æqualitate cohæredum conseruanda ducta est, ne inuidia ab alterius prælatione oriretur, quod semper cõtingeret, & hanc ipsam causam Imperator Iustinianus notauit l. cùm oportet. §. sic enim. C. de bon. quæ liber. & quos alios Tiraq. notat in primog. q.4. Quare nec legatis, nec donationibus, nec inter viuos, nec in morte quidquam tale fieri lex admisit, quod fraudi futurum erat cohæredibus, propterea quod donatarij & legatarij ad æs alienum non tenentur. l.1. C. de reb. cred. & Articulo sequenti dicemus. Nec enim alius titulus

A quàm hæredis ad æs alienum obligat. Fuit igitur adimenda donandi & legandi facultas, ne singularis titulus plùs tribueret quàm vniuersalis, fraude cohæredum. Hæc ratio statuti.

Hæc cùm ita sint, nec hæredi fieri donatio, aut 2
prælegatum possit: Quæsitum non sine causa, quid de eo censendum esset, qui non esset proximus gradu donatori, qui solus verè præsumptus est, sed tamen proximus esset proximo, hoc est sequenti gradu hæres hæredis præsumptus presumpti. Nam hunc cõstat præsumptum non esse, ideóque nec verba Consuetudinis posse in eo verificari, nec fratris filium extante fratre, nec nepotem extante filio rectè præsumptum dici posse, ideóque in statutis & prohibitoriis verba esse accipienda in suo sensu, nec extẽdi debere dispositiones præsertim prohibitorias vltra personas expressas, nec enim conuenire dispositionem cui verba non conueniant. Dubitant Iuriscõsulti, an hæres hæredis veniat appellatione hæredis, & bene luctati nunc hoc, nunc illud arbitrati incerti incertos dimittunt prorsus variè. Sed res seriò spectantibus planè manifestum fit, hæc non nisi ab subiecta materia & intentione statuentium diiudicari posse, provt materia adaptabilis est ad hæredem, hæredísve hæredem, etsi prolixa est ista disputatio Tiraquell. in retract. §.1. glos.6. & alibi sæpè.

Primùm in hac dubitatione inquirendum est, sit ne casus facti certus, an dubius. Certùm voco cùm de facto nulla est dubitatio, & constat hæredi hæredis factam esse donationem respectu & consideratione primi præsumpti hæredis, veluti nepoti respectu filij, fratris filio respectu & charitate fratris, genero respectu filiæ. Dubius est cùm controuertitur cuius respectu & intuitu facta sit, patris ne an nepotis, fratris an filij eius, filiæ an generi & talium, hoc est, in sanguinis consideratio, an potiùs personalis alicuius benefacti respectus donatorem mouerit ad donandũ. Hæc enim dubitationem faciunt, & casum incertum. Priore casu cùm certum est filio, aut alteri respectu patris hæredis tum præsumpti, nemo ferè dubitat hæredi præsumpto factam videri, l. dedit dotem. D. de col. 4
bono. quod pater (inquit) meus filiæ meæ dedit, perinde est ac si ego dedissem: Ideóque & profectitia dos dicitur, quæ sic data est. l. profectitia. D. de iur. dot. & ideo & in collationem venire, & filiam ex statuto sic excludi à successione patris, quomodo si ab eo dotata esset, de quo nos, art. 224. Sic si donaturum mihi vxori meæ donare iussero, ego dedisse videor. l.3. §.1. D. de do. int. vir. & vxor. Idque in hærede heredis primo maximè verũ est. l. cùm ita. §. vlt. D. de leg. 2. Hæc sententia plurium, quoties cuiusquam respectu personæ præsertim prohibitæ capere donatio cuiquã fit, toties personæ prohibitæ factam videri, quod Bart. & Angel. differunt. l. quæsitũ. D. de legat. 1. in princ. l. filiofam. D. de cond. & demonst. Alex. cons.129. 175. 178. lib.5. cons.117. lib.2. cons. 31.89. lib.4. & cons.8. vol.5. Decius, cons. 1. & 279. & cons.81. Cyn. l. scimus. q.5. C. de inoff. test. Angel. l. in quartam. D. ad l. falci. & cõs.78. & seq. Castr. cons. 96. lib.2. incip. si domina Cornelia. Bald. auth. ex testam. C. de collat. Steph. Bertr. cõs.73. lib.1. Bald. cons.30. vol.1. Alciat. in lib. de præsumpt. reg.1. præsumpt.17. Nec ferè dubitant probata donatoris intentione. Quare & Consuetudines quoque ea de re cauêre, ne quid interesset inter donationem hæredi presumpto factam aut heredi heredis, Turonum, Andium, art. 331. Cœnom. art. 345. Blesensiũ, art. 169.

Sed dubitationem plerumque facit donatarij negatio, & sibi collatã liberalitatem credi vult, & priorem presumptionem naturæ & sanguinis oppugnat extrin-

extrinsecis quibusdam de causis, benefactorum, obsequiorum, meritorum in donatorem, aut quidquam aliud causæ adfert abstractum à sanguinis & generis consideratione. Quæ vt probentur tales omni ope donatario enitendum est, alioqui primaria germana & naturæ præsumptione vrgetur, quæ est à sanguine & charitate generis, quod vix fieri potest, nisi à probationibus firmissimis hæc naturæ præsumptio vincatur ab accidentalibus causis: Alioqui magis quisque affectus in proximum gradum præsumitur, quàm in remotiorem, præsertim in prohibitoriis, & suspecta coniunctione prona ad fraudes. l. data. C. de donat.

6 Quare in filium potius, quàm nepotem, fratrémque fratris filium, filiam quàm generum propẽsior affectio presupponitur, & propioris gradus respectu facta donatio, ideóque & vitiosa & in prohibitionem dispositionis incidẽs, cùm dicit *en fraude de son heritier*, & verbo *à autre qu'à son heritier*. Tales enim vidẽtur esse hæredes tam certa spe, vt eludi nõ possit, quia alius hæres à legitimo per Cõsuetudinem fieri nequit institutione, ac ne alio quidem titulo vllo. Ideóque multo fortior hæc præsumptio illa iuris ciuilis, in quo quilibet libuit testando de hæreditate. Quare quod donatur hæredi hẹredis in linea descendente, planè donatur hæredi etsi mediato, & adimitur cohæredi. Hæc illo etiam iure sensêre Bartolus, Alexand. Ias. Aretin. l. gallus. §. quid si is. ff. de lib. & posth. l. sed & si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupil. Castr. cons. 96. Socin. cons. 30. lib. 1. Decius cons. 18. Priorum enim graduum prior est causa. l. vlt. C. de verb. signific. sed qui sequitur proximus etiam pro comprehenso habetur. d. l. cùm ita. §. vlt. D. de legat. 2. Corruit igitur talis donatio facta nepoti, & fratris filio, denique & hẹredi hæredis præsumpti omni descendenti per lineam directam.

7 Sic donatio facta vxori à cõsanguineis mariti, mariti contemplatione facta intelligitur. d. l. 3. D. de donationib. int. vir. & vxor. Quamobrem ad has præsumptiones eleuandas quæ iuris sunt & naturæ, opus est perspicua probatione officiorum personalium, vt naturæ præsumptio vinci possit, vt id credi queat à meritis impetratum ꝙ natura anticiparat, sic vt nulla confessio personarum prohibitarum possit esse sufficiens ad probationem causarum donationis. Ex quo efficitur, donationes nepotibus fratrum filiis, generis non valere, propter supradictas præsumptiones, quod collatæ sint respectu personarum prohibitarum capere, in fraudem cohæredum eiusdem gradus, nisi sustineantur ab extrinsecis & accidentalibus causis, sed personis prohibitis potiùs factas videri, & incidere in verba Consuetudinis, nec isto casu pro extraneis, & non hæredibus tales donatarij habendi sunt, vt sic donatio valere debeat, cùm regulari iure filij cum parentibus pro vna persona habeantur, & patres liberis cõgregare dicantur, vt loquitur scriptura, & vt Iurisconsulti, parentes ex voto liberis omnia comparant, & collatum filiis & nepotibus respectũ & causam actus ducit à proximo & immediato gradu. Vnde & cùm hæredes de corpore nati prohibẽtur capere, ipsi quoque nepotes in verbis intelliguntur. l. Lucius. q. 85. vbi Angel. D. de hæred. inst. Alex. l. ex facto. §. vlt. D. ad Trebel. Bart. l. liberorum. D. de verb. signif. Lata disputatio Steph. Bertrand. cons. 1. vol. 2. vers. ad tertiam, & verò sic arestis iudicatum Petrus Ratus in Conf. Picto. & Renatus Choppinus memorant, & nos talem donationem fratris filiæ factam quãdoque irritauimus, cùm cohæredes fratris de fraude essent quæsti, vt Consuetu. Normaniæ, tit. *Des Dons que peres font*, & contrà esse cautum reformatione Consuetu. Turonum nouitium est placitum reformatorũ. Quod si aliter admittimus, quis non videt patentem fenestram aperiri fraudibus, si quod filio donari prohibetur, donatur eius filio; quod filiæ, genero, & liberis, personis certè hisdem aut non diuersis, quæ etsi verbis comprænhensæ non sunt, certè intellectu & iudicio subintelligẽdæ sunt, ratione ex toto pari. Adde quod Iurisc. ratiocinãtur, nepotes tam in potestate aui esse quam filios, ideóque quod nepotes acquirant mortuo auo filiis acquiratur. In quo nos etsi donationes excipimus filiis factas ex art. 501. tamen cùm donatio fit ab auo, profectitia videtur à patre, & illi donatum. l. profectitia. D. de iur. dot. d. l. dedit dotem. Denique generale est, quoties personæ fieri donatio prohibeatur, toties ei per interpositam personam donari non posse, hoc maiori fraude cùm persona interponitur. l. qui testamẽtum. D. de probat. quare quod patri donari prohibetur, nec filiis potest. l. hac edictali. verbo omni circũscriptione. vbi Bar. Bal. Alex. Steph. Bertr. Ioan. Garo. C. de sec. nupt. & eiusdem argumenti Ordinatio prodiit anno 1549. de donationibus tutoribus non faciendis, & alia de secundis nuptiis fœminarum, & Arestologi subinde aresta memorant. text. l. si constante. C. de don. ante nupt. l. si is qui bonis: D. de acq. hæred. l. 3. §. quod de subeunda. C. de natur. liber. l. si per impressionem. C. quod met. cau. l. vnic. C. de cõtract. iud. l. pupillus. §. vl. & l. seq. D. de auctor. tut. l. cùm inter. C. de don. int. vir. & vxor. l. qui in seruitutem. l. quæritur. D. de bon. libert. Alex. cõs. 54. lib. 7. auth. quibuscunque. C. de sacr. Eccl. & generale est theorema, ne persona prohibita per non prohibitam assequatur. Atque hæc in vniuersum de omnibus personis à prohibitis descendẽtibus per lineam directam censuerim, qui omnes eiusdem familiæ dicũtur, l. cùm ita. §. vlt. D. de legatis secũdo, l. pronunciatio. §. vltim. D. de verb. signif. In quibus par & eadem ratio est, ne vlli eorum donatio fieri possit, in fraudem primi gradus. 8 Sed de collateraliter succedẽtibus non fuerit fortasse par causa, propterea quod erga lineam collateralem non est similis propẽsio donatoris, qui non similiter afficitur in fratris filios, aut consobrinos, ac in descendentes & manantes à sanguine suo, quominus iudicari debeat suis detrahere velle, quod lineæ ab alio promananti adiiciat, ideóque præsumptio fraudandi non reperitur fundata. Nam fraudem semper excludimus in casu certo, quæ si intercessisse probatur, semper corruit donatio siue extraneo, siue coniuncto facta sit. Sed nos hîc in casu dubio agimus, cuius veritas à prẹsumptionibus queritur, sed eas lõginquitas gradus, & sãguis in latera excurrẽs, & affectionis imbecillitas, quo magis sanguis à principiis recedit, excludunt. Itaque externæ Consuetudines donationes consobrinis & patruelibus factas admittunt, alio præexistente hærede præsumpto, semota quidem fraude & in linea collaterali, vt Normanica, tit. *Des dons que peres font*, & Turonum & quædam aliæ.

Non dissimilis illa quæstio. Cùm plures fratres eodem scilicet gradu proponuntur, sed iure dispari nec omnes hẹredes, veluti in hẹreditatibus nobilium collateralibus accidit, quas primogenitus solidas capit exclusis secundo genitis. 9 Ponimus patruum donasse vni de secundonatis prædium vnum suum, constat hîc in verba Cõsuetudinis non incidi, neque enim donatur hæredi præsumpto, cùm extante primogenito hic talis nulla in parte hæres futurus sit, ideóque non prẹsumptus ac per hoc verbis prohibitiuis non comprehẽsus, ergo nec dispositione. Cessare igitur videri debet. Sed tamen mentem legis intuentibus, & fraudes prospicientibus quis nõ videt hunc casum sub ratione Consuetudinis comprehẽdi debere, veluti incogitãtia

potius omissum quàm prouisione statuentium, de quo si interrogati fuissent, idem respõsuri essent, ex glossa legis tale pactum. D. de pactis. & alij. lege vlt. C. quæ res pign. oblig. possunt. Nam si aliter sit, præstò noxa, quis non prospicit fraudem inde strui legi, si obliqua dispositione hæres sit, qui capere titulo hæredis nequit? Nam si fraude hæredum alteri eorum, qui partem capit, amplius parte sua relinqui nequit, consequitur ei qui nihil capiat, nec in vlla parte fundatus sit, nihil relinqui posse testaméto, nihil inter viuos dispositione, vtrumque enim in hæredibus ex æquo prohibetur, alioqui non dissimilis fraus fieret, quàm ab his qui omissa causa testaméti, ab intestato volunt capere fraude legatorum, aduersus quos est titulus, si quis omissa caus. testam. Nam si contingeret trientem donari secundo genito, eueniret vt plus caperet quàm si hæres esset, & hoc damnosius, quod titulo singulari capiens ad æs alienum donatoris non tenetur. Quare etsi ῥητὸν, non expressit hunc casum, tamen διάνοια, plane suadet supplendum, nisi quidem, vt ante diximus, de caus is extrinsecis probetur.

10 Quæsitum de eo, qui cùm vnus de præsumptis esset, donationem accepit, sed mortuo donatore repudiat hæreditatem, vt donatio facta videatur non hæredi, cùm hæres non sit qui abstinet aut repudiat. Hæc quæstio iure patrio non est habitura dubitationem, propterea quod Consuetudo hic improbat donationem factam ei qui est in gradu succedendi, id est præsumpto (quam vocem ideo adiiciendam putauimus in textu) tum quia nullum prælegatum, nulla donatio cadit in præsumptum vnum ex hæredibus siue donatione inter viuos, siue testamento, vt sæpè dicimus, & quodcũque donatur hæredi determinationem quotæ capit à quota suæ virilis, & tenet locum & imputatur in legitimam portionem, quod nos, artic. 405. glos. 3. abundè diximus, quare nemini licet mutare titulum adeptionis legitimæ portionis suæ, quin habeat vt hæres & consequenter teneatur ad debita hæreditaria, quod in donatario secus fit. Sunt tamen Consuetudines quædam diuersæ, quæ non aliter repudiationem donatarij admittunt, nisi restituta donatione, sed tamen vtrumque acceptari permittunt, vt Andium, art. 334. Cœnom. 346. & aliæ pleræque: etsi illic Molin. parum cõsentanea ad textum scribit annotatione ad marginem, vt & consilio 36. etsi in Consuet. Parisiensi parag. 17. numer. 4. ait donatarium per modum anticipatæ successionis, non posse se tenere ad donationem (sic enim loquitur) & repudiare hereditatem, donatio enim initio vitiosa vt hæredi facta, non resumit vires ab astensione hereditatis, quod & simili casu improbat text. l. si is qui bonis. D. acq. hæred. Omnis enim donatio facta vni de præsumptis, si maior est virili sit inofficiosa, quod & in Curia Parisiensi iudicatum Arestologi scribunt *entre les Brinons*, anno 1558. siue facias talem donationem esse quotam bonorum, siue quotam hæreditatis, quod vltimum esse necesse est iure nostro, & debitis adstringi. De iure Romano certum foret hæredi donari, & prælegari posse, & liberum esse altero repudiato alterum acceptari & retineri posse, text. express. l. penult. & vlt. D. de collat. bono. auth. si parens. C. de inoff. test. & iure Burgũdo fieri Chassan. admittit. tit. de success. §. 1. Bened. cap. Raynutius, verb. si absque liberis. num. 54.

11 Quid verò, si donatarius donationis tempore erat hæres præsumptus, sed post donationem agnatus est alter hæres gradu anterior, qui priorem præsumptum excludit: vt donauit aliquis consobrino qui donationis tempore erat præsumptus, sed agnatus est frater donatori. Hic dico donationi locum fieri, quia donatarius hæreditatis delatæ tempore reperitur esse non præsumptus, nec à præsumpto descendens, ideóque donatio conualescit, nec incidit in prohibitionem, aut verba Consuetudinis. Ego in consobrino & fratre casum posui, quia in filio agnato poni non potuit, propterea quod hoc casu reuocantur donaiones siue consanguineis, siue extraneis factæ: sed alia de causa scilicet ex. l. si vnquam. C. de reuoc. donat. Sed id remedium non competit remotioribus. Denique agnatione propioris gradus donatio vlteriori facta alioqui vitiosa conualescit, quia mortis tempus considerandum est, an quis hæres sit, atque ideo donationis incapax. Quod si eiusdem gradus, cùm donatario hæres agnascatur, vsque ad agnati ratam donatio reuocabitur, propter prohibitionem præferendi vnius ex præsumptis etiam lõginquioribus: Nam filij superuenientes donatori habent sua remedia. ex. d. l. si vnquam. & l. si liqueat & l. si totas. C. de inoff. donat.

Quid si donatum est ei, qui hæres esse non poterat, sed morte priorum factus est præsumptus. Respõdeo tempus mortis donatoris respici oportere, quo tempore si præsumptus reperitur & cohęredes habet, non proficit olim capaci donatum esse, cùm nunc incapax sit cùm hæreditas defertur, quod Andes obseruant suo iure, in eo quod secundogenito donatum est, qui effectus est primogenitus.

Quid si hæres priori gradu agnatus est, sed mortuus ante delatam hæreditatem? Respõdeo, hic casus magnas peperit pugnas in posthumo nato & mortuo in l. posthumus præteritus. D. de inoff. test. & quos congerit Tiraq. l. si vnquã. verbo susceperit. num. 181. Bar. l. Titia. §. Imp. D. de leg. 2. & cons. 157. vol. 1. Bal. cons. 167. lib. 5. Craueta cons. 151. Decius cõs. 14. Alex. cons. 29. lib. 4. sed hic casus quem ponimus non est similis, propterea quòd loquimur de nato mortuo ante mortem donatoris, & sic ante delatam hæreditatem, quo casu nihil eorũ quæ cõtingunt, nocet dispositioni, si impedimentum durare non reperitur tempore hæreditatis delatæ, quod respici oportet. l. non oportet. D. de leg. 2. l. non intelligitur. §. quando. D. de iur. fis. l. cum ita. §. vlt. D. de leg. 2. itaque qui mortis tempore non reperitur extare in nulla consideratione est, cùm partem non capiat nec faciat, ideóque donatario obesse non possit.

Quid si incapax fuit hæreditatis mortis tempore, ideóque donatario obesse non poterat, postea restitutus fuerit capacitati, vide Lud. Rom. cons. 296. Federic. de Sen. cons. 26.

Sequitur egregia inquisitio de eo qui diuersorum stemmatum aut linearũ bona habuit, sed id totũ quod ab vna linea habebat donauit, aut certè amplius tertia. Negat illius lineæ hæres fieri potuisse extante hac prohibitoria dispositione. Hic dubitatur, an hæc prohibitio de excessu tertiæ, intelligi debeat respectu totius patrimonij, & vndecumque liceat donatori tertiam decerpere ex arbitrio collectiuè, an distributiuè potius intelligenda sit dispositio, ne plus tertia de vnaquaque hæreditate aut linea liceat detrahere, cùm ponamus duas aut plures esse vnius licet hominis hæreditates. Ea controuersia magno pridem in argumento agitata, regionibus his me tum adolescente & forum ineunte, magnis auctoribus litis, totos iam quadraginta annos consultos & tribunalia exercet. Miseri qui tot annos litigãt, quibus litem perdere aut cedere libuit. Donator quidam de optimatibus, ingentis reditus prædia donarat principi viro, is donator liberos nullos habebat, sed diuersarum linearũ hæredes complures. Constabat quod donatum esset intra tertiam consistere patrimonij totius, sed eius lineæ vnde

res do-

res donatæ prouenirent longè excedere tertiam. Donatarius vnum donatoris fuisse patrimonium clamabat, valuisse igitur donationem, quia respectu totius patrimonij, tertia à Cõsuetudine expressa intelligi deberet: vnius enim hominis non ampliùs quam vnum patrimonium dici posse. l. sed etsi plures. §. filio. D. de vulg. & pupi. l. iurisperitos. §. cùm oriũdus. D. de excu. tut. & nos §. sequenti ampliùs dicemus. Licuisse igitur de toto trientem donare, neque distrahendum in partes quod suapte natura vnum esset, ad inualidẽdam dispositionem, quando eadem ratio in insinuationibus seruaretur, quæ si vnius contractus essent, semel & eodem loco fieri sufficeret, quod Bald. ait cons. 167. lib. 5. nec si vnius summæ esset contractus, distrahendum in partes, vt fieret locus dispositioni de non insinuandis, quæ intra quingentos aureos starent, de quo Bal. l. sancimus. §. sin autem per diuersa. C. de don.
13 Alex. cons. 165. lib. 2. & antea attigimus. Sic in donationibus non attendẽdum quid ad quemque heredem deuenire deberet, sed quid esset in bonis donatoris tum cùm donaret. Quod si quid esset quod alterũ grauaret, agerent inter se hæredes reconuentionibus, vt cuiusque tertia demeteretur. Sed eam non fuisse donatoris necessitatẽ, cuius de toto arbitrium & dispositio fuisset. Sed hæres grauati stemmatis obstabat, & fuisse quidem vnum donantis patrimonium in manu donatoris fatebatur, quoad vsum & dispositiones onerosas, & iura creditorum, & æs alienum quod totum patrimonium respicit. l. si fideicommissum. §. tractatum. D. de iudi. sed diuersum iudicari quoad dispositiones lucratiuas, quo titulo plus tertia de vnaquaque hæreditate alienare non liceret. Namque prohibitionem de tertiæ excessu totam inductam esse hæredum respectu & cõtemplatione, nec quidquã aliud spectasse Consuetudinis intentionem, cuius non alia mens esset, quàm vt pecunia gẽtilis & fortunæ auitæ, genti cuique & familiæ quàm integerrimæ starent, & ei conseruarentur vnde manassent: sed in eo nullam rationem dici posse, cur de pluribus hæreditatibus & hæredibus, iure eadem & plane æquo, alteri aut vni eorum suum periret aut decederet, alteri integrũ staret. Nam Cõsuetudinem cùm hæredem dixit indefinitè de omnibus & singulis idem sensisse, nec aliter quàm distributiuè posse intelligi, quod vna tãtùm hæreditate proposita singulari numero illa enunciasset. Esse enim in casu proposito hæreditates diuersas, origine, sanguine, genere, gente, quæ si hoc casu sanguinis concursu in vnius Domini manum coïssent, non propterea ex eo mutari succedendi conditionem, sic vt quandóque eueniente casu & putrefam. sine liberis mortuo, patrimonium quodque in suam gentem non recurreret, sicuti in seruitutibus dici solet, quæ coniunctione dominij prædij dominãtis & seruientis confunduntur quidem, sed separatione incidente ex antecedẽtibus quidem causis restitui debent in pristinam causam. l. legatarius. vbi Imol. Angel. Ias. D. de leg. 1. l. propter veneni. §. neptis. vbi Bar. Bald. Angel. D. ad Syllan. l. ex sextãte. §. Latinus. D. de except. rei iud. Ex quo ipso mirabile quiddam traditum, cùm quidam vxoris prædia distrahisset, extitit communis marito & vxori filius & hæres, sed eo mortuo sine liberis, hæredes vxorij stemmatis reponi sibi alienata postulabant ab hæredibus mariti, id hæredes mariti negabant ius esse, quia cõiunctione vtriusque patrimonij in persona filij qui vtrique hæres fuisset, extinctæ essent actione passionis & actionis concursu in eodem subiecto, sed tamen pro hæredibus vxoris iudicatum constat. ex. d. §. Latinus. & Bald. l. si vxot. D. de bon. aut. iud. poss. l. debitor. D. ad Treb. quod

& Matth. Afflict. à suis Neapolitanis iudicatum memorat. decis. 237. & eruditi quidam S.C. Parisiẽse adferunt. Certè à nostris iudicatum scimus. Ex quibus perspicuum est, quod per se satis apparet, quòd in persona vnius vnicum est patrimonium, respectu hæredum in plura scindi & abire, sed hoc casu eorum respectu appositam esse prohibitionem. Nec nulla sunt in iure Romano talium dispositionum exempla, & vnius & eiusdem hominis facultates diuerso iure censeri. l. eum qui certarum. D. de re mili. l. hinc quæritur. §. potest. D. de pecul. l. 1. §. si filijsa. D. de sep. bon. quod ipsum à nobis tractabitur. §. seq. glo. 8. Sed in hac conceptione verborum *(au cas qu'elle ne le feroit en fraude de son heritier.)* Cur alteri magis quàm huic hæredi consulere vellet Cõsuetudo? Cur de pluribus vni duntaxat, vel cur vni nocere potiùs quàm multis? Cur tenui fortasse hæreditati decrescere quàm opulentæ, quando separata hæredum conditio & interesse esset, & æquè principale singulorum, & cõseruatio suæ cuiusque gẽtis cuique hæredi precipua & singularis? Denique quomodo ad faciẽdum trientem cuiusque hæreditatis in considerationem aut numerũ, aut quotam adduci potest quod alterius est lineæ patrimonij, gentis, aut verius externa hæreditas. Ex quo apparet & planum fit, cùm tota ratio prohibitionis posita sit in respectu heredis, non esse in potestate cuiusquam, qui quamlibet vnicum aliquo respectu habeat patrimonium, respectu tamen hæredis diuersum, de eo disponere in fraudem Consuetudinariæ prohibitionis, quæ cùm sit cõtemplatione heredis apposita, diminuit hominis arbitrium de rebus suis, vt alteri conseruet, ne vltra tertiam excurrat. Quod si aliter admittitur, eueniet vt alteri solidum pereat alteri solidum saluum sit magna iniquitate iuris. Nec enim probandum est eorum iudicium, qui reponẽdum actionibus inter ipsos inter se hæredes putant, ꝗ alteri præter modum ablatum sit. Nam præterquã quod vni hæredi cõtra alium nulla actio dari potest, de eo quod facto auctoris cõmunis accidi, nec lege vlla inducitur, ita multo maiorem rationem habet, nõ decedere quod lege defertur, & infirmari quod vltra modum fit, vtilitate eius qui titulo lucratiuo capit, quàm recuperatorias actiones dari hæredibus inter se. Deinde recuperatoriæ actiones fundos paternos & auita patrimonia non restituunt, imagines & domus insignia non reponunt, vtcumque detur compensatio, hæc apud donatarium manent, in quo Iurisconsulti tam magna sæpè momenta ponunt. Adde magnas molestias & sumptus æstimationũ, appretiationum vt loquuntur, magnas, & iudicantium & estimatorum libidines, iniquissima sæpè & empta arbitria, incredibilia in his persequendis effugia, sumptus & pericula alternantis aleæ, quæ omnia subire hæredem nihil est necesse, cui de rebus suis consulendum est potius, quàm vt amissa re auita actionibus experiri cogatur. Cur hac in re libidini aut intemperantiæ donatoris, qui rem prodigit (& quis sanus ferè donat) obsequi lex voluerit potius, quam iustæ hæredis querelæ morem gerere, quì auita amitti luget, & cui ipsa Consuetudo prouisum voluit. Cùm plures hæredes diuersarum linearum proponuntur, sic plures intelliguntur, vt nullo modo cohæredes intelligantur, quod Alex. rectè notat. cons. 31. vol. 1. similes (inquit Iurisconf.) alium castrensium, alium reliquorum bonorum hæredem instituerit, non est locus familiæ herciscundæ iudicio, diuisum est enim eorum per cõstitutiones patrimonium. l. hæredes. §. 1. D. fam. hercisc. Igitur familiæ herciscũdæ iudiciũ inter eos nõ est. Denique nullũ negotium inter eos geritur, etsi maximè actio aliqua datiua à lege daretur, tamen

Chopi. lib. 3. c. 10. Priu. Rustic.

corpora hæreditaria auita non restitueret. Nihil hîc probabiliter responderi potest præter effræne arbitrium donatoris, sed id Consuetudo cohibere voluit. Quod si ratio admittitur à compensationibus, & corporum alienatio permittitur, eueniet, vt si donator plus tertia alienauerit, hæres cogatur accipere compensationem de pluri, etiam posito vnico hærede. Sed tamen id perabsurdum est, nec verò ferendum. Quid quod tam separatæ sunt singulorum hæreditates, vt singulas creditores sui sequātur in realibus debitis, in personalibus nō vt à cohæredibus sed pro modo emolumenti æs alienum dissoluendum sit, contra regulas. Non vt à pluribus eiusdem hęreditatis hæredibus, aut partium sed solidis solidarum. Sed & hoc quod dicemus perabsurdum. Pone vnum ex hæredibus debere partagium aliquod (loquamur enim ἀμαθέστερον) patruo, id omnino oportet dissolui de substantia hæreditatis. l. scimus. C. de inof. test. si ponimus totam eam hæreditatem absumi donatione, saluis auctionibus aduersus alios hæredes, eueniet vt hoc dissolui nō possit, quia is cui debetur non aliter accepturus est quàm de corporibus hæreditariis. Sed id hæres non poterit, si alia pro aliis accipere cogitur per actiones recuperatorias. Nec dubium quin diuersarum hæreditatum hæredes, licet vnius hominis sibi inuicem sint extranei, quod si verum est, restat necessariò in computationem tertiæ rationem iniri non oportere alienæ hæreditatis. Neque enim cohæredes sunt, nec sibi partes faciunt per cōcursum, nec portiones dicūtur, sed hæreditates solidæ, nec deficientium bona alteri accrescunt, sed potius caduca fiunt aut vacantia, & ad Dominos locorum quàm ad hæres aliarum linearum veniunt, quod alibi probauimus. §. vlt. tit. *Des Bastards*. [*Art. 591. N. C.*] Nec hæres patrefamil. bona vnius lineæ malè consumente, actionem vllam habet malæ tractationis aut proteruiæ. Denique separatorum perpetuò separata ratio est: Nec spectandum quid de toto donator cùm viueret voluerit, cui cōsiderario hæredis à Consuetudine apposita, modum indixit quid velle deberet, quod si modum excessit, modus in vnaquaque hæreditate nec aliunde quærendus, cùm consideratio rebus ipsis affixa sit, & potentia in agente cohibita nullitatem excessus inducat. Quod ipsum vt sic fieret, cons. Pictonum expresè est cautum, artic. 181. Andium, 324. Cœnom. 339. Sed & non semel in Curia Britannica iudicatum, semel *pour le sieur de Carné pour la terre de Pennemarch*, anno 1575. Iterum *entre les heritiers de Galais & les donataires*, Martio, 1576. Nec admodum erat quòd tantopere dubitaretur, nisi quia à magnis authoribus controuersiæ speciem sæpe maiorem capiunt, non rectè cùm personæ respiciuntur, & habebunt hîc reformatores, vnde controuersias componant, si reipub. consultum volent. [*Art. 200. N. C.*]

14 Nascitur ex hac dubitatione alia, An cùm diuersarum linearū hæredes negauerimus cohæredes esse, hæc autem prohibitio apposita sit cōtemplatione cohæredum, quos æqualiter vult lex succedere. An donatio facta hæredi bonorum maternorum de bonis paternis valeat. Constat enim hîc deficere qualitatem hæredis prohibitoriam. Ego etsi penè certum est in verbis Consuetudinis vix probari posse prohibitionem, cùm tales cohæredes non sint, nec videatur donari hæredi in eadem linea, tamen puto sufficere adesse qualitatem hæredis qualiscūque, siue mobilium, siue cōquæstuum, siue paternorum, siue maternorum ne talibus donari possit, alioqui nihil faciliùs fuerit qàm fraudes architectari. [*Idem art. 202. N. C.*] Nam respectu agentis sufficit hæredem præsumptum esse, cui donatur cuiuscūque lineæ sit, quæ ratio in mente Consuetudinis rese-

A disse putanda est, quod & Pictonum Consuetudo expressit tit. de donatio. §. 215. in reformata, alioqui indirecta hæredis institutio admitteretur.

15 Quid verò si donationi excessiuæ inofficiosæ, aut inter virum & vxorem factæ, hæres præsumptus consenserit, an possit donatio sustineri, & ponimus præsumptum verè hæredem extitisse donatori. Nam antè mortui consensus nihil ad rem, si alius hæres reperitur mortis tempore. Fuit qui scriberet talem infirmatam Aresto Parisiensi, etiam si hæres subscripsisset, quod ego vt credam vix adduci possem, nisi aliud in circumstantiis fuit. Nam cùm eiusmodi nullitas de B earum genere sit, quas respectiuas appellauimus, hoc est quæ non absolutè nullæ sunt, sed cōquerente duntaxat eo cuius interest, accedente eius consensu actus reualescit, cùm res per se in commercium cadat, & consensum, nec aliud obsit præter interesse hæredis, quod subiecto planè simili Iurisconsultus respondet, lege non videtur. D. si quid in fraud. patro. Quod (inquit) volente patrono libertus donauit, non poterit Caluisiana reuocari. & lege secunda. C. eod. titu. l. qui autem. §. præterea. D. quæ in fraud. credito. Nec video quid his responderi possit, & in hanc sententiam contrarium Parisiensi C Rothomagense Arestum citatur in cons. titu. *Des Dons de pere.* Ideóque & prohibēte statuto virum legare vxori, limitationem adiiciunt de consensu hæredis, quod latè prosequitur Barbat. consilio 12. vol. 1. incip. scribitur.

16 Competunt igitur hæredibus actiones reuocatoriæ, excessus & inofficiosi querelæ, de eo quod præter modum donatum est. Nam si in fraudem factæ sunt, Caluisiana, & similes reuocatoriæ dantur, his quidem quos proxima causa successionis tāgit, ex quo interdum euenit, vt nulla actio detur, veluti cùm hæredi donatum est sed vnico. Sed illæ potius *petitoriæ* D sunt & proprietatis quęstionem continent. Sed quo iure vtimur frequentius interdicta possessoria solent intendere adipiscendæ, aut retinendæ virtute problematis, *le mort saisit le vif*, aut in linea collaterali post manus leuationes, veluti continuata possessione, & quia dominium à donatore abscessisse negatur, quod glossa. Bart. & Castr. docent. lege. 1. C. de inoffic. donat. Sed ista possunt obtinere, si donatarius in possessione rei donatæ de facto fuit viuente donatore, sic vt donator in possessione non fuerit mortis tēpore, ergo nec continuari potuerit in hęredem. Hoc enim casu E cùm id tantùm quęratur an possederit, vincit qui actualiter & de facto in possessione est, quod nos diligenter exegimus in Appropr. art. 265. verb. *du saiß.* num. 23. & tit. *Des Succeßions.* §. 1.

17 Sed cùm in confesso sit hęredis eam esse quęrelam, dubitatio sæpe incessit, An viuo etiamnum donatore hæres pręsumptus de ea re quæri possit, an mortem donatoris necesse habeat expectare, cum ante hæres esse non possit. Ne longum respōsum expecta à scholasticis Iurisconsultis, nullam competere quia viuentis nullus hæres sit, ideóque & sine actione sit, quod in donationibus inofficiosis expresè respōdent. Alb. F & Cast. l. 1. C. de inoff. testam. Cast. cons. 441. lib. 1. Lupus rep. cap. per vestras. §. 23. de donat. int. vir. & vxor. Bald. cons. 276. lib. 3. Ripa. l. fœminæ. C. de secund. nup. num. 69. Sed vsus rerum magister aliud induxit, & ratio ab illo iure diuersa. Nam cùm Romano iure hęreditates ferè omnes ex testamento deferātur, nostræ non item sed à consuetudine, consequens est, quod hęres habeat, à lege habere, non à defuncti dispositione, quo sępe nolente & inuito hæres habet, sic vt facto testatoris auferri eas spes nequeat, directa quidem & permissa dispositione. Ex qua spe ius de

præsenti

presenti sic tribuitur, vt quod fraude sua auctor faciat, recte possit hæres inofficiosi postulare, hactenus quidem vt conseruatoriis actionib. vti liceat, ne aut temporis intercapedo, aut præscriptio noceat taceti. Tales actiones recte de iure præiudicia possunt appellari, per quas non recte agitur, vt quid detur fiatve, ac ne ad id quidé, vt donatio quantumlibet excessiua rescindatur, cùm id ius in habitu potiùs sit quam in potétia; & donatio interim valeat, & habeat suum effectum in fructibus omni respectu, sed vt quãdoque hæreditate delata, saluum ius sit actionibus reuocatoriis aut inofficiosi experituro. Quare quotidie tales agentes audiri hoc fine receptum est hactenus, vt actiones saluas futuras pronũcietur & in eadem causa, quem in vsum reperta sunt nostra plegiamenta & actiones præiudiciales, quæ alteri actioni viam præparãt. Sed & postulantibus donatoribus aut verò donatariis, cùm hæres litem cõminatus est, coactos hæredes iudicium suscipere & ius suum deducere ab experimentis scimus, ex remedio. l. diffamari. C. de ing. manumiss. ne subinde impendens saxum semper metuere donatarius cogeretur, & temporum mutatio suspecta esset. Quod perquàm crebrò fieri compertum est.

Sed quærimus, num ipsi quoque donatori actio competat vlla ad reuocandas donationes siue excessiuas, siue fraude factas. Nec dubitandum dari, cùm reuocatio fit ex l. si vnquam. Sed inofficiosi aut excessus alia ratio & causa est, tales enim causæ donatorem non respiciunt, qui de suo contractu tenetur, nec habet quod conqueratur nisi de se, si præter modum donauit, aut inofficiosè respectu aliorum liberorum, quòd glos. Bart. Bald. Cast. Salyc. notant. l. 1. C. de inoff. donat. Bart. Bald. Imol. Cast. l. Titia. §. Imperator. D. de legat. 2. nos latè, art. 265. tit. pro dimisso. Sed nec quas fraude alterius fecit, reuocare ipse posset. l. cùm profitearis. C. de reuoc. donat. Est enim vt sæpè dicimus, vitium tale respectiuum certæ personæ, cui lex actionem de eo dedit, sed non passim omnibus, nec aliis quàm quorum interest, & qubus fraus fit.

GLOSSA 10.

1 *Fraus quid sit.*
2 *Fit homini, fit item legi, & quomodo.*
3 *Fraude hæredis factæ donatio in totum corruit.*
4 *Odij vox tolli non debuit de textu.*
5 *Odio factæ donationes nullæ sunt,* & num. 8.
6 *Exempla de donationibus in fraudem.*
7 *Quid est odium.*

1 *Au cas qu'elle ne le feroit par fraude.*] Nam fraude facta in totum corruit, ac ne intra tertiam quidem valere posset, quia fraudis intentio totum actum inficit. Fraudem intelligimus meditatum propositum donatoris hoc agentis, vt qui res & hæreditas iure gentis & sanguinis, ex Consuetudinis dispositione ad hæredem venire debebat, eam ille ne habeat sed alius potius, in quo actu vincit propositum maleficiendi & intentionem agentis elicit. Nam sola fraus quàm re dicimus, hoc est contingens diminutio bonorum quæ hæres sperat, de qua in l. nil aliud est fraus. D. verb. signif. non esset sufficiens ad irritandas donationes. Nam sine hac nulla donatio fieri potest, nec quidquam donari quod non decedat hæredi. Sed ea demum improbatur, quæ deprauato consilio fit, maleuolentia hæredis & eo fine ne habeat. Itaque solus euentus non infirmat donationem, sed consilium & meditatum nocendi propositum lædunt, quem quidam dolum ex proposito recte appellant. Sed interdum ho-

A mini, interdum legi fieri fraudem contingit, quàm differentiam aptè Iurisconsultus designat. l. libertus. §. planè. D. de iur. patro. Hîc de ea loquitur quæ fit homini, sed vtramque eodem sæpe actu cumulari cõtingit, vnde actus fit deterior. Sed earum nulla actum rescindit viuente donatore, propterea quod cùm res in bonis sint donatoris, voléti fraus facta dici nequit, cùm hoc casu tota hæredi struatur, qui viuente authore nihil iuris in rebus habet, nec quidquam ampliùs quàm actiones cõseruatorias, vt supra diximus. Porrò cùm donationis titulus merè lucratiuus sit, non

B est necesse rescissoria aut reuocatoria agenti probare participationem fraudis in donatario, id enim fit in contractibus onerosis. l. penult. C. de reuoc. his quæ in fraud. credit. Sed donatio ex sola donantis intentione corruit, si mala mente facta est. l. 1. §. dolum. D. si quid in frand. patron. 3

Fuit verò quod hîc omitti non debeat, in plerisque exemplaribus veteris Cõsuetudinis scriptæ præter vocem fraudis etiam odij vox (*en haine*) & eam legisse 4 in veteribus actus reformatorum & processus verbalis vt dicunt, testatur. Cur eam sustulerint ratio nulla apparet, nec probandum eorum iudicium est, cùm

C res loquatur factis odio donationibus necessariò includi fraudem, quæ vt ante diximus diffinitur esse meditatum propositum intercipiédæ spei hæredis. Quare quod odio hæredis fit, negari nequit fraude hæredis factum, nec magis odij vocem quàm fraudis expungi debuisse quàm speciem adimi suo generi, si quidem odio factæ donationi necessariò inest fraus, id est intentio aduersus hæredem, imò nemo donare possit fraude hæredis, nisi odio ante concepto. Cæterùm errorem iudicij reformatorum non aliunde quis certiùs deprehenderit, quàm ab ipso reformatorum facto, qui in art. 451. eodem planè in argumento,

D hanc ipsam odij vocem extare passi sunt, quo loco demenda fuit aut hîc relinquenda. Certè quo tempore reformatio facta est, sic prudentes rerum homines loquebantur aliquid datum esse tempori & gratiæ hominum potentum, cùm eo tempore illustris & æstuosa controuersia de hoc ipso odij verbo verteretur, quæ ipsa etiamnum nepotes expectat iudicaturos, & subinde recalescit. Nec verò odij vocem magis conueniebat expungere quàm in Romano iure, quo ipso vox odij & homonymæ tales plerumque reperiuntur simili in argumento, vt l. 3. D. de inoff.

E testam. vbi de maligno parentum in liberos iudicio loquitur. vnde inofficiosi querelæ proditæ, inimicitiarum quibus necessariò odium inest, meminit. text. l. liberi. C. de inoff. testam. offensæ verò. in l. si maritus. C. eod. tit. & l. testamenti. eod. tit. offensi & irati patris. in l. cum te pietatis. C. eod. tit. odij in specie. l. si filiam. eod. tit. Sed & exhæredatorũ mala mente métio in iure l. si patronus. §. si quis cùm mala. D. de bon. liber. nec dubio quin & alibi, si loca succurrerét Bald. 6 & Salic. l. 2. C. si quid in fraud. patron. donationis fraudulentæ exemplum ponunt eiusmodi, Cùm quis (aiunt) filium odisset & eum legitima fraudare vellet,

F & de modo cõsuleret, rationem reperit rem cuiquam vendendi, vt pretium receptum cõsumeret. Hîc vterque fraudem concludit ab odio. Si ab sacris exemplis & scripto auctoritatem quærimus, Extat Deuteronom. 21. & Iosephus inter legalia illius legis memorat. lib. 4. antiqu. cap. 6. si habuerit homo duas vxores, vnam dilectam, alteram odiosam. & ex odiosa primogenitum, non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odiosæ. Sed & è prophanis scriptorib. Demosthenes Oratione cõtra Leocharem, non passim olim Græcis vsurpatas adoptiones scribit,

quia plerumque odio hæredum fieri constaret, qui similimus est huic casus. Sed & Ioan. Fab. §.1. Inst. de hæredit. quæ ab intest. ait eos peccare, qui propter rancorem alios instituunt hæredes quàm proximiores. Quod si Principibus Iurisprudentiæ, sacris literis, & tãtis auctoribus displicuêre dispositiones odio hæredum factæ, quid in mentem venerit reformatoribus, cur odij vocem expungendam putarent, difficile est ariolari, cùm significantem & emphaticam vocem tollerent, quæ bono fine & sensu staret, cuius facti culpam conuincit alio loco non expuncta
7 vox eadem. Quare omnino reponendam puto, tot auctoribus facti. Est autem odium motus animi contra præsumptum hæredem ex maleuolentia, præter officium naturæ, & charitatem inditam sanguini contra naturales storgas, cùm sit hæc naturæ & generis humani propensio carnem suam non odisse, ex quo qui suis non prouideat, infidelis dici debeat, imò infideli deterior, quòd Paulus disertè pronun-

Reposito art. 199. N. C.

A ciat. Quare sic demum concludimus, quod beneficio in externum conferatur, valere sinendum, si non lædendi hærendis voluntas intempestiuam liberalitatem elicuit.

Contre ses hoirs.] Ex his verbis dubitari nequit hanc 8
prohibitoriam dispositionem, & negatiuam appositam esse respectu hæredum, ideóque nec donatorem respicere nec alium, & consensu eius quem respicit remitti posse, quòd ante diximus, & præscriptionem de talibus donatis procedere respectu omnium externorum præterquam hæredum, quorum consideratione & generis totius hæc dispositio facta & cauta est. Ex quo fit, vt si etiam vnius odio donatio facta est, tota corruat vt facto indiuiduo, agit enim odium in totum actum, cùm motus & intentio donãtis ab odio manauit. arg. l. si communem. D. quemadm. ser. amitt. etsi enim interesse partium diuidi possit, intentio & factum non est diuiduum, notatur. l. sancimus. §. si per diuersa. C. de donat.

Article CCXIX.

Artic. CLXXX. Novae Cons.

Et [a] aussi [b] peut donner tous ses [c] meubles, [d] ses debtes [e] mobiliaires [f] premierement payées [g] sur iceux.

ET [a] etiam [b] potest donare omnia sua [c] mobilia, [d] soluto ante ære alieno seu debitis [e] mobilibus [f] antea [g] super ipsis.

Censvra.

Hæc enunciatio in multis peccat. Nam primùm non exprimit, an hæc donatio cumulatiuè cum superiore fieri possit, an separatim per se. Deinde valdè incautè donationem omnium mobilium permittit, nec adiicit an donator patrimonialia an habeat, an conquæstus. Nam si non alia quàm mobilia habet, & crudele & inhumanum est, donationem vniuersorum permitti nece liberorum. Deinde hic locus erat statuendi de donationibus conquæstuum, de quibus nihil vsquam constituit.

Sic avtem, vt ivdico, et res docet, melivs.

Et outre ce que dessus, peut donner à autre qu'à son heritier presumptif, tous ses meubles qu'il a ou aura lors de son deceZ: pourueu qu'il ait patrimoine ou acquests dedans le pays, & s'il n'a ne l'vn ny l'autre, ne peut donner que le tiers des biens qu'il a, soient meubles ou acquests, ses debtes mobiliaires premierement payées sur iceux, dequoy faire le donataire baillera caution si de ce faire requis est, excepteZ les especes dont le donateur auroit fait deliurance en sa saine vie au donataire, auquel cas n'est ledit donataire subiet aux debtes, si d'ailleurs ils n'estoient hypothequeZ par le donateur pour le payement d'icelles.

Art. 203. N. C.

Art. 204. N. C.

Rationes scripti reddemvs.

Glossa 1.

[a] *Aussi.*] Hæc vox, valet Latinum (etiam) quæ diuersitatem facti notat, & identitatem iuris, & videtur implicare coniunctionem vtriusque donationis, collectiuè. Sed hoc dissidioso sæculo omnino exprimi conueniebat, an de vtroque coniunctim, an verò separatim statuere in mente esset. Nam verba per se non necessariò inferunt, & scitum multa sigillatim

B permitti quæ non item coniunctim, prǽsertim titulis lucratiuis, nec idem ius casuum mixtorum & separatorum, de quo Alex. cons. 96. lib. 2. num. 6. & cons. 83. lib. 3. num. 17. & 28. lib. 4.

Glossa 2.

1 *An qui nihil præter mobilia habet, possit donare omnia.*
2 *An qui nihil in patrimonio habet, possit donare omnes conquæstus.*
3 *An qui nihil in conquæstibus, possit donare mobilia.*

[b] *Peut donner.*] Hoc idem ius externis quoque prouinciis compluribus, sed distinctiùs & aliis præsuppositis. Itaque hîc valde desiderãda est reformatorum prouidentia, qui minus quàm illæ cauêre. Nam nusquã permittitur, ei qui nulla bona habet præter mobilia, vniuersa donare, & patrimonialia consequuto, aut conquæstus facilis fortasse iactura mobilium fuerit. Sed nihil prǽter mobilia habenti intolerãdum est omnium donationem permitti effusa liberalitate in externos, contemptis liberis, & nece eorum: Nam eo casu mobilia patrimonij locum & considerationem occupant. Quid enim? cùm eiusmodi negotiatores sint Antuerpiæ, Lugduni, Rhotomagi, qui fortunas suas omnes habent in mobilibus & pecunia, soli ne pollicem quidem præter hortos suburbanos, an quia omnium bonorũ mobilium donatio non prohibetur, omnia prodigi sinemus importuno affectu sine consideratione liberorum, & dedi eos patiemur externorum dominorum arbitrio errantes & destitutos. Omnino putandum non est, sequendáque vicinarum cõsuetudinum cautio, quibus ea de re valde prudenter cautum est. Nec conquæstuum plus tertia pars 2
donari possit, ab eo qui patrimonium non habet, ne mobilium plus eadem tertia, ab eo qui conquæstus non habet, de quo Turon. Consuet. art. 238. Picto. 3
223. Angolis. art. 49. Cœnom. 352. Andium, 327. & 340.

Art. 203. N. C.

Ac melius omnino hac quidem in re vidisse eos fatendum est, nec sine culpa omissum quod vetus expresserat Art. 217. & mirum est incogitantia prætermissum. Quare poscit hoc ipsum reformatorum secundas curas meliores. Quin & interpretatione pru-
4 dentes hunc quoque rigorem emolliêre, ne satis esse diceretur quæuis patrimonialia habere ad validandam donationem. Nam qui pauci aut nihili æstimanda haberet, non putarunt omnia mobilia donare posse, sed sic temperandum, vt aliqua ex parte rebus donatis responderent, quæ hæredib. relinquerentur, quod Molin. notat ex sententia Quadrigarij veteris consulti annotatione quadam ad marginem Consuet. Angolismensis. Porro hîc quoque ἀβλεψία reformatorum inspicitur, quòd nihil de donatione conquæstuum cauerunt, an externis fieri posset eorum donatio, nisi superiori Articulo de tertia eorum quoque constituisse videri voluerunt: sed tamen hic locus postulabat, vt exprimerent.

GLOSSA 3.

TOVS SES MEVBLES.

EXCIPE.

Non idem paganus hæredi præsumpto Art. 228.
Non idem coniux coniugi, nisi mutua donatione Artic. 221.
Non idem coniuges testamento Art. 223.
Non idem minores, inhabiles.

Porro hæc donatio multipliciter concipi potest, vel omnium mobilium, aut si quæ habet, quæque habiturus est donator cùm morietur. ex l. si ita legatum vbi Bart. D. de aur. & argen. legat. & inf. dicemus.

GLOSSA 4.

1 *Donatione bonorum non veniunt merces.*
2 *De nominib. & chirographis &c.*

[c] *Meubles.*] Quid hac appellatione intelligatur, dicemus Art. 447. & alibi 408. Nunc id tantùm dicẽdum
1 in generali donatione bonorum mobilium, non venire merces quæ negotiationis causa habentur in apothecis à mercatoribus. l. generali. §. vxori. D. de vsufr. legat. Angel. & Ias. §. item Seruiana numer. 44. instit. de actio. Decius conf. 472. tametsi quidam controuertunt, cùm vox vniuersalis (omnium) adiecta est. Nec negandum si appareat hanc voluntatem donatoris
2 fuisse, quin venire possint. De nominibus, chirographis, obligationibus an veniant, lata tractatio Tiraq. in primog. q. 49. & l. si vnquam. verbo bona, Ias. conf. 5. lib. 3. & conf. 171. Molin. conf. 36. Decius conf. 472. dicemus quædam Art. 408. non videri in donationem venire mobile, quod donator perpetuò certi prædij vsui destinauit, veluti præsumptione voluntatis exceptum.

GLOSSA 5.

1 *Debita dicuntur, de quibus potest esse actio.*
2 *Donator non potest diminuere donationem donando.*
3 *Debita mobilia arreragia redituum.*
4 *Pensiones domorum quarum dies cessit, mobiles sunt.*
5 *Reditus constituti, debita mobilia non sunt.*
6 *Interesse ob euictionem, debitum est reale & immobile.*
7 *Vsusfructus constitutio, est debitum immobile.*
8 *Compensatio rerum immobilium alienatarum, immobile debitum.*
9 *Debitum mobile per adiectionem hypothecæ, non fit immobile.*
A 10 *Hypotheca debiti naturam non mutat.*
11 *Legata semel præstanda sunt debitum mobile, continuanda immobile.*
12 *Legata defuncti debita non sunt.*

[d] *Ses debtes.*] Huiusmodi Consuetudo ferè Prouinciis 1
omnibus obtinet, vt donatarium mobilium æs alienũ donatoris sequatur, contra Iuris Romani dispositionem, de qua inferius disseremus. Cæterum hîc debita intelliguntur, de quibus cum defuncto actio esse potuit, vt sic excludantur naturalia tantùm ad quæ donator per actiones non tenetur, de quibus. Bart. l. si is
B cui. §. Flauius. D. de fideiuss. Bald. & Castrensis. l. quibus. §. dominus. D. de cond. & demonst. Legata vero, & donationes testamentariæ post mortem donatoris percipiendæ, debita defuncti donatoris non sunt, quia talia ab hærede incipiunt, cùm nullo vnquam tempore debita à defuncto fuisse dici possunt. l. apud Iulianum. D. ex quib. caus. in poss. eatur. l. quæ legata. D. de reg. iur. Non sunt igitur defuncti, ideòque ab donatario non debentur per hanc dispositionem, nec in eam cadunt. Deinde in potestate donatoris esse non 2
debet donatione inter viuos facta, legatis aut dona-
C tionibus posterioribus diminuere quod donatum est, viuus enim donator etsi vtendo diminuere potest res donatas, in donationibus quæ à morte effectum sortiuntur, tamen non idem posset donando aut legando titulis voluntariis in testamento. l. viuus, vbi tex. expressus. D. de his quæ in fraud. patron. de quo nos Art. 423. de quo ipso arestum Parisiense memorant. Ne funeris quidem impensa donatarij esset, nisi expresè statueretur, quod quidem hîc non exprimitur, sed in Art. seq. & Art. 227.

Chop. de Priuil. rust. lib. 3. cap. 4.

[e] *Mobiliaires.*] Debita mobilia vocat, quæ de mobilibus debentur per actiones personales vt plurimum,
D nam & aliis de causis deberi possunt, qualia sunt pecuniaria omnia aut in pecuniã resolubilia, denique quotiescumque immobile præstari in obligatione non est. Talia sunt reliquiæ & arreragia redituum constitutorum & aliorum, & fructuum restitutiones quorum 4
donator iudicatus est, aut qui debuit pensiones, quarum dies in vita donatoris cessit, de quibus nos Articul. 276. 537. 540. 250. & quæ Molin. notat in feud. Art. 25. Tiraq. in retract. §. 1. glos. 1. numer. 10. Sed 5
reditus ipsi constituti super bonis donatoris pro pecunia accepta, mobiles non sunt, nec donatario mo-
E bilium incumbunt, sed ab hærede debentur immobilium, de quibus Molin. §. 57. num. 27. & 28. Quærit Molinæus Art. 252. Conf. Cœnom. de casu eiusmodi: Aliquis constituit reditum super bonis suis ad rationem duodecimæ, & fideiussorem dedit Titium, cui promittit reditum luere intra annum. Moritur debitor, Quæritur, an id debitum ad hæredem aut donatarium mobilium pertineat, ille ad mobilia pertinere putat, quia obligatio non sit nisi ad mobile. Et certè probandum est respectu fideiussoris obligationem esse ad mobile, id est ad luendum, etsi de reditu ipso cõtinuando alia ratio esse potest, certè de luendo mo-
F bile est. Sed & reditus à marito constituti super bonis suis, immobiles sunt & ab solis mariti hæredibus præstandi, nisi cõstet pecuniam in acquæstus communes versam, de quo Molinæus vbi sup. Chas. rub. 4. glos. vlt. & §. 9. De interesse debito ob euictionem, si 6
fortè maritus rem quam vendiderit, euinci passus est, & ex eo condemnatio interesse sequuta est, quæri potest, an sit mobile debitum, quia etsi secundaria obligatio in interesse pecuniarium resoluitur, primaria tamen quæ rei tradendæ est, aut frui licere, non est pecuniæ & immobile continet, cuius natura primùm

ſpectanda eſt. l. miles. §. decem. D. de re iud. l. ſi quis
ſtipulatus fuerit decem in melle. D. de ſolut. etſi quæ-
ſtio Galli quiddam contradicere videtur. Ideóque im-
mobile debitum putandum eſt. De eo qui promiſit
ratum facere per vxorem cùm non feciſſet, atque ideo
damnatus eſſet pecuniæ, puto iudicandum ad hære-
dem mobilium pertinere, quia ob factum promiſſum
7 eſt, quod non factum in pecuniam reſoluitur. Quæſi-
tum de eo qui vſumfructum ſuper bonis ſuis pecuniâ
conſtituiſſet, redimibilem intra certum tempus pecu-
nia, an tale debitũ mobile eſſet; & ab hæredibus mo-
bilium præſtandum, aut donatario. Res loquitur &
areſtum Pariſienſe citatur ad hæredes immobilium
pertinere, non minus quàm reditus conſtitutus ſuper
bonis mariti in communione coniugali. Idem dicen-
8 dum fundo dotali vendito, cùm vxor eiúſve hæredes
compenſationem petunt, quia talis actio ad immobi-
le competit, etiamſi vxor pecunia contenta eſſe velit,
quia pecunia in obligatione non eſt, nec ſolui poteſt
inuita vxore. Sed cõſenſus eius obligationis naturam
non mutat reſpectu quidem tertij, nec rerum ſubſtan-
9 tia alteratur conſenſu. Proinde debitum pecuniarium
quod natura ſit mobile, adiectio hypothecæ immo-
10 bile non facit, etſi hypotheca realis eſt. Nec enim hy-
potheca apta eſt obligationem innouare, nec per ſe
aut principaliter ſubſiſtit, ſed perſonali accedit aut cõ-
naſcitur ad ſecuritatem exactionis, nec in plus nec ad
aliud, ſed ad idem obligat, etſi efficaciùs id quidem,
verùm ad debiti ſubſtantiam nihil addit, quod ex eo
patet quòd fideiuſſor qui in plus obligari nequit quã
reus principalis, hypothecam adiicere poſſet, quàm
reus principalis non appoſuerat, quod Bart. ait. l. ſi fi-
nita. §. eleganter. D. de dam. infect. & l. hi qui. de fide-
iuſſorib. D. Ang. l. in omnib. D. de re iud. Sed ſi im-
mobili debito adiecta eſt, haud dubiè & ipſa immobi-
11 lis eſt, & naturam capit à principali. Legata ſemel
præſtanda, debita mobilia ſunt hæredis, diuturni &
continuati temporis immobilia, Tiraq. notat. in retr.
§. 1. gloſ. 6. nu. 10. Nec adduci poſſum, vt credam do-
natarium areſto coactum liberare hæredem à rediti-
bus cõſtitutis, qui inter realia debita & onera ponun-
tur, quod tamen Molin. factum ſcribit annotatione ad
marginem. Art. 203. Conſ. Pictauenſi, *entre le ſieur de la Salmondiere & les Goulards*, cùm onera realia ipſo iu-
re bona minuant, ideóque de bonis omnibus talium
deductio fieri debeat.

Chop. lib. 3. cap. 10. de Priu. ruſt.

Glossa 6.

1 *Pretium rei venditæ redditum ſoluto matrimonio, an mobile, an immobile ſit.*
2 *Conditiones purificatæ retroagunt.*
3 *Pretium ſuccedit loco rei.*
4 *Multum intereſt inter contingens & neceſſarium.*
5 *Pretium reſtitutum à conſanguineo vi retractus, à contingentia eſt.*
6 *Pretium ex neceſſitate redditum, rem reponit in priorem ſtatum.*
7 *Pretium ex contingentia reſtitutum, rem ponit in ſtatu præſenti.*
8 *In contingibilibus non fit retroactio.*
9 *Medium inhabile impedit coniunctionem extremorum.*

1 Magna & Iuriſconſulto digna inquiſitio de eo pre-
tio, quod vi conditionis de redimendo fundo reſti-
tuitur à venditore poſt diſſolutum emptorum matri-
monium, ſit ne mobile an immobile, quo modo,
quoque iure diuidatur inter ſuperſtitem coniugum &
hæredes defuncti, inter donatarium & eoſdem hæ-
redes, inter hæredes item mobilium & immobilium,

Vide art. 212 & 425. N.C.

A inter hæredes conquæſtuum item, quæ omnes dubi-
tationes pendent ab eo, ſit ne mobile an immobile.
Quid item de eo pretio quod ſuppletur diſſoluto ma-
trimonio ſiue per coniuges ſiue coniugibus fuit. Nec
enim in talibus parua momenta ſunt, & ſæpè ex facto
memini & magnas controuerſias inter opinationum
æſtus exciuiſſe, quæ etſi ſæpe magnis auctoribus ſunt
exercitæ, & illuſtres Iuriſconſulti ea de re differue-
runt & verò diſſenſerunt, tamen poſteris reliquiſſe vi-
dentur quod dicerent & verò docerent etiam, etſi
nos auctoritatem eorum quandoque ſequuti, vſu &
B experimentis meliores facti ſententiæ non melioris
auctores eos nobis fuiſſe, nunc & ſentimus & agnoſ-
cimus.

Quod pretium poſt diſſolutum coniugium reſti-
tuitur vi venditionis cui ineſt pactum redimendi con-
ſtante matrimonio conuentum, mobile quidam ſine
diſtinctione putauerunt, atque ita ab hæredibus mo-
bilium capi, aut donatariis. Huius ſententiæ fuêre.
Cyn. Iacob. Rauen. Bald. Alber. Corn. Decius, l. ea
demum. C. de collat. Alber. iterum in ſtatutis prima
parte. q. 93. è recentioribus Boër. in conſuet. Biturig.
tit. *des mariages*. §. 2. & conſ. tertio. inter ea quæ edi-
C dit. Tiraquell. in retract. in fin. q. 3. & item in re-
tract. conuent. in fin. q. 43. & lib. primog. q. 82. Con-
trà ſenſêre eſſe immobile & ab hæredibus immobi-
lium capi. Alex. Raphaël Fulgoſ. Franciſc. Aret. d. l.
ea demum.

Priores omnes vnica eadémque ratione vtuntur
ex l. 2. ff. id quoque. D. de collat. Hæc illius textus ſen-
tentia, filius emancipatus qui bonorum poſſeſſionem
contra tab. accepit, filio in poteſtate hæredi inſtituto
conferre debet, patri vtriuſque debebatur ſub condi-
tione quiddam, quæ conditio extitit poſt eius mor-
tem. Sic igitur ponitur. Quæ poſt mortem *quæruntur*
D non veniunt in collationem, conditio autem in caſu
propoſito poſt mortem euenit. Quærendum, an id in
collationem veniat. Reſpondet Iuriſconſultus confe-
rendum, videri enim id olim in bonis patris fuiſſe,
quia ex contractu conditionali facto in vita patris de-
beatur. Nam conditione exiſtente quandoque, rem
retrò videri in bonis patris fuiſſe, ideóque collationi
ſubiici. Sed certè hic caſus nõ magnam dubitationem
habuit, neque hunc qui proponitur, decidit cuius lon-
gè aliæ circunſtantiæ ſunt. Quippe regulare eſt & iu-
ris ordinarij, titulorum atque adeo poſſeſſionum effe-
E ctus in omni conditionali contractu reflecti, & retro-
trahi ad tempus contractus, quia vbi ſemel conditio
extitit perinde habetur ac ſi nunquam fuiſſet appoſi-
ta. l. neceſſario. §. quod ſi pendente. D. de peric. & cõ-
mod. rei vend. l. vlt. D. de vulg. & pupil. l. filius famil.
vbi Bartol. D. de verb. obligat. l. ſub conditione. D. de
ſolut. tempus enim contractus non exiſtentiæ condi-
tionis vbique reſpicitur ad acquiſitionem aut obliga-
tionis tempus diſcriminandum. l. quæ legata. D. de re-
gul. iur. l. non omne. §. 1. l. filiusfam. D. de re iud. & nos
fuſiùs diximus. Articul. 265. ver. *& ſaiſi.* titulo de
App. numer. 20. Ex hac ratione arguunt, quod virtute
F contractus durante matrimonio facti acquiratur, in
quo ſit redemptionis conditio appoſita, quæ poſt ſo-
lutum matrimonium exiſtat, id videri retro ſemper in
communione fuiſſe, & ab ea nunquam abſceſſiſſe.
Quare de eo ſic iudicandum, ac ſi diſſoluti matrimo-
nij tempore res in rerum natura, & in bonis cõiugum
reperta eſſet in primaria ſua natura, ergo ſic diuiden-
dum quomodo mobile, quia tale fuiſſet, nec alterius
naturæ cum in pretium impenderetur. Hæc ſumma
rationis, ex qua hanc concluſionem conficiunt. Hinc
delabuntur in illud diſpoſitiones ſtatutarias magis ac-
cedere

cedere ad obligationum testamentariarum naturam, quam contractuum, quod ipsum iure non probatur, & proinde falsum est, nec vires habet ad efficiendum id quod volunt. Sed & sunt qui pretium putant rem ipsam repræsentare, ita vt aliud de pretio iudicari non debeat, quàm de re ipsa, quam cõstat esse immobilem, vtuntur text. l. cùm in fundo. §. fundus. D. de iur. dot. cuius casus est: Maritus prouocatus ad diuisionẽ eius fundi, quem dote habebat, qui erat vxori cum alio communis, victus licitatione pretium suæ partis acceperat, id pretium Iurisconsultus ait non minus doti futurum, quàm erat pars ea fundi quam olim doti acB cepisset. Sic igitur de pretio censeri quomodo de re ipsa, esse ergo immobile id pretium, quod pro re ipsa fungeretur, Sed hic text. parum habet neruorum, in quo necessitas venditionis ostenditur, eaque rei alienæ. Quo casu minimè mirum est pretium in dotem recidere, quo iure pars fundi venditi esset habita, vt etiam illud quod nulla hîc fit temporis mutatio, ex qua possit iuris mutatio contingere, nulla coniugalis communio proponitur, nulla communionis dissolutio, nulla mobilium, nulla immobilium distinctio, nulla hæredum mentio, nulla stemmatum aut linearum diuersarum ratio prorsus, vt in facto nihil sit simile. Sed & multi illo iure titulum dotis pro vniuersali habent. quo casu pretium loco rei semper putant succedere. l. sed & rem. D. de petit. hæred. cuius rei loci apud Tiraquell. in retract. §. 32. glossa prima habentur.

Proinde nihil istorum medium feriisse mihi potest videri, nec casum, de quo quærimus, decidere. Nec ille. §. id quoque, in eam rem citari debuit, qui cùm in contractibus cõditionalibus disponat, nihil habet iuris singularis, cùm statuit existente quandoque conditione acquisitionem retrò ad tempus contractus inferri. Sed hîc casum in contractu conditionali non ponimus, sed purum sub conditione quidem resolubilem, cùm venditio sit sub lege redimendi. Sed nec horum sententia omnes casus attingit, nec ille. §. de aliis respondet quàm conditionalibus. Ponimus retractum peti soluto matrimonio eius fundi, qui constante matrimonio erat ab coniugibus emptus, non possis ex illo. §. id quoque, hunc casum decidere. Sed nec conditionales omnes huc pertinent, cùm ab euentu conditionis non quæritur coniugibus, sed extraneo, si coniuges ita fundum emerint, vt redimere venditori liceret, hæc conditio venditori acquirit redimendo scilicet, etsi ex consequentia pretium refundi emptori necesse sit, aut hæredibus eius, sed tamen hic casus lõgè dissimilis est ei quem ille. §. is quoque. decidit, in quo ex contractu patris hæredibus quæritur, per existentiam conditionis, sed non similiter fit, cùm ab euentu quæritur extraneo. Hoc enim casu pretium quod extraneus reddit, non recuperat priorem statum, nec regreditur in antiquam causam, sed in statu præsenti consideratur, & ex nunc conditionem acquisitionis sortitur, & illi vel illi acquirit. Cùm consanguineus ad retractum venit soluto matrimonio, etsi ex eo iure venit quòd constante matrimonio natum est, tamen non ab alio tempore acquirit, quàm quo petitur & exercetur actio retractus, nec ante intentatam actionem & ius retractus deductum, in exercitiũ vlla alteratio fit in iure coniugum, nec illis pretium aut debetur, aut restituitur, & interim possident, & domini sunt, etiam quo tempore matrimonium dissoluitur. Sed ipsi vicissim coniuges nullã habent actionem ad cogendum ad retractum. Quare quodcumque tandem restituitur nõ ab obligatione actiua coniugum, sed à contingenti restituitur, sed petere vt re-

A stituatur non possunt; valde ergo notãda hæc differẽtia quam nos non sine authore facimus, multum interesse inter necessarium & contigibile, necessarium est quod cogit, contingibile est quod potest euenire & non euenire. Necessitas iuris est cùm sibi coniuges dari fieríve aliquid stipulati sunt, siue purè siue sub conditione postquam quidem euenisse proponitur: Nam id fieri necesse est præstaríve quod in obligationem deductum est, idque ex æquo coniugibus acquirit. Sed alia est contingentia, cùm non ponimus actionem cõiugibus quæri, nec communioni acquiri, imo potiùs extraneo aduersus eos aliquo datò, in cuius electione est agere aut non agere, veluti in venditionibus sub conditione redimendi accidit. Nam extraneus venditor actionem ad reuendendum potest intendere si lubet, sed ita vt pretium restituat, idem si videtur abstinet ab redemptione, totum igitur in arbitrio & electione est venditoris, sed quo ad coniuges mera est contingentia, id quod facturus est venditor. Itaque quamdiu venditor non retrahit fundus est in bonis coniugum, & transit ad hæredes præmortui, cum quibus diuiditur ab superstite, atque hoc casu falsum est dicere pretium in bonis esse coniugum, nec enim

C est in bonis eorum, nec actio datur ad id recuperandũ, cùm rem habeãt, & semper verum est dicere, pretium ex quo tempore solutum fuit in bonis coniugum non fuisse, nec in communione matrimoniali, nec dissolutionis tempore, ex quo retractus petitus non est, nisi decem forte annos post solutum matrimoniũ. Ex quo fit, vt dissoluto matrimonio non sit quærendum de iure anteriori, quod fuit durante matrimonio retractu nondum petito, sed de eo quòd est de præsenti cùm retractus exercetur, & pretium restituitur. Nam casus de præsenti contingens rem iudicat in eo statu in quo est, sed necessitas ex causa antecedenti inducta rem re-

D ponit in pristinum statum, quo fuit à tempore causæ suæ. Quod ex conuentione quæsitum est coniugibus, conuentionis tempus respicit, & retrò respectat, & facit vt res semper in eodem statu fuisse videatur, sic & eo modo percipienda, quo si semper in communione mansisset, quia actio ad rem semper rem repræsentat, qui locus exercetur à Tiraquello. §. 1. glossa 6. in retract. Exemplo id quod dicimus, clarescet. Si coniuges constante matrimonio fundum vendiderunt, qui mariti proprius fuit, retenta facultate redimendi dissoluto quandocunque matrimonio, quod redemptum

E erit ad coniugem cuius fuit redibit, & in pristinam causam proprietatis sic reuertetur, vt retro semper fuisse videatur, & vt tex. loquitur formæ suæ reddetur. l. si vnus. §. pactus. D. de pact. quem locum in diuerso subiecto cumulat Tiraquellus in retract. §. 1. gloss. vltim. & patrimonialis erit si antefuerat, aut acquæstus, denique quidquid antefuerat, quod Decius scribit, cons. 88. & rursum 238. Bartolus. l. sequitur. §. item Labeo. D. de vsucap. Carol. Molinæus. §. 41. nu. 21. Vicissim si patrimonij cuiusquam diminutio facta est, post mortem patrisfam. ex causa habente origine in vita testatoris, non censetur in bonis eius fuis-

F se mortis tempore, quod sic aulsum est. l. serui qui apud hostes. D. ad l. Falcid. Alex. l. in ratione. D. ad l. Falcid. Lupus. repet. rub. de donationibus inter vir. & vxor. §. 62. versic. Intellige quoad commoditatem, ita vt in casu præsupposito doaria quæ tertiam bonorum habere debet, nihil de his petere possit, quæ ex causa antecedente matrimonium necessariò alienata sunt. Sic si coniuges quiddam sibi dari constante matrimonio stipulati sunt, quandocumque soluto matrimonio detur quod conuenit eo constante, commune erit hæredum præmortui & superstitis. Per con-

trarium si quid acquisierint, quod soluto matrimonio retrahatur à consanguineo venditoris, contingenter retrahitur, ideoque præsens status rei sine vlla retroactione considerandus erit, & cùm reperiatur esse acquæstus quisque hæredũ & superstes erit fundatus in pretio restituto, provt erat in fundo acquisito. Separanda igitur necessitas est ab cõtingentia, cùm propinquus venditoris ré retrahit, respectu coniugũ merum
6 cõtingens est. Nam qua actione aut quo iure possent cogere propinquum ad retrahendum? vendidit extraneus aliquis coniugibus fundũ sic vt redimere liceret, hîc nulla actio coniugibus competit ad cogendũ redimere, nulla necessitas agens, ex parte eorum passiua quidem inest ex parte venditoris, qui cogere potest. Rursum vendidêre coniuges, sic vt redimere liceret necessitas est actiua coniugibus, & communioni retenta. Ideoque res quandocunque redempta vitalis conuentionis rem reponit in pristinum statum, & antiquam causam. Longè discrepant ista vsu & ratione. Obligatio coniugibus quæsita necessitatem ponit, necessitas rem semper reponit in suum priorem statum, ita vt quandocunq. vi actionis res fuerit restituta, de ea sic iudicetur ac si loco nunquam mota fuisset, qui casus, d. §. is quoque: In quo casu ego cum Baldo, Cyno, Decio sentio. d. l. ea demum. Sed valde sunt hallucinati cùm necessitatem passiuam, quæ hîc mera contingentia est respectu coniugum, nõ separant ab actiua, quarum altera adimit, altera acquirit communioni. Cùm ponimus actionem dari extraneo, in potestate habet, an actionem exerceat, an prætermittat, & fortasse accidet ne possit, etsi maximè vellet, veluti si vnde redimat non habet: sed id totum respectu coniugum à contingenti est, libet coniugibus expectare quid ille demum faciat, si aget extraneus intra diem fundo carebunt, pretium recuperabunt, sin non aget, fundus alienatus manebit in eadem causa, sed quid deniq. fiat, in arbitrio est alterius. Hîc verò valde notandi sunt effectus differentiæ. Nam de eo quod ex necessitate fit, sic iudicandum quomodo si res in eodẽ statu permansisset quo fuit primi actus tempore, quia ab eo causam necessitatis ducit, quandocunque sortiatur effectum, nihil à priore iure mutat. De eo verò quod contingenter accidit, sic iudicandum quo in statu res reperitur, cùm actus exercetur, & ratio est quia finis nullam necessitatem ducit à principio, sed ab electione est ἐκ προαιρέσεως, (vt loquuntur magistri disciplinarum) probant tex. l. si Titius. D. de legat. 2. l. seruus. §. 1. D. de acq. rer. dom. l. si quis pro emptore. §. 1.
7 D. de vsucap. l. vlt. §. vlt. D. de castr. pecul. Ergo de pretio reddito post solutum matrimonium, ob retractum rei constante matrimonio acquisitæ, sic iudicandum vt de acquæstu, quia tum res in eo statu acquæstus reperitur, nec fit retroactio: quia hoc accidit à libera cõtingentia respectu coniugum. Itaque pro qua parte quisque hæredum aut coniugum est fundatus, siue pro parte, siue pro toto vi fortasse donationis, pro eadem erit fundatus & in participatione pretij, ita vt si in diuisione acquæstuum id prædium quod retrahitur, alteri solidum cesserat, is idem totum pretium restitutum sit consequuturus, sin diuisio non erat facta, superstes capiat dimidium, hæres dimidium aliud, quæ diuisio acquæstuum est perpetua. Nec hoc casu pretium locum mobilis tenebit, quia fungitur & repræsentat acquæstum; & sic diuidendum quomodo acquæstus, & hic casus. l. codicillis. §. qui insulam. D. de legat. 2. l. qui solidum. §. 1. D. eodem tit. l. filiæ. §. Titia. D. de condit. & demonstr. l. si donatæ. §. si sponsus. D. de donat. int. vir. & vxor. in quibus respondet Iurisconsultus pretio rei restituto tantum quemque

A de eo percipere, quantum de re ipsa percepissent. Ratio est, quia in his quæ veniunt à libera contingentia, nunquam fit retroactio, sed à præsenti statu diiudicantur, quia finis nullam habet connexionis causam cum actu præterito. Deinde pretium quod soluta communione redditur ab extraneo retrahente, non potest regredi in communionem obstante medio inhabili, id est dissolutione communionis, quod impedit coniunctionem extremorum. Nam inter tempus contractus quo res acquiritur durante cõmunione, quod est primum extremum, & aliud extre- 8 9
B mum quod est in retractu & restitutione pretij, interiicitur medium inhabile, id est, mors alterius coniugum, à qua dissolutio communionis prouenit, quæ dissolutio impedit pretium redire in communionem, quę iam nulla est & rupta: medium enim inhabile impedit coniunctionem extremorum in fictione translatiua. l. qui absenti. D. de acquir. poss. l. si soluturus. D. de sol. & hic locus cumulatur exemplis à Tiraq. tract. *Le mort saisit le vif.* declar. 3. partis 5. Decio cons. 247. qui id in multis similibus probat, quæ omnia huc cõferunt, etsi Cons. Andium & Cœnomanorum talem pecuniam pro mobili habent, sed hoc ideo, quia his
C locis mobilia & acquæstus semper ex dimidia diuidũtur, quare siue inter mobilia, siue inter acquæstus reponatur, idem est illis diuisionis iudicium, quod aliter habet iure nostro inter ignobiles, inter quos mobilia ex besse & triente acquæstus ex dimidia diuiduntur. Ex hac sententia Mol. notat. §. 11. tit. de feud. si pater fundũ acquisierit sub pacto de retrouendendo, quandiu fundus non redimitur pro immobili habendum, in quo primogenitus capiet duas partes ex consuetudine Parisiensi, secundo geniti omnes dumtaxat tertiam. Quod si mortuo acquirente redimatur, primogenitum easdem partes habiturum in pretio, quas in
D re ipsa habiturus fuerat, si res redempta non fuisset. Ex quo patet rerum præsentem statum considerari, cùm finis non habet necessariam consequentiam ad principium, sed liberè contingibilem euentum, quæ vera eũ & fundamentalis ratio eius differentiæ quam nos defendimus. Eadem ratio cùm quis prædium permutat cum alio lege dicta, vt alter æstimationem sui prædij intra certum diem præstare cogatur, & suum prædium redimere. Nam hæc verè venditio est, & laudimia debentur propter luitionis necessitatem appositam in contractu, secus esset in simplici facultate
E luendi, quo casu euentus spectãdus esset ad laudimiorum debitum. Tantum vbique interesse deprehenditur inter obligationem, id est necessitatem actiuam & liberam cõtingentiam. Multa enim fieri possunt quæ tamen non fiunt, multo plura in potentia sunt, quàm in actu, neque de facultate rerum faciendarum sic iudicatur vt de factis. Quare sic deniq. cõcludimus, quæ necessitate obligationis coniugibus constante matrimonio cautæ quandocunq. soluto matrimonio & communione rupta recuperetur, detúrve, in pristiná causam reuerti, & formæ suæ reddi, vt Iurisconsultus ait, & res ipsas quæ in actionibus sint per actiones re-
F præsentari, & sic de his iudicandum ac si semper in communione mansissent, siue res siue pretium petatur, siue mobile, siue immobile, siue patrimoniale, siue acquæstus sit, quodcunq. reddi conuenit, idque omni respectu siue coniugum, siue hæredum, siue donatariorum, propter necessariam connexionem finis ad principium. Sed quodcunq. soluto matrimonio citra obligationem coniugibus cautam & retentam restituitur à facultate externo competente, hîc cùm sit mera contingentia & casualis euentus respectu coniugum, nullam retroactionem importari & ré iudicium acci-

Vide [illegible] art. 55. & 56. N.C.

pere, à iure & statu rei qui & qualis est tempore quo A
res restituitur. Resoluit enim talis actus vt ex nunc, nō
vt ex tunc cùm actus initium accepit. Ex quo crebræ
quæstiones dissoluuntur de retractu scilicet qui peti-
tur rei constante matrimonio acquisitæ, & petitur tē-
pore dissoluti. Hoc enim casu præsens status rei inspi-
ciendus est, quia etsi ius natum est retrahenti constan-
te matrimonio, tamen non nisi post matrimonium in-
tenditur, atque id contingenter, quoad coniuges aut
hæredes eorum, & hæc necessitas passiua est quæ hæ-
redibus non acquirit, & ideo res non regreditur in
priorem naturam quæ fuit tempore contractus, sed B
de ea sic iudicandum est, vt nūc status rei est, quo tem-
pore res petitur, & pretium sic diuiditur vt acquæstus,
quia soluto matrimonio res in statu acquæstus reperi-
tur, ita vt si totus acquæstus ex diuisione inter hęredes
& superstitem vni cesserit, is totum pretium habiturus
sit. Rursum si cōiuges fundum alterius ex eis propriū
vendiderint, soluto matrimonio fundus in suam cau-
sam reuertetur, etiamsi ab hæredibus & superstite re-
demptio facta sit, quia actio in communione retenta
necessitatem imponit emptori restituendi, atque ideo
rem ipsam actio repræsentat. Item si coniuges mu- C
tuum dederint certa die restituendum, soluto matri-
monio restitutum eorum erit, & sic diuidetur quomo-
do mobile, quia tale reddi cautum est stipulantibus, &
in pristinam causam redit. Contrà si extraneus vendi-
tor rem coniugibus venditam recuperat, & pretium
restituit, hoc pretium naturam rei præsentem sequi-
tur, quia contingenter restituitur, cùm nullam actio-
nem habeant coniuges ad restitutionem cogendam.
Hæc distinctio necessitatis & contingentiæ tam mihi
in hac dubitatione necessaria videtur, quàm in rebus
ipsis est, & magnas dissertationes inuexit in ipsas disci-
plinas, Theologiam dico & Philosophiam, sine qua
multa necesse est impia & absurda inferri. Nec enim D
eorum sententiam sequimur, qui nos necessariò pec-
care putant, nec Manichæi duo principia probamus,
quæ meritò pietas & religio improbauit, quod si ad-
mittitur iniusta cuiusque damnatio futura erit. Ex his
igitur iudicium elicitur, quid mobile, quid immobile
dicendum sit, quid res, quid pretium, & quæ eorum
discriminatio sit facienda à temporum & rerum mu-
tationibus, quod ab his causis pendet, de quibus dis-
seruimus, quæ perspicuas habent de iure rationes, etsi
pro hac & illa sentētia iudicata memorare possumus,
aduersaria illa quidem. Sed non omnia omnibus cen- E
sentibus succurrunt, nec semper, & admoneri nos
omnino boni consulendum est.

Obiter id quoque inquiri memini retento eodem
themate. Cùm coniuges prædium vendiderunt sub
facultate redimendi, an soluto matrimonio donata-
rius conquæstuum posset cogere hæredes præmortui
vt redimant, quod redemptum donatario sit cessu-
rum ex donationis lege. An item si restitui pretium re
restituta stipulati sint coniuges. Molin. d. §. xj. non
putat actionem dandam, quia redimere sit in facultate
hæredis, non item in necessitate. Quòd ego & exi- F
stimo, sic tamen vt donatarius petere possit actiones
sibi cedi, vt ipse suo redimat & fruatur, quas sum-
ptu & periculo suo exerceat, non aliter solo cessurum
redempto, quàm si omne, quod insumpsit, restituatur.
l. his consequenter. §. Celsus. l. hæredes. §. idem iu-
ris. D. famil. hercisc. & quos simili casu allegat Tiraq.
lib. de primog. qu. 81. & in retr. §. 23. glo. 1. nu. 6. & §.
1. glo. 6.

Porrò funerariæ impensæ hîc non meminit, sed ta-
men à tali donatario debetur, cùm sit vniuersalis do-
natio omnium bonorum, vt Articulo seq. & 227.

Glossa 7.

1 *An donatarius omnium bonorum, aut quotæ teneatur ad debita.*
2 *Singulares successores non tenentur.*
3 *Successores vniuersales qui dicantur.*
4 *Successores bonorum qui dicantur, & quomodo teneantur, & latiùs,* num. 10.
5 *Vsufructuarij non teneantur ad debita.*
6 *Donatarius hæreditatis, an teneatur ad debita.*
7 *Donatarius bonorum omnium, aut certæ qualitatis, an teneatur,* & num. 9.
8 *Quid si conuentum sit, vt teneatur.*
9 *Successor ex lege tenetur ad debita.*
10 *An pro virili, an pro modo emolumenti.*
11 *Successor vniuersalis non constituitur per contractum.*
12 *Donatarij omnium mobilium de iure non tenentur ad debita.*
13 *Donatarius conuenitur, donatore existente non soluendo.*
14 *Donatarius rei ab viuente traditæ, non tenetur ad debita.*
15 *Quid fiat iure recepto & praxi.*
16 *Legatarij non tenentur ad debita.*
17 *An creditoribus dentur actiones aduersus donatarios.*
18 *Quid valeant hæc verba in iure (vtilitatis causa.)*
19 *Cessiones actionū ab legibus inductæ, ferè vsu sublatæ.*
20 *Quid in donatione mobilium.*
21 *Legata diminuuntur ab ære alieno.*
22 *Diuersorum stemmatum hæredes, non sunt cohæredes.*
23 *Legata immobilium an diminuantur per æs alienum mobile.*
24 *Quid cùm mille donantur in genere sine expressione, vnde soluantur.*
25 *Legata debita sunt hæredum.*
26 *Quid si in speciebus extantibus.*
27 *Quid si super mobilibus, nec tot extāt vnde solui possit.*
28 *Quomodo solui debeant à diuersarū linearū hæredibus.*
29 *Plura vnius hominis patrimonia dicuntur esse.*
30 *Vsufructus æstimatio fit in deductionem æris alieni.*

f *Premierement payez.*] Hîc non vnius dubitationis materia, & vtilissimas easque non vulgares iuris quæstiones, & tractationem per quam vsu frequentem attingit. An scilicet donatarius omniū bonorum vel quotæ, vel mobilium, vel rei certæ, vel hæreditatis, ad debita donatoris teneatur, etsi teneatur, an ea actio hæredi competat, an creditoribus etiam detur. De hærede non dubium competere illi actiones. l. cùm res. C. de donat. l. 2. C. de hęred. vend. l. 2. C. de pactis. De creditoribus controuertitur, videndum igitur quid illo iure, quid item moribus sit receptum. Et est illo iure multiplex differentia hæredum aut successorum introducta. 1

Vniuersalium.
Institutorum in re certa.
Successorum in bonis.
Particularium.
Fideicommissariorum.

Quorum differentias, ne hîc longior sim, peregit prolixè And. Tiraquellus tract. *le mort saisit le vif.* in præfat. à quarta declaratione deinceps, & vniuersales quidem ad debita teneri pro rata, & portione hæreditaria non dubium, cùm æs alienum. ex l. 12. tab. actiuè & passiuè inter hæredes diuidatur. toto titu. C. de act. hæredit. De institutis in re certa, an hæredum loco habeantur alio hærede vniuersali instituto, pugnant illo iure. l. ex facto. 2. C. de hæred. instit. vbi Bart. Bald. Ang. Raph. & turba scholastica. Rursum iidem. l. quo-

ties.eod.tit.vbi latè pertractat. Alexan. itē in. l.si quis
2 priore. D.ad S.C.Trebel. Particulares quidem succes-
sores rei cuiusquam ad debita non teneri certum est,
atque ideo nec donatarios, l. æris alieni.C. de donat.
Æris(inquit)alieni necessitas nō eius est, qui donatio-
nis titulo possidet;sed totius iuris successoris,id idem.
l.creditores.C.de hæred. act.l.1 C.si cert. petat. d.l cū
res.l.hæreditatem. D. de donationibus. l. 2.C.de hæ-
red. vend.l.2.§.si venditor. eodem titulo. Est enim re-
gula personales actiones fundum non sequi,l.1.§.hæ-
res.D.ad Trebel.Ideóque non quia quis possidet ideo
conueniri actionibus personalibus potest, quæ à per-
sona obligata non abscedunt. Hæc sententia inter κυ-
3 ρίας δόξας iuris reponitur. Quare vniuersalem aut quo-
tæ successorem esse oportet,quem æs alienum aucto-
ris sequatur, vt ex obligatione defuncti conueniri
possit, tales dicūtur quibus hæredis qualitas inest, qui
vel hæredes sunt, vel fideicommissarij & ipsi vniuersa-
5 les. Singulares sunt qui quoquo singulari titulo cui-
quam succedunt,emptione,permutatione,donatione,
denique quicunque per contractum alicui succedunt
inter particulares habentur, & tituli singularis dicun-
tur,vt donatarij omnes,quod Alex.tract.cons.193.vol.
6 2. Donatarios autem intelligimus siue rei certæ, siue
omnium bonorum,siue certæ qualitatis bonorum vt
mobilium vel acquestuū, siue denique indefinitè præ-
supposito alium hæredem esse.l. his verbis. D. de hæ-
red. inst. & quod Cyn. Pet. Salyc. Baldus. Ioan. Fab.
notant. l.2.C.ad l.Iul.de vi publ. Cast. consil.441.lib.
7 1.Bartolus & Imol.l.si seruum.§.vltim. D. de legat. 2.
& ibid. Alexand. Iidem illi.l. vltim. D. de vsufruct.leg.
Addo ego siue concepta sit donatio sub verbis,omniū
bonorum, siue sub nomine hæreditatis. Nam fallacia
est intellectus in voce cùm dicunt, hæreditatis appel-
lationem vniuersalē esse, & iura continere & res om-
8 nes,quod ipsum verum est cùm hæreditas defertur iu-
re hæreditario,ex testamento, vel ab intestato. Sed si
per cōtractum venditur,donatur,transfertur, hîc hæ-
reditas respectu acquirentis nomen vniuersale, titulus
certè vniuersalis non est,quòd illi docent.l.cùm filius.
§.Lucio.D.legat. 2. Baldus & cæteri. l.2. C. de hæredi-
tate. vend.Bartolus & alij l.cogi.§.quod si miles.D.ad
Trebell. Itaque etsi hoc casu continet vniuersitatem
actionum actiuarum iure cesso,tamē passiuarum quæ
non resident in cedente non eadem ratio est, & ideo
vendita quantumcunque hæreditate, creditoribus
actiones non competunt aduersus emptorem, nec fit
emptor hæres,empta licet hæreditate, sed vt ante hæ-
res,conuenitur actionibus hęreditariis,non item em-
ptorem. l.2.C. de hæred. vel act. vend. l.2. §.si vendi-
tor.D.eod.tit.l.2.C.de pact.Denique notanda differē-
tia insignis eius hæreditatis quæ contractu transfer-
tur,aut iure hæreditario defertur.Quin & is qui hęre-
ditatem vendit, venditione acceptat,acceptatione adit
hæreditatem,quod vbi factum est,non potest vllo suo
facto desinere hæres esse. l. & fine. §. sed quod Papi-
nianus. D. de minorib. gloss. l.in substitutione. D.de
vulg. & pupil. Sed nec contractu conferri hæreditas
potest.l.hæreditas.D.de pact..conuent. Postremò cō-
fessum est axioma, nullū tituli singularis successorem
hæredis loco haberi,quantumcunque larga sit conce-
ptio tituli singularis omnium bonorum vel quotæ,
vnde consequitur nullum talem ad debita donatoris
teneri. d.l. æris. d.l.2.de rebus. C.de donat.ant.nupt.
l.hæreditatem.D. de donat.nota tractatio Bart. Imol.
Alexand. d. l. vltim. D. de vsufr. legat. Bartoli, Bal-
di, Ias. Salyc. Curtij, Decij. l.2. C. de pact. Baldus. l.
2.C.de hæred.vend.Cy.Pet.Bald. Saly. l.2.C. ad l.Iul.
de vi public.Bart.d.l.si seruum,quę de donatione om-

A nium mobilium loquitur. & ibi Imol. & Alex. Abbas,
Panor.cons.102.l.2.Decius.cons.387. & cons.237. De-
cis.Tholos.476.
Amplius dico,etiamsi facta sit donatio omniū bo- 9
norum, etiam dicta lege vt donatarius ad debita te-
neatur,tamen ne hoc quidem casu creditoribus actio-
nes competituras aduersus donatarium. d. l. 2. C. de
pact. l.2.de hæred.vend.l.cùm res.C.de donat. gloss.l.si
pater. §.si filia.D.famil.hærcisc. nisi in fisci donatario,
casu speciali.l.1.C.de donat.
Ab hoc duos casus excipiunt, alterum cùm donator
B soluendo non est,idque ex æquitate magis quàm stri-
cto iure, post donationem perfectam, nisi hypotheca
proponatur ex gloss.l.2.C.de hæred.vend.l. si maritus.
D.de fund.dotal. Baldus. Salyc. Alex. Ias. Decius.d.l.2.
C.de pact. per l.vlt.in princip. D.de eo per quem fact.
& l.planè.§. qui rogatus.D. de legat.1. Anchar.cons.5.
Decius. cons.237.Mathesil. sing. 4. Alterum cùm nul-
lus hæres donatoris extat, quo casu donatarium om-
nium bonorum pro hærede haberi volunt. d. l. his
verbis. D. de hæred. instit. Nam de l. quoties. C.
de donat. quæ sub modo, quæ extraneis dat vti-
les actiones ex stipulatione donatoris, posteriùs vide-
C rimus.
Constat igitur Romano iure donatarium ad æs alie-
num non teneri, ex quo superuacua est inquisitio, an
creditoribus detur actio.
Sed hæc de successoribus vniuersalibus, aut singula- 10
ribus dicta, de cuiusque casus donatariis tertiam spe-
ciem non decidunt. Nam extat & tertia eorū qui suc-
cessores bonorum dicuntur,qui nec vniuersales hęre-
des esse dicuntur,nec particulares,denique non hære-
des,sed tamen bona omnia capiunt,sic tamen ne ad æs
alienum teneantur, ampliùs quidem quàm bonorum
quantitas & æstimatio ascendit, sic enim dicamus,ita-
D que contra regularem naturam hereditariæ qualita-
tis,pro modo emolumenti tenētur, nec amplius quod
contrà fit in hæredibus. l.1.C.si cert. petat. In quibus
non respicitur quantum capiant,sed quotam in hære-
ditate. Tales sunt domini qui peculia seruorum ca-
piunt.l.1.& 2.D.de pecul.cast. Tales Abbates qui mo-
nachorum pannicularia & vestem & supellectilem.
Talis fiscus cùm bona delinquentis confiscat. l. inter
eos.§.fideiussor. D.de fideiuss.l.2.C. ad l. Iul. de vi pu-
blic.l.non intelligitur.§. cùm ex causa, vbi Bart.D.de
hęred.vēd.l.si vt proponis.C.de bonis.proscript.l.pe-
E nult.C.de sent.pass.Cast.d.cōs.441.lib.1.Alexan.cons.
12.lib.2. Bart. l. princips bona.D. de verb.signif.talia
collegia quæ collegiatis. Qui omnes ad solida debita
hæreditaria teneri negantur, nec ampliùs quàm pro
æstimatione rerum perceptarum, non magis quàm
hæredes ex inuentario. Sic nec monasterium, quod
bona professi capit ex illo iure, de quo Bald.d.l.2.C.de 11
hæred. vend. Aymo Craueta. cons. 139. num. 6. Bart.
cons.157. Idem accidit, quoties lege vel statuto bono-
rum vniuersitas defertur cuiquam citra titulum hære-
dis: tum enim ad debita defuncti adstringitur, cui le- 12
ge emolumentum delatum est, & pro modo itē emo-
F lumenti. Sed per contractum fieri nihil tale potest, vt 13
quisquam per eum vniuersalis successor constituatur.
d. l. hæreditas, & quantumcunque generali aut vni-
uersali cessione iurium nihil confertur præter parti-
cularem titulum, & qualitas vniuersalis semper apud
venditorem remanet,ideóque aduersus eum actiones
exercendæ sunt, quod vulgò tractant. Bald. Cast. Sa-
lyc. l.vlt. §.sin autem æs alienum. C. de bon. quæ lib.
Pet.Cyn.Salyc.l.2.C.ad l.Iul. de vi, & l.2. C. de pact.
per text.quos allegat Decius. cons.387. Angel. §. con-
stituit. Instit. de vsuf. vox enim hæreditatis in contra-
ctu ap-

ctu apposita, nil aliud importat quàm titulum particularem,quidquid dicat. Bart. d.l.vlt.de vsuf.legat.qui iure est ab cæteris repræhensus. Alexand. cons.83.lib.2.Socin.consil.102.lib.3.Ias. cons.1.lib.3.col.1.Crauetta.consil. 139.

Sed enim in vsu recepto quiddam diuersum in obseruatione est. Nos hîc agimus de donatariis mobilium,addo, & si lubet conquæstuum, vidẽdum igitur quo iure donatarius ad debita teneatur, an vt hæres, an vt succẽssor bonorum effectus, ex superioribus patet.Et quidem iure Romano nusquam teneri donatarium ad debitâ donatoris ante docuimus, quod Doctores exigunt.d.l.si seruum.D.de legat.2.& l.vlt.D. de vsuf. legat. Diuersum hæc Consuetudo statuit,donatarium mobilium omniũ aut quotæ post mortem percipiendæ ad debita personalia teneri, mobilia quidem,
14 & eiusdem qualitatis,quod verum est siue à lege deferantur & Consuetudine,vt Art.447.siue à cõtractu,vt hoc ipso Art.siue testamento, vt Art.227. Donatio fit quidem hominis facto per contractum, sed ad factum hominis sequitur Cõsuetudinis dispositio de debitis soluendis, etiam si de eo nihil cautum aut
15 expressum sit. A lege igitur est debitorum indictio. Sed nec passim tamen putandum est, ab omni donatione per contractum debita præstari debere ab donatario,sed de ea demum quę omnium bonorum est, aut quotæ sic facta, vt à morte donatoris vires capiat, cuiusmodi regulariter sunt quæ quotæ fiunt, veluti
16 hoc Art. & seq. & quæ testamento fiunt. Nam si donatio inter viuos fit, siue omnium bonorũ, siue quotæ, siue speciei, sic vt donatarius protinus fruatur, & possessio transferatur viuente etiamnum donatore, talis donatarius quandiu donator soluendo manet, nõ adstringitur ad æs alienum donatoris, & formaliter hoc casu locum habet dispositio.d.l.æris.C. de donat. & tales, quia donatarius singularis successor est hoc casu, sic vt non magis ad æs alienum teneatur donatoris quàm emptor Hic text.vbi Bartol.l. si peculium seruo. D. de pecul. legat. si statuto (inquit Bart.) caueatur, quod emens omnia bona alicuius teneatur ad eius debita, vt hoc casu Cõsuetudo de donatario omnium bonorum à morte statuit,consilium (inquit)est ad euitandam vim statuti, vt emptor res singulares emat,non bonorum vniuersitatem modo fraus absit, vt alibi scribit. l. nomen. §.filio. D.de legat.3. Quare donatio rerum singularium, quæ in pręsenti effectum sortitur,non subiacet huic dispositioni, vt nec vniuersarum si protinus fit traditio, quia æs alienum singularem successorem non sequitur, sed qui à morte succedunt quodammodo pro hæredibus habentur, aut certè successoribus bonorum, quo de genere ante sumus loquuti. Quod si aliter fieret, sequeretur vt ad donationem cuiuslibet friuoli aut suppellectilis facienda esset æstimatio omnium bonorum donatoris, ad sciendum quam quotam res donatæ facerẽt in bonis donatoris,vt ita debitę partis debitorum ratio iniretur, quo nihil absurdius dici posset. Ab hac igitur huius Articuli dispositione hunc casum excipi conuenit rerum in vita traditarum,ex ratione. d.l. æris,& d.l.si peculium.

17 Quid hac in re vsurpẽt Francica tribunalia nõ conuenit inter pragmaticos scriptores:Gul. Bened.c. Raynutius verb. cætera bona,ius commune sequitur, nec donatarium bonorum vllum ad æs alienũ teneri putat,Idem existimat Gallus,qui arresta eius Curię vetera collegit. q. 39. & rationes colligit, & aduersarias comparat.Nuper verò & aresto confirmatum celebri controuersia *Pour la vefue de Robertet, sieur d'Alluye* ex donatione inter coniuges facta, eruditi quidam nota-

A runt, & Molin. *Pour Ysabeau Chabot*, annotatione ad cons. Turon Art.268.& Papa, decis.105. Sed Ioan. Imbertus anterior ætate, scribit Enchir.verb. bonorum differentia, statuta quæ donatarios obligẽt ad æs alienum, pluribus decretis eius Curiæ producta ad alias personas quæ quouis titulo bonorum vniuersitatem aut quotam cœpissent,& Arestologi quiddam sibi diuersum annotasse visi sunt. Sed nos hæc dissensio non perturbat, apud quos non dubium ius, obseruatio certa est. Iuris quidem Romani sententia nec in ambiguo ipsa,nullum singularem successorem ex contractu ad debita teneri. Nam eius ad quem lege defertur
B alia conditio est, vt inferiùs dicemus.

Sed hîc consistendum nõ est:superest enim illa quoque dubitatio,an talis donatarius vt bonorum successor teneatur,an vt hęres.Discrimen eius effectus in eo est, an pro æstimatione rerum teneatur quas accipit, an vt hæres insolidum, nec adhuc quisquam quod sciam hanc mouit ex pragmaticis tribunalibus quidem nostris. Id ex superioribus diffiniri potest. Nam cùm donatarios nõ amplius quàm singulares successores esse posuerimus,consequens est eos vt simplices bonorum successores teneri, id est, nõ amplius quàm
C quanta est æstimatio rerum quas acceperint, veluti in legatariis est constitutum, qui & ipsi donatarij sunt, quos testator non amplius onerare potest quàm honorauit.l. Imperator. §.si certum.D.de legat.2. 18 ideóque consumptis per actiones creditorum quæ acceperunt, conueniri nequeunt, de eo quod superest in debitis vltra accepta, de reliquo ad hæredem veniendum est. Quare prudenter donatarius facit,si antequã attingat res donatas intestatum redigat quantitatem eorum vice inuentarij,ne vltrà vrgeatur. Sed alia causa est hæredum, ad quos mobilia iure hæreditario, & hæredis titulo deferuntur, veluti pater aut mater Or-
D dine turbato succedentes filio,aut quilibet alij, acceptando simpliciter, ad solidum æs alienum tenentur, quia titulus vniuersalis est, & ad omnia sine dubio obligat. Hæc vbique differentia hæredum & singularium successorum, & eorum qui bonorum successores dicuntur, vel ex lege succedunt certis bonis. Nec debet donatarius ampliùs teneri, ne sit illa liberalitas hamata & illex fraudis.

Superest illa dubitatio, an quo casu teneri donatarium ad debita dicimus, actiones creditoribus ipsis aduersus eum directò dentur, An hæres potius con- 19
E ueniẽdus sit. Hîc ego spreta Romani iuris subtilitate, & noxiis acuminibus rectâ actiones creditoribus dãdas putauerim,& verò sæpè dedi, quia cùm Cõsuetudo donationi implicet debitorum necessitatem in eadem persona,consequens est dicere tranferri actiones passiuas ab hærede in donatarium, & rectà conueniri posse vitato circuitu inutili,quod ipsum benignitate interpretationis contra strictam iuris rationem etiam illo iure inuexit Imper. l. quoties. C. de donat. quæ sub mod. quo loco propositis iuris regulis, benignitate admittit vtiles actiones dari extraneis, quibus stipulator acquisitum voluerit, contra strictam
F sententiam alteri stipulari, &c. quem textum mirè lãcinant Doctores scholastici. l. stipulatio ista §. si stipuler. D. de verb. obl. cùm modo dicunt illam dispositionem specialem esse in donatione, quod ipsum improbat iure Cyn. l. vlt. C. si quis alter. vel sibi. modo 20 constituunt axioma de stipulante super re sua, modo aliud, cùm Imperator non aliud senserit quàm benignitatem interpretationis,quam alibi frequenter vtilitatis nomine intelligit opponere stricti iuris regulis, & circuitum euitare,& Iurisconsultus alibi dicit iuris subtilitates solere à iudicantibus contemni.l. sicut.D.

qui pot.in pign.Quod ipſum iampridè notarat & ad-
uerterat.Gul.Bened.homo experimentis doctus, qui
tali caſu vitato circuitu dari in Francia actiones credi-
toribus ſcripſit aduerſus donatarios d. verbo. cætera
21 bona, numero 46. Papa deciſ.460. deciſ. Tholoſ.387.
etſi de eo Curtius. lege ſecunda. C. de pact. laborat,
vt ſcholaſtici ferè ſubtilitatis iuris affixi. Sed res mi-
nus ſpectantes, cùm de illo non eſſet tantoperè du-
bitandum,cùm alibi traderent in legato nominum re-
ctà tranſire actiones in legatarium ſine ceſſione, l. ex
legato.C.de legat. Alex.conſ.96.lib.7.Et certè frequé-
tibus experimentis receptum, contemni vſu ſubtiles
iſtas nugas, veluti cùm Procurator nomine Domini
acquiſiuit, non aliter actionem Domino dari putant,
niſi à Procuratore ceſſat ſit d.§.ſi ſtipuler, aut cùm de
pluribus coobligatis vnus ſolidum ſoluit, nam actio-
nem nolunt dari, niſi ceſſa ſit. ex l.Modeſtinus.D. de
fideiuſſ.quæ meræ tricæ ſunt ad circumueniéda com-
mercia & implicandas lites, infœlicium & male feria-
torũ inuenta:vt & gloſ. colligit. d.l. ex legato C.de le-
gat. Quare rectà actiones creditoribus dari conuenit
omiſſo anfractu,vt ipſis viciſſim donatariis, ſiue dire-
ctas ſiue vtiles eas placeat appellare, quando earum
quoque appellationes & diſcrimina verborum vſus
& conſultior prudentia reiecit. Spectandũ enim quid
in rebus ſit, nec inter alienas ærumnas artes quæren-
dæ. Non idem putandum de eo qui per contractum ſe
obligat ad aliena debita ſoluenda, nam creditoribus
ab actu ſingulari dari actiones non conuenit,& repu-
gnat.d.l.2.C.de hære.vend.Sed tum demum cùm do-
natarius eſt ſucceſſor vniuerſitatis aut quotæ.

Quid igitur ſi donatarium creditor conuenerit, an
redire poſſit ad hæredem; & non poſſe decidit text. l.
2.C.de pact. veluti electio obſit.quod ego ita demum
admiſerim,ſi hęres ſoluendo eſt,quod etſi illi nõ pro-
bant,& ne hoc quidem caſu putant, tamen ratione &
iudicio carent. Nam cùm à præſumpto conſenſu cre-
ditoris arguunt, perſpicuè ratione deficiuntur, cùm
nemo ſic in hæredem conſentiat, vt ſuum perdere
velit,ſi id ab eo conſequi nequit,& ab alio ſeruari po-
teſt, cui lex indixit.

His poſitis cùm de attributione debitorum mo-
bilium inter hæredes diuerſarum linearum, aut verò
qualitatum quæritur, quid quantúmve quiſque eo-
rum agnoſcere debeat aut ſoluere, multiplex poteſt
proponi dictorum enunciatio; vnde etiam ius variari
contingit.

Veluti ſi quis bona omnia eorúmve quotam, aut
verò certam ſpeciem donauerit, legauerit.

Aut ſi quis mille ſimpliciter leget,donet.

Aut mille ſuper bonis ſuis mobilibus, id eſt ſuper
certa qualitate bonorum.

Aut mille leget, quæ de bonis ſuis mobilibus vult
ſolui.

Aut mille ſuper omnibus bonis ſuis,vel de mobili-
bus & immobilibus.

Aut mille de fructibus talis prædij ſoluenda.

Nam hi omnes caſus vt facto variant, iure differre
putantur.

23 Primo caſu, cùm bona omnia mobilia aut quota
eorum donatur, ſic vt donatio à morte vires capiat,
antea diximus talibus donationibus aut legatis appo-
ſitam & inductam eſſe neceſſitatem paſſiuam debito-
24 rum, pro rata quotæ rerum donatarum,vbique præ-
ſuppoſito quod vnicus hæres ſit donatoris, vel vnius
lineæ plures cohæredes. Nam poſitis pluribus plu-
rium linearum quid iudicãdum ſit, inferiùs dicemus.
25 Sin ſpecies certa legata ſit,ſi extat debetur, ſi non
extat non debetur. l.cùm ita. §.ſpecies. D. de legat.1.

A Quod ſi in vita donatoris traditur, donatarius non
adſtringitur ad vllam partem debitorum donatoris,
ſed ſi à morte vires capit, naturã legati ſortitur, ideó-
que & pro rata quam ſpecies facit in æſtimatione to-
tius,æri alieno legatarius ſubiicitur.

Quod ſi qui ſecundus caſus eſt, quis mille ſimpli- 26
citer donauerit,conſtat legatum eſſe mobile, ideóque
vno præſuppoſito hærede, aut pluribus cohæredibus
eiuſdem lineæ, de mobilibus tale legatum ſoluendum
eſt. Quod ſi in mobilibus ſatis non eſt,vnde ſoluatur,
ſupplendum eſt de immobilibus, quia mille in gene-
re legata totam legantis aut donantis ſubſtantiam re- 27
B ſpiciunt, & patrimonium vniuerſum afficiunt, ne
vlli parti aut qualitati bonorum aſtringuntur. leg. ſi
fideicommiſſum. §. tractatum. D.de iudiciis.l.1.§.ſed
quod diximus.Digeſt.de dot. prælega. quia genus pe-
rire nequit. lege qua ratione. §.incerta. D. ad leg. fal-
cid. & leg. incendium. C. de rebus credi. Sed hoc ca-
ſu quomodo diuidenda ſit ſolutio debiti, inferiùs di-
cemus.

Rurſus incidit ſic concipi donationem: Mille dono
de bonis meis mobilibus, id eſt adſtricta ſubſtãtia de-
biti ad bona mobilia, nec tamen mille de bonis mo-
C bilibus confici poſſunt. Hic caſus differt à ſuperiori,
quod in illo legatũ aut donatio generis proponitur,
non expreſſo de mobilibus aut immobilibus,ideóque
in illo quod deficit, de mobilibus non debetur, ſed
id intelligitur, cùm donatio concepta eſt, vt ante di-
ximus,id eſt,cùm materia & ſubſtantia legati non ad-
ſtringitur ad certam qualitatem bonorum, ſed gene-
ris eſt. Quòd ſi ad certam qualitatem aſtringitur, 28
quando in bonis nihil amplius ſupereſt eius qualita-
tis, nihil debetur,probant. l.ſi ſeruus.§.is quoque.D.
de legat.1.l.nomen debitoris.§.vni ex hęredibus.D.de
legat. 3.l.cùm certus. D. de vino & ol. legat.l.ſi debi-
D tor.§.veriſimilis.D.de contr.empt.Caſtr.conſ.338.lib.
1.Decius,conſ.324. & 326.Bart.& alij l.inter.ſtipulan-
tem.§.ſacram.D.de verb.oblig. taxationis enim cauſa
fit, & cùm materia deficit, deficit & legati modus leg.
Lucius.§.ciuibus. D. de legat.2.l.quidam teſtamento.
D.de legat.1.

Sed poteſt accidere,vt aliter cõcipiatur oratio:Cùm 29
ſcilicet mille donat donator, & adiicit, quæ ego de
mobilibus meis ſolui volo. Hîc duo mẽbra orationis
ponunt, vnum ſcilicet donationis mille,aliud execu-
tionis vnde ſoluantur, ſed ab executiuis clauſulis nũ-
E quam reſtringi diſpoſitionem, eſſe enim iſta valde di-
uidua, ſed priùs per poſterius non reſtringi. l. Paulo
Callimacho. D.de legat.3. Curtius, conſ.131. Decius d.
conſ.324. & cõſ.403. & conſ.12. in fin. In quo ipſo etſi
aliquid eſt,quod ſubtiliter & argutè colligitur,támen
habet in ſe diſtinctio multum ciuilis rationis, ſum-
ptam ex intentione diſponentium quæ de verbis col-
ligitur, quę cùm ſic vel ſic dicitur, aliud atque aliud in
voluntate dicentis fuiſſe indicat.

Ponitur alius caſus, cùm quis ſic donat aut legat, 30
lego mille de bonis meis omnibus tam mobilibus
quàm immobilibus, & alius hæres mobilium alius
F immobilium proponitur, & quęritur quomodo, quá-
ve proportione ſolui debeant. Nam hoc caſu colligi
poteſt ex verbis donatoris, de vtriſque bonis ſolui
voluiſſe, ergo ab vtroque hærede. Sed non ita eſt: eſt
enim tale legatum natura & qualitate mobile, nec
mouere debet, quod donator de vtraque bonorum
qualitate ſolui voluerit. Nec enim gratia aut conſide-
ratione hæredum hæc oratio ſcribitur, ſed legatario-
rum intuitu, vt abundantiùs eis caueatur de bonis
omnibus. Atque hæc ratio planè vera eſt de iure illo,
ſed patrio quædam alia pro ſuperiore ſentẽtia propo-
nitur,

nitur,quia ſcilicet diuerſa patrimonia ponimus in cō-
ſideratione hæredum diuerſarum linearum, & pa-
31 tremfamilias ſimiliter erga vtrumque affectum præ-
ſupponimus ; ex quo colligitur vtrumque pro modo
bonorum, quæ capit grauare voluiſſe,de quo ipſo in-
frà diſſerimus.

Supereſt ille caſus cùm centum legantur de fru-
ctibus talis prædij percipienda, nec tantum in fructi-
32 bus eſt, vnde legatum præſtari poſſit, Et in legatis qui-
dem annuis quod deſit de vbertate alterius anni ſup-
plendum putant. l. legatum. §. vini Falerni. D. de ann.
legat. l. ex eo. D. de adimend. legat. Cyn. Pet. Ioa. Fab.
l. ſi quis argentum. in fin. C. de don. Bart. d. §. ſacram.
ſed in legatis ſemel præſtandis aliam rationem ſequē-
dam putant, quia huic legato inſit tacita conditio de
fructibus, ſi naſcentur, l. 1. D. de cond. & demonſt. l.
interdum. vbi Bart. D. de verb. oblig. & prolixa tracta-
tio Doctoris Roncini inter conſilia Decij. nu. 324. &
Bart. l. Centurio. D. de vulg. & pupil. Atque hoc lega-
tum etſi mobile eſt, tamen à domino fundi hęrede im-
mobilium pręſtandum eſt, etſi mobilium hęres nō ſit,
quia locus deſignatus & veluti ſpecies legata, & nihil
vetat etiam ab hæredibus immobilium mobilia lega-
ri, cùm de voluntate legantis apparet,

Glossa 8.

1 *Diuiſio debitorum fit inter hæredes diuerſarum linea-rum.*
2 *Debitum generis de tota ſubſtantia debitoris ſoluitur.*
3 *Diuerſarum linearum diuerſæ hæreditates.*
4 *Diuerſa conditio legatorum, & donationū inter viuos.*
5 *Legata incipiunt ab hærede, & debita ſunt hæredum.*
6 *Legata ab hæredibus præſtantur pro modo emolumenti.*
7 *Æs alienum defuncti quomodo diuidatur inter hære-des.* & numero 11.
8 *An proportione hæreditaria, aut modo emolumenti.*
9 *Hæredes diuerſarum linearum non ſunt cohæredes.*
10 *Prælegata ſunt hominis, non legis.*
11 *Duo fiſci debita ſoluunt pro modo emolumenti.*
12 *An legatarius ad æs alienum defuncti teneatur.*
13 *An donatarij inter viuos.*
14 *Aliud Conſuetudine, aliud iure.*
15 *Vſufructuarius an legata minuat.* & numero 18.
16 *An teneatur contribuere ad debita.*
17 *Vſusfructus interdum ex lege debetur.*

1 Sed hîc dubitationes aliæ ſubinde alias excite ſo-
lent. Diximus quoſdam caſus exiſtere in quibus cre-
ditoribus ſuppleri oporteat de immobilibus, quod de
mobilibus deſit. Quod ſi duo pluréſve diuerſi diuer-
ſorum ſtemmatum hęredes proponantur, hîc quoque
reſtat diiudicandum, quantum quotáue à quoque hę-
rede ſit ſoluenda. Nam legatum generis aut quanti-
tatis de bonis omnibus ſoluendū eſt, vt ante diximus,
2 ſi modo mobilia non ſufficiunt, & mobile eſt quod
legatur. Cauſa quærendi, quia conſtat hoc iure mo-
bilia omnia donari poſſe, immobilium tertiam dum-
taxat. Sed hic caſus ponitur, in quo incertum eſt vn-
3 de & à quo ex hæredibus donator ſolui voluerit. Nā
duo diuerſi hæredes ponuntur, diuerſæ hæreditates,
diuerſa patrimonia, diuerſæ ſuccedendi cauſæ, ge-
nus aliud, ſanguis diuerſus, familia alia. Itaque lega-
tis mille in genere quæ de tota ſubſtantia donatoris
deberi diximus, vix credi poteſt donatorem ſolida
mille à ſolo hærede mobilium præſtari voluiſſe, &
totam eius ſpem exhauriri hac ſola ratione, quia lega-
tum ſit mobile, alteri hęredi immobilium in totū ni-
hil decedere, & potuit quidem donator ſi voluit, ſed
4 voluntatis quæſtio eſt. Hîc ego dico diuerſam eſſe

Argentr. in Conſ. Brit.

A conditionem legatorum quæ in teſtamento fiunt, &
æris alieni contracti à donatore. Nam legata debita
ſunt, quę incipiunt ab hęrede, & quæ teſtator nunquā
debuit. l. apud Iul. D. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. Quò fit, 5
vt cùm non ſint teſtatoris debita ſed hæredum, iuſta
ratio ſuadeat ęſtimationem potiùs faciendam emolu- 6
menti, quod quiſque hærés de bonis teſtatoris capit,
quàm hæreditatum, & pro rata commodi legata ſol-
uenda. Hæreditates enim hîc diuerſę dicuntur per ſe, 7
nō portiones hæreditariæ. Sed quę donator de capite
ſuo debuit, à qualitate debiti æſtimanda ſunt, & mo-
B bilia ab hęrede mobiliū, immobilia ab hærede immo-
bilium ſoluenda, quia hæc Conſuetudinis partitio &
aſſignatio eſt, ex Art. 561. Ergo in diſpoſitione homi-
nis aliud, in diſpoſitione Conſuetudinis diuerſum ſe-
quendum, & id maximè quod veriſimile eſt teſtatorē
voluiſſe, cuius æqua erga hęredes omnes affectio prę-
ſumenda eſt, vt ſic ab omnibus ſolui voluerit, quod
ipſe legarit aut donarit. Sed in diſpoſitione Conſuet.
expreſſa eſt eius intentio, de qua non eſt dubitandum,
in ære alieno ab donatore debito, quod à qualitate de-
biti diſtinguitur. Sed quod legatis impeditur pluribus
C diuerſorum ſtemmatum propoſitis hæredibus, non
videtur etſi mobile ſit huic vni hæredi mobilium im-
poſitum, quæ iniqua iuris eſſet æſtimatio, ſed ab om-
nibus & pro rata emolumenti præſtandum.

Quærendum reſtat, quę ratio & proportio eius eſſe 8
debeat, quod à quoque hærede præſtandum ſit, &
ſemper ponimus diuerſorum ſtemmatum hæredes
proponi. Nam cùm vnius ſtemmatis aut lineæ plures
hæredes ſunt, qui ijdem cohæredes ſunt, non dubi-
tandum quin ſingulorum pro quota hæreditaria ea
ſolutio ſit. l. 1. C. de hæred. actio. & l. 1. Cod. ſi certum
pet. Sed ſi diuerſi diuerſorum ſtemmatum hęredes eſ-
D ſe dicuntur, hic labor in quotæ determinatione. Di-
ximus in debitis quidem teſtatoris qualitatem debi-
torum ſpectandam. Si filio prędefuncto pater in mo-
bilibus hæres ſit, frater in immobilibus, ſolida debi-
ta mobilia actiuè & paſſiuè ad patrem pertinent, im-
mobilia onera ad fratrem. Hæc Conſuetudinaria par-
titio in bonis quæ à lege deferuntur. Sed ſi ex diſpo-
ſitione teſtatoris bona ad aliquem deferantur, hîc
ego (quod ante dixi) non qualitatem debitorum, ſed
præſumptam teſtatoris voluntatem ſequendam pu-
to, quem non eſt veriſimile alterum eorum in totum
E grauare voluiſſe. Ponamus patrem in hæreditate mo-
bili filij quatuor reperiſſe, fratrem in hæreditate im-
mobili octo, & legata ab teſtatore eſſe octo, eueniet
ſi ex æquo teneri hæredes dicimus, vt patri ſua qua-
tuor (id eſt) ſolida hæreditas pereat; fratri quatuor,
quæ ſunt dumtaxat dimidia hæreditatis delatæ, quod
quàm iniquum ſit, apparet. Quod ſi pro modo emo-
lumenti capiant in propoſito themate frater beſſem,
id eſt duas partes debiti pro modo emolumenti ſcili-
cet, pater trientem nec amplius diſſoluet, ita fiet vt
neutri tota ſua hæreditas pereat. Atque hoc caſu cùm 9
duæ ſeparatæ hæreditates reperiantur & duo patri-
F monia, & capientes nullo modo coheredes ſint, ſed
vterque vniuerſalis & vnicus in ſuo ſtemmate, fiet vt
portiones hæreditariæ dici nequeant, ſed hereditates
ſolidæ, ita vt verbis. d. l. 1. Cod. de hæred. act. locus
eſſe nequeat. Ex quo fit, vt in donatis legatíſve à teſta-
tore, rata emolumenti ſpectanda ſit, in contributione
præſtandæ rei legatæ, cùm inter cohæredes res nō ſit,
ſed inter plures plurium hæreditatum hæredes. Nec
probandum iudicium eorum qui ex æquo teneri tales
hæredes putant, quamquam in his eſt Molin. titul. de *Chop. Priuil.*
feu. §. 11. nu. 9. & eruditi quidam etiam arreſtum ci- *Ruſtic. lib. 3.*
tant. Sed eos manifeſta facti iniquitas refellit, etſi hanc *cap. 10.*

sententiam sumpserũt à Guiliel. Cuneo auth. hoc ius
porrectum. C. de sacro. sanct. Eccles. & Paul. de Castr.
l. hinc quæritur. D. de pecul. addita ratione, quia etsi
vnus plus habeat iure prælegati habere videatur, quod
debitum non augeat, quod ipsum in casu à Molinæo
posito inter primogenitum & secundo genitos eius-
dem hæreditatis cohæredes posset obijci, vt & Molin.
rursum id regerit. §. 22. quæst. 29. Sed inter plures plu-
rium hæreditatum hæredes nequaquam, inter quos
nullum prælegatum fingi potest, vt qui nihil habeant.
10 Nec prælegatũ intelligi potest, quod ex dispositione
dũtaxat hominis deberi potest, nec inter alios quàm
cohæredes eiusdem hæreditatis prælegatum intelligi-
tur. Sũt itaque Romani iuris principia immutata, nec
vnius hominis vnum est patrimonium vt olim, sed
vnius hominis plura. Quare quid in mentem venerit
Castrensi quod prælegatum à lege fieri intelligit, non
satis intelligo, multom[?]ius cùm hæreditatis diuersæ
proponuntur, cùm prælegatum diffiniant donationẽ
à testatore factam. l. legatum. D. de lega. 2. Quod à le-
ge cuiquam singulariter ante alios tribuitur, prælega-
tum dici nequit, probabilius id quidem dicendũ, cùm
primogenitus quiddam ante secundo genitos capit in
eadẽ hæreditate scilicet, sed in diuersis hæreditatibus,
nec res nec appellatio prælegati cadit. Nec id quod
solidum habet hæres vnicus vnius hæreditatis, etsi
plus est, quàm quod alius habet, iure pluris habere di-
citur comparatione facta ad alterius hæreditatem: sed
habet vt suum totum & iure solidi, sine vlla conside-
ratione aut comparatione eius quod alius habet.
Quod cùm accidit, tales hæredes sibi inuicẽ sunt ex-
terni, nec familiæ herciscundæ iudicium inter eos da-
tur, l. hæredes eius. §. primo. D. familiæ herciscun-
dæ, nec quidquam commune habent de patrimonia-
libus quidem, nec sibi faciunt partes per concur-
sum. l. vltim. Cod. si ab hæreditate. se abstin. nec v-
no repudiante quidquam alteri accrescit, quod Alex.
notat. cons. 31. lib. 1. nec deficientis portio alteri ac-
crescit, sed caduca fit, & ad dominum feudi defertur,
quod alibi à nobis est tractatũ, nec quidquam de his
congruit quæ notæ solent esse cohæredum, nec æs
alienum inter tales vt cohæredes diuiditur per modũ
portionum hæreditariarum, sed singulas hæreditates
pro qualitate mobilium aut immobilium sequitur,
cùm iure Romano ex conditione hæredum iura cre-
ditorum non mutentur. l. apud Iulianum. D. ex qui-
bus caus. in poss. eat. Quod cùm ita sit, relinquitur le-
gata & donationes non pro portionibus hæreditariis
in casu proposito deberi, cùm nullæ portiones hære-
ditariæ dici possint, sed solidę hætedirates per se & se-
paratæ, sed pro modo emolumenti quod quisque ca-
pit, ita vt frater in themate presupposito qui octo ha-
bet duas partes legatorum debeat, pater dumtaxat
trientem: etsi in debitis à defuncto cedendum dispo-
sitioni. Artic. 561. id est, mobilia à mobilium hære-
dibus, immobilia ab immobilibus præstanda sint in-
distinctè. Hæc sententia per quam æqua est in relictis
testamento ab testatore, quæ ab hæredibus incipere
diximus, nec dicuntur æs alienum defuncti, sed ille
Art. 561. nõ disponit, nisi de debitis defuncti patrisfa-
11 milias. Hæc eadẽ ratio & proportio seruatur. l. in sin-
gulis. D. ad l. Falcid. & sæpè vsu accidit, vt eadem ser-
uanda sit, veluti cùm duo fisci bona cuiusquam occu-
pant, & quæritur de diuisione æris alieni, quòd ille de-
buit, quid & quãtum quisque eorum soluere debeat.
Placuit enim ex meliorum sententia non ex dimidia
diuidi, quæ iniquissima sæpè cæcæ sortis futura esset
partitio, sed omnium bonorum faciendam æstima-
tionem, & pro modo emolumenti, quod quisque

A caperet æs alienum dissoluendum, quod Bald. cen-
suit, & Imol. l. ex facto. D. de hæred. instit. Alex. Cons.
12. vol. 1. Alber. l. 2. C. de capit. diminut. multa Signo-
rol. Cons. 166. nu. 14. text. l. procuratoris. §. sed si duo.
D. de tribut. actio. separatim (inquit) tributionem fa-
ciendam, ne ex alterius merce alij indemnes fiant, alij
damnum sentiant. Atque hanc sententiam de modo
emolumenti probarunt. Gul. de Cuneo. d. l. hinc quæ-
ritur. §. potest. D. de pecul. vbi Raph. Fulg. & Angel.
Alber. 2. part. statut. quæst. 105. Albert. Brunus, tract.
de statut. exclud. fœminas, Art. 11. quest. 6. Alex. Cons.
B 31. vol. 1. & Cons. 111. lib. iiij. Iacob. de Sancto Georgio,
tract. de Roydis num. 19. Tiraq. in primig. quæst. 35. &
quæst. 49. Molin. tract. de diuid. parte 2. declar. 4. nu.
86. Mathesil. tract. de hæred. ab intest. & Bologninus
ad eum, & ex hac sententia crebrò in præsidatu Pari-
siensi iudicari quidam notant.

Restat non ignaua inquisitio, de donatariis & lega- 12
tariis, an ad debita defuncti teneantur, an debitis cõ-
tribuere debeant, an per ea legata diminuantur. Cùm
de legatis loquimur, de donationibus idem dictum
volumus, nam legata per donationes diffiniuntur l. le-
gatum. D. de lega. 2. & §. 1. Inst. de legat. Magna hîc pu-
C gna scholæ, cùm multum alij interesse putant, quo-
modo legatum concipiatur, an bonorum omnium,
an partis, an quotæ, an hæreditatis, an corporis certi,
quę vulgata est dissertatio, Docto. l. vlt. D. de vsufr. le-
ga. l. vsufructu bonorum. D. ad l. falcid. l. si seruum. §.
vlt. D. de legat. 2. Nam legatarium bonorum, quotæ,
aut certæ speciei negant ad debita teneri, qui singula-
ris sit successor, sed ea omnia in cura hæredis esse
oportere & ei solutionem incumbere, & Bart. sentẽ-
tia reprehensa est, qui in donatario omnium bono-
rum diuersum putauit, veluti talis titulus vniuersalis 13
esset, quem Decius sequutus est Cons. 237. & 387. &
D Corn. Cons. 195. vol. 4. Sed plures non sine causa eius
iudicium hac in re improbant, ac negant hunc titu-
lum vniuersalem esse, ideóque non putant talem do-
natarium aut legatarium ad debita teneri. l. vlt. D. de
vsuf. leg. d. l. si seruum. Castr. l. vlt. §. sin autem æs alie-
num. C. de bon. quæ lib. idem Cast. Cons. 294. lib. ij. &
Cons. 388. & 460. lib. ij. Alexand. & Cast. d. l. vsufr. bo-
norum. & l. si filio. §. si vir in quinquennium. D. sol.
matrim. Decius, Cons. 187. Carol. Ruinus Cons. 51. lib.
ij. Baldus. l. j. C. de fructib. & litium expens. Mathesil.
sing. 4. Ias. l. j. col. 3. D. ad Trebel.

E Sed iure parrio Consuetudo vniuersitatem quan- 14
dam in toto bonorum mobilium statuit, & ideo &
hæreditatem in talibus constituit separatam ab im-
mobilibus, patrefamil. ab intestato mortuo, & ta-
lium donationi aut quotæ debitorum personalium
necessitatem alligat, vt Art. 227. siue donati titulo, si-
ue testamenti, siue hæreditatis nomine deferantur,
vniuersaliter quidem aut pro quota, sed id nos suprà
fusiùs.

Similis ratio illam quoque dubitationem exciuit, 15
an vsufructuarius omnium bonorum aut quotæ ad
debita teneretur. Nam & hîc quoque in ratione du-
F bitandi quæritur, an hic titulus vniuersalis sit an par-
ticularis, quod principium cùm male Bart. præsum-
psisset d. l. vlt. D. de vsuff. legat. hîc quoque de vsus-
fructus legato non benè putauit vsufructuarium te-
neri ad debita, quem Decius sequutus videtur Cons.
387. & Bald. Consil. 237. lib. j. incip. Titius testamento.
Sed hanc controuersiam vsus & experimenta preci- 16
dêre, reperta ratione ne aut vsufructuarij in totum
onera essent, aut heredum, sed vtriusque, sic vt legato
vsusfructus hæreditatis vel bonorum, cumulus hæ-
reditatis totius faciendus sit, & de bonis hæreditariis
dissolui

diſſolui diſtractis corporibus hæreditariis ad debitorum quantitatem, vt ſic demum purgata oneribus hæreditate, tertiæ eius quod ſupererit vſusfructus præſtetur, tanto minor quanto plura onera abſtulerint. Fit hoc modo æquabili temperamento, vt pro rata onera & vſufructuario & hæredi decedant, neutrius iniquo damno, ne ſcilicet aliter faciendo lucrum vnius totum ſit, totum damnum alterius. Quod iudicium primus Caſt. ſequutus eſt, cùm variè priores cenſuiſſent d.§. ſin autem: & Conſ.388. & 46. & 294. & Decius Conſ. 385. Alex. d.l. vſufr. Craueta Conſ. 187. Curt. Conſ. 109. etſi contra Gozad. Conſ.94. qui ſolius hæredis putat eſſe debitorum ſolutionem. Sed quod ante diximus vſus recepit, & cùm viduæ doariũ præſtandum eſt. Nam onera omnia hæreditaria de hæreditate deducuntur, partagia, reditus conſtituti, vendicata, anteriora doaria, deinde de eo quod ſupereſt, fiunt tres portiones æquales, quorum vna cedit
17 doariæ, quam rationem par eſt ſeruari, vbicumque vſusfructus ex lege debetur, vt Caſt. rectè putat. d.§. ſin autem æs alienum, ita vt iam hinc inquirere nihil neceſſe ſit, an legatum vſusfructus bonorum inter particulares titulos haberi debeat, an inter vniuerſales, an hæredis id onus ſit, an legatarij, in qua diſceptatione ſe ſubinde ſcholaſtici ſcriptores inuoluunt & fatigant. l. quoties. C. de hæred. inſtit. l. his verbis eo. tit. Alex. & Imol. d.l. ſi ſeruum. Guid. Pap. deciſ. 541. Aretin. Conſ. 116. Gozad. Conſ.94. Alex. d.l. vlt. Bened. c. Raynutius verb. cætera bona num.44. quos
18 retractat Didacus Hiſpanus lib.ij. reſolut. Nec legata mobilia per legatum vſusfructus diminuuntur, quod Alex. ſcribit. d.l. vlt. Bald. & Salyc. auth. cauſa quæ. C. de Epiſc. & Cler Quod iure noſtro multo magis verũ eſt, quia legata mobilia ab hæredibus mobilium debentur. Sed vſusfructus inter immobilia onera habetur, & ab hærede immobilium præſtatur, & ideo non amplius titulo vſusfructus alienari poteſt, quàm quantum aſcendat ad tertiam proprietatis. Mobilia vniuerſa alienari poſſunt, ſed cùm diuerſæ qualitatis ſint, nec ipſorum legatum minuat vſumfructum, ne vſusfructus mobilium legata quandiu quidem mobilia ſoluendo ſunt.

GLOSSA 9.

1 *Hæres poteſt ſoluere, ſi donatarius cunctatur, aut non apparet.*
2 *Hæres poteſt petere, vt donatarius actiones excipiat.*
3 *Hæres lite mota poteſt ſibi per retentionem conſulere.*
4 *Cautio recepto vſu non ſolet hoc caſu exigi.*
5 *Vſufructu ex lege debito, non ſolet cautio præſtari vſu.*
6 *Donatarius non tenetur vltra modum rerum donatarum.*
7 *Cùm debita in lite ſunt, interim præſtanda ſunt donata.*
8 *Ratio ſoluendorum debitorum de mobilibus aut acquæſtibus.*
9 *Creditores perſonas hæredum perſequuntur.*

1 [g] *Sur iceux.*] Hoc eſt de ipſa mobilium ſubſtantia, quod fit per retentionem & diſtractionem corporum & mobilium donatorum, quam hæres poteſt facere, cùm vrgetur ab creditoribus qui inſtrumenta parata & plenæ fidei habent, nec donatarius apparet, quia à perſona hæredis creditores nolunt abſcedere. Sed tamen cõſultius eſt antè donatarium vocari, & ei litem & actionem denunciari, veluti in executoribus eſt traditum Art.574. & à Bart. l. alio. D. de alim. legat.
2 Sed & lites ſuſcipere & in ſe transferre donatarij cogendi ſunt, quod ratio poſtulat, ne ſubinde hæredes

A moleſtentur actionibus alienæ rei, & facti exempla Arreſtologi colligunt. l.10. tit.2. Nec enim hæredem 3
exigi par eſt, quod per actiones deinde perſequi aduerſus donatarium cogatur, de quo & rectè petit iure quidem ſibi caueri. l.2. C. de hæred. vel act. vend. vbi gloſſ. & l.2. §. illud. de collat. bonor. etſi recepto tribunalibus noſtris more cautiones iſto caſu exigi non 4
ſolent, cuius facti extant arreſta quædam, quæ à cautionis neceſſitate liberant. Certè Conſuetudines locorum pleræque cautiones indicunt hoc caſu, atque 5
adeò ex inuentario donata præſtari oportet, omnino
B quidem ſi lis aduerſus hæredem inſtituta & cœpta eſt, vel non ſoluendo donatarius dicitur, quod ipſi quoque donatario valde expedit, propter id quod in ſuperioribus diximus, eos in quos bonorum vniuerſitas ex contractu transfertur, pro particularibus ſucceſſoribus haberi aut certè ſucceſſoribus bonorum, ideóque non amplius teneri, quàm pro æſtimatione 6
rerum quas capiunt, quas ideo inteſtatum redigi vtile eſt, & æſtimari, ne in plus conueniantur. Sicuti è con- 7
trà donatariis actiones cedi de rebus donatis æquum eſt, ſi poſtulent, etſi nominibus quidem legatis neceſſaria ceſſio non eſt, ſed rectà actio datur. l. ex lega-
C to. C. de legat. Alex. Conſ.96. lib.7. Rebus quidem alienis à ſciente legatis præſtare hæredem oportet, quia aliena legari poſſunt. l. Cùm rem. C. de legat. l. vnum ex familia. §. ſi ré. D. de leg. 2. quamuis res alienæ in alia cauſa ſint, quæ donari nequeunt, nec ab hærede præſtantur, niſi teſtator euictionem præſtari voluerit. gloſ. l. in ædibus. §. vlt. D. de donat. & l. Ariſto. eod. tit.

Quæſitum de eo, cùm multa debita conſtaret eſſe 8
contracta ob conquæſtus faciendos, qui tamen conquæſtus omnes alteri coniugum ceſſerant in terminis Art. 221. quomodo quantúmque ab donatario & hæ-
D redibus præmortui diſſolui ea oporteret. Nec dubiũ ſi mobilia & cõquæſtus donata ſint, de mobilibus ante pręſtari oportere. Si mobilia donata ſunt, coniuges pro rata quam capiunt, præſtant æs alienum. Sed his conſumptis cùm ſatis non ſunt, & veniri ad immobilia oportet, & inter participes ipſos & donatarium quæritur de diuiſione æris alieni. Nam creditores ipſi totum defuncti patrimonium cuiuſcumque qualitas ſit, ſequuntur. l. ſi fideicommiſſum. §. tractatum. D. de 9
Iud. Sed inter ſuperſtitem donatarium conquæſtuum & hæredes prædefuncti de diuiſione æris alieni quæ-
E ritur, quod conſtat eſſe contractum ob acquæſtus, quibus ſuperſtes in totum fruitur. Nam cùm de debitis ob conquæſtus contractis agatur, ante acquæſtus conſumendi ſunt, quàm ad patrimonialia veniatur. Hîc diuerſa ratio partiendi æris alieni. Coniuges pagani quidem, non ex æquo mobilia capiunt, hæredes præmortui beſſem, vidua tertiam dumtaxat capit, pro iiſdem partibus ad debita mobilia tenentur. Diuerſa ratio eſt acquæſtuum, quia eos ex æquo coniuges capiunt, & eorum hæredes. Conſumptis itaque mobilibus cùm ad acquæſtuum diſtractionem venitur, mutatur quota debitorum, & æqualis fit in vtroque, quæ
F in mobilibus erat beſſis & tertiæ, quia diuerſo iure acquæſtus capiuntur, & hoc dubitationem non habet, ſed in caſu poſito quæſtionem facit vſusfructus alienæ portionis alteri retentus ad vitam vltra regularem ſuam partem dimidiam, & debita ponuntur facta pro conquæſtibus, quæ ante diſtrahi oportet, quã veniatur ad alterius patrimonialia. Hîc ego dico id ſequendum quod in quæſtione de vſufructu diximus, & cùm debita pro conquæſtibus faciendis contracta, reſpectu coniugum inter ſe dixerimus, non eſſe onus omnium bonorum, ſed conquæſtuum tantum, conſe-

Hodie ex æquo art.583. & 586. N.C.

quens est existimare totam conquæstuum vniuersitatem aut massam seponendam & separandã ab altero patrimonio, & de his detrahendum id totum, quod necesse est ad debitorum solutionem, ac de reliquo superstitem coniugum capere dimidiam suo iure, al-
A teram iure donari ad vsumfructum. Atque simili casu si vnus donatarius esset mobilium, alter cõquestuum priori ordine conueniendum donatarium conquæstuum putarem, vt qui habere deprehẽditur eos quorum causa, æs alienum contractuum est.

Article CCXX.

Art. ccv. Novae Cons.

Homme[a] peut[b] donner à sa future espouse,[c] ou elle à son futur espoux,[d] és paroles de mariage,[e] faisant leurs fiançailles,[f] le tiers de son heritage[g] pour en iouyr hereditellement, il & ses hoirs.[h] Et aussi[i] l'vn peut donner à l'autre[k] tous ses meubles[l] qu'il aura lors de son[m] decez,[n] & si le suruiuant les prend,[o] il payera l'obseque,[p] & les debtes mobiliaires[q] du premier mort.

[a] Maritus potest[b] donare propter causam matrimonij mulieri,[c] aut mulier futuro marito in nuptiarum[d] conuentione[e] & in sponsalibus[f] tertiam partem sui patrimonij[g] sic vt ad hæredes transeat donatio.[h] Et etiam[i] alter coniugum potest donare alteri[k] omnia mobilia[l] quæ habebit[m] tempore mortis,[n] & si superstes ea acceptarit,[o] necessitate funerandi astringetur,[p] & æs alienum[q] defuncti eum sequetur.

Cdnsvra.

Ne hic quidem satis cautum pro lege, cùm de secundis matrimoniis nil statuat, in quibus par est obtinere. l. hac edictali. C. de secund. nupt. & Ord. Francisci I I. Regis. Deinde ingentes controuersias relinquit de donatione facta sub his verbis, futuro coniugi & liberis, de quibus exertè hactenus dimicatum est.

Qvare sic melivs potvit.

Homme peut donner à sa future espouse, ou elle à son futur espoux, au deuis du mariage & faisant les fiançailles, la tierce partie de son heritage, pourueu que le donateur n'ait enfans du premier mariage, auquel cas il ne peut donner plus, que se monte la portion de celuy des enfans du premier lict qui prend le moins en la succession du donateur, & ce pour en iouyr le donataire & ses heritiers, soient de son corps enfans communs ou autres.

Sic additum art. 205. N. C.

Hoc modo concepta dispositione paucissimis verbis, multæ magnæque controuersiæ sedari possunt, & dissidiis iudiciorum modus adhiberi.

Glossa I.

1 *Donationes ab causam quæ dicantur.*
2 *Alieni matrimonij causa facta donatio, non dicitur ob causam.*
3 *Donatio ob alienum matrimonium, est titulus merè lucratiuus.*
4 *In donationibus ob causam, l. si vnquam, locum non habet.*
5 *Donatio filiæ facta ob dotem, dicitur ob causam.*
6 *Donatio matrimonij causa non tollitur superuenientia liberorum.*
7 *Donatio filiæ facta quandoque excedit legitimam.*
8 *Maritus dotem habet ex causa onerosa.*
9 *Donationis quantitas in liberis capit modum à legitimæ quota.*

Superiores articuli duo de donationibus promiscuis hominum statuunt: Hîc de donationibus agit
B quæ matrimonij causa fiunt inter cõiuges, inter ipsas 1
proloquutiones conuentionum matrimonialiũ. Diximus Art. 218. non quasuis donationes, quæ ob aliquã causam fiunt, in iure ob causam dici, sed eas demum tales esse, quæ ab consideratione & vtilitate personæ donatoris sumũtur, & quæ donanti aliquid commodum retinent donando. Nam eas quę ab vtilitate donatarij ducuntur, minimè inter donationes ob causam habendas putant veluti si cui donatur, vt equum emat, domum, militet, aut alatur. Sic nec donationes 2
quæ ob matrimonium fiunt, passim matrimonij causa factæ dicendæ sunt, nec ob causam factæ, sed hæ demum quas donator matrimonij sui causa facit. Alienij
C matrimonij causa factas fœminę maritóve etiam sanguine coniunctis, negant inter matrimoniales donationes habendas. Esse enim tales respectu donatoris merè liberales & simplices & titulos merè lucratiuos, respectu donatariorum probant. l. vlt. C. de iur. dot. vbi Bart. & Salyc. Mulier cui ab extraneo aut alio quã à patre dos confertur, titulo merè lucratiuo habere dicitur. l. vlt. §. si à Socero. D. de his quæ in fraud. cre- 4
dit. vbi Bartol. Azo. Butrig. Cyn. Bartol. Bald. Salyc. l. 1. C. de inoff. dotib. glos. & Doct. l. Mæuia. §. 1. D. sol. matr. Itaq. l. si vnquam. C. de reuoc. donat. nó minus à superuenientia liberorum tales infirmat & reuocat, quã simplices quasuis & merè lucratiuas, quod Alex. cõsuluit. Conf. 71. lib. iiij. & Ias. Conf. 171. vol. 4. Oldr. Conf. 5. cum externæ fœminæ donatur, & non filiæ
D quia merè liberalis causa est & pura donatio, exors omnis obligationis, filię autem facta vt debita intelligitur l. cùm multæ. C. de donat. ob nupt. vbi gloss. & 5
Bald. Ias. d. Conf. 171. id quidem vsque ad eum modum qui debetur filiæ in hæreditate futura patris donantis, de quo nos Art. 405. vnde accidere potest, vt maior quãtitas bonorum donari à patre possit ex causa matrimonij filiæ quàm sui. Nam nemo ex matrimonij sui causa plus tertia bonorum donat vt hoc Articulo, cùm interdum etiam dimidia donari possit ex causa matrimonij filiæ, vt in casu Art. 224. duobus duntaxat extantibus liberis. Quare non est nobis multùm 6
ponendum operæ in eo quæsito, an ea l. si vnquam habeat

habeat locum superuenientibus liberis post dotationem filiæ, haberet enim haud dubiè si donatio minuerat legitimam, in qua filia fundata reperitur tempore delatæ hæreditatis, de quo lata disputatio. Ias. d. cons.
7 171. ex. l. si totas. & l. si liqueat. C. de inoffic. donat. & l. 1. C. eo. Sed sicuti mulier donationem ab extraneo
8 datam titulo lucratiuo habere dicitur, ita maritus onerosa suo quidem respectu. d. §. si à socero, & l. ex promissione. D. de actio. & obligat. ideóque reuocata donatione ob superuenientiam liberorum, fructus tamen
9 retinentur marito, qui ipse ex causa onerosa habet. De quo memorabile Arrestum in sua ipsius causa memorat Molin. in donatione quam fratri fecerat. lib. de donat. inof. num. 46.

A B

Glossa 2.

1 *Minor nulla de causa donare potest.*
2 *Ne matrimonij quidem causa.*

1 [a] *Homme.*] Nam de muliere inf. verbo (*ou elle*) quo etiam non expresso idem ratione correlatiui Iurisconsulti in ea dicturi erant. Sed ab hac dispositione excipiendi sunt minores, qui ne matrimonij quidem
2 sui causa possunt donationes facere, ac ne dotem quidem constituere sine Decreto, l. si ex causa. §. dotis. D. de minoribus l. siue generali. D. de iur. dot. ideóque & restitutiones illo iure aduersus constitutiones dotium concedi receptum. l. 1. C. si aduers. dot. l. 1. si aduers. donat. præsertim si lucrandi pactum erat appositum alterius vtilitate, quod in donationibus fit. l. lex quæ tutores. C. de administrat. tuto. l. 1. C. de inoff. donat. l. prædia. C. de præd. minor. quam tamen Molinæus hoc ipso casu limitandam putat in casu matrimonij, glosella quadam ad art. Blesens. cõs. art. 161. quia (inquit) qui capaces sunt matrimonij, pactorum quoque matrimonialium capaces iudicari debeant, quæ ratio non admodum mouere debet. Neque enim à capacitate matrimonij quæ naturæ & iuris est, colligi debuit capacitas donandi, id est, actus ciuilis, qui non nisi à consensu proficisci potest, consensus non nisi ab habili, & male infert à potestate legis ad hominis potestatem præsertim inhabilis ad talem actum. Neque enim donandi causam facilè quis in minore affingat, ita vt Alexan. cons. 125. lib. 1. neget curatorem minori dari posse ad auctoritatem præstandam donationi, quia (inquit) nulla iusta causa dici possit donandi. Sunt tamen qui annotent etiam Parisiẽsi S. C. probatum donationem à puella factam marito, cùm tam eximia opum, nobilitatis, gratiæ conditio offerretur, vt planè appareret donationem inter vtilia apponi, quod cùm accidit, nulla tanta bonorum consideratio esse debet, quæ cõditionem egregiam & personarum honestam & vtilem coniunctionem remoretur, si propinquorum iudicium & Magistratus auctoritas intercedat. Nec decreti vlla iustior causa si talis se conditio offerat, quæ modico præsenti ingentem spem mercetur. Nec tam malè oculatos esse propinquos oportet, vt rerum considerationi affixi, de personis quid expediat non potius statuendũ putent, & fugaces nec redituras occasiones respuant, de quo Ludouicus Rom. cẽset. l. fructus. D. sol. matrim. & cons. 66. lib. 1. Curt. Iunior cons. 6. Angel. cons. 396. Nec nouum inter coniuges rerum externarum comparationes iniri & compensationes generis, ætatis, gratiæ, opum fieri, vt l. si voluntate. C. de dot. promiss. l 1. C. de inoff. dotib. & alibi sæpè: etsi ea parcè & considerate fieri par est, vt momentosa & rari item exempli.

C D E F

Glossa 3.

1 *Donatio ob nuptias vsu exoleuit*, & numero 4.
2 *Sponsalitia largitas*, & numero 5. & 6.
3 *Imperatorum inconstantia in hoc iure.*

[b] *Donner.*] Quod ex causa matrimonij nubenti olim, & dotem constituenti mulieri maritus dabat, donatio ob nuptias dicebatur. Erat hic contractus dotis datæ compensatorius, vtráque liberalitas soluto matrimonio ad donãtem redibat. Nostris hominibus insolens & inauditus cõtractus, quãdo ne dotis quidem cõstitutio vlla, vt quidem illo iure & diximus Rub. *des mariages.* Sed & orbis penè totius consensus illum contractum repudiauit, quod scholastici Iuriscõsulti ferè per regna & Dynastias testãtur, inutile Imperatorum inuentum & priscæ iurisprudentiæ inauditum. Iustinianus Imperator Leonis Constitutionem de eo probauit primùm, mox reiecit. Nouella 97. tit. de æqualit. dotis. Rursus Leo alius quidã à superiore Iustinianeam Nouellam immutauit. Sed quid non illa regnãtium inconstantia non euertit, subuertit, aut inuertit in suo iure? Denique hoc desultorio iure sublato, multi ex illo tituli, multæ Nouellæ merito suo exoleuêre. Sed hæc de qua hîc statuit sponsalitia potius largitas est, quæ illo quoque iure suos titulos habet, de quo nos Rubr. *des mariages*, & art. 406. 1 2 3

Glossa 4.

[c] *Ou elle à son futur espoux.*] Æqualis & correlatiua dispositio.] Hæc donatio soluto matrimonio non restituitur, vt illa olim donatio ob nuptias, sed sponsalitia largitas minimè. l. si mater. C. de donat. ob nupt.

1 *An hæc dispositio in secundis matrimoniis valeat.*
2 *An l. hac edictali & Francisc. II. constitutio.*
3 *An præsupposito tali statuto. l. hac edictali obtineat.*
4 *Arresta de eo, & auctoritates Doctorum.*
5 *An prohibitio. l. hac edictali habeat locum in viris.*

Magna hîc se quæstio offert, An cùm hoc statutum simpliciter & indefinitè statuat de donandi potestate in coniugibus, hæc ipsa dispositio obtinere debeat tam in primis quam in secundis matrimoniis extantibus liberis de priore matrimonio. Hoc est, an l. hac edictali iure Consuetudinario obtinere debeat, an sublata intelligatur hac dispositione indefinita. An rursum renouata illa. l. hac edictali per Ordin. Caroli IX. quæ edita est de donationibus mulierũ quæ fiunt secundis maritis: & an idem ius sit in donationibus mutuis, de quo nos art. seq. Nunc de simplicibus dicendum. Dubitant Iurisconsulti, an stante statuto, quod maritus prædefuncta vxore dotem dotísve partem lucrari debeat, intelligi debeat nullis præsuppositis liberis ex priore matrimonio ex dispositione. l. hac edictali, an verò legi illi derogare censeri debeat, sic vt ex quolibet matrimonio lucrari debeat, indefinitæ orationis potestate, disseritur inter scholasticos scriptores. Item & cùm non ex statuto, sed pacto & conuentione maritus lucrari debet. Et vt illi variè sentiant, scimus ante Caroli IX. Ordinationem quæ edita est anno 1560. hunc Articulum tam in secundis, quàm in primis matrimoniis obtinuisse, & vtrobique tertiam bonorum donari fuisse receptum, non obstãte dispositione. l. hac edictali, quæ adeò ad id tempus latuerat, vt ne patrono quidẽ aut aduocato cuiquam in mentem veniret ius exoletum in iudicium deducere, & memini ducentas ampliùs me ius dicente obtinuisse, quamuis extantibus liberis de priore matrimonio. Ne post Ordinationem quidem Caroli aliud

Vide art. 205. N. C. 1 2 *Imo Francisc. II. annò 1560.* 3

receptum, nisi quantum quidem ab illa expressum est. Sed non satis per eam cautum est huic dubitationi. Nec apud Francica quidem tribunalia obtinuisse. l. illam, ostendunt immensæ donationes à mulieribus in secūdos maritos collatæ, & pretio redempti masculi, quæ ipsa causa Ordinationem illam Caroli tandem expressit, insigni exemplo primariæ cuiusdam fœminæ, cùm magnæ & iustæ de eo querelæ regi oblatæ essent. Extant passim in Italia statuta, quæ præmortua coniuge tertiam aut aliam quotam bonorum fœminæ deferūt maritis, ea cùm talia sint sæpè dubitari contingit, an id ius tam in secūdis matrimoniis obtinere debeat extantibus liberis de priore matrimonio, quàm in prioribus. Nam non sine controuersia transigitur, existimantibus quibusdam legem indefinitè loquentem, sine finitione accipiendam, & vtrobique obtinere debere, quibusdam probantibus statutum à lege ciuili & dispositione. l. hac edictali limitationem recipere. Priorem sententiam Bald. probat. l. ea lege. quæst. 4. C. de cond. ob cau. & auth. prætereà. C. vnd. vir. & vxor. l. vlt. C. de bon. mater. & cons. 141. vol. 1. & multi sunt hanc sententiam sequuti.

4 Contrariam defendunt Bald. ipse. c. 1. tit. an maritus succed. vxor. in feud. & l. vnica. q. 3. vbi & Bart. C. de inoffic. dotib. Bald. auth. ex testamento. Cod. de secund. nupt. & l. iubemus. C. ad Trebell. quas pugnas longo ordine refert Ias. d. auth. prætereà Steph. Bertrand. latissimè d. l. hac edictali in princip. & num. 35. & quos Boër. cumulat, decis. 203. & 113. Socin. cons. 35. lib. 4. Florian. disputatione incip. mulier primò viduata. Constans & meliorum sententia est, cùm statutum simpliciter nullo adiecto lucrum defert marito, id interpretationem passiuam recipere à iure ciuili, & illa. l. hac edictali, & subintelligi lucrum, sed tum demum cùm nulli liberi supersunt de priore matrimonio, ita vt hoc casu maritus non plus capiat eo ex liberis, qui minimum habet, atque in istis terminis vult Iason procedere opinionem aduersantium. d. authent. prætereà, quem Francisc. Curtius sequitur cōs. 79. & eiusmodi statutum indefinitum deferēs lucrum marito quod est Burdegale, sic intelligēdum & distinguendum putat Boërius dicta decisione 113. & 203. addit & sic Arresto iudicatum illi Curiæ, anno 1520. & rursum anno 1537. Sed quia nobis tale statutum nullum est, quærendum est de altero casu, pacti aut conuentionis scilicet cùm donatio ab altero cōiuge facta est alteri, aut lucrum conuentum certæ partis bonorum ex contractu matrimonij, an ea valere possit in secundis matrimoniis extātibus liberis de priore matrimonio. Hoc casu Ancharanus qui non putat statuto obesse. l. hac edictali, diuersum putat in pacto, quo lucrum deferente. l. hac edictali locum habere putat, quia pacto (inquit) non debeat induci inæqualitas liberorum primi & secundi matrimonij: & aliam putat vim esse prouisionis hominis & legis: Id ille cons. 370. Itaque cùm à facto hominis, id est donatione & contractu lucrum defertur, debere id factum regi & distingui ex d. l. & id magnam rationem habet, propter refrænandas effusas liberalitates fœminarum in secundos maritos, & cōtemptam priorum memoriam, & liberorum priorum respectum, quod crebra experimenta docere possunt frænis indigere, præsertim renouata dispositione à d. Ordin. Caroli, quam magnopere oportebat vsu obtinere, ad distinguēdam dispositionem de primis & secundis nuptiis. Ex quo & Paul. Cast. l. 1. C. de inoff. dotib. scribit, quod cum esset vnus de reformatoribus statutorum Florentiæ, adscribendam censuit statuto, de lucris coniugalibus clausulam nonobstante illius. l. hac. edictali, etiam extantibus liberis prioris matrimonij, quia sciret talem esse volūtatem populi Florentini, propterea quòd mulieres per illam legem coarctatæ viros non inueniebant, si liberos habebant de priori matrimonio, nec sine illa clausula futurum esset, vt donare possent in casu d. l. Idem Fulgos. censuit cons. 89. incipiente Domina Catharina, & quæ fusiùs explicat Steph. Bertrand. d. l. hac edictali à num. 47. Quare nisi expressè derogetur illi legi, putant eam obtinere debere, ne scilicet donari possit extantibus liberis prioris matrimonij, multomaximè cum dispositio Ord. Caroli superuenerit ad restituendam in vsum antiquam dispositionem iuris. Quare concludimus per hanc dispositionem huius Articuli, quâ permittitur donare tertiam bonorum futuro coniugi, non idem licere positis liberis donatoris de priore matrimonio, quo casu non ampliùs donare licet, quàm is capit, qui minimū capit inter liberos, quod & Bertrand. sensit, num. 51. & Socin. cons. 35. lib. 4. Itaque si mulier duodecim vncias in bonis habet, & liberos 12. non poterit amplius vna vncia donare secundo marito. Sed & hæc dispositio correlatiua viro & vxori eadem ex æquo donandi potestatem tribuit. Verùm id quærēdum relictum est, an ea correlatio in secundis nuptiis tam locum habeat in viris quàm mulieribus, ita ne plus viris liceat. Nam vt plurimum leges de fœminis in hoc subiecto cauēre, veluti huic sexui intētæ quem constat mira facilitate flecti & propendere ad coniunctiones sæpè non honestas, liberis certè prioribus damnosas, cùm amor impulit & inconsideratio liberorū, & prioris matrimonij obliuio. Adeò ne illa quidem Caroli IX. Constitut. de viris meminit, nisi cùm de lucris à priore vxore prouenientibus statuit, sed de patrimonij aut aliorum bonorum lege nihil expressit, & certè legis casus aptiùs fœminis videtur congruere, quæ se (vt Imperator ait) secundis nuptiis funestarunt memoriam prioris mariti contristātes & manes mortui, quas longa declamatione exagitat Imperator, auth. de non eligend. sec. nub. & auth. de nupt. & illa. l. hac edictali: & subinde illo titulo toto, quæ virorum in lucris tantum coniugalibus ferè meminēre. Additur in statutis non esse faciendas extensiones de personis ad personas non expressas in exorbitantibus præsertim à iure communi & odiosis, ita nec de muliere ad maritum. Quin etiam Imperator ipse. d. auth. de non elig. sec. nub. §. optimè, negat vllam legem extare, quæ eadem viro pœnas imponat, quas & vxori ob transitum ad secunda vota. Certè & ex persona muliebri & imbecillitate sexus multæ singulariter rationes sumuntur, quæ non perinde viris congruant, etsi non paucæ conuenire possunt, vt quæ notātur l. nam & si parentibus. D. de inoff. test. & l. lex quæ tutores. C. de administ. tut. atque inter prima liberorum priorum fauor, & feruens amoris æstus, cum iudicium rationis impetus abstulit, viris iuxtà & fœminis, cùm illud paulatim suaue Poëtæ dictum ex alterius persona exolescere incipit:

Ille meos primus qui me sibi iunxit, amores
Abstulit: ille habeat secum, seruētque sepulchro.

Sed iam tales supersunt paucæ, si tamen vllæ, vt nec viri quidem. Sed de ipsis legum auctoribus iusta hîc quærela est, qui damnosa reticentia omiserunt de viris statuere, quod valde erat exprimendum, de quibus si iidem senserunt, malignæ cogitationis fuit dubitationis arbitrium instabilissimis iudicantium relinqui, sin cogitatio non subiit legem ferentes, imprudentiæ culpa valde reprehendēda est, in eo quod quotidie potest contingere, & vero solet. Sed & ætati quoque nostræ irascen-

irascendum, quæ cùm tam magnos Iurisconsultos per omnes dignitatum gradus euexerit, ipsúmque illum imprimis qui monitor Ord. eius de qua nunc diximus Carolo Regi fuisse dicitur, nulli tamen in mẽtem venerit, quod vnico verbo fieri poterat, lege dissidium censentium componere, & concertationes ea de re relinqui maluerunt cuiusuis iuridici, quàm principis sensum. Peius verò id quod prohibitoria dispositione de lucris maritorum expressa, de cæteris bonis probabiliter videri possunt abnuisse, tandiu de eo dubitatur, & penè certiores regulæ opponuntur meliora iu-
5 dicantibus. Quod si etiam de viris iudicantibus idem quod de mulieribus videri posset, tamen non est cuiusvis extra personas expressas dispositiones extẽdere, nec à iudicantibus præstandum, quod à lege erat expectandum, propria legis materia. Etsi crebrioribus omnino sententiis receptum est pœnas, quæ fauore priorum liberorum indictæ sunt, secundò nubẽtibus non esse Canonibus sublatas, qui ea de re sumpsère sibi arbitrium, imò non pœnas, sed iuris collationes, atque ideo tam in viris secũdò maritis obtinere, quàm in fœminis, ne scilicet de lucris nuptialibus prioris coniugij, imò ne de bonis quidem patrimonialibus suis plus liceat in secundos coniuges conferre, quàm quantum capit de prioribus liberis, qui minimum capit in hæreditate donatoris, per. §. si vero auth. de non elig. secund. nub. Hæc (inquit) pœna sit communis viri & mulieris, & auth. neque virum quod ex dote. l. generaliter. in princ. C. de sec. nup. Hæc sententia expressa glos. d. l. fœminæ. quam Bartol. Salyc. Ripa, sequuntur. l. hac edictali. §. illud. Ioan. And. add. ad Specul. Rub. de secund. nup. Oldrad. cons. 33. Mathesil. Petrus de Vbald. tract. de successionib. ab intestat. Rom. cons. 182. clarè Aretin. cons. 72. idque vt ait non solùm in lucris, sed in cæteris quoque donatoris bonis, vbi respondet. d. §. optimè, qui pro aduersaria sententia allegatur. Tum Decius, cons. 87. & cons. 246. Socin. cons. 242. lib. 2. Steph. Bertrãd. cons. 175. lib. 2. & d. §. illud. Francisc. Ripa. d. l. fœminæ. Boër. decis. 187. Alex. cons. 158. lib. 5. Bened. verb. & vxorem decis. 5. numer. 88. Denique huius sententiæ multo plures, cùm lucra per conuentionem veluti donationes conferuntur, vt hoc art. nihilominus. l. hac edictali obtinere debere, quod summa ratione defenditur: ne plus de his donari possit à fœmina aut viro, quàm quãta portio est vnius de liberis prioribus, quæ iure hoc non nisi virilis & æqualis esse potest. De cæteris quidẽ bonis præter lucra nihil hactenus cautum dolendum est, & frequentibus exemplis constat spretam dispositionem. l. hac edictali, & hactenus permissas donationes de tertia, etiam in secundis matrimoniis, sed erit reformatorum cura, vt de Ordinum sententia statuant, quid ea de re cum ratione constitui oportet, & vehemens ratio est, quæ tales feruores cohibet, & secunda matrimonia postponit, cùm vir indignitatem prodit donatione rerum suarum, aut intemperiis agitur, aut illa donatrix patrimonij vicissim spretis liberis, & viri prioris memoria, quod factum subinde conditores exagitant. Quis enim donat nisi impar, & excellenti?

Hinc art. 105. & 213. h. c.

GLOSSA 5.

d *Es paroles de mariage.*] Inter proloquutiones de matrimonio, ante vllam promissionem & obligationem. Nam antecedente stipulatione aut conuentione matrimoniis nihil de eo licet.

1 Fiançailles *sponsalia.*
2 *Sponsalia de præsenti & de futuro.*
3 *Sponsalia de futuro transeunt in matrimonium per coniunctionem.*
4 *Donationes post sponsalia non admittuntur.*
5 *Traductio non debuit tanti momenti videri Iurisconsultis.*
6 *Acquæstus communes non fiunt à sponsalibus.*
7 *Nec doarium quæritur simpliciter traductis.*
8 *Donationes in sponsalibus factæ intelliguntur, cùm eodem die fiunt.*
9 *An probatio admittatur de præcedentibus sponsalibus.*
10 *Post sponsalia impotentium per ætatem admittitur donatio,* & numero 11.

e *Faisant les fiançailles.*] Quæ nos *fiançailles* dicimus, Ius Romanum sponsalia vocat à spondendo, voce ex æquo respondente Francicæ, quod alibi *accordances* vocant, vox deducta à veteri verbo *fiancer* quod est fidem dare, quo vetus historia Francica vtebatur. Sunt verò spõsalia propriè sponsiones futuri facti, tametsi præsentis quoque in vsum recepère Canonistæ, cùm illis verba de futuro, & verba de præsenti adiunxère, tametsi proprietatem verborum spectantibus non nisi futuri facti dici possunt, quis enim id rectè promittere dicitur, quod præsens præstat & exibet. Nam spõsiones de matrimonio per verba de præsenti factæ, totam matrimonij substantiam implent, etiam si matrimonij vsus & consummatio, quæ in coniunctione & commixtione corporum ponitur, non sequatur. l. penult. §. vlt. D. de donat. int. vir. & vxor. l. nuptias. D. de reg. iur. Eundem tamen effectum præstat commixtio, si fides futuri matrimonij intercessit, siue per verba de futuro siue in ipso actu, per quæ inter capaces quidem verba de futuro, in præsens matrimonium transeunt, c. is qui filium. & c. tua nos. ext. de sponsal. c. de illis. c. per tuas ext. de cond. appos. sicuti contra sponsalia de præsenti cum impubere aut impotente nihilo plus pollent, quàm concepta de futuro propter alterius impotentiam. c. 1. ext. de desp. imp. Nunc cùm quæritur prohibita donatione inter virum & vxorem à quo tempore vir, à quo tempore vxor habenda sit, & quid de eo sit Constitutum, sæpè à verbis statutorum petendum est, cùm aliter atque aliter constituuntur & concipiuntur. Iure quidem Romano non dubium donationes inter sponsos qui de futuro intelliguntur cõsistere. l. cum in te. l. si à spõso l. cum veterum. Cod. de donat. l. cum hic status. §. qui sponsum. D. de donat. int. vir. & vxor. l. si sponsum. l. inter eos. l. penult. D. eod. tit. Sed id haud dubiè intelligitur in proprij significatus sponsis, id est, de futuro matrimonio. Contra enim est in sponsalibus de præsenti, etiamsi nondum sequuti sint solemnes ritus nuptiarum, qui vsquam obseruãtur, aut in more sunt, quod apertissimè Iuriscõsultus scribit. l. penult. D. de donat. int. vir. & vxor. Alex. l. si socer. §. Lucius. D. sol. matri. & cons. 61. lib. 5. Bald. d. l. cùm te. Ioan. Lupus. Rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 55. Boër. tit. *des mariages.* §. 1. & merito reprehensa est sententia Azon. Host. Collect. Imol. Barbat. & eorum quos Socin. congerit. cons. 123. lib. 1. qui diuersum putant, & apertè refelluntur dispositione, d. l. penult. Non valuerunt igitur donationes post consensum de præsenti, qui matrimonium perficit, nec quidquam amplius expectat ad substantiam quidem, etsi ritus quidem externi adiici solent actui perfecto, ad reuerentiam politicarum Ecclesiæ Constitutionum. Quare & legatum puellæ factum cum maritabitur, deberi ex promissione matrimonij contracta per verba de præsenti putãt. ex glos. & Docto. l. cui fuerit. D. de cond. & demõst. Bart. & Bald. l. sancimus. C. de nupt. Alex. cons. 20. lib. 2. Sed tamen hanc quæ diuersorum po-

terat esse dissentio, vtiliter sedauit expressa dispositio
huius Articuli, quæ nullam dubitationem admittit
non valere donationes post sponsalia de futuro, mul-
tominimè post facta per verba de præsenti. Nam Cõ-
suetudo obligatione semel concepta de matrimonio
contrahendo, sic vt ab ea discedi nequeat, feruente
amore, & coniunctionis appetitu, non putauit feren-
das esse donationes, sed quos inter matrimonium le-
gibus conuenisset, deinceps non esse alterius opibus
refouendum. Vnde fit, vt si inter absentes celebrata
sint sponsalia, inter ipsos ratificationis actus donatio
ab absente fieri possit, quia ante spõsalia perfecta non
sint ad obligationem, nisi quidem mandatum præces-
serit. Rursus si ab impubere & impotente aut inca-
pace, redita habilitate, rata spõsalia habeantur, in ipso
actu donatio fieri poterit, quia ante nulla necessitas
est obligationis ex actu antè gesto, sed validitatem vt
5 ex nunc actus accipit. Magna verò apud Iurisconsul-
tos & Canonici iuris peritos inquisitio de traductio-
ne ad domũ, an per eam videri debeat matrimonium
consummatum. Sed valdè infirmum cõsummati ma-
trimonij argumentum deprehenditur traductio, &
nimium in eo momenti persæpe posuêre Iuriscõsulti,
nisi aliud adiicitur. Nam traductio per se actus pro-
miscuus est & ἀδιάφορος, nisi coniecturis ex re ipsa ad-
iuuatur. Cum antecedẽtibus sponsionibus & fide ma-
trimonij libera, & sui iuris mulier traduci se patitur
ad sponsi domum, magnum indicium est cõsummati
matrimonij in alienas ædes & domicilium transiisse,
magna coniectura & præsumptio à cohabitatione ad
corporũ coniunctionem. Nam à iuuene cupido quis
credat reddi virginem? vt ille Poëta ait. Sed de ea
quæ alieni iuris est, & cùm ipso patre aut matre tra-
ducta non similis præsumptio. Nunc quidem vetitis
minorum omnium & qui patri subsunt matrimoniis,
in totum ea præsumptio euanescit, nec capi aut po-
test aut debet, prohibentibus factum Ordinatiodibus
Regum. Multominimè cùm solemnes matrimonio-
rum ritus vsu habentur in Ecclesiis, cùm benedictio-
nes vsurpantur, cùm solemnibus ante edictis matri-
monij sponsiones promulgantur, nec ante recipiun-
tur, & Episcoporum statuta extant, quæ vetant ante
iniri sponsalia de præsenti, quàm edicta præcesserint,
qui mos nobis cùm solemnis sit, excluditur omnis quę
venire potest à traductione præsumptio, quam so-
lemnia non adhibita, & consueti ritus, & vetitum
factum Ordinationibus non admittit, & potuit illo-
rum temporum esse præsumptio aut eorum locorum,
in quibus nulli externi ritus adhiberi ex more solent,
nec quicquam præter cõsensum, quæ clancularia ma-
trimonia melior cogitatio non admittit, & pessima
exempla damnauêre. Nunc cum bona Ecclesiæ venia
ista transigi soleant, & templa adiri, & propinquis
arbitris, & cœtu consanguineorum, nihili traductio,
cuius præsumptionem facile eluit melior alia, obse-
6 quij & reuerentiæ Ecclesiæ habitæ, & Ordinationum
respectus, ne antè matrimonium consummasse videri
aut existimari debeant cõiuges, quàm par est & venia
sacro carmine facta est, & benedictio antecessit aucto-
ribus quorum ea de re auctoritas est. Ex quo fit, vt
cùm de commerciis quæritur, à quo tempore dona-
tio coniugi facta obtinere debeat, à quo item ac-
7 quæstus communes fieri, aut doarium quæri proban-
dum sit, donationes, acquæstus, doarium non ante
acquiri, quàm vltima matrimonij perfectio accesserit,
quæ in consummatione est coniunctionis. Sed quia
indecens foret, ac proinde pene impossibilis facti pro-
batio, patria dispositio præsumptiuè duntaxat proba-
tum admisit, & à pedis illatione totam cõiunctionem

A præsumpsit, sic vt hoc probato iuris & de iure præ-
sumptio inducatur, contra quam nulla probatio ad-
mittitur præsupposita quidem habilitate coniugum,
quod alio loco dicemus. Ab hoc tempore donatio ex
causa quidem & ob matrimonium facta vires sumit,
acquæstus communes fiunt sequuto anno, doarium
debetur & lucra Consuetudine inducta effectum sor-
tiuntur, hoc quidem iure, cuius etiam sententiæ Ar-
restum memorat Boër. in cons. Biturig. tit. *Des ma-
riages*. §. 1. & Item decis. 22. num. 36. Panor. cons. 1.
vol. 1. idem Panor. & Fely. c. tertio loco. extr. de pro-
bat. Decius cons. 540. nos etiam art. 418. infra.
B Porro quod hic text. dicit *faisant leurs fiançailles*, 8
inter ipsas proloquutiones matrimonij intelligimus,
siue de præsenti siue de futuro fiant, sed tamen ante
sponsionem, aut fidem matrimonij factam, aut inter
ipsos actus desponsationis, sed & quæ donationes eo-
dem die fiunt, in ipso actu factas intellexerim, veluti
incontinenti, maximè cùm sub cõmemoratione ma-
trimonij fiunt, etiam si diuersis instrumentis fiant,
vnico certè tutius fuerit, quia hoc casu alter actus cõ-
templatione alterius factus intelligitur, & sibi vterque
inuicem inesse, quod Bald. ait l. penult. §. mulier. D.
C sol. mat. Bald. & Salyc. l. si pater puellæ. C. de inoff. 9
test. Bald. l. petẽs. C. de pact. Ias. l. 1. D. de verb. oblig.
latè locus apud Tiraquel. l. si vnquam. verb. donatio-
ne num. 119. C. de reuoc. donat. & in retract. conuent.
§. 1. glos. 3. & 4. Ex quo crebræ in foro existere posi-
tiones solent, de temporibus sponsalium ad arguen-
dam nullitatem donationum, quæ post factæ dicũtur.
Cuius facti allegatio non minus admitti solet, quia
Notarij subinde soleant in talibus referre donationes
esse factas inter sponsalia & prolocutiones. Quinetiam
rumque compertum est fraude scribi, cùm antefacta
sint vel ignorantibus tabulariis, quibus tum primùm
D fieri persuasum sit, cùm sponsalia actus sint reiterabi-
les, nec quicquam obstat iterum atque iterum reno-
uari, sed frauduletèr. Quare non rarò tale factum re-
ceptum est, etsi parce faciẽdum puto, propter testium
perfidiam, & seculi notum & vsitatum crimen, præ-
sertim cùm magnæ sunt partium cõditiones. Nec re-
ceptum aliquando probaui, cùm ante tricesimum an-
num factũ proponeretur, raris aut suspectis testibus,
nec probabili facultate probandi: sed alia in lite &
causa probrosæ fœminæ receptum indolui, & dona-
tionem ex ea causa irritam factã, cum nec iusto testiũ
E numero, nec satis probatæ fidei testibus, id factum
probatum videretur, denique non vnum exemplum
est, ex ea causa concidisse donationes, quæ tribunalia
nostra non ignorant.
Quid igitur censemus in donationibus ex matri- 10
monij causa factis, cùm matrimonia nulla pronũciata
aut detecta sunt, vt inter inhabiles, frigidos, impo-
tentes, consanguineos. Hanc nos plena manu exegi-
mus art. 429.
Quæri memini, cùm siue matrimonij mentione 11
facta esset donatio inter virum & fœminam, sed post
aliquod tempus de matrimonio conuenissent, An ex
F matrimonij causa facta donatio intelligi deberet, vel
vt simplex ab extraneis. Dixi à circunstantiis iudican-
dum, & facti quæstionem. Nam si in donatione causa
expressa esset, omnes alias ab expressa excludi, nisi
fraus probaretur de causa ad causam. Sed in casu sup-
posito ex breuitate temporis inter matrimonium &
donationem, diiudicandum ex ea causa factam esse,
veluti cum pater à filio donationem accipit, deinde
post aliquod tempus filium emancipat, emancipatio-
nis causa factam præsumunt: sed sponsis factæ dona-
tiones non semper matrimonij causam inferũt, quod
apparet

apparet ex l. 1. & l. si filiæ & l. si tibi. C. de donat. ante uupt. l. 1. D. de donat. Ex facto igitur iudicium.

GLOSSA 6.

1 *An bona omnia in dotem dari poßint, aut maritus lucrum omnium stipulari.*

1 *f Le tiers.*] De huius quotæ determinatione copiosè diximus art. 218. Non igitur amplius tertia. Nec illas Romani iuris sententias recepimus, maritum totius dotis lucrum stipulari posse in casu soluti matrimonij, aut mulierem omnia bona sua in dotem dare posse, de quo Bart. Bald. Salyc. Cast. l. si pater puellæ. Cod. de inoff. test. Curt. Iunior. cons. 6. Boër. decis. 224. & 220. Non sani igitur Blesenses, qui eam sententiam in ius suum receperunt, quæ meritò omnibus displicuit, hoc minus sani, quod oblatum ea de re reformatorum consilium non recepêre.

GLOSSA 7.

1 *Quid de donatione collata in tempus matrimonij.*
2 *De intellectu. l. quod sponsæ. C. de donat. ant. nupt.*
3 *Donatione nulla, dominium non abscedit à donatore.*
4 *Possessio constante matrimonio tradi potest rei ante donatæ.*

1 Quæsitum de ea donatione, quæ sic facta est à coniugibus, vt dominium non nisi constante matrimonio acquireretur, an valere deberet: veluti cùm sponsus donat tertiam eorum partem, quæ habet, quæque habiturus esset cùm moreretur, & fieri potest, vt multa non labore parta sed hæreditatibus obueniant, quæ donatoris tam futura sint patrimonialia, quàm quæ iam obuenerant. Vel cùm sponsus promittit acquirere vxori à qua nil dote accepit, ducentas libras annui reditus, quæ propriæ vxoris futuræ sunt. Nam talia pacta quotidie admittimus vxorum lucro. Hunc casum videntur leges improbasse, quia actus acquisitionis confertur in tempus matrimonij, tempus scilicet prohibitum acquisitionis inter coniuges l. quod sponsæ. C. de donat. ant. nupt. l. cum hîc status. §. si sponsus. D. de donat. int. vir. & vxor. Quod sponsæ (inquit) ita donatur, vt eius fiat, cùm nuptiæ sequutæ fuerint sine effectu est, quo tex. nil potest dici expressius: in casu proposito non potest, quod donatur fieri donatarij ante matrimonium, cùm ne donatoris quidem in bonis sit, & cōcepta sit donatio de his quæ cōstante matrimonio acquirentur. Deinde patrimonialium donatio constāte matrimonio nullo casu admitti potest, acquæstuum non nisi reciproca, sed tamen sponsis donare licet, nuptis non item: si ergo sponsis datur, quod non nisi nuptis acquiri possit, hîc obex de l. quod sponsæ. Sed tamen non sunt eædem prohibitionis causæ ineuntis aut constantis
2 matrimonij, nec idem affectus. Ego vt ingenuè fatear, non perspicio quem vsum aut rationem habeat illa l. quod sponsæ, cùm matrimonij causa factæ donationes inclusam conditionem habeant, si nuptiæ sequantur. l. cum veterum. C. de donat. ant. nup. l. si donaturus. D. de cōd. ob caus. quare in id tempus donationis effectum contulisse, quod necessariò ad validitatem actus sequi debet, vitium facere donationi non debuit. Donare vt tuum fiat, cùm matrimonium sequutum erit, inutile esse non debet, si donatio aliter valere non potest, quàm matrimonio sequuto, nec ea causa quæ actum prohibet constante matrimonio, inest actui qui fit in matrimonio contrahendo. Sed & ratio prohibitoria donādi iure Cōsuetudinario solos hæredes respicit, cùm quidem de donationibus quæ-

A ritur, quæ in matrimonio contrahendo fiunt. Nam constāte matrimonio factæ alias etiam causas habent prohibitionis, sed tamen habili tempore factas admittimus, non solùm eorum bonorum quæ quis habet, cùm donatio fit, sed eorum quæ habiturus est, totámque dispositionis substantiam ab habilitate temporis permissi metimur, nec executionis tēpus spectamus. Quod si dispositio eius l. quod sponsæ, locum haberet, non posset hæc de qua hoc art. quæritur, obtinere sub his verbis *qu'il a & aura lors de son deceż*, cáque non reciproca, quæ constante matrimonio non
B admittitur, sed tamen in id tempus confertur. Quare hanc donationem de his quæ habeo habebóve cùm moriar Cōsuetudo admittit, quo exemplo ea quoque probanda erit, qua quis promittit vxori acquirere ducentas libras annui reditus, mera donatione etiam nulla dote accepta aut pecunia ab vxore. Nam & alia dispositione conuenire posset, ne maritus aut vxor amplius certa portione de conquæstibus caperent, aut vt alter præcipuum quiddam caperet: sed illud nullo modo quod quædam Consuetudines admittunt, coniuges sibi reseruare posse facultatem donandi cōstante matrimonio, de quo Boër. tit. *des mariages*. §. 1. Lup.
C d. repet. Rub. §. 32. Chas. Rub. 4. §. 7. quibus multomagis obstatura est d. l. quod sponsæ.

Non valent igitur donationes post sponsalia factæ, & in totum intercidunt, & inutiles sunt, vt factæ contra Consuetudinis dispositionem, & permissio quotæ implicat prohibitionem pluris, & permissio determinati temporis includit prohibitionem alterius ab expresso. Itaque sic corruunt cōtra factæ, vt dominium ab donatore non abscedat, & vendicare liceat, & hæredi concludere tam in possessorio quàm in petitorio. 3
l. sed interim. l. quæ iam nuptæ. l. si maritus. D. de
D donat. int. vir. & vxor. l. si marito. C. eod. tit. l. si liqueat. C. de inoff. donat. Possessionem tamen rerum donatarum constante matrimonio apprehendere aut tradere nihil vetat, nam traditio possessionis per se 4
contractus non est, nec alienatio, sed executio contractus necessaria, & à titulo pendet l. fistulas. §. 1. D. de contr. empt. l. cum multæ. C. de donat. ante nupt. Bart. l. denique. §. si quis. D. de minorib. Nam l. inter virum. D. de donat. int. vir. & vxor. quæ possessionem transferri prohibet, de donatione prohibita vt in matrimonio facta respondet.

E GLOSSA 8.

1 *De donationibus inter sponsos.*
2 *Sponsæ simpliciter.*
3 *Sponsæ & hæredibus.*
4 *Sponsæ & liberis simpliciter.*
5 *Sponsæ & liberis in partem vocatis.*
6 *Sponsæ & liberis in qualitate liberorum.*
7 *Sponsæ & liberis ex illo matrimonio.*
8 *Sponsæ pro futuris matrimonij liberis stipulanti.*
9 *Sponsæ & liberis cum clausula resolutiua, in casu deficientium.*
10 *Donationes genero factæ, an valeant.*
F 11 *An liberis, generi, & talibus personis.*
12 *Donationes per interpositas personas prohibitis, non valent.*
13 *Quid in dubio, an genero, an sponsæ factæ videantur.*
14 *Stipulatio mihi & liberis ordine successiuo intelligitur.*
15 *In hac donatione mihi & liberis, liberi nullum caput faciunt.*
16 *Liberi in materia transitoria ad hæredes, pro hæredibus accipiuntur.*
17 *Sponsa donataria alienare potest res donatas*, & numer. 19.

18 *In hac donatione sponsæ & liberis, illi nil capiunt à donatore.*
19 *Liberi in conditione positi, non sunt in dispositione.*
20 *Causa matrimonij, causa finalis est donationis.*
21 *Donatio facta sponsæ & liberis, quibuscunque liberis acquirit.*
22 *Pluralitas primogenituræ in vna hæreditate dici nequit.*
23 *Per mediatam personam sæpè capitur, quod immediatè nequit.*
24 *Quid in donatione sic facta, ne alienare liceat.*

1 § *Pour en iouïr hereditellement il & ses hoirs.*] Potest igitur donatio alteri ab altero de sponsis fieri de tertia patrimonij, sic vt ad hæredes transeat donatio, & quomodo loqui solent pro se & hæredibus quibuscũque. Hæc vera assumptio quæ expressam habet auctoritatem ab hac dispositione, nec vlla interpretatione eludi potest. Sed hinc tamen ingẽtis & dissidiosissimæ controuersiæ nata tribunalibus materia, nupérque adeo ipsi etiam Britanniæ Curiæ tam visa ἀμφίδοξος & vt Homerus ait ἀμφιελσος vt alterius, itêmque alterius sententiæ iudicata extare dicantur, in quo nouissima concertatione tam exertè pugnatum est sententiis, vt æquatis primo congressu suffragiis, mox etiam altero redintegrata contentione, vix tandem tertiò melior sententia obtineret. Hanc dubitationem ante annos xx. nemo mouerat, & centum amplius tales donationes aut dictante aut decernente me valuisse memineram: sed extitêre denique qui sibi acutius cæteris videre in rebus visi, mouere institerint non mouenda, & iam translatitium esse cœpit. Et quorũdam iudicia mouerant nouitate querẽdi, nisi occursum esset accuratioribus responsis, quæ nobis visum est hîc rursus regerere, ne denuò impinguatur & eligere liceat, vt bona cuiusque pace antiqua & meliora, si qua fieri possit, obtineant. Nam authoribus carere non possumus, cùm vtriusque sententiæ extent iudicata, quãdo id quoque vsitatum est huic seculo non eadem de hisdem censere. Hæc erat species facti. Sponsus donarat sponsæ prædium, & liberis ex eodem matrimonio nascituris, cùm ipse qui donabat ex priore matrimonio liberos haberet; adiecerat, si liberi nati non fuissent, aut vero defecissent semel nati, nil præter vsumfructum vxori futuræ cautum velle. Mortuo donatore marito, eodémque liberorum vtriusque matrimonij patre, liberi prioris matrimonij nouercæ homologationem donationis, & vt loquuntur, deliuramentum rerum donatarum petenti obstabant, quia donatio liberis nascituris facta non valuisset præiudicio virilium portionum, quæ cuique de liberis deberentur ex æquo, nec vllo patris facto augeri aut minui potuissent, vt ante diximus. Hîc tibi duo de iure Consuetudinario assumpta de certis & indubitatis, de primis veris, vt logici loquuntur. Sponsus potest donare sponsæ tertiam partem bonorum, hæc probatur hoc Artic. Alterum, pater non potest donati titulo aut alio lucratiuo vni ex liberis natis vel nascituris plus relinquere quàm alteri, artic. 228. Sponsus idem & pater proponitur donasse sponsæ & liberis ex eo matrimonio nascituris plus quam antè natis, vt sponsæ potuit tertiam, vt liberis non potuit amplius virili. Hîc ego non reuoco dubitationem de secundis matrimoniis quam antè expedi, An scilicet. l. hac edictali habeat locum de Consuetudine, hoc est, an pater in secundis matrimoniis plus prohibeatur vxori relinquere, quã vni ex liberis prioris matrimonij qui minimum habet. Nam de eo nuper disseruimus. Sed hic casus de quo quærimus complicatus est de materia vtili & inutili: Si donator liberos non expressisset in donatione, & vxori duntaxat & hæredibus quibuscunque donationem concepisset, nulla futura erat dubitatio, sed liberos expressit, personas scilicet prohibitas capere: Hîc noxa. Sed quo pressus intelligatur discrimen à circunstantiis percensendi nobis casus sunt, vt subinde variant factis, & ius ab adiunctis mutant, ne temerè alius pro alio accipiatur, néve in paralogismos abducant non benè intellectæ verborum enunciationes. Nam variant formæ, cùm sic scribitur.

Hinc artic. 207. N. C.

1 Donauit Sempronius sponsus, Liuiæ sponsæ.
Vel
2 Vxori futuræ, & hæredibus.
Vel
3 Vxori futuræ, & liberis simpliciter.
Vel
4 Vxori & liberis nascituris, ita vt partem capiant, cùm nascentur.
Vel
5 Vxori & futuris liberis, vt liberis.
Vel
6 Vxori & liberis, ex illo tantum matrimonio nascituris.
Vel
7 Vxori pro futuris matrimonij liberis stipulanti.
Vel
8 Vxori & liberis ex futuro matrimonio, addita clausula resolutiua actus, in casu non natorum aut deficientium. Atque haud scio, an plurifariam etiam concipi possint. Sed sic tamen concipi, complures acta per experimenta ætas docuit. Nec mirum videri debet immeditatis, non tot ad manum succurrere flexus cogitationum, minus mirum his qui studiis ciuilibus non sunt ea subsidia consequuti, quibus tam varia materia distingui de circumstantiis possit, hominibus cõductis ad perdẽdam rempublicam quamlibet reluctantibus sapientibus & melioribus, sed paucioribus.

1 Primo casu cùm donatio fit sponsæ nullo adiecto, à sponso, sine mentione hæredis, non magna dubitationis causa, quia omnis stipulatio in personam concepta, de re ad hæredes transitoria & transmissibili, intelligitur pro se & hæredib. l. si pactum. D. de probat. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. D. de verb. oblig. Bald. l. 1. ad fin. C. per quas pers. nob. acqu.

2 Sed nec secundus casus in ambiguo est, quia donatio sponsæ & hæredibus expressam ab hoc textu auctoritatem habet, vt superior quoque super subauditionem.

3 Tertius cùm sponsæ & liberis simpliciter. Hæc stipulatio etsi paulò plus videri potest habere difficultatis, tamen in materia transitoria & transmissibili ad hæredes nihilo plus importat, quàm illa vxori & filiis hæredibus. Hic enim liberi non pro filiis tantum, sed pro hæredibus intelliguntur, & hæredis qualitas potior, ideo tali conceptione omnes liberi donatariæ capiunt, etiamsi ex alio matrimonio sint, & alij quam donatoris. Sed & si liberi sint, non tamen hæredes donatariæ non capiunt, igitur vtraque qualitas inesse debet capere volenti, sed liberos esse non nocet, si hæredes sunt donatarij ita vt donatio incipiat à persona donatarij & hæredes sunt, de quo Alex. cons. 129. lib. 5.

4 Quarto casu cùm vxori & liberis, ita vt liberi partem capiant, habet aliquid de permisso & vetito, quod sponsæ donatur, valet, quod liberis, non valet. Nam liberi non rectè capiunt immediatè à persona donantis, nec nisi per matrem, & vt hæredes eius capere possunt. Itaque cùm sic concipitur donatio, vt caput faciant in donatione, fit contra prohibitionem.

Nec

Nec tamen ſponſæ facta vitiatur per adiectionem
perſonæ incapacis, vt in ſeparabilibus. l. ſi mihi &
Titio. D. de verb. oblig.
5 Quinto vxori futuræ, ſiue ſponſæ & liberis, vt li-
beris, ita quod non hæredibus matris, non valet in
perſona liberorum, quia quodcunque liberi conſequi
volunt neceſſe habēt per matrem cōſequi vt hæredes,
quia à patre immediatè conſequi vetātur. Hìc autem
remota qualitate hæredum, hoc eſt repudiata matris
hæreditate nihil conſequi poſſunt, quia inciditur in
verba prohibitionis, remanet enim ſola filiationis
qualitas prohibitiua & incapax, & quæ nocet. d. l. ſi
mihi & Titio Bald. auth. quas ruinas. C. de ſacr. Eccl.
6 Sexto vxori & liberis ex matrimonio naſcituris,
intelligitur vt hęredibus vxoris, reſtricta tamen diſpo-
ſitione ad liberos eius matrimonij, qui caſus recidit
in ſecundum & tertium.
7 Septimo vxori futuræ pro liberis ſtipulanti non
valet, quia hęc ſtipulatio nihil acquirit ſtipulāti, ideó-
que hæredes eius in tali ſtipulatione nil capiunt, ſed
nec matrem liberis ſtipulari poſſe admittunt.
8 Octauo cùm vxori futuræ & liberis, ita vt in caſu
deficiētium liberorum reſoluatur, donatio valet, quia
donatio vxori fit, & ex matrimonij cauſa, & in eius
perſona conſiſtit, quia liberi non ſunt in diſpoſitione
poſiti, nec ex ea vocantur, ſed in conditione, ideóque
nihil fit contra prohibitionem, quia perſonæ prohibi-
tæ in diſpoſitione non ſunt, de quo infrà dicemus, &
hic caſus non intellectus multos in errorem abduxit.
Vxori ita vt alienare nequeat, ſed teneatur reſer-
uare liberis valet, quia vxori fit, & pleni iuris domi-
nium habet interim, & nunquam reſolubile in vita,
etſi alienare non poſſit, tamen filij vt hæredes eius ca-
piunt & à matrimonij materna cauſa, quæ cauſa vbi
ſemel cœpit, nunquam reſoluitur.
Qui caſus cùm enunciationibus varient, & à factis
diuerſitatem iuris inducant, diligenter diſtinguendi
ſunt. Sed qui de his hoc textu auctoritatem habent,
demonſtratione non indigent, alij ſubtiles quaſdam
differendi cauſas habere videntur, de quibus omnino
nobis dicendum eſt, vt intelligant qui repentè de ta-
libus cenſere conſueuēre, fuiſſe vel meditatis altius
cogitandi materiam.
Talis eſt ea, quæ concipitur futuræ vxori ſiue
ſponſæ & liberis, cui formæ donationis qui obſtant,
liberorum perſonam in donatione poſitam inutiliter
putant, & hoc facto incidi in prohibitionem de do-
nando liberis, ſi liberis facta eſt donatio, manus da-
mus, ſed fieri negamus, aut ex tali actu quidquam li-
beris acquiri, ſed totum donatariæ & ex matrimonij
cauſa, quod ſi & liberi in patrem vocati eſſent expreſ-
ſa diſpoſitione, conſiſteret donatio in perſona fœmi-
næ, nec vtile per inutile vitiaretur. d. l. ſi mihi & Ti-
tio. Incidet verò ſæpè ſic concipi donationes mixtu-
ra perſonæ incapacis, ſponſæ & liberis, genero & li-
9 beris, nurui & liberis. Nam hìc certum eſt & ſpon-
ſam & generum vt perſonas extraneas in totum capa-
ces donationum, quod infrà demonſtrabimus, ſed li-
berorum adiectæ perſonæ incapaces ſunt, valent igi-
tur donationes perſonis extraneorum factæ, ſed li-
beris non valent. Sed hoc eſt quod docere inſtitui-
mus in talibus ſtipulationibus, liberis nihil acquiri
de capite ſuo, nec eos vllam partem capere in tali ſti-
pulatione, nec per donantem quidquam venire ad li-
beros, in quo tota eſt prohibitio. Et poteſt quidem hic
locus lubricus videri, propterea quòd fraus ſuſpecta
eſſe poteſt de perſona ad perſonam, adiecta perſona
capaci per quam incapax capere videri aduerſantibus
ſolet, de quo ipſo ſatis copioſè diſſeruimus ſup. art.

A 218. verbo *à autres qu'à ſes heritiers*, & hìc quædam
ſummatim repetenda ſunt. Proponitur ſponſæ, ge-
nero, nurui, donari poſſe, liberis eorum non poſſe.
Caſus igitur ad factum adſtringendi ſunt. Cùm pro- 12
batum eſt aut vero in confeſſo donatorem capacibus,
id eſt ſponſæ, genero, nurui, donatum voluiſſe citra
fraudem: Aut verò certum aut probatum eſt, id actū
vt interuentu perſonæ capacis, & interpoſita perſo-
na, incapaci donaretur: Aut actus dubiè accipitur,
& verum à coniecturis quærendum eſt. Hæc diligen-
ter retinenda ſunt, nec aliter caſus impliciti diſcerni
B & diiudicari poſſunt, niſi reſecta factorum complica-
tione & ſeparata materia, veluti auro ab argēto aqua
Chryſulca, aut vt olim Archimedis inuento. Cùm
factum in certo eſt, nulla eſt iuris dubitatio. Donatio
quam certo conſtat, factam genero, nurui, ſponſæ,
in totum valida eſt, & conſiſtit. Quàm conſtat ſic
factam genero, vt ad filiam deueniret, ſic ſponſæ vt ad
filios, ſic nurui vt ad filios filij, id eſt nepotes in to-
tum non valere certum eſt. l. qui teſtamentum. D. de
probationib. & nos infrà artic. vlt. huius tituli dice-
mus: tota dubitatio relinquitur in eo, an donator illi,
vel illi voluerit, liberis an ſponſæ, nurui an filio. Hic
C labor, hìc hærendum. Certum ius ſit de facto conſta- 13
ret, factum incertum, ius item incertum reddit. Quod
incertū eſt, à præſumptionibus pendet: Certum ple-
rumque à verbis captamus, cùm genero ſub nomine
proprio donatur veluti Antonio à Prato veteri dono,
multomagis ſi ſic, Antonio à Prato veteri & hæredi-
bus eius quibuſcumque, vel cùm generi qualitas ad-
iecta non eſt, vel ſi propria & perſonali cōſideratione
meritorum & obſequiorum generi donatio facta ſit,
vel cùm genero ſic donatur, vt non item filiæ, qui
omnes caſus affixam perſonæ cōſiderationē teſtatur.
Nam perſona expreſſa excludit nō expreſſam, & cauſa
D expreſſa determinat actum qui geritur, & quod certa
certæ perſonæ conſideratione donatur, eius fit. l. ſi
quid donatur. D. de vſufr. l. facta. §. ſi hæres. D. ad
Trebell. l. hinc queritur. §. etſi. D. de pecul. & quos
Lupus, rep. c. per veſtras. §. 44. ext. de donat. Steph.
Bertrand. conſ. 281. vol. 3. Donatio igitur facta Titio,
ſic ei fit ita quod non alij, & non filiæ & ex cauſa ma-
trimonij Titij cùm eſt facta Titio, etiam ſi cùm filia
matrimonium ſit, quæ perſona miſcetur in actu qui
non niſi à duobus fieri poteſt, ſed hoc caſu perſona
filiæ eſt contingens, & extra intētionem partium, & vt
E inſtrumentum non vt materia. Quod igitur ſic dona-
tum erit Titio non in qualitate generi, etſi re vera ge-
nero tranſibit ad hæredes eius vt Titij, id eſt extranei,
non vt generi, & ad gentem eius ordinatè, & ex inten-
tione agentium, ad hæredes filiæ non niſi cōtingenter
nec vt ad tales, ſed ad hæredes patris donatarij. Hæc
ſumma ſentētiarum Dyni & Baldi. l. filio. D. de cond.
& demonſt. Bart. l. ſi filius. 2. D. de don. Iaſ. conſ. 171.
vol. 4. Bernardi de Biſgneto inter deciſ. Rotæ. titu. de
donat. int. vir. & vxor. Lupi repetit. rubr. de donat. §.
45. Multomagis cùm Titio & hęredibus eius quibuſ-
cumque vel indefinitè concepta donatio eſt, excludit
F enim hęredum mētio indefinita perſonalem filiæ cō-
ſiderationem, etiam ſi caſualiter contingat filios filiæ,
id eſt liberos communes donatarij & filiæ ſuccedere
donatario, quia non talibus fit donatio, ſed vt extra-
nei hęredibus. Hic eſt caſus affirmatiuus prior de cer-
tis, ex quo ius certum ſit. Sequitur contrarius & ipſe
certus, cùm prohibitæ perſonæ donatum conſtat, id
eſt filiæ è capite ſuo, vel interpoſita perſona capaci.
Eius caſus certitudo deprehenditur, interdum plana
probatione, cùm ex antigrapho fortaſſe interpoſita
perſona capax promittit reſtituere incapaci: interdum

ab conieᶜturis, ſi generum donator oderat contra
filia chariſſima patri, ſi aliorum liberorũ odium hanc
propenſionem in filiam inuitarat, & quæ alia in facto
poſſunt incidere, vnde præſumptiones. Nam ſolam
propinquitatem ſanguinis aut affinitatis in genero nõ
putant ſufficere ad probationem fraudis, quod Caſt.
differit in donatione ſorori vxoris facta à marito, ne
vxori facta videri debeat, conſ. 193. lib. 2. & Socin.
conſ. 66. vol. 1. Supereſt tertius caſus, cùm in dubio
eſt, an donator filiæ, an genero, ſpõſæ an liberis dona-
toris, nurui an filio, donatum voluerit. Hîc ſequenda
veterum iudicia, quod genero ſimpliciter donatum
ſit expreſſa generi qualitate, etiam ſub nomine pro-
prio, in dubio conſideratione & reſpectu filiæ dona-
tum videri, quia ad talem perſonam propior ordina-
tur affectio paterna, & præſumptio à naturæ ſtorgis,
itaque intercidit donatio. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator.
D. de legat. 1. l. fideicommiſſa. §. interdum. D. de leg. 3.
l. ſi pro te. vbi gl. D. de dot. promiſſ. Caſt. d. cõſ. 261.
vol. 1. Alex. conſ. 63. vol. 4. Iaſ. d. conſ. 171. Angel.
Alex. Iaſ. Rom. l. vt liberis. C. de collat. alij. l. ſed & ſi
plures. §. in arrogato. D. de vulg. & pupil. Nam huma-
nitatis & charitatis paternæ conſideratio facit, vt in
filiam potius incubuiſſe pater videatur, cùm & mor-
tua filia ſolui affinitas & generi appellatio poſſit, quod
prouerbio dici ſolet. Quare potius factũ ex neceſſitu-
dine indiſſolubilis coniunctionis credẽdum eſt, quàm
ab affinitate reſolubili & temporaria, quod Ioan. Lu-
pus ſibi in facto accidiſſe domeſtica in cauſa ſcribit. d.
repet. d. §. 45. Tribus igitur poſitis caſibus & percenſi-
tis, qui donationem ſpõſæ & liberis factã oppugnant,
poſtremum caſum pro ſe obiiciunt, quia ſcilicet quod
ſponſæ & liberis donetur, liberis potius donatum vi-
deatur perſonis ſcilicet prohibitis, interpoſita vxoris
perſona capaci de ſe, ſed tamen futura matre libero-
rum: id verò ex eo magis elucere, quia in caſu non
exiſtẽtium liberorũ clauſula reſolutiua actus appoſita
ſit. Hic igitur caſus cõtrouerſus de quo quærendum,
an hoc caſu donatio liberis facta intelligatur, an illi
partem vllam in tali actu de capite ſuo capiant, an à
donatore capiant, ſi quid capiunt, an potius vt hære-
des alterius, id eſt, matris donatariæ. Hîc primũ notas
iuris Romani difficultates non recudo. An mater fu-
turis liberis ſtipulari poſſit, de quo in l. quod dicitur.
D. de verb. oblig. & l. Publia. §. 1. D. depoſ. l. debitor. §.
14 vlt. D. ad Trebel. Sed vt conſtituamus valere tales ſti-
pulationes, hoc quoque intelligendum eſt ſtipulatio-
nem hoc modo cõceptam mihi & liberis, ordine ſuc-
ceſſiuo intelligi non æqualiter nec eodem tẽpore, hoc
eſt pro ſtipulante primùm deinde pro liberis. l. liberto
15 libertæque. C. de oper. libert. vbi Bal. & vulgò. l. Gal-
lus. §. quidã rectè. D. de lib. & poſt. ſed nec ſimpliciter
hoc intelligendum, veluti mortuo ſtipulante de capite
ſuo liberi vocentur, veluti in ſtipulatione partem fa-
ciant ordine ſucceſſiuo, nullo enim modo vocantur
ipſi, nec partem faciunt in re acquiſita vllam; ſed de
capite ſtipulantis ſuccedunt non ſuo iure, ſed alieno vt
hæredes. Itaque ex tali contractu nulla actio compe-
tere poteſt liberis viuente matre, nec aliter quàm cùm
16 hæredes extitêre. Nihil igitur contra prohibitionem
Conſuetudinis, quia liberi nil capiunt à donatore.
Namque recepta eſt ſententia ſtipulatione, ſic cõcepta
ſponſæ & liberis adiectam liberorũ perſonam in ma-
teria tranſitoria ad hæredes & trãſmiſſibili nihil aliud
importare, quàm hæredum. Itaque qui ſibi & liberis
ſtipulatur vt hæredibus, ſtipulari videtur non vt libe-
ris ſimpliciter, quod Bart. Raph. Alex. Imol. Alciat.
notat. d. l. quod dicitur. Bart. Bald. Caſt. l. ſi tibi. §. ſi
pactus. D. de pact. alij. d. l. Gallus. §. quidã rectè Alex.
conſ. 87. num. 10. lib. 6. Steph. Bertran. conſ. 73. Bal.
auth. ſi quas ruinas. C. de ſacroſ. Eccleſ. & l. 1. §. vlt. C.
per quas perſ. nob. acq. Alex. conſ. 128. lib. 5. Decius Art.
conſ. 216. Quamobrem hæc ſtipulatio ſpõſæ & liberis, 207.
vt hæredibus facta intelligitur, quæ cùm hoc ipſo N.C.
textu auctoritatem habeat, relinquitur non incidi in
prohibitionem, quia donatio ſponſæ & hęredibus aut
certè liberis vt hæredibus facta accipienda eſt; ſecus
eſſet in materia non tranſitoria ad hæredes cuiuſmodi
feuda iure feudiſtico fuêre, in quibus liberorum per-
ſona in proprio ſignificatu accipi debet, quia hæredũ
qualitas non recipitur in tali actu. Sed in materia
adaptabili hęredibus nihilo plus continet illa donatio
ſponſæ & liberis quàm illa ſponſæ & hætedibus, vtra-
que Conſuetudine permiſſa caſu & iure pari. Quod 17
igitur ſponſa ex eo iure conſequitur pleno iure pro ſe
conſequitur, nec liberi aliter quàm hæredes habituri
ſunt eodem iure quo reliquum matris patrimonium,
in quod res donatæ tranſeunt. Totus enim actus con-
ſummationem in perſonam donatariæ accipit ex ma-
trimonij cauſa, nec de hæredis perſona quærendum
eſt. Nec propterea culpãda donatio quod filiorum ad-
iectio facta ſit, quod ipſum maximè aduerſantes vr-
gent, quia hîc filiorum qualitas nõ pro alio quàm hæ-
rede donatarij ſupponit, quod ipſum idem obtineret
etiam non expreſſa filiorum perſona, cùm omnis ſti-
pulatio citra expreſſionem etiam hæredibus acquirat.
l. ſi pactum. D. de probat. Nam & in caſu cùm pater
ſtipulatur filiæ dotem reddi, ea mortua ſuperſtitibus
liberis dos ad liberos ſpectat, vt ad hæredes matris,
quod latè tractat Alex. cõſ. 24. nu. 4. lib. 1. l. poſt do-
tem. D. ſol. matrim. nec computatur illa in legitimam 18
paternam, veluti à matre proueniat, quod pro conſtãti
Bar. ponit. d. l. poſt dotem. Nihili igitur hoc caſu
prohibitio de donando liberis, quia hîc donator nihil
donat liberis quidem ſuis, quod eſt prohibitum, ſed
nupturæ, perſonæ ſcilicet extraneæ, ideo & permiſſæ,
in cuius perſona totius contractus effectus perficitur,
nec aliunde quàm per eam ius trãſmittitur ad liberos,
iure hæreditatis. Sed illud valde aduertẽdum, ne quiſ-
quam putet tales liberos à donatore habere, quod ſic
defertur, aut perſonam filiorum vllam partem facere
in tali ſtipulatione, néve exiſtimet coniunctionem vl-
lam fieri aut rerum aut verborum, cùm ſolida donatio
conſiſtat in perſona donatariæ, ſine vlla conditionis
pendentia aut ſuſpẽſione diſpoſitionis, ex futurorum
liberorũ natiuitate aut deficientia, niſi ſi aliud diſpo- 19
ſitum eſt in actu. Quod ex eo perſpicitur, quod non-
natis aut deficientibus liberis donatio ſponſæ facta,
non deſinit eſſe valida in eius perſona etiam poſita
clauſula reſolutiua. Nam nati aut non nati liberi nihil
de iure donatariæ detrahunt, imò magis dico ipſa do-
nataria res hoc modo donatas alienare non prohibe-
tur, vt pleni iuris domina, quia liberi nihil de rebus
donatis ſperare poſſunt, niſi in qualitate hęredum do-
natariæ, ſi res donatas reperiunt in bonis donatariæ
tempore mortis eius, ſed viuentis diſpoſitiones non
poſſent infringere. Namque quod quiſque ſic ſtipula-
tus ſit mihi hæredibúſque meis, alienare non prohi-
betur in vita, quia hæredis conditio aut ſpes non im-
pedit liberas diſpoſitiones acquirentis. l. in conuen-
tionibus. D. de verb. ſignif. expreſſiſſimè Anchar. cõſ.
143. Alex. cõſ. 107. lib. 4. Panor. conſ. 48. vol. 2. Iaſ. l. 2.
nu. 207. D. de iur. emphyt. Bald. l. 1. ad fin. C. per quas
perſ. per l. 3. C. ſi ſeruus export. væn. Decius. conſ. 216.
Et ideo cùm nemo nõ ſic acquirat ſibi, & hæredibus,
non propterea impeditur alienare quod ſic acquiſiuit,
nec hæres ſe poteſt dicere in partem ſtipulationis vo-
catum. Inde illa quoque ſententia, quod quæſitum ex
prouí-

prouidentia mea pro me & persona quæ mihi succe- A
dere debet, non prohibeor alienare, lata tractatione
scholæ. l. qui Romæ.§.Flauius.D. de verb. oblig. Bart.
l.1.C. si mancip. ita fuer. alien. & l.2.C. si seruus ex-
port. væn. & alij frequētes, etsi in adiectione personæ
extraneæ dubitēt. l. cùm à socero. D. de iur. dot. Cùm
igitur hæc donatio sponsæ & liberis vel sponsæ & hæ-
redibus, non impediat alienationem, sequitur pleni
iuris dominium penes donatariam esse, quod domi-
nium diffiniatur ius esse pro arbitrio de re disponēdi.
Quod si verùm est, sequitur hoc casu sponsæ & libe-
ris malè necti donationis nullitates à consideratione
liberorum, qui hoc casu pro hæredibus simpliciter B
accipiuntur, quia liberi etiam expressi nullum ius du-
cunt à donatore. Denique & illud certum in tali do-
natione etiam liberos nihil de tali donatione cōsequi
posse, nisi sint hæredes matris donatariæ, quod si con-
tingat eos repudiare hæreditatem matris, actio nulla
eis dabitur ad consequenda donata, vt nec reliquum
eius patrimonium. Quod capiunt nullo modo dona-
tionis titulo capiunt, sed hæreditatis maternæ titulo,
quod si paternam hæreditatem recusant, nihilominus
iure materno consequuntur. Hoc discrimen non in-
tellectum iudicia multorum fefellit, cùm non aduer- C
tunt hoc casu sponsæ & liberis, nihil in totum liberis
quæri, qui à matre adiecti sunt in qualitate hæredum,
à patre nil in totum consequuntur. Nec mouendi su-
mus, quod clausula resolutoria apposita deprehendi-
tur in casu deficientium liberorum, vt sic cōsideratio
liberorū etiam donationis motum elicuisse videatur.
20 Nam ante docuimus hoc casu liberos in dispositione
non esse, nec ad vllam partem de capite suo vocari,
sunt verò in conditione positi ad resolutionem, sic vt
non nati aut deficientes actum resoluant, quod cùm
fit, succedit illud verba in cōditione posita, non esse
in dispositione. l. sub cōditione. D. si quis omiss. caus. D
test. glos. l. si quis ita hæredes. D. de hæred. instit. l.
Lucius eod. tit. Alex. cons.226. lib.5. & 55. lib.4. De-
cius cons.216. 240. 470. 248. Ias. cons.157. lib.3. vnde
illud dissidiosum, liberos in conditione positos non
vocari ex prouidētia testatoris, de quo lati campi apud
Boër. decis.155. Syluanum cons.53. lib.1. itaque natis
liberis nihil habet virium illa conditio, si non nascan-
tur. Accedit ad id quod dicimus, totum sponsæ quæri
in illa stipulatione spōsæ & liberis, quod ex causa ma-
trimonij donatur, quæ causa finalis est, quod ex eo ap-
paret cùm dicitur, *pour paruenir au mariage qui autre-* E
21 *ment n'eust esté*, quod eo adiici solet, quia matrimonij
causam in iure pro impulsiua habent. l. Titio. §. Titio.
D. de cond. & demonst. Oldrad. cons.5. & Decius. d.
cons. sed quomodo concipere solemus, nulla dubita-
tio finalem esse, ex qua causa cùm donatio fit, nullo
modo eo sequuto resolui actus potest, etiam si liberi
nati non sint. Ideóque integra acquisitio consistit in
eo actu finali, & non resolubili, nec quidquam quæri-
tur adiectis liberis, nisi vt hæredibus donatariæ: nihil
autem prohibet contrahentes magis affici ad certam
speciem hæredum, modo hæredes sint, veluti erga li-
beros, quàm aduersus extraneos quosuis. Quare & F
Decius d. cons.216. in illa donatione sponsæ & libe-
ris aut certè simili personam liberorū putat adiectam,
ad designandum, quod verisimiliter futurum erat, vt
ex voto liberi parentibus hæredes extarent, sed tamen
inde ius nullum quæri. Non facit igitur clausula reso-
lutiua in casu deficientium vim ad alterandam inten-
tionem contrahentium, si resolui actum voluerunt in
casu non existentium, aut deficientium donatariæ hæ-
redum. Consideratio enim quæ in hæredes filios in-
fluit, per matrem donatarium descēdit, & à causa ma-

A trimonij nusquam resolubili, sed plenum effectum
sortita per matrimonium, sic vt natis liberis illi per
matrem capiant quod matri donatum est, quod si cō-
ditio deficit, resoluitur donatio non propter deficien-
tes liberos, sed propter deficientes hæredes donata-
riæ, qualitatis quidem pactæ. Cuius rei illud quoque 22
argumentum est, quod donatio facta sponsæ & libe-
ris, non solum filiis hæredibus eius matrimonij, sed
quibuscunque donatariæ liberis acquirit, cuiuscun-
que matrimonij modo hæredibus. l. cùm vir vbi. So-
cin. D. de cond. & demonst. Bal. auth. qui rem. C. de
sacr. Eccl. Ias. cons.110. lib.1. & Arresto quoque iu-
B dicatum Parisiis memorant. Ex quo perspicuè datur
intelligi, quod à liberis extraneis donatori capiatur
per matrem capi, & vt ab hæredibus, ergo non à do-
natore, nec vt liberis simpliciter sed hæredibus, ideó-
que Bal. auth. si quas ruinas. C. de sacr. Eccl. in hac
donatione tibi & filiis, negat inesse actum donationis
pro filiis ex parte donantis, etsi aliud sit ex parte stipu-
lantis, quæ hoc casu mater est. Habent igitur liberi
quod sponsæ & liberis donatur, id totum quod ca-
piunt à matre, à patre nihil. Ideóque actus in prohi-
bitionem non incidit de non donādo liberis, quos ad-
C uersantes minus quidem cōsultè putant. Ex quo illud 23
quoque euenit, vt cùm in vna successione non possit
pluritas primogenituræ dari, hoc casu contingat non
plures vnius quidē personæ esse, sed plurium plures,
ita vt liberi donatariæ de secūdo matrimonio, capiant
primogenituram rerum matri donatarū, etiam si sint
secundo geniti respectu primi matrimonij. Valet igi-
tur donatio sponsæ & liberis vt omni iure defensa,
valet genero & liberis, nurui & liberis, cùm nihil ca-
piant per patrem, sed totum per matrem, si hæredes
eius sint, ex quo in totum deficit ratio, quæ ab inca-
pacitate liberorum ducitur. Nec fit vlla interpositio
D personarum vetita, quia hoc casu sponsa, nurus, gener
sibi acquirunt, nec enim interponitur, qui sibi nego-
tium gerit, quod rectè defēdit Cast. in simili subiecto.
cons.261. vol.1. Nec inauditum cùm qui per se capere 24
nequeat, interuentu mediæ personæ capere, quod in
filiis Presbyterorum perspicitur, qui beneficia à patre
non capiunt, ab alio capiunt qui acceperat. c. ex trans-
missa ext. de fil. Presbyt. & filia matrimonio exclusa
ab hæreditate paterna, non excluditur à fraterna qui
patri successerat, de quo nos art. 224. Denique pro
hac sententia iudicatum, 22. Martij, 1578. redintegra- *Art. 207.*
E ta iterum ac tertiò disceptatione. *N. C.*

Quæri de eo consequenter potest, cùm quis donat 25
sponsæ & liberis interdicta tamen alienatione, sic vt
omnimodo res donatæ ad liberos veniant. Nam hoc
plusculū potest habere dubitationis, propterea quod
incidi videtur in prohibitionem, cùm persona inter-
ponitur capax illa quidem per quam incapax capiat,
veluti tali donatariis restituere iubeatur, contra l. qui
testamentum. D. de probat. Deinde pleni iuris titu-
lus non confertur donatariæ, quæ liberè de re dispo-
nere non potest, imò vsusfructus penè tantum colla-
tus videtur interdicta alienatione. Hîc verò valere
F donationem puto, & sponsæ quæri quamlibet inter-
dicta alienatione, ac per eam liberis, vt hæredibus eius
non vt donatariis. Nam interdicta alienatio extra fa-
miliam, non prohibet interdictos sibi inuicem succe-
dere, & hæredes esse ui sic sibi succedere dicuntur
vt hæredes, nec ver ere id quod habent ex testa-
toris prouidentia, i iure successiuo. Quare hæc
quæstio recidit in priores.

GLOSSA 9.

Et aussi.] Donatio mobilium coniunctim cum do-

natione tertiæ patrimonialium fieri poteſt, vel ſigillatim mobilium, aut tertiæ.

GLOSSA 10.

L'vn peut donner à l'autre.] Alter coniugum alteri, ſiue ſimplici, ſiue reciproca donatione multomagis, tametſi de tali nil vſquam eſt expreſſum in contrahendo quidem matrimonio. Nam de facta conſtante eo, Articulus ſequens ſtatuit, ſed ratio multomaior in contrahendo.

GLOSSA 11.

Tous les meubles.] Mobilium vniuerſitatem. De acquæſtibus nihil hîc ſtauit, nec voluit hanc cumulari.

GLOSSA 12.

Qu'il aura lors de ſon deceZ.] In terminis. l. cùm autem D. de legat. 2. quæ habeo habebóve cùm moriar, valent igitur tales donationes etiam collata acquiſitione in tempus matrimonij, cōtra l. quod ſponſæ. C. de don. ant. nupt. Proinde ſi ſub nomine quotæ ſit donatio, ea quota determinatur à tempore mortis, etiam ſi expreſſum nō ſit donatione, vt ab ipſa natura actus, cuiuſmodi donationes ſolæ obligant ad debita. Itaque hoc modo conceptæ, incrementum & decrementum recipiunt, vſu quidam donātis ambulatorio vſque ad mortem, quod ante docuimus. §. 218. verbo, *le tiers.* Sed donatione aut delicto diminuere donator non poſſet donatarij fraude, quod infrà dicemus.

GLOSSA 13.

DeceZ.] Mortem naturalem intelligimus aut condemnationem talem, quæ communionem mobilium dirimat, veluti ſi maritus damnatus ſit ad remum perpetuum, vel ſi alter religionem profiteatur, his enim caſibus ſoluitur communio, ideóque fit locus donationi, quod plenè diſſeruimus art. 413. Nam liberalitates mutuas cōiuges alterius damnatione non amittunt. l. res vxoris. D. de donat. int. vir. & vxor. l. quiſquis. §. vxores. C. ad l. Iul. maieſt. l. ſi quis poſthac. C. de bon. proſcript.

GLOSSA 14.

1 *Donatio liberum eſt donationem non acceptare.*
2 *Excipitur, niſi in contractum tranſierit vltrò citróque obligatorium.*
3 *An duabus donationibus propoſitis, alteri renunciari poſſit.*

1 *Et ſi le ſuruiuant les prend.*] Hic Conſuetudo liberum facit donatario, non acceptare donationem: Nec enim cuiquam donatum aſſequi neceſſe eſt. l. nec emere. C. de iur. delib. Sed tamen repudiationem donationis non admitto, ſi donatio in contractum vltrò citróque obligatorium tranſiit, veluti onere adiecto ex parte donatoris debitorum ſoluendorum, aut cùm donator aliquid ſibi dari fierive ſtipulatus
2 eſt. Nam hic contractus de innominatis eſt, & vtrinque obligatoriis, ideóque alterius facto diſſolui nequit, ex reg. l. ſicut. C. de act. & oblig. Aliud eſt in donationibus ſimplicibus, in quibus donatarius ad nihil obligatur, ideóque ei renunciare liberum eſt, ſiue donatorem, ſiue creditores reſpicias. Sed rebus integris oportet renunciari, aut beneficio principali, ſic vt res reſtitui in priſtinam cauſam poſſit. Quæſitum de eo cui mobilia & acquæſtus donati eſſent, an alteri renunciare poſſit, vel cui tertia patrimonij cum
3 mobilibus, vt hîc. Ego de pluribus donationibus eiuſ-

A dem qualitatis vt mobilium & acquæſtuum, alteri renunciari poſſe non puto, ſic vt ad omnia debita donatarius non teneatur. Sed de pluribus diuerſæ qualitatis vt patrimonij & mobilium poſſe puto, quia ſua quæque donationes onera habent ſeparata & diuidua, & probant Areſtologi ex facto iudicatum.

GLOSSA 15.

Iure Rom. donatarium funerandi neceſſitas non ſequitur.

o *Il payera l'obſeque.*] Contra quàm Iure Romano: Nam ſicuti donatarium æs alienum defuncti non ſe-
B quitur, ita nec funerandi donatoris neceſſitas. l. quod in vxorem, vbi Bart. Angel. Alex. Alber. Cyn. Fulg. Salyc. C. de neg. geſt. l. ſi filia. D. ſolut. matrimo. l. apud Iulianum. D. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. Si tamen non eſſet aliunde vnde funeraretur, de bonis donatis funerandus eſſet.

GLOSSA 16.

1 *An æs alienum adimi poſſit de donatione mobilium.*
2 *Quid ſi dictum ſit donatarium ad debita non teneri.*

C p *Et les debtes mobiliaires.*] Eorum debitorum exempla poſuimus art. præcedente, ſed nec tales donationes per legata corporum particularium in teſtamento diminui poſſunt, ſunt enim talia hæredum potius debita quā teſtatoris, deinde non debet eſſe in poteſtate donatoris diminuere res donatas, aliter quidem quàm conſumendo vſu ſuo. Nam diſpoſitionibus lucratiuis, ſed ne delinquendo quidem licet. l. Diuus. D. ſi quid in fraud. patr.

Quid verò ſi facta ſit donatio hac lege, ne donatarius ad debita teneatur. Ego onus & neceſſitatem à lege inductam inter perſonas quidem prohibitas adi-
D mi non poſſe puto, non in ea donatione, quæ fit viro ab vxore aut è contra, nec ea quæ fit liberis à patre nobili, alioqui modus à Conſuetudine præfixus excederetur, & tranſiret actus in donationem exceſſiuam, quia vltrà id donaſſe quod lex permiſit perſonis præſertim prohibitis exceſſus eſt. Sed cùm extraneo donatur, ſic ne ad debita teneatur, exceſſus non ſit, propterea quod idem donator poteſt donare omnia mobilia, & tertiam patrimonij. Itaque ſi teſtator voluit debita ſolui ab herede immobilium aut ſuper immobilibus, potuit ſi voluit ſine exceſſu grauare hære-
E dem immobilium, & corpora hæreditaria afficere & ſubiicere diſtractioni pro ſoluendis debitis, vt plenius relictum eſſet mobilium: Turonum quidem conſuetudo de mobilibus æs alienum demi non poſſe ſtatuit.

GLOSSA 17.

1 *Quid de coniugibus eodem tempore mortuis.*

q *Du premier mort.*] Quid igitur ſi ſimul perierint, ne 1 conſtat vter prior perierit. Hic recens Iuriſprudentia pugnat, & pugnandi anſam præbuerunt veterum reſponſa, quæ ſi verum amamus non perinde conue-
F nientia Tribonianus cōſarcinauit dum neſcit eligere: aliud enim reſpondet Iuriſconſ. l. qui duos. §. ſi maritus. & l. ſi inter D. de reb. dub. l. cùm hic ſtatus. §. ſi ambo. l. ſi poſſeſſor. §. ſi eodem. D. de relig. aliud, l. quod pariter & ſeq. eod. tit. de rebus dubiis. Aliud ſcholaſtici ſcriptores colligunt ex illo dicto ſi in matrimonio deceſſerint, aliud ex eo ſi alter ſuperſtes fuerit, aliud reo, aliud agenti prodeſſe aut obeſſe exiſtimant. Rectè cēſentibus apparet hæc & talia de eorum genere eſſe, quæ inſolubilia appellant, nec enim vlla ratio dici poteſt, cur in mutua donatione facta ſuperſtiti, vtroque ſimul extincto, hæredibus alterius

potius

potius quàm alij lucrum deferatur, etsi interdum sed aliis casibus inducitur præsumptio per legem. Ego verò hoc casu donationem in totum intercidere puto, nec quidquã ex ea vtriusuis hæredibus quæri præsertim in lucris, cùm intentionem agentis perspicuè probari oporteat, & hoc sit præcipuum probare hæredibus agentis, authorem suum superstitem fuisse, & in facto ponatur vtrumque eodem casu periisse, naufragio, bello, ruina, incendio, & inter hæredes res agatur, non inter superstitem & hæredes defuncti, A probat text. l. quod pariter. D. de reb. dub. & exemplis probat lege lucrum marito deferente per mortem vxoris coniugibus simul extinctis, non deferri, de quo Signorol. consi. 9. Purpuratus. c. vlt. ext. de donat. int. vir. & vxor. Lupus in rub. ext. de donat. int. vir. & vxor. §. 74. Sicuti legatum præmortuo legatario deficit, sic vtróque eodem tempore moriente. l. idem. D. de reb. dubiis. Hunc locum plena manu versauit Didacus Hispanus lib. 2. resolut. c. 7. sed variè implicatur contrariis.

Article CCXXI.

Art. CCXI. Novae Cons.

ET s'entre-peuuent faire constant le mariage,[a] donaison mutuelle des meubles[b] au plus viuant d'eux deux, laquelle[c] passera aux heritiers du suruiuant:[d] & s'entre-peuuent donner[e] par donaison mutuelle[f] leurs conquests[g] faits durãt le mariage,[h] tous vaulsissent-ils plus que la tierce partie[i] de leur heritage,[k] & ne tiendra celle donaison de cõquests, que le cours de la vie du suruiuant,[l] Et la proprieté retournera pour la moitié aux hoirs du premier decedé.

ET possunt inuicem facere constante matrimonio[a] donationem mutuam mobilium[b] superstiti, quæ[c] ad hæredes superstitis transibit:[d] & inuicem sibi dare possunt[e] mutua donatione[f] conquæstus[g] constante matrimonio acquisitos[h] quamuis tertiam partem[i] patrimonij excedant,[k] & hæc donatio acquisitorum erit solummodo ad vitam superstitis,[l] Et proprietas redibit pro dimidio ad hæredes prioris defuncti.

Censura.

Hæc vox (æqualis) omissa in donatione mobilium art. 210. N.C.

Omnino mutuæ donationi adiiciendum fuit, vt etiam æqualis esset, quod vicinæ Cõsuetudines omnes expressêre, & res docet scribi debuisse.

Sic porro aptius et brevius.

Les mariez constant le mariage, se peuuent donner l'vn à l'autre par donation mutuë & égale tous leurs meubles au suruiuant pour luy, & ses hoirs, & tous les acquests qui se font constant le mariage, pour iouïr le suruiuant de la moitié du predecedé par vsufruict seulement.

Hic de donationibus reciprocis agit, cùm antè de simplicibus statuerit, quæ ineunte matrimonio fiunt, quibus ipsis sola Consuetudo resistit, ne vltra tertiam fiant, sed his quæ constante matrimonio fiunt vtrumque ius obsistit, nisi quantum expressit licere. Ac ferè ius cæteris Prouinciis Franciæ idem.

Glossa 1.

1 *Donatio in qua alter tantum capit.*
2 *Alia in qua vterque.*

[a] *Donaison mutuelle.*] Donatio mutua duplici ratione dici potest, primùm cùm alteri ab altero fit, sic vt alter tantùm & superstes capiat, secundò cùm vterque priorem libera contingentia & euentus incertitudo
1 æquè in vtroque coniuge coniugibilis sustinet. vt l. licet. C. de pact. Quare iure quoque Romano vetitis donationibus hanc ipsam inter coniuges sustinent. Cyn. Bald. Salycetus, Paul. Castrensis, Ias. & cæteri l. si pater puellæ. C. de inoffic. testam. Lup. in rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 50. Marsilius sing. 50. quem locum cumulat Tiraq. l. si vnquam. verb. donatione. num. 126. C. de reuoc. donat. & exempla adiicit. Sed altera in qua vterque capit, permutatio potiùs est, quã B donatio, si nihil ampliùs datum quàm acceptum est, de qua ipsa. l. quod autem. §. si vir. & vxor. D. de donationib. inter vir. & vxor. Doct. d. l. si pater puellæ. Rom. cons. 145. Curtius senior, cons. 66. Stephan. Bertrand. cons. 17. lib. 1. & Tiraquell. illo ipso loco, num. 10. Boër. tit. *Des mariages.* §. 1. Hæc tamen posterior 2
Cõsuetudini scriptæ ignota, & si etiam ratiocinari de vsu volumus, nõ permittẽda de patrimonialibus quidem, quia etsi omnimoda æqualitas æstimationis poneretur, ita vt nihil in eo vitij dici posset, tamen nec autor maritus in rem suam fieri posset, cõtra art. 507. & 214. nec mulier fundos auitos transferre in maritũ, in quo Iurisconsulti multùm momenti ponunt etiam data omni æquiualentia, & in voluntaria alienatione non est ferendũ alteri ab altero adimi rerum patrimonialium & auitarum potestatem: quia hæredum quoque cõsideratio obsistit volentibus, qui rectè externa pro gẽtilibus sibi reponi recusant, etiam si pecuniariè C nil intersit. l. si in emptionem. D. de minorib. quem locum cumulat Tiraq. in præfat. retract.

[b] *Au plus viuant.*] An igitur sub alia quauis conditione reciproca euentus eiusdem, possit fieri donatio: & non posse putauerim, ne in materia prohibita fiat extensio de casu ad casum.

[c] *Passera aux heritiers du suruiuant.*] Ideóque agenti probandum est, superstitem fuisse auctorem suum, in casu. l. quod pariter. D. de reb. dub. Proinde donatario licet abstinere rebus donatis & debitis eximi, vt art. superiore.

[d] *Et s'entre-peuuent donner.*] Coniunctim cum donatione mobilium.

Glossa 2.

1 *Donatio reciproca debet etiam esse æqualis.*
2 *Ratione rerum.*
3 *Personarum.*
4 *Temporis.*

5 *Diuersorum temporum donationes non sunt mutuæ.*

6 *Ratione quoque conditionis donatio reciproca debet esse æqualis.*

Addita hæc vox in donatione conquæstuum artic. 210, N. C.

1 *Par donaison mutuelle.*] Hîc animaduertendum reformatores intolerabili incogitantia vocem valde necessariam omisisse. Nam cùm mutuam donationem dixerunt, æqualem quoque adiicere debuerant, quod exemplo ceterarum Consuetudinum facere poterant, & verò artic. 453. infrà eodem subiecto non omiserunt, ita vt appareat fuisse errorem illum, quod sæpe alibi deprehenditur non iudicij, sed diligentiæ & memoriæ ex nimia editionis festinatione. Mutuam donationem igitur intelligimus inter coniuges præsertim, quæ etiam æqualis sit: Nam quod altera parte excedit, facit donationem transire in excessum & donandi prohibitionem, & donationem simplicem inquantum excedit.

2 Ratione rei æqualem oportet esse, sic vt eadem res ab vtroque donetur in casu quo superstes sit, itaque in acquæstibus oportet vtrumque coniugum ex æquo fundatum esse. Nam si aliter cautum esset, aut matrimoniali conuentione aut statuto, donatio non valeret in parte concurrente, veluti si in matrimonio dictum esset, quod vxor tertiam tantùm partem in acquæstibus caperet, constante demùm matrimonio non posset donatio fieri mutua de tertia vltro citróque. Nam quod ad alterum de coniugibus ex conuentione pertinet, proprium eius est, & donatum transit in simplicem donationem vetitam constante matrimonio, neque manet in natura acquæstus respectu contrahentium inter se, neque alienari potest à marito, quod conuenit acquæstibus non appropriatis, neque de his donataria constante matrimonio posset disponere in vtilitatem aut commodum mariti, quia ex conuentione matrimoniali eius fiunt proprij. Quare hoc casu donatio non valebit, quia donationem oportet esse reciprocam omnium qualitatum & iuris æqualis, alioqui alter plus donare reperiretur sub euentu eiusdem casus, quod est vetitum, & vxor quæ non capit nisi tertiam de reliquis inutiliter donaret, cùm de eo nihil capiat, & totum præsupponatur in facto proposito pertinere ad maritum. Pars autem tertia quam habet ex lege matrimonij in eo contrahendo, cùm ad eam pertineat iure particulari & conuento, non vt acquæstus constante matrimonio factus, ab ea alienari non potest in commodum mariti, quia quod habet à conuentione matrimonij propriorum naturam sortitur, sic vt cõstante matrimonio non magis derogari possit tali cõuentioni, quàm patrimonium alienari mariti commodo: quod infrà dicemus. Ergo hoc casu, vt valeat donatio conquæstuum, oportet coniuges ex æquo fundatos esse, si quid est in his quod in eis in qualitate acquæstuum, quod propriorum naturam sequatur, cõditionum mutat & donationem infirmat, quia alter plus altero donare reperitur. Quare non perinde magnam dubitationem habere debuit controuersia, quam recitat Papus tit. de donation. art. 32. quam & retulit Chopp. lib. 2. c. 2. Priuil. Rustic. de marito qui sibi conquæstus omnes in matrimonio contrahendo retinuerat, deinde constante matrimonio donationem fecerat de cõquæstibus reciprocam cum vxore, quia hîc apparet nihil esse reciprocè ab vxore donatum, cùm acquæstus omnes essent marito retenti & cauti ex conuentione. Idem dicimus cùm ex statuto acquæstus pertinent ad alterum coniugum. Nam hîc donatio mutua de his nil valeret, cùm alterius sint proprij, itidem si in duabus Prouinciis

A coniuges acquisissent, in quarum altera omnes sint acquirentis in altera communes, sequuta donatione reciproca omnium in casu superstitis, donatarius nihil capiet de his quæ sunt in prouincia vbi alter nil capit, quia hîc nulla reciprocitas dici potest, vbi vnus tantùm capit, & verè fit donatio simplex. Nec valet ratio quæ obiicitur, quod per talem donationem reditur ad ius commune, per quod communicantur acquæstus: quia per ius commune non sequeretur acquisitio maioris partis quàm dimidiæ, nisi conuentio ex facto contrahentium interueniret, nec euentus æquè est contigibilis quod ille opponit, quia B conuentio antecedens in matrimonio, totum acquisiuit marito, & præoccupauit acquisitionem à quo constãte matrimonio discedi nequit, alioqui cõtingit totam donationem manare ab vna parte. Itaque hîc claudicat reciprocitas & alternatio. Sed perpetuum est in reciprocis donationibus inter coniuges, vt sint æquales, alioqui quod ex altera parte excurrit, transit in simplicem donationem, de quo disserit Tiraquellus. d. l. si vnquam. verb. donatione, numer. 122.

Sed & personarum æqualitatem exigimus, in do- 3
C natoribus reciprocis coniugibus quidem, qui cùm prohibeantur inuicem donare, omnino necesse habent sistere voluntates & actus suos intra metas præfixas à lege & Consuetudine. Nam qui in infinitum donare possunt hac lege non tenentur: Itaque extraneo nil vetat donatorem sub reciproca donatione donare tertiam bonorum, cùm tamen ille extraneus non donet, nisi quartam suorum sub simili euentu, quia scilicet ea donatio tertiæ etiam simpliciter sine vlla reciprocatione fieri posset, licet igitur multomagis sub reciprocitate quantæcumque portionis, sed hic text. de donationibus coniugum loquitur & D constante matrimonio, quo tempore nulla simplex donatio admittitur, nec nisi reciproca per æqualem euentum, quia si æqualis non esset, id quod amplius ab altero donaretur, transiret in donationem simplicem, ideóque vetitam. Quare si senex aliquis capularis, aut silicernium, aut morbosus, aut hydrope, aut phtysi correptus, & certo iudicio medicorum moriturus læsis partibus vitæ principiis valenti & virenti vxori donaret, non esset hæc reciproca donatio æqualis ex personæ cõditione & probabilis euentus contingentia. Hic enim casus ex communi mortalitatis æstimatione propemodum in numerato est, E certè valde inæquali conditione contrahitur. Nam etsi interdum accidit, vt moribundum & subinde cum morte luctantem iuuenes vitæ prodigi festinatione anteuertant, tamen ex communi conditione naturæ ista æstimatio sumenda est & ἐπὶ τὸ πλεῖον vt Iurisconsf. loquitur, non quæ rarò nec ordinariè, & hæc præsumptio rebus bene ordinatis cõuenit. Probauit hanc sententiam Alber. l. omnes. §. Lucius. D. de his quæ in fraud. cred. & quos cumulatè retulit vnus pro omnibus Tiraq. vbi sup. num. 1134. & nos artic. 454. Ex quo non ita pridem quædam à nobis, F Curia item hac improbata est, quam quidam ex morbo decumbens de quo denique decessit, valenti & sanæ vxori contulisset. ex l. filiæ meæ. D. sol. matrim. & auctoritatibus veterum & proximarum cõs. exemplis, Turonum art. 243. Andens. art. 351. Pertici, art. 96. Blesens. art. 170. Picton. artic. 186. Itaque ætate propemodum pari & valetudine oportet esse donantes, quod & Petr. de Bellapert. dixit. l. donationes. C. de donat. ant. nupt. aut certè non amplius viros excedere, quæ quantum aut Aristoteles in Politicis, aut Plato in Legibus antecedere ætate voluerunt, de quo

de quo ipso Tiraq. vbi sup. num. 135. Rota. decis. 131. Quod in extraneis quoque Tiraquellus notat, & auctores habet. nu. 134.

4 Dubitari potuit de illis donationibus quas nostrates Vitræi faciunt mutuas peregrè in Hispaniam profecturi, aut Tripolim longo & æstuoso pelago digitis à morte remoti tribus aut quatuor, sedentibus interim in otio & bene curatis vxoribus. Hanc dubitationem attigit Gomesius glossator reg. Cancel. reg. de infirmis resignantibus, nec putat ex illa reg. senem aut nauigaturum prohiberi resignare, nec fieri locum illi dispositioni, sed vnica ratio eius est in verbis regulæ. Nos aliam sequimur inæqualitatis in hac reciprocitate, quæ tam in sene & nauigaturo locum habet quàm aliis omnibus, quos inæqualitas inhabiles reddit ad donationes. Ego tales donationes valde inæquales esse puto, & sub tempus ipsum nauigandi factas vix probauerim, si quidem contingat nauigantes in ea expeditione perire. Nam si reuersi perseuerauerint, nihil obstat.

5 Temporis quoq. æqualitas exigitur, ne vnus hodie donet, alter post mensem, hoc enim modo factæ donationes non mutuæ sed binæ & vtraque simplex accipiendæ sunt & per se diiudicandæ, neutra reciproca & vtraque constante matrimonio, inualida. Excipimus nisi secunda fieret sub commemoratione prioris, & reciproca eius consideratione, quo casu ab posterioris tempore valeret, quo scilicet reciprocatio concurrit, & vt ex consensu tum demum præstito, de quo Tiraquel. d. verb. donatione num. 135. Cæpola cautela 112. Lup. in repet. rub. de donat. §. 50. numer. 19.

6 Sed nec contingibilitatis conditio multùm dispar esse debet. Nec enim si sub diuersis conditionibus donatio fieret, mutua dici donatio deberet, veluti cùm quis donat sub conditione, si nauis ex Hispania venerit, alter sub conditione si nauis ex Tripoli, aut Berito, cùm in altero dimidio plus intersit spatij, in Britannia agentibus. Sed omnino sub eadem conditione donatarium oportet capere, alioqui reciproca non est, sed duplex, quia diuersitas conditionis actum alium facit, & diuersificat consensum.

GLOSSA 3.

1 *Non potest constante matrimonio fieri remissio iuris antè quæsiti alteri.*

2 *An l. hac edictali habeat locum in donationibus mutuis.*

3 *Donatio mutua inter onerosos contractus est.*

4 *Arrestum de eo.*

1 Sequitur ex superioribus illud inquirere, si in contrahendo matrimonio conuenerit, vt acquestus essent alterius coniugum. An constante matrimonio posterius discedi ab ea possit, & communio redintegrari. Dixi interrogatus, mihi videri non posse, quia cùm in matrimonio contrahendo ea conuentio intercesserit, eo postmodum durante, nulla conuentio lucratiua alterius vtilitate fieri possit, per cessionem aut remissionem iurium antè acquisitorum. Nam remissio iurium ab vna parte facta de eo quod ei & soli competit, nihil aliud est quàm mera donatio, constante matrimonio vetita: nec enim vllus consensus potest præstari ab altero, commodo alterius nisi mutuus. At hoc casu nil habet alter quod donet, mutua igitur donatio esse non potest, multominus æqualis. Deinde etiã si admitteretur ad partem is qui acquæstibus cesserat, ex pacto tamen non nisi dimidiam habere posset, reliquũ incideret in simplicem donationem, ideóque vetitam. Nam remissio iuris certi acquisiti mera donatio est, vt alibi diximus.

Hæc cùm ita sint, quæritur de donatione mutua conquæstuum, an valeat in secundis nuptiis. Nam de simplici, id est quæ ab altera tantum parte fit, antè sumus prolixè loquuti. Hæc disquisitio ab eo pendet, an donatio mutua constante matrimonio superstiti facta inter lucratiuos titulos ponenda sit, an verò inter onerosos. Nam constat. l. hac edictali quæ de donationibus in secundis matrimoniis loquitur, locum sibi vendicare in contractibus dumtaxat munificis & merè lucratiuis, cùm alter tantùm donat. text. l. fœminæ. verbo, munificæ liberalitatis. C. de secun. nupt. vbi id Bald. notat, non habere locum in alienationibus gratuitis, vbi & Francisc. Ripa. & Step. Bert. ibid. nu. 55. Bald. cons. 276. incip. verba statutorum. lib. 3. Superest inquirere an mutuæ tales habeantur, in quibus scilicet alter tantùm capit ex euentu conditionis eiusdem. Anch. ex causa lucratiua haberi negat, quod sic habeatur cons. 101. & cõs. 291. & consensu traditur has ipsas inter virum & vxorẽ admitti quãlibet prohibitis cæteris, quod initio huius Articuli docuimus. Nam reciprocatio euentus æquè in vtriusque persona contingibilis, pro causa onerosa est, quod Anchar. ratiocinatur, & cæteri l. licet. C. de pact. Ergo & accidentia & propria contractuum onerosorum his congruere, ne insinuatio exigatur etiam si quingentos aureos excedat, quod Oldrad. consuluit. 139. & quos Tiraq. copiosè cumulat. d. verbo donatione. nu. 127. nec minores ex ea restituuntur, quod ille num. 128. & conuentio de hæreditate futura valet, quod idem numer. 132. nec reuocatur ex superueniẽtia liberorum vt numer. 133. denique huic cõtractui symbola omnia onerosorum putant conuenire. Quod si verum est, relinquitur. l. hac edictali in tali locum non habere, & aleæ euentum pro onere esse, qui non sit considerandus tempore quo euenit, sed quo in conuentionem deductus est. Quare hoc casu locum non habere censuêre Steph. Bert. vbi sup. nu. 55. & cons. 175. vol. 2. & cons. 280. eod. vol. vbi & Ripa posséque liberè mutua donatione secundo coniugi donari, etiam si liberi de priore matrimonio extarent. *Vide art. 213. N.C.* 4

Quid igitur Censemus. Sic quidem omnino difficile esse sustinere mutuas donationes in secũdis nuptiis extantibus prioribus liberis, iure quidem consuetudinario, quia vbique videmus per Ordinationes Regum tales ad conditionem modumque communium & simplicium redigi, quoties donationis titulus præfigitur actui. Quare hodie insinuatione tales indigent non minus quàm aliæ quæuis, & quòd mutuam constante matrimonio admittunt, iure consuetudinario non simpliciter receptum est, nec nisi de conquæstibus, idque ex speciali dispositione consuetudinis, & quod modum nullum talibus ponunt, id quoque ipsum immutatum est, nec vltra tertiam vllo donationis titulo donare licet. Art. 453. Non igitur donatio mutua sustinetur ex alternatione euẽtus, aut quia onerosus contractus sit, quæ ratio ad confirmationem totius actus valeret, sed restringitur ad tertiam, vt quilibet lucratiuus, nonobstante contingibilitate euentus. Adde quod Ordinatio id exprimit per hæc verba, *ne pourront donner en quelque façon que ce soit*, qua enunciatione omnis generis donationes prohibitæ videntur. Quod ipsum Boër. sensit. decis. 185. numer. 10. alioqui facile esset fraudem facere liberis prioris matrimonij, nominatim. Ias. auth. præterea. C. vnd. vir. & vxor. & Stephan. Bertran. d. l. hac edictali. numer. 38. vbi statutum donandi permissiuum putãt interpretationem passiuam recipere. à d. l. hac edi-

5 *Donatio mutua & æqualis constante matrimonio facta, de quo extent liberi, irrita est, si superstes trãseat ad secundas nuptias. art. 213. N.C.*

ctali. Adiicimus quòd donationes mutuæ etiam si pendente euentu incertæ sunt, tamen eo consequuto desinunt onerosi contractus videri, quod Bald. dixit. d. l. hac edictali,& putat satis esse, vt sic lucratiua videatur & incidat in d. l. hac edictali. Sicuti cùm dos datur marito, vt soluto matrimonio lucretur, etsi initiò onerosus videtur propter onera matrimonij, tamen euentu lucratiuus fit, quod Bald. ait cons. 276. lib. 5. Angel. §. quia verò, auth. de nupt. Ias. l. si donaturus. §. 1. D. de cond. ob caus. Boer. d. decis. Betr. d. l. hac edictali. nu. 41.

Resoluitur etiã in donationibus mutuis Ord. Francisci II. & l. hac edictali locum habere, vt neuter de côiugibus extantib. liberis prioris matrimonij possit secundo coniugi plus donare tertia bonorum, siue de proprietate, siue de vsufructu, vt hoc casu huius Articuli, valereque per omnia hæc verba, *ne peut en façon que ce soit*, & quidquid vltrà donetur pro non scripto esse, tametsi id non est receptum, quod totum volunt liberis prioris matrimonij applicari. ex §. illud. verb. ad personas liberorum deferri & Bertrand. vbi sup. num. 21. Bald. cons. 401. vol. 2. Angel. auth. de non elig. sec. nub. sed liberis tam primi quàm secundi matrimonij applicatur, pro modo portionum in quibus fundati sint in hæreditate donantis. Nam si nulli sunt aut moriuntur ante donatorem, reualescit donatio. d. §. illud. Ripa. d. l. fœminæ. Alex. cons. 211. lib. 7. Bart.
4 cons. 53. Anchar. cons. 279. Etsi scio ex hac sentẽtia anno 1578. mutam donationem in secundo matrimonio reductam ad modum, quem vnus de liberis prioris matrimonij caperet, ex arresto desinente Septembri. Sed stante eo quòd hactenus obseruatum nobis est, vt de tertia fieri posset in secundis nuptiis, consequitur reciprocam de eadem fieri posse, vt ante docuimus, Art. superiori. glos. 5.

Nulla est art. 213. N. C.

GLOSSA 4.

1 *An donatio conquæstuum omnium fieri possit.*
2 *An cumulari donationes plures possint.*
3 *An maritus omnes conquæstus extraneo donare possit.*
4 *An vxor possit intercedere.*
5 *Quid si maritus promittit acquirere CC. libras.*
6 *An tale pactum vim habeat nullis factis in matrimonio.*
7 *Relatiuum, qui, conditionalem facit dispositionem.*

1 f *Leurs conquests.*] Sed incidit dubitare, an hæc donatio mutua ad vitam de conquæstibus, quæ fit constante matrimonio possit fieri in eo contrahendo, siue reciproca siue vt alteri tantùm acquirantur. Nam hic casus non est à consuetudine decisus. Nec dubitatur quin pactis matrimonialibus fieri possit, ne alter de coniugibus partem vllam capiat de acquæstibus, quin item vt quotam dimidia minorem capiat, quod vsus recipit, & iam olim scripserat Ioan. Fab. l. de fideicommisso. C. de transact. & sæpe causæ incidunt, cur id fiat magna cum ratione, veluti si cùm maritus magnã pecuniam in numerato haberet, & metueret ne côiuge sine liberis mortua hæredes eius ad paratas suo vnius labore opes accurrerent, caueret vt sua pecunia quęsita sua etiam manerent mortua sine liberis vxore, æquum pacisci videretur. Sed tamen donationis titulo citra pacta matrimonialia & onerosa donationem conquæstuum alteri fieri non admiserim, sic quidem vt ad hæredes trãseat donatarij coniugis ampliùs quàm de tertia acquæstuum: alioqui posset contingere vt liberis ex eo matrimonio sublatis extorres agerentur donatario omnes conquæstus vendicante, inopes, quod admodũ immane esset, præsertim si do-

A nator nihil in bonis haberet præter conquęstus. Nam quodcúmque de fortuna immobili & rebus soli donatur, perpetuò quidem habendum, omnino sisti oportet intra tertiã, quæ nulla de causa excedi potest. Non extantibus quidem liberis minus absurdum profusius donari, sed tamen hęredũ consanguineorum omnino rationem haberi oportet, & eget hic casus cogitationibus reformatorum.

Illud etiam quæritur, an donatio tertiæ partis patrimonij, & omnium conquæstuũ cumulari possint, nam ne hic quidem casus expressus est. Sed ego vtrámque 2
B intra tertiam coërcendam puto, si etiam ad hæredes transit, id est, *par heritage*. Nam de tertia patrimonij & fructu dimidiæ conquæstuum sponsæ aut sponso fieri admitto, etsi hic casus mixtus est, de quo dubitari posset, an sub simplicibus intelligi possit, an potiùs omissus, de quo Alex. cons. 96. lib. 2. & cons. 82. lib. 5. nu. 17.

Quid si maritus omnes conquæstus donauerit extraneo, an vxor intercedere possit, & promptũ est respondere non posse eum præiudicare vxori in parte eius. Sed ponamus maritum nolle acquæstus optimo iure asserere, id est nolle appropriare, quo casu potest 3
C de omnibus disponere nõ minus quàm de mobilibus de quibus quæsiti sũt acquæstus. Ergo hic donatarius rectè obsistit vxori ante appropriationem, & intercedit quo minus maritus vllo suo facto ab contractu semel placito discedere possit. 4

Quid si quis promiserit mera liberalitate nullo pretio accepto sponsæ, protinus à matrimonio acquirere ducentas libras annui reditus qui sit futurus eius proprius, & maritus ante annũ matrimonij contracti moriatur non facto acquæstu: An ne vlla actio mulieris futura sit, quia Consuetudo ante annũ à matrimonio contracto communionem coniugalem nullam induxit. Sed videtur dandam actionem ex pacto. Nam acquisitio & factum deductum est in stipulationem ob matrimonij causam, & perinde habendum ac si sponsus ex matrimonij causa donasset sponsæ ducentas libras annui reditus, de quo ipso an valeat, ante diffeuimus. Et hęc stipulatio pura est, nec ad acquisitioné aliud expectat quàm matrimonium sequutũ, non per modum temporis sed per modum causæ, nec pendet ab vllo casu aut conditione suspensiua præterquam à matrimonio, sed communionem côiugalem non expectat, & duplici quidé iure communio quæri potest pacto scilicet aut consuetudine, & cõsuetudo quidem non ante annũ acquirit, sed pactum & hominis prouisio protinus à conuentione, si inter cætera pacta de communione conuenerit inchoanda protinus à matrimonio. Nec quisquam dubitaret tali pacto apposito de acquirẽdis ducentis libris, dimidium acquæstus si factus esset mulieri ex conuentione cessurum. Non minus si factus non sit quãdo facti & faciendi lex à vi eiusdem pacti descendunt, & actio factum repræsentat in qua faciẽdi necessitas inest, alioqui inutilis euaderet stipulatio & mulier circumuenta, quæ non aliter in manum viri conuentura erat. Nam & si maritus diffinita conuentione sponsæ ducenta pepigisset pro sua parte conquæstuum, etiam si sequuto matrimonio nulli acquæstus fierent, tamen non minus ducenta deberentur, veluti incerto euentus redempto, quod Ioan. Fab. scribit. d. l. de fideicommisso, nisi quidem conditionaliter concepta esset stipulatio, veluti sub verbis si quos fieri contingeret, vel quos fieri contingeret ex natura relatiui, qui cum futuro conditionem importare putatur à Bart. l. si ita legatum. D. de aur. & arg. leg. & l. inter stipulantem. §. sacram. D. de verb. oblig.

D E F

GLOSSA

GLOSSA 5.

[g] *Faicts durant le mariage.*] Nam antè facti inter patrimonialia habentur, quoad coniuges inter se.

GLOSSA 6.

[h] *Tous vaulsissent-ils plus que la tierce partie.*] Quia hoc casu vsufructus tantùm donatur non proprietas, sed tamen cùm vsusfructus hoc casu dimidiæ sit, consequens est dimidio proprietatis æstimatum ex consuetudinaria æstimatione ad quartam proprietatis ascendere, ergo intra permissos terminos consistere, & hunc vsumfructum diminuit onus alendorum liberorum, si qui sunt.

GLOSSA 7.

[i] *De leur heritage.*] Imo etsi nihil habent præter acquæstus.

GLOSSA 8.

[k] *Et ne tiendra celle donaison de conquests.*] Iure Romano etiam sic fieri posset, vt ad hæredes trāsiret, quod vulgò notant. l. si pater puellæ. C. de inoff. testam. Atque quod ex dispositione hominis Consuetudo admittit, alibi vtentium mores inuexère, vbi superstes conA quæstibus fruitur, vt in comitatu Nannetensi & alibi, sed & quibus casibus vsusfructus de iure admittitur, hoc quoque casu admittetur.

GLOSSA 9.

[l] *Et la proprieté retournera.*] Ineptè, *la proprieté retournera*, cùm semper manserit penes hæredes donatoris, sic fit consolidatio, ita vt hæres donatoris cōsolidatione facta rectè concludat in possessorio, & possessionem possit ingredi propria auctoritate, nisi quidem vis obstet, & scandalum timeatur. Et la iouyssance d'vn art. 210. N.C.

B Sed hæc donatio cùm fiat constāte matrimonio, an ab ea itē discedi possit mutuo consensu: Nam antè de factis in matrimonio contrahēdo diuersum nobis videri diximus. Sed nihil obstat quominus remissio donationis constante matrimonio factæ, eodem manēte fiat, quia ab eadē potestate & iure donandi facultas & remittendi procedunt, accedente consensu æquè ad vtrumq; actū adaptabili obligationis & resolutionis, quem locū tractant Decius cons. 260. Lud. Rom. 517. Tiraq. d. l. si vnquam. verb. donatione. nu. 234. & 239. & 171. Bern. int. decis. Rotæ, decis. 2. tit. de pactis, & qui velle possunt, iidem possunt & nolle data habilitate simili vtriusque temporis, & consensus & dissensus.

ARTICLE CCXXII.

ET aura le donataire lesdits biens, à la charge qu'il sera tenu [a] nourrir & sustenter les enfans [b] du donateur, [c] si lesdits enfans n'ont autres biens, [d] vacation, ou moyen d'eux nourrir [e] selon leur estat. Art. CCXI. Novae Cons.

ET *habebit donatarius seu superstes dicta bona, ea lege vt* [a] *præstet alimenta liberis* [b] *donatoris,* [c] *si dicti liberi nulla alia bona habeant,* [d] *aut artificium calleant,* [e] *quod eos secundum personarum qualitatem posit exhibere.*

GLOSSA 1.

1 *Hic articulus iuris est innouati.*
2 *Donator facultatibus lapsus, à donatario alendus.*

1 Huic Articulo nil video quod addi aut detrahi possit, & est iuris innouati. Non fuit enim in veteri scripto Consuetudinis hæc adiectio, sed luctuosa multorum querela permouit ordines, vt inconsultæ liberalitati modum & legem ponerent ex naturæ & humanitatis consideratione cùm vitricorum & nouercarum inclementia, quibus subinde tales donationes fiebāt, multos permoneret crudelibus exemplis, cùm plerumque priorum matrimoniorum liberi alienas fores deserti spectare cogerentur, nimium serò reuersuro vsufructu donatæ dimidiæ, quem penè inutilem factura erat expectatio alienæ mortis, quæ ipsa consideratio Iustiniano sumitur, Nouella 18. Mobilium quidem donationi nusquam imposita est necessitas alendorum liberorum, non Art. 219. non 220. Sed hîc de his agit, quæ constante matrimonio fiunt, & liberos expectant, eo scilicet casu quo nihil in bonis sit donatoris præter conquæstus: Nam si patrimonium idoneum ad alimenta superest, nil habent quod con-
2 querantur. Certè etiam Iure Romano donatorē magnæ cuiusdam partis bonorum facultatibus lapsum à donatario alendum putant, liberósque eius paruulos, de quo Cyn. l. 1. q. 9. C. de inoffic. donat. Alber. & Im-

C mol. l. Titia. §. Imperator. D. de legat. 2. Masuer. tit. de aliment. §. vlt. Aymo. Craueta cōs. 51. Quod nos in patrono donatore iudicauimus, quem ad inopiam redactum presbyter de titulo conueniebat inclementer ad solidum, & parte contentum esse iussimus. Sed & patronum Ecclesiæ facultatibus diminutis ab Ecclesia de bonis collatis ali oportere putant. 17. q. 7. quod Rochus de curte tradit, §. incip. & vtile lib. de iur. patron. & Pauli Citad. parte 6. Art. 4. & idipsum in domino feudi inquirūt, quos copiosè congessit Mol. in. §. 30. quæst. 39. tit. de feud. verum amantibus iure quidem summo nō esse proditam de eo actionem fatendum est, quod glos. agnoscit. l. in condemnatione. D. de reg. iur. Sed æquitas & Iudicis officium, & hu-
D manitatis consideratio suadet faciendum, & ingrati actionem dandam.

GLOSSA 2.

1 *Alimentorum significatio plena.*
2 *An ali debeant in domo superstitis.*

[a] *Nourrir & sustenter les enfans.*] Hoc ipsum senserant pridem veteres in donatione inter virum & vxorem. Bald. l. hac edictali. lectura antiqua. C. de secund. 1
nupt. Stephanus Bertr. ibid. nu. 20. Hæc verba verò continent omnia ad vitam necessaria, alimenta, cibaria, vestitum, habitationem, quæ suffragia vitæ Canonistæ appellant. 16. q. 7. c. ita nos. & l. legatis. alimētis.

D. de alim. legat. l. etsi non sunt. ∫. si cui fortè. D. de aur. & argent. legat. l. cùm hi. ∫. qui transigit. D. de transact. & medicamenta. l. verbo victus. D. de verb. signif. l. si cùm dotem. §. sin autem. & ibi Doct. D. solut. matrimon. Quæsitum memini, cùm superstes de
2 coniugibus alimenta offerret, sed ea præstare vellet in domo sua communia cum reliqua sua familia, minore scilicet sumptu. Abbas, & Ioannes Andr. putant, coniugem æquum petere, & in domo debitoris præstanda. Nec dubium quin interdum commodiùs fiat. Sed omnino ista oportet iudicari ex circumstantiis: sunt enim quibus probro esset ali in Ecclesia, sunt puellæ. Sed interdum inimicitiæ & si multates obiiciuntur, & infensa consuetudo & insociabilis morum peruersitas, quę cùm proponuntur, aliud atque aliud consulendum est, de quibus Rochus disserit vbi sup.

GLOSSA 3.

1 *Hæc dispositio de liberis cuiuscumque matrimonij accipitur.*

1 [b] *Du donateur.*] Intelligendi sunt non solùm ex illo matrimonio sed & priori, quicunque donatoris hæredes præsumpti futuri sunt. Nam licet in contractibus matrimonialibus illata mentione liberorum intelligatur de natis ex illo, de quo Signorol. cons. 69. alij. l. cùm vir. D. de cond. & demonstra. vbi Socin. tamen in dispositione legis aut statuti cùm refertur ad vnum de coniugibus, aliud censendum est, & de quibuscunque intelligendum. quod Ias. notat. cons. 115. vol. 1. Diximus Art. 220. verbo, *il & ses hoirs.* Cæterum de legitimis accipio, etsi aliis quoque Carnutum consuet. Art. 87. & Druydum, Art. 188. aliquid impertiunt.

GLOSSA 4.

1 *Alimenta non debentur ei, qui aliunde potest viuere.*

1 [c] *S'ils n'ont autres biens.*] Veluti si patrimonialia habeat aut alia. Hæc enim alimenta non iure actionis aut stricto iure, sed officio pietatis & ex æquitate petuntur, quod quoties accidit, ab eo alimenta peti non possunt, qui aliunde habet vnde alatur, imò nec pater hoc casu tenetur liberis, aut libertus patrono si aliunde habent. l. si quis à liberis. §. sed si filius. D. de

A lib. agnosc. locus latè apud Tiraq. in primig. q. 75. q. 4. & q. 62. q. Thol. 77. Alex. cons. 27. lib. 4. Ac pendet quidem modus à iudicantium æstimatione, quo modo quantáque decernantur vsque ad eam ætatem, qua se alere possint, aut opificiis insuescere, quod cùm sunt assequuti, excluduntur vt nidis aues cùm volare incipiunt & efferri, quo tempore valere à parentibus iubentur. Quod de toto dicitur, de parte etiam intelligendũ est, ita vt si quid habeant supplendum sit quod minus habent. Nam bona eorum pro alimentis vendi non debent, quod rectè Alex. sensit, cons. 72. lib. 5. & cons. 100. lib. 1.

GLOSSA 5.

B 1 *Nobiles non sunt adigendi ad artes manuarias.*
2 *Pater filio sacerdoti debet prouidere de titulo.*

[d] *Vacation.*] Cùm artem aut opificium callent, quæ 1 personæ qualitati possunt congruere. Nam nobiles manu victum quærere non sunt adigendi, quod Bar- 2 tolus dixit. l. 1. Cod. de mand. valid. & rursum tractatu de alimentis. Cepol. tractat. de priuileg. nobili. priuileg. 23. & Tiraquellus tract. de nobilitat. cap. 20. num. 110. Quod si quem pater sacrauerit, omnino de titulo prouidere, sic enim loquuntur, adigendus est. Honestæ artes & libero homine dignæ nobilitati conueniunt: Nec vero ferenda est ignaua nobilitas, quæ ab aliena chœnice suum semper demensum expectat, si corpore & mente valet.

GLOSSA 6.

C 1 *Cùm alimenta ex causa pietatis debentur, necessitatis habenda ratio,*
2 *Non item dignitatis.*

[e] *Selon leur estat.*] Hoc quidem cùm superest vnde fiat. 1 Nam cùm alimenta non ex debito, sed legis æquitate tribuuntur, necessitatis quàm dignitatis potior ratio habenda est, quod Baldus dixit. l. si maritus. D. solut. matrim. Nec enim de alieno luxuriari datum est sed viuere, quod alicubi Hieronymus de sacerdotibus dixit, sed tum demum cùm suppetunt facultates, dignitatis ratio habenda est. l. 1. §. mulier. D. de vent. in possess. mitten. Panorm. & Felyn. c. cùm 2 omnes. ext. de consuet. Martius, decis. 118. Tiraquel. vbi sup. nu. 136.

ARTICLE CCXXIII.

Art. ccx. Novae Cons.

'HOMME & femme conioincts par mariage, [a] ne pourront [b] donner [c] l'vn à l'autre aucune chose par testament, [d] ou autre disposition de derniere volonté.

VNus de coniugibus [a] non poterit [b] donare [c] alteri rem vllam testamento, [d] aut alia dispositione vltimæ voluntatis.

Huic Articulo quid addiderim? Nam est iuris innouati, & à prauis exemplis cautionem adhibet, quod actus reformatorum indicant, & veteri consuetudine aliud licuit, vnde exertæ lites, vt illa nobilis *pour les Seigneurs de Candale, contre les Seigneurs du Pont,* ex causa talis donationis. Simile statutum Antuerpiæ, quod Molinæus consil. 31. memorat & Papiæ, quod Curtius, cons. 6. & Parmæ, de quo Alex. cons. 26. lib. 2. & crebrò agitant scholastici scriptores. l. 1. de C. de sum. Trinit. & nos Art. 218. & certè salutari consilio ne li-

D ceret inductum est, ne subinde coniuges ad inconsultas liberalitates fraude hęredum illicerentur, tum maximè cùm lachrymæ & mœror animum flexêre, & captationes exercentur, & desiderium antè actæ consuetudinis mouet, quod non bono vsu receptum. l. vlt. D. si quis aliq. test. prohib. & l. captatorias. D. de hæredib. instit. rectè & prudenter Consuetudo correxit. Erat tamen optandum, vt de iure testandi in mulieribus maritis aliquid reformatores statuerent. Factum art. 619. N. C.

GLOSSA.

GLOSSA I.

1 *Iure ciuili vir & vxor hæredes inſtituere potuerunt, alter alterum.*
2 *Vir potuit omnia bona relinquere vxori teſtamento.*
3 *Tale ius meritò per regna correctum.*

[a] *Ne pourront.*] Vapulat hîc tota Romana Iuriſprudentia, per quam donare, legare, hæredem inſtituere
1 maritum vxori licuit & contrà. Quin & donationes
2 conſtante matrimonio inutiliter factæ hoc ipſo momento confirmantur. Diſceſſum eſt enim ab illo diffidioſo iure, & iam nugari deſinãt de ſui illius iuris poteſtate & finibus, & de ſtatuentium per orbem auctoritate, An valeat tale ſtatutum, de quo illi. d.l.1. Cod. de ſumm. Trinit. Roman. conſ.39. Alber. part.2. ſtatut. quæſt.112. Alexand. conſ.41. vol.1. Cor. conſ.116. Bald. & Iaſ. l. ex facto. D. de vulg. & pupil. Decius. latè conſ. 196. quibus locis homines Reip. adminiſtrandæ non bene periti, & in ſenticoſi iuris admiratione defixi à ſuo iure & iudiciis pendere volunt rerũ
3 arbitrium, ne illud liceat vſquam quod in cãpo Martio non licet, cùm id ipſum regna, Dynaſtiæ, Prouinciæ magna ex parte & merito ſuo contempſerint. Ergo illi diſpoſitiones omnes teſtamẽtarias vtilitate mutua in coniugibus admittunt. Cur aliter faciendum gentes quæque putauerint nũc ratiocinari non libet, etſi abundè erat vnde faceremus, vnde planũ fieri poſſet parum in rebus vidiſſe, qui olim deteriora probarunt pro iure. Sic tamen illi. l. vlt. D. ſi quis aliq. teſt. proh. l. vltim. C. eod. l.1. §. vltim. C. de hæred. inſt. l. vlt. C. de inſt. & ſubſtit. l.2. D. de dot. præleg. l. vxori. §. vxor. D. de vſufr. legat. l.1. §. ſciẽdum. D. de rei vxor. act. Denique vbi non aliquid eiuſmodi in illo iure. Quid illud virum bona omnia ſua relinquere vxori potuiſſe teſtamento, quod Raph. Cumanus defendit conſil.98. incip. deriſorium & quos Tiraq. d. l. ſi vnquam. verb. donatione. nu.119. Decius conſ. 540. Sed lex patria cæcos mentis motus coërcendos putauit, & ad ſuam curam iudicauit pertinere, quid fœminam probam matrimonio capere ius fáſve eſſet, fixa per omnes lege, quid etiam vltra legem beneficentia mariti. Nam communionem bonorum omnium induxit, & infirmiſſimum animans ad æqualẽ laboris alieni fructum vocauit, quod negari non poſſit magis indulgenter, quàm pro merito. Addidit & doarij beneficentiam, nec liberalitates quidem mutuas vetuit, & donationes in quibus hi Articuli verſantur. Sed tot collatis in morte mutandum non putauit, quod generi & ſanguini deberetur, nec indulgendum lachrymis & ficto ſępe ſuperantis dolori exiſtimauit ſapienter: cùm bonorum cura ad viuentes potiùs pertineat, quod Plato in hoc ipſo teſtandi argumento ſcripſit, & alibi dicemus.

GLOSSA 2.

1 *Donare & legare.*
2 *Teſtamentum & contractus differunt.*
3 *Contrahi poteſt in teſtamento.*
4 *Nulla donationis ſpecies in teſtamento fit inter coniuges.*
5 *Nec mortis cauſa donationes.*
6 *Traditio poſſeßionis non impedit reuocationem donationis cauſa mortis.*

1 [b] *Donner l'vn à l'autre aucune choſe par teſtament.*] Hæc oratio de mixtis concreta eſt, ſi per ſe ſtare vnum quodque verbum permittitur. Non donat qui teſtamento relinquit, ſi donationem per ſe pro contractu
A accipimus, nec è contra, aliud enim eſt donare aliud legare. l. verba contraxerunt. D. de verb. ſignific. & tamen ſic legatum diffiniunt, vt dicant eſſe donationem teſtamento factam. l. legatum. D. de legat.2. §. 1. Inſtit. de legat. & omne legatum aliquid de donatione continet ſed non contra. Nam donatio per ſe ſpecies eſt inter contractus ſuis deſcripta proprietatibus, & à conuentionibus vltrò citróque obligatoriis variatur, & inter contractus nominatos eſſe incipit, de quo pridem dubitabatur, de quo Bart. & Bald. l. ſi donationis. C. quod met. cauſ. Bald. l. vltim.
B C. de litigioſ. alij. l. contractus. C. de fid. inſt. ſed cùm
per teſtamentum fit, vim & nomen mutat, & relicti 2
aut legati nomen aſſumit ab actu qui geritur ſuapte natura reuocabili, & ambulatorio, & differentiis ſecernitur, quia teſtamentum neminem obligat, nemo ſtipulatur, nemo intercedit, nemo acceptat, ſic quidem vt non reuocabile ſit quodcunque geritur. Et 3
putant illi quidem, in teſtamento contrahi poſſe, veluti ſi pręſenti fiat & ſtipulanti promiſſio animo obligandi ſui, aut alterius adhibitis Notariis, neque enim quidquam prohibet in teſtamento contrahi. l. hæredes palam. §. vlt. D. quem. teſt. aper. latè. Rom. conſ.
C 171. Oldrad. conſ. 114. Bart. l. cùm quis decedens. §. codicillis. D. de leg.3. Bald. l. vlt. C. de reb. eor. & l. cùm antiquitas. C. de teſtam. l. ex teſtamento. C. de fideicom. l. auia. C. de iur. delib. Barbat. conſ.12. vol.1. Caſt. conſ.379. lib.1. Angel. tractat. de teſtam. Decius conſ.196. & Tiraq. in legib. connub. gloſ.5. num.101. Sed id cùm fit, nihil à teſtamento mutuatur contractus, qui per ſe ſuſtinetur, nec in aliam naturam tranſit ſed in ſua manet, & ex aliis conſiſtit, perſonis primùm duabus permittente & ſtipulante, obligatione & reuocandi impotentia, cùm in teſtamento ſola teſtantis voluntas ſufficiat ad diſpoſitiones data mate-
D ria habili, ſi probari poteſt ſolemni ritu factum, ſic tamen vt perpetuò reuocabile ſit, quodcunque geritur
contra contractuum naturam. Quod igitur inter vi- 4
uos donatur per contractum donatio eſt, ſed inter coniuges vetita, niſi quidem mutua conquæſtuum, quod in vltima voluntate inter extrema placita inutile eſt, etiam ſi per contractum fiat coniugi quidem, quia hîc omnis liberalitas inter vltimæ voluntatis cõditionem prohibetur, tum quia huius temporis nulla æqualitas eſſe poteſt, cùm alter valet alter moribundus eſt, vt antè docuimus. Certè quod ab ægro dona-
E tur ſemper implicitam habet conditionem niſi reualeſcat, & tales omnes in teſtamentis factæ intelligendæ ſunt. Nemo enim in eo ſtatu & cogitatione mortis aliter donare intelligitur, quàm ſi moriatur, nam ſi conualuerit donatum nollet, de quo Corn. diſſerit.
conſ.68. lib.3. Quare ſtatuto improbante mortis cau- 5
ſa factas donationes, hanc quoque in vltima vitæ periodo factas improbaſſe putanda eſt, de quo quiddam Mol. in facto notat accidiſſe, annotatione quadam ad Conſuet. Bleſen. Art. 171. Tiraq. in legib. connub. gloſ.5. nu.93. & 98. & latiùs. nu.77. Quæ adeò vera ſunt, vt ne ſequuta quidem actualis traditio ex vi do-
F nationis cauſa mortis impedire poſſit donationis reuocationem, & contractus naturam. l. Marcellus. §. debitor. & l. ſi debitor & l. illud. D. de donat. cauſ. mort. Habet enim poſſeſſio relationem ad ſuum ti-
tulum per ſe reuocabilẽ, ergo reuocabilis & ipſa. Nec 6
probanda ſentẽtia Alex. d. l.2. D. de legat.2. qui putat ſtatuto prohibente vxori donari in vltima voluntate quale hoc noſtrum eſt, non prohiberi donationẽ cauſa mortis veluti inter contractus potiùs habenda ſit donatio cauſa mortis, quod & repetit, conſ.116. lib.2. & conſ.76. lib.5. Sed habet ille repugnantes qui potiùs

vltimis voluntatibus hunc actum tribuant. Deinde isto iure ne per contractũ quidem donationes admittuntur inter coniuges, de quo genere cõtractus plura Guill. Bened. c. Raynutius, verbo testamentum. 4. nu. 20. Decius cons. 196. de hoc ipso casu donationis causa mortis per contractum & Tiraq. l. si vnquam, verbo donatione, num. 252. & 258. Panorm. cons. 40. & 48.

GLOSSA 3.

[c] *L'vn à l'autre.*] Neuter alteri, etsi totus sudat in ea dubitatione Curtius iunior, cons. 6. & Ias. l. vlt. C. de indict. vid. tol. an prohibitio aut inhabilitas in persona vnius de correlatiuis coniugibus facta ad aliam porrigi debeat, aut possit. Sed eam reciprocatio hîc expressa præcidit. An verò quod hîc coniugibus inter se prohibetur, possit ab his extraneis conferri infrà dicemus.

GLOSSA 4.

1 *An mulier testari poßit sine auctoritate viri.*
2 *Cur auctoritas viri in contractibus exigatur.*
3 *Viri auctoritas in testamento vxoris nulla.*
4 *Cur ita?*

[d] *Ou autre disposition de derniere volonté.*] Non codicillis, non testamento, non donatione causa mortis, non legato, non donatione, non fideicommisso denique quoquo relicti titulo. Denique etiam illud traditum stante hoc statuto maritum testamenti sui executionem non posse mandare vxori, in quo iusserit bonorum suorum distributionem fieri in pauperes, ne infinita libertate disponendi mulier ad se ordinata traheret, fraude alienæ voluntatis, quod Ias. ex multis notat. l. captatorias. C. de testam. milit. Alexan. cons. 56. lib. 2. sed huius dicti auctoritas non perinde obtinuit, cùm contrà nullo non die fiat, & eius ratio perpetua non est, cùm certa lege finique mandari talis cura possit ex inuentario & expensi rationibus subiici & curæ adiutores dari.

1 Enimuero cùm hîc in totum neget testamẽto quidquam relinqui coniugi à coniuge posse, addito ne vlla dispositione vltimæ voluntatis fiat, omnino hic erat in quo reformatores testatam facerent sapientiam in præcidenda materia controuersiarum, quæ creberrimè ex hoc Articulo nasci possunt de iure fœminarũ, an iure consuetudinario testari possint in matrimonio: An si item possint, mariti auctoritas sit expectanda: An si exigi præsupponimus præstari ea à viro in
2 rem suam possit. Nam ne vetus quidem scripta aliter quàm obiter aliud agendo de eo expresserat. Vetus est dubitatio, an statuto vetante mulierem coniugatam contrahere sine auctoritate viri, vel, vt alij loquũtur, sine auctoritate mundualdi, vt hoc nostro, prohibita etiam testamenti factio videatur, de qua dubitatione exertè Tiraq. agit. in lib. de legib. connub. glos. 5. nu. 93. Nec ferè putant alterius prohibitione testamenti factionem impediri. l. verba contraxerunt. D. de verb. sign. quod ille eodem loco confirmat. nu. 94. ex veterum auctoritate. Non est igitur mulieri maritæ adempta testandi facultas, iure quidem, etiam si contrahere mulier non posset sine auctoritate mariti. Quòd, si testandi facultatem in muliere admittimus, quod aliquando etiam aresto iudicatum comperimus, consequetur alia dubitatio, an virum auctorem fieri in id oporteat, nec sine viri auctoritate testari mulier possit. Multi negant auctoritatem exigi, ne in alienum arbitrium conferri testandi facultas videatur, & pridem Paul. de Cast. senserat. l. ex facto. D. de vulg. & pupil. & Alex. cons. 55. vol. 1. & 155. vol. 2. & quos Tiraq. colligit. Multi obstant, & testamẽta lege quidem alienæ auctoritati subiici posse putãt. Et Molin. valere de eo Consuetudinem existimat annot. ad cons. 155. Alexand. cuius sententiam ego sequor sicubi tale statutum est, de quo Matth. afflicti decisio est 260. Sed cùm de eo nulla lex aut statutum extat, quæ auctoritatem mariti in testamentis desideret, relinquitur nullo iure desiderari, & mulieri liberam relinqui rerum suarum, & ordinandæ vltimæ voluntatis potestatem. Sed illud priùs videndum, an testamenti factionem habeat: Nam cùm huius Articuli dispositio negatiuè concepta sit *ne pourront donner par testament*, à priuatione non rectè putant inferri habitum, sic vt adimendo mulieri facultatem testandi in fauorem mariti Consuetudo de cęteris permittat, quod Alexand. disserit cons. 17. libro 2. & probat exemplis, & casum talem mauult omissum videri, quàm persubauditum intellectum decisum, parùm id quidem sicuti ego iudico probabiliter. Nam quid attinebat prohibuisse coniuges alterum alteri testamento donare aut relinquere, si vxor omnino & in totum futura erat intestabilis, nec testamenti factionem habitura. Atqui in totum alium sensum reformatorum fuisse apparet, quorum hîc ipse Articulus dictatum est postulantibus ordinibus abrogato veteri iure, quo diuersum licuerat, & exempla facti displicuerant. Vetus est illa dubitatio, an cùm authoritas mariti exigitur in contractibus lex statutum vt mulieris imbecillitati cautum voluerit, ad integrandum eius personam vt loqui solent, an verò id mariti potius respectu & consideratione interesse eius id statuentibus placuerit: & res loquitur maritorum causam in eo potiùs versari, quod nos Articulo 424. disseruimus, ita vt multi contractus à mulieribus factos non improbent etiam matrimonio constante, cùm mariti interesse desierit, quando etiam illud in confesso sit, sui iuris mulieres contrahere, agere, conueniri. Non igitur non sapere in matrimonio mulieres putandæ sunt, si tam sapere extra id creduntur, vt negotia quæque agere & commercia tractare, & quod in his dementissimum putatur etiam donare & profundere, idque sine authore permittitur. Sed cùm testamentariæ dispositiones omnes ambulatoriæ sint vsque ad mortem, neque quidquam eorum quæ in testamentis disponũtur valeat, nisi morte sequuta, manifestum sit maritis testamentis vxorum, præiudicium ferri nullum posse, quæ sic fiunt & conduntur, vt non nisi in casu soluti matrimonij valeant, quo tempore maritorũ nil interest quid de rebus vxoriis statuatur, quando talis alienatio rerum quæ in testamento fit, periculi maritalis futura non sit, & in puncto quo mulier sub lege viri esse desinit, quæ si ex eodẽ morbo decedit auctoritate mariti nihil indiget, sin superest nihil eorũ quæ gessit vires accipit, cùm maritus nullo casu lædi possit, ergo nec auctoritas eius exigitur vllo iure, quam si maritus adhibuit non necessariam non tenetur ad recompensationem veluti auctoritatem præstiterit alienationi, quia ab eius potestate non iam pendet alienatio, nec in arbitrio est eius impedire morientis vxoris voluntatem, de rebus quidem suis collata in tempus dissoluti marrimonij dispositione, nec maritus eo tempore quantumlibet dominus mobilium posset ea interuertere aut distrahere sub tempus mortis vxoris in fraudem communionis & hęredum. Quæ cùm ita sint, frustra id quæritur, an maritus auctor in rem suam testamento esse possit, si nihil permissum est illi relinquere. De quo nos alibi, & Tiraq. in legib. connubial. glos. 8. q. 13.

Viart. 619. Noua Conf. 3

ARTICLE

ARTICLE CCXXIIII.

P[a] ERE [b] noble, & de noble extraction, en [c] mariant [d] l'vne de ses filles [e] luy peut donner : Et ce qu'il luy donnera [f] son principal hoir [g] ne le pourra debatre, si le pere ne le greuoit [h] outre sa testee, comme si [i] le fief estoit partable.

Hic art. cum sit abrogatus pro eo videndi sunt art. 557. & 558. N.C. Atque hi commentarij ad eorum explicationem admodum vtiles.

[a] *Pater* [b] *nobilis & è stirpe nobili oriundus* [c], *collocando matrimonio* [d] *vnam ex filiabus* [e] *potest ei donare seu eam dotare. Et de eo quod ei dabit* [f] *suus principalis hæres* [g] *non poterit querelam mouere, nisi pater vltra virilem dedisset,* [h] *ac si* [i] *feudum esset diuidendum æqualiter.*

CENSVRA.

Ego vt ingenuè dicam hunc Articulum in totum expungendum censeo, vt inutilem & noxium nobilitati, & familiis illustribus, & qui, vt nostri loquuntur, non habeat sufficiens vllum motiuum rationis. Nam cùm ex veteri lege hæreditates inter primogenitos Consuetudo diuisisset assignatis portionibus ex besse & triente, quid attinebat rursum hîc inter portiones secundo natorum inæqualitatem struere contra communes regulas, cùm omnes eadem lege & partiendi iure tenerentur? Cur item fœminam vnam aliquam exæquare primogenito, & re vera duas primogenituras inducere in eadem successione? Cur illam potiùs quàm vnum de masculis, in quorum persona agnatio, nomen, & honos familiarum consistit, quod ait tex. l. 1. §. 1. D. de suis & legit. & l. familiæ. D. de verb. signif. l. 1. §. si seruus. D. de vent. in pos. mit. Cur verò de fœminis vnam aliquam libuit eligere nô etiam primogenitæ tribuere, si cui de pluribus fauendum erat? Idque à vago & incerto patris arbitrio, adde sæpè etiã deprauato illecebris, & irrationabili. Sed illud magis etiam reprehendendum, quod de filiarum renunciationibus nihil est cautum, cuius argumenti tot nobis controuersiæ relictæ sunt, quibus subinde tribunalia æstuant, & fatigantur, cùm insignia haberent reformatores exempla in eo genere, quæ sequerentur regnorum, prouinciarum, dynastiarum, per Italiam, Galliam, Germaniam quæ imitari vtile, & salutare erat reip. & genti nostræ. *art. 557. Noua Cons.*

GLOSSA I.

Multa hîc seges & dicendi materia, sed contrahenda est in pauca dumtaxat, quæ ad rem faciant, nec omitti possint. Extant in nostris libris viginti amplius versuum millia, de statuto excludente fœminas à successione paterna vel auita per dotationem aut maritationem, ac penè Italiæ tractus omnes, & Dynastarum ditiones de hoc statuto consentiunt. Regni Neapolitani, Senarum, Tordonæ, Alexandriæ, Brixiæ, & aliarum vrbium, & territoriorum, quæ subinde à Doctoribus scholasticis memorantur. Talia etiam prouinciarum, quæ Regi parent Burgundiæ, Niuerniæ, Borbonij, Burdegalæ, Andium, Cœnomaniæ, & aliarum. Fauor hîc perpetuandæ familiæ, & pecuniæ, & hæreditatum gentilium, vt opes ad masculos potiùs decurrerent, & fœminis satis videri factum debent, si maritis locarentur ex dignitate, cùm in his gentis nomen, & decora finem accipere soleant. Hanc statuti huius fuisse rationem liquidò apparet, & verò vbique scholastici scriptores hanc pro validis assumptis in argumenta solent ducere, vt Bald. l. sancimus. C. de

A nup. §. quoad fœminas. inst. de legit. agnat. succession. Soci. in consil. 30. vol. 1. Curtius senior. consil. 80. Alex. cons. 89. lib. 6. & cons. 80. lib. 1. Aret. consil. 27. Decius cons. 261. & alij creberrimè.

GLOSSA 2.

1 *Quid in auo.*
2 *Donatum ab auo contemplatione filij donatum videtur.*
3 *Donata ab auo conferuntur in successione patris.*
4 *Quid in matre.*
5 *Quid in patruo.*
6 *Quid in quolibet donante.*

B [a] *Pere.*] Quod hîc de patre dicit, qui maritatione dicitur filiam excludere ab hæreditate sua futura, dubitationem elicuit de auo, an neptis ab eo maritata ab eius successione excluderetur, an etiam à patris. 1 Neque ex iure ciuili rem æstimantibus eadem sententia, propterea quòd expressa statuto personæ in materia exorbitanti non expressas excludunt, sic vt extensio de persona ad personam fieri nequeat, sed casum potiùs omissum à statuto videri volunt. Diximus alibi verbo (*à autres qu'à ses heritiers*) quod ab auo nepti donatum sit, (sine expressione) respectu & contemplatione patris donatum videri, in casu dubio, 2 C sic vt in portionem neptis, in successione patris imputetur, quod auus donauit, veluti ab ipso patre datum, ex l. dedit dotem, vbi Bartol. D. de collat. bono. Alex. & Angel. l. in quartam. D. ad l. falci. Alex. cons. 21. lib. 4. Decius. cons. 81. & quos nos eo loco congessimus. Itaque quodcunque neptis sic consequitur, confert cum cæteris cohæredibus patris. d. l. dedit dotem. & l. 3. §. 1. D. de donat. int. vir. & vxor. Quidam ab hæreditate dumtaxat aui excludendam putant, sed hic casus dumtaxat tum locum habere posset, cùm pater moritur ante auum, & contingit neptem succedere auo l. 2. C. de legit. hæred. de quo Socin. cons. 30. lib. 2. Ias. cons. 222. Fulgos. & Alexand. l. 2. C. de in D ius voc. Quidam distinguunt in eo qui dotare tenetur, aut verò eo qui munificè & ex mera liberalitate dotat, vt patruus & cæteri, qui non tenentur iure ad dotandum. Sed iure patrio multa sunt ab illis principiis immutata: Illud imprimis nô posse patrem nec auum vnum ex præsumptis hæredibus filiis aut nepotibus præhonorare non donatione, non legatis, non titulo vllo lucratiuo: id in heredibus primis, verùm etiam est in hæredibus hæredum descendẽtibus quidem à primis, quia de his quoque cautũ intelligitur, veluti hæredibus præsumptis: Nam quod patri conferri nequit, nec ex eius persona poterit alteri ab eo descendenti, & diximus semper proximi cõtemplatione factum

videri. d.l. dedit dotem. Non valebit igitur donatum nepti contemplatione patris, in præiudicium aliorum cohæredum patris. Quare etsi in vita aui donatio obtineat, quo tempore nemo adhuc fūdatus est ad actus viuentis infringendos in qualitate hæredis futuri, eo mortuo infringetur, si minui aliorum legitima perspicitur. Sed hæc dicuntur respectu cohæredum inter se in primo gradu, aut sequentium qui ex persona eorum veniunt, quorum æqualitati præiudicium adferri nequit, præhonoratione aliorum. Sed ponamus hunc casum cessare, nec vllos cohæredes esse, sed filium vnicum, & ex eo neptes plures: Quæritur, an si auus vnam de his maritauerit & dotauerit, ea excludatur à successione patris auo ante eum mortuo, nam nulla auo succederet patre viuente, & priorem locum occupante. Hic tibi animaduertendum assumptum, quod antè posuimus, donationē in maritatione simpliciter factam contemplatione patris factam videri, ideóque ipsi patri aut filiæ per patrem, quo casu haud dubiè in legitimam filiæ siue dotationem imputatur (quod idem est) in successione patris, & tantominus accipiet de hæreditate paterna, quantum est quod donatione aui accepit, id quidem accedente patris consensu in ipso actu maritationis. Sed videndum quid iuris sit, si auus maritauerit, & pater non adfuerit, aut verò non consenserit, & contigerit ab auo amplius donatum quàm pater vellet, non dico quàm quantum esset legitima filiæ maritatæ, quæ neptis hîc aui ponitur: Nam pater nil donat maritando nisi velit, aut verò minus donat legitima, modo digno locetur. Hoc casu igitur cùm pater non consenserit, an poterit donata rescindere, & ad æqualem cum cæteris filiabus redigere, an verò & minorem quando vtrúmlibet in maritatione licuit. Nam de exclusione non dubitatur, quin filia per maritationem patris etiam nullo dato excludatur. Sed hîc auus anteuertit, nec voluntatem patris expectauit, & eo fortasse non assentiente. Nam id quandoque
3 contigisse vidimus. Hîc ego dico, cùm ex supradictis donatum ab auo, patris contemplatione donatum videri posuerimus, ideóque & profectitium videri & filio imputari, & ex substantia patris profectum videri, consequens esse hoc casu neptem non posse maiorem partem capere, quàm quantam pater approbauerit, à quo neptis præsumptione iuris habere videtur, & re vera habet, cùm immediata contemplatione eius habeat. Itaque nolente eo habere non potest, quod non nisi ab eo habet, & potest pater, qui non consensit ad minorem redigere aut æqualem cum cæteris, nec aui voluntatem necessariò sequetur, cuius hæres est immediatus, neptis non aui sed patris hæres sit. Quod si aui hæres esset patre antè mortuo acceptam portionem conferre teneretur in suam quotam. Hæc vera sunt, nec multi faciendæ Doctorum diuersæ distinctiones, vt alterius & externi iuris. Nam illum casum omitto, vt antè tractatum, cùm scilicet nepti auus donat merito priuatim suo, & personali consideratione in persona eius affixa, & alibi quàm in sanguinis coniunctione, hoc enim casu vt extraneæ donatum videtur, nec quod donatum est, in legitimam donatariæ transiret, de quo latè Decius. d. conf. 81. & Alexand. & Ang. d. l. in quartam. Sed habet sibi præcipuum vt aduentitium, & labore suo partum, vt Artic. 501.

4 Sequitur de matre quærere, an ea quoque maritatione excludere possit filiam à sua integra legitima, aut parte eius in sua successione. Respondeo, hæc dispositio omnino regulas & iuris communis ciuilis

A atque adeò consuetudinarij excedit; & vt loquuntur exorbitat: de iure ciuili non dubium, de iure consuetudinario id quoque constat, cùm regulari iure extante masculo filiæ omnes vocentur in tertiam totius, ergo quod hîc vni plus tribuit & eam exæquat primogenito, valde deerat ab centro. Id cùm ita sit, sequitur quòd in persona patris expressum sit, non esse porrigendum ad matrem personam diuersam. Non enim ratio, aut iudicium, aut facultas par in collocādis filiabus dignis maritis, quod hîc Cōsuetudo spectat: Nec lex similiter de matre confidit vt patre. Quin ne maritandi quidem illi arbitrium absolutè relictum est,
B nisi de consensu propinquorum, vt l. 1. C. de nupt. & compertum est plerasque quia aliter fecissent, sæpe malè mulctatas. Itaque expressè sensêre veteres tali statuto posito idem matri non permitti, And. de Iser. & Affl. const. Neapol 24. lib. 3. Bald. conf. 246. & 247. lib. 1. Alexand. conf 29. lib. 3. num. 10. Decius. conf. 379. Sed tamen non abnuerim expressa renunciatione filię maritatę per contractum excludi à pluri posse vi consensus, non ex lege, sed plus tribui in fraudem aliorum quàm virilis eius est, non posset.

De fratre quod & scriptores scholastici inquirunt
C receptum est, ne dotatione aut maritatione sororem posset excludere, ab hereditate quidem paterna semel delata. Nec enim ius excludendi per maritationem transit ad hæredem, adeò nec ad filium quidem, quod illi notant. l. cùm mota. Cod. de transact. cùm id ius patris sit personale, non cessibile, nisi quidem frater de ea renunciatione stipulatus sit, sed tales renunciationes ab fratribus cautæ restitutionibus subijciuntur, quippe de iure iam sororibus quæsito factæ. Etsi Normani in Chaucis sua priuatim Cōsuetudine vtūtur, vt maritatione suas sorores excludant petitione hæreditariæ portionis, nec aliter conueniri possint
D quàm cùm intra tempus legitimum conditionem quærere desierunt, quod nobis quoque ex prisca Assisiæ constitutione sub Gothofredo Duce inoleuerat, ne fœminæ vllam in portionem vocarentur, sed sufficeret eas collocasse maritis. Sed id ius denique immutatum & aliud posteris visum, & verò videri debuit. Quid si contingat fratris filiam vulgò neptem s ab patruo aut auunculo maritari locuplete forsan, & vt loquuntur beneficiato, id est sacerdotio prædito, an par hoc ea excludetur ab hæreditate patris sui. Nam magistri tales dotationes inter profectitias po-
E nunt, veluti contemplatione patris obueniant, sicuti antè diximus, & rarum est alia consideratione fieri quàm exonerandæ (vt aiunt) domus principalis causa id est familiæ non imminuendæ. Et Albert. Brunus in quæstione de statuto excludente fœminas, hoc casu fratris filiam tam excludi putat, quàm si ab patre ipso esset dotata Sed ista sine authore dicuntur, nisi quidem pater intercesserit, & hîc dispiciendum exclusionem non sumi à dotatione per verba Consuetudinis, sed à maritatione, sed hæc ad alium quàm patrem non potest pertinere, nec iudicium aut delectus mariti ad alium spectare potest, & hoc totum sic po-
F situm est in patris arbitrio, vt ad alium neminem pertineat. Nec positis verbis statuti talibus quærendum quis dotauerit, sed quis maritum quæsierit, elegerit, locauerit.

Denique statutis omnibus excludentibus fœminas per dotationem, non aliter nec ab aliis successionibus excludi volunt quàm dotantium, de quo Alexand. conf. 29. lib. 1. & conf. 134. volum. 6. Ancharan. conf 30. Decius conf. 379. & conf. 589. Corn. conf. 74. lib. 1. Ias. conf. 160. lib. 4. Stephan. Bertrand. conf. 15. lib. 1.

GLOSSA.

GLOSSA 3.

1 *Nobilis intelligitur* de gouuernemēt aduantageux.
2 *Nobilitatio ad antè natos non porrigitur.*
3 *Filia sola maritatione excluditur.*
4 *Renunciatio omnes excludit cuiuſcumque ætatis filias.*

1 [b] *Noble.*] Omni in parte iuris Conſuetudinarij deſiderandum erat, vt æqua eſſet omnium nobilium conditio & eodem iure haberentur: ſed quando hactenus diuerſo iure vtimur, nobilem hîc omnino intelligimus, qui eſt eiuſmodi à proſapia & auis, & hoc ampliùs *du gouuernement aduantageux.* Nam regula communis partagiorum, ἀμαδιςρον, Articuli 519. cæteros omnes tenet, hoc eſt, ſorte æquali iuris ordinarij. Hos excellentes & vt loqui veteres ſolebant, maiorum gentium (Itali nobiles de patrimonio ſolent appellare) eximium habere aliquid maiores noſtri voluerunt. Poſſunt verò Principes quorum eximia poteſtas eſt, idem priuilegio tribuere quibus volunt nobilitando
2 & liberis naſcituris citra preiudicium natorum Nam ſimpliciter collata nobilitas ſine expreſſione iuris eximij, *& d'auantage au partages*, non idem præſtaret, quia ad ante natos non porrigeretur, quod Bart. ait. l. vlt. C. de decur. lib. 11. l. 2. §. filij. D. de decurio. Bald. l. Imperialis. §. his illud. C. de ſecund. nupt. & quos Tiraq. in primig. q. 31. Sic vt ad poſitionem nobilitatis, non ſequatur poſitio iſtius iuris diuidendarum hære-
3 ditatum ex beſſe & triente, neç iſtius item excludendæ filiæ per maritationem, de quo miror quandoque in controuerſia ex facto incidente dubitatū, cùm quidam ambigerent, an hæc diſpoſitio locum etiam poſſet obtinere in hæreditatibus nobilium vulgarium, de quo dicemus. art. ſeq. glo. 4 nu. 4.

4 Nunc verò valde moneo animaduerti oportere hanc excludendi rationem ſiue ſpeciem, quæ nobilibus conditionis eximiæ tribuitur, eandem omnibus cuiuſcumque conditionis nobilibus tribui, per renunciationem ex conſenſu in contractu maritationis à patre appoſitam, & à filia cuiuſcumque ætatis factam, & quod hîc à lege certæ conditioni tribuitur, omnibus æquè tribui per contractum & conſenſum filię renunciantis. Sed hoc intereſt, quod in filia *de gouuernement aduantageux*, ſolum patris factum, ſola maritatio ad excluſionem ab omni ſuo iure hæreditario ſufficit, quia ad id antecedens, protinus ſequitur legis executio excluſiua à Conſuetudine inducta citra filiæ vllam renunciationem.

GLOSSA 4.

1 *Excluſio inducitur à maritatione, non à dotatione.*
2 *Dotes quibuſdam gentibus nullæ.*
3 *Maritata dicitur pacta ſic, vt diſſolui nequeat ſponſio.*
4 *Filia recuſando conditionem à patre oblatā, excluditur.*
5 *Quæ ſeipſa maritat inſcio patre, an excludatur.*
6 *An exhæredari poßit.*
7 *An poſt 25. annum filia nubere poßit inuito patre.*
8 *An monialis excludatur hoc ſtatuto.*

[c] *Mariant.*] Hoc idem conſtitutum Conſuetudine Burgundiæ rub. 7. §. 12. Hîc verò comprimis notandum totam huius diſpoſitionis vim ab hoc verbo pendêre, quod valde notari conuenit, ne infinita & ſine modo congeſta materia errore intellectus à
1 falſis traducat ad falſiſſima. Hæc enim diſpoſitio non excludit filiam ab hæreditate paterna à caſu dotationis, quod vulgò ſtatuta locorum per Italiam faciunt, ſed à maritatione quod vnum ſpectandum eſt, & ab hoc actu excluſio expectanda, quod ipſum ex

A prioribus notarat. Alex. conſ. 13. vol. 3. num. 12. Iaſ. conſ. 171. vol. 4. Separanda itaque ſunt maritatio & dotatio, vt diuerſa & effectus non eiuſdem. Nam multas ſæpè filias contingit à patribus dotari in vita, aut teſtamento, quæ eædem non maritantur, quaſdam etſi rariùs collocari ſine dote. Nec alio fini dos reperta quam ob matrimonium. Sed & pleræque quantumlibet dotatæ ſiue ſorte, ſiue genio, ſiue inſita leuitate ingenij, ſiue deformitate, ſiue morbo, aut vitio corporis, dignos maritos non naciſcuntur: quod ipſum tamen vnum hæc diſpoſitio ſpectauit, quòd ſi non euenit, fruſtra eſt eſſe dotatas, cùm id non
B conſequuntur, cuius cauſa excluſio inducta eſt à Conſuetudine. Nam & è veteribus quidam dotes è 2
repubI. ſua ſuſtulerant vt Solon, quidam æquales æqualibus ſtatuunt, vt Plato lib. de legib. 5. & noſtri quoque l. 1. C. ſi aduerſ. dot. & Demoſthenes oratione περὶ ἀγνίας κλήρου. Sed noſtra Conſuetudo ſolam maritationem, id eſt, rei finem ſpectauit. Ergo maritata excluditur dotata non item, fallere enim quātumlibet euentus poteſt ne nubat filia, & ſi nubere contingat ne pari nubat. Quare quodcunque pater reliquerit filiæ pro dote & maritagio (vt loquuntur) non ex-
C cludet filiam à petendo ſupplemento legitimę ſi quid deeſt, ſi maritauerit excludet etiam ſi nihil dederit, quia excluſionis cauſa in ſolo matrimonio eſt. Itaque qui excludere eam volet maritet neceſſe eſt, quia ſoli maritationi vt ſuo fini applicata eſt huius diſpoſitionis libertas. Cùm in terminis dotationis excluſiuæ, extent valde oppoſitæ ſententiæ Doctorum, quibuſdam ſupplementi petitionem admittentibus, quibuſdam negantibus in his Cyn. Pet. Raphaël Fulgoſ. l. nō ſine. C. de bon. quæ lib Raph. Cuman. & Imo l. Titio centum. §. Titio genero. D. de cond. & demonſt Alex. conſ. 13. lib. 3. & quos Tiraq. in retract. conuent. in
D fin. num. 37. & ſequen. Quare non fuit probandum Philippi Montalbani Cancellarij Britanniæ factum, qui è duabus filiabus quas habebat, alteri certum quiddam pro dote moriens reliquerat, & plus petere vetuerat, quod Conſuetudo non admittit in fraudem legitimæ portionis, niſi actualiter collocando marito eíque digno: Nec enim à dote excluſio ſed à matrimonio.

Porrò cùm maritatam dicimus, de ea intelligimus 3
quæ ſic à patre viro pacta eſt, vt nullo iure diſſolui pactum & ſponſio matrimonij poſſit, & qui ſponſum
E cogere poteſt vel inuitum, vt maritus fiat ſiue is futuri ſponſor ſit, ſiue præſentis conſenſus. Quod ſi quo caſu per ius accidat, ne nubat filia, marita non videtur ad affectum excludendę legitimæ, niſi factum filiæ ipſius arguatur, quæ noluit cùm poſſet. Ideò ſi ſponſor futuri matrimonij cùm alia per verba de pręſenti, aut coniunctione corporum contraxit, reſolutis ſponſalibus maritata dici non debebit, nec excludetur legitima ſua. Sed quæ ſponte diſceſſit ab ea cō- 4
ditione quam pater obtulit, habet quod ſibi imputet & meritò de ſe quæri debet, & pro nupta habenda eſt, quæ oblatum à patre maritum recuſauit, quod
F Bald. dixit. d. l. non ſine & l. mater. C. de iur. dot. Caſtr. conſ. 154 lib. 2 Idem. l. de diuiſione. D. ſolut. matrim. Bald. l. pactum. C. de collat. Volentem dixi, quæ conſenſit, nam nolentem adigi ad integrati mariti cōiunctionem ratio nō patitur, quantumlibet alioqui probanda conditione cùm repugnantes initio nulla concordia conciliare poſſit, & filiæ ante omnes intereſt gratum habere maritum, propter æternæ ſocietatis neceſſitatem, quæ coacta infœlices ſolet habere exitus, de quo ipſo Albertus Brunus diſſerit, libello de ſtatuto excludente fœminas, & Hyppol. Marſ. cōſ. 61.

5 Nec sine dubitatione illa etiam quæstio, de ea quæ seipsam inconsulto patre viro coniunxit eo conditionem non probante, nec factum. Hîc primum illud de iure externo subit inquirere, An talem exhæredare 6 pater possit, de quo ipso Canonistæ non eadem sentiunt è glos.32.quæst.2.& 36.quæst.1.cap.de raptorib. quam plurib. Ancha.agitat cons.30. Alex.cons.33.volum.4.& cons.61.lib.7.& 169.eod.lib. Decius reg.nuptias. D.de reg.iur. Sed vtcumque illi senserint non erat foro recepta exhæredatio, tribunalibus quidem nostris, quoad Henrico Rege prodiit ea de re edictũ, quod patribus exhæredandi potestatem fecit, si filia ante vigesimum quintum ætatis annum viro sese despondisset inconsulto patre, veluti auctoritate resumpta. l.qui liberos. D.de rit.nuptia. ex qua consequens est, filiam exhæredari posse, nec patrem teneri quidquam relinquere legitimę nomine aut iure. Quod igitur post id factum pater immeritæ filiæ dederit æquũ est boni consulere, etsi minus est legitima, nisi iniuriã pater aboleuerit indulgentia, & ad legitimam admiserit. Sed quæ expectato legis tempore post id nupsit permittente lege, petita etsi non impetrata venia priuari legitima non potest, vt quæ à patre maritata non sit, ideoque nec statuti verbis locus sit, multominus si se digno iunxit, & Bartolus.l.obligamur.D.de action. & obligation. Alexand. cons.8. lib.2. & cons.7. eod. lib. putant patrem teneri ad dotandam filiam quæ inconsulto quidem patre nupsit, sed expectato 25. ann. tempore, quod ex lege patri datum est ad collocandam filiam. Quòd si pater noxã remiserit, legitimam relinquere ex conditione familiæ non prohibetur, ampliùs legitima non potest in fraudem primogeniti, quia verba statuti non congruunt statutum excedere volenti, nec enim talis à patre maritata dici debet, quæ iudicium eius non expectauit.

7 Quid igitur de monasticã professis dicimus statuto excludẽte maritatas à patre, an ea quoque excludetur, quę monasterio locata est. Et moribus nostris nõ erat futura operosa dubitatio ante Ordin. Aurelian. Ar.19. cùm veteri regni iure monasticã professi professæque ipsaque etiam monasteria incapacissima essent hęreditatum. Sed auctor & monitor Articuli eius cùm totũ illum ordinem vellet subruere, clanculum quod palã nõ poterat rationẽ sibi reperisse visus erat, qua id ageret cuniculis, excogitata ratione qua & parentibus & puellis voluntatem adimeret instituti, facta potestate edicto hæreditates capiendi, si qui de liberis vtriusuis sexus monasteria inissent ante vigesimum quintum annum, cùm perspiceret nullum patrem filiam monasterio locaturũ, si hæreditatis futura esset libera capio professæ, in qua locãda quilibet pater id ageret præcipuè, ne illa caperet quod primogenito accederet. De puellis verò post illã ætatem illecebris seculi captis, nõ esset expectãdũ vt vlla profiteri vellet feruẽte ætate & cõsuetudine maritarũ, qua arte breui sperabat futurũ, vt monasteria desolarentur. Et ille quidẽ quãdiu vixit. Cornicum oculos, vt est in prouerbio, confixit. Iure Romano statuto excludente dotatas negant monasticam posessas excludi. Bart.& Bald.l.vlt. C. de pact. & l.deo nobis.C. de Episc.& Cler. Salyc. auth. Cassa.C. eod.tit. Decis. Neap.348. Multa hîc scriptores scholastici argutantur de similitudine matrimonij carnalis & spiritualis ineptissimè, & res vsu & fine dissimillimas coniungunt comparatione inutili & ἀμέϑητω, sic effecturi vt Imperator Constantinus veluti frater Ecclesiæ Romanæ, dotem iure dedisse videatur, imò & ex lege debuerit, quia scilicet frater sororem dotare teneatur, id est, Imperium Ecclesiam. Atqui Ecclesiam matrẽ potius inter factitios titulos audieramus

Excluditur art. 610. N.C.

A appellari. Quærendũ igitur potiùs de matre fuerat, an filius dotare teneretur. Quorum sententias misero labore collegit Boër. Decis.126. Has ego nugas & infantissimas argutationes fuisse qui probarent non miror, cùm eosdem in l.1.D.de reb.cred. colligere video Doctores veteres anteferendos nouis, quia vinum vetus excellat nouo. Hæc dictata simpliciter desipientium sunt. Nunc dicendum id quod Consuetudo patri de maritanda filia de rebus suis permisit, nullo iure monasticam professis cõgruere, nec extra sensum & scriptum Consuetudinis ad tales produci posse, & quomodo subiectum diuersissimum est, sic finem alium B spectari in matrimonio, ne inops esset & exilis consuetudo, ne egeni liberi, ne fœmina malis artibus victum quærere cogeretur, ne familiæ ludibrio nobilis puella indigno se submitteret, in professa pessimè religionem in opibus collocant, in qua continentia, temperantia, carnis compressio, elucere debent propriæ eius instituti virtutes, quæ malè à diuitiis expectantur. Quare nullo modo si capiunt vltra legitimam capere permittendæ sunt, nec pater vt aliter faciat, vllam probabilem causam habere potest extra scriptum.

C GLOSSA 5.

[d] *L'vne de ses filles.*] Hæc eadem enunciatio in Art. 87. de opitulationibus pro matrimonio vnius ex filiabus, etsi hoc loco scriptura variabat in veteribus libris, cùm in quibusdam legeretur, *peut ses filles marier & les apparager*, in quibusdam, *l'vne de ses filles marier.* Sed postulantibus Ordinib. inter reformationis actus hæc denique scriptura stetit. Et erat primogenitis nobilium grande preiudicium comparatum, si passim licuisset primogenitos in ordinem redigere, exequatis portionibus filiarum cum primogenitis, quamquam D Articulo sequenti manent vestigia priscæ scripturæ. cùm sic concipitur per enallagen numeri (*en mariant ses filles*,) & rursus *elles n'en deuroyent plus auoir*, quæ ex veteri scriptura incogitanter admodum manarunt. Me auctore hic Articulus in totum expungetur, & ad regulas partagiorum ordinariorum remittendus, aut si etiam staret placet in primogenita dumtaxat locum habebit. Nam cur enormis & inordinata per se dispositio antiquis placuerit, ratio non apparet. Nec vllus bonus finis dici potest, nisi palatina anniuersaria propinare libet litigaturis.

E GLOSSA 6.

[e] *Luy peut donner.*] Quod hîc donare dicit, Iurisconsulti dotare dicunt; & iure quidem illo dotis quantitas maior esse poterat quàm debitæ legitimæ. §.quemadmodum auth.de restit. col.4.l.si quando. §. generaliter.C. de inoff. testam. & quos Tiraq. in retract. §.1. glos.8.num.15. Boër. Decis.104. Iure patrio diuersum est, quia dotis quantitas semper determinationem capit à quota legitimæ, quod nos Art.405. sumus prosequuti, nec istud ius excedi potest vno specialissimo casu hoc ipso excepto. Inde explosæ & iacentes illæ de F iure Romano diatribæ.

An dos simpliciter relicta partem faciat in legitima, de qua Alex.Cons.208.lib.ij. Boer.Decis.104.

An repudiata hæreditate dos nihilominus capi possit.

An statuto filia exclusa à legitima debeat dotari, de qua Tiraq.l.si vnquam, verbo, susceperit num.110.

An doti & legitimæ paria priuilegia tribuantur.

An dotata supplementum legitimæ petere possit, de quibus Ias.Cons.171.volum.4.

Sed posito hoc statuto tales incidere nequeunt.

Iustior

1 Iustior quęrendi materia. An maritando filiam sine vlla renunciationis appositione excludere eam voluisse videatur à legitima, aut legitimæ supplemento, sic vt nihil de hęreditate paterna petere possit. Hæc quæstio est voluntatis, potuisse enim si voluerit nulla dubitatio, in tam aperta dispositione Consuetudinis. An voluerit in quæstione est. Etsi facile est hunc scrupulum eximere conceptis ex animi sententia verbis. Sed tamen accidit ne ab incautis de eo caueatur, nec verò dotalia instrumenta vlla concipi. Quærendum igitur quid pater voluerit, cùm id totum ab eius voluntate pendeat, sine vlla renunciationis expressione aut facto, prçter maritationem, quod ipsum Bald. scripsit auth. res quæ. vers. quæro statuto. C. communia. de legat. & erat illo quidem iure cur probabiliter dubitaretur, propterea quòd donatum à patre filiæ multiplices habere potest titulos largitionis, legitimę donationis, dotis, legati, quod ait Bald. l. filium quem. C. famil. hercis. Sed tamen talis collatio aut relictum cùm fit in actu maritationis, non alio titulo conferri intelligitur quàm dotis aut prærogationis legitimæ, ex intentione partium præsumpta & actus natura qui geritur. Iure Consuetudinario alio titulo conferri nequit quàm legitimæ & portionis hæreditariæ debitæ, *Il faut que ce soit mariage ou aduenant*, imò vtrumque. Quæritur igitur, an simplici maritatione pater excludere eam voluerit, cui nihil contulerit maritando, quàm etiam declaratione mentis expressa non exclusit. Multa hìc contradici possunt de pręsumptionibus quæ ab actibus voluntariis colligi possunt, & patrem regulari & ordinario iure vti voluisse credēdum est, & filiæ de legitima debita prouideri, quos Soz. vrget Conf. 150. lib. j. Cùm præsertim legitima inter debita paterna habeatur. l. Papinianus. §. si quis impubes. D. de inoff. testam. & quos Tiraq. d. l. si vnquam, verbo susceperit num. 113. ita vt debitum soluere voluisse videatur. Sed hærendum est in verbis huius Consuetudinis expressæ, quæ à simplici patris facto exclusionem inducit, verbis (*s'il leur en donnoit moins, elles n'en deuroyent plus auoir*) ita vt necesse non sit præsumptiones colligere tacitæ renunciationis in filia, aut interpretatiui cōsensus coniecturas, qui nullus exigitur in filia, quia Consuetudo satis habet maritatam esse, si modò digno locata sit, qui si ampliùs collatum voluisset poterat exprimere, si non expressit verbis statuti acquiescere voluisse putandus est, & id voluisse quod statutum, sic vt ad simplex patris factū sequatur executio legis, id est, exclusio à pluri, quàm quod datum est, & verò à toto si nihil datum. Quod ego sic accipi volo, si nihil de eo antè factum aur post factum in tota vita pater declarauerit, quòd si fecerit quandocúmque sequendam eius voluntatem puto, & ambigui actus declarationem per quam reditur ad ius commune, vt partem suam virilem in triente habeat Ordinario iure, idque ab initio voluisse patrem à consequutis existimandum est. Contrà iudico, si nihil de eo declarauerit, non ignarus iuris patrij & conditionis suæ & gentis. Hæc mea sententia de facto per se obscuro à causis humanitatis & naturæ sumpta, valde quod ego iudico probabilibus, etsi desiderandum est, vt hìc quoque Reformatores huic dubitationi sic consulant, vt quàm minimum incertis arbitriis relinquant. Nam trium non ampliùs verborum adiectione res clara euadet, & controuersiæ sedabuntur.

art. 557. N. C.

Hinc art. 557. N. C.

GLOSSA 7.

1 *Secundogeniti alimentarij potius dicendi sunt quàm hæredes.*
2 *Quod amplius filiæ tribuitur, sua portione, soli primogenito perit.*
3 *Primogenitus ex capite sororis partem facit.*
4 *Renunciatio filiæ post matrimonium non excludit à legitima.*
5 *Simplex maritatio excludit citra renunciationem.*
6 *Renunciatio simplex nemini acquirit, simpliciter abdicatiua.*
7 *Renuncians non computatur in numero, & habetur pro non ente.*
8 *Renunciatio solum primogenitum respicit.*
9 *Renunciationis abdicatiuæ & respectiuæ differentia.*
10 *Agnationis fauor in hoc Articulo.*
11 *Ius applicatur ei quem respicit priuatio alterius.*
12 *Renunciationum iuris Romani, & patrij differentia.*
13 *Stipulatio de iure filiæ stipulanti acquirit.*
14 *Renunciationes pro primogenito prosunt & primogenitæ.*
15 *Vbi solæ sunt filiæ, ex æquo partiuntur apud Parisienses & Normanos.*
16 *Quid si duorum matrimoniorum sunt primogeniti.*
17 *Quid de legitimato.*

Argentræus, in Cons. Brit.

[f] *Son principal hoir.*] Id est primogenitus in hæreditate nobili, qui effectu verus & solus hæres est respectu masculorum secundogenitorum, qui alimentarij potius dicendi sunt quàm hæredes, vt qui ad æs alienum non teneantur, nec iure perpetuo capiant id quod capiunt vsu, nec actiones excipiunt nec intendunt. Nam fœminæ iure proprio capiunt, & habent omnes hæredum notas. Porrò quod hìc dicit de hærede principali, perspicuè dat intelligit huic vni & soli præiudicium parari per hanc dispositionem, & huius solius esse detrimentum aut accessionem in hac dispositione, & quod patris facto decedat de hæreditate auita vltra modum portione filiæ primogenito decedere, quod accedat minus dato, accedere eidem, vt casu cōuerso, quod valde notandum est, ad ea efficienda quæ posteriùs dicemus. Nam quod pater filiæ concedit amplius portione sua legitima & regulari, de portione primogeniti detrahitur, secundogenitis nihil perit, quorum portiones in totum non attingūtur, quæ semper sunt virilis cuiusque iu tertia. Itaque non est hærendum in illa disputatione scholastica, an pater de bonis primogenituræ possit dotare filiam, de qua Tiraq. in primig. q. 61. Lupus in Rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 12. Nam hìc constat posse, sed hoc solo casu nec ampliùs quàm semel in vnica filia, & vnica item hæreditate. Interesse enim tenuioris aut amplioris dotis solum primogenitum respicit, sic vt cùm minus filiæ datur sua legitima portione, quod superest primogenito accrescat, quòd amplius decrescat, nec aut hæreditati aut hæredibus accrescit. Ex quo euenit, vt primogenitus in ius sororis maritatæ succedat surrogatione legali, atque ita in diuisione hæreditatis cum cohæredibus possit partem sororis secernere, & sibi seponere, & de ea partem facere secundogenitis. Cæterùm cū hoc dicimus, intelligi volumus de ea portione à qua filia excluditur per actum maritationis, vel ea quæ fit per renunciationem, cum renunciatio apponitur in actu maritationis, vtroque enim casu ex præsumpta mente Consuetudinis primogenito consulitur, & res ei geritur, etiam si renunciatio nō contineat expresè quod fiat in fauorem primogeniti, quia præsumptio ab actu patris colligitur eius intentionis, inter ipsos actus maritationis facta. Nam post matrimonium renunciasse filiam iam maritum consequutam non excluderet eam à legitima aut legitimæ supplemento, quia Consuetudo dicit (*mariant.*)

Hodie sunt hæredes art. 541. 543. 546. 548. N. C. 1

2 *art. 558. N. C.*

3

& Art. sequen. *& si en mariant*, quo cessante, disposi-
tio quoque exclusiua cessat. Nam etsi pro matrimo-
nio datur dos, si matrimonium actuale non sequitur,
4 nec exclusio legitimæ aut suplementi inde sequi po-
test, nec par causa sperati, sed tamen incerti matri-
monij, quod multis de causis potest contingere ne
denique fiat, alia facti sic iam certi. Non igitur par ra-
tio exclusionis, vnde fit, vt patre forte post pactam fi-
liam mortuo, maritasse filiam dici non possit ad effe-
ctum exclusionis, nisi ex vi & necessitate conuentio-
nis sequatur actuale matrimonium. Et hîc casum po-
nimus, in quo nulla renunciatio aut vt loquũtur qui-
dantia filiæ interuenerit, qui casus esset indubitabilis
de exclusione filiæ, sed hîc loquimur de actu impor-
tante tacitam exclusionẽ, id est, maritatione simplici,
sine vlla conuentione renunciandi & sine declaratio-
5 ne patris, cùm scilicet lege filia excluditur, & pater
non expressit, quod pro toto suo iure dedit filiæ id
quod dedit. Sed vt casus magis dubitabilis sit, poni-
mus talem casum in quo pater filiam maritauerit di-
gno, quo casu suprà diximus simplici facto excludi
maritatam legis executione: hoc igitur casu quæritur,
an illud plus quod filiæ de legitima debeatur in hære-
ditate maneat, & sic eam augeat, & omnibus hæredi-
bus accrescat, an verò soli primogenito, etsi primoge-
nito, quomodo æs alienum à portione filiæ debitum
dissoluendum sit. Hæc quæstio pridem scholasticos
scriptores exercuit, cùm quæsierunt, an filia quæ per
renunciationem ad partem non admitteretur face-
ret partem, de qua nos infrà & Boerius. Decis. 184.
Sed nec facta congruunt veterum sententiis, nec iura
eadem. Animaduertendum igitur quod hoc casu de
parte filiæ defertur, non per modum renunciationis
deferri, quippe quæ nulla intercessisse proponitur,
sed per modum exclusionis per factum patris à Con-
suetudine inductæ. Nam inter ista multum interest.
Quæ excluditur nihil capit, nec vllo tempore hæres
fuisse dici potest. Hæc diligenter retinenda sunt, sed à
art.558.N.C. iure Romano variant. Nam intentio Consuetudinis
per exclusionem portionem filiæ acquirit primoge-
nito, non vt à simplici renunciatione, sed transmissiuè
de persona ad personam. Nam renunciationes sim-
6 plices & abnutiuæ de quibus in iure non expresso fa-
uore aut cessione in personam aliam simpliciter pri-
uant renunciantem, sed nemini acquirunt per trans-
lationem iuris de persona in personam, sed vt portio-
nem defectam relinquunt in hæreditate, quæ tantò
maior reperitur & inflatur non decrescendo. Sed hoc
casu qui capiunt nihil dicuntur capere à renunciante,
sed immediatè capiunt à defuncto cuius hæreditas
fuit, hoc est, à parte communi habent non à filia re-
nunciante, quòd nos fusiùs disseruimus Art. 563. in
terminis iuris Romani, sic enim talis portio capitur,
quomodo si in rerũ natura persona renuncians nun-
quam fuisset. Hæc tractatio scholæ. l. planè. §. si duo-
bus. D. de legat. 1. aliorum in auth. nouissima. C. de
inoff. testam. aliorum. l. si actionem C. de pact. & l. ius
agnationis. D. de pact. & l. Papinianus. §. vnde si quis.
D. de inoffic. testam. Bald. l. pactum quod dotali. quæ-
stion. 8. C. de collat. vbi & Cast. Idem Castr. Cons. 322.
lib. j. & Cons. 252. eod. lib. Socin. Cõs. 34. lib. 4. & 241.
lib. j. Alex. Cons. 149. lib. vij. & Cons. 29. lib. iij. Decius
Cons. 370. & 383. & 607. & Cons. 2. lib. j. Cæpol. Cõs.
49. in ciuilibus. Molin. Cons. 55. Sed vt in renuncia-
tione simplici ista obtineant, tamen thematis propo-
8 siti alij termini sunt, aliæ causæ, fines aduersi. Viden-
dum igitur quid Consuetudo spectarit in filia exclu-
denda, & puto non dubitandum quin primogenitum
respexerit vt gentis caput, per quem nomen, agnatio,
A gens, familia, nobilitas, decora & insignia suscipiun-
tur & per manus traduntur in posteros. Cuius finis
respectu bes tribuitur in successione, secundogeniti
vsu tãtùm capiunt, vt sit, quod in capite eluceat. Hæc
verò intentio Consuetudinis & maritantis patris, in
primogenito enim solo studium propagandæ prosa-
piæ ex voto parentibus est constitutum, in quo con-
sentiunt rationes omnium. d. l. si actionem. & d. §.
duobus, quæ fundatæ sunt in consideratione primo-
geniti, in materia statuti exclusiui filiarum, cuiusmodi
sunt per Italiã, quod latè propugnat Curtius Senior.
Cons. 80. Socin. Cons. 30. lib. j. & Cons. 84. eod. lib. &
B 241. Alex. Cons. 85. lib. iiij. Boër. Decis. 84. Ex quo 9
fit, vt cùm in præcipua consideratione sit persona fi-
lij, renunciatio filiæ non simpliciter abdicatiua iuris
putanda sit, sed etiam translatiua & transmissiua in
primogenitum. Huc accedit ratio propemodũ inelu-
ctabilis; quod cùm antè demonstrauerimus in causa
amplioris dotis quàm sit legitima filiæ, quod plus est
perire soli primogenito & de parte eius demeti, sic
necessariò relinquitur in casu conuerso filiæ exclusæ
pro minore portione primogenito cedere, atque adeò
totum si nihil datum est. Nam si pars data est ex causa
C & titulo legitimæ, haud dubiè partem faciet in tertia
cæteris secundogenitis: facit enim partem filia isto
modo exclusa, etsi partem non capiat, sed hæc pars
primogenito cedit. Nam qui partem partis suæ capit, 10
haud dubiæ hæres fit totius partis suæ, igitur eadem
ratio oppositi in opposito quæ propositi in proposi-
to. l. si ex toto. in princip. D. de leg. 1. Ergo solus pro-
mogenitus hoc actu respicitur vtroque casu contrà-
quam illo iure, quo æqualem aduersus omnes cohæ-
redes, sed æquales & ipsos affectionem sibi propo-
nunt, vt Dynus, Cons. 6. Alex. Cons. 149. lib. vij. alij
d. l. si actionem. Nam immutato iure regnorum &
D præcipua primogenitorum conditione effecta, alia
præsumptio capienda est, vt sic pater voluerit dispo-
nere quomodo lex præmonstrauit. l. hæredes mei. §.
cohæredi. D. ad S.C. Trebel. portionibus secundoge- 11
nitorũ in suo statu immutabiliter manentibus. Dein-
de & illa ratio succedit, quod quoties quis iure aliquo
excluditur respectu certæ personæ, toties ius applica-
ri illi personæ quæ reperitur exclusionis causa. Quod
igitur filię adimitur respectu primogeniti, illi applica-
tur. l. 2. §. est videndum. vbi Bart. D. ad Tertul. Socin.
Cons. 84. lib. j. & 241. eod. lib. Bart. l. seruo legato. §.
E testator. D. de legat. 1. Bald. l. 1. C. de secund. nup. Bar-
bat. c. nos quidem. ext. de testam. col. 1. & quos Tira-
quellus l. si vnquam. verb. susceperit. num. 106. Cuius
sententiæ extat expressa authoritas apud Bald. Cons.
410. vol. 4. vbi dotem à patre relictam filiæ statuto ex-
clusæ mortua filia manere apud fratrem debere sen-
set. Quare denique sic concludimus, portionem qua art. [illegible] N.C.
per maritationem excluditur filia ad solum primoge-
nitum deferri, & ex capite sororis partem facere cæ-
teris secundogenitis in diuisione facienda, nonob-
stantibus dictis Doctorum qui non separant actum
exclusionis ab actu renunciationis simpliciter abdi-
F catiuæ.

De renunciatione ipsa videndum, & ponimus hîc 12
renunciationem pro abstentione & abdicatione iuris
delati à persona abdicante, id est, pro non accepta-
tione, sine translatione iuris in alium quàm fieri pu-
tant, cùm renunciatio fit in fauorem cuiusquàm de-
terminatæ personæ, de qua satis copiosè. Artic. 563.
Hæc simpliciter repudiat, abstinet, abdicat à persona,
sed alteri nec cedit, nec in personam transfert, sed fa-
cit locum his qui sunt eodem aut sequenti gradu. Iu-
re quidem Romano non dubitant tales portiones
deficere,

deficere, imò portiones non fieri, sed hereditatem augere participandam per alios cõsortes, nec cuiquam vni aquiri tali facto, sed sic à tempore renunciationis considerandum est id cui renunciatum est, ac si persona renuncians nunquam in rerum natura fuisset, vt qui erant quatuor renunciatione vnius tres fiunt, veluti non nato quarto, ex cuius persona nihil accrescit ceteris modo translatiuo, sed non decrescit. Sed iure patrio hoc quidem in subiecto quod tractamus, diuersum est aliquid. Aliud de ea renunciatione loquimur quæ fit in actu maritationis, nam hæc non simpliciter abdicat, sed transfert in primogenitum ius renunciatum, quia renũciatio hîc non simpliciter abdicatiua est, sed translatiua. Nam filia quæ renunciat, non simpliciter renunciat animo abdicandi à se iuris, sed ideo renũciat quia maritum accipit, non aliter renunciatiua. Itaque maritũ accipit in portionem suam hæreditariam, cuius consortio doarium, communionem acquæstuum & mobilium & cæteras vtilitates matrimonij cõsequutura sit, & ideo diximus nõ æquipollere renunciationes, quæ fiunt etiam patri, si maritus eadem opera non datur, nec ex intentione Consuetudinis fieri aliter quàm maritando. Vnde euenit, vt cùm hæc renũciatio non simpliciter abdicatiua sit, sed respectiua personæ primogeniti ob datum maritum necessariò primogenito acquirat partem renunciantis, quia lex intendit tali prouidere. Itaque hic actus tacitam conuentionem continet, etsi expressa stipulatione de persona primogeniti nil cautum aut expressum sit, vt pro marito cedat portione, & si vsu perquàm rarum est nihil in totum dari filiæ: sed si accidat ferenda lex est. Quæ diligenter animaduerti connuenit paucis annotata.

13 Cæterum dicuntur ista nulla præsupposita stipulatione patris aut filij de portione maritatæ, nam si ponimus eam interuenisse ei acquirit qui stipulatus est, patri si ille stipulatus est, sibi quidem primogenito si primogenitus aut pater pro eo, de quo nos artic. 563. Alexand. consil. 13. lib. 5. Nam veterum opinationes vsu reiecimus, qui non putãt patrem vni ex hæredibus acquirere posse stipulando ita quod non aliis. Nam secundum Cõsuetudinem scriptam stipulatur, & ideo rectè. Quæ etsi nemo aut pauci antè hac perspexêre in iuris patrij principiis fundata, introspicientibus tamen firmas habere de Consuetudine rationes deprehendentur spretis iuris Romani vulgaribus sentẽtiis, quæ plerúmque tam aptè patrio iuri inseruntur, quàm cum humano capiti ceruicem pictor equinam, &c.

Illud verò etiam annotauerimus renunciationes & exclusiones respectiuas de quibus modo diximus, non
14 solum primogenito prodesse quãdiu superest & viuit, sed etiam sequenti primogenitæ si fortè ille decesserit, & sola primogenita superſit cũ sororibus. Nam quòd olim pater primogenito stipulatus sit, indefinitè factũ pro omni qui futurus est primogenitus primogenitáve intelligitur Alex. cons. 21. lib. 1. num. 28. Tiraq. in primig. q. 3. num. 6. etsi ratio & finis agnationis per masculinũ sexum deficere videatur, ex qua causa Parisienses & Normani cùm solæ filiæ extãt, in viriles &
15 capita solent hæreditates diuidere, veluti perdita spe agnationis. Nec illa Doctorum scholasticorum sententia vera, cùm semel dicunt maritatam sic excludi, vt etiam soror secũdogenita quæ domi in capillo mãsit (sic vocant innuptam puellam) excludat maritatam vi renunciationis factæ primogenito aut exclusionis, quod Alexander & Ias. differunt, l. 1. §. veteres. D. de acquirẽd. possess. & quos latè Tiraq. in primig. q. 82. Ias. cõs. 221. lib. 1. Afflict. Const. regni. 23. lib. 3. quod ne illo quidem iure verũ putare debuerunt, deficiente

Artic. 545. N.C.

masculo cuius causa exclusio inducitur, de quo Alex. cons. 29. lib. 1. Bald. l. in quibus. C. de secund. nupt. Sed iure patrio nulla dubitatio est, ipsam illam quæ renunciauit mortuo fratre readmitti si primogenita est, etiam si primogeniti hæres non sit fortè ante patrem mortui, & qui nunquam hæres fuerit.

Esto igitur hæc dictorum summa: Quodcumque de portione maritatæ filiæ primogenito pater stipulatus sit, quodcunque superfuerit eius portionis per exclusionem à maritatione, quodcunque renunciatione in actu maritationis facto, id totum primogenito acquiri, etiam nulla posita stipulatione ex persona filij aut renunciatione in eius fauorem. Art. 558. N. C.

Tum illud renunciationes filiæ extra actum maritationis actualis non perinde valere, sed pendere à vero iure, quod renuncianti competebat, & subiici rescissionibus, & supplemento si minus iusto datum est, & tales nemini vni acquirere, sed totam hæreditatem augere vtilitate omnium cohæredum, si rescissio non petatur, & renunciatio non reuocetur.

Tum stipulationes appositas in maritatione de iure renunciantis, ei acquirere cuius nomine stipulatio concepta est patris aut filij.

Hæc *de ceux du gouuernement aduantageux*. Nam de vulgari nobilitate dicemus art. seq. glos. 4.

Ab his assumptis quæri memini. Quid censendum esset, cùm pater filias haberet ex duobus matrimoniis, & filiam, quam ex secundo matrimonio sustulerat, marito collocaret, an eius portio primogenito primi matrimonij acquiratur, an secundi, an ipsi patri & ita omnibus prout sunt fundati in hæreditate. Et planè responsum patet, ex his quæ ante diximus, quod pater simpliciter stipuletur de exclusione aut renũciatione de bonis stipulantis omnibus acquiri: sin primogenito simpliciter facta sit, vnicum tantum esse primogenitum cõstat respectu hæreditatis paternæ, duos enim esse impossibile est, & ideo ei soli acquiri qui primogenitus est. Sed quod de hæreditate materna & portione filiæ in ea quæri primogenito eius matrimonij qui solus primogenitus est suæ matris, cum quo communis hæreditatis diuisio futura erat, si non renũciasset. Quòd si durante secũdo matrimonio, pecunia de communione coniugali accepta est ad maritãdam & dotandam filiam primi matrimonij, tenebit quidẽ renũciatio iuris hæreditarij facta ab ea, vtilitate primogeniti primi matrimonij; sed vxor secũdi matrimonij soluto matrimonio repetet, & præcipiet pecuniam pro ea parte pro qua fundata est in mobilibus, veluti quæ consumpta non sit, & extare videatur in persona vnius de participibus & hæredibus mariti. Hunc casum decidit Alexand. cons. 149. lib. 7. Sed vt illo iure omnibus acquiri putat per patrem & hereditatem augeri, sed ab aliis principiis, id est iuris Romani id efficit. Sed nos patrio immutata diximus, tractauit & Castr. cons. 252. lib. 1. Boër. decis. 104. & 184. 16 Art. 442. N. C.

Quod verò hîc dicit *son principal hoir*, intellige de legitimo, aut certè legitimato per subsequens matrimonium, inter eum & natos ex eodem matrimonio, 17 aut alio subsequente. Nam si ex secundo matrimonio esset, anteferetur primogenitus ex primo. Diuersa est ratio in legitimato per rescriptum, quia non anteferetur legitimo antè nato, de quo loci apud Tiraq. l. si vnquam, verbo, susceperit, numer. 82. & 98. Bened. verb. duas habent filias, num. 47. Alex. hoc ipso subiecto, cons. 2. lib. 1. numer. 11.

GLOSSA 7.

g *Ne le pourra debatre.*] Hîc apparet manifestissimè quod nuper diximus, totum interesse de eo quòd am-

pliùs minúsve sit donatũ filiæ, primogenitum specta- A re, & ei decedere aut accedere, quòd additum detractúmve fuerit de portione filiæ: solùm igitur non secundogenitos tangit iste dolor, quibus nihil perit præsupposita hæreditate nobili. Nam si controuersa esset qualitas, admitti possent pro suo interesse ad adsistendum liti aduersus filiam plus legitima petentem, aut plus dato.

Glossa 8.

[h] *Outre sa testee.*] Vltra virilem quo facto sine vlla ratione tamen permittitur redigere primogenitum ad B virilem cum filia, præter regulas partagiorum nobilium, speciali casu. Hæc igitur partitio hoc modo fiet. Pone tres esse liberos, vnum primogenitum, Mæuium & Titiam secundogenitos. In hæreditate esse trecenta. Pater maritando filiam centum viginti quinque dedit filiæ. Controuertitur, an potuerit. Regularis diuisio futura erat, vt Mæuius & Titia solùm haberent centum in capita diuidenda, de quibus solùm quinquaginta capit Mæuius certa & determinata omni casu portione, supersunt ducenta quinquaginta, quæ cùm pater donatione filiæ facta ex æquo diuidi voluerit, eueniet, vt filia dimidium capiendo centum viginti quinque possit petere, seposito semper eo quod Præcipuum cœperunt nuper appellare.

Glossa 9.

[i] *Le fief.*] id est, *comme si tout le fief estoit partable, lequel toutesfois ne l'est pas, mais en ce cas il se diuise comme s'il l'estoit.* Hîc apparet statui de rebus & feudis indiuiduis *& aduãtageux*, quæ hoc solo casu redigit ad conditionem diuisibilium & paganicorum. Quod si paganica verè essent, nihil erat opus hac dispositione, suo enim iure & lege communi partagiorum diuiderentur in capita sine dubio.

Glossa 10.

[k] *Tout le fief.*] Id est, *comme si toutes les terres estoient roturieres & partables par teste, chose qui monstre l'estrangeté de ceste Coustume, fort mal causee, & sans nulle bonne raison, pour vouloir violer la regle des partages nobles, reguliers & ordinaires.*

Article CCXXV.

ET [a] si en mariant ses filles il leur donnoit [b] moins de leur droit, [c] elles n'en deuroient plus auoir, [d] pourueu qu'elles fussent suffisamment apparagées.

[a] *ET si nubendo suas filias [b] minus legitima portione eis daret, [c] nihil amplius habere deberent, [d] modo sufficientem portionem habuissent.*

Art. 557. N. C. clarius explicat cùm dicit per solum maritationis actum filiam excludi à successione etiam si sit minor & non renunciauerit: nec admitti ad legitimam, aut eius supplementum quod accrescit primigenio art. 558. N. C. vide glos. 6. art. 224. s.

Censvra.

Hic Reformatorum intolleranda ἀβλεψία qui cùm de duplici scriptura, quæ in veteri libro habebatur, consulti meditatíque alteram sustulissent, idque ex Ordinum sentẽtia, hîc rursum veluti somno correpti damnatam reponũt, & cùm in casu proposito posuerint *l'vne de ses filles* in opposito & cõuerso reponunt *mariant ses filles*, cùm non nisi in vna dictum oporteret, si quidem iure eam scripturam damnarant, quæ de pluribus continebat, cùm oppositi in opposito C eadem ratio sit, & personarum numerus idem esse debuerit hoc modo. *Et si en mariant l'vne de ses filles*, qui error reponitur infrà verbo (*elles n'en deuroient plus auoir*) & rursum (*pourueu qu'elles fussent.*) Cùm aduersatiua aduersari debuerit his quæ sunt eiusdem generis & numeri, quod Bart. ait. l. mariti. §. vlt. D. D de adult. vbi glos. Ias. l. 2. D. de re iud. Quare relicta est altera futuris Reformatoribus opera, vt cõgruentia scribant in sua ἐπανόρθωσι.

Glossa 1.

[a] *Et si en mariant.*] Notandum quòd vbique & seriò iterauit illud *mariant*, cùm ab actu maritationis exclusio filiæ proueniat, vt finis à sua causa non aliunde.

Glossa 2.

[b] *Moins de leur droit.*] Id est, minus legitimà portione habito respectu ad numerum liberorum, & bona quæ habet donator tempore mortis, quod tempus in moderatione legitimæ spectandum est, ex l. quæritur. C. de inoffic. testam. quod latiùs sumus exequuti sup. art. 218. verbo *le tiers*. Minus autem dat & qui nihil dat. l. minus. D. de verb. signif. l. illud. §. si cuius. D. de tribut. actio. Quare etsi pater nihil dederit, locus erit huic dispositioni, ne quid ampliùs marita petere possit, & Bald. cap. si proponente de rescript. putat statuto excludente maritas & dotatas, etiam quæ vno nummo dotata sit excludi, & ex eo Ias. auth. qui rem. C. de Sacros Eccles. quod vicinæ Turonum, Cœnomanorum, Andium, Aruernorum, Borboniorum Consuetudines exprimunt, adeò vt donata corollà rosaceà patres filias excludant. Frustra igitur illa dubitatio scholæ de qua totos ducẽtos annos pugnatum inter magistros Socinus scribit in cons. 150. lib. 1. an legitima liberorum per statutum tolli aut minui possit, nam hîc constat & tolli, & minui, & verò pacto & renunciatione non dubium, de quo Alex. cons. 75. vol. 1. & cons. 134. vol. 6. & 55. lib. 2. Boër. decis. 84. & 256. Alex. cons. 69. lib. 1.

Glossa 3.

1. *An quod filia maritata capit, habeat titulo vniuersali, an particulari.*
2. *An debita teneatur, & pro quota ratione eius quod capit.*
3. *An primogenitus ad debita teneatur, ratione præcipui.*
4. *Renunciatio abdicatiua, aut translatiua.*

Sequitur egregia tractatio, An filia maritatã à patre quomodo hîc traditur, id quod sic donatũ habet à patre, titulo hæredis habere videatur, an singulari ex causa

ex causa dotis, an ex vtroque, ac proinde ad debita teneatur pro modo bonorum donatorũ, an pro por-
2 tione hæreditaria ex art.563. Nam & extraneis etiam mulieribus dari ab extraneis dotes solent, nec per hoc ad debita dotantis obligantur, quippe ex titulo singulari, nec alio quam emptionis, donationis aut permutationis, ex quo fit, vt cùm talis sit ad debita non obliget. l. penult. & vlt. D. de collat. dotis, de quo nos copiosè disseruimus artic.219. verbo *premierement payez*. An igitur hęredis titulo habeat quod sic habet, an dotis, àn mixto de vtroque in quæstione est. Nec in isto parum momenti, si vt ponimus dotis titulus ad debita non obligat, hæredis obligat: & alibi diximus iure è moribus nostris recepto neminem in eadem hæreditate capere posse titulo vniuersali hæredis, & titulo particulari vt dotis, aut donationis, aut alio simili lucratiuo quidem, non igitur hæredis & donatarij coniunctim. Artic.218. verbo *à autre qu'à son heritier*.) Sed iure Romano contraria omnia sunt constituta. Nam & dotis, & legitimæ, & hæreditatis, & prælegati, vna eadémque de filiabus capere poterat, qui tituli suas habent differentias & propria, quæ vulgata est tractatio scholæ, auth. nouissima. C. de inoff. testament. & attigit Molinæus cons.29. ex quo illi determinandis quotis, legitimæ, dotis, hæreditatis, diuersa tempora spectant actus, aut mortis, de quo nos d. art. 218. verbo *le tiers*, & art.405. Quin & illo iure quo filiæ hęreditate excluduntur dotem petere possunt, de quo Tiraquel. l. si vnquam, verb. susceperit num.110. C. de reuoc. donat. Sunt ista illo iure diuersa, sed nos iure Consuetudinario nil inter dotem à patre collatam, & hæreditariæ portionis delationẽ interesse docuimus, d. art.405. & alibi sæpe. Quòd si nominibus diuersis efferatur alterum ab altero determinari imò quo iure vtimur, quod à patre filiæ simpliciter confertur, dos non est, sic quidẽ vt iure Romano accipitur, respectu patris, etsi fœminæ & viri respectu talis dici possit vt mulieris patrimonium, sed respectu patris totum id quod habet filia à patre viuo eo, portio est hæreditatis prærogata, mortuo hæreditas dicitur, sed tamen hic casus quo pater donat vltra regularem quotam valde exorbitans est à regulis cõmunibus regularium partagiorum, & potest videri habere aliquid externæ causæ extra hęreditatis titulum, in eo scilicet quod regularis quota hæreditariæ portionis exceditur, vt sic quod ad ratæ portionem cõfertur hæreditas sit, quòd excedat dos, quod ex eo apparet, quia hìc excessus à patre conferri non potest vllo casu aut actu vllo, præterquam maritationis. Dotem igitur videri necessariò actus matrimonij concludit, & subiecta causa titulum indicat, ꝙ & Tiraquell. animaduertit. d. verb. susceperit, num.112. An igitur eueniet, vt in casu huius articuli filia regularem suam portionem capiat hæredis titulo, atque ita ad debita hæreditaria teneatur iure
3 regulari, & quod plus est sua rata habeat dotis titulo, qui ad debita non obligat. Hæc dubitatio potest ei similis videri quæ fit, An primogenitus ad debita hæreditaria teneatur pro portione hæreditaria, id est pro duabus partibus, quas capit, an pro modo bonorum, id est, an etiam ratione præcipui, id est, æstimationis principalis Manerij, quod capit ante alios, sed vt iudicant non iure hæredis. Hunc Molinæus negat teneri vltra hæreditariam portionem, ratione Præcipui nequaquam, in §.11. tit. de feud. sensit contrà Ioan. Cyrierius cõsiliarius olim Parisiẽsis Curiæ, vir & ipse præstãti doctrina qui de iure primogenituræ scripsit, & hunc sequutus Tiraquell. lib. primogeniorũ. q.35. & quidam editis libris ex eo tempore passim iudicatum scribunt. Sed si Molinæi sententiam sequimur, eueniet, vt quod hoc themate filia capit vltra regularem portionem Consuetudinariam largitione patris extraordinaria, iure aut prælegati, aut dotis capere videri debeat, atque ita titulo singulari, qui ad debita non obstringit. Sed vera spectantibus ex iure externo & nostro patrio distingui plures casus oportet.

An scilicet filia abstineat aut repudiet portionem 4 suam hæreditariam, quo casu nulla dubitatio relinquitur eam ad debita paterna non teneri, cùm hæres non sit, vt diximus art.549. Aut renunciat simpliciter & abdicatiuè ius à se abdicãdo, quo ipso casu non tenetur: sin translatiuè & in fauorem tali actui inest cessio, & sit quidem ipso iure hæres, & ad debita paterna tenetur pro portione sua, sed tamen vtilitatis causa recipiẽdum est, vt cùm per statutum portio hoc modo renunciantis in fauorem applicatur primogenitõ, applicatio facta intelligatur cum suis oneribus, id est, soluendi debita quæ ab ea portione debentur. Atque hic casus renunciantis in fauorem primogeniti, vel exclusionis respectu primogeniti solus in dubitatione est. Nam etsi summo iure hæres dici possit, quæ renũciat aliquo accepto vt in fauorem certæ personæ renunciet, de quo nos alibi fusè, aut quæ in totum nihil capit, sed tamen maritum pro legitima habet, tamen iniquum est talem ad debita hæreditaria teneri, & quò recidit eius portio aut pars eius, æquum est & eò recidere debita & debitorum portionem pro rata portionis acceptæ, Sed antè probauimus portionem eius ex intentione Consuetudinis deferri ad primogenitum; vnde succedit illa legalis dispositio, quod quoties fit translatio bonorum cuiusquam à lege in alium vniuersaliter etsi non titulo hæredis, toties transferri & debitorum necessitatem, vt in successorem bonorum ex sententia Castr. & aliorum. l. vltim. §. sin autem æs alienum. C. de bon. quæ lib. & aliorum l.2. C. ad leg. Iul. de vi pub. quod nos copiosè sumus persequuti art. 219. verbo *premierement payez*. Nam talis translatio legalis fit, cùm citra vllum expressum contractum filiæ maritatæ ex solo maritationis facto Cõsuetudo filiam excludit, & portionem eius trãsfert in primogenitum, quod intelligendum est fieri, vt in successorem bonorum, qui nec hæres est vniuersalis, nec successor singularis, sed facit tertiam speciem, de quo eodem loco plura diximus. Nam si partem partis suæ capit filia, acceptatione partis fit hæres respectu creditorũ in totum suæ partis, quia hæres non potest esse partis portionis suæ, leg.1. l.2. & l. ex asse. D. de acq. hæred. Sed id verum iure ciuili, & cùm pars ex voluntate remittitur ab hærede, cui totum delatum est, fit enim tum hæres totius acceptatione quantulæcumque partis, sed cùm pars sic à Cõsuetudine defertur, vt ampliùs capi non possit per hæredem etiam si vellet, tum non in maiorem fit hęres quàm quantum cœpit, veluti si pater minùs dederit filiæ sua portione, quod reliquum est de portione eius & potestate Consuetudinis transfertur in primogenitum, non debet recidere in filiæ humeros, quia ademptio partis facta est à lege, ergo in primogenitum transfertur onus de- *Art. 558. N. C.* bitorum pro rata, sic vt filia hoc casu non ampliùs conueniri possit, quàm pro modo bonorum acceptorum, contra regulas. l.1. Cod. de reb. cred. Hæc valde notanda sunt paucissimis cognita & animaduersa, nec adhuc mihi occurrit, qui ista expendisset ad particularium inter tales extraordinarij iuris hæredes debitorum diuisionem. Porrò ista in casibus propositis intelligimus, vbi factum patris maritantis versatur: Nam si sponte soror fratri suo portionem portionísve partem cesserit, haud dubiè illa hæres fit, & ad debita tenetur, vt venditrix hęreditatis, ex l.2. Cod. de hęred.

vel act. vend. & l. 2. Cod. de pact. sed hic casus diuersus est à prioribus. Nec decipi nos oportet sententiis Bald. Raph. Angel. l. Papinianus. §. vnde si quis, cùm putant exclusa filia à portione suæ legitimæ per statutum, id quod ei detur computari in ære alieno hęreditatis, & de ea deduci, & de reliquo partes fieri inter cohęredes successibiles, sic vt ad debita non teneatur exclusa, quod diuersum est ab eo quod dicimus. Nam iuris Cõsuetudinarij ratio est alia & finis, quia portio filiæ exclusæ illo iure æquè ad omnes cohęredes permanat vt opte iure ciuili, sed nostro ad primogenitum tantùm.

Restat hic casus cùm plus à patre donatum est filiæ quàm portio eius hęreditaria futura erat, qui vnicus est in toto iure Cõsuetudinario, & superiore Articulo inducitur, quomodo ea ad debita paterna teneatur. Nam si pro hęrede habet, haud dubiè tenebitur vt hæres proportione hęreditaria regulari & ordinario iure etiam ciuili. Sed de pluri queritur: Nam Consuetudo vbique verbo donandi vtitur, veluti *luy peut donner* & verbo *& ce qu'il luy donnera, & s'il luy donnoit moins* quæ verba secũdum subiectam materiam accipi oportet. Hîc igitur quærendum est, an quod plus est, tribuendum sit titulo particulari dotis & donationis, an ex vna & eadem causa hereditariæ portionis ad filiam veniat. Concludimus ex vna & eadem causa, id est, à portione hæreditaria & ex legitimæ causa filiam habere videri, sic vt legitima hoc casu pinguior fiat, sed tamen permittente Consuetudine ex causa legitimæ portionis habere videri, ideóque eam vt ex titulo vniuersali ad debita teneri, idque ex æquo cum primogenito, cùm æqualem capiat.

GLOSSA 4.

1 *Minor non restituitur contra dispositionem huius Articuli.*
2 *Habilis ad matrimonium, habilis etiam censetur ad pacta matrimonialia.*
3 *Filia renuncians excluditur etiam in vulgaribus nobilibus.*
4 *Renuncianti neganda restitutio in integrum.*
5 *Renunciationes vbique vsurpantur.*
6 *Fratres non excludunt sorores ab hæreditate quæsita.*
7 *Exclusa an reuocari possit à patre.*
8 *An à matre.*
9 *An ab vulgari nobili.*
10 *Hic Articulus intelligitur* de gouuernement aduantageux.
11 *Arresta de filia renunciante non admittenda.*
12 *Pater per contractum omnibus hæredibus acquirit.*
13 *Acquisita potest iterum alienare.*
14 *Patri per filium non datur restitutio.*
15 *Quid in casu de patre, qui promisit de suo luiturum, quod filius abstulisset.*
16 *Casus notabilis de eo, in causa matrimonij filij.*
17 *Expostulatio de perfidia commerciorum.*

1 c *Elles n'en deuroient plus auoir*] Perstant Reformatores in enunciatione pluralis numeri, cum de vna tantum superior Articulus subiectum fecerit. Excludit verò maritatam ab hæreditaria portione, si digno iuncta est. Quod ipsum intelligitur sine vlla filiæ renunciatione & citra expressionem de renũciando solo patris facto, quo nihil ampliùs Consuetudo exigit, satis enim habet de marito (vt loquuntur) filiæ prouideri, vt sic satisfactum ei videri debeat. Idque accipiendum siue maior illa siue minor sit, dummodo per
2 leges & canones habilis sit ad matrimonium, c. quam-

Art. 557. N. C.

A uis. ext. de pact. habilis enim ad nuptias, consequenter videtur habilis ad pacta omnia & renunciationes quæ apponi in talibus solent ex more, multomagis cùm ab legis dispositione ex facto tacitè inducuntur. l. quoties. D. de pact. dotalib. l. vlt. vbi Bald. & Ioan. Fab. C. de legit. tutel. Bald. l. 1. §. 1. C. de rei vxor. act. Decius & Ias. l. si constante. D. sol. matr. Excipio donationes & cõtractus purè damnosos, de quibus alibi à nobis dictum est ex tit. C. si aduers. donat. Sed cum 3
hæc dispositio de nobilibus eximij, *& de gouuernemẽt aduantageux* disponat, quæsitum est, num etiam cæteris vulgatæ conditionis consuli aliqua ratione possit,
B vt idem consequantur in excludẽda filia matrimonio ab hæreditaria portione. Quid hactenus vsu obtinuerit ignorare non possumus, cùm tot ea de re controuersias agitari viderimus, tot rescissiones intentari ab filiabus, quæ se iniquo iure habitas à patribus quærebantur, quas passim receptas postulantes scimus. Sed 4
erit ea Reformatorum cura, vt exemplum orbis penè vniuersi sequantur regnorum, prouinciarum, communitatum, quæ maritatas an dotatas post renunciationes patribus ex cõsensu factas non admittũt, idque nullo præsuppposito iuramento, & illo. c. quamuis,
C nulla præsnpposita Consuetudine locali, nonobstante minoritate, sed orbis consensu & vtilitatis publicæ respectu, magis quam stricto iure. Ex quo & restitu- 5
tiones vbique renunciantibus negant à patre maritatis, nec admittunt etiam læsionem enormen caussificantes, si modò dignis locatæ sunt: plus dico, & repetẽdum est passim obseruari etiam nulla locali Consuetudine præsupposita. Idque pluribus Arrestis iudicatum à Curia Parisiensi nominatim additione ad consil. Alex. testatur Molin. cõs. 29. lib. 3. atque adeò classibus coactis & πανδημεί. Sed hoc ampliùs in communi conditione nobilium exigitur, vt renuncient
D pluri, quod in superiori casu Consuetudo à solo patris facto inducit. Itaque restitutiones contra renunciationes petentes reiectas testantur, & subinde negatas à Cancellario *du Gannay*, summæ tum auctoritatis viro, testatur Boër. eorum temporum æqualis cons. Biturig. tit. de testam. §. 6. & iterum decis. 62. Bened. c. Raynutius. verb. duas habent filias, num. 163. nec de iure dandas Cast. putat. cons. 131. lib. 1. & Ferron. Burdegal. notat. §. 14. tit. de testam. Patris enim iudicium filiæ instar est omnium, nec iudicãtes oportet alieno in facto esse curiosos. Quare & passim in Gallia, Italia,
E Germania practicari & obtinere tales renunciationes Molin. testatur multarum regionum hospes cons. 15. & 55. Quamobrem iam hinc desinant nostri luctari de eo, quod tot gentium sensus in sua quæque rep. probauit, & familiarum securitates cõturbare rixosis & pugnantibus iudiciis, quos orbis cõspiratio & vtilitas publica & agnationum decora refellũt, dum subinde hoc obtentu in arcana familiarum inquirunt odiosè contra patrum iudicia, patres ipsi nũquam futuri, plus sibi alienis in rebus videre visi, dum litigantibus morem gerunt, & miserũ mercimonium alunt. Sed auctores habẽt magnos & illustres, & grauia gen-
F tium exempla, quibus vinci se pati & possunt & verò debent.

Sed alia causa est fratrum, qui maritatione non pos- 6
sunt sorores excludere, iure scilicet delato & quæsito, quòd si minus iusto datum est restitutiones dantur, si modò non leue est quod fefellit, de quo Molin. d. cons. 29.

Porrò adiicimus maritatione filiam ab his duntaxat bonis excludi, quæ sub hac Consuetudine habentur non aliis, de quo nos fusiùs sup. art. 218. egimus & Molin. cons. 53. Decius cons. 276. & 454.

Cum

Cum hæc ſcriberem oblata eſt mihi controuerſia eiuſmodi, quæ huic tractationi congrueret, de qua & meum reſponſum inſerere viſum eſt. Proponebatur in facto filia cum maritaretur in ipſo actu & matrimonij proloquutionibus renunciaſſe, & vt dicunt quictaſſe omne id quod ſibi ampliùs de hæreditate paterna debitum iri ſperare poterat, adeóque & materna, idque pro quinquaginta libris annui reditus, & fortaſſe ius ſuum exequēti centum aut ampliùs competere poterant. Stipulatus erat pater. Sed eidem filiæ mortuo poſterius patre, mater ſecunda diſpoſitione alia quinquaginta ſuppleuit, atque etiam poteſtatem fecit legitimam portionem petere, ſi id mallet. Mortua matre, filia quinquaginta petebat.

Contradicebat primogenitus, & negabat eam quæ ſemel excluſa eſſet maritatione ab hæreditate paterna & materna, poſtea diſpoſitione matris potuiſſe rurſum admitti ad eius ſucceſſionem: tum quia ea nobilitatis & gentis eſſet conditio, tum quia odio primogeniti elicita diſpoſitio à matre diceretur, tum quia immenſa & vltra legitimam.

In facto, de odio, de exceſſu nihil probatum, ſupererat quæſtio, an mater excluſam renūciatione potuiſſet iterum admittere ad quotam debitam in hæreditate ſua.

7 Nam de patre etiam eſſe dubitatum: iure Romano non dubitant, quæ excluſa ſit ſtatuto aut renūciatione etiam expreſſa, mutata patris voluntate, readmitti poſſe *qu'ils appellent r'appeler à la ſucceßion*, de quo Bart. l. ſtipulatio hoc modo. col. 1. Angel. col. 1. Rom. col. 7. Alex. col. 3. Iaſ. col 6. D. de verb. obligat. Bart. Angel. Iaſ. l. vlt. C. de pact. Bald. l. pactum quod dotali. C. de collat. vbi & Rom. Bald. l. quicunque. C. de ſer. fugit. Caſtr. conſ. 448. lib. 1. & 288. lib. 2. Georg. Nata. c. quamuis. ext. de pact. Decius cōſ. 475. Chaſſ. conſ. 28. & Rub. 7. §. 12. cōſ. Burg. Anchar. conſ. 403. & quos aceruat. Tiraquel. in tract. *Le mort ſaiſit le vif*, 8. declarat. 2. partis. Quinetiam recēs Renatus Choppinus de Pariſienſi aduocatione præſtāti doctrina vir, ſe patrono cauſæ iudicatum ex Arreſto ſcribit, admiſſamque ex volūtate patris filiam quæ antè renūciaſſet, non inſtitutionis quidem iure quod negabant poſſe fieri, ſed legati vſque ad eum modū quàm in legitima capere potuerat. Id vt illo iure & moribus fieri potuerit, noſtris non poteſt. Primùm non eſt expectandum, vt quiſquam inſtitutionis iure quidquam capiat, ſed nec vt de præſumptis hęredibus quiſquam legatum in eadem hæreditate capiat in qua eſt hæres, deinde legati quantitatem ad quotam hæreditariam redigere non parem rationem habet, & recideret in inſtitutionem, veluti omiſſa cauſa teſtamēti in fraudem cohæredum, quia legatarius de debitis hæreditariis nil ſoluit: hæres ſoluit, quod ſi hæres admittitur ad legatum eius portionis quam vt hæres capere poterat, manifeſtè illuditur legi. Noſtro itaque iure ſic habendum eſt, excluſa ſemel filia per maritationem, & ea parte quam capere poterat ſemel tranſlata legis poteſtate in primogenitum, quod antè demonſtrauimus, multomagis ſi filij ſtipulatio interuenerit, non poſſe patrem ex eo tempore quo ius quæſitum eſt filio, vllo facto ſuo præiudicare primogenito, & ſicut datum vltra legitimam adimi nō poteſt facto reuocatorio patris, ſic ne quod minus datum eſt, augeri in damnum primogeniti, cui Conſuetudo prouiſum voluit etiam ſi ex facto patris, quæ vulgato eſt tractatio. l. qui Romæ. §. Flauius. D. de verb. oblig.

8 Nunc de matre quæritur, an ſi filiam renunciatione excluſerit, reuocare rurſum eam poſſet, quod in themate propoſito vertebatur. In quo repræſentanda ſunt, quæ ante diximus, diſpoſitionem ſcilicet huius Articuli non extendi ad matrem, addidimus rationes Articulo præcedenti in principio, & lex multò magis de patre confidit. Non ergo mater poteſt maritatione excludere filiam à ſucceſſione, renunciatione quidem & conuentione poſſet per contractum, ſed quomodo id conuentione facit, ſi contraria conuentione admittere poteſt eam quā eodem modo excluſerat, ad modum quidem debitum in ſua hæreditate, id eſt legitimam. Eſt enim eiuſdem poteſtatis excludere & reuocare conuentione, vt ille apud Terentium loquitur indignabundus: Excluſit, reuocat, redeam, non ſi me obſecret, quod cùm mater facit, nulli ex hæredibus facit iniuriam, quia cùm à conuentione ſit renunciatio abdicatiua nec tranſlatiua aut in fauorem, primogenito nihil hoc caſu à ſtatuti authoritate defertur, vt ſic conqueri poſſit ſibi interminui ius quęſitum. Itaque de eo quod mater de alterius portione quæſierit, in libertate habet quid ſtatuat, vt de cæteris bonis ſuis, maximè cùm ad ius commune reditur, & portiones ex Conſuetudine debitæ tribuuntur. Excipimus, niſi primogenitus in ſtipulatione renunciantis ſuo nomine interueniſſet.

Supereſt illud quærere, de eo qui vulgatæ conditionis eſt inter nobiles, id eſt, *du gouuernement commun, non aduātageux*. Nam ante docuimus talem in hoc Articulo ius & locum non habere, ſed ſi velit filiam excludere, neceſſe habere ſtipulari renūciationem: An igitur ſi fecerit, ſic excluſam poſſit reuocare. Nō enim hi caſus pares ſunt, etſi omnes patres, etſi omnes nobiles: Sed ius non idem. Id vt intelligatur pauciſſimis ante animaduerſum quędā nobis demōſtranda ſunt. 9

Hodie non differunt art. 541. N. C.

Diligenter igitur animaduertenda eſt differentia diuiſionum ſeu partagiorum eximiorum, *qu'ils diſent aduantageux*, & vulgarium & communium. Nobilium eximiè hîc legem habent. Nam de aliis nulla ratio ſcripti admitti poteſt vt intelligātur illo Articulo 224. quod ex verbis perſpicuè docetur, cùm dicit, *le principal hoir ne peut debatre le don fait à la fille, ſi le pere ne le greuoit outre ſa teſtee, comme ſi tout le fief eſtoit partable*, quibus verbis datur intelligi de feudis & hæreditate natura non diuiduis agi, quod tamen hoc caſu ſpecialiter fiat contra regulas. Nam vox (*comme*) aſſimilat id quod de ſe eſt aliud & diuerſum ei cui aſſimilatur, ſimile enim & idem nihil eſt, & in facto non eodem & natura diuerſo notatur iuris identitas, feudum nobile natura diuiſibile non eſt, ſed tamen hoc caſu fit diuiſibile, ſed vulgata nobilitas in hac diſpoſitione locum non reperit. Quòd igitur hîc non habet, quæritur, an aliunde ſaltem à conuentione habere poſſit, à renunciatione ſcilicet & conuentione. 10

Filiam verò intelligimus non ſolùm ætate maiorem & ſui iuris, ſed & minorem atque adeò in patris poteſtate, quia quam facimus nuptiarum & ſui matrimonij capacem, eandem facimus habilem ad pacta matrimonialia & conuētiones receptas & frequentatas in regione ex vſu. l. quoties. vbi text. D. de pact. dotalib. Cyn. Angel. Bald. Fab. l. vlt. C. de legit. tut. Alexan. Angel. Lud. Iaſ. l. ſi conſtante. D. ſol. matrim. Illi idem & Caſt. l. item quia. D. de pact. Ad poſitionem enim habilitatis matrimonij, ſequitur potentia & habilitas interponendi pacta omnia ſolita & conſueta de iure, & frequentata in regione. Deinde lex in totum de patre confidit in capiendo conſilio pro filia, ita vt ſtatuto prohibente fœminas cōtrahere ſine conſenſu propinquorum, rectè putent filiam contrahere cum patre, quod Decius ſcribit. d. conſ. 26. & Alex. hoc caſu conſ. 29. lib. 3. numer. 12. Bald. l. pactum quod dotali. 21. quæſt. C. de collat. Lud. Rom. l. ſi

Art. 557. N. C.

quis mihi bona. §. quod si mãdauit. D. de acqu. hæred.

Igitur quærimus, An si filia maior minórve renunciauerit in fauorem patris omni suo iuri & portioni competituræ in eius successione an valeat, an vero & restitutio dari possit. Huius quæstionis decisio non est petenda à iure Imperatorio, nam vbique negatur talia pacta, aut vt loqui solent quictantias valere. d. l. pactum quod dotali. C. de pact. & l. pactum. C. de collat. Sed quod ius imperatorium negat, hoc ius Canonicum admittit, sed ita demùm si iuramentum interuenit. c. quamuis. de pact. in vj. sic tamen vt læsæ fœminæ multi dandam restitutionem putent, si minus legitima datum est, vt Ancharan. d. c. quamuis, & cons.:9. I:tè Decius. cons.26. Steph. Bertrãd. cons. 357. lib. 1. Guid. Pap. decis.224. Anton. Rub. cons.103. ex eo quia enormitatem læsionis putant inclusum habere dolum.

11 Hactenus iuris Romani & Canonici dispositio. Sed receptus vsus & certissima regnorum obseruatio & summorum tribunalium auctoritas ferè vbique hæc placita contempsit, quibus est vsurpatissimum *Art. 557. N. C.* etiam citra expressam Consuetudinem localem tales renũciationes admittere etiam posita minoritate filiarum, & secundum renunciationes iudicare fauore masculorum & agnationis, & cùm renunciationes fiunt ex causa matrimonij, propter quam solam causam dotes petuntur, vt quæ non alio fine vsurpantur, quàm vt mariti inueniantur. Nam cùm recepto iure fœminæ ex matrimonio communionem bonorũ mobilium & acquæstuum consequantur, tum doarium tertiæ partis bonorum mariti, satisfactum humanitati & officio paterno putarunt, si ista tanta filia à patris cura esset consequuta, etiam si de suo nihil cõtulisset. Nec obstat quòd inducatur inæqualitas inter liberos, quæ ratio o: iici solet, quia & sæpe alias induci contingit inter masculos & filias de iure Cõsuetudinario, & hoc casu renunciationis inducitur pacto & cõuentione non solo patris facto. Hic fauor agnationis de quo ante diximus, & pacta negatiua succedẽdi in filiabus vbique recepta testantur Italia, Gallia, Germania, ita necesse non sit allegare aut ponere in facto & probare talem Consuetudinem extare & haberi in loco. Sic vbique iudicatur. Memoranda sunt arresta quæ Molinæus citat è Curia Parisiensi, testis auritus & oculatus talium anno 1546. *entre le Seigneur de Nogent & le Seigneur de Brezé vn autre contre Antoinette des Vrsins Chambres assemblees, Autre pour Cannaye, Autre pour le Sei neur de Courtalain dit d'Auuaugour contre vne sienne sœur.* Nam vt ante dictum est, valde lex confidit de patre quod bene velit consultum filiæ, quod Castr. differit cons.275. lib. 1. Decius cons.26. Alex. cons.33. lib. 4. & 85. lib. 4. Curtius Senior. cons.27. & cons.80. Magna hîc testatio virorum eruditorũ, & qui magna nominis fama in rebus agendis sunt versati, idque semota omni particularis Consuetudinis mentione, ne quis ius locale aut circumscriptum imaginetur, & Corsetus decis. Tholos. 455. cùm sepiùs diuersum respondisset vt sententiis Romani Iuris addictus, tandem experimentis manus dare coactus est, victus auctoritate Curiæ suæ Tholosanæ, quæ crebrò filiarum renunciationes admitteret nonobstante dict. l. pactum quod dotale, & cæteris legibus, quæ de pactis futurarum successionum crebræ occurrunt. Quamobrem desinant iam hinc obstrepere, qui renũciantibus dandas restitutiones putant, quod ego faciendum nulli censeo, etiam *si le gouuernement n'est aduantageux*, non quidem vi huius articuli, sed vi renũciationis per conuentionem appositæ, & in stipulationem deductæ à patre. Quod itaque hoc Articulo habent à lege nobiles conditionis eximiæ, hoc cæteri ab sua cautione & prouisione habere possunt stipulando aut pacto conuento.

Ergo cùm quærimus, an mediæ nobilitatis pater- 12 familias filiam quam semel excluserit renunciatione, possit reuocare ad legitimam & quotam iure communi patrio debitam, hîc hęretur. Nam de aliis ante diximus, de quibus notauimus à Consuetudine videri cautum vtilitate primogeniti, Sed diuersa est horum ratio, quia cùm vnum ex liberis præhonorare prohibeantur, & æquali eos iure haberi necesse sit, consequens est talem non posse vni ex liberis acquirere stipulando ex causa lucratiua, sed quod homo eius conditionis acquirit, omnibus acquirit & hæreditatem suam auget: & per hæc verba quæ vulgò adiici solent contractibus, (*a quitté & quitte sondit pere de tout & tel droit qu'elle pourroit pretendre en la succeßion future d'iceluy*) omnibus æquè liberis acquiritur, quod & in fratre quoque stipulante Baldus putat. d. l. pactum quod dotali. C. de collat. & quos Boër. decis. 184. vbi portionem filia stipulante vno de fratribus, omnibus acquiri putat, si quidem ante aditam hæreditatem stipulatio fiat, veluti communi nomine facta intelligatur, quæ sic fit & procuratorio nomine, quod ipsum etsi non sine ratione ambigitur, an verè dictum sit in fratre, qui sibi potiùs consulere voluisse putandus est, tamen in patre nemo dubitat stipulationis vtilitatem descendere in omnes filios hæredes post mortem patris. Sed ita vt in vita nihil vetet patrem disponere de 13 eo quod sic acquisiuit vendere & profundere. l. in conuentionibus. D. de verb. signif. & alibi diximus, art. 220. verb. *pour luy & ses hoirs* : id cùm ita sit, consequitur in potestate patris esse, renunciantem conuentione admittere ad partem legitimam hæreditatis suæ, sicuti in matre diximus. Nam pater hæreditatis obuentionem potest præuenire dispositione licita inter viuos, quòd cùm facit nihil habent cæteri cohæredes quod conquerantur, si de eo quod pater acquisierat, ipse in vita disponat & omnes hæredes filios velit esse. Nec enim quidquã acquiritur hæredibus in vita patris, tum quia stipulando & per contractum non potest pater quibusdam ex hæredibus quærere, ita quod non aliis. l. continuus. §. vlt. D. de verb. obligat. quod secus accidit *au gouuernement aduãtageux*, vbi lex acquirit vni primogenito ex facto patris. Sic igitur censeo filiam renunciatione exclusam, voluntate patris admitti rursum posse, quia acquisitionem nouo consensu resoluere nullo iure prohiberi potest. l. si patronus libertum. D. de bon. libert. Doct. l. stipulatio hoc modo. D. de verb. oblig. & ea quæ in vita inhabilitata est, si se delatæ hæreditatis tẽpore habilem reperit, in partem suam admittitur, quòd totum pendet à volũtate patris, quia interim nulli ius acquiritur.

Hîc incidit etiam illa dubitatio, quæ non ita pridem 14 graues controuersias peperit, cùm bona fides olim & maiorum probitas de eo non dubitasset. Casus eiusmodi fuit. Pater quidam nobilis cùm splẽdidum matrimonium ambiret filio, puellæ mater tutrix eius & frater primogenitus negabãt se de eo quidquã acturos, nisi priùs cõuenisset de filiæ legitima delata puellæ morte patris, & de matris quoque successione quãdocunque euenisset, id omnino fieri oportere, nec velle affinitate inauspicata implicari controuersiis. Conditionem hanc auidè amplexus est pater, auidius filius, denique nil non erant concessuri si modo de matrimonio conueniret, petere se coniugem, bonorum rationem in eo se nullam iniisse, addebãtur amãtium periuria, & testes dij adhibebantur, & cœlum conscium, si secus faxissent. Denique de legitima filiæ

facilè

A facilè pepigerant. Pater pro filio intercessit, addidit & proprij nominis obligationem, sese de suo luiturum si quid amplius conuētis sponsus sponsáue petiissent.

15 In ea pacta matrimonium conuenit, nuptiæ initæ: sed ponè protinus Nemesis. Post aliquot annos voti compos sponsus, & extra aleam supplementum legitimæ

16 vxoriæ petit. Primogenitus cōuentus cœlum & testes diuos contestatur perfidè fieri, & contra pacta, dein ad leges cōuersus socerum conuenit, vt nurus factum præstet ex pacto, & suo luat quod sororius volebat auferre, & iudicatum abstulerat pro se primo iudicio atque adeò iterum ex appellatione in Curia Britānica, à qua tum prouocatio erat ad Parisiensem. B In causa appellationis maritus restitui in integrum se postulat aduersus pacta matrimonialia, causatus amorem, ætatem, & leues deos pronubos, & irrisa periuria. Huic se pater adiicit restitutione etiam postulata, vterque grauem læsionem caussificātes, & quod pater olim promisisset recidere denique in filium minorem & cōiugem, nullo iure eam legitima excludi fratris pacto potuisse, cuius non esset eadem cōditio quæ & patris filiæ hoc Articulo ad exclusionem, rem minorum agi quorum non esset legitima iuris sui eiuratio. Nam iniquissima conditione pactum esse de re vxoria cum C duplo paterna fortuna fraudaretur. Has facti positiones (quæ nos in foro facta solemus appellare, illa Curia admisit & probanda decreuit, indicio futuri Senatuscōsulti haud dubiè, si probata fuissent. De quo interrogati cōsultissimi quíque patronorum non eadem sensēre. Consultus dixi maiorem ab auctoritate eorū quos aliter sensisse appareret, scrupulum mihi iniici, quam ab iure. Nam ante ab Curia Britannica præiudicatum solemni iudicato cui prestantes Iurisconsulti interfuissent, nec ad id tempus de talibus controuer-

17 siis dubitatum. Quod si res spectaretur, malo more & exemplo videri conuētiones in conciliando matri- D monio factas inter maiores scientes & prudentes in controuersiam vocari, quo facto nobilium familiarū affinitates deterreri, & lites accendi, dum conuentis non statur, aliter non coituris coniugibus. Magna fraude id concedi quod conuellere cogites, præsertim si factum reuocari nequeat, & omnia in pristinū statum restitui rescissione non possunt. Nam vt tu habeas ego non habeam quod vicissim conuenit nullo iure fieri. Ergo patiendum potius quauis conditione quod aliter esse non potest, nec in pristinam causam humano facto reponi. E Multas tales cōuentiones apud maiores nostros de talibus valuisse, quæ nimium ingeniosorum hominum vitilligationibus conuelli, nec ordini nobilitatis, nec verò Reipub. conueniret: ferenda vetera etiam cum aliquo cuiusquam particulari incommodo, quod aliter in rebus esse nō posset. Inde odia, inimicitias graues seri, indo amicitias & fœdera familiarum cōfirmari vinculis matrimoniorum oportuisset. Sic futurum ne deinceps quidquam de affinitatibus conueniat, si talia commercia reiicerentur, & quod olim palam licuerat, deinceps fraudibus, antigraphis, & occultis conuentionibus quemque acturum, vt rei suæ morem gerat. Denique ante alios cō- F tractus omnes, matrimoniorum pacta esse ferenda, & summa cum fide & religione habenda, quod Bald. Salyc. Ioan. Fab. admonent. l. 1. Cod. si mancip. ita fuer. alien. Iacob. de sancto Georgio, & Purpurat. l. vlt. C. de pact. Panor. c. nulla ext. de conc. præben. Raph. Fulgos. cons. 33. Atque vt maximè ratio habeatur restitutionis, quæ à minoribus impetrata est, quos tamen ante docuimus sic cōuentionum in matrimonio capaces esse quantumlibet minores, quomodo & matrimonij sunt, sic vt donare quoque posse eos

Molin. alicubi asserat, quomodo quóve iure pater suæ obligationis & proprij facti reus, maior ætate & liberorum pater, & rerum suarū arbiter, nititur ad rescindendum contractum? ad quem meditatus venit olim pro magno ducens, si ad talem affinitatem peruenire posset? Nam & pro filio expromisit de filij obligatione, & suam ipse priuati nominis addidit, de reponēdo de suo quod lis eiurata abstulisset. Insidiæ parantur commerciis, si maior interuenit alieno contractui vt deciperet, si obstricta fide decollare licet, nec facta omnia restitui in integrum possunt, nec sua quisque habere potest. Quis nescit Iure Romano inductum, cùm persona minoris in contractu metuitur, eos qui sibi prospectum volunt, nec minoris personam sequi tutum putant, fideiussores, intercessores, sponsores, expromissores obligationū quæ cum minoribus fiunt exigere, quorum interuentu res in tuto collocetur. Id si ita esset, vt detur minorem sui facilitate deceptū, in quo hîc tota causa erat, cùm dolus non proponeretur, tamen intercessores non restituendos nisi dolus ex proposito intercessisset. Alioqui minorum obligationibus fideiussores nunquam accederent, aut inutiliter accederent, nunquam maior & minor correi vendendi acciperentur. Et quis nescit titulos de fideiuss. minor? Doctorum iudicia. l. Marcellus. D. de fideiuss. l. minor. D. de procur. l. si pupillus. D. de arbit. l. in causæ. 2. in princ. D. de minorib. & tales. Quis etiam non legit in hoc ipso scripto iuris patrij Articulos 464. & 467. in quibus palam est fideiussores in obligationibus minorum accedere, & à iure patrio auctoritatem habere. Quòd si verum esset, quo iure etiam restituto minore patrem restituimus expromissorem alienæ obligationis, cuius intercessione prospectum sibi contrahentes voluerunt, nullo pacto aliter contracturi? Et quæ causa restitutionis scienter & meditatè se obliganti, nisi fauemus insidiis commerciorum, qua sola ratione decora affinitatis coiisse constat, & insertam familiæ familiam aliam, & gētem colligatam fœdere. Quid verò quod in facto ampliùs etiam erat, quòd hoc casu non modo alienæ obligationi pater expromissor interuenerat. (Imò suæ cùm filij rem gereret) sed ipse suæ fidei reus obligationem in se receperat, proprio nomine obstrictus præstare, quòd contra fidem & pacta interuenisset, & de suo repositurum stipulanti primogenito. Hîc nulla causa proponitur de his quæ obligationes rescindunt: si creditor (ait Imperator) non vestram personam sed curatorum sequutus cum ipsis contractum habuit, nullam prorsus aduersus vos actionem habet. l. si creditori. C. de fideiuss. minor. Quæ tractatio est. l. si pupilli. §. 1. D. de negot. gest. Quòd si hoc casu primogenitus & mater personam patris sequuti sunt excepta minoris persona ab obligatione, consequens est patrem de sua ipsius obligatione teneri. Nam quo iure patrem ex persona minoris filij restitui aut læsionem caussificari alterius, cùm sciens & meditatus, & sui facti reus citetur: & miror in ea dubitatione text. expressum non succurrisse. l. 3. §. sed vtrum. D. de minor. si quis (inquit) dixerit filiisfamil. in re peculiari subueniendū, efficiet vt etiam per eos maioribus subueniatur, id est, patribus eorum, quod nequaquam prætoris fuit propositū: pretor enim minoribus promisit auxilium, non maioribus: & post paulò. Sed an hoc auxilium patri quoque prosit, vt solet interdum fideiussoribus prodesse, videamus: & non puto profuturum, vbi glos. sed hoc textu nihil disertius dici potuit in casu proposito. Quare patri datam restitutionem ex eo quod filius allegabat, & ponebat in facto de læsione, de amoris æstu, & talibus quæ ani-

noris personam personalissimè spectabant, manifestè iuri repugnabat, patri verò de sua ipsius obligatione ex eo quod filius deceptus erat, sine mente fuisse videtur. Nam filium restitutionem petere aduersus obligationem paternam, ex eo quòd quãdoque patris hæres futurus erat, rationem nõ habet aut patrem ex eo quod filius restitutus sit, ex causa læsionis aut ætatis. Neque enim filio ex persona patris viuẽtis, aut ex eius obligatione restitutio competit; de eo quod cum patre gestum est. Neque quisquã paternas obligationes rescindit ex eo quod hæres præsumptus sit, nisi hæres factus rescissionis causas in ipso facto paterno reperiat, ex persona quidẽ sua hæres nullas habere potest, si pater rerum suarũ compos fuit. Quare mihi omnino hæc dubitatio videbatur improbabilis, atque Britannicæ Curiæ iudicium sequẽdum, nec talium factorum aut restitutionis à patre postulatæ vllam rationem habẽdam in themate proposito aut similibus, sed in totum sequendas partium de talibus conuentiones quascumque, nisi dolus proponeretur, aut aliæ legitimæ rescissionum causæ, quæ non rectè hoc casu à persona vna transferuntur & nectuntur in alia, contra. d. §. sed vtrum. Sed dum aliter facimus, & vitiligatio commerciis strui nuper cœpit omnibus, necesse est, id quod videmus accidere, id est, cœlum terræ misceri, & infida euadere commercia rescissionibus passim inductis, & strepere tribunalia perfidia hominum insidiosorum. Sed quid non hæc ætas designat?

Art. 557. N. C.

GLOSSA 5.

1 *Paritas vnde iudicanda sit.*
2 *Præsumptio est æquali maritatã, quæ à patre sit maritata.*

A [d] *Pourueu qu'elles fussent suffisamment apparagées.*] Hanc conditionem excludendæ filiæ cęteræ quoque vicinæ Consuetudines amplexæ sunt. Nec enim patri de filia mercari permittitur, vt possit paruo indignum maritum redimere, sed talem quærere debet, qui conditioni filiæ, & suæ respondeat. Sic igitur pari locata oportet, quàm pater velit excludere. Tales dotes de paragio Neapolitani solent appellare, de quibus Afflictus decis. 160. Paritas dignitate, opibus, genere, ætate spectatur. l. quæro. §. cum post. §. gener. D. de iur. dot. l. si filiæ. D. de leg. 3. & quos Tiraq. in legib. connub. leg. 6. Lup. rep. c. per vestras. ext. de donat. int. vir. & vxor. Quòd si non omnibus insunt omnia nec eadem, tamen vt multa sint enitendum est, de quib in l. si volunt. C. de dot. promiss. quæ nisi adsint, sæpè etiam dari dotium rescissiones constitutum vt l. 1. C. si aduers. dot. Cùm adsunt alia cum aliis B compensantur. d. l. si voluntate. Proinde in casu dubio iusta est præsumptio sufficienter & pro merito dotatam, quæ à patre dotata est, quem locum Tiraq. tractat in præfat. l. si vnquam. num. 36. C. de reuoc. donat. Boër. decis. 3. Tiraq. lib. de nobilit. c. 20. num. 167. Decius cons. 26. Curtius Senior. cons. 27. Alciat. tit. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 2. Molin. ad Alex. cons. 29. Alex. cons. 33. lib. 4. & 209. lib. 6. Sed tamen contrarij probatio admittẽda est. Et est vbi multa industriæ, multa virtutis & morum ratio habeatur, alibi opum generis potior. Iure Romano putant patrem pro filio teneri obligationem subire de restituenda dote, si filius dignam duxerit. Bart. l. si cùm dotem. §. transgrediamur. D. sol. matr. Corn. cons. 202. lib. 2. Lup. d. rub. §. 23.

ARTICLE CCXXVI.

Artic. CCXVI. Novae Cons.

ELVY [a] qui a donné ne doit rien leuer des leuées depuis la donaison, & s'il prend aucune chose, il est tenu de le rendre au donataire, [b] s'il n'y a autre conuention.

IS [a] *qui donauit, nullos fructus percipere debet rei donatæ, & si aliquos perceperit donatario restituere debet* [b] *nisi alia sit conuentio.*

CENSVRA.

Hic Articulus inutiliter insertus est iuri Consuetudinario atque adeò imperfectè, cùm iuris Romani sit, & ordinarij, nec suas distinctiones contineat, vt infrà dicemus.

GLOSSA 1.

1 Donner & retenir ne vaut.
2 *Exemplum retentæ donationis.*
3 *Donatio acceptata, alterius facto non reuocatur.*
4 *Possessione tradita fructus debentur.*

1 [a] *Qui a donné.*] Plus aliquid vicinæ Consuetudines expressère Biturig. Syluanectensium, Blesensium, Aureliorum, Borboniorum, Trecensium, Parisiensium, Caluimontis, Aruernorum, apud quos illud in prouerbio, est *donner & retenir ne vaut.* Est enim retentio præsertim diuturna, testis non tam pœnitentiæ post actum quàm simulati actus ipsius, veluti initio aliud actum sit. l. sicut. §. superuacuam. D. quib. mod. pig. vel hypoth. Quare donatarium oportet insistere, vt rei actualis possessio tradatur cõdictione à Iustiniano reperta. l. si quis argentum. §. sed si quis. C. de donat.

C Itaque seriò agi & rem tradi oportet, adeò vt in casu 2 proposito cùm donatio facta proponeretur à quodam qui instrumẽti schedas & protocola apud se retinuisset, nec quidquam eorum apud Notarios extare voluisset, responderit Molinæus donationem non valuisse, vt quæ non esset habenda pro conclusa, veluti quam voluisset donator à sua potestate pendere idque ex facto se obtinuisse scribit Iudicato cons. 60. quod ego admiserim in donatione absenti facta aut nondum acceptata. Nam ea acceptata negandum est 3 ab alterius facto pendere, si quidem possessio translata D sit, quæ ipsa translatio quandocumque in vita donatoris fieri potest, vt & insinuatio. Deinde & retentio alias causas habere potest quàm actus reuocandi, quæ in facto pleræque incidere possunt.

Donatum autem inter viuos accipimus sic, vt donatarius protinùs fruatur, sed cùm dicit *a donné*, supplendum est & possessionem tradidit, quod hoc loco omissum est, vt & glos. suppleuit ab Iurisconsulto omissum. l. Nesennius. §. 1. D. de re iud. & l. ædibus. §. 1. D. de donat. vnde hic text. cùm sua ἐλλειψ descriptus est. Nam ante traditionem fructus non 4 fiunt donatarij, simplex enim donatio sine traditione ad fru-

ad fructuum restitutionem non obligat, quod glos. ait. d. l. in ædibus. l. cùm donatione. D. de donat. Re tradita fructus à donatore percepti restituendi sunt à quolibet possessore. l. videamus. §. si actionem. D. de vsur. l. cùm fundus. D. si cert. petat. & Ordin. Francis. I. anni 1539. art. 94. quæ fructus in omnibus personalibus iudiciis vult restitui non solùm à tempore contestationis sed & moræ; fructus igitur debentur re tradita à die traditionis, non tradita à die petitionis, de quo Alex. Rom. Imol. d. l. Nesennius.

GLOSSA 2.

[b] *S'il n'y a autre conuention.*] Si fortè conuenerit, ne A donatarius nisi ex die, aut casu, aut conditione incidente frueretur, aut post mortem donatoris, aut retento vsufructu. Nam legem dictam in donãdo oportet obseruari. l. legem. C. de donat. Bart. l. 1. C. de reg. Caton. Castrens. cons. 21. lib. 2. Nam retentio vsusfructus pro possessione est, quod Bald. Angel. Rom. notant. l. filiofam. 2. D. sol. matrim. Ias. d. l. Nesennius, & assentior Tiraquello, qui putat retentionem vsusfructus satis esse ad tollendam præsumptionem. d. §. superuacuam in tract. cõstit. part. 3. limit. 9. num. 10. Retentio rei igitur ex cõuentione non obest, præter conuentionem obest, & tales retentiones crebrò fieri videmus. Quin etiam Consuetudines quædam cauêre, ne tales interposuisse noceret.

ARTICLE CCXXVII.

NOBLE personne [a] peut faire sa volonté [b] de ses biens meubles [c] qui sont mouuables, [d] & en donner [e] à ses enfans iuueigneurs fils ou filles, [f] tout ou partie, ses debtes mobiliaires & son obseque payez tout premierement sur iceux meubles. ARTIC. CCCIX. NOVAE CONS.

NObilis persona [a] liberè disponere potest [b] de bonis [c] mobilibus seu mouentibus [d] & dare ea [e] suis liberis minoribus natu, [f] vniuersa aut partem eorum, ære alieno & funere antea super ipsis solutis.

GLOSSA 1.

Noble personne.] Siue igitur pater, siue mater, siue patruus, aut quicumque alius mobilia donare potest; potuit verò olim ampliùs aliquid, sed rectè restricta est ea potestas ad mobilia. Non eadem potestas fœminæ quantumuis nobilis, quæ ignobili nupsit, quia statum mutat, & capite minuitur. Sed nec mobilia à nobilibus quæsita ex mercatura in ea conditione sunt, nisi quidem resumpto statu, & desiit à mercatura, personæ enim præsentem statum sequuntur. Proinde hoc ius cuicumque nobili cuiusque conditionis tribuitur.

[a] *Peut faire sa volonté.*] Id est, liberè disponere, quod infinitæ potestatis est nullis metis circumscriptæ, quod Bart. ait. l. cùm quidam. D. de legat. 2.

[b] *De ses biens meubles.*] Licuit idem veteri Consuetudine de conquæstibus cõstitutione Ducis Ioannis annis 1301. sed ea desuetudine abrogata mansit. Proinde hîc loquitur de speciebus extãtibus. Nam immobilia ob hanc donationis causam distrahi non possent, esset enim hoc immobilia donare, & onerare primogenitorum legitimam, quod fieri nequit. l. qui in prioribus. C. de inoffic. testam.

[c] *Qui sont mouuables.*] Inutilis & sine corde adiectio. Mouentia pro mobilibus glos. accipit. l. vlt. D. de requir. reis subiiciuntur enim mobilibus vt species suo generi. l. mouentium. D. de verb. signif. Sed quantum ad hanc dispositionem inter ista nihil interest: sed reformatores veterem scripturam sine iudicio sequutos apparet.

[d] *Et en donner à ses enfans iuueigneurs.*] Quòd igitur pater nobilis donat filio Magistratus, militiæ, matrimonij splendidi, dotis aut donationis causa de mobilibus inter viuos, aut in morte sine querela est, nec mortuo patre collatio peti potest, si donatum probari potest. Nec hîc Iuris Romani distinctiones moramur de concessionibus in peculium quibus non vtimur, de quo illi. l. quod in fructuarium. D. de B acq. rer. dom. l. vltim. D. de pecul. legat.

[e] *A ses enfans.*] Has personas expressit, vt infinitam libertatem ostenderet alioqui valde prohibitas.

GLOSSA 2.

[f] *Tout ou partie.*] Sub nomine vniuersitatis, aut quotæ, aut corporum denique vt lubet. Sed de eo nos latiùs. Art. 219. sed mirandum donationi de parte mobilium ædici debitorum necessitatem: sed de eo suprà art. 220.

Quid verò si pater acquirat prædium filio, & filij nomine de sua ipsius pecunia. An mobile, an immobile donasse videatur. Si suo nomine emit, eius fit: si nomine filij, pecuniam duntaxat donasse videtur, res ipsa empta donatarij: pecuniæ fit, cùm nunquam in bonis fuerit donatoris, quod Doct. arbitrantur. l. filiæ cuius. C. famil. hercis. l. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi. Bart. l. quæ dotis. D. sol. matri. Nec ideo patri quæritur, quia eius propria pecunia fuerit, C quod glos. magna notat. l. frater à fratre. D. de cond. indeb. l. vxor marito. D. de donat. int. vir. & vxor. l. si donatione. C. de donat. nec in puncto iuris quidquam hoc casu quæritur patri, quem locum tractat Tiraq. §. 1. glos. 9. numer. 58. Denique talem acquisitionem admittunt pro vno de secundogenitis, etiam præsupposita prohibitione statutaria de donãdo immobilia, vt hoc nostro statuitur. d. l. si donatione. Roman. auth. ex testamẽto. & l. illud. C. de collat. Idem Rom. cõs. 469. Cast. l. cùm oportet. in princip. C. de bon. quæ liber. Socin. cons. 61. lib. 41. & cons. 92. lib. 1. & cons. 161. lib. 3. Bald. cons. 269. lib. 5. Angel. cons. 85. & 112. Corn. cons. 152. & cons. 135. lib. 3. Eodem iure vtimur, si pater debitum filij dissoluerit, aut mulctam pro eo dependerit, aut cõdemnationem animo quidem donandi. d. l. filiæ. d. l. quæ dotis, vbi Bart. & l. 1. §. nec Castrense. D. de collat. Sed de fundo aut re immobili nihil tale licet patri in liberos: sed pecunia patris immobile redimere pro filio in prohibitis non est. *Vide art. 510. & 511. N. C.*

ARTICLE CCXVIII.

Artic. ccxvii. Novae Cons.

BOVRGEOIS[a] & gens de basse condition[b] ne peuuent donner à aucun de leurs hoirs, soit pere ou mere, ayeul ou ayeule, bisayeul ou bisayeule, oncle ou tante, cousin ou cousine à l'vn plus qu'à l'autre, [c] si cause n'y a en la donaison [d] qui soit raisonnable.

[a] CIues & infimi plebeij [b] nulli suorum hæredum dare possunt, siue sit pater aut mater, auus aut auia, abauuus aut abauia, patruus seu auunculus aut amita (seu matertera, cognatus aut cognata) vni plus quàm alteri, [c] nisi ex causa [d] permissum sit.

CENSVRA.

Hic Articulus cùm donationem ex causa permittit exprimere debuit, an de mobilibus, an immobilibus intelligeret, an item causam onerosam, an & lucratiuam admitteret & donationem ob causam.

GLOSSA I.

[a] *Bourgeois.*] Primarij quique cuiusque ciuitatis ciues qui secundas à nobilibus tenent, & publicis conciliis intersunt; alij ab opificibus & mechanicis artificibus.

[b] *Ne peuuent donner.*] Et si nihil de rebus donatis est expressum, tamen de mobilibus potiùs statuisse videri potest, cùm præcedētis dispositio in eo subiecto versetur, & videtur qualitas qualitati opposita. Proinde nec dispositio ista tam inhumanè accipienda est, vt ne modicum quiddam donate liceat vestem, calcearium, aut quidquam tale, aut xenium. Quæ quidem donationes in vita fiunt cùm res traduntur hoc Articulo non tenentur, in morte non licet, l. viuus. D. de oper. libert. & alibi diximus. Nam pensiones, libros, equos militares donare vni ex hæredibus in vita quid vetat? Nec ista protinus collationi subiecta sunt, nisi donator caueat.

GLOSSA 2.

[c] *Si cause n'y a en la donaison.*] Hæc dispositio donari permittit ex causa: Causam intelligit accidentalem petitam ab externis adiunctis citra sanguinis considerationem aut affectionem, veluti meritorum & obsequiorum. Nam prohibita regulariter donatione in filios, ob merita & compensationem meritorum & obsequiorum donati non prohibetur, qui locus à Tiraq. exigitur. l. si vnquam. verbo donatione. Sed cùm de rebus soli quæritur, difficile est omninò sustinere tales donationes, prȩterquam alimētorum causa egentibus & ad vitam. Mirandum verò ne onerosos quidem in casu similis prohibitionis admitti. l. 1. C. de naturalib. lib. quod Doctores censent improbata glos. l. qui testamentum. D. de probat. de quo nos art. 450. Quare difficile omninò esset sustineri contractus etiam onerosos, & rarum est vt tales non subuertantur propter fraudis suspicionem, nisi vehementes probationes ostenderētur de meritis, hisque non vulgaribus & extraordinariis, etsi illo iure ab externis causis admittunt, quo casu negant in legitimam imputari. Bald. l. omnimodo. §. imputari. C. de inoff. testam. Bart. d. l. 1. §. nec Castrēse. D. de coll. bon. Alexan. cons. 55. lib. 1. Nam si in fraudem facti probantur cohæredum, nihil frequentius quàm imitari, *comme pour la terre de Lanrigan & la terre de la Riaye*, quæ externis accommodato vni ex hæredibus nomine, à matre communi venditæ erant interposita persona.

[d] *Qui soit raisonnable.*] Sed vehemens probatio de talibus causis exigitur: Nam confessio donatoris ad id non valeret inter prohibitos, de quo seria collectio Tiraq. d. l. si vnquam. verbo alienatione. numer. 21. Anchar. cons. 248. Alex. cons. 55. lib. 1. cons. 101. eod. lib. & cons. vlt. lib. 3.

TITVLVS

TITVLVS DECIMVSTERTIVS,

DE EXECVTIONIBVS, ET ÆSTIMATIONIBVS SEV VERO VALORE FVNDORVM INEVNDO.

TILTRE TREZIEME,

Des Executions, Prisages, & Appreciations.

AD RVBRICAM.

IVDICATI & sententiæ finis est executio, sine qua nil interesset iudicatum esse: Sententiam & iudicatum exequi, Iurisconsulti dicunt: & auctores Latini, leges exequi, actionem exequi, crimen exequi, sæpe sub titulo de accusationibus: pro prosequi ipsum, exequendi verbum passiuè accipi contra Grammaticorum regulas obseruatum. l. 2. D. de re iud. Sententiæ, inquit, exequuntur, quod alij dicere solent executioni mandabuntur & si parum vsitato Latinis sermone, quod tamen vsu suum fecere Iurisconsulti scholastici, apud quos frequentes sunt Priscianismi, quo si vti occurret, exemplo meliorum excusabitur.

ARTICLE CCXXIX.

APRES[a] condamnation, ou sentence donnée alencontre d'aucun, [b] le condamné a huict iours à payer, & satisfaire icelle, & [c] le Iuge qui a condamné doit executer sa sentence par luy, ou ses Commis, si l'execution se peut faire au dedans de son distroit, autrement faudroit executer [d] par requisitoire comme dessus. ARTIC. CCXVIII. NOVAE CONS.

POst [a] condemnationem aut sententiam datam in aliquem [b] condemnatus dilationem octo dierum habet ad soluendum, & satisfaciendum iudicato, & [c] Iudex qui condemnauit debet suam sententiam exequi per se aut suæ iustitiæ Officiarios, si executio fieri possit intra metas sui territorij seu iurisdictionis, aliâs si est extra territorium Iudex alterius territorij requiret vt talis executio permittatur.

GLOSSA I.

1 *Tempus iudicatis faciendis constitutum.*
2 *Prorogandum quandoque tempus ex causa in personalib.*
3 *Nulla dilatio temporis in restitutione rei, nisi, &c.*
4 *Nec in condemnatione ex delicti causa.*
5 *Sententia absolutoria per se exequitur, nisi, &c.*
6 *Tempore legali prorogato cautio præstãda de soluẽdo, &c.*

1 Huius Articuli tractatio petenda est ex l. 2. & l. debitoribus. D. de re iud. l. debitori. D. de iudic. quod ius Canonistæ transcripserunt in cap. quæréti. ext. de offic. deleg. & cap. quoad consultationem. ex. de re iudic. Qui pro tribunali cognoscit, inquit Iurisconsultus, non semper iudicati tempus seruat, sed nonnunquam prorogat, nonnũquam proarctat pro causæ qualitate & quantitate: & pro personarum obsequio, aut contumacia, sed perraro, inquit, intra statutum tempus sententiæ exequuntur: veluti si alimenta aliquibus cõstituantur, vel minori 25. annis subueniendum sit, idem & d. l. debitoribus respõsum ex quibus & l. 4. §. si condemnatus eod. tit. apparet fuisse veteri iurisprudentiæ iudicatis faciendis tempus quoddam constitutum certum, sed cuiusmodi fuerit, non satis liquet, quia tempus duorum mensium, de quo in d. l. debitoribus, pignoribus distrahẽdis præstitutum ap-

paret: lex quidem vlt. C. de vſur. rei iudic. hiſtoricè A commemorat fuiſſe duorum menſium, huius loco, quale idcúmque fuerit, Cõſuetudo octiduum ſtatuit. Poſtremò quadrimeſtre fuiſſe ad rei quidem iudicatæ vſuras exigendas iudicat. l. 2. & 3. C. de vſur. rei iud. Sed tamen apparet veteribus non eſſe conceſſum ſine cauſa id tempus prorogare, aut contrahere, etſi in coarctando difficultas maior, quia regula eſt. Indultum à iure beneficiũ nemini auferri oportere. l. adulter. C. de adulter. & quos ſcholaſtici auctores memorant, præcipuè Iaſon. d. l. 2. num. 23. Quod ſi in totum
2 omiſſum ſit, ſuppleri debeat à lege. d. l. 4. Prorogandi auctoritas vt & ratio melior eſt, ſi fiat ex cauſa: ſiue B Iudicis, ſiue arbitrij, arbitrium poſtuletur quod illi ſcribunt. d. l. 2. cauſæ ſumuntur à circũſtantiis arctandi, ſi magna eſt damnati contumacia in parendo iudicatis. d. l. 2. rurſum damnati inopia ſine culpa contingens, naufragium, incẽdium, bellorum calamitas, & quæ cauſæ tribuuntur prorogãdo tempori art. 611. Aurelian. Ordin. Obſeruandum vero ne inopi actori in cauſa alimentorum obſit dilatio, néve longior concedatur, & quam ferre nequeat agentis neceſſitas. Atque hæc in perſonalibus, in quibus dare aut facere
3 quiſquam damnatus eſt obligatione generis. Nam ſi C quis vendicatione conuentus, & de eo ipſo corpore iudicatum eſt, in quod executio facienda eſt, & poſſeſſio reſtituenda, aut ſi ſpecies eſt promiſſa, & ea extat, & nihil adfertur ad dilationem cauſæ præter huius Articuli diſpoſitionem, quæ hoc caſu non intelligitur: nam rei reſtituendæ abſentia, mobilium impedimẽta & exportatio, ſumptus in rem facti, pro quibus ſæpe retentio competit, alias cauſas dilationem habent, & fines differendæ executionis, quod Ioan. Faber. dixit. §. 1. inſtit. de offic. iud. & Angel. Bart. Bald. Angel. Alber. Fab. l. vlt. C. de exce. rei iud. aut ſi res abſit. l. quod legatur. D. de iudic. l. in fidei- D commiſſi. D. de vſur. aut ſi reparationum ſumptus debentur. l. colonus. D. loca. qui locus ab Tiraquello tractatur in retractu. §. 7. gloſ. 1. num. 11. & 14. Cuius rei prætextu, cùm prolixè lites obtenderentur iudicatis obuiam itum eſt, contracta dilatione art. 52. Ord. Molinenſ. Si nil cauſæ eſt protinus executio facienda in corporibus de quibus cognitum & iudicatum eſt quod art. 51. Molin. ſtatuit verbo. *promptement executez*, idem in obligationibus facti, in quibus factum protinus præſtari poteſt. l. continuus. §. ſi quis inſulam. D. de verb. oblig. Bald. d. l. vlt. C. de exce. rei E iud. ad finem.
4 Sed & ſi quis ex delicti cauſa dare aut facere damnatus eſt ex tempore dare & facere cogendus eſt: quia cauſa talis debiti excludit dilationis fauorem, quod Bald. ait d. l. vlt. etiam ſi pecuniæ damnatus ſit pro intereſſe aut reparatione: & alios complures caſus colligit Alex. d. l. 2. Felyn. & alij d. cap. quærenti. Sed & ex Arreſto damnatis dari has dilationes negant, quod ego non probo, cùm hæc tempora non ab homine, aut iudicantium auctoritate, ſed ab lege tribuantur, quæ & ordinarij & delegati quique Iudices dare debent, quod Bart. Fulgoſ. Iaſ. ſcribunt. d. l. 2. F
5 Notam vero in ſententiis abſolutoriis talia tempora non requiri, quia executionem non requirunt, & ſeipſas exequuntur, quod Bart. ait l. ſi cùm exceptione. §. quatenus. D. de eo quod met. cauſ. Quod verum eſt, niſi implicitum habeant factum, aut dationem ex parte abſoluti, quod ſæpe contingit. Quid vero de fructibus, aut vſuris rei iudicatæ à quo tempore veniant, lata diſputatio Boërij deciſ. 45. an à ſententia, an præterito demum tempore, quod iudicatis faciendis datur.

Porro notandum, quoties Iudex hoc tempus legale prorogat, quod parciſſimè faciendum eſt, toties 6
præſtandam eſſe cautionem de ſoluendo in termino, quod Abbas dixit, cap. quoad conſultationem ex. de re iud. quod & dicta Ordin. Aur. poſcit, & æquum eſt. Nam corpus necti ex quolibet debito ſero tandem inductum propter calumnias debitorum, niſi quidem ex contractu quod Bart. notat. d. l. debitori. & Iaſ. d. l. debitoribus.

GLOSSA 2.

1 *Decretum ex libello per interceßionem reſoluitur, &c.*
2 *Tempus legale in exequendo iudicato iure ciuili.*
3 *Quæ dilationem non patiuntur.*

[a] *Condemnation ou ſentence.*] Ϲυνθλόγει, vt ſæpe, niſi quod ſententiæ potius iudicantium ſunt, condemnationes etiam aliorũ, qui ex arbitrio aut compromiſſo iudicant. Quid vero in decreto Iudicis quod fit in 1
obligatum ex ſcripto ſæpe ex libello, reſpondeo nullam Iudicis interfationem, quæ ſine cauſæ cognitione fiat, ſententiam appellari, ideóque decretum ex libello ſententiæ vim non habet, & ita per interceſſionem reſoluitur in ſimplicem citationem, niſi quod interim manu ſaiſita, vt loquuntur, vi quidem inſtrumenti, non præcepti eundum eſt ad Iudicem. Quod ſi ad formam inſtrumẽti aliquid deeſſet, addenda non eſſet clauſula, *la main garnie*, quia id eſſet damnare inauditum, ſed deferẽdum interceſſioni de quo quidam Doctores. d. cap. quærenti. & Felyn. in Rubr. de iudic. Sed hæc pragmatici melius, & in puluere verſati Imbertus lib. 1. inſtit. for. cap. 53.
[b] *Le condamné a huict iours.*] Legalis hæc dilatio & iu- 2
ris poteſtate conceſſa citra Iudicis factum, nam & ſæpe omittitur & omiſſa ſupplenda eſt è iure Conſuetudinario. l. 4. d. §. condemnatus. Lege quidem duodecim Tabellarum triginta dies concedebantur æris confeſſis, quod Gellius lib. 20. ſcribit ſed tempus. l. 1. & 2. C. de vſufr. rei iudic. non videtur ad executionem rei iudicatæ præfixum, ſed ad curſum vſurarum inchoandum, quod & epigraphe indicat. Extat & in Codice Theodoſiano conſtitutio, quæ duorum menſium dilationem largitur, quibus lapſis duplicat centeſimas, quam abrogatam apparet. l. vlt. C. de vſur. rei iudic. Proinde non eſt hoc tempus in omni- 3
bus iudicatis indulgendum, & ſæpe iudicati materia per ſe non patitur, vt cum alimenta decreta ſunt infanti grauidæ vterum ferenti, medicamenta vulnerato, iſta enim dilationem non patiuntur, quod. d. l. 2. expreſſit. Nam & in omnibus interlocutoriis præſentem executionem fieri admittunt. Iaſ. d. l. debitoribus, & l. quod iuſſit improbata gloſſa. Bart. in l. à Diuo pio. §. in venditione. D. de re iudic. Etſi quidem non in omni prouiſionali ſententia id tempus præcidendum cùm debitoris inopia & agentis facultates indulgendum ſuadent ad conquirendam pecuniam. Sed vtcumque præcidi oporteat per Iudicem faciendum eſt ex cauſa, nec cuiuſquam priuati tantum arbitrium eſt quod illa. d. l. 2. ſatis oſtendit & l. debitoribus.
[c] *Le Juge qui a condamné.*] Ordinarius aut delegatus, non arbiter, de quo diximus art.
[d] *Par requiſitoire comme deſſus.*] Dictum art. 17. de quo nos ibi & textus cap. Romana. §. contrahentes de for. compet. in 6. Guid. Papæ deciſ. 574. hic Articulus in veteri ſequebatur 17. art. ideo dicebat, *comme deſſus*, quod inepte retulerunt reformatores cum tanto poſt illum interuallo hunc ſcriberent.

ARTICLE

Article CCXXX.

Le [a] Seigneur [b] pour ses rentes, droicts & debuoirs, [c] peut faire executer [d] en son fief, & [e] vendre de iour en iour & [f] d'heure à autre, [g] quand les exploicts sont deuëment faicts [h] mesmes contre vn nouueau detenteur de son fief, pourueu que le Seigneur, [i] ou ses predecesseurs ou [k] auteurs [l] soyent en possession desdicts deuoirs, [m] és trois ans derniers : Et si ledict Seigneur n'estoit en possession esdicts trois ans derniers, faut que pour raison desdicts debuoirs, [n] il vienne par action, sinon qu'il y ait [o] contract ou iugé portant execution parée. Artic. LXXVII. Nouas Cons.

[a] *Dominus* [b] *pro debitis feudalibus potest viâ* [c] *executionis manum iniicere* [d] *intra feudi terminos, &* [e] *vendere de die in diem,* [f] *de hora in aliam,* [g] *quãdo ritè factæ sunt executiones,* [h] *hæc etiam aduersus nouum vassallum, modo Dominus,* [i] *aut prædecessores eius, aut* [k] *auctores* [l] *sint in possessione dictorum iurium* [m] *à tribus annis proximis ante executionem; Et si dictus dominus non esset in possessione à tribus illis annis nouissimè elapsis, necesse est, vt ratione dictorum iurium,* [n] *veniat seu experiatur actione, nisi esset contractus, aut iudicatum* [o] *habens executionem paratam.*

Glossa I.

1 *Ordinaria debita feudorum seu naturalia.*
2 *Extraordinaria debita seu accidentalia feudi.*
3 *Nulla differentia in executione pro debitis ordinariis, aut extraordinariis contra Molinæum & nu.4.*
4 *Dominus feudalib. & Censuariis permissa prahensio & executio.*
5 *De censu patrio super quo est tantum hypotheca.*
6 *Pro reditu constituto executio fieri non potest.*

[a] *Le Seigneur.*] Feodal, quod verba, *en son fief*, subsequentia indicant idem de vsufructuario, procuratore, tutore, marito; de quibus sigillatim Molinæus B agit. §.1. glos.1. tit. de feud. Ibidem de doaria, & simplici possessore.
[b] *Pour ses rentes, droicts & deuoirs.*] Putat Molinæus tit. de feud. §.22. num.125. multùm interesse, quoad hanc facultatem executionis, aut manus iniectionis, quæ Domino tribuitur pro debitis feudalibus, an ordina-
1 ria sint debita, an extraordinaria. Ordinaria vocat,
quæ aptius feudistæ appellare solent, naturalia feudorum, de quibus nos in Rubrica de feudis diximus, hoc est, ea quæ à Consuetudine ipsa sunt inducta, & ab ea debentur, etiam si expressio eorum facta non sit in concessione, *comme l'hommage en fief noble les ventes, le chambellenage.* Talia enim in omni feudo regulariter debentur, & peti possunt, etiam si de his nil sit cau-
2 tum. Extraordinaria vocat, quæ non à consuetudine, C
sed ab conuentione debentur, vt in ipsa concessione, pacta, & deducta in promissionem, vnde feuda pactionata appellari solent, hoc est, quæ non ex prouisione legis, vt superiora, sed ex prouisione hominis debentur, nec deberentur, nisi expressa essent : huius generis debita multo plura sunt, nec quisquam Dominus nõ talia habet, tam diuersa & varia, quàm hæc hominum facta & conuentiones esse solent. Positâ distinctione multis agit Molinæus. d.numer. 125. & item. §. 52. numer. 52. numer.12. titul. de Censib. vt probet pro naturalibus dumtaxat, quæ à lege, aut consuetudine inducta sunt competere hanc executionis viam, aut præhensionis, vt quæ consuetudo & nõ

A alia induxerit, & ad quæ sola potestatem suã accommodauerit, nec conuentorum eandem esse legem, sed actionibus experiendum, nisi quidem instrumenta conuentionalia, hanc eandem viam concedant. Hoc 3
Molinæi somnium, multa conuincunt, & arguta dicti demonstratio ostendit non vtilem ad vsum, tradi distinctionem; facit enim consuetudinem, cùm *droicts & debuoirs* dixit, de his tantum intellexisse, quæ ipsa inuexerat, & ludit interpretatione ex vulgatis regulis, sed minimè stringentibus. Neque enim consuetudo minorem auctoritatem tribuit conuentis, & prouisione hominis inductis, quam à se ipsa, cùm legitimis conuentionibus inductæ sunt in concessionibus B feudalibus, & negatio talium iniuriam, & ingratitudinem arguat eius, qui à lege beneficium accepit, cui hoc modo Molinæus fauet, & fauere docet recusantibus. Nam si debetur, cur exequi, quod debetur, nõ licebit, si denique in processu doceri potest, aut verò Dominus, in possessione est, & negatione spoliatur: Neque enim hic argutiæ spectandæ, & executionum formulæ odiosæ, cùm subinde ille dicat, & verum sit, res transigi oportere inter Dominum & vassallum, ex bona fide, nec vt inter infensos ex sacramento vassalitio, quod etiam vtilitatem continet. Nam cùm ista transierint in conuentionem, tam sustinentur à consuetudine, quàm quę inducta sunt ab ea, nec differunt talia debita iure, aut auctoritate, sed genere inducendi, cùm tam liceat ex conuentione inducta exequi, C quàm ex lege, & patet in instrumentis garentigiatis, quibus vtimur, quibus cùm lex & ordinationes semel suam vim addidêre, nihil inter legis potestatẽ, & conuentionem interest. Adde, quod in talibus semper clausula adiicitur in recognitionibus, & professionibus, post talium debitorum enumerationem: *& à ce faire fournir, & accomplir, s'est ledict N. obligé sous l'hypotheque desdictes choses, tant qu'il sera teneur d'icelles :* Quæ tamen pluribus refelli non oportet, cùm hic Consuetudo, verbo *rente*, vtatur, quæ ex lege, & Consuetudine, deberi non potest, cùm Consuetudo, nullum reditum induxerit in feudorum natura, quod Molinæus agnoscit. d.§.22. num.126. & probatur expressè Articul. 344. infra, & necessariò ex conuentione de-

beri præſupponendum ſit, & tamen Conſuetudo pro
eo eandem exequendi poteſtatem tribuit, quam pro
laudimiis, homagij defectu, & talibus quæ à conſue-
tudine inducta ſunt, quod Molinæus ſibi inauditum,
& inuſitatum cõfirmat,& inutili diſtinctione alit vaſ-
ſallorum contumaciam aduerſus dominos, cùm om-
nia reparari poſſint cognitionibus ordinariis, ſi quæ
perperam admiſſa ſunt. Poſtremò hæc dubitatio in
4 totum ſublata Ord. Caroli IX. anno 1563. quo diſertè
permiſit, viâ præhenſionis, & executionis vti non ſo-
lum Dominis feudalibus,ſed & Cẽſuariis, aut ex qua-
libet fundiali conceſſione agẽtibus ex debitis quibuſ-
que,ita ne aliter manus Domini eximeretur, niſi cõ-
ſignatis trium annorum prætenſis debitis, ſi plurium
peterentur. Quominus iam dubitari poſſit,reiiciendâ
Molinæi diſtinctionem,itavt ille.d.§.52 putauerit in-
ductum in cenſu ex illo. §. non eſſe producendum ad
feudum, planè iniquâ cenſurâ, quam omnium tribu-
nalium vſus conuincit. Sed ille vir cogitationibus fre-
tus feruore ſcripti tam ſæpe abripitur, vt ante dixiſſe
ſæpe deprehendatur,quàm dicenda putauerit,& ideo
ſæpe in ſeipſum incurrit,& in cenſibus conuellit,quæ
in feudis confirmarat. Illud abſurdiùs, quòd ne con-
uentione quidem tribui cuiquam exequendi poſſe
putat, aut arreſtandi,§.52.gloſ.2. numer.16. & gloſ.1.
num.178.& 188. quo loco ex diametro oppugnat,quę
dixerat. §.1. gloſ.4. num. 8. in feudis ex l. creditores.
C. de pignor. In totum igitur ſublatâ dubitatione in
debitis feudalibus,aut fundiariis,de reditibus quoque
pecuniâ conſtitutis dubitatum ſcio, an ab eo qui in
poſſeſſione eſſet debiti vno de tribus antecedentibus
annis,hæc ſiue præhenſio, ſiue executionis via admit-
5 ti deberet,& pro arreragiis executionis via tentari. De
cenſu quo vtimur, dubitari itidem poterat,cùm fun-
dus datur lege ſoluendi annui cenſus ſuper fundo cõ-
ceſſo, & haud dubiè Molinæus probaturus non erat
executionis viam, niſi illo. §.52.expreſſum eſſet,in re-
ditu conſtituto multominimè. Sed de cenſu Franci-
co illo non erat bona futura argumentatio ad noſtrũ,
propterea quod illorum vſu, Cenſus dominij directi
retentionem importat ex parte dantis, cuius vi mul-
tum iuris retinet in rem datam. Sed noſter Cenſus
nihil tale habet: Nec vllum ius in re retinetur ab dã-
te in cenſum vſu patrio, præter ſimplicem hypothe-
cam pro continuatione cenſus, quare multominus
iuris eſt noſtris cenſuariis dationibus ex parte dantis.
Quare non futura erat in cenſu poteſtas exequendi,
niſi dicta Ordin.1563.ſuperueniſſet,quæ expreſsè exe-
cutionem permittit pro debito ex omni fundi con-
6 ceſſione. Sed ſupereſt dubitatio de reditu conſtitu-
to pecunia, in quo nullum retinetur dominium, nec
aliud præter conuentionalem hypothecam ſine da-
tione fundi: in quo ſic habendum, nullum ius eſſe ta-
li creditori procedendi per viam executionis,præſup-
poſito non extare inſtrumentum garentigiæ, aut
ſententiam, cuius vi fieri poſſit; neque habet aut iu-
riſdictionem, aut dominium directum, ſed eſt ſim-
plex creditor ſub hypotheca debiti ſucceſſiui. Quod
ſi in poſſeſſione eſt debiti, non valet hæc ratio ad
viam executionis intentandam, ſed ad poſſeſſorium
intendendum & vincendum in eo, ſi ſolutio derre-
ctatur. Sed cùm in actibus diſcontinuis vltimus actus
præcedens conſtituat, aut conſeruet poſſeſſionem.
cap. cùm Eccleſia Sutrina. ex. de cau. poſ. & pro-
priet. & quos nos congeſſimus in partagiis quæſt.25.
is cui ſolutum fuerit, probando de ſolutione vincet
in poſſeſſorio, ſed non erit bona conſequentia proce-
dendi per executionem, nec debet fieri illatio de de-
bito feudali ex hoc textu, aut Cenſuali, aut ex cau-
A ſa fundi in ſpecie conceſſi ad reditũ, in quibus aut do-
minica, aut iuriſdictionalis poteſtas retinetur ad di-
uerſæ conditionis reditum, aut obligationem, de qua
Conſuetudo nullo modo intendit, ac ne Ordinatio
quidem, cùm expreſſione fundiariorum debitorum
alia excluſiſſe intelligatur, præſertim in ſtricta & ex-
traordinaria via executionis per rationes Molinæi,
d. §. 22. num. 125. & d. §. 52. num. 12. quas ego hoc
quidem in ſubiecto probo in ſtatutis præſertim, vn-
de nullo modo debet fieri extenſio de vno ad aliud
diuerſum.

B

GLOSSA 2.

1 *Præceptum de ſoluendo non præcedit.*
2 *Sayſire licet aduerſus vaſſallum annalem poſſeſſorem, &c.*
3 *Extra territorium non lege agit dominus.*
4 *Fructus pendentes & ſepatati non manu mutata ſayſiri poſſunt.*
5 *Non idem de Mobilib.*
6 *Ob defectum iurium dominus non facit fructus ſuos, &c.*

C [c] *Peut faire executer.*] *Saiſir, arreſter les fruicts* hæc enim in
feudalibus executionis rationes ſunt: Molinæus vbi-
que ponit duplicem iuriſdictionem,vnam Domania-
lem cuius vi Dominus per ſe aut priuatam, aut do-
meſticam familiam præhendere, & exequi poſſit, &
ad manum ſuam ponere,vt dicit;aliam contentioſam,
de qua ille. §.1. gloſ.4. num.8. ac propemodum con-
ſentit Articulus 67.ſupra,cùm dicit,*le Seigneur peut exe-
cuter par luy ou ſon Sergent*, & Art. 37. de quo nos. d.
Art.67. Certe nobis inauditum, & inſolens eſt aliter
quam per Apparitores, & regulari executionum via
facere, aliter cenſentibus multa abſurda & iniuria
D euenire neceſſe eſt, de quo nos Art.116. ſupra, & Mo-
linæus agnoſcit.d.§.1.glo.4. Notandum verò,ad hanc 1
executionis facultatem tribuendam,non requiri prę-
ceptum, aut ſummationem fieri vaſſallo, aut eius fa-
miliæ, de ſoluendo, quod in omnibus executionibus
aliis regulariter obſeruatur,itavt vaſſallo poſt factum
denunciet,ſi quidem in feudo eſt: nam extra,require-
re non tenetur,quod Molinæus notat.d.gloſ.4.quod
verum eſt. Aduertendum autem,quod de Conſuetu- 2
dine, nulla talis præhenſio fieri poteſt, poſtquam an-
no toto, vaſſallus fuit in poſſeſſione, ex quacumque
E cauſa fiat præhenſio per Art. 115. & quæ ibi notaui-
mus. Sed tamen ea diſpoſitio videtur immutata per.d.
Ord. anni 1563. quę etiam ſaiſire ei permittit,cui trium
annorum reliquiæ deſunt, & qui cõſequenter in poſ-
ſeſſione non ſit quæ Ordinatio ſeruanda eſt,& quæ in
Ordinatoriis & executiuis poſſit derogare Conſuetu-
dini ſcriptæ, & quæ publicata ſit ſine exceptione lon-
ge poſt receptam Conſuetudinem, quod valde notari
conuenit.
[d] *En ſon fief.*] Intra feudi terminos, & territorij fines, 3
extra eos enim legis actio nulla eſt præiudicio id qui-
dem magis dominorum quam vaſſallorum, quibus
F cùm vere debitores ſint, præiudicium non fit niſi ex
forma; cùm materia ſubſit, ſed domini dumtaxat ter-
ritoriorum offenduntur,quibus permittentibus, non
abnuerim ſpretis argutiis formarũ, executiones fieri
poſſe *par pareatis*, nec admiſerim interceſſiones vaſſal-
lorum, ſi debiti iuſtitia conuicti, nil adferunt præter
formarum offenſiones. Sed tamen regularis obſerua-
tio eſt intra territorium lege agi. l. vlt. D. de iur.om.
iud.l.4.D.de off.præf. l. contumacia. D.de re iud. Sed 4
de fructibus pendentibus eadem ratio, cum pars fun-
di ſint, quia capi, & ſaiſiri, & arreſtari poſſunt: ſepa-
rati,

rati, etsi auecti sint, tamen, quamdiu in bonis vassalli
sunt, præhendi & ipsi possunt, si in feudo depræhen-
dantur, distracti manu mutatâ non possunt, nisi ex
forma Artic. 245. quia & ipsi sunt rei hypothecatæ
pars, & si sint proprietas separata, non amplius pars
rei immobilis, quod ait Bald. c. quæ in Ecclesiarum.
ex. de constit. tamen à re hypothecata proueniunt &
sunt pars hypothecæ. l. prædiis. D. quib. ex caus. pig.
tac. contrah. Et in ea dominorum potior est causa,
quamdiu quidem extant, nec sunt alienati, de quo
Molinæus. §.52. glos. 1. num. 51. & 57. & §. 1. glos. 5.
5 num. 14. & glo. 1. quæst. 3. Sed mobilium non idem
ius est, quia à dominis pignerari nô possunt, ista enim
in obligationem vassallitiam non cadunt, quæ potius
rem respicit, nisi quidem vi adiectæ ordinariæ clausu-
læ, *des biens & amendemens, qui dedans icelles choses seront
faicts & trouuez*, quæ etsi adiecta non sit, *par les tenuës*,
pro adiecta habêda est, vt per errorem omissa, l. quod
si nolit. §. qui assidua. D. de ædil. ed. Bald. Cast. Ias. l. er-
rore. C. de testam. de quo Mol. §.1. glos. 5. num. 13. &
§. 63. num. 14.
6 [e] *Vendre de iour à iour.*] Non igitur manus iniectio
ista est, aut præhensio immobilium, in qua Dominus
faciat fructus suos ea pendente, prout in casu. §. 1.
Conf. Parisiensis, quia nullo casu Dominus facit fru-
ctus suos ob defectum iurium, nisi ob homagium
non factum, vt Art. 323. Sed est mera pigneratio,
& executio ob defectum debitorum ex causa feu-
di, ex qua nihil amplius infertur, quam debiti con-
secutio.
[f] *D'heure à autre.*] Contra regularem ordinem pigne-
rationum, vt Art. 233. & 234.
[g] *Quand les exploicts sont deuëment faicts.*] Apparet hîc
agi de forma iurisdictionali executionum non per pri-
uatam familiam, aut per Domini manum, nonobstan-
tibus quæ Molinæus dicit. §. 5. nu. 73.

Glossa 3.

1 *Fit executio contra vassallum successorem vniuersalem, aut singularem.*
2 *Et pro arreragijs cum distinct.*
3 *Dominus feudi qui est possessor.*
4 *Vnus de tribus annis.*
5 *Actione agendum à Domino.*

1 [h] *Mesmes contre vn nouueau detenteur.*] Notandum quod
dicit Consuetudo, posse etiam aduersus nouum vas-
sallum procedi per viam executionis intra feudum, &
feudi terminos, siue is successor vniuersalis sit, siue
singularis, de quo in verbis expressis non est dubitan-
dum respectu eorum debitorum, quæ pro tempore
suo debet, hoc est, quæ deberi incœperût, ex quo tem-
2 pore vassallus feudum ingressus est, & possedit. De re-
liquiis siue arreragiis priorum vassallorum, si quæ de-
beantur, an idem permittantur, maior dubitatio, in
quo tamen concludendum est aduersus vniuersalem
successorem posse procedi, quod Articulus sequens
decidit, *sommation de quinzaine precedente*. Aduersus sin-
gularem successorem puta emptorem, aut donatariû,
aut tales non posse putat Molinæus. §.1. glos. 9. nu. 28.
Quod ego verum puto, antequam nouus vassallus vo-
cetur ad hoc, vt res vassallitio declaretur hypotheca-
ta, atque adeo vt præhendere liceat ex defectu solu-
tionum, sine quorum onere res alienari non potuit, ex
regula tit. sine censu vel reliquiis &c. nisi contra talia

A arreragia appropriatum sit, provt potest. Sed antequâ
vocetur, & cum eo debitum antecessoris singularis
probetur, non puto posse per viam executionis pro-
cedi, nec per viam præhensionis ex defectu quidem
hominis, & homagij aduersus quemcunque detento-
rem feudi posset, ante annum perfectum possessionis
vassalli, ex d. Art. 323. & 334. & 125. Et quod de præhê-
sione dicimus, idem putamus in retentione feudi ex
vna alia causa saisiti, dummodo de causa retentionis
constet in promptu, alioqui interim faciêda esset ma-
nus leuatio, nonobstante eo quod Molinæus scribit.
B §.1. gl. 9 nu. 35. quia res ipsa conuenitur, non homo,
quod ille latè differit glos. 5. eiusdem. §. 1 nec hîc vlla
personalis actio imaginanda est, cùm in totum realis
sit; nec discussionem exigit, adeo vt quæuis persona-
lis promissio respectu talium debitorum quæ non-
dum quidem cesserunt, possit elui feudi refutatione,
quod ille tractat. d. §.1. glo. 5. nu. 3. & Tiraq. in retract.
§. 6. nu. 6. & 7. §. 34.
[i] *Ou ses predecesseurs.*] Notandum hîc ex mutatione Do-
mini, non impediri executionis facultatem, sed tamen
opus esset, summatione, in eo casu ex parte Domini,
C ex Art. 328. cum in hærede multomagis obligatio re-
quiratur, Art. seqq.
[k] *Ou autheurs.*] Tam singulares quam vniuersales.

Glossa 4.

[l] *Soyent en possession.*] Etiam si verè Dominus feudi 3
non sit, verbum enim Domini verificatur in possesso-
re, quod Speculator dixit, tit. de probat. §. vlt. versi.
sed pone statutum, Alb. 2. pact. statut. quæst. 74. &
quæ latius Molinæus. §. 1. gl. 1. quæst. 10. Deinde hîc
dominium non principaliter deducitur, latè Molin. §.
D 61. quæst. 9.
[m] *Es trois ans derniers.*] Hoc est, vno aliquo de tribus 4
annis, proximè ante executionem præteritis, qua fi- En l'vn des
gura dicitur in interdicto de itinere priuato, qui hoc trois ans
anno ierit, id est, anni non minus triginta diebus. l. 1. derniers
§. 1. D. de itin. act. priu. & hoc quoad exequendi facul- dict art. 78. N.C.
tatem, quia, vt dixi, quoad possessorium solus vltimus
annus constitueret in possessione, ante turbationem
possessionis anterioris anni nô sufficeret ad exequen-
di vim vnus de tribus annis, quanquam per Ord. anni
1563. pro talibus via præhensionis concessa est sine li-
E mitatione actuum possessoriorum, cùm de debitis
realibus agitur.
[n] *Il vienne par action.*] Experiendum est actione, cùm 5
nec possessio suffragatur, nec instrumenti publici vis,
aut auctoritas, quibus solis executionis authoritas, &
ius tribuitur, ne alioqui multa absurda incurrant. Sed
& petitorio erit agendum deficiente annali possessio-
ne. ex d. Art. 334. & 115. Atque ista iure communi, sed
illa Ordinatio anni 1563. executionis vim indetermi-
natæ possessioni tribuit.
[o] *Contract ou iugé.*] Vt quidem accidere solet, cùm ex-
F tant concessiones feudales, aut professiones, & reco-
gnitiones, quibus prædictæ clausulæ, *& à ce faire payer
& fournir s'est ledict N. obligé.* Talibus enim & omni-
bus garentigiatis tribuitur executio, Ord. 1536. Art.
40. & 1539. Art. 66. & toto regno vsurpatum est, &
Art. 235. infra hoc tit.
[p] *Dedans l'an.*] Sententiæ enim post annum executio-
nis viâ non tribuitur, nisi vocatâ parte, vt infra Art.
233. & alibi dicemus.

Article CCXXXI.

Art. lxxix. Novae Cons.

Aussi peut le Seigneur faire executer, vendre & exploicter en forme que dessus, pour ses ventes[a] liquidees[b] à l'encontre de l'acquereur[c] ou son heritier, [d] intimation de quinzaine prealablement faicte audict heritier.

Potest etiam Dominus, viâ executionis vendere, & expletare, vt supra pro laudimiis [a] liquidis[b] contra emptorem,[c] aut eius hæredem, [d] intimatione seu denunciatione quindecim dierum ante factâ dicto hæredi.

Glossa I.

1 *Executio pro laudimiis* la main garnie.
2 *Executio non fit pro debito non liquido.*
3 *Laudimia de se liquida &c.*

1 Plures extant regno Consuetudines, quæ executionem præcisam permittant pro laudimiis non minus quã ista, quas Molinæus memorat. §.52. nu.64. Quædam non præcisam, sed resolubilem in casu oppositionis. Hæc præcisam permittit, *l'exploict tenãt & la main garnie*, & ideo ante manus non leuatur, quam solutio fiat, aut consignatio in manibus Domini, idem etsi viâ executionis in mobilibus procedatur.

2 [a] *Liquidees.*] Generale est in omni debito, vt executio pro eo aliter fieri non possit quam pro liquido, quod & Art.207. expressum est. Et rectè Baldus ait, impediri executionem exceptione, quod non sit liquidum debitum l. 1. C. de iur. & fa. ignor. & l.2. C. de exec. rei iud. l. ita stipulatus sum te sisti. D. de verb. obl. l. tutores à patruo. D. de confir. tut. l. 2. C. de sent. quæ sin. cert. quant. prof. Barbat. cons. 2. col. 5. lib. 5. & consil. 35. vol. 4. Socin. consil. vol. 2. Cumanus cons. 136. Calcan. 3 consil. 27. Ias. l. 1. C. de edend. Etsi laudimiorum quidem liquidatio persæpe fit à lege, propterea quod ex C more territoriorum determinatur laudimiorum quota à pretij quantitate, alibi cùm octaua, alibi sexta, alibi alia quota debetur tam ipsa certa quam pretium: nec respicienda est cuiusquam causatio de non liquido, ab eo qui instrumẽtum emptionis penes se habet: Certum est enim tam quod per relationem ad aliud scitur, quam quod per se exprimitur. l. certum. D. si cert. pet. Euenire tamen potest, vt omnino liquidatio necessaria sit, cùm res plures vno pretio veniere in A dominio directo plurium dominorum, ita vt quota ignoretur, quæ cui debeatur.

Glossa 2.

1 *Actio personalis diuidit laudimia &c.*
2 *Hypothecaria aduersus possessorem solum &c.*

[b] *A l'encontre de l'acquereur.*] Diximus Art. 71. supra 1 factam esse diuisionem laudimiorum ab ipsa Consuetudine inter emptorem, & venditorem, quod sic intelligi conuenit, cùm personali agitur à dominis feudalibus aduersus contrahentes, quo casu partitio B Consuetudinaria spectanda est. Sed tamen si Dominus realiter venit possessorem conuenire, vt detentorem feudi sui ante receptionem in homagium, & aperturam feudi clausam, potest, si libet, nec cogitur ab re absistere: quod hîc dicit, *contre l'acquereur* hypothecaria scilicet, aut per executionem, & præhensio- 2 nem rei, & manus iniectionem in fructus rei: & regulariter talia ab Emptoribus debentur. ex l. debet. D. &c. de ædil. ed. & quæ diximus. d. §. 71. Ista enim debita &c. realia sunt. Similiter, & cùm dicitur, *quitte de Cours en francs deniers*. Quæ clausula ab contrahentibus apposita dominis quoque prodest, & ille Art. 71. inter ipsos inter se contrahentes accipitur: sed Domini respectu C hic Articulus tribuit persecutionem in rem aduersus detentorem, qui idem emptor est; itidem & retrahens non minus quam emptor ad ea tenetur Domino prosequente, quod Tiraquellus exequitur in retractu. §. 29. glos. 2.

[c] *Ou son heritier.*] Detentorem & ipsum feudi, alioqui personali agendum foret, & pro quota. d. Art. 71.

[d] *Intimation de quinzaine.*] Dicemus Articulo sequente.

Article CCXXXII.

Art. ccxix. Novae Cons.

Et pareillement peut ledict Seigneur faire executer, & exploicter en la forme que dessus, [a] pour ses amendes, à l'encontre du condamné [b] ou son heritier, intimation de quinzaine prealablement faicte audict heritier, pourueu que l'execution soit faicte [c] dedans l'an de la condemnation d'icelle, [d] sinon qu'il y eust obligation pour lesdictes amendes, auquel cas l'execution se pourroit faire apres ledict an.

Itémque potest dictus Dominus, viâ executionis, exequi & manus iniicere forma supra scripta, [a] pro mulctis feudalibus contra condemnatum, [b] aut eius hæredem, denunciatione

tione tamen quindecim dierum primùm facta dicto hæredi, modo executio fiat [c] intra annum condemnationis, [d] nisi esset contracta obligatio pro huiusmodi mulctis, quo casu executio fieri posset post dictum annum.

GLOSSA I.

1 *De mulcta ratione feudi est artic.*
2 *An probanda hæredis qualitas antequam teneatur pro decessore.*
3 *In ordinatoriis aut executiuis ordinationes tollunt consuet.*

1 [a] *Pour ses amendes.*] Hoc de mulctis intelligendum est, quæ à causa feudi immediatè procedunt: nam de iurisdictionalibus simpliciter alia censura est, propterea quod pro talibus res immobiles distrahi nequeunt, quod Art.608. infra est cautum, mobilia possunt, sed & manum in mobilia iniici receptum pro debitis ex causa feudi. Mobilia de quibus hîc statuere videtur, pignerari possunt, sed & immobilia capi, & saisiri, atque etiam distrahi possunt: talium enim alia causa est, & si insolens est.

[b] *Ou son heritier.*] Antiquo iure non putabant ex obli-
2 gatione defuncti quantumcunque præcisa, posse per executionem procedi ante confessam, aut probatam hæredis qualitatem, eo vocato ad declarationem dictæ qualitatis, cuius rei sententias collegit Boer. decis. 10. Ang. l. Oratio. D. de feriis & Chass. rub. *des censes*, §.6. glo. vlt. Io. Fab. l. vlt. C. de excep. rei iud. Atque ea erat veterum sententia, & vsus fori, vt in cessionariis quoque debitorum alienorum. Sed prodiit Ordinatio Francisci Regis anni 1536. quæ Britaniæ edita est Art. 40. quæ idem statuit, quod hîc Consuetudo, vt aduersus omnem hæredem procedi possit per viam executionis, data quindecim dierum intimatione. Subsecuta alia eiusdem Francisci, anni 1539. Art. 72. quæ sine vlla intimationis necessitate statuit, *que le maintenu heritier peut estre executé.* Sed ea abrogata est ab Henrico II. anno 1549. & prior illa obseruari desiit. Quare hæc dubitatio ex ista iurium mutatione mansit, an abrogata illa anni 1539. illa nostra anni 1536. & hæc ipsa Consuetudo, quæ idem statuit, abrogata & ipsa videri deberet, cùm statutum in vno casu in omnib. parificatis statutum videri debeat, & leges omnes, quarum eadem sententia est, sublatæ videantur vno & eodem
3 actu. Mihi quidem, etsi in ordinatoriis Ordinationes possint Consuetudines tollere, non videtur hæc Cõsuetudo sublata esse, ac ne Ordinatio quidẽ anni 1536. propterea quod, cùm intimatio fiat quindecim dierum hæredi, antequam procedatur ad executionem, licet hæredi si lubet, intercedere, & executionem impedire contestatione, & negatione qualitatis hæredis prouocando ad iudicem, quod si non facit, est quod tacitâ confessione qualitatis ei imputari possit, quod non occurrit executioni. Sed etsi executio facta sit, &

A in processu verè hæres esse reperiatur, non puto executionem infirmandam, si in veritate hæres esse probatur, & ex formulis tantum nititur, cùm re verâ debitor sit, nisi & cohæredem habeat, & ipsum pacti debiti obnoxium. Et in simili est à multis responsum, cùm executio aduersus vnum præambulam discussionem requirit, aduersus alium facta executione, & processu orto super ea posse discussionem in discursu litis fieri, & executionem validari.

GLOSSA 2.

1 *Executio sententiæ intra annum. Instrumenti quocumque tempore.*
B
2 *Quid* des taux & amendes *&c.*
3 *Iudicatum deductum in stipulationem.*

[c] *Dedans l'an de la condemnation.*] Hîc statuit de debi- 1
tis ex sententiis condemnatoriis: nam quæ debentur ex instrumentis, & obligationibus nullum habent determinatum executionis tempus, sed quandocumque executiones ex his fiunt, quamdiu quidem personæ contrahentes non mutantur, mutatis quidem hæredes vocantur, vt ante meminimus. Sed quæ ex iudicato debentur intra annum tantum viâ executionis explicari, & exigi possunt, quod iure quoque constitutum est, cap. quærenti. ext. de offic. deleg. Ideo cùm post annum præcepta ab iudicibus impetrantur, non
C solet in his poni, *la clause, la main garnie ou l'exploict tenant*, sed oppositioni deferendum est, & in casu eius supersedendum executione, quod & Molinæus notat. §. 52. glos. 1. numer. 117. notarat & pridem Imbertus lib. 1. instit. fo. capit. 53. Sed &, *les taux & amendes*, 2
quæ cuique fisco adiudicantur, anno præscribi solent, nisi exigantur. Ideoque tribunalibus nostris vsurpari solitum, *de les respirer*, hoc est, prorogare exactionis tempora solemni interfatione. Quæ mulctæ partibus debentur ex delicto anno præscribuntur nisi lite interrupta, vt Articul. 278. post sententiam adiudicationis sua seruant tempora actionum personalium. Pe-
D tuntur itaque viâ actionis post annum, cùm amplius via executionis non superest anno lapso.

[d] *Sinon qu'il y eust obligation.*] Cum iudicatum deductum est in stipulationem, actio actioni adiicitur, & fit debiti nouatio, non quidem quoad obligationis substantiam, vt l. 4. §. si ex conuentione. D. de re iud. Sed quoad actionis adiectionem, & cumulationem, & temporum prorogationem, & quæ actio iudicati nata erat, durat quidem vt tricennaria, sed executionis facultas adimitur.

ARTICLE CCXXXIIII.

EXECVTION se doibt faire [a] iusques à la somme deuë, [b] & pour les frais qu'on a faict à l'execution, sinon que l'execution fust faicte [c] sur chose, qui ne se peut diuiser, auquel cas, si le prix est plus grand, l'outre-plus sera rendu au debteur: Et s'il y a biens pris par execution, le Sergent ou Ministre de Iustice qui execute, [d] doibt assigner iour au debteur, [e] à huictaine pour voir vendre iceux biens, pourueu que ce ne soyent bestes prises en la possession du debteur, [f]

qui ſe peuuent vendre dans huictaine, pour euiter à fraiz, en baillant par l'executeur aſſignation au debteur pour les voir vendre : Et en cas d'oppoſition & debat, [g] ne laiſſeront leſdites beſtes d'eſtre vendues, & le prix mis entre [h] les mains du creancier, en ſoy conſtituant achepteur de biens, & baillant caution de rendre ledit prix, ſi faire ſe doit, & ainſi eſt dict par l'iſſuë du procés de l'execution: [i] Toutesfois ou ledict tiers oppoſant voudroit verifier ſommairement leſdites beſtes luy appartenir, [k] ne ſera procedé à la vendition deſdictes beſtes.

EXecutio debet fieri [a] vſque ad ſummam debitam, [b] & pro ſumptibus factis, niſi executio facta eſſet [c] ſuper re, quæ diuidi non poſſet, quo caſu, ſi pretium maius eſt, quàm debitum, quod plus erit reddetur debitori: Et ſi ſint bona capta per executionem, Apparitor aut Iuſtitiæ Miniſter qui executioni mandat, [d] debet conſtituere tempus debitori, ad octauum diem, vt interſit ſubhaſtationi eorum bonorum, dum tamen non ſint pecora capta in poſſeſſione debitoris, quæ ſubhaſtari poſſunt intra octauum diem ad ſumptus vitandos, modo præſtituatur per Apparitorem dies debitori, vt interſit eorum ſubhaſtationi: Et in caſu oppoſitionis, & contentionis, [g] non differretur eorum pecorum venditio, & pretium ponetur inter [h] manus creditoris, modo conſtituat ſe emptorem bonorum Iuſtitiæ & ſatiſdet de reddendo pretio, ſi reddi debeat & ſic ordinatum ſit in fine litis executionis: [i] attamen, vbi dictus tertius opponens vellet ſummatim probare dicta pecora ad ſe pertinere, [k] non vltra progrediendum eſt ad venditionem dictorum pecorum.

GLOSSA I.

1 *Salaria apparitorum rectius ab actorib. &c.*
2 *Pro reliquiis executio fit.*
3 *Plures res pignoraſſe aut ſæpius &c.*

In executionibus ſommationes, & pignerationes fieri non debent pro maiori quãtitate, quam eſt ſumma debiti, alioqui in totum corruit actus, & pignerata reſtituenda cum damnis, & intereſſe: Solent enim dicere, qui cadit à ſyllaba cadere à toto, nimium id quidem ſæpè argutè, cùm debitum ſubeſt, nec offertur id quod debetur.

[a] *Iuſques à la ſomme.*] Auth. ei qui iurat. C. de bon. aut. iud. poſſid. verb. debiti menſuram Ord. anni 1535. Art. 42. & l. quamdiu. C. de diſtrah. pig. l. 1. D. eod. tit. l. 2. §. ſed ſi quidem. C. de iur. dom. impetr.

B

1 [b] *Et pour les fraiz.*] Pro ſumptibus executionis, & viaticis Apparitorum, quæ quia nunc quidem arbitrio Apparitorum exiguntur, pleráque temere, & iniuriâ admitti ſolent, & ab ipſis actoribus præſtari conueniebat, repetenda poſterius, & ab magiſtratibus taxãda de quibus Maſ. d. tit. de execut. nu. 21. Imbertus. d.
2 lib. 1. inſt. c. 55. Sed & pro reliquiis quoque & arreragiis debiti fieri executio poteſt, ſi tale eſt debitum, ex quo reliquiæ debeantur. l. in his. §. imperator. D. de ſolut. l. Lucius. D. de his qui potio. in pig. hab. Proinde, ſi alij fortaſſe ſumptus facti ſunt quam in executione, pro his malè fit executio, niſi quidem ante adiudicati & liquidati ſint, aut ea forma ſit obligationis, vt pignerare liceat pro liquidandis, quod plerumque formulis concipi ſolet.

C

[c] *Sur choſe qui ne ſe peut diuiſer.*] Raro accidit, vt res pigneratæ, aut pretium earum congruat cum debito ex toto quidem, de quo Doctores differunt. d. l. quamdiu. Sed ſi plus, eſt in pretio, reddi debet, quod excurrit, & ſi Apparitorum rapacitas difficile id quidem fa-
3 cit. Plures vero res pigneraſſe cùm ſingulæ ſufficerẽt, pro paruo debito, fraude carere nequit. gl. d. l. quamdiu l. creditores. C. de diſt. pig. l. qui pignori. D. de

A pign. Bart. l. penul. C. de execut. & exact. lib. 11. Corſet. in ſing. verb. officialis, Papa deciſ. 329. Sed & ſæpius pigneraſſe, quod minus eſt debito, cùm ſemel poſſet grauando ſumptibus debitore, quod quidem faciunt in fraudem eſt. Quod in venditionibus quoque rerum Eccleſiaſticarum obſeruatur: ne ſcilicet pro paruo debito res magni pretij diſtrahatur, vt & in rebus minorum.

GLOSSA 2.

1 *Ordo executionis ſeruandus.*
2 *Sumptus magni conſumunt pretium.*

[d] *Doit aſſigner iour au debteur.*] Tertius in ſimili. l. 1
B creditor. C. de diſtra. pignor. l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pignor. & ſi Bart. l. vlt. D. de diſtr. pignor. non putat neceſſariam eſſe partis vocationem, & Papa apud ſuos negat obſeruari. d. deciſ. 329. & falſum eſt quod Innocentius putat. cap. ex ratione. ex. de appellat. nullum eſſe præfixum ordinem executionis executori: quod quidem aliter habet, & hic textus probat. Idem ordo & immobilium diſtrahendorum Ordinationibus, atque id ante factum, poſt enim iterum denunciandum eſt infrà. Art. 238.

[e] *A huictaine.*] Pignoribus interim depoſitis apud vicinum, Ordin. anni, 1535. Art. 41.

[f] *Qui ſe peuuent vendre dedans huictaine.*] *De iour à iour.* 2
C ratio eſt in ſumptuum magnitudine; & periculo ſeruandorum quia cibariis, & pabulo conſumitur pretium, quod Bart. dicit. l. 2. D. de re iud. Paris in ſyndicatu, verbo, negligentia non ſit in inanimatis, de quorum proprietate cognoſci oportet, antequam diſtrahantur.

[g] *Ne laiſſeront d'eſtre venduës.*] Intellige *en cas d'oppoſition de la partie obligee*: nam oppoſitio tertij poſſet impedire, Ordin. Caroli VIII. Art. 54. Bart. l. ante ſententiam. nu. 7. D. de appel. recip.

[h] *Les mains du creancier.*] Non igitur ſufficeret conſignare *en ſe conſtituant achepteur*. Alterum horum ſufficit, vtrumque nil eſt neceſſe. Sola cautio neceſſaria, etiam ſi de damnis in ea nil caueatur.

i Toutesfois

i *Toutesfois où ledit tiers voudroit verifier.*] Idem & si alter paratus sit satisdare, quo casu fit prouisionalis deliberatio, vt loquuntur, rei pigneratę, & qui in possessione eius reperitur: Imo possessio sufficiens est præsumptio de dominio in talibus, ita vt alteri incumbat A probatio. l. vlt. C. de rei vend. l. ei qui. D. de probat. de quo & Imbert lib. 1. Instit. for ca. 5.

k *Ne sera procedé*] *& seront deliurees prouisionnellement au possesseur*, salua controuersia, & iure proprietatis plenius cognoscenda.

Article CCXXXIIII.

SI le debteur s'oblige à estre executé, comme à gages tous iugez, les biens qui seront pris sur luy par execution, pourront estre vendus promptement de iour en iour, sans attendre ladicte huictaine, le debteur intimé à ladicte vente. Art. ccxxi Novae Cons.

SI debitor ita bona sua obligat, vt possint statim mandari executioni seu distrahi, bona quæ capientur super eum per executionem poterunt quamprimùm vendi de die in diem, nec erit expectanda octo dierum dilatio, debitore tamen vocato, vt dictæ venditioni adsit.

Glossa.

1 *Executionis potestas iuris publici.*

Hæc est notissima tabulariis formula obligationum & cautionum garentigiatarum, vt Cameræ Apostolicæ Romæ, cui cùm auctoritas à Consuetudine accedat, non est dubitandum, quin obtinere debeat: B alioqui cùm executionis potestas, & formula, extra regulas sit, & à publico iure non conuentionibus partium pendeat, fieri ex chirographo, aut schedula priuata non posset: hanc potestatem enim lex tribuit formæ publicæ, priuatæ non item, quod Molinæus attigit. d. §. 52. glo. 1. num. 177. & Boërius decis. 295. nu. 18. Bald. l. Imperator. D. de stat. hom. & quos Boërius, in publica scriptura forma seruanda est.

Article CCXXXV.

TOVTE [a] obligation, ou [b] autre faict clair, doit estre promptement executé en tout, [c] par autant qu'il s'en trouue de clair. Artic. ccxxii. Novae Cons.

OMnis [a] obligatio, seu [b] liquidum aliud factum aut promissum, debet statim executioni mandari in toto [c], pro tanto quanto inuenitur liquidum esse.

Glossa 1.

1 *Personarum inhabitas non impedit executionem prouisionalem.*

[a] *Toute obligation.*] In forma authentica, & Regiis Ordinationibus statuta, & de re commerciali, & cum personis habilibus contracta, ex forma authẽtica est, vt à publicis loci tabellionibus, & inter sibi subditos recepta sit, vt subscripta ab obligato, & subsignata publico sigillo, nec ex protocollo, vt aiunt, tantumdem tribuitur. Chassan. rub. *des censes*. §. 2. in fine. Papa decis. 181. Afflict. const. Baiulos, & decis. 283. Sed, & de re, quæ in commercium cadat, item vt fit à personis habilibus, etiam si minoritas, aut prodigalitas, aut interdictio executionem non impediunt prouisionalem quidem, si in promptu de inhabilitate non docetur, de quibus latè Boërius, decis. 295. & quidam ea de re copiosi tractatus Maffuerij, & de Barzis, congruit verò Ord. Caroli VIII. Ar. 54. Francis. I. ann. 1535. Ar. 40. eiusdem, an. 1539. Art. 66. Sed hæc tractatio prolixa apud Rebuffum.

C

Glossa 2.

1 *Exceptiones peremptoriæ nõ impediũt prouisionalẽ executionẽ.*

[b] *Autre faict clair.*] Ex confessione forsan, iuramento, testamento, deposito, quæ ipsa quidem per se executionem non habent, quod veteres putabant, sed protinus factis adiicitur sententia, quæ protinus executioni mandatur: nonobstante quacumque exceptione, si de ea in promptu non docetur, tales non sunt in foro seculari iudicum Ecclesiasticorum sententiæ, nisi Iudicis ciuilis auctoritas accedat, de quo nos alibi.

D [c] *Par autant qu'il se trouuera de clair.*] Vt Art. 552. Sed immensa est huius Articuli materia, quã sparsim Doctores tractant, stante, statuto tali, quæ & cuiusmodi exceptiones admittantur: nec dubium omnes admitti quæcumque regulariter peremptorię sunt, sed non ad impediendam prouisionalem executionem, reseruatis probationibus, & exceptionibus quibuscumque, post contestationem. Sed & quidam tentarunt probationes impedire, quoad realis executio facta esset, quod in beneficialibus faciunt, sed id in prophanis non admisimus, & in principali pergi receptum, & agenti licere quandoque prouisionalem adiudicationem exequi, de quo nos infrà, Art. 263.

Article CCXXXVI.

Artic. CCXXIII. Novas Cons.

VAND vn tiers pretend[a] les biens pris par execution,[b] estre siens[c], iceux biens luy seront rendus,[d] si le debteur confesse, que lesdits biens luy appartiennent, & iceluy tiers iure lesdits biens estre siens[e] en monstrant par ledit tiers, que ledict debteur est soluable,[f] & qu'il a meubles suffisans, pour ladicte execution, sauf à l'achepteur ses dommages & interests, à l'encontre du creancier, & au creancier ses dommages & interests sur le debteur.

QVando tertius prætendit[a] bona capta per executionem,[b] esse sua,[c] ipsa bona ei restituentur,[d] si debitor fateatur dicta bona ad eum pertinere, & ille tertius affirmet dicta bona esse sua,[e] indicando per dictum tertium, dictum debitorem soluendo esse,[f] & quod sufficientia mobilia habeat pro dicta executione saluis emptori damnis, & interesse erga creditorem, & creditori suis damnis & interesse in debitorem.

Glossa I.

1 *De tertio opponente rei iudicatæ inter alios late.*
2 *Tertius admittitur opponens siue intercedens contra iudicatum Regula &c.*
3 *A sententia inter alios lata in actione reali tertius non appellat, sed opponit executioni &c.*
4 *Quatuor casus Regulæ.*
5 *Casus 1. De executione sententiæ in rem à nemine possessam.*
6 *Casus 2. De executione senten. in rem ab vno litigatorum possessam.*
7 *Casus 3. Cum neuter possidet & tertius opponens se dicit possessorem &c.*
8 *Casus 4. Tertius opponens qui est in possessione tradita ab altero litigantium.*
9 *Sententia* D. d'Argentré.
10 *In actione personali tertius opponens audiendus. Et pendente lite Commissarij non debent frui bonis &c. ibid.*
11 *Executorum quæ potestas & quomodo &c.*
12 *Magistratus cognitionem summariam habent in executione, non simplices executores.*
13 *Interdum merum factum mandatur executori &c.*

1 Vtilissima tractatio de iure intercessionum, quæ ab extraneis interponuntur, id est, tertiis, quibus iudicatum non est, contra iudicata inter duos lata, de quibus scholastici auctores multa cómenti sunt, sed vsu, & experimentis defecti, pleráque nó rectè, nec ex vsu iudiciorum. Duplex est inquisitio, quando, & quatenus extraneorum intercessiones rei inter alios iudicatæ recipi debeant, tum quæ ea de re iudicantium ordinariorum, aut delegatorum, siue commissariorum potestas sit, & quid quãtumque sibi sumere debeant delegati; ab quibus insignes plerumque errores committi ignoratione potestatis, aut exercendæ, aut cohibendæ constat, dum sine modo frænos laxant auctoritati, & obsequuntur animo, vide omnino Didacum, lib. 4. Resol. cap. 16.

2 De primo traditur regula, tertium quemlibet, id est, cùm quo iudicatum non sit, pro suo interesse admitti intercedentem executioni alieni iudicati, hic textus. l. à Diuo pio. §. si super. rebus. D. de re iud. vbi Bart. Bald. Imol. Raph. Alex. Castr. & cæteri, hoc idem textus. cap. venient. 2. ex. de testib. cap. cum super. ex. de re iud. cap. super eo. ex. de off. deleg. fusissimè Felinus.

A d. cap. venient. & d. cap. cùm super. post Innoc. Card. Abbatem. Butr. & alios. Multa in hoc subiecto inferciuntur à Doctoribus, de eo qui causam agi passus est ab alio, in qua interesse habebat, quæ tractatio est l. sæpe. D. de re iud. cap. quamuis. ex. eod. tit. quæ Felin. latè persequitur ca. veniēt. nu. 10. ex. de testib. & Boer. decis. 79. An scilicet postea intercedens iudicato admitti debeat, an patientiâ suâ ex alieno facto exclusus sit. Multa item de eo, qui in se suscipere conatur appellationem ab alio interpositam; sed quod experimentis cōperimus tot annorum, multa in eo repudiata vsu sunt, nec mihi vnquam videre contigit, qui aut iure, aut intercessionis facultate exclusus sit, qui causam, aut suam, aut in qua interesse eius vertebatur, ab alio agi passus esset, cùm maior sit agētis culpa aut rei, qui de re ad aliū spectante, cùm non legitimo cōtradi-B ctore egerit, quā eius, qui tacitus aliū errare passus sit, nec si sponte obtulerit liti nō vocatus. Quare tum denique excludi tales receptum, cùm testatò, & denunciationibus exciti vt liti adessēt, de suo iure experiri, aut noluerunt cōparere, aut litem spreuère, & denunciationes cogniturí Iudicis. Veluti cùm colonus, vt possessor, aut detentor rei conuentus, quo casu sibi præiudicant dumtaxat in possessorio. d. §. si super rebus, & l. 1. D. vbi in rem act. Diximus Art. 153. Non vocato præiudicium non fit, quominus quandoque intercedere liceat. Sed nec appellationes à quoquam interpositas suo nomine, ab alio suscipi admissum: neque enim à persona discedere quisque cogitur, cum qua litigauit, & litigando contradixit, & qui aut dare, aut facere suo nomine iudicatus est, quod Bar. scribit. l. si actor. D. de procur. & l. liberto. D. de neg. gest. & l. C solutionem. D. de solut. Adiungi quidem ad litem, & processum, cùm interest, est frequēs, in eo statu in quo lis est, de quo nos prolixè. d. Art. 153. & de adiunctionum materia ad litem ante sententiam.

Proinde de recipiendis ac iudicādis oppositionibus extraneorum, cùm iudicatis alienis intercedunt, non omnibus notę regulæ. Iam primùm, quod appellationes cuiusuis, pro suo cuiusq; interesse, recipi erat iure vsurpatum, apud nos desitū est: Nam cùm nullitas, aut iniquitas sententiæ argui non possit ab eo, cùm quo iudicatum non est, ob id quidem, quis vocatus non sit, cùm eas interponi contigit, hæ in oppositiones cōuerti solent: cùm iusta causa appellationis non sit eius, qui vocatus nō est, si nec iudicatus est, nec iudicatum ei obesse potest, cùm, si quid eius interest, possit ei con-

sul

ſuli per oppoſitionem. Qui igitur ſua quiddam intereſſe putat, executionem non fieri alieni iudicati rectè intercedit, ſed non rectè appellat, cùm alienum iudicatum ei non poſſit nocere, & executioni liceat intercedere, ſi libet. Quo vno pronunciato multæ Doctorum ſcholaſticorum ſententiæ ſubuertuntur. de l. à ſententia, & l. ſi proluſorio. D. de appell. & Canoniſtarum. d. cap. cùm ſuper.

4 Hoc poſito diſtinguendi de interceſſionibus caſus, cùm executio petetur in rem, quæ in nullius ex litigantibus poſſeſſione eſt, ſed vacat. Secundus cùm in eam, quam ab vno ex litigantibus poſſideri certum eſt. Tertiùs, cùm neutrum poſſidere, ſed ſeipſum tertius interceſſor aſſerit, & iudicati alieni executioni intercedit, qui caſus eſt multo frequentiſſimus. Quartus, cùm conſtat tertium interceſſorem poſſidere, aut in poſſeſſione eſſe; ſed ex iure & tranſlatione facta ab alterutro litigantium pendente inter duos lite: hos caſus notari, & diſterminari conuenit, vt quid de quoque iuris ſit traditum, intelligi poſſit. Ac primùm diſtinctè intelligi conuenit, hîc agi de oppoſitionibus contra rem iudicatam: nam adiunctiones ad litem in prima inſtantia exegimus d. Art. 163. De quibus interceſſionibus contra executionem rei iudicatæ in eam rem, quæ necdum à quoquam poſſidetur, qui primus caſus eſt in partitione noſtra, recepta ſententia traditur, auctore primùm Innocentio. d. cap. venient. ab Canoniſtis, & Iuriſconſultis celebrata vt aurea, pulcherrima, & ſubtilis, & quibus aliis enconomiis eam

5 ſcholaſtici ſcriptores decantant. Cùm petitur executio ſentētiæ in rem, quæ vacat, nec ab vllo poſſeſſa eſt, toties quemque intercedentem admitti ad opponendum, & dicendas oppoſitionis cauſas; & verò talis oppoſitionis eam vim eſſe, vt omnino eâ formata, & denunciatâ ſuperſederi ab executione debeat, nec executor porro progredi, ſed de ea prius cognoſci oportere. Rationem adferunt, quia nemo alieno iudicato inauditus premi debeat, quod ſi fieri executionem contingeret, futurum vt inauditi deterior fieret conditio, cui durior & iuratus ex profeſſo aduerſarius opponeret, cùm tanta ſunt poſſeſſionis cōmoda, ex quo futurū ſit, vt infeſto iure litigare ad fores cogeretur. Id multo æquius conuenire, vt manente eodem loco, & iure poſſeſſione, & conditione experientium pari, vacua demum poſſeſſio cederet audito victori. Atque hæc ſententia valde omnibus probabilis viſa: Exemplo res ſit illuſtrior. Pontifex beneficium vacans contulerat, & executorem dederat, qui mitteret in poſſeſſionem, venienti obſtitit tertius quidam, qui ſe potius mittendum contēderet. Hîc executoris officium volunt ſuſpendi, nec vlterius progrediendum, ne inaudito preiudicium fieret, & cogeretur actor fieri alio in poſſeſſionem ingreſſo, quod latè Felinus perſequitur. d. cap. venient. Ancharanus conſil. 297. Innoc. Domin. Ioān. Andr. cap. 1. de conceſſ. præb. in 6. Innoc. in rub. de ſponſ. duor. Sed & alius caſus luculenter poni poteſt in caſu Articuli 569. infra ex l. vl. D. de petit. hæred. vacantem hæreditatem dominus feudi præhenderat eius qui ſine liberis mortuus eſſet, extiterat, qui, celeriter, veluti ex ſanguine propior, hæres bonorum poſſeſſionem petiiſſet, id eſt, manus leuationem, & abſtulerat de eo decretum, & executor datus erat, qui in poſſeſſionem mitteret: ſed venienti obſtitit tertius quidam, qui ſe gradu propiorem diceret. Hîc tibi omnino audiendus eſt interceſſor, & differenda executio, & lis ad ordinariam cognitionem remittenda, alioqui futurum, & equorum ea victoria futura ſit, ſi quis perniciùs ad tribunal adfuerit, vt manum leuari obtineret, ſi vi talis non ſententiæ ſed decreti, quod nemine vocato concedi ſolet, miſſus in poſſeſſionem poſſeſſor fiat, & inauditum cogat actoris partes ſubire, & ad fores ſtare, & petitorem fieri, cùm eius multo potius interſit æquâ conditione de poſſeſſione dimicare, dum ea in manu Domini eſt, hæc quidem poſt iudicatum, & impediendo executionem eius: hęc duo exempla rem ob oculos ponunt, & oſtendunt dicti æquitatem.

Sequitur caſus alter, cùm non eſt vacua poſſeſſio, ſed ab altero litigatorum eſt inſeſſa ſiue victo, ſiue victori, & petitur executio & reſtitutio eius, aut miſſio ex cauſa iudicati, & tertius aliquis intercedit executioni: & facile eſt diſcernere hunc caſum, cùm reus poſſeſſor abſolutus eſt. Hoc enim caſu ſententia ſeipſam exequitur, ſicuti in venditionibus in quibus negant opus eſſe traditione, cùm emptor rem ante tenebat, l. qui rem. D. de emtio. l. interdum. D. de acq. rer. dom. & de ſententia idem Bartolus probat. l. ſi cum exceptione. §. hactenus. D. quod met. cau. Et hic interceſſio tertij inutilis eſſet. Sed & cùm tranſlatio poſſeſſionis ex iudicatio facienda eſt, inutilis etiam erit interceſſio, præſuppoſito eo quod præſupponi oportet, poſſeſſionem fuiſſe apud vnum ex litigantibus. Nam apud vtrum ſit, aut reum, aut actorem nihil intereſt tertij, ſi pro conſtanti ponimus apud alterum eam eſſe, ſi rem occupatam eſſe, & plenam conſtet. Nam ſemper neceſſe habet talis tertius actione experiri aduerſus detentorem, nec per viam oppoſitionis quidquam de poſſeſſione mutari poſſit. Itaque hoc caſu nonobſtāte oppoſitione tertij fiet executio, reſpectu litigantium prouiſionalis illa quidem, & ſine præiudicio opponentis, & poſſeſſio talis tantáque ad victorem trāsferretur, qualis quantáque fuit apud victum, & reſtituere iuſſum, quod æquiſſimè Ordin. Molinenſ. Art. 51. ſtatuit, valdè vt olim iam eſſet expetita, vt vtiliſſima, & ſimilis ſtatuti meminit Alex. conſil. 17. vol. 1. Hoc igitur caſu id ſolum in cognitione commiſſarij aut executoris verſabitur, an victus in poſſeſſione fuerit, quod vbi conſtiterit executione prouiſionaliter facta, ad ordinariam cognitionem opponens remittendus erit, d. cap. cùm ſuper, & d. §. ſi ſuper rebus. Hæc Baldus. l. 11. ∫. vlt. D. ſi ex nox. cau. aga. Idem. l. conſentaneum. verſ. quæro nunquid ad impediendum. C. quom. & quand. iud. glo. & Bal. l. ob maritorum. C. ne vxor. pro mar. & l. 1. C. de iur. fiſ. Itaque cautio, de qua in l. is. §. à quo. D. de rei ven. hodie ab victore opponenti præſtabitur, non victo, vt olim inutili circuitu.

Tertius caſus eſt, is multo vſitatiſſimus, cùm 7 opponens ſuum eſſe dominium, ſuam poſſeſſionem affirmat, frequentiſſimus in beneficialibus præſertim. Hîc cùm ambigua eſt poſſeſſionis cauſa, ſuſpendendenda eſt executio, nec enim inauditum iudicari ratio pati poteſt, niſi palàm, & præclarè calumnioſam eſſe oppoſitionem appareret, quod textus diſponit. d. ca. ſuper eo. ex. de offic. deleg. ca. ſuſcitata. ex. de in integ. reſtit. vbi latè Felin. Talis oppoſitionis exempla addit Ord. Molin. d. Art. 51. de vxore, & liberis condemnati. Tales etiam quas Ordin. anni. 1539. de opponentibus fini diſtrahendi poſt quinquennium, etſi poſtea abrogata eſt: ſed multa fingi exempla poſſunt. Plena tamē periculi talis diiudicatio, propterea quod inauditi ſemper bona cauſa eſt, & multa probabiliter in talibus ſolent poni, etſi denique non poſſint probari, ſed talia tamen, quæ in præſens prætergredi nemo debeat. Hic caſus cùm ſe offert, & aliquid probabiliter proponitur, quod ſi verum eſſet, opponens iure potior eſſet, ſuperſedendum eſt, & partes ad ordinariam cognitionem remittendæ; qui

casus.d. §. si super rebus, & d.cap. cùm super. Nemo
enim summario iudicio de sua possessione deijci de-
bet, quod Bald. Alex. Castr. Ias. dixêre. d.§. si super re-
bus post glos. & Alber. d.cap. cùm super. in fin. Alex. l.
si marito in princip. D. sol. matr. text. l. 1. C. si per vim.
vel al. mod. In quo vulgò Commissarij dum morem
soluentibus gerunt, & animo obsequuntur, falli &
fallere item solent, dum cognitionis modum tenere
nesciunt.

8 Hinc casus quartus alius subordinatur, cùm poni-
tur tertium quidem in possessione esse, sed pendente
lite inter duos, alterius traditione possessioné ingres-
sum quoquo modo, An si petatur executio sententiæ
inter duos latę aduersus talem tertium, oppositio eius
recipi debeat, an ratio eius haberi debeat, de quo ve-
hementer est pugnatum, quia multi prius agendum
reuocatoriâ putãt aduersus talem possessorem. l. Ful-
cinius. §. aduersus. D. ex quib. cau. in poss. eat. Quidam
rectà deiiciendum possessione putant, vt Cynus. l. vlt.
quæst. 9. C. de alien. iud. mut. caus. fa. Quidam interes-
se putant, an ante sentẽtiam, an post possessio transla-
ta sit, vt Magister in tractatu cridarum, cap. 22. Quidã
si res litigiosa fuerit, in totum nullam haberi rationẽ
volunt intercessionis, quem locum latè Boërius expẽ-
9 dit, decis. 182. & decis. 79. Meâ sententiâ media via se-
quenda est, vt translatæ post iudicatum possessionis
ratio nulla habenda sit, & in eo cum executio facien-
da, si voluntaria translatio fuit. Sin pendente lite, non
passim reijciendam oppositionem, propterea quod
sæpè translatio fit ex causa necessaria, & alienam pe-
tentis causam ex præcedente, & sine frande, veluti ex
causa partagij, aut præcedentis alienationis, aut alia
probabili, quæ translationẽ iustificat: Sed ita demum,
cùm is in quem translata est possessio, denunciationi-
bus conuentus est, vt veniret visum sententiam, quæ
sequeretur declarari executibilem aduersus se, sunt
enim ista fori verba, & vsus, hoc casu sit translatarius,
vt ita dicam, non venerit, sententia lata inter litigan-
tes exequenda erit, aduersus eum prouisionaliter, sine
præiudicio oppositionis eius, & causarum remitten-
darum ad ordinarium, quam sententiam probat Ca-
strensis. d. §. si super rebus. & Alexand. ibidem numer.
13. & eam vt æquam forum retinet, & seruanda est, iti-
dem & si vocatus tertius dixit se nullum interesse præ-
tendere; quod Abbas dixit d. cap. suscitata. Castr. l. 1.
Cod. si in integ. rest. postul. Boërius decis. 79. Etiam
si postea declarationem velit reuocare ex litteris Re-
giis, quod aliquando ex facto vidimus.

Atque hactenus de executionibus sententiarum,
quæ de re immobili feruntur, & in re ipsa, de qua
iudicatum est, executio petitur, & tertius alieno
iudicato intercedit, vt reali actione, aut vendica-
tionibus.

10 Sed alia causa est, si personali actione reus pecuniæ
iudicatus est, & petitur missio in possessionem bono-
rum debitoris, debiti consequendi causa, quod nos fa-
cere solemus abolitâ veteri primi & secundi decreti
formula, & vsu, de qua in nostris approprimentis di-
ximus. In talibus non est dubium tertium, quemcum-
que intercessorem audiendum, siue rem vendicet, siue
partem distrahat, siue hypothecas prætendat, quia de
iure rei, & proprietate non est cognitum. Sed hîc
dubitatio, an pendente tali cognitione Commissa-
rij deputati inter creditorem, & debitorem frui de-
beant: nam non aliter fructus percipere possunt
quam ex iure debitoris, cuius res, vt propria, pre-
hensa est: sed in eo tertius intercessor, qui ius in re
prætendit, nec auditus, nec vocatus est, & inte-
rim dum cognoscitur, quocumque prætextu iudica-

A ti alieni spoliari sua possessione non debet, nec com-
missarij alio iure quàm debitoris fruuntur, nec (vt
loquuntur) onerandi sunt perceptione denuncia-
ta creditori, ad cuius instantiam deputati sunt op-
positione & libello opponentis, idque Magister re-
gestis Curiæ Parisiensis receptum, & cautum scri-
bit, cùm Ordinatio Henrici II. Regis super Cri-
darum solemnitate publicaretur, ne tertiorum ius
illâ Ordinatione impediretur, de quo illa Ordina-
tio accipi non deberet, & alioqui facilè esset falsas
debiti causas prætexere ad alienas possessiones inter-
cipiendas, & eo casu Salycetus. l. properandum. §.
B sin autem reus. Cod. de iudiciis, dixit de facto tali
executori; & commissario resisti posse, quod om-
nes sentiunt. d. §. si super rebus. vbi Ias. num. 9. Fe-
linus, d. cap. venient. num. 9. & ibidem Innocen-
tius, & d. cap. cùm super. Non est enim penden-
te lite cuiusquam mouenda possessio, ne à fisco qui-
dem. l. res quæ in controuersia. D. de Iur. fis. l. pro-
hibitum. Cod. eod. tit. l. 1. C. si per vim, vel al. mod.
& rub. lit. pend. nil noua. Itaque in auctionibus
hic ordo obseruari debet, vt primùm de nullita-
te earum, secundo de oppositionibus ad finem di-
C strahendi, tertiò de hypothecis earúmque ordine re-
dicetur.

Atque hactenus de oppositionum materia, & ig- 11
re, in re quidem immobili: Sed expedit aliquid de
ipsorum quoque executorum iure, & materia dice-
re, quatenus, & quantum progredi debeant, quia
compertum est plerósque modum non tenere, & id
munus plerumque prudenti cautione indiget, ne aut
nimia festinatione alienum ius imminuatur, aut ni-
mia cunctatione struantur effugia hominibus calum-
niosis, aut omissa forma captationes præbeantur bo-
no iuri. Sed de executoribus, cùm quidem meri es-
D se dicantur, quibus nuda facti executio mandatur,
quidam contrà mandatam cognitionem habent, id
discrimen perspicitur ex forma commissionis, sæpè
etiam ex qualitate eorum, qui committuntur. Sim- 12
plicibus quidem apparitoribus mandata cognitio,
nunquam intelligitur. l. vlt. D. de iudic. Neque enim
aliud eorum munus, quam exequendi. Magistra-
tuum alia conditio, vt Rectorum prouinciæ, aut
Consiliariorum, quibus mandata executione id quo-
que mandatum videtur, vt de pertinentibus ad exe-
cutionem cognoscant, secundum ea quæ supra dixi-
E mus. d. §. si super rebus, fini quidem executionis.
Sed hîc modus tenendus est, ne prætextu executio-
nis, quod aulicum illud consilium facere solet, ex-
ternas cognitiones asciscant vltrò, & ordinarias co-
gnitiones præcipiant: nec amplius quam summaria
cognitio aduersus tertios mandata intelligitur pe-
toria & plenæ possessionis cognitiones ad ordinarios
remittenda, nisi ex forma commissionis tribuantur,
quod ille Art. Molinens. 51. in fine statuit executione
verbali dumtaxat facta, quoad partes inter quas est
iudicatum. Sed interdum ex forma commissionum;
ipsis quoque Magistratibus abrogatur cognitio, cùm
F illud aut illud mandatur facere nonobstantibus op-
positionibus, quarum cognitionem tum ipsi execu-
tori, quam alij forma rescripti interdicit: Hoc ca-
su merum factum mandatur. Denique quoties tertij
oppositio altiorem indaginem requirit, prouisio-
nali aut verbali executione facta secundum ea, quæ
ante diximus, ad contentum, & ordinarias cognitio-
nes remittendum. Sed vero misso in possessionem vi-
ctore, quod postea inde sequatur in cognitione, dele-
gati, aut commissarij nõ est, qui semel officio functus
est d. §. si super rebus, & cap. quærẽti. ext. de off. deleg.
glos. &

gloſ. & Doctores auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend. niſi quidem cùm clauſula adiicitur in commiſſione in poſſeſſionem inducatis, & tueamini inductum.

[a] *Les biens.*] Hîc de executione mobilium ſtatuit.

GLOSSA 2.

1 *Probat, qui dicit rem eſſe ſuam.*
2 *Fraudulenta debitoris confeßio non nocet creditori.*
3 *Indicanda bona ab interceſſore.*

1 [b] *Eſtre ſiens.*] Nec dubium, quia eius ſit probatio, qui agit, & ſua dicit, ſed hæc probatio conficitur ex poſſeſſione: nam ſi poſſidet actor, ſufficiens pro eo præſumptio eſt, quod Dominus ſit quoad impediendam distractionem, niſi creditor velit contra probare: Quod ſi item debitor, cuius res pignerantur, in poſſeſſione ſit, & domi habeat, probare debet interceſſor, quod Doctores tractant. d. §. ſi ſuper rebus. gloſ. & Bald. l. ob maritorum. C. ne vxor. pro marit. Bald. l. is cui. §. bonorum. D. vt in poſſ. leg. eat. Bart. l. quidam in ſuo. D. de condit. inſtit. Atque hæc quæſtio ſæpiſſime incidit, cùm duo ſimul cohabitant & communi lare vtuntur, vt conſanguinei fratres, quorum quidem oppoſitiones ad impediendam prouiſionalem executionem, non recipiuntur. d. Art. 51. Ord. Molin. in immobilibus ſalua quæſtione iuris in principali, ſed in mobilibus, quia hoc agitur, vt diſtrahantur, cognoſcendum eſt de iure proprietatis, antequam diſtrahantur, & quorumlibet oppoſitiones audiendæ.

[c] *Iceux biens luy ſeront rendus.*] Id quidem ex illo §. ſi ſuper rebus erat iudicatum in fauorem creditoris, ſi

A quod pignus (inquit) in controuerſia ſit, id dimitti debet, & aliud capi quod ſine controuerſia ſit. Sed quia creditor id non ſibi ſemper expedire putat, hîc Conſtitutum ne aliter dimittatur, quam ſi tertius interceſſor aliud oſtendat in bonis debitoris, quod æque capi poſſit, idque vtilitatis cauſa, vt opponenti mos geratur: ſed hoc caſu ſuo periculo, & ſumptibus perſequutio fiet, & præſtare debebit in bonis eſſe debitoris, niſi quidem dominium rei ſuæ probare paratus ſit.

[d] *Si le debteur confeſſe.*] Sed ita ne protinus quiſquam putet ad debitorum confeſſionem ſequi adiudicationes oportere, nam fraudulentæ debitorum confeſſiones in fraudem creditorum factæ, obeſſe non debent 2
B quod Bart. Alex. Iaſ. tradunt d. §. ſi ſuper rebus. & exempla crebra eiuſgeneris adfert. §. 1. gloſ. 18. num. 83. in retractu Tiraq. & retra. conuent. §. 1. gloſ. 7. numero 43.

[e] *En monſtrant.*] Similis diſpoſitio in fideiuſſore Art. 107. & ſimilis neceſſitas indicandorum bonorum, niſi quod maior ratio in fideiuſſore, quia ipſe obligatus eſt. Quare pignus captum interim dimitti non debet, ſed ſuſpendi executio, niſi quidem caueat interceſſor ſoluendo aliunde debitorem eſſe, reſtitutâ interim prouiſionaliter re pignoratâ interceſſori. Sed ſatius eſſet de dominio ſuo probare, quod iam olim notarat Maſuer. tit. de execut. num. 11. 3

[f] *Et qu'il a meubles.*] adde *& heritages.*] Neque enim hæc aſſertio tanta eſt, niſi vndecumque creditori res ſalua ſit, cui alioqui iniuria fieret.

Sauf à l'acheteur ſes dommages.] Ex forma Art. 148. & 242. infra.

ARTICLE CCXXXVII.

[a] LE debteur [b] peut recouurer les biens ſur luy pris, & vendus par execution, dedans l'huictaine [c] apres la vente, en rendant par luy à l'acheteur le prix des choſes venduës, auec vn denier pour chacun ſol au deſſous de la liure, & au deſſus de la liure douze deniers pour liure, & les frais & miſes: Et [d] l'huictaine paſſee le debteur [e] ne les pourra plus retirer. ARTIC. CCXXIIII. NOVAE CONS.

[a] *DEbitor [b] poteſt recuperare bona ſuper eum capta & vendita per executionem intra octauum diem [c] poſt ſubhaſtationem, reſtituendo per eum emptori pretium rerum venditarum, cum vno denario pro vno quocumque ſolido infra libram, & ſupra libram, cum duodecim denariis pro libra cum expenſis: Et [d] octauo die elapſo debitor [e] non poterit ea recuperare.*

GLOSSA.

1 *Contra ius ciuile artic.*
2 *In immobilib. non reſoluitur Emptis.*
3 *Secus in mobilib. vt hoc artic.*

1 [a] *Le debteur.*] Contra iuris diſpoſitionem l. 1. C. ſi antiq. cred. & l. ſi creditor verſ. ſi vero tempus. D. de diſtra. pigno. niſi quidem ita conuenerit pignoris lege: Sed hîc reſpectu emptoris loquitur, quod iniquius eſt & mere Conſuetudinarium ius. Talis ſtatuti meminit Cornæus Conſ. 66. lib. ij. verſ. reſtat à modo, nec de tali redemptione deberetur gabella, vt legali & neceſſaria, quod ait Panorm. Conſ. 69. lib. j.

2 [b] *Peut recouurer les biens.*] Litigant Iuriſconſulti, an poſt miſſionem in poſſeſſionem pro debito perſonali

C ex ſententia, vel ſecundo decreto debitor poſſit recuperare poſſeſſionem ſoluendo debitum pro quo miſſio facta eſt, Bart. poſſe putat. l. Iulianus. §. ſi plures. D. de damn. inf. Sed Angel. & Imol. negant. l. ſi finita. §. ſi poſtea. D. eod. tit. Iaſ. l. properandum. §. ſin autem reus. C. de Iudic. poſt gloſ. latè Anton. Butr. cap. quoniam in fine. ext. vt lite non conteſtata. Ego recuperari non poſſe puto ſemel executione facta, cum ab ipſa parte venditio, aut datio in ſolutum videatur facta, & ideo irretractabilis. Meminit talis ſtatuti Guid. Pap. deciſ. 22. & queſt. 31. Sed cum de mobilibus hîc ſtatuat, memini dubitatum de immobilibus, 3 an idem ſtatui deberet, & eadem facultas eſſet recuperandi prædij diſtracti ex auctione, cùm quidam à maioritate rationis arguerent: ſi in mobilibus liceat, id multomagis in immobilibus licere oportere, quæ

maioris eſſent præiudicij. Sed tamen contra iudicandum eſt, cùm in materia iuris correctoria extenſio facienda non ſit de caſu expreſſo ad nõ expreſſum etiam ex maioritate rationis; quæ ratio hîc nulla eſt, cùm maior iniuria fiat emptori in immobilibus ſemel emptis, & reſoluendo contractu, quam in mobilibus, & vero nemo ex auctione quidquam empturus ſit comparata ſepe magno damno pecunia, ſi hac conditione res diſtrahatur, vt intra octiduum reſoluatur.

[c] *Apres la vente.*] De quo tẽpore Papa litigat deciſ. 22.

A *Rendant.*] Reddi oportet pretium, aut conſignari recuſante creditore, aut abſente.

[d] *L'huictaine paſſee.*] Si quidem pignora ritè diſtracta ſunt, vel ſi non ritè; ſed cum oppoſitio non eſt vlla denunciata emptori, qui fraudem participaſſe non arguitur. l. penult. C. ſi vend. pig. aga. l. creditor hypothecas. C. de diſtr. pig.

[e] *Ne les pourra plus retirer.*] l. vlt. C. de iur. dom. imp. Pleniſſimè (inquit) rem habeat creditor, idémque Dominus iam irreuocabilem factam.

Article CCXXXVIII.

Artic. ccxxv. Novas Cons.

APRES que les biens pris par execution ont eſté venduz, le creancier doibt faire inthimer au debteur, la vente, & le prix, & à qui ont eſté les biens vendus.

POſtquam bona capta per executionem ſubhaſtata fuerunt, creditor debet denunciare debitori venditionem, & pretium, & cui bona vendita fuerunt.

Glossa.

Le creancier doit faire inthimer.] Hæc denunciatio omiſſa venditionem ſemel ritè factam non irritaret, B ſed creditorem vendentem adſtringeret ad intereſſe ob rem non recuperatam ex ſententia Bartoli, l. vlt. D. de diſtra. pig. Neque enim hæc denunciatio emptori incumbit: ſed creditori diſtrahenti.

Article CCXXXIX.

Artic. ccxxvi. Novas Cons.

EN execution on ne doit prendre beſtes de charruë, & de labeur, ne [a] les veſtemens à vſage quotidien, [b] ne le lict où repoſent, [c] ne le pain, ne la paſte de ceux, ſur leſquels on execute, [d] quand on trouue autres biens meubles, ſur leſquels on puiſſe faire execution.

IN executione non debent capi pecora aratoria, nec [a] veſtimenta ad vſum quotidianum, [b] nec lectus in quo dormiunt [c] nec panis, nec maſſa eorum ſuper quibus fit executio, [d] quando alia bona mobilia ſunt, quæ poſſunt executioni mandari.

Glossa 1.

1 *Artic. 2. iure Ciuili, & ordinationib. Regum &c.*

1 Extat in Codice Iuſtiniani Conſtitutio Conſtantini, quæ ſeruos aratorios, & boues, aut inſtrumẽtum aratorium capi vetat pignori. l. executores. C. quæ res pig. oblig. poſſ. quæ ſumpta eſt ex Codice Theodoſiano lib ij. tit. 30. & lib. xj. quædam aliæ & l. pignorum. C. quæ res pig. obl. poſſ. Adiecta eſt & libris noſtris inſerta alia Friderici cuius initium Agricultores. Sed & inter veterum Regum Ordinationes extant Caroli VI. quædam ſub tit. de exceſſib. officiariorum, quas Aufrerius retulit, quę idem ſtatuunt, quarum & Guil. Bened. meminit cap. Raynutius verb. & vxorem deciſ. 5. num. 343. quæ inſtrumenta ruſtica, & oſtilia, ſic enim loquitur, ad laborandum & cultiuandum deputata vetat capi etiam pro denariis Regiis, vel Dominorum feudariorum. In quo perſpicitur priſcorum temporum æquitas, cùm nupera Conſtitutione Regis Caroli IX. anni 1572. ferreo ſcilicet ſeculo eadem ſecuritas pro debitis fiſcalibus in triennium dumtaxat fuerit cauta, quam perpetuam eſſe oportebat. Meminit & ſimilis iuris Speculator tit de primi decret. §. reſtat. Bart. l. 1. C. de colon. Thracenſ. Sribit & Diodo- C rus Siculus. lib. ij. cap. 3. Græcos Legiſlatores aratrum prohibuiſſe ob fœnus addici creditori, ſed corpora & ſeruos licuiſſe malo exemplo, meminit & cuiuſdam talis legis Quintillian. lib. viij. cap. 9. Sed & Mediolani ſtatuto talis talium pigneratio prohibetur pœna indicta. Itidem & Papiæ & Brixiæ. Quare & capientibus de facto reſiſti poſſe Iaſon putat Conſil. 10. lib. iij. Quin & lege Attica aratorios boues mactari vetitos ſcribit Ælianus. Sicuti & olim populi Romani iudicio exilio mulctatum aiunt eum, qui bouem aratorium occidiſſet, quod Plinius lib. viij. ſcribit, & ne pro curſu quidem publico. l. 1. C. de curſ. publ. in Cod. Theodoſiano, nos idem in ſemente iudicauimus, cùm inter ſerendum eſſet pigneratus 10. Decemb. an- D no 1577.

Glossa 2.

1 *Veſtis quotidiana non capiẽda, nec lectus, nec panis, &c.*
2 *Iniqua Exceptio artic. & tollenda.*
3 *Stipendia, arma, &c. capi non poſſunt.*

[a] *Les veſtemens à l'vſage quotidien.*] Nam ne bonis quidem cedẽti iſta adimi poſſunt, quod plenum eſſet inhumanitatis l. qui ceſſit vbi Bart. D. qui bonis ced. poſſ. & loci ſcripturæ Exod. 22. & Deuteron. 24. & quæ 1
Ioſephus

Iosephus lib. antiqui. 4. cap. 8. ſcribit, alia cauſa eius veſtis, quæ repoſita eſt, propter vſum neceſſarium, vt feſtina, non enim luxuriæ, ſed neceſſitati mos gerendus eſt.

[b] *Ne le lict.*] Non culcitram, non grabatum, non κλινίδιον, quibus debitor; vxor, & parui liberi indigent: famulitij forſam non eadem cauſa, quia in debito neceſſitas ſpectanda, quod & Maſuer. agnoſcit, tit. de obligat. num. 6.

[c] *Ne le pain ne la paſte.*] Hæc omnino ſacra ſunt, nec attingi conuenit, nec cuiuſquam tanta obligatio eſſe poteſt, quæ iſta capi permittat; Adde è ſacris præceptis, nec molam qua quiſque triticum molat.

2 [d] *Quand on trouue autres biens.*] Hanc exceptionem ciuiliter, & piè ſtatuentibus in totum expungi oportebat, & ſimpliciter ſtatui, iſta nulli executioni patere poſſe, quod Mediolani ſtatutum diſponit, & Cyn. Petr. Alber. d. l. executores contra gloſſam ſenſerant, de qua gloſſa hæc exceptio ducta eſt, quam Angelus ſequitur. Nec ſimilis eſt ſtipendiorum cauſa, quã vtũtur. ex l. ſpem. C. quæ res pig. oblig. poſſ. & l. ſtipẽdia. C. de exitu rei iudic. Obligari tamen poſſe putãt, quod Gerar. de Petra ſancta, ſcribit ſing. 35. Ripa tractatu de peſte. Nam arma militum, & libros ſcholaſticorum capi admitti gloſſa. l. nepos Proculo D. de verb. ſignif. ſi nil aliud reperitur. Sed ea vix admiſerim, ſi per id publico quidpiam detrahitur, cùm armorum vſus eſt; Quod nos aliquando iudicauimus in aquilege, quo ciuitas noſtra carere non poterat, caritura pignerato ſalario auth. ſed iam cautum. C. depoſ. 3

A — *Omiſſis art. 116. N. C.*

Article CCXL.

Le creancier doit faire vendre les choſes priſes par execution, le plus [a] legalement, que faire ſe peut: [b] Et pourra le debteur auoir le ſerment du creancier, que la vente eſt veritable, & ſans dol, [c] ou prouuer la fraude.

Artic. CCXXVII. Novae Cons.

Creditor debet ita cauere vt venundentur res captæ per executionem [a] ſecundum formam à lege & Conſuetudine præſcriptam: [b] Et poterit debitor habere iuramentum creditoris, quod venditio ſit vera & ſine dolo, [c] aut probare fraudem.

Glossa.

[a] *Legalement*] Hoc eſt ſecundum formam à lege, & Conſuetudine præſcriptam, quod ſi fraus participata eſt ab emptore, contra eum actio eſt. l. 1. & l. penult. C. ſi vend. pign. agat. l. ſi ceſſante, & l. & qui ſub imagine. C. de diſtra. pign. Omiſſa forma aduerſus creditorem actio eſt, non emptorem, qui palam & publicè emit.

[b] *Et pourra le debteur auoir le ſerment.*] Ex l. vlt. §. ſin autem dubitatio. C. de iur. dom. impetr.

B [c] *Ou prouuer la fraude.*] Generale eſt enim ſtatuto iuramento credi volente intelligi, niſi pars velit probare contrarium, quod Tiraquellus exigit in retract. §. 4. gloſ. 1.

Quæſitum, an Apparitor vnus à ſocio poſſit ex auctione emere, obſtare enim videtur. l. vltim. C. de reſcind. vend. Sed Baldus admittit, palam, & bona fide. l. cum ipſe. C. de empt. & vend. & noſtri vulgò legem illam vltimam malè intelligunt, cum Palatini omnes generis Comitum, Apparitores dicantur.

Article CCXLI.

La vente des biens pris par execution, qui ſe peuuent commodément deplacer, ſe fera [a] és lieux publics, & accouſtumez: Et quant aux biens [b] qui ne ſe peuuent commodément deplacer, ſeront vendus ſur le lieu, [c] intimation prealablement faite du iour, [d] & heure de ladite vente, publiquement aux lieux accouſtumez.

Artic. CCXXVIII. Novae Cons.

Venditio bonorum per executionem captorum quæ commodè transferri poſſunt, fiet [a] in locis publicis & aſſuetis: Et quantum ad bona [b] quæ non poſſunt dimoueri de loco diuendentur ſeu auctio fiet ſuper loco, [c] intimatione ſeu denunciatione antea facta diei [d] & horæ dictæ venditionis publicè locis ſolitis.

Glossa.

[a] *Es lieux publics.*] In foro, mercatu, ad illum cippum, ad valuas Eccleſiæ, aut cœmeterij clauſtra in pagis vt Odin. Caroli in Stylo Aufrer. tit. de exceſſib. officiar. art. 13.

[b] *Qui ne ſe peuuent deplacer.*] Vt nauis, dolia, tigna, C materies, lapides, quorum poſſeſſio apprehenditur per tactum l. quarumdam. D. de acquir. poſſ.

[c] *Intimation prealablement faite.*] Hoc ideo, quia euehi non poſſunt, & non ſolito loco væneunt.

[d] *En heure.*] ampliùs quam in l. libellorum. D. de accuſ. ſed alia ratio eſt, & dicti cauſa.

ARTICLE CCXLII.

Art. CXLI. Novae Cons.

QVAND les biens pris par execution, sont vendus, ou autrement exploitez, le debteur est tenu [a] de la garentie d'iceux.

QVando bona capta per executionem venduntur, aut alio modo legitimo capiuntu, rdebitor tenetur [a] de euictione eorum.

[a] *De la garentie.*] Diximus art. 141. & 236. qui locus latè A habetur apud Tiraquellũ. §.1. glos. 14. nu. 13. in retract.

ARTICLE CCXLIII.

Artic. CCXXIX. Novae Cons.

ES [a] mercenaires [b] pour leur seruice, & loyer, [c] par marché fait, [d] ou autrement, peuuent [e] dedans le iour, [f] ou lendemain [g] de l'accomplissement de l'œuure, ou de leurs iournées, [h] de leur auctorité [i] prendre biens pour leursdits loyers, & seruice, [k] appelans deux tesmoins, quand ils prendront lesdits biens, lesquels ils pourront vendre, & exploiter [l] en la Chastellenie ou Baronnie, où lesdits biens sont pris, en la forme que dessus: Et qui empescheroit lesdits mercenaires en ladite prise de biens, celuy qui les auroit empeschez, deuroit l'amende, [m] comme d'escousse faite à Sergent.

[a] *OPerarij [b] pro opera diurna aut salario aut mercede sua [c] siue pacta mercede [d] siue alio modo possunt [e] intra diem ipsum [f] aut in crastinum [g] operis perfecti aut diurnæ operæ, [h] sua auctoritate [i] capere bona pro suis locationibus & salariis, [k] vocatis ad hoc duobus testibus, quãdo capient dicta bona, quæ vẽdere poterunt & exploictare [l] in Chastellania aut Baronia, vbi dicta bona capta sunt, forma supra scripta: Et si quis impediret dictos operarios in dicta bonorum captione, mulcta damnaretur [m] ac si vis Apparitori Officium exercenti illata fuisset.*

GLOSSA I.

1 *Artic. propemodum iniquus.*
2 *Æquius intelligendum de iis qui diurna opera viuunt.*
3 *Merces quæ danda.*

1 [a] *Les mercenaires.*] Hoc est omnes hi, qui mercede obsequuntur, & operas locant diurnas.

[b] *Pour leur seruice.*] Magnus hic est fauor, & penè intolerabilis, & contra regulares dispositiones, l. extat. D. quod met. cau. & l. non est singulis. D. de reg. iur. Non est singulis (inquit) permittendum, quod per Iudicem fieri debet, & quæ plura in eandem sententiam colligit Molinæus. §.1. glos. 4. quæst. 1. vt liceat priuato arbitrio manum alienis iniicere.

[c] *Par marché fait.*] Omninò parcissimè faciendum, C quod hîc disponit; Nam ipsis quoque redemptoribus operum, *ceux qui prennent les feurs*, idem videtur permittere, quod vix ferendum, *qu'vn maistre d'œuure puisse par ses mains executer pour vn marché, qu'il auroit*
2 *fait de cinq sols, ou mil liures.* Mercenariis quidem, & qui ex diurna opera viuunt, permitti æquius fuit: nam & à scriptura diuina auctoritatem habet scriptum, & magna ratio ciuilis indulget, sed non protinus ad redemptores operum producenda dispositio fuit, qui probabiliter habent, vnde se alant, & opus perficiant, & actionibus experiri possunt: at de redemptoribus quoque intelligi ostẽdit verbum, quod infra positum B est, *apres l'accomplissement de l'œuure*, quod de alio intelligi non potest, quam redemptore operis.

[d] *Ou autrement.*] Hoc est, siue conducta mercede, siue nulla ex illo, Ite & vos in vineam meam, & quodcumque iustum visum fuerit, accipietis, hoc casu cùm incerta sit merces, talis exigenda erit, quæ solita, & consueta est in talibus pro similibus artificus, si alioqui lege, aut à Magistratu taxata non est, quod Ordinatione quadã Ioannis Ducis anno 1424. erat constitutum in quæque opificia: Et nos aliquando, ex Regum auctoritate, & mandato fecimus. Sed hæc temporum sęuitia nec legem patitur, nec modum immensa rerum pretia, & immanes indictæ intributiones æqua rerum pretia non patiuntur.

GLOSSA 2.

1 *Diurnæ operæ nulla mora vltra diem.*
2 *An statuto auctoritas priuato tribui possit.*
3 *Mercenarius retinere aliena potest non pignerare.*

[e] *Dedans le iour.*] Istud ex scriptura, auctoritatem habet. Non retinebis mercedem mercenarij tui vsque mane, Deuteron. 24. & Exod. 22. quod & Iosephus repetiit. antiq. lib. 4. cap. 8.

[f] *Ou lendemain.*] Visum legislatoribus hanc extraordinariam potestatem coërcere temporis facultate, ne quid præter modum hoc prætextu fieret à priuatis.

g De

g *De l'accomplissement de l'œuure.*] Multum interest in locandis legibus, an opus totum faciendum locatum 1 sit, an per operas. l. ea lege. §. 1. D. loca. Sed hæc verba ostendunt, de toto opere intelligi: nam diurnæ operæ moram exactionis non patiuntur vltra diem. Hic totius operis salarium petitur, quare mirum est hic quoque tribui priuato, priuatæ executionis facultatem.

2 h *De leur auctorité.*] Id est, per se, sine Iudice, aut Apparitore. Dubitatum est iam olim, an vlla ea de re auctoritas statuto, cuiquam priuato tribui posit; vt sibi quisque ius diceret, de quo Bart. l. generali. C. de decur. lib. 10. Bald. cap. 1. §. si quis vero. tit. de pac. iur. fac. Decius d. regula non est singulis. Ioan. Faber. §. quadrupli. Instit. de actionib. & si vetustissimo legislatorum is mos incognitus non fuit, cùm ducere sæpe repugnantem in ius liceret, atque adeo nectere, & bona pignerare: sed non sine causa ius A hoc posteriora sæcula repudiarunt.

i *Prendre biens.*] Vetus Consuetudo dicebat, *namayer*, 3 quod est ad verbũ pignerare, *& qu'ils appellent degager*, nam prisci *namps* pro pignoribus dicebãt. Sed hoc ius speciale est, nec extra casum suum producẽdum: Nam alioqui res quasque pro opera retineri, librũ scriptum à librario, vestem à sutore, à curracario res vectas receptum est, quod Baldus dixit l. vlt. C. commod. Sed aliud est pignerare aliena, aliud retinere.

k *Appelans deux tesmoins.*] Rectè additum ab Reformatoribus, cùm in veteri non esset, vt restari liceat, quid actum sit, quantùm pignoris captum, ne furtum pro pignore fiat.

l *En la Chastellenie.*] Imò *en la paroisse*. Castellaniæ vero mentio hoc vno loco, & art. 359. in tota Consuetudine, & esset ista nimium laxa dispositio.

m *Comme d'escousse à Sergent.*] Cuius admissi quæ sit pœna, latè Chassaneus agit Rubrica 2. §. 7.

Article CCXLIIII.

Gens qui ont bois en vente, pourront faire executer dedans l'an de la vente, de ceux qui auroient pris desdits bois, par Sergent, ou forestiers à ce commis, s'il n'y a autre obligation par lettres, auquel cas apres l'an pourront faire proceder par execution, comme pour autres debtes. Artic. CCXXX. Novae Cons.

Qui syluam cæduam prætio distrahunt, poterunt cogere intra annum venditionis eos qui emerunt aliquot iugera huius syluæ, per Apparitores aut saltuarios ad hoc commissos, nisi sit alia obligatio scripta, quo casu post annum, poterunt procedere per executionem veluti pro aliis quibuscumque debitis.

Hic casus ad eos tantum pertinet qui saltus habent & saltuarios, qui quia præsenti pecuniâ non distrahũt, sed per regiones, & iugera, certo pretio, nomine ta- B men emptoris descripto in notas, hæc scriptura pro authentica habetur, quia nonnisi hac lege contrahit. Hæc nota syluaticis cognitionibus.

Article CCXLV.

Si biens pris par execution estoient [a] vendus, [b] le premier créancier les pourroit faire arrester dedans huict iours, apres la vente d'iceux biens. Artic. CCXXXI. Novae Cons.

Si bona per executionem capta [a] venderentur per auctionem, [b] antiquior creditor poterit ea recuperare intra octauum diem post venditionem eorum.

Glossa 1.

1 Meubles n'ont point de suitte *post octiduum, & num. 2.*

1 Vulgatum est Francicis tribunalibus, *meubles n'ont point de suitte*, quo significant mobilia semel manu debitoris emissa, à creditoribus amplius capi non posse, nec eorum dare prosequutionem, pragmatica regula apud Boërium, tit. de hypothecis, in Cõsuet. Chassan. Rubr. 5. §. 3. Masuer. tit. de executione, nu. 9. Imber. lib. 1. Instit. For. cap. 55. Nos ius hypothecarũ in his persequimur iure ordinario, & regulari. Sed & cùm per auctoritatem distracta sunt, quia creditorum euocatio non fit, vt in Immobilibus, sed intra octiduum duntaxat à die, quo distracta sunt, vt ex iure ciuili, l. ex facto. §. vlt. D. de pecul. nam casus l. pecuniæ. C. quand. fis. vel priu. specialis in fisco videri potest.

2 a *Vendus.*] Per auctionem publicè: nam priuatæ venditiones persecutionem creditorum non effugiunt, C cùm perpetua sit hypothecæ persecutio.

Glossa 2.

1 *Extranei vendicant rem distractam, &c.*

b *Le premier creancier.*] Si antiquior creditor distraxit pignus solemniter, secundus vendiționem reuocare nequit l. vlt. C. si antiq. cred. posset tamen secundus pretium offerẽdo intra octiduum, pignus recuperare: sed & manente venditione q̃ de pretio superesset, petere. Proinde hæc dispositio cùm ius statuat respectu 1 duntaxat debitoris, & creditorum, qui persequuntur pignus non prohibẽtur extranei pignora distracta, vt proprias res, vendicare intra decennium, & legitima tempora vendicationũ mobilium: nam auctiones nil faciunt ad excludẽdos proprietarios, & rerum Dominos, quibus ex facto alieno preiudicium fieri nequit: fiunt enim ad pretij incrementa, non euocandos tertios interesse prætendentes, ergo nec ad excludendos. *Hodie intra quinquennium artic. 284. N. C.*

ARTICLE CCXLVI.

ARTIC. CCXXXII. NOVAE CONS.

SI le Sergent laisse emporter, ou déplacer les biens par luy pris, & vendus par execution [a] dedans huict iours apres la vendition d'iceux; les creanciers auroient recours sur le Sergent.

SI Apparitor sinat transferri extra territorium bona per eum pignerata, & vendita per executionem, [a] intra octiduum post venditionem eorum, creditores actionem, seu recursum habebunt aduersum Apparitorem.

Hic Articulus non est Consuetudinis priscæ, sed descriptus de veteri Constitutione Ducis Petri anni 1451. de quo infra art. 674. qua Apparitores vetantur pignerata exportare territorio, nisi causa subsit, vt A quia non sit locus tutus, in quo pignora deponantur.

[a] *Dedans huict iours.*] Nec enim quælibet addicta tradi debent ante octiduum, si forte quispiam intercessor existat.

ARTICLE CCXLVII.

ARTIC. CCXXXIII. NOVAE CONS.

CEVX [a] qui sont condamnez au nom d'autruy, comme tuteurs, curateurs, [b] Procureurs, [c] & autres administrateurs, ne doiuent estre executez en leurs personnes, ne biens, mais doit estre l'execution faite sur les biens d'iceluy, ou de ceux pour qui ils s'entremettent, ou se sont entremis: [e] Et aussi les sentences & condemnations données au profit desdits administrateurs pour autruy, doiuent tourner à l'vtilité & profit de ceux pour qui ils s'entremettent & se sont entremis.

QVi [a] alieno nomine condemnantur, veluti tutores, curatores, [b] Procuratores, [c] & alij administratores, [d] non debent cogi nec in suis personis nec in bonis, sed executio debet fieri super bona eius, aut eorum pro quibus negotia gerunt, aut gesserunt: [e] Et etiam sententiæ & condemnationes in vtilitatem dictorum administratorum pro alio, debent verti in vtilitatem & commodum eorum pro quibus negotia gerunt & gesserunt.

GLOSSA I.

1 *Finita tutela tutor non conuenitur.*
2 *Nisi dolo, inconsulto tutor, &c.*

[a] *Ceux qui sont condamnez.*] Siue ex voluntaria condemnatione ex contractu, siue iudiciali.

Et si est hæc vulgata iuris sententia, tamen ad sedandas pugnas profuit indistincto Articulo Consue-
1 tudinis contentiones tolli. De tutoribus vera est sententia nomine suo, nec perstãte, nec finita tutela conueniri posse, nec bona eorum propria pignerari posse, l. 4. D. de re iud. l. 1. C. quan. ex fa. tut. l. 2. in princip. D. de administ. tut. l. vlt. D. si quis caution. l. illud. §. 1. D. de euict. l. post mortem. D. quan. ex fa. tut. l. seruum Titij. D. mand. l. 1. C. quan. fis. Ergo suo nomine finita tutela actiones non excipiunt, nec coguntur defendere, etiam si interdum nomine tutorio cõueniantur, vt nos art. 486. diximus, nec actiones actiuæ, aut passiuæ eis, aut aduersus eos dantur. l. 2. D. de administ. tut. l. si Procurator meus. D. de Procurat. l.
2 fin. D. si quis caut. Excipiendum, nisi cum dolo versati sunt. l. Iulianus. §. cum in facto. D. de act. empt. glos. d. l. illud. D. de euict. vide Decium cons. 110. in 5. Si aut inconsultò, aut temerariè malam litem intenderint, aut per æmulationem, dum iræ, aut animo obsequuntur alieno nomine, aut si sunt calumniati, aut cùm causam pupilli deseruerunt per cõtumaciam, B quod frequenter fieri solet ex l. non est ignotum. C. de admi. tut. Bart. Alex. Ias. d. l. 4. Bart. l. qui soldum §. etiam. D. de leg. 2. & quos decis. Tholos. 40. memorat. Boër. Rub. 1. §. 12. in Cõsuet. Bitur. Itidem & si proprio nomine se obligauerint pro pupillis, aut actiones nouarint, quod ait glos. d. l. post mortem. & d. l. Procurator qui pro euictione, l. si creditor. C. si tut. vel cur. inter. quod & Boër. persequitur decis. 804. & rursum, decis. 273.

GLOSSA 2.

1 *Procurator obligatus nomine proprio, aut procuratorio, & num. 2.*
C 2 *Nulla differentia inter rei gestorem voluntarium, & necessarium.*
3 *Administrator proprio nomine non conueniendus, & num. 4.*

[b] *Procureurs.*] De his exertè concertant scholastici scriptores, veluti alio iure sint quàm tutores, quia inter voluntarium alienæ rei gestorem, & necessarium id intersit: sed inanis, & nihili differẽtia, in totúmque probandum, cùm Procurator Procuratorio nomine obligationem contrahit, non aliter quàm vt Procuratorem teneri, aut cõueniri posse, suo nomine nusquã, ergo nec deposito officio, nec iudicati executionem pati. Sin se priuato nomine obligauerit aliud esse, neque

neque enim in certis diuinandum est, nec dubitari debet qui sic alium obligauit, fidem Procuratoris potius secutum, quam Domini, aut propter facultates, aut fidem & religionem, aut propter conueniendi facili-
2 tatem, quod frequẽtissimè accidit. Quare inepta mihi videtur ista concertatio scholasticorum auctorũ, cum sua distinctione volũtariæ, aut necessariæ administrationis, nec iudiciorum, aut contractuum quam vsus explosit, atque ita recipit, vt nemo iam dubitet de pragmaticis: & hæc re vera fuerat sententia, l. Procurator qui pro euictione. D. de Procur. l. si pupilli. §. 1. D. ne neg. gest. vbi Bart. Bald. Alber. Ang. l. seruum Titij. D. mand. glos. d. l. illud. d. l. vlt. D. si quis caut. l. 1. D. quan. ex fa. tut. Collegisse sibi visus est sex casus Sozinus cons. 154. vol. 2. quibus Procurator non aliter quã Procuratorio nomine teneretur, duodecim, aut plures quibus teneretur; sed ista nihili sunt, nec iure probãtur, & opinationibus perturbãt, & verum vsum rei, & Sozini eosdem casus mutatis dũtaxat nominibus diffidunt, quod multomagis probandum est accedẽtibus talibus statuti verbis, quæ cùm nõ distinguant, nec nos distinguere debemus, & ad sedandas tales dissentiones facta apparet, de quo & Cyn. Ioan. Fab. Alber. l. ei qui seruo. C. quod cum eo. Boër. d. decis. 273. diuersa est causa Procuratoris in rem suam, qui suo nomine conuenitur, Doctores d. l. 4.
3 [c] *Et autres administrateurs.*] Hoc quidem cùm conuen-

A tio, aut actus factus est sub nomine administratorio, non si simpliciter, *cõme de Recoeurs, Fabriqueurs, Thresoriers, Oeconomes, & tels autres*, quod & glossa expressit. l. vlt. D. si quis caut. & d. l. post mortem, tales & Syndici, & institores. l. vlt. D. de Instit. actio. Bald. in Rub. C. de cõstit. pec. Sozin. cons. 154. horũ nemo suo nomine de gestis conuenitur, nec cuiusque bona pignerãtur. Quid si qualitas expressa nõ est, & tamen negotium ad alium pertinet, diximus art. 265. verbo *& saisi*.
[d] *Ne doiuent estre executez.*] Nec finità, nec pendente 4
administratione suo quidem nomine, nec actiones excipere, de quo Bart. Bald. Castr. auth. qua in Prouincia C. vbi de crimi. agi oport. l. 1. C. quan. fis. vel
B priua. nisi quidem nimia cõtumacia eorum deprehẽditur, & in facultatibus pupillorum esse constat, vnde solui possit, quod per contumaciam recusant, decerni enim solet bonorum pigneratio saluo recursu contra pupillos, & imputatione in rem pupillarem d. l. non est ignotum. C. de admi. tut. l. vlt. D. eod. tit. de quo latè Iason post alios d. l. 4. Boër. d. §. 12.
[e] *Et aussi les sentences.*] Hic casus est conuersus superioris, vt sicut conueniri nequeant alieno nomine damnati, ita nec conuenire ipsi quemquam actiuè aut passiuè. d. l. 2. D. de adminis. tut. l. si Procurator meus. D. de Procur. Hìc igitur tollitur differentia iudicialium & extraiudicium de qua l. Procurator qui pro euictione, & Doctores. d. l. 4.

Article CCXLVIII.

VAND aucun a contract, ou autre iugé, [a] pour auoir assiette en heritage, la partie, sur laquelle on doit faire l'execution, sera appelée [b] pour dire sur les appretiateurs, tout ce que bon luy semblera, & voir faire ladite assiette, [c] qui sera faite à son option, si elle compare, [d] s'il n'y a autre conuention au contract: Et si la partie appelée defaut à l'assignation, [e] sera l'assiette faite à la discretion du Commissaire, ensuiuant le contract, ou iugé. Artic. CCXXXVIII. Nouae Cons.

*Q**Vando aliquis habet contractum, aut aliud iudicatum [a] de reditu annuo assignando super fundo aliquo, parti seu proprietario in quem debet fieri executio, dies dabitur [b] vt dicat cõtra appretiatores seu æstimatores quicquid ei videbitur, & vt videat facere dictam assignationem, [c] quæ fiet ad electionem eius si adsit, [d] nisi sit alia conuentio aut contractus inter partes: Et si pars cui datus est dies non adfuerit ad diem constitutum, assignatio reditus [e] fiet arbitrio Cõmissarij secũdum formam præscriptam per ipsum contractum seu iudicatum.*

Glossa i.

1 *Utraque pars eligit æstimatores.*
2 *Partes non adsint æstimationi.*
3 *Non testib. sed æstimatorib. æstimatio ineunda.*
4 *Quomodo partis conueniunt de æstimatorib.*
5 *Non est necessaria vocatio partis ad æstimationem, &c.*
6 *Electio debitoris in assignatione seu assietta, &c.*
7 *Arbitrio commissarij fit assietta, &c.*

Hic titul. 14. Nouæ Cons. — Hic Consuetudo partem alteram Rubricæ persequi incipit de appreciationibus materiam certè variam, incertam, nec lege vlla constringibilem, sed ab arbitrio & ingeniis æstimatorum pendentem, & subinde mutabilem locis, temporibus, opportunitatibus rerum.

[a] *Pour auoir assiette.*] Cùm de reditu annuo assignando
C super solo conuenit, huic æstimationi locus est, cùm quæritur & agitur, vt reditus respondeat fructibus, qui ex solo regulariter percipiuntur, ac tantum soli assignetur creditori, vt reditus quantus promissus, & debitus est, percipi possit ab creditore. In quo id primùm regulare est, vt de vtriusque partis sententia deligi debeant, qui æstiment ex peritia, & rerum vsu, 1
quod Bart. dixit. l. qui bona. §. vlt. D. de damn. inf. Bald. l. hac edictali. §. vlt. C. de secund. nup. Nec solum vt de his consentiat, pars vocanda est, sed etiam tum cùm æstimatio rerum fit in ipsis locis, quod Bart. dixit l. 3. C. fin. reg. l. generaliter. §. penult. C. de iureiur. Bart. Bald. Steph. Bertr. & alij. l. 2. C. de rescind. vend. Ias. cons. 220. lib. 2. Abbas & Felin. cap. quia iudicante. ex. de præscript. Et si nos id non ex toto 2
obseruamus vsu, vt æstimationibus adsint, qui aucto-

ritate, minis, gratia, clamoribus sæpe partes æstimatores dimouent à vero iudicio, & alio impellunt. Itaque citati vt adsint, cùm æstimatio facienda est, rebus ostẽsis & indicatis summoueri deinceps solent: hæc cùm facta sunt cùm renunciatio siue raportus fit in iudicio ab appręciatoribus, non est necesse partes aut vocari, aut interesse, quia hîc actus est peritiæ artis, quem partes impedire non possunt: ideo & absentibus fieri potest, reg. qui potest. D. de reg. iur. Neque enim postea vetantur, quid licet obiicere, quod Baldus dixit. l. in minorum. C. in quib. caus. in integ. restit. & l. vlt. C. de feriis & d. l. hac edictali. §. vlt. Bart. l. Theopompus. D. de dot. præleg. Ant. Butr. Felyn. cap. veniens. ex. de testib. Iaf. d. conf. 220. & idem. §. quidam. Instit. de actio. in fin. Talis æstimationis frequens vsus est in rescissionibus ex l. 2. C.
3 de rescind. vend. quia cùm iusti pretij ad conuentum proportio inueniri debeat, testium ex toto in eo & fides, & peritia spectanda non est immensum distantibus ingeniis, & cuiusque censura in diiudicationibus rerum & pretiorum. Quare peritorum & exercitatorum hominum arbitrium potius quærendum, qui in talibus instituti vsu, & experimentis docti verum ædant. Cuius rei tam probabilis vsus est, vt post quasuis attestationes publicatas, & aperturam inquestæ, (vt loquuntur) & probationum tempora lapsa peti possunt, quod Lanfrancus dixit cap. quoniam contra falsam, verb. testes. vers. dubitatur. de huiusmodi dispositione. ex. de probat. Flor. l. si seruum. D. ad leg. Aquil. quod in tanta testium licentia fieri expedit, & vero necesse est, & si hic

A quoque quiddam licere depræhensum est improbitati.

[b] *Pour dire sur les appreciateurs.*] Imo *pour conuenir des* 4
appreciateurs, in quo vsurpari solet, vt actor suum nominet, reus item suum, tertius de communi sententia assumatur: Si dissentiant iudex constituit Bart. l. creditor ad fin. D. de pigno. l. 2. vbi Salyc. Cod. de rescind. vend.

Appreciations.] Hîc videtur statuere de vocatione, 5
quæ fit post appreciationem factam, quam nos ex Bartolo necessariam esse negauimus, nec ab hac methodo agentibus inchoanda fuit appreciandi solennitas.

[c] *Qui sera faite à son option.*] Semper enim electio est 6
debitoris de pluribus, quod soluat, de locis vbi soluat, cùm rerum soli assignatio facienda est l. plerumque. §.
B vlt. D. de iur. dot. congruit art. 553.

[d] *S'il n'y a autre conuention.*] d. l. plerumque, promissio enim hominis tollit prouisionem legis, & quod de eo conuenerit, omnino sequendum est.

[e] *Sera l'aßiette à la discretion du Commissaire.*] Ordo qui- 7
dem iuris exigebat optionem transferri, quod fere perpetuum est, frustrante debitore, quod glossi & Doctores tractant l. 2. D. de opt. leg. l. mancipiorum, D. eod. tit. c. si pluribus. de proba. in 6. Ioan. Fab. l. cùm quidam. C. de verb. signif. Bart. & Alber. l. cum qui certarum. §. 1. D. de verb. oblig. & quos Tiraquel. in retract. §. 24. Sed hîc vrbanius & æquius in arbitrio iudicantis & commissarij ponit, qui in talibus nec optima, nec deterrima sequi debebit; sed media nec incommoda debitori, videtur enim creditor negligentia deterius maluisse.

ARTICLE CCXLIX.

Artic. ccxxxix. Novae Cons.

ET doit le Commissaire faire somme de la debte, &[a] de la mise des bannies & du prisage du salaire du Sergent,[b] & des ventes.

ET debet Commissarius summam facere de debito, &[a] de expensis proclamationum, & æstimatione, salario Apparitoris,[b] & de laudimiis.

GLOSSA I.

1 Frais de l'execution de l'assiette se payent par executoire, &c.

2 Debteur de l'assiette la doit à ses despens.

1 *La Coustume parle icy des frais necessaires pour l'execution de l'aßiete, & s'entend au cas, que le debteur se soit obligé de faire l'aßiette du principal & despens: autrement vne obligation simple de faire aßiette à ses frais n'emporte pas enfoncement des frais aux termes de cet Article, lesquels s'il n'en est conuenu se payent par liquidation & taxation, & executoires comme personnels, comme en matiere de criées, quand le principal est payé, les frais des criées se payent, & poursuiuent*
2 *par action, & cessent les criées, s'il n'est conuenu autremẽt.* In reliquum regulare est, *que qui doit l'aßiette, la doit faire à ses despens: Car il est debteur d'aßiette.* Ergo & soluat q̃ debet: *Et faut noter qu'il est icy parlé des frais de l'aßiette, non pas des frais du procés pour y paruenir, qui sont personels.*

GLOSSA 2.

1 Ny à bannies en assiette.

C 2 Assiette du total des ventes.

[a] *De la mise des bannies.*] Hoc ipsum ineptè descriptum 1
apparet de veteri: *Car en aßiette soit conuentionnée ou iugée, n'eschet qu'on vse de bannies: mais l'Article ancien parloit, quand on auoit procedé par bãnies, qui estoient criées en ce temps là apres discußion de meubles: mais ne parloit pas des frais des bannies: car quant aux bannies qui se font pour appropriement, ce n'est pas solemnité essentielle du contract, ny de l'aßiette. C'est vne seureté pour le crediteur, laquelle se fait à ses frais, & n'est rien au profit du debteur, ny dépendant de son obligation.*

[b] *Et des ventes.*] Congruit art. 66. *du tout des ventes,* 2
que le crediteur paye pour l'acquisition faite de rente par deniers, & puis de l'aßiette. Ex quibus duobus fit alienatio, & manus mutatio, & consequenter laudimia debentur: *mais il n'eschet pas tousiours ventes en toutes aßiettes, comme en telles, qui se baillent en retour de partage, ou par échange, ou autres tiltres non subiets à ventes.* Dicimus alibi art. 73.

Article CCL.

Et[a] s'il y a gagneries,[b] qui ne soient en grain,[c] on doit regarder, que peut valoir la semence,[d] le labourage,[e] & autres cousts, & frais, qui ont esté enuiron iceluy labourage,[f] & doiuent estre appreciez à part par meubles. Artic. CCLII. Novae Cons.

Et[a] si frugum genus aliquod sit,[b] adhuc in herba solùm absque grano,[c] debet considerari in assignando reditu super solo, quanti valere possit semen,[d] cultura & alij sumptus qui circa culturam facti fuerunt,[f] & debent æstimari separatim vt mobilia.

Glossa 1.

1 *Spica mense Maio.*
2 *Æstimatio sementis ante spicam.*

[a] *Et s'il y a gagneries.*] Sic veteres frugum genus omne appellarunt.

1 [b] *Qui ne soient en grain.*] Cùm adhuc seges in herba est; Sunt vero quæ citius, aut tardius exeunt in belinem & glumam, secacalia quidem nobis frequentissima sementis, quæ ante Maium in spicam non exit, triticum serius, frumentum, quod nigrum dicunt, omnium tardissimè.

2 [c] *On doit regarder.*] *Quand l'aßiette se fait en terres ensemencées*, translato dominio fundi quicquid insertum, satum, aut implãtatum est, cedit creditori, nec tamen gratis, aut sine pretio æquum est cedere; si igitur ante spicam quidem æstimatio sementis quantæ fuit in mercatu sationis tempore, de cuius æstimatione diximus art. 386. de hac expensa Angel. l. si à domino. §. 1. D. de petit. hæred. Bart. conf. 286. Boër. conf. 841. Artic. 131. N. C.

Glossa 2.

1 *Impensa culturæ quæ sint.*
2 *Sumptus quærendorum aut colligendorum fructuum.*
3 *Impensarum culturæ* & d'assiette *differentia.*

A [d] *Le labourage.*] Impensa culturæ, arationis, stercorationis, sepiendi, sarciendi & si quæ aliæ in operæ rustico, quæ quidem semper cõpensantur cum fructibus, quando fructus ab eo percipiuntur, qui coluit, cùm restituantur fructus, deducuntur, l. 3. D. de impens. in re dota. fruct. l. diuortio. §. impendia. D. sol. matrim. & eos etiam predo deducit Bart. l. fructus. D. sol. matrim. Bald. l. 1. C. de fruct. & lit. exp. text. d. l. si à non Domino. D. de petit. hæred. Boër. conf. 44. Catel. Cotta. verbo statuto Mediolan. 1

[e] *Et autres cousts & frais.*] Qui sumptus quærendorum, aut colligendorum fructuum causa fiunt, quia B nullum genus causæ reperitur, quod talium imputationem, aut repetitionem impediat, d. l. si à non Domino. l. fundus qui. D. fami. ercisc. l. quod in fructus. D. de vsur. & quos Molinæus in feudis. §. 38. & §. 1. glos. 8. numer. 13. Tiraquellus in retract. §. 15. Diximus art. 537. 2

[f] *Et doiuent estre apprecie à part par meubles.*] Congruit Articulus 532. & seq. Separat hîc impensas culturæ ab expensis *de l'aßiette*, & tribuit persecutionem culturæ vt mobilium *de ceux de l'aßiette par assiette*, fecerat enim debitor impensas in suo & debentur à creditore: sed expensæ assietæ debentur à debitore. 3

Article CCLI.

Et au cas que les gagneries seroient en grain, on deuroit soy informer qu'ils pourront valoir en grain, & autres choses rabattant les coustages qu'ils auroient cousté à mettre à profit, & à bien, & iceux fruicts & gagneries bailler au creancier au prix de sa debte, au cas, qu'il n'y auroit autre debat. Artic. CCLII. Novae Cons.

Et si huiusmodi fruges sunt cum grano, inquisitio fieri deberet de pretio earum & aliarum rerum deductis cultura & meliorationibus, & eas fruges dare creditori pro pretio debiti, modo nulla alia sit contentio.

Vide art. 132. N. C. Hic textus diuersam facit æstimationem frugis, quæ in herba est, & eius quæ in grano, aut spica, de C quo nos diximus art. 386. certior enim æstimatio in grano, & si hîc quoque spem seges potest.

Article CCLII.

Les[a] autres choses qui seroient[b] annexées en l'heritage,[c] qui ne pourroient estre deplacez[d] à profit[e] demeureront, & seront prisagées auec la terre, comme elles se poursuiuent[f] gastées & vestuës[g] à douze ans quittes,[h] rentes,[i] seruices,[k] & toutes autres charges rabatuës, &[l] baillées au creancier pour sa debte, au cas qu'il ne se trouueroit autre acheteur. A vingt ans quitte, art. 240. N. C.

Argentr. in Conf. Brit.

RES [a] aliæ quæ [b] affixæ aut annexæ essent fundo [c] quæ non possunt dimoueri [d] de loco sine detrimento [e] remanebunt & æstimabuntur cum ipso solo vt annexæ & pars soli, [f] & vt erunt magis minúsve fructuosæ, [g] per spatium duodecim annorum sine vllo onere, [h] reditu, [i] obsequio, [k] & aliis oneribus deductis, & res ita æstimatæ [l] dabuntur creditori pro suo debito, modo nullus alius emptor esset.

GLOSSA 1.

1 *Affixa seu annexa retinet creditor soluendo, &c.*

[a] *Les autres choses.*] Congruit art. 537. vbi diximus.

[b] *Annexées.*] De talibus diximus quiddam d. art. 537. & plura, art. 408.

[c] *Qui ne pourroient estre desplacées.*] Hoc est quæ tolli, & eximi non possunt sine rei detrimento, & res non remanet perinde vtilis, ac si exemptæ non fuissent tex. l. vtilis, in fin. D. de petit. hæred. l. in fundo. D. de rei vend. l. Iulianus. eod. tit. l. domum. C. de rei vendic. l. si sine. §. interposito. D. de admin. tut. l. pro volupta-
1 riis. D. de impens. in res dotal. fact. Si tamen hoc modo annexa velit creditor, cui sit assieta, retinere poterit dando tantum quantum res ablatæ valerent. d. l. si in fundo. l. idémque. §. idémque ait. D. mãda. Bald. consil. 134. lib. 5. Bald. d. l. in fundo. & §. si quis de mãso. col. 4. vers. extra quærto. tit. de controu. inuestit. ca. 1. §. vassallus. tit. hîc finit. lex Corra. Ias. l. 2. col. 8. notab. 7. C. de iur. Emphit. Denique hoc iudicium in talibus sumẽdum, vt si detrimentum rei affertur auulsione, res impacta aut innexa pecunia æstimanda sit, & in loco relinquenda. l. pro voluptariis. D. de emp. in res don. fact. nec eius malignitati obsequendũ, qui nocere tantum desiderat, si æstimatio præstatur, diximus, art. 408. & 537.

[d] *A profit.*] Hoc est, quæ auulsæ non eandem ferunt vtilitatem.

[e] *Demeureront.*] Hoc est æstimabuntur in vtilitate, & valore soli, vt annexa, & pars soli, non vt instrumentum prædij.

[f] *Gastez & vestus.*] Hoc est prædia cum sua dote æstimanda sunt & vt vacua, vt plena sunt, sic æstimatio augenda, aut minuenda.

GLOSSA 2.

1 *Obsoleta indicatio* à 12. ans quitte.

2 *In prædiis indicatio prædij ad rationẽ vnius pro 24. &c.*

1 [g] *A douze ans quitte.*] Perspicua hîc est reformatorum incogitantia, qui repertam antiqui temporis æstimationem veteri libro, mutatis temporibus rerum vsu alio, & causis longè aliis sine iudicio transtulêre in nouam suam reformationem, quæ & si longè aucta est ab illo tempore, qui fuit anno 1539. tamen ne illo quidem tempore ferri hęc rerum æstimatio vsu poterat. Fuit ista abauis nostris prędiorum æstimatio, deserta & attrita continuis bellis Britannia, adeo vt & corriaceam monetam per bella cusam ex historia constet, sed eam pacata tempora melioribus commerciis, & pace reddita intra hos sexaginta annos non tulêre, cùm ne reditus quidem constituti minus viginti pro vno admitterentur tribunalibus, quominus toleranda hæc indicatio in prędiis & fundis, quorũ multo

Sic hodie, à vingt ans quitte art. 240. N. C.

A carior est comparatio. Quare obsoletam & vsu desitam indicationem, rursum repręsentasse pro lege sponte naturæ mutabilem, & incertam sine iudicio factum apparet. Nusquam vero iure determinatum mirum non est, cùm locorum, & hominum opportunitates subinde ista soleant mutare, vt quæ volubilis, & ab adiunctis circunstantiis incertior subinde fieri soleat, quod Iurisconsultus rectè aduertit. l. pretia rerum. D. ad l. falcid. l. 3. §. diui. D. de iur. fis. Quare de eo scribenda lex non fuit, quod subinde desultaret in crebras mutationes, sed relinquenda fuit iudicantium arbitrio, quam nulla lex posset cõstringere. At de pretiis redituum constitutorum diximus in art. 266. verb. *tistre*, in loco de præscriptionibus contra pacta redemptiua. De prædiorum pretiis incerta semper indicatio fuit: Quidam id iustum iudicauerunt, quod annis quindecim de fructibus pretium reponeret, hoc
B est, ad rationem quindecim pro vno, vt Bald. & Salyc. l. si quis argentum. §. si verò alicuius. Cod. de donat. Quidam ad rationem vnius pro duodecim. vt Ioan. And. ad specul. tit. de vsur. alij ad rationem vnius pro viginti, de quo Ang. Fulgos. Castr. auth. præterea. C. de sacros. Eccles. & quos alibi memorauimus. Hæcque sententia maioribus nostris diu placuit. De duodecim pro vno vetustior hæc indicatio est. Non ita 2 pridem, & nunc quoque in distrahendis bonis Ecclesiarum, in vsum bellorum, taxata est æstimatio ad rationem viginti quatuor pro vno. anno 1562. quæ duplex est proportio ad eam, quæ scribitur, idque Regis auctoritate, & iussu anno item 1577. cum eadem necessitas contingeret ad rationem 24. pro vno. Nec vsu nunc fere quisquam minoris emit, quam ad rationem viginti quinque pro vno, ad minimũ viginti pro vno: plerique etiam ad rationem quadraginta aut sexaginta pro vno aut carius. Vicini Normani & Andes etiam
C ad rationem duodecim, aut quindecim, aut etiam vilius emunt. In tanta æstimationum varietate sequẽdus dux vsus, quid iudicari soleat: quid æstimatores censere, quid omnes receperunt in quoquo loco, & regione. Illud constat nullo modo cuiquam amplius probari, quod hîc scribitur, nec in iudicando, aut æstimando seruari. Itaque hic Articulus omnino ab Reformatoribus expungendus, si etiam meliorem stabilituere placet. Et si etiam repetitus infrà art. 258.

[h] *Rente.*] Censu, pensionibus.

[i] *Seruices.*] *Les obeïssances.*

[k] *Et toutes autres charges rabatuës.*] Congruit art. 257. & 258. vbi dicemus.

[l] *Bailler au creancier pour sa debte.*] Hîc quoque abrogati iuris vestigia ex forma obligationum, quibus cautum erat, *de pouuoir proceder par detriment & auenant*, quo iure non amplius vtimur. Sed habebat auctoritatem à iure. l. à diuo Pio. §. si pignora. D. de re iudic.

ARTICLE CCLIII.

T si les terres estoient chargées de [a] doire, ou biens-faits, [b] ou qu'autres les tinssent à viage, elles deuroient estre baillées [c] à my prix, c'est à sçauoir [d] à six ans quitte.

A dix ans quitte art. 241. N. C.

ET si fundi ipsi [a] doario, aut alia pensione onerati essent, [b] aut alij eorum vsumfructum tenerent ad vitam, dandi essent pro dimidio, nimirum, [d] ad sex annos, id est, vt ex sex annorum reditu summa principalis possit recuperari.

GLOSSA.

[a] *Doire, ou biens-faits.*] Quid sit doarium nemo ignorat, *biens faits* sunt secundonatorum nobilium portiones vsusfructus iure fruendæ, à primogenitis concessæ. Talia sunt & annua, id est, pensiones, quæ de alienis fundis, aut prædiis percipiuntur, nam talia non minus quam vsusfructus morte extingũtur. l.4. §.si in singulos. D. de ann. lega. Et si quædam habeant diuersa, aut pensiones annuæ, quæ Sacerdotibus, pro sacris ad vitam legantur, donantur.

[b] *Ou que.*] Scribendum fuit, *& que*, Nam inepta est disiunctiua inter commata, quæ non diuersum statuunt: Nam *tenir à bien fait ou viage*, idem est, & si oratio non eadem. Et si *bien fait* magis adstrictè capimus, *pour les droits des puisnez en succession noble.*

A [c] *A my prix.*] Tantumdem igitur æstimatur vsusfructus quantum proprietas, si quidem proprietas cum suo fructu causali est duodecim, separata incipit æstimari dimidio ipse vsusfructus formalis tantumdem, quàm rectè infrà dicemus.

[d] *A six ans quitte.*] Hanc eandem æstimationem & rationem secutus est Oldradus, consil. 207. in reditu ad vitam constituentis empto, adeò vt appareat hominibus, qui tum vixêre, vt & maioribus nostris aliud fuisse receptum, sed temporibus mutatum. Bald. consil.292. lib.5. ad rationem vnius pro nouem & consil.410. lib.1. ad rationem vnius pro decem, & consil.18. lib.1. Roman. cõsil.302. ad rationem vnius pro octo. de quo Molinæus quæst.72. Didacus Couarru. lib.3. cap.9.

ARTICLE CCLIIII.

ET la proprieté, qui est attenduë apres le viage du bien-faicteur, ou de la doiriere, ou d'autre viage, seroit aussi baillé [a] à my prix, comme dit est. ARTIC. CCXLII. NOVAE CONS.

ET proprietas quæ expectatur post vitam eius, in quem beneficium collatum est, aut doariæ, aut alterius vsusfructus danda esset etiam [a] pro dimidio pretij, vt supradictum est.

GLOSSA I.

1 *In assignatione seu assietta facienda, quæ æstimatio ineunda, &c.*
2 *Diiudicanda æstimatio ab ætate cuiusque vsufructuarij, &c.*
3 *Certa æstimatio proprietatis separatæ, & vsusfructus formalis separati, &c.*
4 *De vita cuiusque in æstimatione vsusfructus, & num.7. & 8.*
5 *Tota hominis ætas sexaginta annis computanda, &c.*
6 *Diminutio vsusfructus addit proprietati in valore, numer.7. & 10.*
9 *Vita præsumanda xxx. annorum in rachaptu, &c.*

Hæc eadem æstimatio initur in art.75. suprà, vt si totum est viginti, vsusfructus æstimatio sit decem, id est, dimidia totius: proprietas separata ab vsufructu totidem. Eadem igitur æstimatio proprietatis separatæ, quæ & vsusfructus separati. 1 Hîc igitur subsistendum, & quæri oportet, sicut in ratione pretij & laudimiorum ex pretio æstimandorum, sic in assieta facienda, quam rationem sequi appreciatores debeant: nam cùm talium æstimatio incerta sit, in obscuro est fixam & certam rationem inueniri, cùm in facto incerto, & quæ ab incerta hominum vita determinationem, non nisi incertam potest capere, perdifficile sit certum statuere, in qua diiudicatione cùm duæ metæ sint extrema durationis & temporis constituantur, vnum à quo, aliud ad quod, non est difficilis determinatio termini à quo, propterea quòd cùm de præterito quæratur, probationibus facti tam ciuilibus, quàm 2 à natura subiacet. Sumitur enim ab ætate quæ cuiusque est, cui vsusfructus debetur, cuius probatio sensibus subiicitur, sed extremi, ad quod tam incerta de-

B terminatio est, quam ipse finis vitæ incertus. l.1.D. de cond. & demonstra. Quare & eius æstimatio incerta, & eius iuris, quòd à fine vitæ finem etiam debiti accipit, id cùm per humanam conditionem, & cœcitatem in futuris fieri nequeat, necessariò cogitationes applicandæ sunt ab accidentibus communibus, ad id quòd sæpiùs, regulariter, & ordinatè agendo contingit, in re licet obscura: Sed ea diiudicatio vt causis variantibus, ita opinationes multorum non easdem, nec similes genuit, dum alij aliud spectandum putant: cuius rei norman tradere conatus Vlpianus à Venuleio reprehensus est in l.hæreditatũ. D. ad Senat. Trebell. qui & receptam obseruationem memorat vsu diuersam: sed ea quam ille adstruxit, posterior iurisprudentia non meliorem putauit, nec citra casum suum, id est, falcidiæ causa producẽdum putauit, quod Bart. Alex. Imol. & duo Raphaëles putarunt. Ias. l. eius
C qui. §.vlt.D. de verb. oblig. Afflict. decis.34. & Molin. exequitur. lib. de vsu. q.72. ex eo retexuit & Didacus Couarruuias Hispanus lib.3. resolution. cap.9. & aliis alia placuerunt. Hæc Consuetudo certam, & determinatam æstimationem proprietatis separatæ, & vsusfructus formalis separati ponit, vt æquiualeant. Hoc 3
centro posito veluti themate, cessat casuum incertorum, qui à circunstantiis variantur, diiudicatio, quæ etsi in quanto rationem non habet, vt tempore mutata, nec iam ad vsum vtilis, tamen proportione vtilem habet determinationem. Nam vbi cõstiterit, quæ rerum soli regularis, ordinaria, & vsu recepta, & approbata sit æstimatio, iam difficile non erit, vsusfructus taxationem inuenire à lege fixam. Quòd si ponimus fundi solidi cum suo vsufructu causali æstimationem esse ad rationem vnius pro duodecim, vt hîc, vsusfructus, & viagij separati erit sex: sin viginti sit æstimatio, vsusfructus erit decem; quòd si etiam

fundus æstimetur vigintiquinque, quæ regularis nunc æstimatio in vsu est, vsusfructus æstimatio erit duodecim cum dimidio, hoc est, dupla ad hanc obsoletam, & antiquã inusitatam. Sed hæc æstimatio vsusfructus quæ sic fit, rationem ducit ab diuturnitate vitæ eius, cui debetur, ex cuiusque enim vita mutationem accipit. Nec enim, vt Lucianus cauillatur, in facultate est cuiusque quam vitam redimat in mercatu, & propolio vitarum, sed quam quisque, & cuius temporis sortitus est hanc necesse habet exigere. Quidam prima ætate intercipiuntur, cùm filum abrumpitur. Prædicit Thetis apud Homerum Achilli filio ὦ μάλα ὠκύμορος ἔσῃ. Quosdam pueritia, multos adolescentia absumit, pauciores ad senectutem veniunt, quidam
4 adeo vsque longæui, vt sæcula superant. Si de cuiusquam vita in æstimatione vsusfructus quærendum sit, in indiuiduo respiciendum erit, subiectum, an ordinatum sit secundum naturam, & an ἐν ἕξει insit, an contra quidquam vitij, quod vitam habeat de curtare. Nam & si omnium æquè incerta meta sit, itavt nec hora constet, tamen humana æstimatio, quò potest pertingere, de regulari, & bene temperato intelligitur statuere inter extrema, plùs & minùs, cùm vsusfructus æstimationem taxat, ne vt longissima æstimetur, vt prisci sæculi, ne breuissima contra, sed ex communi ratione, & diuturnitate viuendi. Talis (inquam) dimidio proprietatis, vt hîc, æstimabilis est, & cuius sit meta sexaginta annorum, cuiusmodi eam terminat d. l. hæreditatum: nam illa quæ veterum fuit centum annorum, vt l. vlt. de sacros. Eccles. Cod. & l. An vsusfructus. D. de vsufr. & si quibusdam, paucissimis tamen contingit, ideóque in norma constituenda ex communi vsu, & accidentibus non fuit ea proponenda legislatoribus, sed quæ ἐπὶ τὸ πλεῖον viueretur rursum nec abrupta, nec immatura. Quare accidit ab hac meta, & veluti centro interdum declinationes fieri, veluti excentricas vitas, veluti si aut morbus symptomatis perspicua relinquat, ex qua partes corporis, quibus anima continetur, pereant, aut labefactantur, veluti Pthysis, Hydrops, aut de talibus aliquis morbus corpus insessit: Nam & quibusdam morbis sua sunt tempora, intra quæ hominem perire necesse sit, sed & quos ætas præterita debilitat, vt qui quinquagesimum annum excessêre, & iam vergere incipiunt. In talibus, si cui vsusfructus debeatur, non iam illa ratio viuacis, & bene nati spectanda est, quia aut ex morbo, aut ætate aliquid detractum apparet futuræ vitæ. Ex quo fit, vt alia in vigesimo, alia in trigesimo anno, alia quadragesimo, & item quinquagesimo vsusfructus ratio ineunda sit, sic vt ab decenni puero ad sexagesimum, de quinquennio in quinquennium æstimationem diminui rationabile sit, vt iuris consultus facit, in d. L. hæreditatum: itavt quo plus victum est, minùs restet vitæ, atque ita depretiatio fiat vsusfructus, qui vitæ rationem, & metam sequitur. Quis enim adolescenti valenti, & vegeto idem æstimet, vt in vieto corpore, & silicernio terram aspectante, & capulari. Certè illa æstimatio, quam Vlpianus facit ab augmento ætatis, & depreciatione vsusfructus, nullam proportionem æqualem seruat, quam ibi Iurisconsultus cum censura Vlpiani facit semper triginta annorum, vltrà & citrà trigesimum annum, quod nullam rationem habere videtur si anteacta vita, & dimidia ætas præterita nihil faceret
5 ad æstimationem vsusfructus diminuendam. Mihi nulla rationabilior computatio iniri posse videtur, quam si tota ætas hominis sexaginta annis æstimetur, id est, duodecim quinquenniis, atque ita pro singulis quinquenniis præteritæ vitæ semper duode-

A cima æstimationis vsusfructus diminuatur, quomodo spes vitæ diminuitur. Hæc eadem ratio sequenda erit in assietta facienda super fundo, qui cum suo vsufructu centum est annui reditus: nam si oneratus reperiatur vsufructu, aut viagio, proprietas in qua assietta facienda est solum erit dimidia, id est, quinquaginta: quod ipsum accipiendum, rebus secundum naturam dispositis, posito quod debeatur vsusfructus puero decenni, & bene nato; alioqui si quid imminuitur propter circumstantias, quas diximus, de vsufructu, id erit addendum valori proprietatis: oportet enim totam æstimationem reperiri in vtro- B que iuncto, itavt, si quid decedat valore vsusfructus, id oporteat accrescere proprietati, quæ tantò plus valet, quantò vsusfructus minus duraturus est. Nec moueri nos oportet absurdo, quod Molinæus deducit, quòd in puero decenni vitam quinquaginta annos superfuturam præsumentibus, reperietur tanta æstimatio, vt nemo velit emere pro tanto. Pone enim deberi super fundo valente centum, vsumfructum, eius æstimatio erit quinquaginta per hanc Consuetudinem, quam reditum si à decimo anno ad sexagesimum deduxeris, annis vertentibus fient quinqua- C gies quinquaginta, quæ summa efficit duo millia quinquaginta, qua summa nemo volet emere reditum annuum quinquaginta ad vitam, cùm perpetuus reditus, atque adeo solida proprietas annui reditus quinquaginta comparari possit, ex quo iniqua videtur æstimatio vsufructus debiti, si fiat ad rationem quinquaginta annorum, sumpta consideratione ab communi emptione annui reditus, aut vsusfructus communis. Sed hîc diuersitas, quia in æstimatione annui reditus, aut verò fundorum communis æstimatio pretij iustitiam facit, quod esse solet ad rationem vnius pro viginti, aut vigintiquinque, sed ratio D æstimandi vsufructus, certæ & determinatæ personæ debiti, non sumitur à tali temporis cursu viginti annorum, sed à vita presumpta eius cui debetur, quæ nunquam, aut raro fingitur tam breuis, vt nonnisi viginti annorum æstimanda sit. Non est itaque ratio comparanda ab eo quod proprietas emi soleat, sed ab eo quo vita hominis porrigere solet, & id quoque in consideratione est, quòd cùm vsusfructus ad vitam hominis emitur, tota summa representatur presens, sed cùm æstimatur alteri debitus, expectanda est solutio vertentibus annis, ideòque cùm tota sum- E ma presens est meliori conditione emitur. Proinde hæc æstimatio Consuetudinis est, cuius ratio est in incertitudine euentus, & vitæ vsufructuarij. Nam sicut fieri potest, vt ad sexagesimum annum duret vsusfructus, ita & accidere potest, vt postridie constitutionis finiatur, nec propterea reuocabitur æstimatio semel ritè facta ab euentu superueniente, quod rectè Cæpolla putat in consiliis ciuilibus, consil. 14. Aymo. Craueta eum sequutus consil. 194. & Didac. Couarruuias existimat, & si contra communem sententiam glossæ, & Doctorum. d. l. heredìtatum. ex F l. fideicommisso. C. de transact. Panor q. 5. numer. 8. Et cùm semel creditor in casu huius Articuli susceperit euentum, vtroque æquè contingibili, & lucro, & damno cedet, vtcumque acciderit. Cùm cuidam viduæ doarium centum aureorum constitutum esset anno ætatis vigesimo, & vitam perduxit ad annum sexagesimum; certum hic est, perceptam esse, annis vertentibus, in quadraginta annis summam quatuor millium aureorum; hunc vsumfructum nemo initio voluisset emere quatuor millibus, quæ tamen vidua inde percepit, sed vicissim poterat accidere, vt non libram quidem illa vllam perciperet. Hæc igitur æstimatio

matio non est referenda ad id pretium, quo communiter emi reditus ad vitam solent in commerciis, sed ad id, quod communis vita cuiusque perdurare presumitur, quia in priori casu nulla durationis ratio necessariò initur, sed pro libito quisque emit: in secundo casu lex durationem presumit, & ex ea æstimationem partes faciunt, nec hîc vita reducitur ad viginti annos pro vno, quæ fit in proprietate ipsa comparanda. Nam quod Baldus, Romanus, & cæteri æstimant pretium redituum ad vitam, ad rationem vnius pro decem, rationem non habet à scripta lege, & apparet ab eo tempore longè auctas æstimationes fundorum. Quare sicut alimentorum, & vsusfructus diuersas rationes habet. d. l. hereditatum, ita redituum ad vitam alia ratio ineunda est, an à vita presumpta à lege, & ab incerta, & non taxata, sed contingibili. Certè æstimatores nostri in æstimando onere rachatus, id est, εισδικτήκα, quod debetur morte cuiusque patrisfamilias, tricesimum annum reditus solent inter onera diminuentia ponere, non quia vita hominis non sit amplius quàm triginta

9 — 31. annu artic. 249. N.C.

A annorum, sed quia concurrente vita patrum, & filiorum existimant, cùm pater decedit, superstitem filium non minus quàm triginta annorũ ætatis esse: ita mortuo patre non ampliùs quàm triginta victurum, quæ est regularis sexaginta annorum meta. Neque enim vita vnius à fine alterius inchoatur, sed ante cœpta continuatur, finienda suo curriculo & metâ: id quia incertum sit, dubitari nequit, sed in incertis oportuit modum aliquem ex communiter contingentibus poni ad talium æstimationes ineundas, quæ necessariæ sunt in commerciis. Hæc mea sententia de re valde obscura.

[a] *A my prix comme dit est.*] Hoc intelligitur, posita æstimatione vsusfructus in centro debiti personæ valenti, & benè dispositæ; nam si propter aliquas circumstantias diminuatur æstimatio vsusfructus, ea accrescer æstimationi proprietatis, propterea quod, quò celeriùs finietur vsusfructus, hoc minus onerata proprietas, & celerior consolidatio, sed contra vsufructui nil accrescit per decrementum proprietatis.

Article CCLV.

Et quand on ne trouue meubles ou immeubles, autre que la maison, ou maisons du debteur où il demeure, ou a demeurance, si peut-on faire execution sur celle [a] maison, ou maisons, & doit estre [b] bannie, & appreciée, comme les autres heritages.

Et quando nulla inueniuntur mobilia, aut etiam immobilia, quàm domum aut domos debitoris, in quibus manet aut habitat, attamen potest fieri executio super illam [a] domum aut domos, & debent fieri [b] proclamationes & æstimari, quemadmodum solet in aliis rebus soli.

Glossa.

Hæc discussio non tollitur per Ordinationem Regis anni 1539. Etsi illa ordinem discutiendi sustulit, introductum à Romana iurisprudentia, quia speciali derogatione opus fuit priuilegio in corpore iuris nostri clauso: Sed illa de iure tantum illo statuit, vt effugiosa, & fallaci, quam & gentes, & prouinciæ plereque, suo priuatim iure sustulerant vt noxiam.

B [a] *Maison ou maisons.*] Domum intellige domicilium, *ou maisons*, si plura domicilia habeat: cęteræ enim in rationem eandem non veniunt. Nam preterquam domus distractio cuique probrosa est, ita sancta, & larium tutrix, quod Cicero oratione pro domo sua latiùs concionatur: Et cuique fidum, vt aiunt, perfugium, ita vt inde nemo extrahi possit.

[b] *Bannie.*] Id est, *inquantée par criées.*

Article CCLVI.

Appreciation n'est valable, s'il n'y a trois hommes non suspects & [a] qu'ils soient iurez, à [b] faire bonne & loyale appreciation [c] sur meubles ou sur heritages.

Artic. CCXLIII. Nouv. Cons.

Æstimatio non valet nisi adsint tres homines periti non suspecti & [a] iurati ad faciendam iustam æstimationem [c] supra mobilia aut super fundum.

Glossa I.

Hic Articulus intelligendus est inter repugnantes, & contentiosè experientes: nam quin ex consensu, duo eligi possint, atque adeo vnus, si sic visum est, *Argentr. in Cons. Brit.*

C non est dubitandũ. Regulare est autem, vt cùm quidquam peritis artium cõmittitur, duo vocari debeant, quod Bartolus scribit in prima constitutione digestorum & l. 1. D. de ventr. inspic. Panor. & Anto. Butr.

& cæteri, cap. proprietati. ex. de probat. & cap. ſignificaſti. ex. de homic. hic, Conſuetudo tres exigit propter diſſentiendi facilitatem, vt ſit qui diſſidentes duos componat ex. l. item ſi vnus. §. ſi in duos. D. de arbitr. quod ſi vnus tantum in ea ciuitate ſit, is ſufficiet. Congruit vero artic. 566.

GLOSSA 2.

[a] *Qu'ils ſoient iurez.*] Quod ipſum Baldus Ioan. Fab. & alij faciendum cenſent. l. hac edictali. §. his illud. C. de ſec. nup. Caſtr. & Iaſ. l. de pupillo. §. qui opus. D. de oper. no. nunciat. Felyn. cap. quia iudicantem, ex. de præſcr. Alex. conſ. 82. vol. 6. Bart. d. l. 1. Molinæus. §. 33. gloſ. 3. num. 7. quãquam ex conſenſu aſſumptos, non eſt neceſſe iuratos eſſe; quod Iaſon defendit conſil. 200. lib. 2. Etſi in dubio non puto remiſſum iuramentum, niſi partes expreſſerint officio quidem publico iuratos, vt nuper, *nos arpenteurs*, non puto. In ſingulis artibus iurari non magis, quam Magiſtratus alios, ſed an præcedere æſtimationem iuramentum A debeat, an ſequi dubitatio tenuit, ego ante ſolitos iurare, & receptiùs eſt, ſed poſt poſſe exiſtimo, quod in teſtibus diſſeritur, de quo nos alibi.

[b] *Faire loyale appreciation.*] Nulla in parte iudiciorum magis impunè aut flagitioſiùs peccatur, quam in talibus, tùm illi corrupti leuâ, dextrâve pependêre: Ergo ſi ex officio ſumantur, inuiti officium facere coguntur. Ex conſenſu nonniſi ſponte, quod Alex. Salyc. Bald. tradunt. l. iuratus. C. de procur.

Quid vero ſi diſſentiunt, & cùm tres ſint, vnus hoc, alius aliud, tertius diuerſum æſtimat, extat longa diſputatio Molinæi. §. 33. gloſ. 3. num. 11. qui in maiori æſtimatione non putat minorem ineſſe, nec in eo eſſe conſenſum, ſed vſus contra recepit. Quòd ſi ex toto diuerſa ſentiant, nec conuenire poſſunt, iterãda per alios æſtimatio, duo quidem tertio conſentientes præponderant, & aſſentiri tertius cogendus, ſi recuſat, quod interdum fecimus.

[c] *Sur meubles.*] In quibus hic numerus non perinde neceſſarius haberi ſolet.

ARTICLE CCLVII.

SI [a] l'heritage eſt noble, & celuy ſur lequel on fait l'appreciation noble, les appreciateurs ſeront nobles, & [b] ſ'ils n'eſtoient ſçauans, prendront auec eux [c] gens à ce cognoiſſans, pour les conſeiller, [d] qui feront ſerment en tel cas requis, & ſ'enquerront [e] de la valeur, [f] commodité ou incommodité, & des charges qui ſont ſur les choſes, qu'on veut apprecier, pour [g] charges rabatuës, le tout [h] calculer & liquider, & [i] bailler au creancier pour ſa debte, & payer baux, ventes au Seigneur [k] & autres frais & miſes dudit partage à douze ans quittes.

A 10. ans quitte, art. 244. N. C.

SI [a] fundus eſt nobilis, & is ſuper quem fit æſtimatio nobilis, æſtimatores erunt nobiles, & [b] ſi periti non eſſent, admittent ſecum peritos ad dandum eis conſilium [d] qui iuſiurandum præſtabunt in tali caſu requiſitum, & inquirent [e] de valore [f] commoditate & incommoditate, & oneribus quæ ſunt ſuper res quæ æſtimandæ ſunt, & ita [g] oneribus deductis, omnia computare & liquidare, & ſic [i] dare creditori pro ſuo debito qui ſoluat ballia ſeu laudimia Domino feudali [k] & alios ſumptus dictæ diuiſionis, ita vt ex duodecim annorum reditu ſumma principalis poſſit recuperari.

GLOSSA I.

1 *Nobiles æſtimatores de re nobili.*
2 *Hîc de imperitia circa rem, &c.*

1 [a] *L'heritage eſt noble, & celuy.*] Hæc duo coniunctim ponit, vt & res ſit nobilis, & reus: certè & cùm res ſola eſt nobilis eodem iure vti receptum: eſt enim hæc rebus applicata conſideratio cùm perſonarum nulla ſit. Hic verò, & vbique in veteri Conſuetudine magna vbique pro nobilibus præſumptio, nec iniuriâ, vtinam ne falſa ſit. Sed illud extra rem, quod generi tribuendum putarunt, quod erat ingenio potius, & peritiæ, & experimentis tribuendum.

2 [b] *S'ils n'eſtoient ſçauans.*] Et ſi hoc accipi poteſt de imperitis in genere æſtimationum, & vſus, tamen cùm imperitia annumeratur culpæ, in ea quidem arte, quam quiſque profitetur, hîc de imperitia potius accipiendum circa rem ipſam, & facti, cùm aliunde euocati, bonitatem ſoli, fructuum anniuerſarias quãtitates non norunt, & commoda quæ, quæque tellus habeat & quid ferat, quid item ferre recuſet non in- B telligunt, alioqui ſi nil adferunt præter ignorantem, & ſtolidam nobilitatem tam inepti ad hoc habendi ſunt, quam Sutores ad picturam æſtimandam, & vitia in ſtatuis.

[c] *Gens à ce cognoiſſans.*] *Priſeurs ou autres cognoiſſans la valeur du ſolage particulier.*

[d] *Qui feront ſerment.*] Neceſſe tamen non eſt partes vocari, & hoc ipſum ſacramentum ipſis vocantibus, aut commiſſariis præſtatur.

GLOSSA 2.

1 *Æſtimatio ineunda à fructibus, &c.*
2 *Britannici ſoli natura & cultura.*
3 *Nemora quomodo æſtimanda, & ſiluæ.*
4 *Molendinorum æſtimatio.*
5 Eſtangs & Pecheries.
6 Oeillets de mareſts ſalans.
7 *Sepulchrorum æſtimatio difficilis.*
8 *Domorum & Villarum æſtimatio.*
9 Francpriſage qu'il faut abolir.
10 Diference entre Reuenu & Rente.

e De la

1 *c De la valeur.*] Hic valor sæpe æstimatur pretio semel soluendo, vt in rescissione vltra dimidiam ad diiudicationem iusti pretij, & conuenti: sæpe æstimatio fit annui reditus, quanti fructus annui sint. Hæc æstimatio à fructuum vbertate, aut sterilitate deducitur, & pretiū accipit pro eorum quantitate regulari, & statu: neque enim quorundam annorum rata vbertas spectanda est, nec item penuria, aliter atque aliter culta reddit. Idem solum nimiâ aratione sterilescit, quod olim in Thessalia accidisse vniuersis agris Plinius scribit. Si quis agros biferos habet, vt in Chalcia Rhodiorum aut Babylone, qui sata quinquagesimo fœnore plerumque centesimo, vt in Euangelio, respondent diligentibus agricolis. In Thuringia ordeum vno anno satum, sponte altero producit secale: si tales fundos æstimes ingens feras pretium. 2 Nobis nil sine magna stercoratione prouenit: quibusdam locis, alternis seritur agris restibilibus, quidam nonnisi sexto, septimo anno repetuntur, alibi vno equorum iugo, alibi nisi sex bobus terra non vertitur. Spectandus etiam in æstimationibus ordo, quem Cato posuit in præceptis agricolationis primùm pascere, tum arare, nam pastionum nullus sumptus. Nobis prati iugera minori modo æstimantur, rarius æstimatur quam aratorij. Vineæ non semper inutiles, sed crebrò infestantur frigoribus, vliginoso solo. Quid quod vicinitas vrbium pretia rerum auget, cùm emporiis, & vrbibus copiosis importatur. Syluæ quoque suæ æstimationes sunt glandes, pastiones, aucupia, materia ad ligum, & focū, venationes etiam in fructu, etsi magis voluptariæ, & potentiorum: 3 Etsi nobis nondum obtinuit ratio concors æstimandorum nemorum, de quo me etiamnum adolescente enixè litigabatur, *entre le sieur de Seuigné, & le Seigneur du Pont pour la forest du Fou.* Mihi valde placet ratio, qua Andes etiam scripta Consuetudine vtuntur, vt alia inter cohæredes æstimatio facieda sit, alia inter extraneos, si fortè debitor aliquis non habeat, vbi alibi faciat assiettam debitæ reditus quantitatis. Inter cohæredes quidem, ista non vt inter infensos tractanda sunt, quos inter cùm controuersia incidit, non quanti futurum sit nemus, aut cæsæ arbores separatæ à solo æstimandū est, vt ita rursum soli ipsius nudi, & vidui facienda sit æstimatio, sed sic vt stantes arbores solo fructum ferunt pastionis, glādis, & mulctarum, *bois mort & mort bois,* & eorū fructuum, cùm iunctæ arbores fundo ferunt. Aliter æstimantibus necesse erit euenire, vt immensum ascendente ligni pretio, si separatim æstimatur, vt primogenitus siluam exscindere cogatur, & decora domus reuellere, vt secundonatis de sua portione satisfaciat, aut ad valde exiguam soli, & reditus annui partem redigatur, si arbores stantes retinere velit, si reditum nullum potest cōsequi nisi distracto nemore. Quare nō magis ista, quæ pars soli sunt, distrahenda, aut separanda à solo sunt in æstimationibus faciendis, quam domus ipsa, & quæque inseparabiliter infixa: Nec enim siluæ semel cæsæ pretiū, & reditus annui cohæredibus præstandi æqua comparatio est, sed solùm vt est in suo statu naturali appreciandum, vt loquuntur. Extraneorum alia causa est, cùm debitori expediat rem quanti sit, quomodocumque æstimari, & rei suæ detrimento defungi creditoris prosecutione, nec creditoris intereſt vnde illi satisfiat, nisi cùm expressum, *bois & decorations non contees en l'assiette,* etsi cùm creditum est à causa mutui, talem conditionem non admiserim, vt onerosam, & vsuram resipientem, cùm sit plus debito, & iustis vsuris creditor habiturus est preter sortem. Idem in reditu pecuniâ constituto. In aliis creditis, in quibus plus summa conuentâ licuit pacisci, admiserim, cùm de

Vide art. 255. Noua Consuetudinis.

A eo quoque conuenire licuerit. Sed & siluæ cæduæ æstimatio varia, provt seriùs aut citiùs cæditur, aut crebriùs, de quo Boërius decis. 51. de quo ipso Borboniorum Consuetudo quandam suam & ipsa æstimationem init.

4 Molendinorum quoque diuersa æstimatio, cùm suspecti sunt sumptus, ob crebras irruptiones, & eluuies, tùm crebræ instaurationes necessariæ incurrunt, si præsertim fluminibus validis, aut torrentibus insident, & aquæ præcipites feruntur, cùm aggeres moliuntur, aut subruunt, tutius habentur quæ lacubus,
B & stagnis sunt imposita, sed fructus impar, propter aquarum penuriam. In his imprimis spectandus districtus, vt loquuuntur, vberior è multis molentibus, prouentus fortuitorum, & spontaneorum, vt lex nulla, ita nec æstimatio. Flatiles crebris ventorum irruptionibus quassantur, & subinde alliduntur: itaque varia æstimatio, qui magnis irruptionibus infestatur, quartâ vt plurimum parte reditus depreciantur, quæ abit in reparationum vsus: de cęteris quoque multum detrahitur: nam vt ille versus est. Negotij sibi qui vult comparare plurimum, hæc duo sibi cōparato, nauem, & mulierem, certè & moletrinam addere debuerat,
C quæ olim opera seruorum fuerat, ante fluuiatiles molas repertas.

Vide Art. 256. N.C.

5 *Lacuum*, & piscationum nostris quidem exigua æstimatio, cùm vberes sint Francis, de his fructus piscationes ipsæ temporibus mutantur. Patrum memoriâ magna Sulmonum copia amne Cosino, qui Normanos alluit, nunc rari, aut nulli, vt nec halecis in littore Diepensi, cùm olim ingens esset copia.

Coesnon riuiere.

6 *Salinas* quoque tempestates, & crebriores pluuiæ exagitant, ocellos littorales Britanni solent appellare, æstus & soles perquam talibus opportuni. Inde reditus ingens olim, sed Principum inclementiâ, & vicinorum commerciis, exploratâ industriâ fructus decreuêre.
D Harum æstimatio vt plurimum à locis, & opportunitate secus sumitur, & exportandi facilitate.

7 Piget dicere in æstimationibus faciēdis sepulchrorum quoque, & præeminentiarum rationem haberi infructuosæ per se rei, sed quam tamē generosissimus quisque ambitiosè expetat, & in magno pretio decorum habeat, præsertim si vicini æmulatio, aut inuidiabilem mouit. Difficilis certè ęstimationis ratio, si quidem pecuniaria æstimatio quæritur communis, non illa affectus. Lapidicinarum quoque fructus sunt, de
E quibus Boërius decis. 51.

8 *Domorum* & villarum æstimatio non vna: nam pleræque, damnato, iam olim Catonis elogio, more, fundos desiderant, vt vicissim fundi villas. Quædam otiosa ingenia, otiosis item pecuniis obsequuntur animis, & magnas, & operosas ædificationes moliuntur, præsertim in hortis suburbanis, Episcopi, Abbates, & qui diuitiis difluunt nullo labore partis, ipsi interim ædificatores inter opus sępe emoriuntur, & inutilis laboris inutiles etiam exitus sortiuntur. Sæpe etiam hæredum numerus copiam distrahit, nec vllus vicus non aliquid talium exēplorum habet, cùm pater familias
F aliquis publicorum vectigalium manceps, aut fortunatis commerciis euectus, & in ære suo ludit fortunæ indulgentiâ, sed eo quandoque fato finito rationes repetuntur, credita confinguntur, quæ hæres nequeat refellere: magna inopia hæredum ædificia dilabuntur, exiguæ pensiones, quæ ne in sarta quidem tecta sufficiant. Hîc si talium æstimatio facienda sit, ne dimidio quidem eius, quanti structæ sint, æstimet, pensiones exiguæ, impensæ ingétes instauratione, vrbium etiam opportunitates, in talibus sæpe vsui sunt, & bono, vt & emporiorū, & portuum, cùm apothecæ mercibus

art. 253. N.C.

art. 254. N.C.

sunt oportunæ. Rursum si in frequentibus locis penè inutiles euadunt, infrequentiam faciunt pestis, bella, cœtus hominum, aliò, atque aliò translati, aut euocati. Arces quædam, & turres, & operosæ moles in agris reperiuntur olim per bella extructę, nunc desertæ. Tales si quis æstimari velit, non ab structuræ impendiis, sed à fructibus & pensionibus, quas reddunt, ratio ineunda est, ipsum ædificium nō pluris, & quàm quātum ad habitandum, & fructus recondendos necesse sit, dumtaxat, qui illis ipsis villis nascuntur, quibus insident, deductis expensis reparationum, ædificationis, & structuræ nulla ratio, cùm fructus nullos reddat, cōstituunt enim fructus rei æstimationem, l. si fundus. D. de bon. eor. qui sub tut. l. fundum per fideicommissum. vbi Ias. D. de legat. 1. l. si quis. C. de rescind. empt. l. 1. vbi Platea. C. de nauicul. lib. 11. & à fructibus valor rei colligitur, prout plus minúsve fructus reddunt. Itaque non pretium materiæ, aut ædificationis, aut structuræ, sed reditus spectandus. Hæc sententia Bartoli Angel. Salic. l. si quos. C. de rescind. vendit. Bart. l. qui bona. D. qui bon. ced. poss. Ang. & Imol. l. apud Iulianum. §. hæres. D. de legat. 1. Bald. Ang. Alex. Imol. l. Imperator. ff. ad Trebell. Ang. l. 1. Cod. de leg. & authen. rogatus. C. ad Trebel. Bald. l. vlt. §. sin autem legata. C. de bon. qui liber. Quo loco scribit domos prætiosas esse quodammodo steriles, quia reditus earum non respondent pretij structuræ. Ioan. And. cap. cum causa. ex. de testib. Etsi quidem, vsus quidam esse solet castrorum, & arcium, quod ad tuitionem bonorū, & hominum in bellis, quod Hostiens. Alb. & alij notant. cap. Pisanis ex. de rest. spoliat. Alber. l. in nomine. D. de offic. præf. Affr. Extant quidem vtiles suis locis, rerum & prædiorum scriptæ æstimationes, in Consuetud. Andium, Borboniorum, Aruerniorum, ex quibus decerpi pro ratione quædā possunt. Locationum quidem ratio quanti communiter, & vulgò, & regulariter fieri solent, pro exploratis probationibus habendæ non sunt, & si Andium ea vsurpatio est. Melior illa, non ita multò ante hæc tempora, Francorum commerciis nobis quoque probata, quæ fit conturbato decem annorum reditu, ac deinde in decem æquales partes partito, *qu'ils appellent faire de dix annees vne commune.*

Vide Art. 253. N.C.

9 Fuit maioribus nostris pridem vsurpatissima ea forma, *qu'ils appellent franc prisage*, quæ ad nostram quoque ætatem fando peruenit, sed sensim abiit ex vsu, vt iniqua & irrationabilis, nec tamen sine exemplo, quando Borbonij non adeò dissimili æstimandi ratione vtuntur, cùm plures habeant. Hæc eiusmodi erat, vt tāti solùm fructuum ratio habeatur, qui à nudo solo, si ne omnino vlla cultura rederentur, quanti scilicet essent, qui ab natura, & vbertate soli sine vlla satione, aut cultu expectandi essent. Fuit illa forma, & si priscis vsurpata, errore tamen ætatis inducta, & per iniqua norma æstimandi: Nam cùm mater humus ad hoc habeatur, à conditore data mortalibus vt colatur, sentes alioqui, & vepres paritura, & peccati piaculo iniuria sit creatori: iniqua, & irrationabilis æstimatio est, quæ cultum à solo separat, & inuitat torporem. Quā iniuriā subinde fiebat, vt æstimatio boni soli tertiā sæpe, aut verò besse, id est, duabus tertiis deperiret debitori assietam debēti; nam ipsum hominem quanti æstimes sine cultu, equos, canes, animantia, arbores: Nihil agendo enim malè agitur, humus abit in siluam, aut squalorem. Quare me auctore, in totum foro explodenda talis æstimandi ratio, redigendáque ad communem æquabilem, & locabilem cuiusque rei valorem à fructuum ratione, & quantitate regulari, & ordinaria cuiusque loci: nec magis admittenda antiquaria vsurpatio, quam in duellis pridem desitæ armorum insuitate figuræ, aut opificum inaudita specimina in probandis opificibus, quæ sine vsu inutiliter proponuntur, veluti picturę in rebus inanes. Sed & *entre rēte & reuenu* quodam interesse putant, *que la rente est fruict continuable, & qui ne se peut diminuer pour estre bien, & seurement assis: mais le reuenu est ce que chacune annee produict tantost plus ou moins, soit par ferme, ou labourage à moitié, ou autrement.*

Abrogata art. 261. N.C.

Art. 245. N.C.

GLOSSA 3.

1 *Simplices commoditates particularium non spectandæ in æstimationib.*

2 *Sed commoditates à causis communib. & vniuersalib. considerandæ.*

f *Commodité.*] Id est, *vtilité.* Simplex autem commoditas cuiusque particularis à causis indiuiduis huius, vel illius hominis spectanda non est: neque æstimatores rationem habere debent, quia tu vicinum tibi fundum emas, quia rixosum vicinum expellas, quia iter commodius ad tua acquiras, quia, cùm pratum non haberes, & tua villa desideraret, habere incipias, aut quia subiectos habeat emptor, qui molendinum non haberet, quos exinde molere coacturus sit, aut è contra: ista, inquam, particularia cuiusque sunt commoda, sed in assietta facienda creditori imputanda non sunt, nec propterea æstimatio augenda, ne sua cuiquam commoda, quæ à se habet, imputētur. Nam quòd creditor vicinus sit debitori, id à creditore non habet, quòd subiectos habeat, nec item. Sunt enim istorum particulares considerationes ad eliciendos priuatos cuiusque motus, ad quidquam faciendum, de quo ipso auctores Agricolæ rerum rusticarū præcipiunt, & hominis consilium instruunt, sed non instituunt contrahendi formulas, aut leges. Sed hîc de 2 commoditatibus accipiendum, quæ causas communes omnium, & vniuersales habent, veluti si proximè vrbes & emporia, quæ pretia fructuum augent, hortulus in suburbano vrbis ingentis est reditus, transfer ad tria milliaria, valde exigui reperietur, decresceret ferè in totum, vbi non erit, qui asparagos, aut Cynaram, aut delicata olera prandeat, & pretium ponat rei, quam rustica pallatia non attingant. Magni apothecæ, cellæ in littoribus ad recondendas, & reponendas merces, in vicis planè nihili. Spectandæ igitur commoditates à locis, & opportunitatibus, non à singulorum commodis, quæ communem non habent causam, quod l. pretia rerum. D. ad l. falcid. discriminat.

GLOSSA 4.

1 *Deductis onerib. æstimatio facienda.*

g *Charges rabatues.*] In omni æstimatione facienda tri 1 cuiusquam, & soluendo, aut assignando in solo, id quod cuiquam debetur, onerum realium deductio faciēda est: Diminuunt enim onera rem ipsam. Quod pretij decem est, si quinque de eo debentur extraneo, non potest res dici valoris esse plus, quàm quinque, quæ ad creditorem ventura sunt, si quidem rei inhærent, nam personalium pactorum, quæ rem non sequuntur, alia conditio est, de quibus in l. vt pomum. D. de seruit. & Cæpolla titul. 1. capit. 2. & 3. Quare ser- 2 uitutes erunt æstimandæ, si quas fundus æstimatus debet, item reditus fundiarij debiti super solo, *les obeyssances, les rachapts, les seruices feodaux*, & quodcunque tale est quod rem grauet; & in sumptu consistat, *deniers de Sergenties, receptes.* Idque generale est in omni com- 3 mercio,

mercio, contractu, assignationibus, partagiis, æstimationibus, doariis. habere enim id quisque tantum videtur, quod habet onere deducto. l. non amplius. vbi Bartol. Iason. Raph. Castr. Bald. Alex. D. de lega. 1.
4 Itaque nil capere videtur, cui tantum oneris imponitur, quantum capit. l. ciuitatibus. §. vltim. D. de leg. 1. l. sed si non seruus. §. quod si alicuius. D. ad l. falcid. dictum exemplis illustrat Iason d. l. non amplius. Hoc idem spectat. l. sed si hoc. §. cuidam. D. de cond. & demonst. & l. quantitas. & l. seq. D. ad falcid. l. quod dicitur, vbi Angelus. D. de imp. in reb. dotal. fact. Bart. l. vbi purè. §. fin. D. ad Trebel. Alex. l. in lege falcidia non habetur. D. ad l. falcid. Bertach. libello de Gabellis, tertiâ parte octauæ partis, quæst. 28. Tiraquell. in retract. lign. §. 1. glos. 14. numer. 115. & in conuentionali, in præfatione numer. 21. & seq. vbi de onere redemptionis æstimando loquitur, & Molinæus. lib. de
5 vsur. quæst. 5. Ex quo dici solet onera ex parte venditoris apposita rem, & pretium diminuere. l. fundi partem. D. de contrah. emption. quæ Tiraquellus ibi
6 latiùs exequitur. Id in solutione Gabellarum pro contractu obseruandum putant, & si res sit triginta, onus A decem, de viginti tantū soluenda sit. Hæc Bald. Raph. Alexand. Ias. & solus Imol. improbat. d. l. non amplius: Sed Baldi primùm ea sententia, & dictum fuit. Idem de impetratione beneficij viginti quatuor duca- 7 torum, quæ æstimabuntur deducto aere alieno, & debitis rei impositis, quod ait Bald. l. 1. C. de fruct. & lit. expens. & d. l. nō amplius. Et quoties de reditu annuo 8 fit mentio, intelligitur deductis oneribus Bald. l. cohæredibus. D. famil. ercisc. & Ias. l. neque scriptura. C. de compens. Idem & cùm mentio fit de fructibus. l. 9 fructus. D. sol. matrimon. vbi Bartol. Bald. Alexan. fusa tractatio apud Lupum repet. rubr. de donat. §. 25. Quin onerū quoque conditionalium, & incertorum facienda quædam æstimatio est. d. l. in lege falcidia.
B [h] *Calculer & liquider.*] Congruit Art. 249. & 233.
[i] *Bailler au creancier.*] Id est, *asseoir & assigner.*] ex l. à Diuo Pio. §. si pignora. D. de re iud. l. 2. & 3. D. si in caus. iud. *quand il y a assiette promise,* alioqui etiam creditor licitari potest. dd. ll.
[k] *Et autres fraits & mises du prisage.*] Sumptus æstimationum & quiuis, vt in l. quantitas patrimonii. D. ad l. falcid. vt supra Art. 249.

Article CCLVIII.

SI l'assiette est faicte [a] sur certains detenteurs, on doit regarder [b] les rentes, & debuoirs que les detenteurs doiuent, & les asseoir [c] selon qu'on a accoustumé au pays, [d] à douze ans quitte, [e] pourueu que le fief le vaille: & de chacun vingt sols de rente que le fief vaudra aux detenteurs, [f] outre les rentes, & deuoirs deubs au Seigneur pour les [g] obeyssances, [h] on doit priser douze deniers de rente.

SI reditus assignatus est [a] super certos possessores, considerari debent [b] reditus, & debita, quæ à possessoribus debentur & ea taxare seu [c] imponere secundum loci morem [d] ad duodecim annos id est, vt ex duodecim annorum reditu summa principalis recuperetur [e], modo feudum id valeat, & de vnoquoque viginti solidorum reditus annui quod feudum valebit ipsis possessoribus [f] præter debita, & reditus debitos dominos, [g] pro obsequiis [h] feudalibus, æstimatio facienda ad valorem duodecim denariorum annui reditus.

Glossa 1.

Supra dixit, de reditibus assignandis super rebus soli, hîc super iuribus feudalibus, incorporalibus quidem ipsis, sed quæ corporibus inhæreant.

[a] *Sur certains detenteurs.*] *S'il y a fief dominant, qui ait subiects & vassaux, & il faille faire assiette sur ledict fief si les detenteurs du fief & subiects tiennent terres, qui soyent estimees vingt sols de rente, il faut bailler en assiette au crediteur ledict vassal, & son obeyssance douze deniers, & s'il en tient douze fois autant, il faut l'asseoir pour douze sols, & du plus, plus, & du moins, moins. C'est le prisage de l'obeyssance que doibt le vassal. de laquelle obeyssance dependent les casuels, & aduentures de fief, lots, ventes regulieres: Car s'il y auoit rachapts, l'obeyssance seroit prisee d'auantage, & pour faire telle assiette ou prisage, il faudroit priser ce que tient le vassal, pour entendre à combien de valeur il tient. Au contraire si l'assiette se faict sur fonds qui doiue obeyssance à autre Seigneur, comme tous doiuent, il faut rabbatre pour ladicte obeyssance, qui est contee en charge comme dessus, à pareille raison. La coustume d'Anjou faict autre sorte de prisages d'hommages, de foy, ou de Iustice simple, comme aussi celle de Bourbonnois.*

[b] *Les rentes.*] *Ce que doibt le vassal par deniers, est tout prisé,*
C *ce qu'il doibt par especes, se doibt priser. Chappons* olim. 2. s. nunc dimidio plus, *coruee d'Esté ou d'Hyuer, charroy, boisseau de bled ou d'auoyne.* In quibus tempus & loci valde variant, non solum in momentaneis æstimationibus, sed etiam successiuis, & nuper inclementiâ tēporum immensùm aucta sunt rerum pretia. Minus illa æstimantur, *qu'ils appellent fourment de prix,* quæ in specie exigi non posse Domini prædiorum defendunt, sed æstimationē dumtaxat, vt Dolis, & Neoduni, tametsi nullo iure, cùm cuique suo frui non licet, & vendere cogitur, *tel fourment se doibt estimer d'vn tiers moins, que le fourment deu par espece.*
D [c] *Selon qu'on a accoustumé.*] In eo enim mos cuique regioni gerendus est. l. pretia rerum. D. ad l. falcid.

Glossa 2.

[d] *A douze ans quitte.*] *Du iourd'huy en fief portant obeyssance, le prix ordinaire seroit au denier trente, pour le moins au denier vingt-cinq.* Quæ taxatio in vendendis rebus Ecclesiæ anno pridem 1562. & hoc quoque, quo hæc scribimus anno 1577. à Rege indicta, & taxata est. Au denier 30. & 25. art. 248. N. C.

[e] *Pourueu que le fief le vaille.*] Id est, *pourueu que le subiect tienne terre, laquelle valablement reuienne à ladicte valeur*

de xx. ſolz, ou autre ſomme, à raiſon de laquelle on fera l'aſſiette: car s'il ne valoit la rente de celuy, auquel on faict l'aſſiette ne ſeroit pas bien aſſignee, car le vaſſal quittant le fief ſe deſcharge de la rente.

[f] *Outre les debuoirs deuz au Seigneur pour les obeyſſances.*] A tout vaſſal, qui doibt l'obeyſſance, eſt rabatu douze deniers en charge, pour l'obeyſſance qu'il doibt, & faut que ce qu'il tient ſoit priſé xx. rabatant l'obeyſſance.

A [g] *obeyſſances.*] C'eſt la ſubiection feodale, & iuriſdictionnelle, & droicts qui en dependent.

[h] *On doibt priſer.*] A celuy à qui eſt deu l'obeyſſance, on luy met en priſage ladicte obeyſſance en reuenu de douze deniers, à celuy qui la doibt, on luy rabat en charge douze deniers, c'eſt à dire, ſa terre eſt moins priſee de douze deniers, qui s'entēd pour les obeyſſances communes, & regulieres: car où il y a rachapts, l'obeiſſance ſeroit priſee d'auãtage, qui ſeroit la trentieſme annee du reuenu, de ce qui ſeroit trouué eſtre tenu en rachapt.

ARTICLE CCLIX.

Art. ccli. Noval Cons.

ET ſi le priſage eſt faict [a] & il y ait iuueigneur, on doibt apprecier [b] le fief, que les iuueigneurs auroyent, & tiendroyent par parage, chacun vingt ſols qui auroyent ſix deniers de rente, [c] & du ſur-iuueigneur ſon iuueigneur trois deniers de rente, que celuy tiers iuueigneur y auroit.

ET ſi æſtimatio facta ſit [a] & ſit ſecundonatus, debet æſtimari [b] feudum, quod ſecundonati haberent & tenerent in paragio, vnumquodque viginti ſolidis, & ſex denariis reditus annui [c], & illud filij ſecundo geniti tribus denariis reditus, quos tertius ſecundogenitus in eum haberet.

GLOSSA.

1 Iuueigneurie en parage.
2 Iuueigneurie ſimple.
3 Soub-iouueigneurie.
4 Explication de l'article.

Hunc Articulum nullum tribunal, rarus conſultus intelligit, ἀκροαματικὸν dicam in materia conſuetudinaria. *Nous auons deſcript les qualitez des teneures feodalles de Bretagne en l'Artic. 313. & auons dict qu'il y a deux qualités en la teneure comme iuueigneur d'aiſné, l'vne appe-*
1 *lee en parage, l'autre en iuueigneurie ſimple. Le vray & formel parage eſt, quand vn aiſné baille à ſon frere puiſné ſon partage, & le reçoit à homme de certaine terre ou fief, eſtant le bailleur, & le preneur en pareil degré de ſang, & de ceſte parité s'appelle le parage: car ceſte nature de teneure ne doibt nul deuoir, fors l'hommage, s'il n'y a expreſſion de conuention autre, & n'emporte ny haute Iuſtice, rachapt, ny vente, ny profitts caſuels ſur le puiſné, ou iuueigneur, Art. 74. 312. & 340. Et conſiſtent les deuoirs de ceſte teneure en reuerēces, & deferences perſonnelles ſeulemēt, qui ſont contenuës en l'Art.*
2 *313. iuſques au 322. La teneure en la iuueigneurie ſimple eſt, où le parage defaut, il defaut par trois accidents, par ſang, quand le degré deuale, & s'eſloigne, comme en ceſt Artic. Secondement, par alienation en main eſtrangere, comme en l'Art. 317. Tiercemēt, quand le lignage defaut, & qu'il paſſe le neufieſme degré. Quand l'aiſné baille à ſon iuueigneur frere vne terre à tenir comme iuueigneur d'aiſné, ledit iuueigneur, & ceux qui deſcendront de luy iuſques au neufieſme degré*
3 *tiendront en parage: mais ſi le puiſné qui a pris en parage ou ſes deſcēdans baillent à leurs puiſnez partie, ou portion de leur*

B *tenuë à tenir comme de iuueigneur d'aiſné, ce ſera vne ſur-iuueigneurie de la premiere, qui ne ſera pas en parage comme la premiere, comme eſtant deſcenduë de degré en en nouuelle teneure. Or dit ceſt Article, que ſi on fait aſſiette ſur les biens* 4
du Seigneur, qui ait des teneurs, & hommes en premiere iuueigneurerie en parage, l'obeyſſance de tels iuueigneurs ſera priſée, & baillée en aſſiette pour ſix deniers, par chacun vingt ſols de rēte, que le fief deſdits puiſnez vaudra, qui eſt la moitié du priſage des teneures à ligence de l'Art. precedēt, & l'obeiſſance des ſour-iuueigneurs ſera priſée trois deniers, par chacun vingt ſolz: la raiſon eſt, que les obeyſſances des iuueigneurs portent beaucoup moins de profit, que ne faict l'obeyſſance en ligence: car il n'y a ventes, ny rachapts, ny autres taux caſuelz en iuueigneurerie.

C [a] *Et il y ait iuueigneurs.*] *Tenans en parage.*

[b] *Les fiefs que les iuueigneurs tiendroyent.*] *C'eſt à dire, priſe l'obeyſſance de ce que les iuueigneurs parageaux tiendront.*

Que auroyent.] Id eſt, *que ſeroit trouuée valoir, ce qu'ils tiendront: car pour priſer bien l'obeyſſance, il faut ſçauoir la valeur de ce que doibt ladite obeyſſance, & l'obeyſſance de cent liures de rente vaut mieux que de cinquante, elle ſe priſe par chacun an vingt ſols.*

[c] *Et du ſour-iuueigneur ſon iuueigneur.*] Imò, *le ſuriuueigneur du iuueigneur, qui eſt le ſecond iuueigneur tenant en iuueigneurerie*, has deſcriptiones notabimus Art. 360. Pone Sempronium primogenitum dediſſe Caio, *en parage.* Rurſum filius Caij dedit ſuo ſecundo genito, *qui eſt le ſour-iuueigneur ou arriere iuueigneur.*

Tiers iuueigneur.] Imò *Second, mais bien tiers comptant l'aiſné.*

ARTICLE CCLX.

Art. cclxii. Noval Cons.

EN tout partage, appreciation, ou aualuëment d'heritage, l'vne ou l'autre des parties peut requerir reueuë [a] par Cour [b] dedans l'an & le iour, & qui la requiert, [c] la doit auoir à ſes deſpens [d] par autres appreciateurs iurez à faire ladite reueuë, [e] s'il n'y a autre accord ou conuention entre les parens.

In omni

IN omni diuisione hæreditatis in ipsius æstimatione facienda, altera partium potest petere reuisionem[a] *coram iudice*[b] *intra annum & diem, & qui eam petit*[c] *tenetur id facere suis sumptibus*[d] *per alios æstimatores iuramento prius ad id ab iis habito*,[e] *nisi alia sit conuentio inter parentes.*

GLOSSA I.

1 *In omni diuisione rerum communium est locus reuisioni.*

1 Congruit Art.267. & 566. Conuenientiùs dixisset, *en tout prisage.* Ergo hic textus cùm vniuersaliter enũciet, vniuersaliter accipiendus est. Quare vbicumque incidet æstimationem fieri, ibi locum habebit reuisio. Primùm omnium in partagiis, in communionibus diuidendis, inter virum, & vxorem, aut hæredes, aut socios, adde & ineunda æstimatione ad finem rescissionis. ex. l. 2. C. de rescind. vend. siue ex contractu siue ex lege, siue ex conuentione fiat æstimatio, vt in doario, & similibus. Hæc enim vera est reductio ad bonũ & æquum ex imperitiâ, errore, aut malâ æstimatione peritorum: neque ei renunciari potest, si dolus proponitur mensorũ, aut enormis læsio, cùm dolo futuro nemo intelligatur velle acquiescere, non magis quàm reductioni ad arbitrium boni viri. Hoc idem & Bartolus sensit. l. 1. §. ideo. D. si mens. fals. mod. dixer.

[a] *Par Cour.*] Requiritur igitur citatio ad interruptionem talis præscriptionis, diximus. d. Art. 267.

[b] *Dedans l'an & iour.*] Idem tempus Bart. tribuendum putarat, in reformatione æstimationis iniquæ, quem Abbas & Felin. citãt cap. quia iudicantem ex. de præscr. per l. qui se grauatos. C. de cens. & censitor. *comme en egal de feüages.* Hic annus autem computatur, *du iour de la rendue, & rapport du prisage faict par les priseurs parties presentes, ou appelees.*

GLOSSA 2.

1 *Æstimatio cuius impensis facienda.*
2 *Reuisio fit expensis petentis.*
3 *Requesta ciuilis non rectè iudicatur ab iisdem iudicib.*

1 [c] *La doit auoir à ses despẽs.*] Nimiùm indistinctè Doctores statuunt de expensis æstimationum faciẽdis, communiter ab vtraque parte. Neque enim vbiq; & omnibus in causis eadem est statuendi ratio cùm debitor aliquis obstrictus est, *de faire assiette en ses biens* ex causa onerosa, suis sumptibus eam debet, est enim hoc in soluendi necessitate, quod Doctores tractant. l. item illa. D. de consti. pecu. Bald. l. fin. C. de condit. inser. & regulare est; Cùm quis aliquid facere teneatur, suis impensis facere teneri, quod ait Arch. can. cauendum. 10. quæst. 3. Bartol. l. si postulauerit. D. de adulter. Boër. decis. 303. Etsi aliud censuerim, cùm ex causa lucratiua debetur. Sed cùm negotium commune geritur, vera est sententia, communibus etiam expensis actum fieri oportere, vt cùm inter cohæredes æstimatio rerum communium facienda est, aut inter socios, aut viri & vxoris hæredes, quod glossa & Doctores notant. l. si irruptiones. D. fin. regun. l. 4. D. si mens. fals. mod. dixerit. vbi Bald. Alb. Florian. & quos Boër. decis. 51. ad finem & d. decis. 303. Doaria quidem suis expensis facit portiones, hæres suis distrahit. Sed cùm semel facta
2 est diuisio, & reformatio petitur, expensis petentis facienda est, in fine litis recuperaturi, si vincat. Sed tamẽ vbi partitio facta est portionum ab æstimatoribus, vt vulgò fiunt, apud nos, non puto in expensis damnandum, qui petenti reuisionẽ non negauerit, & obtulerit sine contestatione, cùm nulla eius culpa, aut dolus sit, qui alieno iudicio paruit, & cuius nullum factum culpari potest, *car les lotties se font par les priseurs*, infra Art. 566. Et ideò de eo nil debet partibus imputari. Si rescissio contractus petitur, æstimatio fit expensis petentis, quia cùm pro fine intentionis læsionem proponat, probare omnino eam debet.

[d] *Par autres.*] Omnino id quidem conuenienter, cùm error, culpa, aut inscitia priorum arguatur; sicuti & in appellationibus negat Baldus remissiones causarũ faciendas ad eos iudices, qui semel grauarunt. Et in reuisionibus rationum publicarum, totidem solẽt adiici externi iudices, quot ante iudicarant. Nec mihi vnquã 3 probabitur, & si ordinationibus cautum, eosdem de requestis ciuilibus, & supplicationibus iudicare, qui ante iudicarunt, tametsi quosdam adiungi de his qui iudicarant absurdum non foret, cùm tanta sit hominum φιλαυτία, & studium tuendæ qualiscumque semel emissæ sententiæ, cùm iuris errore, aut manifesto lapsu tam sæpe elicitas constet, vt dissimulari nequeat, etsi de iniquitate iudicij queri nolunt, & stare id quidem patiar; sed nimium propensa est aliena in fortuna iudicij inclinatio in ea, quæ semel siue meditatis, siue incautis, aut imperitis excidẽre, dũ error, contumacia, & peruicacia propugnatur, & malum malo cumulatur. Tutius eorum iudicium, quorum factum, aut lapsus non arguitur, & qui alieni facti accusatione admonentur, veluti vulsa aure ad officium.

GLOSSA 3.

1 *Reuisioni numquam renunciatur.*
2 *An Reuisio fieri debeat,* Sans loties changer.

[e] *S'il n'y a autre accord.*] *Sur la forme de l'appreciation.* Nã 1 (vt dixi) ipsi reuisioni, si magna læsio proponitur, non magis renunciari posset, quam appellationi ab iniquo arbitrio, aut rescissioni ex causa enormis læsionis, quibus non magis intelligitur renunciatum, quàm prosecutioni doli ab aduersario committẽdi, de quo vulgò rationes. ex. l. 2. C. de rescind. vend. petuntur, Bart. l. si quis cum aliter. D. de verb. oblig. Corn. cons. 214. lib. 3. & de eo aresta memorat Papa decis. Thol. 267. Rebuf. supra eod. tit. de arbitr. glo. 8.

Proinde sæpe quæsitũ memini, an talis reuisio fieri, 2 & exequi debeat, *Sans loties changer, comme ils disent*, hoc est: ita ne portiones moueantur, sed compensationes potius pecuniæ, aut reditus, aut similiũ fiant deceptis, Ioan. quidem Andreas ad Speculatorem, tit. de iud. §. sequitur, vers. item quod hæredes. Bald. l. maioribus. Cod. com. vtri. Iud. non mouendas portiones putant, sed pecuniâ, aut aliunde supplendum quod in altera minus est: contra, Cynus, Petrus, Ioan. Fab. Alb. Salic. d. l. maiorib. Cyn. iterum. l. 2. C. de rescind. vend. vsi quidem ratione, quod nisi ita fiat, euenturum sit, vt quisquam contra regulas cogatur suum vendere, & Molinæus probat. §. 22. num. 42. tit. de feudis. Et pragmaticorum vsitatum morem damnat; qui in libellis & litteris Regiis, super talibus rescissionibus obtẽtis, soleant concludere alternatiuè, scilicet ad rei restitutionem aut portionis supplementum, cùm præcisè ad rei restitutionem concludi oporteret. Ego vero neque semper, neque nunquam mouendas portiones puto; nam si fraude partium, aut partitorum diuisio iniquè facta apparet, & magna est inæqualitas, aut valde incommoda partitio, æquum est eas moueri, cùm præ-

sertim aduersus mensores, partitores actio nô detur, nisi in subsidium aduersario excusso, l. si mensor. D. si mens. fals. mod. diret. Et sæpe accidit ademptâ portionis parte inutilem, aut incommodam fieri relictæ partis fruitionem, nec tantum valere fundi partem respectu partis, quantum totum respectu totius, quod Iurisconsultus notat, l. Mæuius. §. vlt. D. famil. ercisc. l. Mæuius. §. in fundo. D. de legat. 2. Bart. l. vxorem. §. agri plagam. D. de lega. 3. Salyc. l. vlt. D. de iur. dot. & quos Tiraquellus. §. 23. glo. 1. nu. 14. Veluti si habitatio adempta sit vni ex consortibus, cùm duo essent, aut aliquod necessarium iter, & circuitus magnus impositus, cùm compendiosè iri posset. Quod cùm accidit, ratio suadet moueri portiones; aut cùm litigator redemptis mensoribus id egit, vt sua portio multũ præpôderaret, cùm sciret electionem ad se pertinere, quia præuideret consortem quem pregrauaret, cogendum æstimationem accipere in pecunia, & sæpe talia operæpretia hominis calliditas reperit; fraudulentæ diuisionis exemplum posuit Tiraquellus. §. 24. glos. vnica. num. 6. in retractu. & item in primigen. quæst. 60. nu. 8. Quòd si nihil fraude actum est, nec magna incômoditas arguitur, vt læsio reparabilis pecuniâ, aut reditu, aut adeo prædiis externis, non puto indulgendum re- A fractario, & vitiligatori ingenio, quòd suum aliunde tenere possit, quam à conturbatione portionum. l. Mæuius. §. arbiter. D. famil. ercisc. cum omnino tales compensationes fieri sit receptum, & expediat. l. si familiæ. D. famil. ercis. l. ad officium. C. comm. diuid. Nam quod dicitur cohæredes partes suas non teneri accipere in pecunia. l. scimus. C. de inoffic. testam. & diximus in partagiis, quæst. 39. de toto intelligi conuenit, sed si semel factæ sint rerum portiones, & minutulum aliquid, aut aliunde reparabile deest ab alterius portionem, moueri omnium portiones omnino iniquum est, & incommodum, nec facile repugnantibus B indulgendum, si nihil aliud adferunt præter contumax ingenium, & litigandi cupiditatem, & dissolui communiones in totum expediat. Sed plerumque contingit, sine consortium culpa res hæreditarias euinci, atque ita omnibus perire, quod cuique in portionem obuenerat: hîc si magna diminutio est, redintegrari vniuersitatem patrimonij oportet, & dempto eo, quod omnibus ademptum est, portiones de toto reformari, & nouas oportere fieri censeo, si quidem enorme est, quod est ademptum, ne cogatur de externis rebus compensationem accipere, cui res deest.

ARTICLE CCLXI.

ARTIC. CCXXXIII. NOVAE CONS.

N execution quand meubles, & immeubles sont du tout discutez, on faict execution [a] sur les debteurs des debteurs, lesdicts debteurs appelez.

IN executione quando mobilia, & immobilia sunt omnino discussa, fit executio [a] super debitores debitorum, ipsis debitoribus vocatis.

GLOSSA.

1 *Discussionis necessitas sublata.*
2 *Fit arrestum non executio si debitor sit non soluendo, aut fugiens.*

1 Hæc olim discussionis necessitas, ex iure Romano fuit, quam Ordinatio Francisci Regis sustulit anno 1539. Sed tamen per eam Ordinationem non est sublata particularium casuum dispositio inducta specialibus de causis, vt quæ est, Art. 224. & 233. Illam certè ambagiosam de iure ante illam ordinationem pleræque Dinastiæ sustulerunt, quod Papa de suis testatur suâ iam tum ætate. decis. 281. & 568. & Tiraq. in retract. §. 8. glo. 9. num. 29.

2 [a] *Sur les debteurs des debteurs.*] Id ipsum ex Romano iu- C re, quo prius debitorum bona pignerantur, quam debitorum secundorũ, id est, ante nomina. l. 2. Quando fis. vel priua. l. à Diuo Pio. §. in vẽditione. D. de reiud. Et si diuersum quiddam de suo priuatim iure Masuer. tradit tit. de execut. Excipiunt, si persona debitoris non soluendo dicatur, aut fugæ suspecta, de quo Bart. l. mulieri. D. de leg. commiss. quo casu non proceditur per executionem, sed viâ Arresti, vt Bart. seq. quod ipsum præstitâ cautione resoluitur, quod verum est, & notarat ex Bartolo, Papa decis. 651.

Discussa autem probatur renunciatione, siue relatione Apparitoris. Bart. l. stipulatio. §. habet. D. de oper. no. nunciat. Boër. decis. 277. Tiraq. §. 8. glos. 9. num. 28. Melius summariâ informatione, de inopia debitoris.

ARTICLE CCLXII.

ARTIC. CCXXIV. NOVAE CONS.

VAND la debte du second debteur est [a] liquide [b] par obligation, ou iugé, ou autrement, [c] l'execution se faict promptement sur ladicte debte: Et quand elle n'est liquide on procede par arrest sur icelle iusques à ce qu'elle soit liquidee, pour ce faict en auoir execution.

QVando debitum secundi debitoris est [a] liquidum [b] obligatione, aut iudicato, aut alio modo, [c] executio fiet statim super dictum debitum: Et quando non est liquidum viâ arresti proceditur super illud, donec fuerit liquidatum, vt hoc facto eius executionem habere possit creditor.

GLOSSA

GLOSSA I.

1 *Differenda exactio donec auditus sit primus debitor.*
2 *Licet pignerare debitum secundi debitoris.*
3 *Discussio non necessaria ante pignerationem nominum.*
4 *An debito secundi debitoris pignerato, discussio rite fit pendente processu &c.*

[a] *Liquide.*] Adde, *& confessee*: nam in diffitentem necessaria est cognitio, & sententia.

[b] *par obligation ou iugé.*] Ex regula Articuli 263. infra.

1 [c] *L'execution se faict promptement.*] Hęc executio non est faciēda reali executione, aut captione bonorum: nam hic secundus debitor non est obligatus creditori creditoris sui, ideóque manus in bona eius iniici nequit, nisi vocato ante primo debitore, qui est creditor istius debitoris, & sententia obtenta, cuius vi hic secundus debitor liberabitur ab suo creditore, qui est debitor petentis, alioqui iniuria fieret huic debitori, qui remaneret in obligatione quandoque exequenda, Sed omnino in vtroque casu per arrestum procedendum est, siue liquidum sit debitum, siue non, & differenda exactio, donec audiatur primus debitor, qui interim non poterit exigere, quod Bartolus ait l. nomen. C. quæ res pig. oblig. poss. Sed manu iniectâ in tale debitum, non poterit debitor suo creditori soluere, ne iterùm soluere iniicienti teneretur: hæc frequentissima fori formula.

2 Cæterùm cum aliud in bonis debitoris non est licet id pignerare, etiam non discussis bonis debitoris primi, probando in discursu processus insoluabilitatem per discussionem, vel alio modo, nec satisdatio exigitur, quam Bart. requirit. l. non solum. §. morte. D. de oper. no. nunciat. Felin. cap. cùm Martinus. nu. 40. ex. de const. Cast. l. heres. D. ad Trebel. Nec vtimur sententia Imberti lib. 1. instit. cap. 59. qui non putat impediri solutionem, aut debitoris conuentionem per arrestum extranei.

3 Proinde hic textus, non est simpliciter accipiēdus, sic, vt omni casu ante pignerationem nominum ne-

A cessaria sit discussio, hîc enim intelligendus est statuere, iuris dispositione simpliciter præsupposita, cū alia obligatio non proponitur nominum, in specie. Nam si nomina ipsa hypothecæ subiecta sint creditori, ea nō minus pignerari possunt, quàm alia bona debitoris, ratione expressionis hypothecæ talium bonorum in specie, sine discussione aliorū. Bona enim ex æquo obligata, ex æquo pignerari possunt, nec vllus ordo eorum est inter se, etiam præsupposito iuris ordine; hæc Bart. l. nomen. C. quæ res pig. oblig. poss. Butrig. & Iacob. & Ar. & Bart. l. hæredem. C. de hæred. act. B Rom. cons. 416. Imò nomina debitorum tam veniunt in obligationem generalem omnium bonorū, quàm quælibet cuiuscumque generis alia. Quare præsuppositâ obligatione concepta omnium bonorum, frustra illa clausula, quam formularij adiicere solent, *à proceder par voye d'arrest, neantmoins qu'arrest soit dict derniere execution.* Nec hic textus aliter censendus disponere, hoc ordine constituto qui ex iure decerpitur. Sed in terminis simplicis obligationis loquitur nullâ præsuppositâ obligatione generali omnium bonorum, nec discussio necessaria, quod Specul. tenet tit. de probation. & rursum tit. de oblig. Et si Bald. d. l. hæreditatem, aliud sentit.

Sed ponamus, vt in terminis simplicis obligationis 4
C requiri discussionem, an si quis directò debita debitoris pignerauerit, aut manum iniecerit, possit eam facere pendente processu super arresto, ad validationem actus facti, & obtinendum in causa ex eodē processu. Et posse putat Angelus, auth. de fideiuss. §. vlt. & Papa decis. 432. & placere ea sententia potest, cùm per actionem processum est, & de discussione non factа obiectum, ita vt, ea facta, lis iudicari possit, veluti pręcesserit. Sed maior dubitatio cùm per executionem processum est, quia hic actus nō recipit validationem ex post gestis. Sed tamen ex æquitate, si re verà in bonis discussi nil reperitur, verum esse apparet, quod executioni causam præbuit etsi adhuc ignorabatur: Contra, si apparet esse, vnde aliter satisfiat creditori, quam à bonis obligati succidaneè.

ARTICLE CCLXIII.

ON peut faire execution sur bestes baillees [a] à my croist, pour la part & portion appartenāte au debiteur. Et se fera [b] estimation de ce que vaudra pour lors ladicte part & portion: [c] sauf au portionnaire son recours à l'encontre du debteur executé, pour ses dommages & interests. — ARTIC. CCXXXVI. NOVAE CONS.

POtest fieri executio super pecora data [a] ad dimidium accretionis pro parte & portione ad debitorem attinente. Et fiet [b] æstimatio quanti valebit tunc dicta pars & portio [c] saluo partiario regressu contra debitorem pro suis damnis & interesse.

GLOSSA.

1 Bailler à my croist, *quid Art. intelligit de corpore indiuiduo, non de grege &c. ibid.*
2 *Iusta æstimatio præstanda partiario.*
3 *Quid si res sit communis non* amy croist.
4 *Fraudantis gabellam pars tantum in commissum cadit.*

1 [a] *Amy croist.*] Hoc est, ad dimidiū accretionis. Scholastici Itali scriptores dicunt dari ad socidam, cùm ita dantur, vt fœtus, & fructus participentur, & cura, & custodia accipientis sit, periculum Domini. Hæc *Argentr. in Cons. Brit.*

D dispositio intelligitur in corporibus indiuiduis, nam si numero diuidi possunt, vt grex, & armentum, æquum est audiri intercessorem prouocantem ad diuisionem, nec partem suam distrahi patientem, quod olim iudicarat, Ioan. Andr. ad Speculat. tit. de execut. sentent. §. 1. vers. quod filiusfamilias. Sed & immobilia cùm capiuntur cum alio communia, intercessores fini distrahendi audiendi sunt. l. vlt. §. & ne ex communione. C. de iur. dom. impetr. Hîc omnino ratio sequenda est. l. si finita. §. sed si in plures. D. de dam. infect.

[b] *Estimation de ce que vaudra.*] Nō sufficit igitur offerre 2

pretium, quod redactum est de venditione, sed iusta rei æstimatio præstari debebit, qui æquum non est, cuiquam rem suam perire alieno facto.

3 [c] *Sauf au partionnaire son recours.*] Debet enim partiarius cauere de suo facto, cùm custodiam debeat, quod si res dumtaxat communis sit, aliter quàm ex socida, dabitur actio non ex contractu, sed in factum ex lege, cùm nullus contractus inter eos gestus sit, nec custodia debeatur. Sed sic, quomodo socio datur actio? ex eo quod ab altero malè admissum sit, in re commu- A ni. l. hæredes. §. non tantum, & l. puto. §. sed etsi. D. fa. mil. ercisc. l. contractus. D. de reg. iur. Hæc materia l. si pascendi. C. de pact. vbi Doctores latè. Angel. in tractatu societatis, & socidæ.

Vulgò inquirunt, si vnus de sociis exportat rem subiectam gabellæ, & eam non soluit, an socij insciij pars incidat in commissum, & non putant, sed pro parte fraudantis tantùm. l. fraudanti. §. 1. D. de publica. vbi Bartolus latè, Bertachin. lib. de gabella. ad finem vltimæ partis, quæst. 30. 4

ARTICLE CCLXIIII.

Artic. CCXXXVII. Nouae Cons.

TOVTE condemnation, ou iugé[a] doit estre executé, [b] nonobstant quelconque exception, que voudroit proposer le debteur, s'il ne la verifie promptement en baillant caution.

QVæuis condemnatio aut iudicatum [a] executioni mandari debet, [b] non obstante quacumque exceptione, quam debitor proponere vellet, nisi eam probet statim dando cautionem.

GLOSSA.

1 *Quomodo incontinenti probatur.*

Quod hîc de sententiis, & iudicatis statuit, in obligationibus ex contractu statuerat iam ante: Art. 235. Est enim æqua vtriusque vis, à lege attributa instrumentis, & condemnationibus, ex consensu.

[a] *Doit estre executé.*] Nisi sit appellatum, aut ex cognitione suspensum. Immensa est materia huius Articuli, quam professa opera, quidam exercuerunt, vt Rebuffus. tit. ord. de sent. execut. & in contractibus Bened. de Barzis, & Anto. Massa & sparsim alij.

[b] *Nonobstant quelconque exception.*] Infiniti Doctorum tractatus sunt de statuto omnem exceptionem reiiciente. Certè omnem exceptionem omnis sententia B recipit præter eas, quæ iudicatum impugnant, & de quibus est sub iudicato cognitum, sed nulla executionem in præsenti impedit, aut vt loquuntur, garnisionem manus, nisi peremptoria sit, & solutionis post iudicatú factæ & incontinenti probetur. Sed de eo quod incontinenti probari dicatur, hîc controuersia, de quo, nos alibi, & Tiraq. in l. si vnquam. verb. omnino. nu. 33. Lud. Roman. consil. 76. alij. l. 3. §. condemnationem. D. de re iud. Sed in eo multi experimentis defecti pro ratione proponunt sua somnia. Nos incontinenti probari dicimus, quod scripto, aut sacramento partis petentis probatur, aut si quæ ex ipso iuramento, aut sententiæ substantia oritur: nam testium probationi, qui refelli possunt, rarum est fidem haberi ad impediendam iudicati executionem: de extraneorum intercessionibus diximus, Art. 236.

Sequitur Titulus 14.

Des appropriances par Bannies, & præscriptions.

MAGI-



MAGISTRATIBVS ET IVRECONSVLTIS PER BRITANNIAM AGENTIBVS.

VM ego pridem notas in ius nostrum ciuile, & patrium instituissem, hic mihi de eo iure titulus præcipuè delectus est, qui iustam commentationis operam poscere videretur, de his scilicet quæ lingua patria appropriemens, & appropriances, *Græci* ἰδιώσεις *appellant, Latini vno quidem verbo reddere non possunt. Cuius argumenti nouitas, & insolens tractatio externos homines, qui se rebus iudicandis applicant, tam sæpè perturbare solet, vt cùm vim, & potestatem antiqui moris non intelligant, vsum etiam & auctoritatem obtinere vix quantum quidem in se est, patiantur. Et quando ne nostris quidem hominibus res est ex toto perspecta, nisi qui diu multúmque in rebus agendis sunt versati; consilium fuit hac de re, quid intra triginta hos annos mihi cum consultißimis conuenisset, tradere, quid experimentis comperissem ipse, quid celeberrima tribunalium de ea re obseruassent antè. Ne quod nobis in commerciorum tractatione egregium, & eximium est, id sine luce, & commonstratione vsus & vsurpationis iaceret expositum imperiti cuiusque dubitationi, & opinationibus; in quo cùm se occasio feret, ostendam quid vsquam peccetur, tùm quantum Romanum ius illud, quod regna & prouincias auctoritate, & maiestate percellit, hac quidem in parte maiorum nostrorum prudentiæ, & æquitati cesserit. Nam etsi fateri cogimur deberi isti fortasse sapientiæ, eius etiam iuris quo vtimur, principia, illud tamen ipsum nimio cultu (vt in fœminis solet accidere) apertam in noxam degenerasse agnoscendum est. Nec falsò olim scripsit Arbiter Petronius.* Ego *(inquit)* adolescentulos existimo in scholis stultissimos fieri, qui nihil ex his quæ in vsu habemus, audiunt, aut vident: *sic (vt ego quidem sentio) istam sapientiam docti quasi non verum sit, quod Aristoteles dixit, & res loquitur; finem huius scientiæ non esse* γνῶσιν, *sed praxim, & sint ista arcana Themidis, aut Ægyptiorum infanda (quæ non immeritò alicubi sic haberi irridet Cicero) ac non potius controuersiarum incernicula, & trutinæ de rebus sæpè vilibus, & his quæ in vsu versantur, & oculis, & teruntur manibus, & pro materia habent fundos, corpora, & leuissima friuola conuitia nihili, gerras, si non etiam sartorum cum sutoribus disceptationes. Nam de Ducatibus, & Comitatibus illustriores controuersiæ, etsi habent sæpe æstus disceptationum maiores, iure tamen non alio, nec præceptis dissimilibus terminantur: Sapientes quidem homines piget talis artis mentionem inferri, quam nemo præstiterit, etsi non nemo polliceri ausus est. Nam iuris authores, cùm dicunt hanc artem esse boni, & æqui, nominibus sibi blandiuntur: cùm nihil*

Anno 1578.

aliud sit hæc disciplina, quam notitiarum communium recta informatio, à quibus sumuntur principia discernendi æqui, & iniqui, iusti, & iniusti, vtilis, & honesti, vnde illa diiudicatio quid quemque alteri dare, aut facere oporteat. Cùm artem promittunt, acutas nugas expecta (vt ait Seneca) quam illi istius sapientiæ magistri subinde augere & colere adorsi, infinita congesta materia, dum sua quisque sensa pro iure obtrudit, pugnantia, incerta, perplexa, diffidentia, multa iniqua, & docuêre & scripsêre, ordine ad discendum (quod negari nequeat) nullo. Etsi omnino tradi conueniebat regulas, sed cùm ad hypotheses, & species venitur, multa deprehendis fallacia, incerta, nec eadem statui de principiis etsi non dissimilibus. Ad quæ disterminanda, ius Quiritum (fateor) non minimum præsidium attulerit, sed rerum actiones, & experimenta, maximum. Nam dum Iurisconsulti aliud atque aliud opinantnr, schola alia alteri contradicit, Imperatores figunt & refigunt, de bono iure incertissimas fecerunt opinationes, & ex eodem armamentario tela ingerere & regerere docuêre: nec quisquam tam absurdum loquitur, quin authorem citare possit dicti. Sed quid tum? plectuntur Achiui. Hac face conflagrant regna Dynastiæ, sed alia aliis magis, quo impensius illis ista sapientia excolitur, argutius, operosius, illæ potissimum, quæ ius istud Latiale arctius sunt complexæ: Sapientissimæ certè quidem gentium, maximam eius partem vt noxiam generosè despexêre, & longum valere iussis, quæ Masurius contradixit Sabino, & schola alteri altera, quæque Iustinianus attexuit, retexuit, contexuit de suis aut alienis, simplicius sua, certiùs, meliùs ad vsum constituerunt. Ego certe tot iam annos in istis versatus multorum annorum experimentis & actionibus rerum defessus, nec vlla ætatis parte ab istis feriatus, omnibus bona fide prædico, etsi scio quàm nō plausibiliter, in isto iure multa rectè & sapienter videri tradita, sed tamen in Republica bene constituta maximam eius partem bono publico perire, antiquari, & obsolæscere potius fuisse, ne dum scholasticorum hominum otium & cogitationes probem, qui ea quæ olim perierant, & periisse oportebat, restituunt quotidie luci, & è tenebris eruunt, veluti magnum operæ pretium faciant, nouuellas aliorum, alias verbosas, pugnantes, basilica edicta, pragmaticas constitutiones, & abrogati iuris libellos inutiles ad actiones rerum quantumlibet ista vmbratili otio conueniant. Quibus quidem adolescentes insuescere, dum meliùs nihil conari possunt, patior, & opto, vt inde præsidia conquirant ad meliora confirmanda, cùm vsus & actiones rerū poscent, propterea quòd cùm in controuersiis rationi auctoritas veteris dicti accessit, magna vi premuntur aduersantes, si nihil adferunt de alieno, præter suum sensum. Sed ea vbi didiceris, agnoscent quibus ratio constabit, in operosis voluminibus non multum esse quod adiuuet vsum. Nam quorsum ista, si vsus damnauit, si etiam ipsi auctores contrariis auctoribus lacerantur, vnde euenit nimio ingeniorum acumine & otiosorum hominum cogitationibus, & Romana indole nimium esse factam sapientiam istam (quando sic nos loqui docuerunt) apitiatam, quod satis Iurisconsulti ipsi ostendunt, cùm in libris suis subinde subtile separant ab vtili. Quarum rerum exempla subinde, vt occurret, demonstrabimus, vt sint bono gentis nostræ maximo immutata, antiquata, abrogata magno mortalitatis leuamento, etsi etiam nimium id est, quod superest. Quamobrem ista suscitare, iterum Erynnim est ciere ab inferis. Denique etsi multum ornamenti ab istis studiis accedit eruditis, non sine causa tamen fugiendas docemus istas iuris externi Quiritum complicationes, illud certè optime si nihil amplius quàm hæredum institutiones, testamentorum solemnitates, substitutiones, fideicommissa, Falcidias, Pegasianas, Trebellianicas accrescendi iura, transmissiones, suitates, caduca, bonorum possessiones diuersas (Deus bone) quantam litium voraginem vno verbo sustulimus: Ne quis deinceps rerum actionibus admotus, aut facilè de hoc nostro iure senseat, aut illo terreatur. Ipsa quoque rerum dominia & assertiones, quæ nostra hoc loco tractatio est, prudentiùs omnino, certiusque constituta deprehendet, valuissentque ea vtinam, nec tam multa de certa veterum obseruatione, vsu

non suo

non suo deprauata, in hanc ætatem incidissent. Quæ ideo plenius coacti sumus attingere, vt pristinæ origini suæ, si qua fieri posset, restituerentur, quo in genere nostri sunt loci, de possessionum qualitatibus in auctore, & acquirente, de titulis veris, fictis, præsumptis, putatiuis, de dimissionibus, de fœneraticiis, de realium, & personalium præscriptionibus, de octiduo, de diuiduitate approprimentorum, de mala fide, de præscriptionibus hypothecarum, déque talibus: in quibus cum vulgaribus sententiis multorum congrediendum nobis fuit, & sæpe ipsa quoque Romani iuris auctoritas in disquisitionem reuocanda. Pace istius sapientiæ dictum sit, quam gentes non omnes probarunt; nec dignitati, aut existimationi honorati cuiusquam quidquam detractum volumus, cuiúsmodi omnes tales esse opto, vt in his nil iure repræhendi possit. Sit primi tituli & ordini amplissimo sua auctoritas, & veneratio, sit cæteris sarta tectáque dignatio, materia de rebus ipsis est, nec quid iudicetur in quæstione est, sed quid de vnoquoque iudicandum sit, quídve debeat in censura est. Nec ipsi qui iudicant sua sensa pro legibus semper haberi volunt, cùm aut vsu, aut ætate, aut literis plenius instructi, aut cogitationibus meliorum adiuti iterum de hisdem censeri non abnuunt, & vero calculum non raró reuocant, nec negare poterit quisquam, cui cerebrum non deerit, quædam hic dici, quæ quamlibet obstinatè opinata mentibus, possint aut reuellere, aut denuò δευτέρας quod dicunt, φροντίδας elicere. Studiosis hominibus certè, & per experimenta rerum duratis libera de rebus iudicia permitti æquum est. Quare tot annos inter varios rerum actus versatum, nunc vero & differentem æquis mentibus legent (vt spero) cordati, fauebunt linguis eruditi, patrij certè iuris studiosi non ingratè hanc nostram curam accipient; & id qualecunque est, quod damus, inter insani temporis & mœstas occupationes nostras tam multas excidisse gratulabuntur.

TITVLVS DECIMVSQVARTVS

DE DOMINIORVM ASSERTIONIBVS PER EDICTA, ET PRÆSCRIPTIONES.

TILTRE QVATORSIEME.

Des appropriances par bannies, & præscriptions.

PROTHEORIA IN VNIVERSVM.

1 *Vsus & origo approprimentorum.*
2 *Legum censura non est iudicantibus permissa.*
3 *Approprimentorum species duæ.*
4 *Defensio iuris Britannici de approprimentis.*
5 *Rei caducæ dominium quomodo acquiratur.*
6 *Bannimentorum ignorantia supina.*
7 *Patientia præscribendi implicat consensum scientis.*
8 *Præscriptionum finis & vtilitas antiquo iure.*
9 *An rectè Iustinian. dixerit præscriptionem iniquum esse iuris præsidium.*
10 *An præscriptio æquitati, aut iuri naturali repugnet.*

1 NIL habet ius nostrum patrium sanctius, nil prudentius à maioribus repertum, quàm quod est hoc titulo de dominiis rerum, aut acquirendis, aut asserendis à veteribus constitutũ, nulla cautio vtilior ad commercia stabilienda, aut lites (id est mortalium crucem) finiendas aut præfocandas. Nihil contrà quòd homines externi, qui ex suo sensu & vernaculo suo iure aliena instituta æstimant magis, aut vellicent, aut verò propalam oppugnent. Quo magis sapientes homines quibus reip. nostræ & patrij iuris cura est eniti conuenit, ista vt constanter, & obfirmatè retineant ac tueantur, neque sibi vnquam auelli tam salutare maiorum inuentum patiantur, cui si vis affertur, conuelli omnes omnium securitates, vt Imperator Traianus Epistola quadam ad Plinium loquitur necesse est, & arbitrio instabilissimi cuiusque certissimas hactenus regulas, fixámque iuris optimi constitutionem dedi, atque de auitis sedibus identidem apud iniquissimos arbitros decerni.

2 Rectè in lib. de relig. Christ. Sanctus Augustinus ex veteribus antedictum retulit, iudicantibus non esse permissam de conditis legibus censuram: nec enim tantum illis creditum, vt de legibus, sed id modo, vt secundum leges iudicent. Quare insolentis audaciæ, & temeritatis plenum est eorum factum, quibus cum lex aut mos antiquus obiicitur, protinus in legem ipsam incurrunt, non aliter quàm canes efferati in lapides incussos, nec se ei subiici patiuntur, & inquirũt an sic legem ferri oportuerit, an latam obtinere. Sic prisca secula arcessũt ad suam cẽsuram homines ambitiosè vani, sic apud imperitissimum rerum tribunal cogunt sapientes auos causam dicere, & iudices se ferunt prisci æui, subinde admirãtes tam lusciosos fuisse proauos, cæciores interim ipsi talpis. Minus verò id quidem ferendum homines adolescentes, vixdum ab

A Orbilio emissos de legibus censere, & elatè iudicium sibi arrogare de his, quæ nisi vsu & experimẽtis comparare nulla cuiusquam quantalibet industria possit. Prudenter Plato in libris de legibus hanc vult primam omnium in sua rep. sanciri legem. Nequis iuuenum, inquit, audeat inquirere, rectè ne, an secus leges conditæ habeant, sed sicuti a diis traditas, sic haberi & obseruari oportere; senes verò quibus ea de re aliquid amplius permittit, præsentibus iuuenibus de legibus ambigere, aut disserere vetat. Hæc prudentes homines molestè ferre mirandũ non est, nec verò sine causa facere agnoscunt hi, qui paucos ante annos in appro- B primentorum argumento talibus arbitris sunt collu- ctati. Sed hoc amplissimos cœtus, quorum ista cura est, ferre non conuenit, & quia prudentia & rerum vsu plus pollent videre oportet, ne singulorum hominum deprauata iudicia maiorũ instituta aliorsum nimia censendi licentia deducant, quam recta ratio poscit, néve experimentis vsurpata, & veterum auctoritate commendata posteris leuitate iudicandi corrumpantur, quorum ista debet ante omnes esse regula, vt eadem semper de hisdem (vt quidam de veteribus dicebant) iudicent ipsi ante diu meditati, nec patiantur circunstantiarum prætextu, nisi quidem valde C vrgeant, discedi à regulis, qui nunc obtentus sumitur instabilitati; Vnde incertissima fieri iudicia, & prouocari litigantium ausus tali illice necesse est. Memorabilis de eo extat Aristotelis sententia lib. j. de arte dic. Prouidendum (inquit) est, vt quàm fieri possit paucissima auctoritati & libidini magistratuum credantur, etsi quidem necesse est fidei & notioni iudicantium quædam committere, vt videant ita sit, an non sit, facta aut non facta sit res, futura an nõ futura. In iis standum Iudici, quia talia præuideri ab legislatore non possunt. Hæc Aristoteles, quod Iurisconsulti dicere solent ius finitum esse debere, facti autem interpretationem plerumque etiam peritissimos fallere.

Quo ausu necesse fuit, id quod mœrentes videre cogimur, accidere; id est, cœlum terræ misceri, agi ferrique orbem, & horrescere ipsa quoque sydera aspectu eorum quæ designantur, cùm auitis sedibus proturbantur coloni veteres, in iudiciis verò præclara ludificatione iuris exercentur latrocinia, dum nullis legibus tenemur, & indoctissimi cuiusque patemus arbitrio, dicam an furori.

Singulare est (opinor) iuris Britannici institutum, quod approprimentorum formula vtitur, raro finitimarum prouinciarum exemplo, id cùm fieri externi homines audiunt, vix adduci possunt, vt credant non aliquid ex iniquo esse, quod talibus institutis creditores, ipsique adeò rerum Domini actionibus excludũtur: nec tamen alij quam negligentes aut supinè ignorantes, quod omnes sciant. Cuius moris tamen cùm exempla in iure extent, ipsaque in foro quotidie vsurpentur, mirum est quibusdam displicere, cùm nominibus penè tantùm mutatis, rerũ & iuris (quod idem ipsum sit) vsum reprehẽdant. Quare cùm videam ista interdum etiam peritis rerum quibusdam in disquisitionem vocari, & intelligi ab his conueniat, quæ de ea re veterum fuerit sententia: faciam non inuitus, breuiter ea vt intelligatur. Quod dum facio nemo ex toto voces à me latinas requiret, ea in tractatione quæ priuatis gentis nostræ moribus instituta, à Romano iure, quod nullum tale fuit, latinas voces, & rerũ domesticas appellationes nequit mutuari. Quamobrem patriis me vocabulis, de rebus patriis differentem, bona latini sermonis pace audient, qui res potius materiamque iuris, quàm sermonem spectabunt: & sunt sui latina spectantibus authores. Liceat approprimentum, & appropriare, bannire, & bannimenta ex vsu dicere, quando latina oratio ex toto ea præstare non posset, nec tantumdem, quod & si posset, non fuit consilium legentem vocibus πολυσήμοις remorari, & multis scribendum fuit, quando vsus rei promiscuus est. Quod consilium igitur maioribus nostris fuerit in constituendis Approprimentis, quæ vis eorum, quæ ratio constituti fuerit, differemus.

Cùm ius omne ciuile, quod appellamus, siue Romanæ ciuitatis, quod commune appellare solemus, vt multis gentibus vsurpatum, siue cuiusque ciuitatis proprium, circa res aut personas versetur: confirmata bonitate Dei hac in orbis parte libertate, multa iuris immensi materia ex vsu detracta & præcisa est, ne in ea cognoscenda necesse sit, ius profitentibus tempus consumere. Controuersiarum in commerciis de rebus seges ingens relicta est, quæ cùm bona ex parte in quærendis, asserendisque rerum dominiis versetur, præcipuam par fuit legislatoribus eius rei curam esse, quando sine hoc iure consistere nulla ciuitas, aut societas humana potuit, vt certis fixisque regulis hæc iuris pars constitueretur, quarum obseruatione plena & optimi iuris, quod antiqui dicebant, securitas quæreretur.

3 Ergo formulas ad id duas maiorum nostrorum solertia reperit, vim consummati, perfectique iuris. Approprimentum ex re ipsa appellarunt, prioris formulæ solemnia, titulo, possessione authoris, & acquirentis, bannimentis, ex more, & renunciatione Apparitoris (quam Cerrificationem vocant) constant: quæ art. 265. 266. & 268. describuntur: ea forma iuris patrij & Consuetudinarij, quàm maximè propria est. Posterior titulo & quindecennij vsu continuo perficitur ex art. 266. Ea verò a præscriptionum legalium iure, penè ex toto naturam ducit, nisi quæ paucula Consuetudo, & vsus in ea mutarunt Illa per bannimenta vt expressum, posterior vt tacitum se habet, quia in priore eximia vis & potestas Bannimentorum est, quę vt semel ritè sunt interposita, nulla cuiusquam de absentia, ignorantia, aliisve causis excusatio admittitur, ad debilitandam vim immensam Approprimẽti Consuetudinarij, si renunciatum est iudicanti solemni more, nec intercessum est. Sed præscriptiones cùm omnium temporum sint, momẽtaneæ, horariæ, diurnæ, menstruæ, annales, & aliæ annorum compluriam, & quas Eusthatius Græcus author libello suo quodam est persecutus, hæ magnam à temporis cursu, quædam à titulis, & approprimentorum solemnibus pręcipuam causam habent. Quo fit, vt ratio appropriandi per bannimẽta multò sit compẽdiosior, quia iteratis Edictis in iure, & tribunali, cuiusque intolerãda negligentia conuincitur, & legitima acquirẽtis excusatio recipitur: si nemo toties, tam seriò, locis tam frequentibus, & celebribus diebus euocatus intercessor occurrit. Soleo audire externos homines subinde admirantes, qui fieri æqua Themide possit, vt tam breui spatio temporis omnes omnium actiones ipsique adeò rerum Domini actionibus excludãtur. Nam & accidere posse, vt quidam minores sint, aut fœminæ, aut demẽtes & alias habeant probabiles de iure excusationum causas, quominus intercedere potuerint, & id breuius tempus videri, quàm vt rebus suis quisquam cõsulere possit. Quid quod tam magna momenta rerum in talibus vertatur? Addunt, & illud de triuio: pręconiis vocem paucis innotescere, id verò sine exemplo esse, nec finitimis prouinciis quidquam tale vsurpari. Quos ego interrogare soleo, num vulgatissimum, & protritum foro meminerint, de solemnibus auctionum, quæ tribunalibus omnibus perstrepunt, quibus iure certè non meliore, & solemnibus penè hisdem omnes omnium hypothecæ excludantur, & iura intercessorum; adde etiam fini distrahendi (quanquam proprietate non putant.) Nec Franci meliore iure quidquam sese possidere arbitrãtur, quam quod proscribente creditore ex auctione compararunt: & eo iure prædia quæ illi habent amplissima consultissimi patresfam. tenent. Nulla hîc quæstio referri, nulla cauillatio, nulla pretij iniquitas obiici potest, tam sacrosancta est moris authoritas. Quid est igitur quod homines notios vetustus mos perturbet? præsertim cùm non absimile exemplum vsurpetur regno, aut quæ ratio vehementior dici potest, quam cùm legibus sua auctoritas, & ex his acquirentibus publica securitas constat? Quod si de antiquo iure auctoritas quæritur, & Imperatoriæ Constitutiones placent, quæ alia, aut ratio, aut sententia est, l. si eo tempore. C. de remiss. pigno. Si eo tempore (inquit) quò res distrahebatur programmate admoniti creditores, cùm præsentes essent, ius suum non sunt executi, possunt videri obligationem pignoris amisisse. Quid hac sentẽtia disertius amitti negligentia ius quãtumlibet certum, cùm admonitio ex auctoritate Magistratus antecessit, & intercessum non est? Quod si quis contendit in præsentes constitui, & de pignoris iure, quod Bart. dixit, ext. ad reprimendum, verb. edictum, is sic habeat illius. l. si eo tempore: dispositionem ab ipso Bartolo ad omne dominium acquirendum extendi, ex illius legis forma, ita vt si res qualibet vacua possessoribus reperiatur, ac tribus edictis euocati priores Domini non compareant; excludi putet eos actionibus ex l. locorum. C. de omni agro desert. lib. 10. Hæc sententia Bartoli generaliter l. rem quæ nobis. D. de acquir. poss. & l. cùm res. C. de probat. quod & Iason quoque sensit, l. traditionibus. C. de pact. Bald. c. cùm causam. extr. de probat. Fely. in Rubr. extr. de præscript. Quo nos iure vti 4

A solemus in asserendis fisco bonis vacantibus l. si va-
5 cantia. C. de bon. vac. lib. 10. & his quæ vulgò non omnino malè, caduca appellare in foro solemus, cùm possessores oneribus, aut tributis grauati, aut ædificiorum instauratione agros deserunt: & quod vulgò dicere solent, & idem est, guerpiunt, l. rura. & d. l. locorum, quod idem in mobilibus art. 58. suprà est traditum. Hæc ratio aut acquirendi noui, aut per reuersionem consolidandi pristini dominij. Quæ sententia etsi ab Raph. Cum. Lud. Rom. Imol. in d. l. rem quæ nobis, non ex toto probatur, ab Alex. vero distinguitur, & Salyceto non placet, d. l. cum res. B Quia Iuris ciuilis auctoritate ea de re non est expressa, & diserta dispositio: tamen accedente Consuetudinis potestate, ea dubitationem nullam habere posset, quando rationes contradicentium ab solo iure ciuili sunt peritæ. Nam si Bartoli sententia probabilem de iure rationem habet, in his rebus in quibus acquirens nullum antecedentem titulum habet, atque idcirco perpetuam concomitantiam malæ fidei habeat talis possessio, quia quod suum non sit, hoc omnes intelligere debeant ad alium pertinere, l. id quod nostrum. D. de reg. iur. l. qui vas. §. vetare. D. de furt. C multomagis probāda erit, si Consuetudinis auctoritas accesserit, quæ titulo & iustæ opinationi de dominio tradentis tale ius tribuit, multo probabilius quam in superiori casu talibus solemnibus, edictis trinis, illo die, tempore, loco, vt nulla possit dici ignorantia talis facti, nisi supina, & ex toto improbabilis, multominus certè quam programmatum: de quibus in d. l. si eo tempore, quæ eodem momento figi, & refigi contingit, & verò fit astutè perquàm crebrò. Quare quo plura & magis seria solemnia sunt, æquum etiam est plus iuris tribui, quominus seræ postulantium intercessiones audiantur, illo præsertim tempore, quo acquirentes detrectare solutionem pretij non possunt, D ob rem venditam debiti, & solutione facta, si intercessio postea admittitur, recursum (vt loquuntur) nō sint habituri aduersus auctorem, aut absentem, aut non soluendo, aut litigatorem. Quod si admittitur auctoritate legum captiones manifestas induci, fatendum est, quod l. 1. C. de his qui ven. ætat. imp. non probat. Sit igitur Edictorum, & Bannimentorum sacrosancta auctoritas & fides, quibus & in capitalibus cognitionibus, & alias crebrò in foro vti solemus, ad quæque stabilienda, & fecisse eodem in argumento Vespasianum Imperatorem scribit Tranquillus, cùm E deformata ruinis vrbe vacuas areas occupātibus concessit, si intra diem certum Domini priores cessassent recolere, & instruere. Accedit etiam illa grandis Baldi auctoritas ad stabiliendam Bannimentorum auctoritatem in c. debitores. extr. de iureiur. cùm scribit longè interesse inter simplicem præscriptionem, & statutum quod à monitione incipit, veluti cùm hoc modo concipitur. Quicumque, vel creditor, vel rei Dominus, quidquam iuris in illo, vel illo fundo vendicaturus est, intra illum diem, illo loco, iudicio adsit, quod cùm est factum (& verò fit semper iure hoc F quidem nostro) tum, inquit, & creditores, & veros etiam Dominos actionibus excludi, ipsamque adeò obligationem naturalem quæ post triginta etiam præscriptionum annos superesse iure traditur, hoc casu extingui, ideóque & quod maius est, nec bonæ fidei necessitatem hîc inesse, quæ necessitas propter effectū Bannimentorum, & Edictorum eluitur. Quæ eius sententia tam disertè huic iuri nostro suffragatur, vt ad hoc ipsum confirmandum sanciendúmque facta videatur, ab homine externo. Nam tria præcipua, & præscriptionum essentialia excludit temporis lapsum, bonę fidei necessitatem, & obligationis naturalis vim, & tam decantatas iure ciuili dominij reliquias, sine quibus nulla præscriptio perficitur, cùm sine possessione diuturna certi, & limitati temporis nulla præscriptio consistat, quæ in Approprimentis per Bannimenta certi temporis non exigitur, si intercessit traditio & possessio durauit vsque ad certificationem iudicialem, quod nos inferiùs trademus. At iure nulla præscriptio sine certi temporis cursu fingi potest, l. sine possessione. D. de vsucap. & reg. sine possessione, in 6. Accedit quod inter denunciationes aut edicta, quæ vsquam iure vsurpantur, nulla interpellatio maior, aut magis seria dici potest: eà, quæ tertiò iteratur, loco, hora, die, conuentibus tam celebribus, & frequenti populo, non solùm cùm aduersus minores, aut æquales negotium est, sed & cùm aduersus superiores, & magistratus quos talibus denunciationibus negligentiæ & iniuriæ conuinci diximus, art. 35. supra. Quid vero quod vltimus actus adiicitur iudicialis renūciatio, quam Certificationem vocamus, inter ipsos solemnes iuris dicendi conuentus in maioribus scilicet assisiis, quo modo Ioan. Fab. peritus Gallici fori & vsus, loquitur, in proœmio instit. Quod cùm sit, nulla cuiusquam ignorantis excusatio admittitur, quod hoc ipso casu Ancharan. censet, cons. 107. quo loco illam ipsam l. si eo tempore, allegat. Est igitur post talia edicta, & peracta solemnia omnis omnium ignorantia improbabilis, qui tertiò euocati non apparuerunt: nec cuiquam ignorare in aliena iactura permissum, quod publicè notum est, & promulgatum, ex præscripta forma legis l. nec supina. D. de iur. & fact. ignor. c. 1. de post. prælat. & quæ plura in hanc sententiam leguntur iure. Publicè igitur præscripti ignorātia non admittitur, ergo nec tertiò promulgati, l. sed etsi pupillus. §. de quo palam. D. de inst. act. & quæ ad hunc locum colligunt eruditi. Quod si verum est, & scientia, præsumptione Consuetudinis, hoc est, iuris, & de iure præsumitur, scientia patientiam efficit: patientia tacitum consensum inducit, quod ipsum in hoc eodem argumento censent Francis. Aret. & Paul. Cast. in l. locus. D. de a. 9
poss. cùm ex patientia tacitam renunciationem inferunt, & ex ea interpretatiuum consensum propter culpam non persequentis ius suum, quod & glos. dixit verb. diligentia, auth. de temp. non solut. dot. coll. 7. si tacuerit, inquit, palam est eum voluisse. Id cùm contingit, id est, aduersus scientem præscribi, aut supinè ignorari, quod publicè notum sit, purgari præscriptionum vitia, malam fidem detergi, nec præscribenti obesse scribit Bald. d. c. debitores, & c. 1. §. si quis per triginta, tit. si de feud. fuer. cont. int. dom. & agnat. Quin & dominium directum acquiri, & à quasi consensu colligi contractum Iurisconsultus scribit, quia qui præscribi patiatur, alienare videatur, l. alienationis. D. de verb. signif. l. qui habebat in princip. D. de legat. 3. Quo loco cessante debitore in solutione, & liberatione pignoris, ex diuturnitate temporis, tex. colligit consensum alienandi, & l. si finita. §. non autem. D. de dam. infect. vbi longo silentio Dominus ædes pro derelicto habuisse videtur, & l. 1. ad fin. D. vsufruct. quemad. caue. vsufructuarius cum posset interpellare vsucapionem, neglexit, stipulatione tenetur de re restituenda, & l. si fundum. D. de fund. dot. maritus qui fundum dotalem præscribi passus est, alienasse videtur, ideóque ad restitutionem tenetur. Ex quibus relinquitur, tali Approprimenti speciei inesse consensum vt minimùm interpretatiuum, ergo & quasi contractum iniri. Sed hunc locum ante eruditi cumulauere.

Tiraq. in ...mati. §. glos. 5.

uère. Cui ſententiæ, etſi à quibuſdam repugnatur, A data ignorātia eius cōtra quem præſcribitur, propterea quod ab ignorante conſenſum excludunt, qui ex communibus regulis in eo non intelligitur, cum patientia ſcientiæ duntaxat ineſſe poſſit, l. quoties. D. de ſeruit. tamen cùm edicta præceſſerunt, & cætera Approprimentorum ſolemnia euenit, vt nihilo meliore conditione ſint, qui ignoraſſe dicuntur, quam qui ſciuère, quando ſupina nec ferenda talium ignorantia eſt, quæ publicè edictis promulgantur: & ſtatis ſolemnibus, ex quibus aut præſumptam ſcientiam lex induxit, aut vecordem ignorantiam non recipit, ad vllum iuris effectum impediendum. Nec enim omnis B ignorantiæ idem effectus eſt, vt nec excuſatio par. Quod ſi vlla probabilis ignorantia fingitur, vt certè eſſe poteſt aliqua, ea in ſimplici præſcriptione, & temporis lapſu locum obtineret, nec tum ſine probabili ratione, fortaſſe diceretur talem ignorantiam nuſquam in iure implicare conſenſum, ſed in caſu Conſuetudinis talis ignorantia fingi nequit: quia Bannimentorum vis & poteſtas, & infinitus effectus, omnes omnium ignorātias exæquat, & æquè damnat: vt vnius generis omnes & improbabiles, propter præſumptionem æqualiter aduerſus omnes agentem, ſine C diſtinctione, cùm omnes omnium aures æquè vnus Bannimentorum ſonus afficiat, & interpellet: quare omnium par culpa eſt, qui publicè indictum ignorāt. Non itaque comparandus hic caſus eſt cum illo ignorantiæ caſu in ſimplici præſcriptione, ex ſolo temporis lapſu, cùm in præſcriptionibus ignorātiæ quædam probabiles eſſe, & dici poſſint: in ſtatutariis diſpoſitionibus, & approprimentis nullæ: antecedentibus quidem bannimentis, vt iam nihil neceſſe ſit diſtinguere, quid interſit inter negligentiam propriam, & impropriam. quod Felyn. facit in Rubr. de præſcript. ex ſententia Caſtrenſis, Ergo quoties de Appropri- D mentis quæritur aduerſus ſcientem, aut inexcuſabiliter ignorantem, plenum & optimi iuris dominium quæritur acquirenti, obligatio naturalis tollitur, mala fides purgatur: pœnáque ea eſt potius negligentis, quàm acquirentis factum, quod ait Bald. d. §. Si quis per triginta, quāquam & d. gloſ. auth. de temp. non ſolut. dot. præſcriptiones putat, non tam in pœnam inductas eſſe, quàm ad tuendam publicam libertatem, quod Doctores recinunt vulgò, auth. malefidei. C. de præſcript. 30. anno, Bartolus, & Alexand. l. Pomponius. §. cùm quis. D. de acquirenda poſſeſſio- E ne. Angelus, Aret. §. Sed iſtæ inſtit. de actio. Imol. l. furtum. §. fundi. D. de vſucap. Balb. in retract. præſcript. parte ſecunda, tertiæ partis, q. 12. quibus locis malam fidem præſcribentis cum negligentia patientis compenſant. Quare apparet & iuris ratione, & argumentis ſimilium ſpecierum approprimenta noſtra defendi, moribus vero gentis, etſi Romano iure non adiuuarentur, ſacroſancta eſſe oportere. Quod ſi exempla deſiderentur, ſimilium inſtitutorum extant in Stobei collectaneis excerpta quædā de Theophraſti ſcriptis, ſi non fallit epigraphe, titulo qui de legibus inſcribitur, quibus res venales per præconem diſtrahi F iubentur, proſcripta plures ante dies venditione, vt omnes intelligant quid cuiuſcumque interſit. Quibuſdam etiam placuit venditiones ſolemniter apud Magiſtratus fieri, ne minus ſexaginta dies ante promulgari; vt volentibus intercedere liceat, & emptores, ſi libeat teſtato conuenire. Quare apparet nihil eſſe quod homines externi aut è iure ſuo vernaculo alienum æſtimantes, noſtrum appropriandi morem reprehendant, quando iure quoque ciuili ratione, & talibus exemplis innititur, & tantam è veterum prudentum ſententiis auctoritatem habet: vnde iam non ſit quod mirari debeant, veluti ſine exemplo ſit, quod iam tum Theophraſti temporibus vſurpandum iudicabatur, vtilitate verò tanta Britannia amplectitur, vt nihil habeat ad dominia aſſerenda & tuenda ſanctius aut ſapientius repertum, nihil ad comparandas ſecuritates melius, aut lites enecandas & præcidendas. Quid quod Mediolani ſimile quoddam huic noſtro obſeruari Catel. Cotta. notat in memorialib. verbo, ſtatuto, vel decreto? Quid verò iniquius quam quod iſti apud ſuos vſurpari patiuntur, emptores ad ſolutionem pretij ex cōtractuum neceſſitate coactos admiſſis interceſſionibus, re demùm carere & pretio? ſi venditor pretium conſumpſit, & ſolum vertit, aut ſoluendo non eſt, cùm tanta ab emptore nauata ſit opera vt contractus in cuiuſque cognitionem deueniret, & interceſſores ius ſuum perſequerentur re integra, & quo tempore regredi emptori licuit, & auctorem laudare, & ſolutionem pretij iure recuſare imminente ſcilicet euictione? Quis demùm effectus eſt tot ſolemnium, ſi quolibet tempore interceſſor admittitur, ſi in publicum peccatur, dum indormienti incuriæ (quandocumque libuerit) euigilaturæ mos geritur? Quæ omnia prudenter moribus iuréque noſtro cauta, prouiſáque gratulandum eſt maioribus noſtris.

Reſtat aſſerendi dominij ſpecies altera, quæ in ius noménque præſcriptionis tranſit, & ex titulo adiūcta quindecennij poſſeſſione continua perficitur. Ea cùm in locum decennalis legalis inter præſentes, & vicennalis inter abſentes ſucceſſerit, quę ipſa legalis hiſdem ſolemnibus perficitur, non perinde patet calumniæ, quia magnos auctores, & iuris Romani perſpicuam auctoritatem habet. Sed cùm illa legalis, eius tempora ex abſentia, & præſentia diſtinxerit, hæc noſtra vtrumque caſum exequauit; & medium pertigit inter numerum decimum, & vigeſimum, vt decimus quintus eſſet, confuſa abſentiæ & præſentiæ diſtinctione. Nec temporis breuitas cuiquam diſplicere debet, cui notum ſit iure vetuſtiſſimo XII. tab. nullam in mobilibus præſcriptionem longiorem anno, in immobilibus nullam biennio fuiſſe, quo iure illa reſp. ad Ciceronis & Iulij Cæſaris tempora & Iuſtiniani ætatem vſa eſt, quod Cicero oratione pro Cecinna indicat. Lex, inquit, iubet vſum, & auctoritatem fundi eſſe biennij. Idem in Topicis ſcribit ex eadem lege vſum & auctoritatem fundi eſſe biennij, cæterarum rerum vſum eſſe annuum, quibus locis vſum ſumunt pro poſſeſſione. Sed & ad C. Plinij iunioris tempora duraſſe eam epiſtola quædam eius lib. 5. epiſtolarum indicat. Primus igitur Iuſtinianus eam ex biennali decennalem fecit l. 1. C. de vſucap. transform. & l. corruptionem. C. de vſuf. Quod ius in prouinciis quoque illi Imperio ſubiectis obtinere voluit, cùm antea extra Italiæ fines non protenderetur, quia quo tempore leges XII. tab. latæ ſunt nihil eſſet extra fines Italiæ in ditione populi Romani. Ratio vero tam contractæ præſcriptionis ex Varronis ſcriptis repeti poteſt, quia frugi patremfam. (vt ille ait) altero quoque anno rerum ſuarū rationē inire oporteret, & ſecūdo anno quærere quod priore amiſſum eſſet. Iuſtin. quidem in ſuis præſcriptionibus non aliam rationem adiecit, quia (inquit) qui in tam longo prolixóque ſpatio ius ſuum conſequutus non eſt, ſera pœnitentia ad ius priſtinum reuerti deſiderat. Hæc ratio veteribus præſcriptionum, quas hodie decennales aut quindecennales vſurpari deſinent mirari (veluti id breuius tempus ſit quam par ſit) qui tales tantulāſque antiquiſſimas quaſque fuiſſe, recordabuntur. Sed, & ſuas

Græcis quoque fuiſſe indubium eſt, & puto non multo longiores, quas Iſocrates ſcribit κυρίας εἶ), ἢν ἐγγένηται πολὺς χρόνος, Plato quidem lib. de legib. 12. inter ſuas hanc quoque legem vult eſſe, vt res mobilis in vrbe anno, aut triennio ſi clãcularia ſit poſſeſſio vſucapiatur, immobilis quinquennio aut decennio ex ſimilibus cauſis. Nec tamen non & ſuam cenſuram præſcriptionum iura multorum habuêre, quod nunc quoque audaciùs faciunt qui nullis legibus teneri volunt, cùm inquirerent an bono viro conueniret præſcribere alienum, & an iure naturali defendi poſſet quod ſic acquireretur, quãdo eius iuris primaria eſſet aſſumptio, neminem cum aliena iactura locupletari, ſed & iuris ciuilis eſſe illam poſitionem ius ſuum vnicuique tribuere, in quo id ius iuſtitiam conſtitueret. Fuerit alterius fortaſſe loci opera iſta, quando iſta dubitatio ſcholis magis conuenit, imò potius Theologis, qui de mentibus inquirunt. Habent qui præſcriptiones in vniuerſum oppugnant ſuos locos, atque illud imprimis Iuſtiniani pronunciatum in auth. 8 vt Eccleſ. Rom. cent. anno. preſcript. gaud. quo loco præſcriptionem iniquum iuris compẽdium appellat, & paulò pòſt improbam temporis allegationem. Sic ille verboſus alioqui ſuarum nouellarum, & legum prædicator dum Romanæ Eccleſiæ ſuum ſenſum approbare, & operam cõtendit & preſcriptionibus ampulloſis ingratè ingerendis redundat, orationis vehemẽtiam per αὔξησιν intẽdit, & eo prouectus eſt, vt quæ alibi vt magno mortalium bono à ſe reperta extollit, hic inſperato flagellet, ſed & alia Nouella, cui titulus, vt hi qui ingred. ad appell. collat. quinta, circunuentionem tẽporis pro præſcriptione indicat & perſtringit: quem locum Iſernia Mart. Laudẽſis Card. Alexãdrinus notarunt in titulo quo tempore miles, & Baldus conſ. 18. incip. municipalis col. 1. lib. 5. Calder. conſ. 5. tit. de rebus Eccleſiaſt. Abb. Panor. conſ. 71. lib. 2. Iaſ. conſ. 159. lib. 2. Corneus conſ. 267. lib. 2. num. 7. gloſ. & Angel. l. 1. de negot. geſt. Guid. Pap. quæſt. 409. atque inde poſterior iuriſprudentia ſubinde ſolet tela colligere, quoties cõſulendo aut diſputando contingit controuertere, pro vſu & propoſita materia. Quæ ſententiæ ſi veræ ſunt & iniquæ ſunt preſcriptiones, iniquior Iuſtinianus ipſe qui id ſtatuit quod iniquum putaret, cùm tot eius ea de re Conſtitutiones extent, tot tituli, Nouellæ, mutationes veteris iuris; adiecta etiam preſcriptione actionum perſonalium, quæ veteri iure digeſtorum erat incognita. Quarum alias antiquauit, alias mutauit, & alterius temporis fecit, alias (vt ipſe loquitur) transformauit: quaſdam verò etiam ſine titulo, & cum mala fide induxit rerum furtiuarum, raptarum, dolo quouis interuerſarum, quæ lõgiſſimi temporis eſſent, id eſt non amplius triginta annorum, denique & ſi quæ id tempus effugiſſent, in caſſes quadragenariæ recidere voluit ſua Conſtitutione l. omnes. C. de præſcript. 30. anno & l. 1. C. de annal. Sed ſi verum eſt iniquas eſſe præſcriptiones iniquiſſimæ reperientur 12. tabulæ, quæ non amplius biennio Dominos excludunt pro- 9 prietatibus & dominiis. Atqui iſta & Romano populo diu placuerunt & vero ad ipſius Iuſtiniani tempora deuenerant, & apparet de Græco iure eſſe deducta, vbi venalis ſapientia proſtitit, & viſa ſunt rerum publicarum conditoribus conducere, eáque talia ſi non omnibus, certè plurimis. Nec vlla reſp. non habuit ſua de præſcribendis rebus alienis conſtituta, aut his aſſerendis quæ ſua putaret, de priuatis publicis, aut Eccleſiarum: quanquam hic quoque Iuſtinianei nominis grãdis nota, quod Eccleſiæ Romanæ priuilegio conſtituit, & fuſiùs ſumus inferius ſub epigraphe de

A publicorum locorum preſcriptionibus proſecuti. Denique ſuis ille de præſcriptionibus inuentis vſque eo iuriſprudentiæ veteris pomœria protulit; vt futuris Imperatoribus nil ſibi, poteſtatis reliquiſſe videri debeat, ad eas aut infirmandas, aut auctoritatem, fixámque ius eleuandum.

Enim verò quomodo conciliari id Iuſtiniani pronunciatum poſſit, cum illis veteris iuriſprudẽtiæ preceptis. Bono publico, inquit Caius, repertæ ſunt vſucapiones, ne dominia rerum in incerto manerẽt, quia dominis ad inquirendas res ſuas ſatis temporis eſſe videretur quod eſſet à legibus diffinitum l. 1. D. de vſu- B cap. & Iuſtin. eodem tit. in princip. cùm alioqui futurum eſſet, vt poſſeſſores immortali timore tenerentur; quod ille Imp. dixit l. cum notiſſimi, in princip. C. de preſcript. 30. anno, & Bald. §. ſi quis per 30. dixit, ne poſſeſſores ſemper de iure ſuo dubitent, quæ ipſa eadem ratio ab regibus aſſumitur, & Lud. XII. in ordinationis prefatione, quæ de reſciſſionum temporibus eſt edita.

Quanta vero illa alia vtilitas, ſcilicet vt ſit aliquis litium finis l. vlt. D. pro ſuo. Quo ſenſu iure Cicero in oratione pro Cecinna, vſucapionem dixit, finem C eſſe ſollicitudinis & periculi.

Extat etiam Traiani Imperatoris plena æquitatis ad C. Plinij relationem reſponſio, lib. 10. epiſtolarum, qua vetat poſt diffinita tempora moueri cuiquam de publicis rationibus actiones, quia ſic futurum ſit, vt multorum ſecuritates conuellantur. Ipſe etiam Conſtantinus Imperator etiam iuſtas fiſci actiones vult intercidere, & poſtulationes concremari, ſi ſuis temporibus propoſitæ non eſſent, vt eo ſaltem exemplo priuatorum calumniæ conticeſcerent, quod iuſtæ fiſci actiones ſilere preciperẽtur, quæ eſſent tempore abolitæ l. iuſtas. C. de iur. fiſ. quam legem de [illegible], D id eſt, reliquiis fiſcalium rationum, quę hodie tam acerbè exiguntur, Theod. Harmenopulus intelligit.

Et verò Appolinaris Sidonius preſcriptionum rubricas omnem litem abolere ſcribit, & Caſſiodorus preſcriptionẽ humani generis patronam vocat. Quid ſi, quod vero ante demonſtrauimus, patientiæ conſenſus ineſt? Quæ ſi ita ſunt, & bono publico repertæ ſunt præſcriptiones, & tanta tantorum virorum habent elogia, ſi dominia ſtabiliunt, ſi lites finiunt, ſi ſollicitudinis finis ſunt, ſi metum immortalem demunt, ſi ſecuritates cuiuſque confirmant. Quis iam E inde colligat præſcriptiones iniquum eſſe iuris præſidium? quod exitium certius locupletibus patribusfam. litibus? quod familiarum nobilium detrimẽtum exitiabilius, odiorum, pecuniæ, temporis? Quam inſidioſæ aduerſus incautos pupillos actiones comparantur, annoſis, & veternoſis depromptis titulis, ſi aut incerta aut infinita futura ſunt vſucapiendi tempora? Quis agrum colat, inſerat, ædificet incerto euentu, ſi colligere in incerto eſt, perpetuo impendente ſaxo. Quo metu alicubi Thucidydes accidiſſe in Attica ſcribit, ne agri colerentur.

Quam ob rem, fixa firmáque hæc ſit ſententia bo- F no publico repertas eſſe, & vſurpari præſcriptiones, nec ſine his rectè ſtare dominia, ergo nec rempub. quidem poſſe, nec tanto ante poſſeſſa moueri vlli reip. expedire.

Extat vetus Arati Sicyonij exemplum à Plutarcho relatum, & ab Cicerone valde laudatum, poſt quinquageſimum annum recuperata patria, de poſſeſſionibus nil immutaſſe quamuis per tyrannidem prioribus dominis olim ablatas conſtaret, quod factum Cicero exaggerat, & rationibus illuſtrat, nec rara exempla ſunt in hiſtoria, infœliciter tentati contrarij incœpti.

cœpti. Augusti Imperio cùm in vrbe plura loca essent iuris ambigui, quæ alij publica, alij priuata contenderent, quia sibi, vel à senatu, vel Pompeio, vel Cæsare donata essent, Octauio ipso cognoscẽte possessoribus adiudicata sunt. Sed & proauorũ memoria cùm Angli totam penè Galliam insedissent, diúque possedissent, multò pòst tempore his expulsis, quæ dotibus Ecclesiarum, aut aliis commerciis transtulissent, non sunt mota, multáque opulentissima Normaniæ Sacerdotia eorum dote habentur adhuc, quia res publicè magnos motus erat concitatura.

Quamobrem non assentior his, qui vsucapionem non putant æquitati naturali congruere, nec bono viro alienum vsucapere, conuenire. Cuius dicti rationes duas adfert Francisc. Conanus Iurisconsultus eruditus, quia (inquit) æquitas omnis expers sit scripti, scriptas autem extare præscriptiones: ergo non esse eas æquitati tribuendas, sed scripto potius iuri, quando æquitas scripta nomen amittat, & ius esse, & dici incipiat: Altera quia nihil habeant præscriptiones æquitatis, sed summo iure nitantur. Prior ratio, & iuris auctoritate, & multorum sententiis, aut ex toto refelli, aut valdè debilitari posset, nisi longior instituenda esset disputatio. Nam etsi sæpius quidẽ scripti rigorem ex circonstantiis, arbitrio iudicantium (quorum scientia, ars est boni, & æqui) temperari contingat, præter scripti ipsius tenorem, ex mente potius scripti quam verbis, ideóque sæpius ab dispositionibus hominum petenda sit æquitas, quam ab scripto expectanda, tamen frequenter etiam scripto æquitatem describi, & è regione scripti iuris locari contingit: & suam cuique vim tribui, nec descripta æquitas naturam mutat, cùm constans, & perpetua ratio sit mẽtibus humanis infixa à notitiis primis. Cuiusmodi est, quod crebrò dicere Iurisconsulti solent, scripto quidem iure, sic vel sic esse, de re aliqua statutum, vtilitatis tamen causa aliud atque aliud receptum vsu, neque vtilitatis vox hîc aliud indicat, quàm æquitatis, vt in §. rectè, & seq. inst. mandat. & §. Igitur instit. de obligat. quæ ex quasi cont. & l. quia actionem. D. de præscript. verb. l. si longius. §. vlt. D. de iud. l. seruitutes. §. si sublatum. D. de seruit. vrb. præd. & alibi persæpe. Quod cùm dicunt, intelligunt inflexionem scripti propter adiunctas causas, abrogationem iuris intelligi nolunt, quod duraturum sit semotis adiũctis. Nec enim propterea quòd æquitas scribitur, æquitas esse desinit, quod Conanus quidem agnoscit, etsi nominis proprietate aliud intelligit esse æquitatem, nec ei conuenire vt scribatur alioqui ius fieri, & in alienam speciem, & appellationem transire. Quod fortasse verum esse potest, cum ab eo æquitas scribitur, qui iuris condendi potestatem habet, de iure consultis qui ius condere nec voluerunt, nec potuerunt: ius esse dici nõ potest quod scribunt; cum iura ab auctoritate conditoris auctoritatem habeant, Senatu à quo Senatusconsulta, ab plebe à qua plebiscita, ab Imperatoribus vnde placita, ab prętore vnde edicta dicantur. Quæ in diuersum recepta Iurisconsulti tradidêre ex adiunctis causis, ius non dicũtur esse. Sed scriptum ius temperant, & nomine æquitatis intelliguntur, nec propterea appellationem iuris sortiuntur, quod ille dicit, nec nomine eodem confunduntur. Itaque interdum ius scriptum æquitati præualet, cum lex scribit durum quidem esse scriptum constitutum, sed tamen obseruari oportere. l. prospexit. D. qui, & à quibus. Hîc etsi æquitas scribitur non vincit ius tamen, & ius ab auctore obtinet, æquitas in intellectu sine effectu est. Contra tamen sæpius fit, cùm auctoritas iudicantium obtinuit, vt fiat, aut perspicua ratio impulit, quam rectè Conanus in cuiusuis Iudicis arbitrio esse positam dicit, & defendit, non eorum tantum qui supremum iudicant; Posterior ratio, quod prę scriptiones nihil habeant æquitatis eadem cum dicto, dicit enim idem, non demonstrat. Nego igitur satis esse rationis, cur æquitas dici nequeat, quia scripta naturam mutet, cùm æquitas futura sit, quomodocumque scripta ad leniendam scripti iuris duritiem, nec scriptũ naturam, aut rationem mutet, nisi hoc quidem autor intendat, aut ius condat, & prius abroget. Neque enim æquitas ab scripto, sed ab mentis intellectu, & notitiis communibus metienda est. Quod si ius appellare placet, mixto nomine aut ius æquum, aut scripta æquitas dicenda erit. Sed eorum qui præscriptiones æquitati conuenire non putant, sententia ab eorum iudicio profecta videtur, qui parum oculatè, sicuti ego quidem iudico, æquitatem per indiuidua iudicant, & singularibus speciebus intellectum applicant: deterrima comparatione, si publica vtilitas, & consideratio ex aduerso opponatur, tanto præponderatura, quantum lapides, plumæ. Quæ particularium cõsideratio cùm spectatur, necesse est protinus accidere, vt qui æquissimè bono publico reperta sunt, alicui speciei applicata iniquissima videantur: cùm æquitatem non ex singularibus, sed ex vniuerso æstimari conueniat. Qua de re extat apud Cornelium Tacitum. C. Cassij Senatoris grandis sententia. Habet (inquit) ex iniquo aliquid omne magnũ exemplum, quod cõtra singulos vtilitate publica rependitur, efficitque illa sua sententia Senator ille, vt Senatusconsultum fieret, quo quadringenti omnis sexus & ætatis serui qui sub eodem tecto fuerant, cùm Dominus occideretur, supplicio damnarentur: cùm tamen in his plures esse insontes nemo dubitaret, sontem vllum esse nemo sciret. Et multos probato quoque admisso, sexus & ætas excusaret, & videtur sumpta ex illa Plutarchi in Politicis. Celebratur (inquit) vbique Iasonis Thessalorum tyranni illa sententia. Qui magnis in rebus iustitiæ se cultorem haberi vult, cum aliquãdo ius violare in paruis necesse habere, quod Plutarch. pluribus exequitur. Hic si speciei quæ proponitur mentem applices, iniquitas magna, & crudele factum, sed securitas dominorum, & imponenda seruis necessitas eius curæ, æquitatem aliam, sed vniuersalem & bono publico expressit. Plato lib. de legib. 11. veniam legumlatori concedendam putat, si publicæ gubernationi intendens, singulorum incommodis non vsquequaque prouidet. Extat inter eas Nouellas quæ nuper repertæ, & editæ sunt, titulo Theodosij Imperatoris vna quædam, quæ creditorum omnium exactionem Afris prohibet. Quid iniquius, si speciem respicis? quid æquius, si publicum? cum affecta bellis prouincia, nec quid suum, nec quid alienum esset posset diiudicare, cum interim iuris exequutio malè coagmentatam rempublicam iterum esset laceratura. Et tamen illud fuit nouas tabulas lege concedere, tanto olim motu in rep. Romana ab optimis quibúsque ciuibus prohibitas contra seditiosos ciues. Quid illa Trasybuli & aliorũ deinde amnestia? Quid nuper in hac nostra Francia edicta pacificatoria, quibus tam apertè scelerum, flagitiorúmque omnium tributa est impunitas? quibus infando exemplo ius fásque perditorum hominum arbitrio dedita cessere, vt optimus quisque complicatis manibus, oculis vix cœlum respectãtibus totus cohorresceret, cum lege infandissima scelerum descripta audiret, & eorum impuritatem sanciri lege, ius fásque condonari sceleri, & silentibus etiam mortalibus omnibus, lapides ipsi, & fumantia tecta, & angustissimæ ædes scelus loquerentur, & Nemesim

invocarent; illi verò etiam nefandi facti authores impune vbique persultarent, eadémque his omnia tribuerentur, quæ victoribus olympiæ, aut summis viris seruatà grauissimis temporibus rep. eadem pro re priuata priuilegia quæ absentibus reipub. causâ. Et tamen hæc afflictæ reip. conuenire visa sunt sapientibus viris amisso clauo, & gubernaculis detersis. Iniqua hæc, imò verò iniquissima in specie, nec verò quidquam vnquam cœlum aut sydera videre atrocius. Sed si in vniuersum consideres, neque aliter aqua à solo, nec cœlum terræ mixtum, aut alio modo finibus suis elementa quæque retineri, aut coërceri potuerunt. Magna æquitas vniuersum spectàtibus, singularia cõsiderantibus magnum scelus lege publica patratum. Quid ipsi sontes qui ex legibus pœnas luunt, nonne alieno exemplo deduntur acerbissimis pœnis? si rem B spectes cùm lucem amittunt, id totum persoluunt quod debent ipsi, etiam si mitissimæ pœnæ infligantur, & venæ in aqua exoluantur, quod facillimum necis genus esse putatur. Quod rotæ, ignes, pali, & talia sæpius acerbantur, aliena causa est, vt cæteri deterreantur, singularis capitis pœna exacerbata iniquum in specie, in vniuersum, æquum. Affatim est talium exéplorum, quæ rectè Dominic. c. cùm generale, prima distinctione, dicit respectu priuato iniqua esse, publico per quã æqua: & professa opera differunt. Ioan. And. Anchar. & cæteri in c. possessor. de reg. iur. in 6. Fely. in Rubr. de præscrip. & alij alibi, etsi persæpè tam longe ductis rationibus, vt viuum non satis pertingant, absolutè tamen, & in vniuersum sic receptis

A sententiis statuunt ius naturale, quo quisquam cum aliena iactura locupletari prohibeatur, tolli quidem in totum non posse, sed distingui, inflecti, & in parte aliter statui ab ratione ciuili, & positiuis constitutionibus posse. Itaque hoc casu satis esse causæ videtur, cur ab generali naturæ regula diuertatur, quia (inquã) finis litium aliter nullus futurus est, quia dominia incerta futura sunt, commercia incertiora, & insidiosa, & quia negligentia cuiusquam alteri fraudi esse non debet, & iustissima eius excusatio qui fecit quod in se fuit, quominus impendentis perpetuò saxi metum sustineret. Quibus omnibus malis, si vna præscriptionis ratione occurritur, quis iam eam quod Apollinaris dixit, humani generis patronam non rectè appellatam dicat? Quis priuatã iacturam ex supina ignorantia conflatam tanto publico bono non rectè & æquissimè rependi dixerit? Quare non est quod cõscientiæ cuiusquam male factum impingant, si auctore iure, & patronis legibus quisquã vtitur, & rem præscriptione acquirit, de quo longa est disputatio Canonistarum & Theologorum, c. vigilanti. & c. vlt. ext. de præscript. & eorum quos memorat. Boër. decis. 211. numer. 13. Nihil igitur (quod Cicero inquit) in ciuitate tam diligenter est retinendum quàm ius ciuile, quo sublato, nihil est quod cuiquam exploratum esse possit, quid suum, aut quid alienum sit, & quæ ille pluribus persequitur in eandem sententiam, digna quæ legantur ab iudicantibus, vt intelligant quid suæ curæ commissum sit, quantum legibus tribuere, quantum sibi sumere, aut possint aut debeant.

AD RVBRICAM.

[a]Des Appropriances [b]par Bannies, [c]et prescriptions.

1 Appropriances.] Approprimento Britannico Latina dominij assertio, non ex toto respondet, nec vox alia pene vlla, Sed remorari legentem externæ vocis nouitate consilium non fuit, dum res properàtur. Græci vnico verbo planè fœliciter ἰδιοῦν καὶ ἰδιοῦσθαι dicunt & ἰδίωσιν approprimentum verbis, ex æquo respõdentibus nostro *Approprier & appropriment*, Cæterum vtrumuis dixeris formam intelligimus ex qua ciuili quidem, sed ducto à gentium iure, dominium ab alio ad alium transit, & transfertur, & proprium fit acquirẽtis quod alienum erat. Sed cùm iure & moribus perquam variæ & multæ tales causæ & tituli tradantur (quod tituli de acquirendo rerum dominio ostendunt) hoc titulo de his formulis statuitur, quibus ex talibus titulis per bannimenta & prescriptiones quęruntur dominia, nec quidquam vltra epigraphe complectitur. Sunt verò introductæ formulæ ad rerum alienarum acquisitionem, propter vtilitatem commerciorum. Nam si res tradentium propriæ esse præsupponerentur, protinus ipso consensu & traditione dominium transferretur, nec vlla esset bannimentorum aut necessitas, aut vsus, nec quidquam amplius expectan-

C dum. l. traditionibus. C. de pact. sed quia plerumque de alienis contrahitur, repertæ hæ rationes quibus emptoribus & acquirentibus succurretur, & idem iuris tribueretur: quod ab ipsis etiam dominis, ne ignorantia fraudari acquirentes cõtingeret, hactenus quidem si solemnia à lege præstituta obseruarent. Hoc cùm contingit, bannimentis aut prescriptionibus legitimis, securitates comparantur æterni iuris. Porro hoc inter hæc discrimen est, quod Bannimenta sine titulo consistere non possunt. Prescriptiones verò quędam etiam sine titulo perficiuntur, vt iure quoque ciuili, cętera suis locis, si quæ erunt, vt materia occurret D indicabimus. Hoc tantum hic dicemus approprimétum per bannimenta quod edictale placet appellare, quia edictis constet, non esse prescriptionem formaliter, quia non fundatur in cursu temporis, quod præscriptionum proprium est iuncta possessionis continuatione, l. sine possessione D. de vsuc. sed vim accipit ab repetitis trino nũdino edictis & monitionibus, sequuta iudiciali renũciatione quam certificationem vocant, titulo præ existente, vnde consensus patientis colligitur, aut supina ignorantia, ideóque intolerãda conuincitur, & presumptio malæ fidei, si quæ erat, eluitur. Contempsisse igitur Consuetudinis auctoritatem

tatem consensisse est, aut flagitium fecisse in re propria, nec acquirenti fraudi esse debet, si post tot solemnia litem recusat, cùm non solùm exceptio, sed & dominium quoque directum & plenissimum quæratur acquirenti authore Consuetudine; quod alibi persequemur. Art. 171. Multum hæc igitur formula superat vulgarium præscriptionum securitates, de quibus hac quidem in re vulgò aliæ distinctiones traduntur. Quare hic quidem enitet Baldi sententia, de qua ante meminimus in c. debitores ex. de iureiur. cùm hæc solemnitas à monitione incipiat, ipsa quoque (quod mirum dictu sit) obligatio naturalis tollitur, & imprimitur actui præsumptio bonæ fidei, quę iuris est & de iure, & omnia iura realia, & vendicationes tolluntur.
2 Nam actiones personales sua separatim habent tempora, quæ etsi rem immobilem sæpè habeant pro materia, tamen à personali facto, & promissione substantiam ducunt, nec naturam mutant, quia in his rem immobilem dari tradive deductum sit: qui multorum tamen perquàm stupidus est error, quod nos suo item
3 ordine docebimus. Sed nec rescissoriæ actiones quæ ex iustis & legalibus causis concedi solent, hac approprimenti specie tolluntur: quominus suo & ipsæ tempore exerceantur inter contrahentes, quod Art. huius tit. vltimo demonstrabitur. Vt nec illæ quæ aduersus fraudulentos & simulatos contractus extraneis competunt: de quib. Art. 269. inf. Sed enim quod ad rem vehementer facit: de antiquissimi quoque iuris Rom. dominiis dicendum est aliquid, quando nec omnibus ea res adhuc dum nota est, & eius rei vestigia etiamnum quædam in nostris libris supersunt, nec studiosi omnes satis intelligunt. Nec enim dominiorum asserendorum illis ratio vnà fuit: Theophilus quidem Græcus autor ad finē tituli de libert. successi. annotat duo priscis dominiorum acquirendorum præscripta fuisse, naturale vnum, quod in bonis cuiusquam esse dicebant, legitimum siue legale alterum, quod ex nudo iure Quiritum dicebāt, vtraque species coniuncta ius efficiebat, quod optimo iure dominium appellabant, & eius M. Cicero meminit oratione de haruspicum responsis, multæ (inquit) sunt domus in hac vrbe, atque haud scio an ferè cunctæ iure optimo; sed tamen iure priuato, iure hæreditario, iure autoritatis, iure mancipi, iure nexi. Et dominiorum quidem talium discrimen describit Vlpian. libro 1. instit. tit. 1. Qui tantū in bonis habet, inquit, non etiam ex iure Quiritum seruum manumittendo latinum facit. In bonis est, si quis à ciue emerit, & ei sit traditus, nec tamen mancipatus ei, aut in iure cessus, neque anno possessus. Nam quandiu nil horum fit, seruus quidem in bonis emptoris est, è iure verò Quiritum adhuc in bonis venditoris est, sed vt alibi scribit ei acquirit, cuius in bonis est. Fuit itaque dominium è iure Quiritum, potentius. Sed tamen non omnes acquirendi dominij modos è veteri iure Vlpian. illa sua descriptione comprehendit, sed cùm sex fuerint, tres tantum non sufficienti partium enumeratione perstrinxit. Collegit autem Varro libro de rę Rustica secundo c. Si quis (inquit) iustam hæreditatem adiit: iusta autem hæreditas veteribus fuit, quę iure ciuili Romano cuiquam ciui delata esset. Nam qui ciuis non esset, testamento ciuis quidquam capere vetabatur, quod ipsum Cicero oratione pro Archia indicat, quē ciuem Romanum esse hoc argumento contendit probare quod hæreditates ciuium cœpisset. Sicuti oratione altera pro Cecinna, Æbutius Cecinnam negabat capere hæreditatem posse, quia Volaterranus esset, Volaterris vero ciuitas esset à L. Sylla adempta. Secundus modus acquirendi dominij erat, ex mancipatio-
A ne: Eius solemnia, & formam Cicero in Topicis describit, Boetius explicat. Erat illa vero imaginaria quędam venditio, quæ per æs & libram fiebat, in qua qui mancipio accipiebat, id est, acquirens æs tenebat, & concepta verba pronuntiabat. Hunc ego hominem è iure Quiritū meum esse dico, isque mihi emptus esto hoc ære & hac libra, tum ære percutiebat libram, eique dabat à quo rem redimebat. Quem morem Vlpianus quoque attigit tit. xix. inst. Eius verò vsus fuit in omni alienatione; quæ cum titulo fieret, atque etiam in testamentis? quod & Plutarch. scripsit in libello de sera numinis vindicta. Quin & hæreditates quoque
B hoc modo cernebantur: quod Vlp. Plutarch. & Cicer. ostendunt. Mancipatio ex eo dicta, quod res omnis mancipi per eam alienari poterat. Mancipi verò res dicebantur, omnia quæcumque alienari poterant. Nexum vocabant quodcumque per æs & libram geri poterat. Forma eius, vt manceps, id est, acquirens stipularetur, dare spondes? tradens responderet, Spondeo, tum stipulator spondentem alligaret, & necteret. Fuit & modus alius quem Cessionem in iure appellabant, in eo tres personæ interponebantur, cedentis, vindicantis, addicentis, quem ipsum quoque mo-
C rem Boetius describit. Sed eius formulæ tamen, non fuit infinita potestas, non magis quàm Approprimentorum nostrorum, sed ita demùm valebat, si in iure cessio facta erat, cui potuerat, & vbi oportuerat, apud Prætorem scilicet, cuius interuentu fieri debebat, id enim est, quod aiunt, in iure cedere: is verò addicebat, interrogante vindicante, & respondente eo qui cedebat. Alia dominij acquirendi ratio veteri iure erat, vsucapionis & vsurpationis, anni scilicet & biennij cuius ante meminimus, nisi si quid furtiuum erat. Ea ad nos quoque ab his transmissa manauit. Fuit & alia forma venditio sub corona, vsitata rebus bello ca-
D ptis distrahendis cuius Aul. Gel. lib. 7. meminit. Fuit. & auctio, cùm publicè addicente magistratu res sub hasta venibant, quæ eadem & sectio fuit. Quæ omnes dominij transferendi & acquirendi formulæ, vno emptionis nomine generaliter censebantur, quòd Varro illo loco indicat. In emptionibus (inquit) sex legitimum dominium perficiunt, quæ deinde enumerat eadem, quæ ante diximus. Quæ omnia ex vetustissimo illo iure relegentem, subinde subit in animum admirari, qualibus ab principiis tam potentis reip. instituta in tantam magnitudinem adoleuerint. Fuerint ista hominum sapientum placita, an simiorum imi-
E tamenta potius abigere cogimur, cùm de commerciis & quærendis dominiis agatur, parte iuris imprimis momentosâ, nugas consectari. In bonis fundum dicere vnius, cùm alterius sit è iure Quiritum, quod & Bart. non dissimiliter arguatur. l. metus. §. Iulianus. D. quod met. caus. Archidi. cap. si quis vsuram. 14. q. 4. & emptionem non aliter valere quàm adhibito ære & libra, libram tangi & concepta verba, veluti augurale carmen pronuntiari, idem in contractibus, in testamentis idem vsurpati, in nexu promisso-
F rem alligari & necti oportuisse, in his excidisse syllaba de iure quoque esse periclitatum, ista puerorum sunt ludicra. Quanto melius & simplicius iurisprudentia posterior cōsensu & traditione dominia transferri, verborum inanem esse sonum, dum res, & actus contrahentium intelligantur, quorsum verò ille tactus, & adhibitio libræ incantamentorum ritu, quod meritò posteritas irrisit, & sustulit cùm formulis, & Cicer. alicubi exsibilat. Ergo hæc approprimenta nostra præstant, quod omnes illæ veteres formulæ efficiebant, & quod illi dicebant, optimi iuris dominium acquirunt, & vendicandi potestatem, quam illi olim

auctoritatem appellabant, cùm æternam auctoritatem aduersus hostem esse dicebant, hoc est, perpetuò vendicari, aduersus peregrinum posse, quo eodem nomine vsucapionem intelligebant, & vt lege duodecim tab. vsus, & auctoritas fundi, inquit, biennij esto, quæ pluribus Alciatus. l. quæstio. de verborum signif. persequitur: quod verbum alio sensu etiam vsurpat. l. vlt. de euict. pro actione de euictione scilicet.

[b] [Par bannies.]

1 *Quid bannum.*
2 *Quid proscribere.*
3 *Quid programmata.*
4 *Quid edicta.*
5 *Quid proquiritare.*

1 Hic bannimenta vocat Consuetudo publicas inclamationes inter solennia sacrorum, de contractu duorum, dominij translatio, déque dictis in conuentione legibus, nec quemquam, aut in specie citari, aut generaliter necesse est, publica enim denuntiatio quemlibet ciet. Banni vox barbara ad nos ab Italis, ad illos ab Longobardis, aut prioribus etiam Gotthis manasse existimatur, Latinis, edicti significatione æquata, id est, publica denunciatio rei iussæ, aut vetitæ.
2 Proscribere ædes, aut agrum dicebant, cùm ex scripto fixa tabella, venalem publicè exponebant, cuius exempli meminit Iurisconsultus. l. apud Labeonem. §. item si quis pignus. D. de iniur. & l. Sed etsi pupillus. §. de quo palam. D. de instit. act. Tabella, qua quidquam hoc modo proscribebatur, programma, breue scilicet scriptum postibus affixum, de quo titulus iuris. C. Comminat, epist. programmata, &c. Edicta publicæ denunciationes fuere, Imperatorum & Magistratuum sæpius scripto comprehensæ, & ab præcone promulgatæ. Sed & inter κηρύκων φωνὰς & edicta προγράμματα interfuisse quiddam ostēdit Nouel. Iustiniani 12. Edicta, Halicarnasseus scribit, esse τὰ ἐπιτάγματα καὶ διαγραφὰς τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων & populum edicto ab Imperatoribus admoneri, aut reprehendi solitum, ostendunt Cæsarum historiæ, in Tranquilli, & Taciti scriptis, & l. diui. D. de religios. & l. cum vero. in §. subuentum. D. de fideicom. libert. euocari (inquit) oportet denūtiationibus, edictis, literis, quo loco, verè nostra bannimenta, quæ vsurpamus, intelligit. Apud Cassiodorū edictale programma, & edictalem legem coniungi frequens, pro programmate edictum continente. 4
Edicendi quoque significatio, pro iubere, aut vetare publicè per præconem. 5
Proquiritare & ipsum antiqui iuris verbum est, pro bannire, quod Sidonius vsurpat, lex (inquit) fuerat proquiritata, id est, inter quirites & populum promulgata. Pręconium verò quod per præcones edicitur, quod Fortunatus Rhetor fieri, ait, libello proposito, vel per præconem publicè edicto, id proclama posterior iurisprudentia, & bannum appellauit, sed nouè.

[c] [Et prescriptions.]

1 *Quid præscriptio.*
2 *Nulla Consuetudinaria præscriptio longior quadragenaria.*
3 *Breuiores decennalibus non sunt sublatæ.*

Hæc pars rubricæ altera de dominiis acquirendis, & confirmandis. 1
Pręscriptiones verò vocamus, sicuti iure ciuili, exceptiones: scilicet, de iure acquisito ex lapsu temporis, & possessione diuturna, siue cum titulo, siue sine titulo, tam enim vtrique præscriptionis vox congruit, temporales exceptiones titulus, de perpet. & temp. excep. appellat, cum alioqui pręscriptionis vocabulum, pro omni generaliter exceptione ponatur, Græci παραγραφὴν καὶ ὑπογραφὴν dicūt, quo sensu accipienda epigraphe libri Tertul. qui est de præscrip. hæret.
Sunt vero regulares ex moribus gentis nostræ decennales, quindecennales cùm titulo, & quadragenales, atque hæ quidem in immobilibus, in personalibus sicuti iure tricennium obseruatur. 2
His longiores nullas Consuetudo agnoscit, ne centenarias quidem, quod alibi dicemus, sed res omnis pręscriptibilis quadraginta annis pręscribitur. Quæ hęc tempora effugit nullo tempore præscribitur, tametsi de hoc valde Iurisconsf. litigant, & locum congessit Tiraq. in retract. §. 1. glos. 2. num. 23. 3
Quæ de iure breuiores sunt Consuetudinariis, in suo statu durare intelliguntur, nec enim in tam breui hominum vita, producere præscriptiones Consuetudo intendit, sed contrahere potius, quia longiores viderentur, quàm congrueret hominis vitæ.

Article CCLXV.

Qvand [a] on s'approprie [b] d'heritages [c] par achapt, [d] de celuy qui est possesseur [e] & saisy, ou [f] par achapt de Iustice, [g] quand la chose est baillée au creancier en payement, [h] il conuient [i] que bannie en soit faite [k] par la Cour [l] à qui la iurisdiction appartient, [m] ou par Cour superieure, par trois Dimāches, [n] d'huictaine en huictaine, [o] sans interuale, [p] incontinent apres l'issuë [q] de la grand Messe parochiale, [r] en la congregation du peuple à [s] haute [t] & intelligible voix, [u] aux lieux accoustumez.

Qvando [a] aliquis sibi acquirit, & asserit, [b] res soli, & immobiles, [c] ex causa emptionis, [d] ab auctore [e] naturaliter, & realiter possidēte, [f] siue [g] ex addictione per licitationē, siue sentētia iudicis quādo [h] res creditori in solutum traditur, fieri debēt [i] edictalia approprimenta, imperio, [k] & auctoritate tribunalis, siue iurisdictionis immediatæ, cuius ea de re notio est [m] vel etiam superioris iurisdictionis, trinis Dominicis, [n] de dominico, ad dominicum, [o] absque vlla prolatione temdoris, [p] post peractum [q] solemne sacrum [r] inter populi cœtus, [s] clara, [t] & distincta voce, [u] locis assuetis.

[a] [Qvand

[a] [QVAND ON S'APPROPRIE.

1 *Formula hæc approprimenti per bannimenta ad res soli pertinet.*
2 *Sed & in seruitutibus quoque prædialibus vsus eius, esse potest.*
3 *Item in reditibus pecunia constitutis.*
4 *Item in hypothecis omnibus.*
5 *Item in decimis.*
6 *In vectigalibus, pedaticis, ripaticis, & omnib. talibus.*
7 *Item in vsufructu & fructibus, ibid.*
Quid vero in mobilibus.
9 *Quid in fructibus pendentibus, arboribus cædendis, aut sylua.*

Hæc verborum conceptio priscam veteris Consuetudinis enunciationem resipit, & re verà, de ea ferè ad verbum descripta est ab reformatoribus, quod illi tum fecere, cùm non satis his liquebat, quæ sententia esset scripti, & pragmatici sententiis variabant super ratione vtendi, illi ne alterutro peccarent, concepta, vt erant verba, descripsere. Id vero quàm hoc loco infœliciter, & inconsideratè posteriùs demonstrabimus.

[b] [D'HERITAGES.]

Notanda vox comprimis, ex qua intelligitur materiam approprimenti, & subiectum cui applicatur, esse rem soli, & immobilem, id est, quæ materia, &
1 substantia talis sit, quæ corpore apprehendi, tangi oculis, & sensibus subiici possit, & loco contineatur: quæ corporum propria natura est. Sed & quæ propriè talia non sunt, iuris tamen diffinitione, & auctoritate pro talibus habentur perpetuò, & immutabiliter, ipsa quoque in hanc dispositionem incidunt, & approprimentis per bannimenta acquiruntur, & asseruntur.

Itaque seruitutes prædiorum, etsi materia, & substantia tales non sunt, nec propriè res soli *ou d'heritage*, dici possiunt, cùm corporales non sint, quod Bald.
2 dixit, c. 1. §. sciendum, tit. de feud. cognit. Bart. l. mouentium. D. de verb. signif. Alex. cons. 52. incip. viso themate vol. 1. tamen corporibus hærent, & applicantur, nec sine his subsistere, aut esse possunt. l. si aliena. §. hoc iure. D. de vsucap. Alex. cons. 211. incip. põderatis, lib. 6. Philip. Franc. c. 2. de rebus Eccl. non alien. in vi. glos. verbi intelliguntur. l. 1. C. de vsucap. transfor. Balb. 2. part. 4. partis. q. 4. Ideóque & inter immobilia computantur, & pro rebus soli funguntur. l. in §. simili modo. D. de reb. cor. l. Iulianus. D. de fund. dotal. l. non solum. §. ad iura. D. de alien. mut. iud. caus. fact. l. vlt. C. de reb. al. non alien. quod Antonius Butrius, Panorm. Imol. scripsere. c. nulli ext. de reb. Eccles. non alien. Alex. d. l. mouentium. Quamobrem rectè, & vtiliter per approprimenta edictalia, & bannimenta acquiruntur, & asseruntur, & sub verbo *d'heritage*, larga significatione comprahenduntur ex mente, & intentione Consuetudinis, & diserta iuris ciuilis expressione, de quo seria est disputatio Francis. Aret. in rub. D. de acq. poss. An scilicet statuto disponente, de eo, qui possedit rem, vt suam, vt hoc nostrum, id ad seruitutes quoque porrigi possit, & iura incorporalia.

3 Sed & annui reditus, si modo perpetui sunt, & fixam hypothecam habẽt, *ou qui portent assiette*, ex lege conuentionis, hoc genere immobiliũ habendi sunt, & si vsu quidem fori non perinde crebro vsurpatũ hactenus est, per approprimenta edictalia asseri, sed id tamen peritis fori, neque inauditum, neque volentibus inutile, aut sine effectu, cùm anteriores creditores me-

Argentr. in Conf. Brit.

A tuuntur, & attentus acquisitor antequam pretium soluat, securitati suæ vult consulere, ne periculosè pecuniam locet: rectè recusaturus, si prior aliquis creditor occurrat, & pignoris causam, aut assietam, vt loquuntur, impediat ex cautione. l. si post perfectam. C. de euict. Hæc ipsa consultatio. l. si eo tẽpore. C. de remis. pigno. & Bar. & aliorum. l. si rem aliquam. D. de acq. poss. & hoc nulla dum præsupposita assieta facta, & ante eam. Nam ea facta nulla dubitatio esse posset, quin tradita possessione, in assignationem, & solutionem reditus, huic dispositioni quàm maximè locus fieret, id est, quin per edictale approprimentũ fundus
B traditus asseri posset, perinde ac si fundus ipse initio venisset nullà reditus mẽtione. Quare in talibus hanc approprimenti formulam vsurpasse, nec imprudentis consilij fuerit, nec incauti, nec dubito quin post hac multi, & prudentissimus quisque facturus sit. Si hypothecæ metuet, & suspecta debitoris fortuna est.

Denique in hypothecis omnibus, tum maximè in antichresi, in qua detentio in creditorem transfertur, quod nostrum vetus *engage* fuit, perquàm vtile fuerit hanc formulam vsurpasse, ad ciendos, & excludendos priores creditores, ex auctoritate dictæ, l. si eo tem- 4
C pore: cuius persæpe, in hoc opere, à nobis mẽtio fiet, propterea quod eius dispositio valde ad id q; tractamus, est accõmodata, & perutilis ad vsum. Nam etsi in hypothecis de dominio acquirendo non quæritur, sed de constituendo iure in re, per quod ad rei ipsius cessionem deueniri potest, ob non solutionem, & ideo, hoc textu, non compræhendantur verbis. l. vlt. C. si vnus ex pluribus, tamen cũ ex identitate rationis hypothecam sibi volent asserere creditores, habebũt auctoritatem iuris, ex ea. l. si eo tempore, si modo, quod addendum censeo, propter verba Consuetudinis deficientia, decreto iudicis tales denunciationes
D trino nundino fiant, addita clausula, ni appareant ad dictam diem, fore, vt hypothecis excludantur. Hoc cum est factum, nihil causæ dici potest, cur tam supini creditores iure suo non excludantur, atque id iuris ciuilis auctoritate potius, quàm verbis Consuetudinis, quæ de hoc casu non disertè statuit, sed ratio par est, ne opponatur Bald. sententia, in l. quod est constitutum. C. ne de stat. defunct. quod Consuetudo inducens præscriptionem in vno casu, non extẽditur ad similem, etiam æquè fauorabilem, propter 5
strictam naturam Consuetudinis. Idem Aret. l. Pom-
E ponius. §. cum quis. D. de ac. poss. De personalibus actionibus scitum est, in his priuilegium prioritatis tempore non tribui, l. priuilegia. D. de priuil. cred. glo. l. 1. C. dot. promiss. Dynus in reg. qui prior, sed ex causa, cuius causæ priuilegium si quis excludere velit, ex ratione. d. l. si eo tempore, putarim posse, ex edictis, & ratione subaudita, etsi hic nulla possessio præsupponi potest in agentibus.

Sed & decimis quoque infeudatis acquirendis, valde vtilis hæc formula est, de quibus per omnia idem iudicamus, quod de reliquo nostro patrimonio, & rebus soli, in his verò multò vtilissimũ fuerit hanc
F formulam vsurpasse, & propter debitores decimarum & propter extraneos, qui de his possunt controuersiã mouere, & vero immobilibus assignari decimas, prætérquàm quòd in foro nemo dubitat, & recepta sententia est, idem disertè Bald. tradidit, tit. de contro. int. vassal. & Epis. in feud. Alex. cons. 211. lib. 6.

Sed & vectigalium, ripaticorum, pedaticorum, & talium omnium eadem causa est, cùm ratione certa fundi, aut domanij competunt, sunt enim annexa immobilibus, quod Bal. dixit. d. §. sciendum. vbi & Aluarot. Bald. l. stipendia. C. de execut. rei iud. & 6

præſcriptionibus eodem modo, & hiſdem tempori- A
bus acquiruntur, quod Bart. dixit. l. publicani. §. in
vectigalibus. D. de public. & idem l. iuſto. §. non mu-
tat. D. de vſucap. His igitur aſſerẽdis rectè appropri-
menta edictalia comparabuntur.

Nec vſusfructus diuerſa conditio, cùm inter im-
7 mobilia quoque computetur, quod Bart. dixit. d. l.
iuſto. Alber. d.l. mouẽtium. l. 2. ad fin. D. de reb. cor.
quin & conſuetudinaria æſtimatio eius dimidio pro-
prietatis cenſetur, etſi quàm id rectè alibi demonſtra-
bimus.

Quid de præſcriptione fructuum rei alienæ poſſeſ-
ſæ, dicendum infra art. 272.

Cætera quæ affixione talia ſunt, ſi reuelli poſſunt,
citra ſubiecti corruptionem, aut vitium, naues, do-
mus, & apothecæ exemptiles, & quæ de facto eximi
ſolent præla, & quæ deſtinatione tantum patrumfa-
milias talia ſunt, cum natura talia non ſint, nec per-
petuò & immutabiliter, immobilibus quandoque at-
tribuuntur, ſed temporaliter, de quibus vtilis extat
tractatio hominum eruditorum, & ideo naturam
ſuam ſeruant, & mobilibus cõtribuuntur, ſiue quod
ad diuiſionem inter virum, & vxorem, ſiue quod ad
appropriandi formulam.

Tiraq. in retract. §. 1. glos. 7. & nostra etiam art. 408.

De mobilibus, omnino inſolens eſt, approprimen-
ta edictalia vſurpari, & ſuam quidem illa præſcriptio-
nem habent, inf. art. 272. per lapſum temporis. Sed
hîc de edictalibus approprimentis loquimur, quæ hîc
quoque eandem rationem, & vtilitatem habere poſ-
ſunt, præſertim, ſi magni pretij ſint, ex d. l. ſi eo tem-
pore, ſed cum mobilium quærendorum, duæ potiſſi-
mum rationes ſint, ex commerciis ſcilicet voluntariis,
id eſt, contractibus, aut cum auctionibus, per Iudi-
cem repugnante poſſeſſore addicuntur, quæ cõtracti-
bus acquiruntur, non fuerit inutile, hac ipſa appro-
priandi formula, ſibi aſſerere, ad excludendas priores
hypothecas, etſi nec verba, nec diſpoſitio Conſuetu-
dinis de hoc caſu ſtatuunt, ſed vbique mobilia pretio-
ſa, immobilibus exequantur, quod docti annotarunt.
Sed in his acquiſitionibus quæ per auctiones fiunt,
vulgata Francico foro eſt regula, *meubles n'auoir point de
ſuitte*, quod verum fortaſſe fuerit, reſpectu creditorũ,
nam quin à dominis vendicari poſſint, quantumlibet
auctione diſtracta aduerſus tertium poſſeſſorem, non
puto dubitari. Sed noſtro iure cõtra vſurpamus, *meu-
ble auoir ſuitte*, id eſt, etiam addicto pignore dari priori
creditori, perſequutionem eius, intra octauum diem,
ab addictione, ex art. 245. cuiuſmodi ciuilis quoque
diſpoſitio eſt in l. pecuniæ. D. de priuil. fiſ. & l. ex
facto. §. vlt. D. de pecul. Nec ſine ratione; nam cùm
in diſtrahendis mobilibus, per auctionem nulla ban-
nimenta vſurpentur: ſed pignerationes duntaxat ad-
uerſus poſſeſſores, & addictiones publico quidẽ loco
fiant, ſed nemine vocato præter debitorem, iniquum
eſt non vocatos excludi iure ſuo ignorantes. Itaque
ſiue quis vt ſua vẽdicet, ſiue vt hypothecata mobilia,
non inutilis futura eſt hæc cautio, & formula edicta-
lis approprimenti, per quam aduerſus veros etiam re-
rum dominos, vt aduerſus creditores, æquè acqui-
renti conſulitur, ſi non intercedunt, & auctoritas
facti extat, d. l. ſi eo tempore.

Tiraq. d. glo. 7. num. 99.

Sed an mobilium numero, ſiluæ ceduæ fructus,
9 aut non ceduæ arbores, ea lege, venditæ, vt ſolo exi-
mantur, & fructus pendentes ſeparatim à fundo ven-
diti, inter mobilia computari debeant, & conſequen-
ter, quæ formula vſurpari debeat pro materia, dubi-
tari non ſine cauſa poteſt; Omiſſa pugna, vera eſt ſen-
tentia: cum ſilua cædenda, arbores exſcindendæ,
fructus percipiendi, ſeparatim à fundo veneunt, inter
A mobilia haberi, ex ſentẽtia Bart. l. penult. D. de milit.
teſtam. Caſtr. conſ. 132. vol. 2. Decij conſ. 472. quos
docti congerunt. Quare talia ſub hoc verbo *d'heritages*, intelligi non poterunt. Itaque in comparandis ap-
proprimẽtis idem erit, quod in mobilibus ſtatuendũ.

Tiraq. d. glo. 7. num. 45.

ᶜ Par achapt.

1 *Emptionis vox omnem alienationem continet.*
2 *Non idem vox Francica d'achapt valet.*
3 *Approprimenti edictalis non fuit priſcis vſus in omnibus contractibus.*
B 4 *Hodie omnibus æquè vſurpatur, dominij quidem tranſlatiuis.*
5 *Error & incogitantia reformatorum.*

Si eadem vis, & ſignificatio vocis Francicæ *d'a-* 1
chapt, eſſe poſſet, quæ Latinis, & iure ciuili veteri fuit
emptionis poterat cõſuetudo cõtractum omnem do-
minij tranſlatiuum, hoc ſolo verbo compræhendiſſe
videri. Nam emptionis dictio omnem alienationem 2
continet l. ſtatuliberi à cæteris. D. de ſtatu lib. & vero
hoc ſenſu legi XII. tab. vſurpatam cõſtat. Sed & Var-
ronis locus, quem ex lib. 2. de re ruſtic. ſup. deduxi-
C mus in gloſ. verbi *appropriment*, id ipſum oſtendit cùm
ait, in emptionibus ſex dominium præſtant, deinde
inter emptionis modos vſucapionem, & hæreditatis
capionem recẽſet, qui in emptionis, ſtrictum quidem
ſignificatum non cadunt. Sed verbum Frãcicum *d'a-
chapt*, idem pręſtare non poteſt, nempe contractũ vſu
loquentium ad ſpecificam contractus ſignificationem
redactum, per quem merx pro pretio æſtimato trans-
fertur, quod pecunia, aut alia re fungibili, aut in pecu-
niam reſolubili cõſtet; & in veteri libro vnde hic ar-
ticulus deſcriptus eſt, cap. 40. & 220. talis ſpecifici
mentio fiebat. Quæ res inconſiderantiam reformato-
D rum, quod ſuperiore glo. diximus, prodit. Nam cùm
veteri cõſuetudine alia, & diuerſa eſſet appropriandi
ratio in contractu emptionis ſpecificæ, quàm in aliis
d'eſchange, feage, donaiſon, engage & liuage de ratione
approprimenti edictalis in emptionibus ſtatuebat, c.
40 de aliis quinque c. 221. *Combien* (diſoit-elle) *que de* 3
*ces cinq tiltres aucuns fiſſent bannie, il ne fut oncq' au temps
paſſé eſtably, ny accouſtumé en Bretagne que bannie en deuſt
eſtre faite, ains conuenoit tenir par an & iour pacifiquemẽt.*
Ex quo apparet in contractu duntaxat *d'achapt*, vſur-
pari ſolitam approprimẽti edictalis formulam, in aliis
E omnibus annalem pacificam poſſeſſionem, pro iuſto
approprimento fuiſſe; Tale fuit ius antiquum, ſed 4
cùm id reformatores antiquare vellent, quod eorum
actus indicãt, & verò ordines Britãnici id fieri poſtu-
larent, vt vna omnibus omnino contractibus appro-
priandi formula ſtatueretur, ipſi veterem differẽtiam
ſuſtulerunt, & vna, quod dicitur prouerbio, fidelia
omnes parietes dealbarunt, id eſt, tam in cõtractibus
cæteris omnibus, quàm *d'achapt*, ſancierũt, vnam ap-
proprimenti edictalis formulam obſeruari, ſine vllo
diſcrimine, & regula indefinita, & in eam rem articu-
lum ſcripſerunt iuris innouari, qui eſt poſterior hoc
F ipſo titulo numer. 268. quem hîc omnino præfigi, vt
vniuerſale pronõtiatum oportebat ordine, & metho-
do agentibus, hunc verò articulum aboleri, expungi,
induci, antiquatum ſcilicet, & nouo illo abolitum.
Nam veterem differentiam reſipit, & loquitur adhuc
priſci, & abrogati iuris. Quorſum enim hæc expreſſio 5
contractus ſpecifici *d'achapt*? cùm in omnibus æquè
cõtractibus vna, & eadem vniformis diſpoſitio cõſti-
tuta ſit artic. ſequenti, & d. artic. 268. & ſpeciei de-
ductio de genere diuerſi quiddam iuris ſapiat, quod
tamen vnum & idem volunt eſſe. Quare haud dubiè,
incauta

incauta est huius articuli descriptio è veteri antiquato, & me autore in totum expungetur, si (quod auguramur) & speramus, huic libro reformando secūda manus adhibebitur aliquando, & eius loco ille 268. sufficietur, & substituetur pro regula vniuersali, cùm dicat, *en tous contracts d'heritage*, & qui hunc sequitur, *à quelque tiltre que ce soit.* Nam cùm vniuersalis affirmatiua tantum affirmet, quantum omnes particulares affirmatiuæ de eodem genere, inutile est de aliqua vna specie sigillatim statuisse, aut affirmasse, cuius nulla differentia sit, nullum proprium, nullum accidens diuersum à certis speciebus. Sed hanc incogitantiam, & ἀσλεψίας, sequentibus verbis apertiùs conuincemus.

[d] DE CELVY QVI EST POSSESSEVR.

1 *Æterna regula authoritas, quam in foro vocant*, de saisy à saisy.
2 *Possessionum qualitates, quæ debeant esse in auctoribus.*
3 *Nulla vitia auctorum ex moribus nocent in approprimentis edictalibus.*
4 *Possessionis traditio, etiam momentanea, sufficit ad implementum contractus.*
5 *Ad tribuendam vsucapiendi conditionem annalis esse debet.*
6 *Possessionis notorietas quemlibet admonet, vt intercedat.*
7 *Pignus nisi à Domino constitui non potest.*

Hic tu mihi attende ἀκροαματικὸν dicturo, in materia consuetudinaria approprimenti edictalis. Tra-
1 ditur in foro sacrosancta, æternáque regula ab atauis vsque tribunalibus omnibus vsurpatissima, veluti rationales dicunt à primis, & immediatè veris ducta, (*qu'il faut pour s'approprier par bannies auoir tiltre, & possession de saisy à saisy.*) Hanc omnia fora recinūt, omnes plutei resonant, omnes consulti aduocant. Sensus regulæ est, non aliter edictale approprimentum procedere, quàm si ex titulo ab auctore possessore acquirens possessor item fiat, traditione rei actuali, & naturali. Id cùm ita sit differendum nobis est, de qualitatibus possessionum in personis auctorum, quæ & cuiusmodi esse debeant, an vitiis iure traditis impediantur, & labefactentur, tum deinde de his quæ personis acquirentium, ad effectum asserendi securè dominij exiguntur. Nec id parum argumenti, aut tractationis exiguæ, aut exilis. Ac primum sicuti naturæ, ac rerum ordine antecedit auctoris possessio, ita priori loco de ea differendum est, in quo id imprimis intelligi conuenit, cùm de possessionibus loquimur, de his accipi oportere in approprimentorum materia,
2 quæ palam, notoriè, in luce, & conspectu omnium, realiter, & per actus naturales exercentur. Nam quas ciuiles vocant, vt iure ciuili inductas, vt per constitutum, retentionem vsusfructus, & tales omnes procul ablegamus, qui locus à nobis fusiùs tractabitur inf.
3 Igitur in persona auctoris ad tribuendam alteri approprìandi conditionem, exigimus realem & actualem possessionem, siue per se, siue per auctores suos anno toto continuatam, quæ cùm est probata per actus veros corporales, & naturales, non exigimus, quàm iusta sit, clandestina, violenta, vel aliter vitiosa de iure, nec necessitatem imponimus acquirentibus iustificandi, vt aiunt, tituli auctoris sui, ac ne possessionis quidem, nec in eo sumus curiosi, modò quod dicere solent auctor de facto possederit. Ned à prædone nocuerit possessionem accepisse, etiamsi cum eo lis erat, vt res litigiosa videri possit; contra l. nemo. C. de acquir poss. Magnum est quod dicimus, & iuris peritis fortasse incredibile, apud quos ista longe aliter traduntur. d. l. nemo. Sed tamen hic noster vsus est, & sacrosancta recepti moris auctoritas, & approprimentorum vis infinita ex tex. expresso, arcano, & peregrino loco Articuli 185. in verbo, *ou iniustement le retient*, ex quo disertè infertur, quemlibet iniustum auctorem tribuere vsucapiendi conditionem, nec malam eius fidem transfundi in accipientem, ne sic successor quidem sit vniuersalis, quod contra iure ciuili traditur, & nos suo loco ex moribus demonstrabimus.

Proinde si cuiquam ista mira videbuntur, & contra receptas iuris ciuilis sententias, dici vitiosas auctorum possessiones successoribus non obesse, quominus approprimenta possint perficere, is id, semper repetat animo, quod ante diximus; vitia ista omnia bannimentorum solemnitate elui, & detergi, & omnem bonæ fidei defectum purgari, consensum patientis implicari, & præsumptiones iuris, & de iure induci, si non intercedatur, hanc supinam negligentiam iuris damno coerceri debuisse, cùm ab acquirente tantum nauatum est operæ, vt de iure suo externi expergiscerentur: Sed nos causas huius constituti, & recepti moris alibi recensuimus, & verò sæpe nobis faciendum erit.

Ergo, vt quod huc præmitti opportuit, concludamus, sic habendum; quantumlibet vitiosas auctorum possessiones non obesse acquirentibus, quominùs approprimentis edictalibus vtantur ex titulo: Sed eas, sicuti diximus, non minus anno continuatas esse in personis auctorum oportet, tales scilicet, vt possessor interdicto possessorio vincere quemuis aduersarium possit, ex l. emptorem. §. idem Neratius. D. de act. empt. Nam etsi ei qui à domino acquirit, suf- 4
ficiat ad dominij translationem, & acquisitionem receptio possessionis quàmlibet momentanea, vt Cast. Saly. post glos. l. 2. C. de acq. poss. ita vt contractus impleatur, nec supersit actio ex empto, elisa, & extincta, traditione, quod glos. verbi custodiantur, auth. sacramenta. C. si aduers. vend. dixit, & Barr. & Imol. l. si quis aliam. D. de solut. glos. verbo tradat. l. si quis fundum. D. de cont. empt. tamen cùm res à non domino acquiritur, quod fit, vbicumque præscriptio allegatur, ad tribuendam vsucapiendi conditionem, & verificanda hæc verba *du possesseur*, oportet annalem esse auctoris possessionem, vt possessoris denominatio & ius competere possint. Neque enim possessor dici potest, cuius incerta est occupatio, & subiecta alterius controuersiæ, quæ intra annum intēdi potest, post annum non potest, Art. 105. & 187. sup. Nam cùm intentio sit consuetudinis, & hic scopus, vt omnes interesse prætendentes excitet ad sua iura persequenda per notorias possessionum traditiones, & mutationes possessorum, quæ quemque vellicare debent ad inspiciendum quid agatur, id idem effici non potest per momentaneas, menstruas, aut trimestres possessiones, aut annalibus breuiores, quo tempore leges, & mores legitima possessionum iura concludunt, & coarctant. Breuioribus circonueniri potiùs, quàm admoneri quisquam posset; & probabilis cuiusque ignorantiæ causas recipi oporteret. Quamobrem, cùm domini prædiorum, aut qui iuris controuertendi causas habent aliquas, quempiam vident anno toto possedisse. ac demum rem distraxisse, expergisci eos oportet, si acquirens eos edictis, & bannimētis euocat, & actiones suas intendere, aut intercedere, cùm (vt vulgo dici solet) vigilantibus lex accurrat, si breuior est auctoris possessio, non sine ratione causificantur ignorantiam. Ideóque nec intercedi potuisse, nec satisfactum esse cōsuetudini, & mori *du possesseur & saisy*, cùm ante

annum nemo talis dici possit, & intelligant ius suum durare, quominùs intercedere necesse habeant. Nam si autor, cùm rem actualiter tradit, in possessione non erat, nihil agitur ad approprimenti effectum, ac ne intendere quidem necesse est, etsi tradenti qualitas possessoris non conuenit, nec dispositio ista conueniet, quæ hanc qualitatem exigit.

Hæc est fixa vsus regula, & approprimenti edictalis fundamentum. Nam in alia specie per præscriptionem nihil ampliùs exigitur, quã quod in præscriptionibus legalibus, id est, possessionis traditio, & continuatio legitimi temporis, propter diuturnius tempus perpetuatæ possessionis, & sufficit auctorem quocunque modo possessionem actualem transtulisse. Atque hæc in contractibus dominij translatiuis: Nam in hypothecis asserendis, vti ante diximus, ex d. l. si eo tempore, de possessione autoris nihil esset necesse docere, sed de dominio. l. & quæ nondum. §. 1. D. de pigno. & l. si superatus eod. tit. l. ante omnia, de pro-
7 bat. Nec enim sicuti in alienationibus vsucapiendi conditio tribuitur à non Domino, l. clauibus. D. de cont. empt. ita fieri potest in pignoribus, quia res aliena vendi potest, pignorari non potest, l. aliena res. D. de pig. act. & rub. C. si res alien. pign. dat. sit. glos. 1. & Bart. l. rem alienam. D. de cont. empt. quia pignus traditionem non exigit, cùm nudo consensu contrahatur, l. 1. D. de pign. act. ergo de possessione nil est necesse docere.

[c] ET SAISY.]

DE POSSESSIONIBVS, ET EARVM TRADITIONIBVS NON INACCVRATA tractatio ad vsum iuris municipalis.

Primùm.

DE POSSESSIONE NATVRALI ET CIVILI: ET POTIOREM ESSE naturalem in Approprimentis.

Cap. 1.

1 *Quid vox* de saisy *valeat, vnde deducatur.*
2 *Quæ sit ciuilis, & quæ naturalis possessionis differentia.*
3 *Possessio naturalis acquiritur corpore & animo coniunctim.*
4 *Solo animo retinetur, solo animo amittitur.*
5 *Multum interest; an hæ possessiones in eadem, an diuersa persona occurrant, vt ciuilis præualeat, aut naturalis.*
6 *Quid vsus obseruet in discriminando effectus ciuilis & naturalis.*
7 *Ciuilis possessio quamlibet retenta, perditur, si non interceditur approprimentis, aut si anno toto lis non intenditur.*
8 *Viæ facti (vt loqui solent) in regno Franciæ vetitæ sunt.*

1 Grandi nota signanda est vox, *du saisy*, addita priori *du possesseur*, cuius vis tanta est, quantam sine vsu & experimẽtis fori, nemo possit intelligere: Ea vero actualem, & realem possessionem significat, φυσικὴν scilicet, & σωματικὴν κατοχήν, detentionem scilicet, & insistentiam. Quam quidam à sedendo, aut sessitando deducunt, à quo verbo, possessionis quoque verbum, l. 1. D. de acq. poss. deriuant, quod Alciat. notauit, & Tiraq. in tract. *le mort saisit le vif*, vt iam inde intelligi conueniat, eum qui appropriandi causam per edictale approprimẽtum tribuere velit, non tantum iuris, sed multo magis facti possessorem esse oportere. Imò, quòd inferius demonstrabimus ciuilis, qui iure ciuili dicitur possessionis effectus, in totum in hoc appro-
A primentorum argumento euanuit, cùm in diuersis personis naturalis, & ciuilis occurrunt.

2 Longa, & molesta tractatio est scholæ, de differentiis possessionum, quas quidem qualitates potius volunt esse, quàm specificas differentias, aut species diuersas, in rub. & l. 1. D. de acquir. poss. & l. nemo. C. eod. tit. Sed hîc operosas disputationes de verborum significatione nõ instituimus, nec scholasticas pugnas recudere consilium est. Quod ad rem satis sit, nihil amplius exigimus ad hunc quidem locum, quàm, vt intelligatur, naturalem possessionem esse, per quam res corpore occupatur, pedibus, manibus, per exter-
B nos actus visibiles ciuilem verò, quæ mente, & animo dominij opinione retineatur. Quod corpus valet ad naturalem, hoc animus pręstat ad ciuilem, corpus natura locum occupat, & localiter mouetur, animus etsi loco nõ circumscribitur, tamen ad certum locum intẽtionem potest applicare. Inde illud quod naturalem sine corpore nemo assequitur, ac ne sine mente quidem, id est, cum intentione mentis concurrere oportet corporis actum, l. 3. §. in amittenda. D. de acq. poss. in princ. & §. Neratius ead. l. licet. C. eod. tit. regulariter quidem, etsi casus quidam speciales cõtra valent,
C quos glos. notat, d. l. 3. verbo animo licet. D. de acq. poss. Tiraq. in tract. *le mort saisit le vif*, declar. 6. numer. 2. & seq. Nec verò solus actus corporis sine ani- 3
mo, nec animus sine corpore id præstiterit, d. l. 3. in principio. l. si quis in vi. §. differentia. D. de acq. poss. atque ex his necesse est antecedere corporalem, d. l. 3. Semel autem capta naturali, ciuilis animo solo retinetur, solo animo amittitur, l. quemadmodum, d. §. in 4
amittenda. l. peregrè. §. vlt. eod. tit. Dissimilis causa dominij, quod solo animo amitti nequit, l. quod meo. §. 1. de acq. poss. iusta vero, & numeris omnibus absoluta est possessio, cùm, & naturalis, & ciuilis in ea-
D dem persona ex iusto titulo concurrunt, d. l. nemo, & si naturalis ordine naturæ antecedere debet. Atque ista obtinent, cùm in vna, eadémque persona ciuilis, & naturalis possessio concurrunt.

Maius negotium in his constituendis, cùm alius 5
ciuilem, alius naturalem eiusdem rei tenent. In quo traditur quo casu alia aliam recognoscat, & eodem fine habeantur, præualere ciuilem, & ab ea effectus omnes ciuiles vsucapionum produci, & generari. Quare & pronuntiatione, & vsu verbi, possessionis, simpliciter de ciuili intelligi, quod vulgò schola iu-
E dicat. l. stipulatio ista. §. hæc quoque. D. de verb. obligat. Bald. l. 1. C. de vsucap. Alexan. & schola tota l. 3. §. ex contrario. D. de acq. poss. & alij alibi. Imo vero Angel. d. l. nemo, negat hoc casu naturalem possessionem per se ordinatam esse ad dominij acquisitionem, sed ad vsum tantùm rei, & lucrum fructuum. Cæterum vsucapiones à ciuili tãtum produci, & hanc solum vsucapiendi effectum tribuere; hîc receptissima sententia iurisconsultorum, per l. acquiritur. D. de acq. rer. dom. l. qui fundum. D. pro emp. l. 1. §. per seruum qui in fuga. D. de acq. poss. vbi Bart. Alexan. Ias. Aret. Imo. Raph. Lud. Rom. & cæteri & l. 3. §. ex
F contrario eod. tit. Bart. l. Celsus, col. 3. §. de vsucap. Dy. in regula sine possessione. Panorm. Fely. & reliqui rub. extr. de pręscript. Bald. l. neque. C. de vsufr. glos. l. 1. C. de ser. fugit. Ias. §. rursus, inst. de actio. Petr. Ferrar. in forma libelli responsionum rei conuenti, verbo præscriptionis, num. 23. Balb. tract. præscript. 3. parte, 3. partis. Excipiunt præscriptiones seruitutum, quas volunt procedere virtute solius naturalis. Bald. l. 1. C. de seruit. & aq. Quare aduersus eum qui ciuiliter possideat, negant præscribi posse, quandiu quidem retineat ciuilem, l. 3. §. cum igitur. D. de vi

& vi arm. vbi glo. Bald. l. vlt. C. de his qui à non dom. manu. sunt. Notandum igitur illud discrimen talium possessionum, cùm in eadem, aut diuersis personis concurrunt, aut occurrunt: nec dubitandum quin cõcursu vtriusque vsucapio perficiatur, si legitimus titulus antecedit. Sed cùm in diuersis occurrunt, hîc pugna, & quidem contingere potest, vt se inuicem oppugnent. Nam etsi nemo alteram sine altera consequi possit, quod ante disseruimus, tamen ex post facto sæpe contingit, vt quis naturali expulsus ciuilem nihilominus retineat, mente, & animo, ac ciuilem quidem cùm perdit, id est, cùm animum possidendi habere desinit, vtramque perdit. Sed & cùm naturali expulsus demittit, aut despondet animum, hoc est, quod dicere solent suspicatur se posse repelli, nec recuperationem adornat, ciuilem quoque amittit, l. si id quod. §. quod autem. D. de acq. poss. & d. §. in amittenda. l. si de eo. §. 1. eodem tit. l. 3. §. si quis nunciet. D. de acq. poss. §. quod autem inst. de vsucap. Sed & cùm deiectus diu à prosecutione destitit, ciuilem amittit, quæ diffusa est tractatio, l. clam possidere. §. qui ad nundinas, & l. peregrè. D. de acq. poss. Sed hîc quoque dubitatio non parua, an ex sola negligentia, sine temporis diuturnitate, amissio possessionis ciuilis possit procedere, de quo tractatio est Bart. Alex. Lud. Rom. Aret. l. si de eo. §. si forte. D. de acq. poss. l. furti. §. fundi. D. de vsucap. Ang. d. l. nemo, Bald. l. licet, multi negligentiam sufficere putant. His casibus ciuilem amitti existimant. Et sunt ista iure quidem ciuili recepti iuris.

6 Sed moribus, vsu, & foro longè aliud visum: Nam vt duæ possessionis species esse ponantur naturalis, & ciuilis, tamen cùm eas contingit, apud diuersos esse, nec alia aliam recognoscit, perquàm rarus effectus est ciuilis per se consideratæ; In Approprimentis quidem perficiendis nullus, quod iure quoque ciuili Baldo visum, l. 3. §. ex contrario. D. de acq. poss. Butrig. & Angel. d. l. nemo. & l. 2. & l. licet. C. eod. tit. Saly. l. cùm res, in fin. C. de probat. quibus locis sentiũt, cùm scilicet ad æmulationẽ ciuilis alienæ naturalis appræhenditur; & alia aliam non recognoscit, potiorem esse naturalem, & ex ea vsucapi, & hoc casu fallere superiorem sentẽtiam, quæ ciuilem anteponit, quæ tum demum vim obtineat, cùm istæ possessiones, in eadem persona, concurrunt, & se inuicem cognoscunt. Con-

7 tra esse vbi sibi ipsæ aduersantur. Hoc verò vsu, & foro perquàm verum, in quo vis tota Approprimentorum pendet ab possessione naturali, & facti, nec de iniustitia, aut iustitia eius inquiritur, nec quem quisque animum habeat tenendæ, aut recuperandæ suæ ciuilis, si bannimentis non intercedit pro eius conseruatione. Quare si contingat naturalem occupari, & anno toto teneri, traditione facta acquirens approprimentum legitimum conficiet, quantumcunque prior possessor manere apud se ciuilem, id est, retinendi animum causetur, nec eius supererit effectus vllus. Frustrà igitur tot iurisconsultorum sententiæ, & opinationes de discrimine, & effectu talium possessionum in vsucapionibus complendis. Oportet namque in extremo, à quo, id est, in auctore (de hoc enim solùm hîc loquitur) possessionem naturalem, & facti esse traditionis tempore, alioqui verificari ista verba non poterunt *du possesseur & saisy*, quod de ciuili possessore prædicari non posset vincet itaque, qui possessionem habebit traditam à naturali possessore, & ciuilis quãlibet ab alio retenta amittetur, si non intercedatur. Nec dubitandum quin etiam in terminis iuris talis possessor suam ciuilem amittat, si ad bannimenta non compareat, & de iure suo testetur, nec potest videri

Quæ quandoque maltam iuris habet etiam in ter Ciuil. Consilia lib. 8. discr. cap. 14.

A non despondisse animum, aut neglexisse possessionis persequutionem, si intra bannimenta & solemnia non intercessit; quibus casibus indubiè ciuilis amittetur in terminis. d. l. fundi. §. furti. & d. l. si id quod. §. si forte, & §. qui ad nundinas, & d. l. si de eo. cùm ex negligentia etiam consensum interpretemur, & obligationis naturalis interitum, ex his quæ ante diximus in Protheoria, & Bart. d. l. rem quæ nobis. Itaque valida, sufficiens, & inconuincibilis est probatio amissæ ciuilis, si post amissam naturalem bannimentis non intercedit possessor ciuilis, pro conseruatione suæ ciuilis

B retentæ, ex traditis dicto. §. si forte. Quo loco æstimationem negligentiæ, ex qua ciuilis amittitur, Bart. arbitrio iudicantium relinquit. Sed nemo non sufficientem negligentiam æstimaturus est, si talis possessor imaginarius, & animi tantùm ad bannimenta non apparuit, certificationi non intercessit, denique solemnia omnia alienationum peragi tacitus passus est, cùm liberet interpellare. Sicuti ne is quidem non negligens dici poterit, qui anno toto possideri, rem à se possessam, passus est, quo elapso nemo in possessorio retinendæ audiri ex ord. Regum potest. Quare, & is quoque ciuilem amisisse rectè dicitur non expectato

C longiori tempore ex d. l. peregrè; nec virtute suæ prætensæ ciuilis quicquam obtinebit, cùm post annum audiri in possessorio nequeat, & sine non recipiendi, vt litis finitæ excludatur iudicio. Ergo post annum nil profuerit causari de retenta in terminis iuris ciuilis, possessione ciuili, quam constat ex negligentia amissam. Hæc dicuntur fortasse satis argutè, sed verissimè tamen, & vtiliter ad vsum, etsi valde paucis animaduersa, ne quis deinceps tam decantatis iuris sententiis, & tantorum auctorum fiducia fallatur, quorum iudicia melior ratio non est sequuta, etsi illo quidem iure non falsa: sicuti ne illud quidem sequimur, quod

D existimant possessorem ciuilem, vi suæ ciuilis, posse vi, & armis suam naturalem, vnde deiectus sit, recuperare, l. 3. §. cum igitur. D. de vi & vi armat. Aret. d. §. si forte. Neque enim vlla de causa fieri Præsides prouinciarum patiuntur, neque vllo obtentu publicam quietem interpellari; cùm tribunalia pateant, & facultas sit experiendi, & contra fecisse crimen maiestatis sit admisisse in hoc regno, in quo viæ omnes facti, vt loquuntur, vetitæ sunt, vt & iure l. non est singulis. D. de regul. iur. l. extat. D. quod met. caus. l. penult. D. ad l. Iul. de vi priuat. de quo Molin. est sen-

E tentia, in tit. de feud. §. 1. glo. 3. q. 1. nu. 15. etiam nullo præsupposito scandalo, quo casu ne ipsi quidem patiuntur, de quo Tiraq. in constit. part. 1. nu. 45. Denique ridicula est illa dubitatio doctorum, an possessionem amisisse dici possit, qui vi relicta iudicium, & litem intendit, tanquam spem abiecerit recuperandæ possessionis, in quo hominum audaciam alunt dubitatione, & interruptionum effectus elidunt, & iudiciorum auctoritatem, & inopes docent opprimere, si quod per Iudicem conuenientissimè fit, permittunt priuatis indicto metu amittendæ possessionis, contra. d. l. extat, & similes, & l. nemo. C. de acq. poss. quæ

F non aliud remedium tribuit ad iudicãdas possessiones, & infringendas, si contra ius occupantur, quàm iudicij intentandi. Sed est hæc tamen agitata quæstio ab Bart. Alex. & aliis dicto. §. si forte.

[QVALIS POSSESSIO EXIGITVR IN AVCTORE.]

Cap. 2.

1 *Possessio in auctore corporalis exigitur.*
2 *Non idem pollent fictæ à ciuili iure inductæ in approprimentis.*

3 *Resoluto contractu resoluitur & constitutum, & omnes* A
ciuiles.
4 *Sed corporalis non resoluitur, sine retraditione & actu*
simili.
5 *Possessio ficta non obtinet etiam si à consuetudine indu-*
cta sit, si alius in corporali est.
6 *Cum statutum verbis actuum naturalium vtitur, cor-*
poralis possessio exigitur.
7 *Si constitutum aut tales fictæ promulgantur, transeunt*
in notorium, & satisfit consuetudini.

1 Proinde antequam ab horum verborum, *du posses-* B
seur, & saisy, compræhensione discedimus, docẽdi id
quoque sumus hanc cõsuetudinis dispositionem, quæ
appropriandi conditionem tribuit, ex possessione au-
ctoris notoria, à iure quoque, ciuili habere auctorita-
tem, cùm Bald. l. 1. C. de reb. alien. non alien. tradat
iustam de eo præsumptionem esse, qui ab possessore
comparauerit, vt ab domino emisse credi debeat, cùm
in possessione esset. Sed hîc tibi vehementer animad-
uertendum est, ne possessionis vox, & effectus aliter
accipiatur, quam huic materiæ conuenit, in quo faci-
2 lis lapsus prætextu scripti iuris, accidere potest. Nam C
cùm non vnius generis possessiones sunt, & quidem
veræ actibus corporeis appræhendãtur, proditæ sunt
iure, & à statutis, aliæ quædam, quæ citra actum vllũ
corporis, vi, & potestate iuris non minùs polleant,
quàm illæ ipsæ corporales, quas ideo quidam ciuiles
vocant, quia non à natura, sed à iure effectum ducunt,
vt ab eo repertæ, sunt & qui ciuilissimas appellarunt,
quos copiosè Tiraq. congerit in libello *le mort saisist le*
vif, in præfat. declar. 7. cuiusmodi sunt, quæ per vsus-
fructus retentionem, instrumentorum traditionem,
vel clauium re presente, vel per conductionem, preca-
rium, constitutum, & tales ciuiles modos vsurpantur, D
cuiusmodi omnes Bald. rectè artificiales appellat, &
datiuas in rub. de caus. prop. & poss. ext. ne scilicet ci-
uilis vocem vsurpare cogatur, quæ alio sensu accipitur
in iure, ad differentiam, scilicet, naturalis, quæ & cor-
poralis dicitur. l. debitor. §. vlt. D. de pig. act. l. quod
seruus. l. si id quod. §. 1. D. de acq. poss. l. vlt. C. de fund.
patrim. lib. 11. Sed enim cùm in approprimentorum
subiecto de possessionibus loquimur, caue de talibus
intelligas, quæ artificiales dicuntur. Sunt enim pene
ex toto in hac tractatione inutiles, nos veras; reales,
corporales, & eas quæ per actus corporeos, & organa E
naturalia habentur, & exercentur exigimus: cùm res
manibus appræhenduntur, pedibus teruntur, ædes in-
habitantur, solum colitur, fructus colliguntur, deni-
que cùm hi actus exercentur, qui rei ipsi conueniunt
ad possessionis vsum, veluti in incorporalibus, cùm
electioni adsistitur, cùm in choro sedetur, cùm in ca-
pitulo, cùm iurisdictio exercetur. Sed veluti ex ar-
canis Themidis notandum, non idem valituras ciui-
les illas, & artificiales quas diximus, quod ego pri-
mus olim, aut inter primos aperui foro, cùm aut ne-
mo, aut pauci animaduerterent longè diuersas esse F
vtriusque conditiones, & iuris ciuilis traditionibus
perstringerentur. Extat operosa Andreæ Tiraquelli
tractatio de constituto, & aliis talibus possessionibus,
an æquam cum possessionibus naturalibus potesta-
tem obtineant, an verò postponendæ sint, cùm iu-
ris potius potestate, quàm natura valeant: an tales pos-
sessiones fictæ potius sint, quàm veræ, & germanæ:
An si iure idem pollere statuitur, in statutis quoque vt
hoc nostro iure, idem valeant, in quibus verba strictè
& naturaliter accipi conuenit, quæ homo per quàm
eruditus, & libero otio colligendis locis exercitatus,
etsi diligentiæ, quàm iudicij laude maiore congessit in
locos, & in genera distribuit accuratè, & ex arte; vsu
quidem nostro non difficilis responsio ad ista quæsita:
Nam quæ ciuiles, & artificiales possessiones appellan-
tur, etsi inter contrahentes quidem ipsos, inter se vim
suam obtinent, & pene naturalibus æquipollent, &
validitatẽ accipiunt à consensu partium, sicuti & con-
tractus ipsi dominij translatiui, quod Tiraq. persequi-
tur in libro de constituto, tertia parte, limitat. 1. num.
20. tamen aduersus extraneos non eosdem effectus
habent, in materia quidem, & subiecto approprimen-
torum edictalium. Sunt illæ simpliciter iuris functio-
nes, & attributa. Sed nos naturales actus, & effectus
sequimur. Cuius rei argumentũ certissimum est, quod 3
cùm similes actus similibus resoluãtur, corporei item
corporeis, euenit, vt constituti possessio, aut alia eius-
dem generis, in contractu apposita, contractu annul-
lato, aut rescisso, annulletur & ipsa, non maiore nego-
tio, quam contractus ipse, & quælibet eius clausula.
Contra est in corporalibus possessionibus, quæ reso- 4
luto contractu non resoluuntur ipsæ, nisi per actus re-
trosimiles, id est, per retraditionem corporalem &
ipsam, quæ vulgata est traditio scholæ. l. 1. §. si vir vxo-
ri. D. de acq. poss. & l. ab emptione. D. de pac. & hunc
locum latè Tiraq. exercet in libro de constituto, parte
3. limitat. 7. quæ sententia, etiam Curiæ Parisiensis
placitis confirmata traditur ab Tiraq. obseruatúmq;
ne ex possessione constituti, alia retraditio exigeretur,
annullato contractu in quo constituti clausula esset
apposita, & forum vulgò probat, etiam si sunt qui re-
pugnent, quos Tiraq. aceruat, d. lib. parte 1. num. 19.
& limitat 29. nu. 5. Ex qua sententia illud efficitur, vt
illa etsi efficacissima, sed tamen artificialis possessionis
translatio, quam cõsuetudo induxit, à mortuo in hæ-
redem non prosit ad approprimenti perfectionem, si 5
quisquam corporalem possessionem rerum hæredita-
riarum interim occupauit, & actualem hæredis pos-
sessionem anteuertit, quia ciuilis à naturali vincitur,
quæ ab alio occupata corpore deprehenditur. Manét-
que talis possessionis artificialis effectus sine execu-
tione, quoad approprimenti vim, altero corporaliter
possidente, quod & in vsucapionibus omnibus tractat
Tiraq. in tract. *le mort saisist le vif*, declarat. 1. nu. 9. ex
auctoritate Barbatiæ, c. 2. num. 45. extra. de consue.
Quod ipsum in consolidationibus quoque contingit,
quas interdum iure fieri accidit, vt in vsufructu, aut
cùm ob defectum solutionis census, res applicatur do-
mino, aut tale aliquid vsuuenit. Nam cùm possessio
ciuilis apud dominum remanserit, ac res consolidetur,
si aut hæres vsufructuarij, aut detentor aliquis pos-
sessionem corporalem occupet, ciuilis nullus effectus
erit ad appropriãdum, propter realem occupationem
corporalis, quæ ciuili repugnat in diuersa persona, nec
eam agnoscit, quod Bald. dixit glo. verbi pactiones.
tit. de pact. const. & glos. c. licèt episcopus de preb. in
6. & Mol. tractat in feud. §. 30. glos. 1. nu. 172. Nus- 6
quam igitur iure consuetudinario par conditio talium
artificialium, & naturalium, denique quominùs æqui-
ualeant tales possessiones, facit illa notanda posterio-
ris iurisprudentiæ sententia. Quoties scilicet statutum
aut consuetudo in appræhensionibus possessionũ ver-
bis naturalium actionum vtatur, vt accipiendi, appræ-
hendendi, ingrediendi, vt hæc vox *de possesseur & saisy*,
importat, & art. seq. *tient & possede notoirement*, toties
talia statuti, aut consuetudinis verba, de naturali, &
corporali per organa naturalia appræhensa intelligi
oportere, ciuiles vero modos datiuarum possessionũ
excludi, cùm verba naturaliter accipienda sint, quod
Bart. dixit. l. 3. col. 2. D. de verborum oblig. Bald. l. vlt.
C. de sponsal. & l. deo nobis C. de epis. & cler. Decius
l. con-

l. contractus num. 5. D. de reg. iur. Matth. Afflict. tit. Quid sit inuesti. col. 3. Tiraq. in constituto, parte 3. limitat. 10. & 11. & limitat. 26. nu. 8. Inde illud efficitur, si consuetudinis verba exigant, possessionem appræhendi coram notariis, antequam tempus consanguineis currat ad retrahendum, nõ ante retrahendi tempus cursum cœpturum, quàm corporaliter capta sit possessio, nec si per constitutum, precarium, aut vllum de talibus modis translata sit, eundem effectum habituram talem possessionem ad excludendos retrahentes, & vero in sua ipsius decuria in curia parlamẽti sic iudicatum Tiraquellus scribit, cùm ipse cognitioni interesset, quæ sententia huic argumento quod tractamus, sic est accommodata, vt nihil conuenientius dici possit. Quod ipsum Burdegale quoque iudicatum confirmat vir eruditione & experimentis præstantiss. Nicolaus Boër. decis. 112. nu. 7. cùm tempus retrahendi iudicatum est, consanguineo nõ cucurrisse, ex quo possessio per solum constitutum translata probabatur, quia corporalis, & notoria non fuisset. Quam sententiam naturalis quoq. ratio adiuuat, quia impossibilis sit sæpius talium possessionum cognitio, externis quidem, qui contractibus non intersunt, qui intra priuatos parietes aut in cella vinaria, aut crypta quãpiam sæpius celebrentur, quàm in foro, cùm extranei metuuntur: & sunt illæ constituti clausulæ contractuum partes, tam ipsæ arcanæ, quàm contractus ipsi cùm nulla mutatio possessionis actu, & sensibus percipi potest, quò magis homines externi admoneãtur, de iure suo soliciti esse, quòd maximè fit, mutatione, & translatione visibili, quod cùm fit, nec tam facilis est ratio fallendi, clandestinis cõuentionibus, & ignorantia fit intolerabilis, cùm publicè res innotescit. Patefacit igitur sese discrimen talium possessionum naturalium & artificiosarum, quas ciuiles appellari diximus, ne quis in appropriandi caussis, idem pollere puter protinus, quia iure ciuili iurisconsultorum sententiis pares earum vires iudicentur. Habent enim iure quidem isto effectus valde diuersos, quod ex superioribus patet. Concludimus his verbis, *du possesseur & saisy*, de naturali, corporali, & reali possessore intelligi, nec alias possessiones vllas, ad approprimenti edictalis effectum proficere, tametsi quoad contrahentes ipsos inter se vim suam obtineant, & pro traditione fungantur, cùm vitiosæ possessiones omnes violentæ, clandestinæ, & tales quoad externos, non minus quoad contrahentes ipsos valeant, quàm aliæ quæque, quia eos vitium non respicit, quòd singulariter dixit glos. l. si fundum. D. de fund. dotal. l. vlt. D de acq. poss. Vnde nec illa regula ex l. clauibus. D. de cont. empt. obtinet hoc quidem iure, vt quo casu dominiũ transfertur, cùm res à domino traditur, eodem casu vsucapiendi conditio transferatur, si res traditur à nõ domino. Nam ex vitiosa possessione à domino dominium transfertur, ex artificiali non item, ex qua appropriandi conditio à non domino tribui nequit. Ipsa quoque rei venditæ conductio à venditore facta, etsi iure efficacissima putatur ad dominij translationem, quia emptor per manus venditoris fructus percipit, qui eum dominum rei agnoscit, tamen si notoria non est talis perceptio fructuum, hæc, inquam, possessio non æquiualet corporali, & naturali, quo ad approprimenti perfectionem per bannimenta. Ergo valeant iuris ciuilis sententiæ in suo imperio: Certe apud nos obtinere nequeunt, vt ne illi, quidem, casus qui speciales putantur, in quibus possessio sine actu corporeo transfertur l. sunt & aliæ D. de publicia. & à Iasone colliguntur. l. traditionibus. C. de pact. & nos postetiùs eas describemus. Quare eorum sententiam sequimur, qui tales artificiales possessiones, non putãt valere in vsucapionibus, quod glos. putat. c. fine possessione de reg. iur. & quos cumulat Tiraq. in tractatu constituti parte. 1. nu. 18. etsi Bart. & ex eo Baldus repugnant in l. Celsus. D. de vsuc. vnde & ille casus, quẽ Afflict. ponit decis. 139. nobis esset indubitatus, cùm de emptore inquirit, qui longo tempore possedit, cùm ante alius haberet rem hypothecatam, sub precarij clausula. A qua sententia vnicus dumtaxat casus excipitur, scilicet, si cùm cõtractus promulgatur, illa quoque constituti, aut precarij clausula promulgetur etiã, & populo indicetur, sic possessionem appræhensam. Nam hoc modo clandestina esse desinit, & in notoriã transit. l. sed & si pupillus. §. de quo palam. D. de inst. act. & quo iure publicatio contractus valet, eodem, & solemnitate pari, & possessionis appræhensio innotescit, & publicè fit notoria, quominus quisquã ignorantiam facti possit prætexere. Par est igitur vtriusque casus iudicium, & æqualis censura, idem igitur effectus in promulgando titulo, & possessione in approprimento quidem edictali, cuius vis iam inde infringi non poterit prætextu ignorãtiæ, quantumlibet artificialis possessionis, quam nemini liceat ignorare, ex his caussis quas in protheoria diximus. Hæc singulari animaduersione digna sunt in materia consuetudinaria, & id in simili casu sensit Tiraq. in retract. con. §. 1. glo. 10. num. 53.

[De vitiis possessionvm in avthoribvs.]

Cap. 5.

1 *Vitiorum in possessionibus auctorum differentia & consideratio.*
2 *Vitia realia, quasi realia, personalia.*
3 *Exempla omnis generis vitiorum quæ possessiones afficiunt.*
4 *Doli, malæfidei, clandestinitatis, precarij vitia personalia sunt.*
5 *Litigiosi vitium personale nec rem afficit, cum res ad alium venerit.*
6 *Quasi realium exempla.*
7 *Vitia realia vicennariis dumtaxat præscriptionib. obstant, tricennariis non item.*
8 *Nulla vitia authorum obsunt Approprimentis iure consuetudinario.*
9 *Dominus rei alienatæ præscriptæ recursum habet contra venditorem.*
10 *Titulum authoris nemo iure consuetudinario iustificare tenetur.*

Sed quia (quod alicubi Baldus scribit) genericæ iuris theoricę satisfacere non solent intellectui practico, nisi ad suas species indiuidua applicentur, & vagam intelligentiam adstringant ad singulares actus rerum, cùm occurrunt, volumus exempla, & qualitates possessionum, quæ in auctoribus, & acquirentibus requiruntur percurrere: ea pręsertim quæ frequentiùs accidunt vsu, quæ persæpe intelligentiam fatigant, hominum quamlibet doctorum, si non crebra meditatione iuris, ad experimenta etiam applicentur, & puluere solidentur.

Igitur cùm in diiudicatione possessionum duo extrema posuerimus, vnum à quo, aliud ad quod: extremum à quo in auctoribus, & tradentibus constituimus; extremum ad quod, in acquirentibus. Cuiusmodi itaque in quoque eorum, possessiones debeant, instituimus dicere, & hic proprius locus est differendi de extremo à quo, scilicet: in qua tractatione id primùm annotandum, quæ & cuiusmodi vitia possess- 1

sionibus obiici soleant, quid iure ciuili traditum, quid receptum foro, quid vsus abrogauerit, aut obrogauerit, parum adhuc (quod ingenue dicam) animaduersa foro.

2 Vitia possessionum quæ in vsucapionum materia, Iurisconsulti veteres in realia, & personalia praiebantur; posterior iurisprudentia, tertiâ specie cumulauit, vt quædam quasi realia dicerentur, quorum idem pene effectus essent, qui & verè realium, etsi consideratione potius personæ talia dicerentur.

Realia appellant, quæ rebus ipsis inhærent inseparabiliter, ita vt quocumque res permeauerit sequātur, sine consideratione personæ vitio rei impresso, veluti in corporibus vitia dicuntur, quæ perpetua sunt morbi temporales. l. inter stuprum. §. vlt. D. de verb. signif. & Gellius attigit, lib 4. c. 2. Talia, res quasque quibus insederint, perpetuò imprǽscriptibilitatis vitio inficiunt æterno contagio, donec vitium purgetur, & pristinæ suæ libertati commerciorum & ingenuitati restituantur: atque id in præscriptionibus titulatis, nam quæ titulos non requirunt, vt tricennaria, talibus vitiis non infringuntur, nec his subiiciuntur: quod inferiùs dicemus.

Personalia sunt, quæ ab persona certa admissa sunt, & ab persona non abscedunt, nec rem sequuntur: ideóque res tali vitio possessæ, si dominos mutauerint, & in aliam manum transierint, præscribi possunt à nouo possessore.

Quasi realia sunt, ipsa quidem, quæ præscriptionem impediunt, non quia rerum possessarum vitium sit, sed consideratione personarum quibus præiudicium affertur per præscriptionem, vt cùm res minorū sunt, dotales, publicæ, ecclesiarum, nec enim quod præscribi non possunt, habent à vitio rei, quæ natura, & conditione prǽscriptibilis est. Ideóque verè realia dici non possunt: sed habent à persona effectum non dissimilem, ideóque quasi realia placuit ista appellare.

Hæc quia sparsim, nec vsquam vno loco (quod sciam) in iure traduntur, sigillatim persequemur: & exempla addemus cuiusque pronunciati, nec ex toto inutilis hic labor fuerit.

3 Inter vitia realia primum omnium furtiuitatis vitium reponunt, priscâ XII. tab. auctoritate, quam aliquanto post lex Attinia est consequuta, quæ res furto subreptas à quocunque vsucapi vetaret, decennio quidem aut vicennio, siue is bonæ fidei, siue malæ fidei esset possessor, ad quem res deuenerat, nisi vitium purgatum ante esset. Purgandi ratio erat, si res ad domini manum reuerterat, alioqui æterna autoritas erat, id est, perpetua vendicandi potestas. tex. l. Pomponius per totam. D. de acq. poss. l. sequitur. §. quod autem eod. tit. §. furtiuæ inst. de vsucap. Gellius lib. 17. c. 7. Sed hoc vitium rerum mobilium proprium est, quia immobilium furtum dici nequit, d. §. quod autē. inst. de vsucap. quia contrectatio in tales non cadit, & furtum diffiniatur esse contrectatio rei alienæ, glo. magna. l. 1. C. de ser. fugit.

Quod vitium furti est, multo magis est, eius quod per vim ereptum sit, cùm qui alteri eripit, fur improbior dici debeat, quàm qui clam, quod glos. dixit l. si te. C. ex quibus caus. infam. irrogetur l. si cum. §. qui vim. D. quod met. caus. inst. vi bon. rapt. in principio. hoc vitium rapinæ appellant.

Magis mirandum, expilatæ hæreditatis crimen inter vitia realia non numerari, cùm eius par ex toto causa sit. Rationem reddunt, quia iacente hæreditate nemo sit, cui furtum factum dici possit. l. hęreditariæ. D. de furt. l. si homo cuius, vbi Alb. Aret. Imol. Raphaël Fulg. D. de vsucap. idem & Ias. latè d. l. Pomponius. §. cùm quis. Iure nostro consuetudinario furtum fieret, aut hæredi saisito in linea directa, aut domino feudi, cui ius est manus iniectionis, si nemo hæres esset nemini, ex d. l. si homo.

Quod in mobilibus furtum est, aut rapina, id est in immobilibus per violentiam possessionē insedisse, & occupasse. Hoc enim admissum inter vitia realia reponitur. l. vlt. D. vi. bon. rap. l. vbi lex. §. 1. D. de vsucap. l. 4. §. si occupauerit eod. tit. l. 1. §. sin autem. D. de vi & vi armata. l. clam. §. vlt. D. de acq. poss. glos. verb. expressa. l. bonæ fidei. D. de acq. rer. dom. Doct. l. 3. C. de eo quod met. caus. Bart. l. certè. §. Iulianus. D. de prec. B Cyn. Bar. Bald. l. si patrem. C. pro empt. Alex. & cæteri. d. §. cum quis. Hoc vis expulsiuæ vitium scholæ appellant, de quo Bart. l. si quis emptionis. §. sed hoc super. C. de præscript. 30. anno. Bald. l. vitia. C. de acq. poss. rapuisse vi ablatiuæ tribuitur.

Precarij quoque vitium reale est, cùm scilicet qui precario habet, interuertit possessionem, nec restituit, & qui dedit voluntatem mutauit, & reposcit rē suam, aut possessionem, Bart. d. §. cum quis. & §. si quis præcario ibid. Itaque, si virtute ciuilis retentæ domino recuperare naturalem volenti resistitur, aut non admit- C titur, vitium fit, & hoc cùm ciuilis retenta est. Nam si & ciuilis, & naturalis translata est, quod interdum accidit, vitium personale dūtaxat est, & mutatione personæ fit res præsctiptibilis, quod Bart. Alex. Rom. & alij notāt d. §. cùm quis Ab. d. l. vitia. Ang. d. §. furtiuę.

Sunt igitur realia in mobilibus duo, furti, & rapinæ scilicet, adde & precarij si res mobilis est, immobilium duo, vis expulsiuæ, aut ablatiuæ, & precarij, eo casu, quo ciuilis retenta sit. Hæc ferè, nec plura, in hoc album reponi deprendas. In his successoris bona fides nil profuerit, ad vsucapionem, quia res contagium duxit. d. l. vbi lex, æternitate vitij.

D Quasi realia ante descripsimus, de quibus Bart. & cæt. d. §. cùm quis. glos. Salic. & schola d. l. vitia Angel. d. §. furtiuæ glos. §. res fisci. inst. de vsuc. Balb. in præscript. 2. parte tertiæ partis, q. 12. talibus afficiuntur res fisci, res minorum, ecclesiarum, domanij regij, tametsi quo iure nunc vtimur potius vitiis realibus cōtribui possunt propter perpetuam impræscriptibilitatis conditionem, vt & sacræ, tales sunt res Præsidi donatæ contra l. Iuliam. l penul. ad l. Iul. rep. l. bonæ fidei. D. de acq. rer. dom. fundi dotalis, quod Bart. & Alex. docent. l. cùm vir. D. de vsucap. vestibuli & se- E pulchri, quod Cicero scribit lib. 2. de legibus, & l. 4 D. de mort. inf. & quinque pedū terminalium, l. v. C. fini reg. Hi omnes casus vitiis quasi realibus attribuuntur.

Personalia volunt esse, quæ dolo malo, aut fraude cuiusquam admittuntur in quo genere dolus ipse generaliter reponitur. Est enim dolus vitium personæ, 4 ex glo. d. l. vitia. & l. an vitium D. de perpet. & temp. act. mala fides, id est, rei alienæ scientia, Auth. malæ fidei. C. de præs. 30. an. Itaque iure veteri, ante auth. illam malæ fidei successor præscribere non prohibebatur à se incipiendo. Quo fit vt dolus dans causam cōtractui, ipso iure contractum nullum reddat, sed suc- F cessor singularis præscribere nō prohibeatur l. si fraude. C. de præscript. long. temp. glos. l. apud Celsum. §. authoris. D. de except. dol. Dolum certe Bald. d. l. vitia, vitium personalissimum vocat, & verum est.

Tale vitium personæ est, quod quasi violentiæ appellant, quod volunt esse, cùm quis vacuam possessionem sine vi ingressus, venientem priorem dominum, & possessorem non admittit, & excludit: de quo fusa commentatio scholæ l. clam possidere. §. qui ad nundinas. D. de acq. poss. d. l. sequitur. §. quod autem, & §. quod autem, inst. de vsucap. Bart. d. §. cùm quis.

quis. Alex. ibid. nu.24. & cæteri, & in ʃ. qui ad nundinas.

Eodem loco reponitur vitium vis eius, quam compulsiuam vocant, cùm quis vi adactus est contrahere, aut ius remittere l.3. C. quod met. cauſ. vbi Saly. & ibi ſchola tota, alij dicto. ʃ. cum quis Ang. d. §. furtiuæ.

Sed & clandeſtinitatis vitium perſonale eſt, nec auctorem ſuum egreditur ad impediendum vſucapiendi effectum. l. furtum. §. fundi. D. de vſucap. glo. l. cùm quærebatur, verb. prædonē. C. vnde vi. d. l. vitia. Bart. & Alex. d. §. cum quis nu.26. Iaſ. l. clam poſſidere. D. de acq. & recepta ſententia eſt.

5 Litigioſi quoque vitium perſonale eſt, idcóque & ſi res in controuerſiam proprietatis adducta ſit, & lis conteſtata, alienata in alteram manum vſucapi poterit, ſi non intercesſum eſt bannimẽtis, quod imprimis notandũ, quia indocta aduocatio contrà ſolet reſpondere, cùm perſpicuæ contra ſint iuris ſententiæ. Bart. Alex. & aliorum. d. §. cum quis, Doctorum. l. 1. C. de præſ. 30. anno. Bal Salic. & aliorum. d. l. vitia. Balb. 2. parte 3. partis, q.12. Ang. d. §. furtiuæ. Bald. l. 2. ne lite pend. Ang. & Bald. auth. de litig. & l. 1. C. de litig. Quare caſus ille, de quo Boër. dubitat deciſ. 112. nu.13. nõbis eſſet pro indubitabili præſuppoſito approprimento.

De vitio vſurario in contractibus ſuo loco dicemus, quod perſonale eſt, vt Mol. q.17. limitat. 4. & q. 18. in lib. de vſur. ſcribit.

De vitiis item interuerſarum poſſeſſionum, infra dicemus.

Hæc ferè vitiorum in poſſeſſionibus deſcriptio eſt. Cætera ſi quę ſunt ad generalem doli clauſulam pertinent, & inter perſonalia habenda, nec præſcriptiones impediunt mutata perſona, quæ dolum admiſit.

6 Cur verò hæc potius, quàm illa inter realia referri placuerit, aut cur talia eſſe, aut dici, nec ego diffinio, nec ſatis rationis apparet, viderint ipſi qui leges ſcripſerunt. Magiſtrorum iſta dictata ſunt, certe furtiuitatis antiqua eſt authoritas ex l. xij. tab. Sed cur clandeſtinitatis vitium huic generi non adſcripſerint, dicere non poſſum, cum poſſeſſionem clam ingreſſum eſſe, ſit in iure immobili idem, quod furtum feciſſe, in re mobili. Ideo interdum furtiua poſſeſſio dicitur, l. clam poſſidere. D. de acq. poſſ. Cur furti vitium reale eſt, rei per vim alienatæ perſonale ex d. l. 3. C. quod met. cauſ. Rurſus cur vis expulſiuæ vitium reale eſt? quaſi violẽtiæ, quę fit, cùm poſſeſſor excluditur perſonale eſt: cur furti vitium reale eſt, expilatæ hæreditatis non eſt? in quo diſſoluendo valde Iaſ. laborat, d. §. cum quis, cur vi admiſſum vitium reale eſt, dolo, & fraude non eſt? cum Cicero dicat fraudem odio maiore dignam. Iſta quidem ſi ratione expendimus, dici vix poſſit cur melior ratio ſuccumbat deteriori in hoc argumẽto & materia. Cur ita? quia ſic veteribus placuit, melior certe ratio contra, poſteris placere potuit & debuit.

7 Proinde hunc locum cõcluſero, ſi id addidero vitia iſta quæ dicũtur, ſiue realia, ſiue perſonalia in præſcriptionibus dumtaxat decennariis, & vicennariis, & talibus, quæ titulũ exigunt, vim ſuam exercere, & præſcriptiones impedire. Nam res quamlibet vitioſæ, furtiuæ, raptæ, vi poſſeſſæ, triginta annorum ſpatio præſcribuntur iure, ex auctoritate gloſſæ receptæ ab omnibus, quãdo nulla lex hoc dixit, etſi de mala fide ſimpliciter ſtatuit, auth. malæ fidei. C. de præſ. 30. an. gloſ. vlt. l. ſicut. C. de præſ. 30. an. gloſ. l. 1. glo. magna. C. de ſer. fugit. gloſ. & ibi Ang. §. furtiuæ, inſt. de vſucap. Bar. & Alex. l. Põponius. ʃ. cum quis. D. de acq. poſſ. Imol. l. ſequitur. §. item ſi occupaueris, & l. non videtur. D. de vſucap. l. 1. §. 1. C. de annal. exceptio. Bart. §. fundũ.

A d. l. ſequitur, glo. l. an vitiũ verb. non nocere. D. de perpet. & temp. præſcrip. & gloſ. d. l. Pomponius, verb. vitiis, in princip. Vt & illud quoque non omittam, quod Alex. ibid. dicit in d. §. cum quis, ex Raph. Fulgoſio d. l. 1. C. de ſer. fugit. id verum eſſe; dummodo præſcribens non ſit ille, qui furtum rei, aut vim fecerit, ſed alius externus, aut cauſam ab eo habens, id dicere ex opinione Canoniſtarum, qui præſcriptionem nullam admittunt, cum mala fide, & ſcientia rei alienæ. Sed iure noſtro hanc ſententiam refutabimus infra, in loco de bona fide. Et verò hoc quoque animad- B uertendum in diiudicationibus poſſeſſionum, earum vitia ex appræhenſione, & initio poſſeſſionis ſpectari, quod gloſ. dicit, l. 1. C. de vſuc. transfor. latè Iaſ. d. l. clam poſſidere. D. de ac. poſ. & quos allegat.

Atque hæc, & hactenus de vitiis poſſeſſionum, ex iure quidem Romano ad præſcriptiones impediẽdas. Enimuero cum pedẽ domum retuleris longẽ nos vſus fori, conſenſus populi, & auctoritas patrij iuris manumiſere, ab his cenſuris vitiorum, ſiue realium, ſiue perſonalium, in approprimentorum ſolemnibus, iſtáque ſimpliciter omnia, & abſolutè eiecimus foro, & iudiciis, ſublatóque vitiorum diſcrimine, & affectio- C ne poſſeſſionum in auctoribus quidem, æternum, fixũ manet: nulla cuiuſquam vitia ex perſona auctorum, etiam ſi rebus iure ciuili infixa dicantur, obeſſe acquirentibus ad præſcriptiones, aut approprimenta complenda, repertúmq. contra Romana reſponſa, & con- 8 ſtitutiones ſalubre inuentum vtilitatis cauſa, vt Iuriſconſulti loqui ſolent, ad dominia rerum ſtabilienda commerciis, vtq. acquirẽtium ſecuritates eſſent æternæ. Hæc illa priſci moris ſanctio inuicta, & ineluctabilis. Hæc antiqua, & inoffenſa regula, ſic antiqui loquebantur, ſic traditum à moribus retinemus, ſic vſus habet, ſic veterum talis noſtra, & hominum conſultiſ- D ſimorum obſeruatio. Hoc modo dominia ſecurè permeant de domino in dominum. De quo quia homines externi, & proinde male exercitati dubitabant, fulgore iuris Romani perſtricti, & alieni iuris ignari, retuſa eſt expreſſa Cõſuetudinis diſpoſitione dubitatio. Art. 185. qui articulus quomodo aliena ſede, & quo quiſq. loco minimè putaret poſitus eſt, ita antehac multos fefellit à paucis animaduerſus. Sed eius tamẽ hæc verba adſcribenda iudicaui. *Celuy* (dit l'article) *qui prend* 9 *ou aliene le bien d'autruy, ou iniuſtement le retient, combien que l'acquereur en fuſt approprié, il eſt tenu de deſdommager* E *le vray Seigneur & proprietaire.* Quibus verbis, vel obſtinatiſſimi conuinci poſſunt, rem à nõ domino transferri, & quod in vſucapionibus fit, quæ rebus tantum alienis accõmodatur, ita hîc quoq. approprandi cauſam tribui à non domino quamlibet iniquo, & iniuſto auctore, & aduerſus acquirentem actionem non dari, poſt quæſitum optimi iuris dominium, id enim dicit verbum *approprié*. Licet actio aduerſus venditorem detur ad pretium, quod infra dicemus, & intereſſe. Nam cum conſuetudo verbis, de *iniuſtement retient*, vſa eſt, omnem omnino caſum iniuriæ, doli, metus, furtiuitatis, fraudis, interuerſionis, violentiæ, vel quaſi, com- F prehendiſſe infinitate verbi intelligẽda eſt, quodcunq. iniuſtè contrahi poteſt de re aliena, nec vllam diſtinctionem infinitæ orationis compræhenſio admittit, quod illa nõ diſtinxit l. de pretio. D. de pub. act. Quod ſi quæ de intelligentia ſcripti dubitatio eſſe poterat, ea vſu, & interpretatione cõpreſſa eſt, & explicata. Quare in his quæ conſuetudo contra ius ciuile introducit, non eſt petenda à iure interpretatio, quod Bald. dixit c. cum non liceat, ext. de præſcrip. & quos Tira. latè in tra. *le mort ſaiſit le vif*, 2. decl. 2. partis. Sequenda ergo vſus interpretatio l. ſi de interpretatione. D. de legib.

art. 273. N.C. addit in compẽſatione aduerſus alienantem.

A Obtinet igitur approprimentum ex titulo ab fure, latrone, violento possessore auctore habito, cui si intercessum non est, veri domini excluduntur, & acquiréti plenum, & inconcussum dominium acquiritur, quia bannimẽtorum solemnitas omnem maculam abstergit, auctoris vitiũ purgat, & imprimit bonæ fidei præsumptionem, & quamlibet dominum conuincit, & damnat socordiæ. Quibus tantis rationibus adiicitur etiam illa, quòd vero domino non ex toto suũ interesse perit, quia aduersus alienãtem saluas habet actiones, ad æstimtionem rei suæ, damna, & omne id quod interest, ratione iure quoque ciuili tradita, & defensa, qua, post rem vsucaptam, domino actio reseruatur, ad pretium aduersus vẽditorem rei alienæ, tex. expressus. l. seruos. C. si vend. pig. agat. & l. mater. C. de rei vend. glos. l. 1. C. de reb. alien non alien. glos. & Bart. l. vlt. D. de dist. pig. Bart. & Alb. l. vlt. D. de negot. gest. Alb. l. pupilli. §. si ego. D. de negot. gest. Raphaël Fulg. cõs. 137. incip. quia ex facto in fine, vbi non solum pretium conuentum, sed & verũ quoque restitui oportere scribit, & Philip. Corneus cons. 199 lib. 3. hoc confirmat ratio tex. l. vlt. §. vlt. D. de legat. 2. Cæteri l. si eum seruum. D. de reb. cred. vbi Alciat. Decius, Ias. Fulgos. Quod valde cum illo Art. cons. 185. congruit, etsi à valdè paucis animaduersum, & rarissimè quod sciam in vsum deductum, per inobseruationem, & inconsiderantiam consultorum, etsi perutile iuris subsidium, & quod ignoratum causam tam multis præbuit acrius obsistendi, cùm existimarent domino iniquè rem ex toto perire, nec intelligerent esse, quò recurri posset, & interim tuendam esse perquam necessarij moris securitatem, & auctoritatem. Iam hunc ergo nemo ab acquirente expetat, vt auctoris sui possessionem iustificet, vt loqui solent, quod nec in beneficialibus exigi Cassadora doctus auctor tradidit ex veterum auctoritate tit. de caus. poss. & propriet. decis. 2. nemo vitiosas possessiones arguat auctorum, nemo furti, violentiæ accuset, nemo item vitiosas accessiones causetur:

B quod subindè iure obiiciunt, & hic locus tractabitur à nobis inf. Art. 271. verbo *ou autres*. Nam istas tendiculas pridem expulimus foro, & mala ista detersimus bannimentorum solemnitate, & tam sedula euocatione eorum quorum interesse potest, quibus modis bona fides restituitur, & res præscriptibilitati redditur, propter tacitum cõsensum scientis, aut latam culpam ignorantis, id quod edictis publicis est promulgatum, quæ nos in Protheoria fusiùs sumus persequuti. Ergo nõ erit necessaria illa dubitatio de iure auctoris, quod initio non erat, sed superuenit, de qua Bart. & alij, l. cum vir. D. de vsucap.

DE INTERVERSIS POSSESSIONIBVS.

Cap. 4.

1 *De interuersis possessionibus. & quid sit interuertere.*
2 *Omnes qui alteri, & alieno nomine rem gerunt sibi non possident.*
3 *Quid est quod dicitur eos naturaliter possidere.*
Depositarius & commodatarius non possident, Interuersio rei mobilis furtum facit, ibid.
4 *Etiam interuersa possessio proficit ad approprimenta.*
5 *Tutor, Curator, Procurator, Syndicus, Gestor, non possidẽt.*
6 *Colonus non possidet sibi.*
Interuersionis effectus varij in colonis, Iuris, pensionum, prateritarum aut futurarum. ibid.
7 *Simplex cessatio solutionis non interuertit, nec priuat possessione.*
In iuribus negatiuis factum etiam recusantis requiritur. ib.
8 *Colonus qui sine præstatione pensionum mansit in possessione, an interuertat.*
Reconductio censetur facta secundum præcedentem conuentionem. Ibidem.
9 *In præscriptionibus tricennalibus præscribitur ex possessione interuersa.*
10 *Tutorum & Curatorum interuersiones.*
Possessiones an tutoris aut pupilli vtilitati cedant in ambiguo. ibidem.
11 *Procuratoris & œconomi interuersiones.*
12 *Patris interuersio de bonis filij quæ procurat.*
13 *Mariti interuersio de rebus vxoris.*
14 *Vsufructuarij interuersio.*
15 *Doariæ interuersio.*
16 *Emphyteotæ interuersio.*
17 *Domini interuersio de re feudali.*
18 *Censuarij.*
19 *Creditoris interuersio.*
20 *Negotiorum gestoris.*
21 *Ciuiles possessiones aduersus extraneos non valent.*
22 *Missus in possessionem causa rei seruandæ an possideat.*
23 *An hæredes omnium talium possint interuertere.*
Mortuo vsufructuario possessio consolidatur. ibidem.
An de facto hæredes expelli possint à proprietario. ibidem.
24 *Retentio competit pro expensis reparationum.*
Si de iure suo proprietarius non docet, interim prouisio tenenti adiudicanda. ibidem.
An propria auctoritate liceat ingredi fundum. ibidem.
Anno toto passus alium possidere amittit ciuilem. ibid.
25 *Petitorio tamen non præiudicatur.*
Possessione translata ex donatione inualida, hæres eam auferre nequit. ibidem.
26 *Si maior natu partem minoris vendiderit, cum totum possideret, an approprimentum procedat ex tali contractu.*
27 *Hæres à se incipiendo præscribit. Possessiones incorporalium & interuersiones earum.*
28 *Qui alium recognoscit, ne mille quidem annis præscribit.*
29 *Quid est quod dicitur neminem sibi mutare possessionis causam posse.*
Sola cogitatione possessio non interuertitur. ibid.
Mutatæ causæ exempla. ibid.
30 *Vitia realia iure consuetudinario non obsunt acquirentibus. Eluuntur enim bannimentis.*

1 Et quoniam de vitiis possessionum in vniuersum inquirimus, de illis quoque differendum nobis est, quæ interuersæ sunt, quæ etsi vt plurimum ipsæ vitiis personalibus contribuuntur, tamen accidere interdum potest, vt in realia quoque interuersiones incurrant, veluti cùm res deposita, aut commodata interuertitur, & contrectatur inuito domino, vitiũ furtiuitatis reale admittitur. Interuertere Latini auctores dicunt, vt & Iurisconsulti, quod tibi commodatum, depositum aut

C quoquomodo fidei tuæ creditum sit, ad tua propria commoda transferre, aut quod alio amandatum sit, intercipere, & facere ne eò perueniat, quò destinatum sit. Frequens verbum Terentio, Plauto, & cæteris comœdiæ scriptoribus, huius significationem Valla in elegantiis ex parte explicuit, in totum non expressit. Neque enim quod ille primum ponit id præcipuum est, per interuersionem efficere, ne res Domino restituatur: alioqui nil à furto differret, sed vt ea cùm aliena sit,

na ſit, & fidei tuæ credita in commodum tuum trãsfe- A
ratur. Itaque interuerſioni non ſimplex furtum ineſt,
quod diffinitur rei alienæ cõtrectatio inuito domino,
ſed & perfidia quoque, cùm res alienæ fidei commiſſa
ſubripitur, quo ſenſu Iuriſconſ. accipit. l. Pomponius
ad fin. D. de acq. rer. dom. l. ſi quis ſeruo. D. de ſolut.
& alibi ſæpè: Græci, νοσφίζειν dicunt.

1 Ac primùm in genere interuerſarum poſſeſſionum
definiendum eſt eum poſſeſſorem dici, qui ſibi, & ſuo
nomine, & pro ſe poſſidet. Nam coloni, procurato-
res, vſufructuarij, œconomi denique omnes qui alteri
operam nauant, & alieno nomine detinent, poſſidere B
3 non dicuntur, ſiue ciuiliter, ſiue naturaliter accipias, l.
certè. §. is qui rogauit. D. de precar. l. non ſolũ. §. quod
vulgo & §. qui pignori. D. de vſucap. & l. qui pigno-
ri de acq. poſſ. l. vlt. Cod. de acq. poſſ. l. malè agitur.
Cod. de præſ. 30. an. l. 2. §. 1. D. pro hæred. l. acquiritur.
§. vlt. D. de acq. rer. dom. l. 2. §. per procuratorem, l. 3.
§ ſaltus. §. illud & l. quamuis eod. tit. l. ſi pignus. vbi
gloſ. D. de pignor. act. Bald. l. 1. C. com. de vſucap. Nã
quod interdum reperitur naturalem poſſeſſionem eis
tribui, vt l. communi diuidundo. §. neque colonus. D.
communi diuid. de corporali detentione accipi con- C
uenit, & gloſ. rectè accipit, & in d. l. 2. D. pro hæred.
vbi Bart. l. 1. C. com. de vſucap. Hoc poſito conſtabit
depoſitariũ, commodatarium, & tales non poſſidere,
ſed ſimpliciter detinere, vnde fit vt ſi quod depoſi-
tum, aut commodatum eſt retinent, aut repoſcenti ne-
gant, furtum admittant ſequuta quidem cõtrectatio-
ne, ita hoc caſu non tantum interuerſio, ſed etiam
furtum ſit, l. Pomponius in fin. D. de acq. rer. dom. l. ſi
rem mobilem D. de acq. poſſ. l. 1. §. 1. & l. inficiando, D.
de furt. l. 3. Cod. depoſiti. ſi quidẽ contrectatio ſequuta
ſit. l. 3. §. ſi rem. D. de acq. poſ. l. 1. §. 1. & d. l. inficiando.
D. de furt. ſine qua furtum non fit, nec enim ſimplex D
cogitatio furtum facit legibus ciuilibus, etſi diuerſum
lege diuina traditur, vt quia quis in corde ſuo iam
mœchatus ſit, ſit igitur interuerſio, rei depoſitæ de-
negatione, furtum contrectatione. Hoc quidem niſi
depoſitario, aut talibus ſuperuenerit legitima cauſa
vſucapiendi, vt emptio rei depoſitæ, aut donatio, l. ſi
quis rem. & l. ſi rem mobilem. D. de acq. poſ. vbi Imol.
Alex. Frãciſ. Aret. Iaſ. Lud. Rom. Raph. Fulgoſ. & alij,
gloſ. vltim. Cod. de acq. poſſ. Talis poſſeſſio iure ciui-
li, ſi in furtiuitatem incidit, impedit vicennalem, &
decennalem præſcriptionem, ſin ſimpliciter interuer- E
ſa ſit, vitio perſonali ipſa afficitur. Iure conſuetudi-
nario à die interuerſionis incipiet auctori poſſeſſio, l.
4 nec creditores, C. de pignor. act. & ſi interceſſum non
fuerit etiam acquirenti, ex regula quam ante tradidi-
mus, hæc ad vſucapiendum, & præſcribendum pro-
fuerit.

5 Hoc genere etiam illę poſſeſſiones ſunt, quas tutor,
curator, negotiorũ geſtor, procurator, ſyndicus, ædi-
tuus, mandatarius, promus, & condus, aut quicumque
alienæ rei ſacrę, aut prophanæ adminiſtrator, de rebus
commiſſis curæ ſuæ vſurpat, & interuertit, l. ſi quis F
fundum. §. ſi tutor. D. pro empt. quod in omnibus
gloſ. intelligit generaliter qui alienas res procurant,
&, vt loquitur, officium habent, gloſ. l. vlt. verbo cu-
iuſque. C. de acq. poſſ.

6 Talis eſt poſſeſſio quam colonus, ſiue partiarius,
ſiue alius de bonis quæ colenda accepit, ſibi inter-
uertit. d. l. vlt. C. de acq. poſſ. d. l. malè agitur: facit. l.
3. §. quod ſi ſeruus. D. de acq. poſſ. In quos. l. illa. vlt.
facta eſt, & omni vtilitate mulctat, vt perfidos. de quo
Panor. & alij. c. cùm non liceat ext. de præſcript. Sed
non eſt huius peccati, quod à colono admitti poteſt,
caput vnum. Ea enim noxa in plura membra diſtribui-
tur, & ſunt hoc quidem in argumẽto interuerſionum
effectus varij. Multum enim intereſt, an ratione in-
teruerſionis poſſeſſio, & exinde præſcriptio præten-
datur de penſionibus præteritis, iure debiti confeſſo,
aut probato, an iuri ipſi, & actioni penſionem exi-
gendi, an vero res ipſa præſcribi intendatur. Nam di-
uerſa diuerſi iuris ſunt præſcriptionum tẽpora, etiam
ſi ob conductionem actiones naſcantur. De præteri-
ti temporis, penſionibus præſcribendis abſtractè ſta-
tuit, Art. 276. & l. cum notiſſimi. §. in his omnibus. C.
de præſcript. 30. an. & propria eſt materia d. Art. Nam
30. annis his præſcribitur computandis à die ceſſatio-
nis ſolutionis. Sed cùm de iure ipſo præſcribendo
agitur ita vt penſiones nullæ in poſterum præſtentur,
quod accidit in colonis perpetuariis, eodem tempo-
re præſcribitur, quo cæteris perſonalibus actionibus,
cùm perſonali obligatione debentur. Iure conſuetu-
dinario rarò is caſus euenire poteſt, niſi in domaniis
congedialibus perpetuis, vt iuri petendæ penſionis in
futurum præſcribatur, quod cùm prætenditur, diuer-
ſo modo inchoatur præſcriptio, quàm in caſu ſupe-
riore. Nam cùm in eo ſolâ non ſolutione, interuerta-
tur domini poſſeſſio, & pręſcriptio inchoetur, in præ-
ſcribendo iure diuerſum eſt. Nec enim à ſimplici ab- 7
nutiuo inchoari poteſt, ſed ita demum ſi interpellanti
locatori domino colonus ſolutionem denegauerit, at-
que ita ſe in poſſeſſionem quaſi libertatis aſſeruerit, &
dominus acquieuerit, id eſt, nullam litem intenderit
totis triginta annis, aut noſtro patrio, quadraginta.
Hæc enim ſola ratio eſt aſſerendæ libertatis in iuribus
negatiuis, ac per hoc inchoandæ præſcriptionis, ſi
præter non ſolutionem etiam factum coloni procla-
mantis ad libertatem acceſſerit, text. l. hæc autem iu-
ra. D. de ſeruit. vrb. præd. & Ang. & Saly. & alij, l.
malè agitur. Cod. de præſcript. 30. anno. & quos
Boër. allegat in conſuet Biturig. tit. de præſcript. Art.
3. & nos in fine, d. Art. 276. & 277. Hinc illa ſententia
Franciſ. Aretini. l. ſi de eo. D. de acq. poſſ. ſimplicem
ceſſationem ſolutionis non idem efficere in præſcri-
ptionibus, quod denegationem, & recuſationem, quia
non ſolutio tribuatur potius obliuioni, & incuriæ do-
mini, quàm facto conductoris, aut inquilini. Itaque
quia conductor teneatur domino poſſeſſionem ſuam
ſeruare, veluti colonum in poſſeſſione eſſe, ex prima-
rio, & præcedente titulo, & cauſa, quando nullo facto
contrario probari coloni intentio poſſit, per vllum
actum facti poſſeſſoriũ. Inde traditur deciſio alterius
caſus, qui frequenter occurrit: cùm ſcilicet dominus
ad certum tempus locauit, quo finito colonum diu eſ-
ſe in poſſeſſione paſſus eſt ſine præſtatione pẽſionum.
Nam ſi ea interueniſſet, caſus eſſet indubitabilis reno- 8
uatæ, tacito conſenſu, conductionis. Sed hîc præſup-
ponimus nullas penſiones eſſe ſolutas. Hoc perquàm
ſæpe contingit in dõmaniis congedialibus, quod cùm
accidit, ſenſit Bald. d. l. male agitur, rem ipſam non
præſcribi, ſed perpetuæ coloniæ ius præſcribi, quod
repetit, d. l. omnes eod. tit. Alex. l. item quæritur. §. qui
impleto. D. locat. ita vt expelli non poſſit, quæ ſenten-
tia rectè repræhenditur. Neque enim hîc vllus actus
geſtus proponitur, à quo poſſeſſio, & conſequenter
præſcriptio inchoari potuerit ſimplici non ſolutione,
aut ceſſatione, & cum ex voluntate vtriuſque partis
iſta continuatio acciderit, nulla obligatio gignitur, nec
in perſona coloni ad retinendum locationem, nec ex
parte domini ad patiendum, quia ex actibus volunta-
riis pręſcriptio non inducitur ſine nomine, & præten-
ſione iuris.

Item cùm colonus remanet poſt tẽpus conuentum
in poſſeſſione, hoc fit, vi tacitæ reconductionis. d. §.

qui impleto, igitur non magis ex tacita reconductione ius quæritur, quam ex expressa, in qua certum est, non modo non tribui possessionem, sed interrumpi ante inchoatam. Accedit quod præcedente locationis causa reconductio censetur facta secundum modos, & formam ipsius contractus, l. legem. C. locati vbi Bald. Alex. cons. 28. li. 4. Bar. l. si mihi & tibi. D. de verb. oblig. quod pluribus, hisque validis rationibus confirmat homo eruditus Aymo Crauetta in tract. de temp. parte 4. cap. incip. materia. q. 9. & seq. cuius iudicium ego probo etsi ille tantis auctoribus palam repugnare non audet. Ego vero negauerim sequendas eorum sententias, quæ & iure, & ratione æquitatis oppugnantur.

Sed enim qui tertius casus est, cum de re ipsa præscribenda à conductore agitur, id repeti conuenit, quod ante diximus, nullam possessionem apud colonum esse. Quare si quam sibi velit arrogare, necessariò accidet, vt sibi causam possessionis mutet, aut interuertat, in quo hoc primum traditur possessionis causam neminem sibi mutare posse, nisi iusta extrinsecus causa superueniat, de cuius pronunciati significatione posterius agemus suo loco. Sed ex eo efficitur, vt quandiu prior causa conductionis durat, nullo vnquam tempore præscribere colonus aduersus dominum queat, ne mille quidem annis, quia quandiu conductionis qualitas agnoscitur, & in confesso est, ipsa denominatio, & correlatio conductoris, & locatoris implicitam habet interruptionem, ex recognitione aduersariæ & correlatiuæ qualitatis, quæ agnitio præscriptionis initium inhibet, nec ante colonus possessionẽ potest inchoare quam palam suo nomine, & vsu eam interuerterit, & sibi priuatim rem gerere, & seponere, & fructus colligere, & in sua commoda vertere & ἰδιοπραγεῖν cœperit, & vero venienti domino fores occludere, & palam, & in os obsistere. Quod cùm facit & si improbè quidem, & exemplo. d. l. vlt. Cod. de acq. poss. damnato, Spec. tit. de præscript. vers. pone colonus. Bald. l. plures. 1. oppos. Cod. de fid. inst. Idem. l. 1. C. com. de vsuca. & glos. magna. l. colonus. D. de vi & vi armat. possidere tamen incipit, etsi improbissimus dicitur. Bald. l. 3. Cod. de cond. ex lege. & prauo animo facit, glos. l. colonus verbo propter iustam. D. de vi & vi arm. ex qua possessione iure quidem ciuili præscribendi causam non potest acquirere, cum de iusta in iniustam nemo possit vtilem ad præscribendum poss. quærere, vt inferiùs dicemus, sed consuetudinario iure, & ex moribus vtilem, si postea bannimentis nemo intercedit, quod ante demonstrauimus. Ergo cùm de præscribendis futuris pensionibus, aut re ipsa quæritur, non à die cessantis, aut simpliciter dissimulatæ solutionis, sed palam, & præclarè prouocatæ libertatis, per actus facti tempore, inchoabitur possessio, & incipiet currere præscriptio, quæ ex moribus proficere poterit auctori, & consequenter acquirenti ad approprimentum, etsi secus habeat iuris dispositio, de quo Bald. d. l. plures. C. de fid. inst. 1.

6 Quod si de interuertendi modis amplius inquiritur in hoc subiecto coloni, & proprietarij, sic habendum: rerum immobilium quidem, & soli ex quibus fructus naturaliter & immediatè percipiuntur, possessionem vnà præcipuè ratione æstimari, fructuum scilicet perceptione. Nam cùm mater humus ad hoc præcipuè habeatur, & huic præcepto diuino sit inditum, vt fructus ferat, eorum perceptio finis est potissimus possessionis, & effectus præcipuus, vt germinet. Nam arare, subigere, stercorare, pastinare, occare, sarrire, serere, denique quouismodo colere, actus sunt

A possessorij quidem, sed de eorum genere, qui ad aliquid dicuntur, nec in suo vsu consistunt, sed finẽ alium spectant. Quare frustrà colit, qui fructus non colligit, quo fit vt in contentione possessorij, altero arante, pro eo pronunciari debeat qui fructus collegit, cùm actum denominari à suo fine conuenit: quod Bald. dixit. c. cum non liceat ext. de præscript. col. 3. vbi Felyn. vers. ad istam tertiam, etsi non vsquequaque secum ipse conuenit Bald. l. arboribus. D. de vsuf. notat. Bart. & Ang. l. Titia. D. de solut. & quos Barbatius citat in cons. 30. lib. 1. versic. præterea est aduertendum. Soz. cons. 131. col. 1. nu. 2. & cons. 15. vol. 4. Bald. l. 2. Cod.

B de acq. poss. & Cast. Saly. Fulgos. Ang. l. filiusfam. §. Diuus. 1. D. de legat. 1. Cepolla super tit. pro suo, num. 7. & 8. Ita vt qui fructus collegit, toto anno possedisse videatur, quod Specul. dixit. tit. de probat. §. 1. inde fit, vt cùm colonus, inquilinus, aut qui nostris vulgò firmarius dici solet, fructus sibi colligit, & retinet, possessionem interuertere dicatur, non minùs, quàm cum venienti domino fores occludit, de quo communes sentẽtiæ, l. nec vsufructuarium. C. de vsuf. glos. Ang. Saly. Bald. l. malè agitur. C. de præscript. 30. anno. glos. l. si quis emptionis. §. 1. C. eod. tit. & l. 1. C.

C com. de vsucap. Ang. Bald. l. Pomponius. D. quem. vsusf. amitt. Cast. l. nec fructuarium. Cod. de vsuf. Idem accidit in eo conductore, qui non sibi fructus seponit, sed alteri cuilibet, quàm ei à quo conduxit, quod vulgò dicere solent alteri de fructibus respondere, vel cùm alium in domum, aut possessionem admittit, & ingredi patitur: hîc possessio interuertitur. Nec hîc differo, an colonus, aut firmarius transferat, de quo tex. l. 3. §. in amittenda. D. de acq. poss. & l. peregrè. §. quibus. D. de acq. poss. & l. colonus. D. de vi, & vi armat. de quo longa est disputatio. d. l. vltim. C. de acq. poss. Cast. l. 1. C. de vsucap. transf. Tiraq. in consl. 14.

D limitat. Nam cùm ante posuerimus tales nullam habere possessionem, fieri non potest, vt ipsi transferant, aut tradant, quod non habent: Sed tamen possessio transfertur, non tanquam tradita ab colono, sed tanquam vacans occupata ab appræhendente. l. 3. § quod seruus. D. de acq. pos. & l. peregrè. §. vlt. eod. tit. vbi Bart. & schola, Bald. d. l. fin. C. de acq. poss. & l. cum nemo. eod. tit. vbi & Ang. locus apud Tiraq. in tract. const. parte. 3. limit. 1. num. 5. Quo fit, vt cùm colonus, & firmarius alteri, quàm locatori incipiunt fructus, aut reditus soluere, is cui fit solutio in possessione con-

E stituatur, non ex facto coloni, sed per suam naturalem occupationem. Quod & in subditis quoque feudorum accidit, qui cuiquam reditus soluunt, alteri scilicet, quàm vero domino. Neque enim possident, sed possidentur ipsi, ideóque facto suo nihil agunt, sed tamen is cui hoc modo soluitur, constituitur in possessione, à quocumque solutio facta sit, veluti à re ipsa solutum sit, quod Bart. in l. litibus. Cod. de agric. & cens. lib. xi. tractat. Alex. in l. quamuis. §. si conductor. D. de acq. poss. Innoc. & Panor. cap. cum venissent. ext. de rest. spol. Socin. cons. 266. lib. 2. & 106. lib. 4. Ioan. And. c. vlt. ext. de off. vicar. in 6. vbi Archid.

F Bald. d. l. cum nemo. Angel. Bart. l. qui vniuersas. § [illegible] quod per colonum, vbi tenet per simplicem præstationem mercedis neminem constitui in possessione, si alius realiter possidet, secus si possidet perceptione pensionis, nec alteri est solutum. Atque id valde notari conuenit, quia non rarò contingit positiones fieri de possessione reditus constituti, aut fundiarij ex solutione colonorum, aut receptorum, aut mediatariorum, vt loqui solent, qui etsi ex facto suo non constituant quemquam in possessione, tamen ipsum per se factum, & solutio actualis constituit eum, cui soluitur

soluitur in possessione, si locator in possessione solutionis non mansit. Tribuit igitur ista interuersio à colono facta causam præscribendi, etsi de iure vitiosa, & d.l. fin. damnata, in approprimentis edictalibus, & præscriptionibus titulatis, idque contra iuris ciuilis dispositionem. Nam in tricennariis etiam interuersas admittunt, quia nullum his vitium obstat: ex auth. malæ fidei, C. de præscrip. 30. anno. vbi Bart. & alij Cast. l. cum nemo. C. de acq. possess. Cyn. Bart. Bald. Alb. Paul. post glos. vlt. l. nemo, C. de acq. poss. Spec. tit. de præscrip. §. 1. Bart. l. cùm solus, D. de vsucap. Panor. d.c. cùm non liceat. Afflictus decis. Neapol. 139. incip. Magna fuit dubitatio: quibus locis dissentiunt, quomodo, & quando colonus aduersus dominum possit præscribere. Bald. l. plures 1. oppos. C. de fid. instr.

10 Huic interuersarum possessionum numero adscribendæ sunt hæ, quas tutores, curatores, ptochotrophi de rebus pupillorum, minorum, aut pauperum auertunt in suos vsus, quas denique omnes rei alienæ curatores intercipiunt, nisi quod tutorum, & curatorum factum improbius est, quàm colonorum. Nec vero semel contigit, cùm patruus quidam fratris filio tutor datus, in bonis pupilli fundum reperisset quem sibi olim ex hæreditatis paternæ diuisione contigisse causaretur. Hoc casu si possessorio ageretur, non dubium, quin pupillo restitui deberet, quæ apud patrem pupilli fuisset, mortis & cœptæ tutelæ, tempore, si opportune & suo tempore interdictum intẽtaretur. Sed tamẽ tutor patruus possessionem interuerterat & diu possederat, ipse postremo fundum distraxerat, emptor ex tali titulo appropriauerat. Quæstio ambigua in petitorio propter improbitatem facti, quæ cùm approprimentorum securitate pugnabat, & perquàm difficilis interuersionis probatio, hoc est, possessionis in tutore, propterea quòd eiusmodi actus possessorij referri ad suas causas productiuas debent, in ambiguis quidem, vnde euenit vt cùm patrem pupilli mortuum in possessione fundi, constaret, in eámque tutorẽ successisse, quod inde ipse tutor possedisset, nomine, & vsu pupilli possedisse existimari debere, ex his quæ inferiùs dicemus & talem esse legis præsumptionẽ, quæ pro bono staret, quod Bald. in simili subiecto dixit l. vlt. prima lectura. C. de acq. poss. Respondi nisi palam & distinctè constaret tutorem sibi possedisse per actus soli domino competentes, & minimè tutorios, nomine & iure pupilli possedisse videri, nec profuturam acquirenti talem auctoris possessionem, quæ indeterminata esset, non notoria, nec publica, nec proprio iure, qualem consuetudo exigeret, *du possesseur & saisy*, ad appropriandi solemnitatem. Quod si dilucidè constare posset tutorem sibi possedisse, interuersam videri, improbè quidem, sed acquirentem ex tali possessione, Consuetudine defendi, si intercessum non esset bannimentis, cum ea tamen distinctione, & casuum variatione, de qua nos suo loco, cùm de rebus pupillaribus tractabimus. Id quidem ex moribus, nam scripti iuris alia dispositio est, tex. l. qui fundum. §. si tutor. D. pro empt.

11 Idem vero sentiendum in procuratore, œconomo, & omni rei alienæ administratore. glos. d. §. si tutor. Nam horum nemo possidet, etsi detineat, ideóque nec præscribere potest, nisi mutata possessionis causa, id est, iusto titulo accedente. Ex interuersione autem nemo possidet, nec vsucapiendi causam tribuit iure ciuili, l. cùm nemo. C. de acq. poss. in præscriptionibus quidem quæ ex titulo currunt.

12 Eadem causa est patris qui mortua vxore, vt tutor, aut curator, quem naturalem solemus appellare, bona filiorum administrat, & procurat. Neque enim possidet, etiam si vsum fructum haberet, vt iure ciuili, & in quibusdam prouinciis statuitur iure, nostris quidem moribus, repudiato, cum toto titulo C. de bon. mater. Itaque si quod non possidet interuerterit, & anno toto palam, & publicè possederit, fit locus nostris approprimentis, iure ciuili repugnante. Id idem in matre accipiendum, quæ de bonis paternis filiorum possidet quidquam, vt in l. mater C. de rei vend. Nam si ipsa suo nomine possederit, facit locum emptori præscribenti. tex. expresso. l. si vineæ. C. de præscrip. long. temp.

Eadem sententia est de marito, qui res vxorias, vt 13
proprias possidet, deinde distrahit ex contractu, ex quo approprimentum sequitur. Nam iure ciuili vsucapio ex tali contractu inhibetur l. cum vir. D. de vsucap. iure consuetudinario ex notoria possessione proprio vendentis nomine, exercita, quamuis iniqua, appropriandi iura metimur.

Tam vitiosa est iure ciuili possessio, quam vsufru- 14
ctuarius occupat, de proprietatis causa. Constat enim vsumfructuarium naturaliter, id est corporaliter quidem possidere, quod Bart. Alex. & cæteri tradunt, l. possessio, D. de acq. poss. Panor. Abb. & alij d. c. cum non liceat. Abb. c. illud. Fely. c. causam, eod. tit. ciuiliter vero non possidet, ex glos. l. naturaliter. D. de vsucap. glos. magna l. 3. §. ex contrario. D. de acq. poss. glos. l. 1. §. deijcitur. D. de vi & vi armat. tex. & Cast. & Saly. l. nec vsufructuarium. C. de vsuf. Alex. l. peregrè. §. vlt. D. de acq. poss. Bart. l. perpetua. C. de sacros. Eccles. & l. comperit. C. de præscript. 30. anno. Ias. l. 2. num. 157. C. de iur. emphit. Balb. in præscript. parte 4. quartæ partis q. xi. Id cùm ita sit, possessionem alteri tribuere non potest vsufructuarius, cùm nullam ipse habeat, mutare autem sibi causam possessionis nequit, nisi noua causa interueniat extrinsecus, si aliter facit, interuertit: vnde vsucapio longi temporis sequi non potest iure ciuili, sed iure consuetudinario, id idem quod in superioribus casibus dicendum. Etsi perdifficilis est probatio possessionis interuersæ, propter actus ancipites, & ambiguos, qui in perceptione fructuum consistunt, & ideo probata vsufructus cõstitutione ad suam causam referũtur, & ea de causa proprietario potius prosunt, ni contrarium præclarè ostenditur.

Tiraq. in Cõst. parte 2. limitat. 11.

Consequitur idem statuendum in doaria quæ ὑποβολῳ fruitur. Idem in secundonatis qui suo viagio. 15
Nam si quid de proprietate decidunt, aut vendunt, non aliter talis possessio ab talibus auctoribus habita prodest ad approprimentum, quàm si ipsi suo nomine palam & publicè possederint. Quod aliquando in controuersiam adduci contigit, cùm quædam longæua vidua, tam diuturno tempore vixisset, vt nemo extaret qui de vsufructus causa posset testari. Nam præsumptio in dubio est, quod quisque sibi, & suo nomine possederit. Alex. cons. 136. vol. 1. quæ omnino probatione contraria eluenda est. l. Diuus. D. de in integ. restit. Probata vsufructus causa hoc demum quærendum, an interuersa, & res realiter, & actualiter possessa sit, ab eo qui vendidit quàm libet vsufructuario.

De emphiteota hoc quoque traditur ipsum non 16
possidere ciuiliter, sed nec quamdiu qualitatem domini recognoscit, nullis seculis, vt ante diximus. Ex interuersione tamen & realibus actibus possessoriis iure cõsuetudinario posset, de quo Ias. l. in emphiteoticariis C. de iur. emphi. & l. 3. §. ex contrario num. 47. D. de acq. poss. & cons. 37. lib. 1. Bart. & Cyn. d. l. comperit. Salyc. & Cast. d. l. neque Cast. d. cons. 440.

17 De domino feudi, & vassallo eadem iudicanda. Sed propria sedes huius tractationis est in art. 281.

18 Idem iudicandum, etsi dominus ex aliquo defectu saisierit, vel commissarius deputatus regimini fructuum, qui nullo tempore præscribunt, de quo Molin. in censibus. §. 52. glos. 1. num. 30.

19 In censuario quoque ius idem statuitur, quod illi tradunt, d. l. comperit, & d. l. neque vsufructuarium.

Creditor ipse non possidet, & si corporaliter detinet, debitori possidet, quo ad dominij quærendi effectum, neque hæc possessio prodesse ad approprimentum potest, si quis titulum ab eo habeat, quia ex titulo dominij translatiuo non possidet, nec pro suo quod necessarium est. Ideoque nullo tempore præscribere potest, nec alteri appropriandi causam tribuere l. nec creditores. C. de pigno. act. l. 2. D. pro hæred. Doct. d. l. malè igitur, per text. l. cum notissimi. C. de præscript. 30. anno, vbi Saly. glo. c. cùm non liceat in fin. ext. de præscript. vbi Doct. Quin tamen interuertere possessionem possit de facto, non dubium, atque ita appropriandi causam tribuere, de quo locus Tiraq. in const. parte 3. limit. 21. num. 8. Molin. q. 61. in lib. de vsur.

20 Eadem & negotiorum gestoris causa, quod Bald. dixit cons. 385. vol 5. & constituentis se alteri possidere, qui præscribere nequit. Bal. cons. 369. lib. 5. locus Tiraq. in constit. parte 3. limit. 21. numero 5.

21 Ciuiles vero & quas artificiales vocant, etsi quoad contrahentes inter se valent, & obtinent, ita vt qui constituit se alieno nomine possidere, interuertere alienam possessionem nequeat, vt nec precarius possessor, nec aduersus eum prescribere vllis seculis, quod Steph. Bart. dixit cons. 332. in 2. dubio lib. 1. Bald. cons. 418. lib. 1. de quo locus Tiraq. in const. parte 3. limit. 23. num. 7. & 8. tam quod ad tribuendam appropriandi conditionem aduersus extraneos, nos pridem eas eiecimus foro, & talem constituentem ex quo tempore interuerterit, & de facto possederit, posse eam tribuere supra defendimus. Ita eueniet, vt hoc casu, nec is cui per constitutum possessio est tradita appropriandi causam possit tribuere, si rem alienet, quia naturaliter non tenet, per ea quæ diximus, num. 2. nec is qui constituit, quia suo nomine non possidet, nec iure suo quod valde notandum est, nisi possessionis causa mutata sit, aut interuersio facta.

22 De misso in possessionem causa rei seruandæ; diuersæ sententiæ sunt, quia quidam ex ea præscribi posse putant, quam sententiam non sine causa Molin. in tit. de censib. §. 52. num. 30. repræhendit, cùm talis missus non possideat, l. si quis ante. D. de acq. poss. Sed in possessione sit; & sine possessione nulla præscriptio currere possit, l. sine possessione D. de vsucap. tum quia ipsa missio rei alienæ recognitionem implicat; & consequenter perpetuam interruptionem, per ea quæ ante diximus, & suo loco dicemus.

23 Quæ in colono, tutore, œconomo, vsufructuario, constituente, precario tenente diximus, eadem in hæredibus eorum dici, & censeri intelligi oportet. Nam cùm in causam omnem defuncti succedant, non meliori iure vtuntur. Ideóque l. nec creditores C. de pignor. actio. idem de hæredibus creditoris statuit, quod de ipso creditore, & Cast. etiam l. nec fructuarium. C. de vsuf. idem de vsufructuarij hærede censet, quod de ipso vsufructuario, atque se ita consuluisse scribit, sic hæres coloni quamuis colonus non sit, domino possidet l. cum in plures D. locat. & l. cum hæres D. de perpet. & temp. præscrit. cùm hæres (inquit)

A in ius omne defuncti succedit, ignorantia sua vitia defuncti non excludit, veluti cùm sciens alienum, vel precario possedit: & ideo vsucapere non poterit, quod defunctus non potuit, & l. 1. C. de precar. hæredem eius (ait) qui precarium constituit, teneri ad restitutionem possessionis. Idem scribit Alex. cons. 84. vol. 1. in causa vertente, & allegat d. l. cùm hæres. Ideóque tales hæredes conueniri ad restitutionem possessionis possunt ab defuncto, per causam vsusfructus, aut coloniæ, aut conductionis, aut precarij, infessæ. Idcirco & interdictis possessoriis conueniri. l. vti frui. D. si vsusfr. petat. l. 1. §. habet autem. D. vsusfr. quem.
B ad. caue. Nam cùm naturalis possessio quam vsusfructuarius habet, eo mortuo consolidetur ciuili ab proprietario retentæ, idque ipso iure, quod Bart. dixit, l. si arrogator. D. de adopt. col. 4. vers. sed hodie, Bald. c. cùm accessissent, &c. quæ in Ecclesiam col. 7. extr. de constit. Bald. l. 1. quæst. 49. D. de rer. diuis. Consequitur dominum protinus à morte vsufructuarij interdictis possessoriis experiri posse, de possessione demum, & realibus actionibus de proprietate. d. l. vti frui, negatoria scilicet, vel ex cautione de restituenda re, quæ ab vsufructuario præstari solet.
C Sed tamen non protinus verum est, talium hæredes, de facto posse ab proprietariis, expelli de possessione, quod Imol. dixit cons. 16. Barbat. cons. 58. col. 11. Ias. cons 147. col. 10. lib. ij. Boër. tit. de testam. §. 6. & decis. 137. & Chass. tit. *des success.* §. 1. Molin. in feud. §. 30. num. 174. & Sozin. cons. 131. vol. 1. sed toties falsum est, quoties hæres vsufructuarij, & talium, causam contradicendi habet, vel vi obsistit, vel scandalum timetur l. 3. §. cùm igitur, & l. possessionem. D. de vi, & vi armat. Bart. l. 3. C. de pignor. l. si de eo §. si forte. D. de acq. poss. Molin. tit. de feud. §. 1. glos. 24
5. q. 1. num. 15. veluti si vsufructuarius, vel colonus te-
D cta sarciisse se contendat, necessariasve reparationes, quæ ad eum non spectent, factas, pro quibus quilibet alienæ rei possessor retentionem habet. l. colonus. D. de vi, & vi armat. l. non abs re. C. vnde vi. vbi glos. & Bald. text. l. colonus. D. locat. Bald. l. emptorem. C. locat. vel si mobilia habeat inuecta, quibus euehendis tempus dandum est, denique si quidquam opponitur, quod causæ cognitionem requirat, audiendi sunt hæredes, quantumlibet alieno nomine possidentium, tum maximè si qualitas vsusfructus, aut alienæ possessionis in confesso non est d. l. vti frui, & d. l. 1. §.
E habet autem, quod glos. & Archid. dixerunt c. licet, verb. te vocato. extr de præbend. Sed possessio per actiones est reuocanda, hærede vsufructuarij interim possidente, iure ordinario, & regulari l. 2. C. si per vim vel ali. mod. l. res quæ in controuersia. D. de iur. fisc. Itaque prouisio, & vindiciæ semper hæredi detentoris adiudicari debent, si proprietarius in promptu intentionem non implet, nec de iure suo probat, nec qualitas vsusfructus in confesso est. l. vlt. C. quor. bono. quia rei & possessoris nulla probatio est, l. is qui destinauit. D. de rei vend. & sufficit ei opponere de non iure agentis l. vlt. C. de rei vend. & hoc Bald. sen-
F sit, verbo pactiones, tit. de pac. constant. Quare nec indistinctè Mol. rectè constituit in §. 30. num. 171. in casu reuersionis feudi ad dominum per mortem vassalli, aut alio modo factam, dominum propria auctoritate, posse ingredi feudum, virtute suæ ciuilis retentæ. Sed tum demum verum est, cùm vassallus de qualitate vassallagij controuersiam nullam facit, ac ne de iure quidem in rem, vllo. Quod si faceret interim reus hæres detētoris, quamlibet alieno nomine detinuisset defunctus, in possessione esse deberet, atque ita expressissimè, & isto ipso casu decidit Cor. cons. 176. col. 3. vol.

3. vol.3. & Soz. d. conſ. 131. vol. 1. text. l. fin. C. quor.
bono. & quæ pluribus huc congerit. Tiraq. in l. ſi
vnquam, verbo reuertatur, num. 335. & ſeq. Nec eſt
probanda illa Chaſſanei opinatio, quam & Tiraq. nõ
probat tit. *des ſucceſſ.* §. 1. col. 5. verſ. dico plus etiam,
quod ſi vſufructuarius rem quam ex cauſa vſusfru-
ctus poſſidebat, extraneo vendiderit, atque is triginta
annis poſſederit, quod nihilominus poteſt agi aduer-
ſus eum interdicto retinendæ propter retentionẽ ſuæ
ciuilis, & conſolidationem cum naturali, quod quàm
falſum ſit, docet Cor. conſ. 166. lib. 1. & quæ Tiraq.
in id congerit d. tract. *le mort*. tertia declarat. partis
quintæ; quod vſu noſtro eſt notiſſimum, ſi anno toto
proprietarius eſſe in poſſeſſione heredem vſufructua-
rij paſſus ſit, quia interdicta poſſeſſoria retinendæ,
poſt annum in Gallia non dantur, nec noſtra plegia-
menta, quæ æquipolent his. Art. Conſuet. 106. & 115.
& 114. Ideóque qui anno toto paſſus ſit alium poſſi-
dere, ciuilem ſuam amiſiſſe omnino videtur, quod
nos ante diximus, in verbo *du poſſeſſeur*, & rurſum ver-
bo *du ſaiſy*. Tum quia in hypotheſi propoſita, præ-
ſuppoſita poſſeſſione 30. annorum in hærede vſufru-
ctuarij, decennium etiam iure, induceret obliuio-
nem poſſeſſionis, atque ideo ciuilis perditionem, in
eo præſertim, qui naturalem nondum adeptus eſt. l. ſi
de eo. §. ſi forte. D. de acq. poſſ. vbi Aret. Anchar. &
Panor. c. cùm veniſſet. extr. de reſt. ſpoliat. & Bald.
25 conſ. 150. verſ. capio tamen lib. 2. Nec aliter dixiſſe
putandus eſt in conſ. 369. lib. 5. quia ibi de vendicatio-
ne loquitur, id eſt, de petitorio, cui eo ſpatio præiu-
dicium non fit, quo conſtituens 26. annis poſſedit no-
mine conſtituti: quem tamen Tiraq. ſibi contrarium
putat, & ideo Bart. d. l. ſi de eo. §. 1. putat amitti ci-
uilem, ſi conſtitutarius poſſeſſionem ſtatim non recu-
perat, & Carolus Ruinus conſ. 127. lib. 5. & quos la-
tè Tiraq. tract. conſtituti limitat. xxi. Quare verior
illa Molin. ſententia in libello de inoff. donationibus
num. 59. 61. & 66. qui ſcribit donationem factam in
fraudem legitimæ, nullam eſſe ipſo iure: cuius vi ta-
men ſi poſſeſſio tradita ſit actualiter, non eſſe actum
nullum, quantùm ad poſſeſſionem, nec poſſe donata-
rium expelli de facto, nec niſi viâ actionis. (quod in
donationibus inualidis omnibus dicimus, ex quibus
realis poſſeſſio ab ipſo donatore in vita tranſlata eſt)
quia hæres non poteſt expellere donatarium, quod
ego nuper conſultus in nobiliſſima controuerſia re-
ſpondi, cùm donatio quædam multis cauſis ab hære-
dibus donatoris oppugnaretur, qui vſusfructus no-
mine rem donatam tenuiſſet, quam multis annis ab
donatario poſſeſſam conſtabat, multis etiam, de con-
ſenſu donatoris exercitis actibus poſſeſſoriis, qui non
niſi à proprietario geri poſſent, negaui poſſeſſorio
vincere hęredes poſſe, & donatarium lite vindiciarum
potiorem futurum, ſalua quæſtione proprietatis. Ne-
que legalem, aut Conſuetudinariam diſpoſitionem,
quæ hæredem ſaiſit, de his accipi poſſe, quæ in bonis
poſſeſſis defuncti mortis tempore non fuiſſent. quod
ſeriò Tiraq. perſequitur. d. tract. *le mort ſaiſit*. prima
declarat. 4. partis, & tex. l. vlt. C. de edict. d. Adr. tol.
qui caſus à Molin. deciditur d. num. 59. 61. & 66. Sed
& illa quoque notanda dubitatio huc incidit, quam
Nicolaus Valla Pariſienſis, mox Britannici Parlamen-
ti conſiliarius retulit, tract. xv. libri de dubio iure,
quam ex iure noſtro patrio retulit. Cum nobilis qui-
dam maximus natu prædium fratri iuniori fruendum
dediſſet, vſusfructus, & viagij iure, ex lege patria, mor-
tuo eo qui acceperat hæredes eius, prædium veluti
26 in hæreditate repertum diuiſerant, & triginta annis
poſſederant, poſt annos triginta, & tres liberi maioris

A natu repertis cautionibus, quibus is contractus con-
tinebatur, litem intenderunt liberis eius, qui vſus-
fructus iure acceperat. Illi præſcriptionem oppone-
bant. Valla pro agentibus iudicatum ſcribit in Curia,
vt ait, Rhenenſi. Et ex his quæ diximus, iuris quidem
ſpeciem habuit iudicatum, cùm vſufructuarij hære-
des in cauſam eius ſuccederent, de quo text. eſt, d. l.
cum hæres. D. de perpet. & temp. præſc. expreſſus, &
Alex. in ſpecie conſ. 84. vol. 1. incip. in cauſa vertente.
Caſt. d. l. nec vſufructuarium. Bald. in præſcript. 4.
parte 4. partis, quæſt. xj. Bald. d. conſ. 369. lib. 5. & con-
B ſtat non currere præſcriptionem viuente eo, qui ad
vſumfructũ, & viagium accepit, per ea quæ ante dixi-
mus. In hac cõtrouerſia interim hæredes vſufructua-
rij in poſſeſſione eſſe oportebat, & ſi ibi Valla malis
rationibus non bonam cauſam tuetur, cùm dicit poſ-
ſeſſores non niſi xl. annis in immobilibus præſcribere
potuiſſe, quæ hoc caſu neceſſaria non erat, cùm hæ-
redes ſecundo nati titulum pro hærede, pro diuiſo, &
pro ſuo haberent, quo caſu quindecennaria ſpectan-
da, erat, nec longior vlla, deinde fallitur cùm putat ti-
tulum, pro hærede, verum non eſſe, & pro putatiuo
accipit & malè l. fin. pro ſuo, & l. penult. pro hærede,
C & l. fin. C. eod. tit. ad mobilia reſtringit, contra om-
nem ſenſum, & tex. perſpicuos. Sed maxima ratio
fuit, quia hæres vniuerſalis in cauſam conſtitutarij, &
vitia eius ſuccedit, & ideo tenetur ad reſtitutionem
poſſeſſionis. d. l. cùm hęres: etſi gloſ. d. l. fin. C. pro hæ-
red. verſ. neque hæredi, aliud innuit. Alex. d. conſ. 84.
qui in hac ſpecie loquitur. & Caſt. vbi ſup. Sed hæc
dubitatio alterius eſt loci, nunc tantùm de poſſeſſo-
riis agimus, quanquam & è Canoniſtis plures con- 27
ſcientiam malęfidei ad perſonas reſtringunt, & putant
hæredem etiam vniuerſalem, ex ſuo capite præſcribe-
re poſſe, non vtendo acceſſione defuncti, ſi bonam fi-
D dem prębſcribens habet, vt hoc caſu ex hypotheſi præ-
ſupponitur: ſecundum quam opinionem malè iudica-
tum fuiſſet, concurrente titulo in perſona hæredis &
bona fide.

Quæ de corporalium poſſeſſionibus diximus, ea-
dem intelligi volumus de incorporalibus, etſi verè nõ
poſſideantur. Sed tamen & ipſa per actus externos, &
facti acquiruntur, amittuntur, & interuertuntur. Qua-
re in poſſeſſione prębendæ quis conſtituitur per rece-
ptionem in Canonicum aſſignationem loci in choro,
& ingreſſionem in capitulum, & ceſſionem, in poſſeſ-
E ſione iuriſdictionis per cõſtitutionem officiariorum,
& vſurpationem actuum iuriſdictionalium, in poſſeſ-
ſione eligendi Imperatoris, Epiſcopi, & talium per
intereſſentiam, & ſuffragium receptum inter eligen-
tes, in poſſeſſione curæ per celebrationem ſacrorum.
Quo modo acquiritur, eodem amittitur, ſi quiſquam
taliter poſſidentẽ excludat his actibus, vt vſurpet ipſe,
ille prior excluſus deſpondeat animum, nec recuperet
intra annum poſſeſſionem, & locum. Interuertitur, ſi
aut procurator, aut tutor, quod nomine domini face-
re debuerat ſibi priuatim tribuat, vnde illi effectus
ſequuntur, quos ante diximus, de quibus poſſiden-
F di modis in incorporalibus differit. Alex. in Rubr. nu.
42. D. de acq. poſſ. Innoc. latè, & alij poſt eum c. in
literis. extr. de reſt. ſpol. & Bald. l. 2. C. de ſeruitut. &
aqua.

Ex quibus omnibus apparet, id quod initio pro- 28
bandum ſumpſimus, omnes eos qui alieno nomi-
ne, & iure rem detinent, quandiu qualitatem cu-
ræ, & mandati agnoſcant, & conuentiones eas re-
cognoſcant ex quibus in detentione, & occupatio-
ne rei ſunt, poſſidere non poſſe, ac conſequenter,
nec præſcribere, ne ſi mille quidem annis in poſ-

sessione sint, quod Molin. quæst. 61. in vsur. & Doctores l. male agitur, C. de præsc. 30. anno. tractant. Nec ante possidere possunt quàm causam possidendi mutauerint, aut possessionem interuerterint. De mutationibus possessionum talium iure ciuili prolixæ instituuntur dubitationes, hæc vero summa: neminem
29 sibi mutare causam possessionis posse, si nihil extrinsecus accidat l. cùm nemo. C. de acq. pos. l. 3. §. illud. D. eod. tit. Cuius dicti sensus est, vt nemo mente solâ, & cogitatione tacitâ mutare causam possessionis sibi possit, id est, vt ex alia causa rem habeat, quàm ex qua habet, veluti in rebus mobilibus, cùm dicimus, neminem cogitatione, & mente furandi furtum facere, nisi & contrectatio sequuta sit, sic nemo animo solo possessionem potest interuertere, quam alterius nomine tenendam acceperit: veluti si colonus in futurum constituat domino nil soluere, per hoc possessionem non interuertit hac solâ mentis agitatione. Opus igitur est facto, præsertim in possessionibus quæ sine actibus corporeis, nec transferuntur, nec capiuntur, nec solus animus in his valet ad eas adipiscendas, aut interuertendas, vt ait Bald. l. 1. C. com. de vsucap. quod nos sumus persecuti supra. Id factum si interuenerit, mutari possessionis causam contingit, idque variè. Nam pro causa mutandi, possessio aut iusta, aut vitiosa fit, veluti si colonus à domino fundum conductum redimat, propter emptionis factum extrinsecus interueniens causa mutatur: nam qui prius pro alieno possidebat, pro suo incipit possidere, qui alteri, nunc sibi, atque ista mutatio iustam possessionem efficit, quia factum extrinsecus additum, id est, emptio iustus de iure gentium titulus est à vero domino habitus, sed non omnes mutationes tales sunt, sunt enim plures iniustæ, id est, ex non iusto titulo, veluti quia colonus domino titulum sibi sciens quæsiuerit in necem iusti domini, cui ante procurabat, vel cùm de facto fructus retinet & sibi seponit, vel venientem dominum excludit, his fit extrinsecus aliquid quod possessionis causam mutat, sed de iusta in iniustam, quod cùm fit interuersio est, de qua nos ante tam multa. Hæc causa mutandi vitiosam possessionem afficit, vitio interdum reali, si res mobilis est, & fit furtiua, aut si immobilis est, cùm vis committitur ablatiua, aut expulsiua: nam compulsiuæ, & quasi violentiæ alias causas tradidimus.

30 Hæc vitia, si realia sunt, iure ciuili rem in totum impræscriptibilem reddunt, si personalia, cum persona euanescunt, & eluuntur, nisi in successoribus vniuersalibus, auth. malę fidei. C. de præsc. 30. anno. nam singulares præscribunt, si accessione non vtūtur, l. si partem. C. pro empt. Sed iure Consuetudinario, & moribus neque realia, neque personalia vlla obsunt acquirentibus, ex persona quidem auctorum, si illi anno toto realiter, & de facto possederunt, quo minus id vitium acquirentes eluant bannimentis, si non est intercessum. Hæc tam multis millibus versuum, & perplexè schola docet, quæ vsus item immutauit, quo modo, & quo iure ante tradidimus ex Art. 185. Atque hæc de his præscriptionibus, quæ ex titulis currunt. Nam tricennales omne vitium admittunt, nec impediuntur eorum incursu.

DE AMBIGVIS, ET ANCIPITIBVS POSSESSIONIBVS.

Cap. 5.

1 *Ambiguæ possessiones quæ dicantur, & earum exempla.*
2 *Possessio ambigua ex donatione à marito facta.*
3 *Possessio tradi potest constante matrimonio.*
4 *Possessio ex inutili contractu transfertur.*
Homagij exhibitio actus est proprietarij. ibid.
5 *Possessio incerta ex donatione ante matrimonium facta.*
An donataria, an hæres donatoris fundati sunt in possessorio, ibid.
6 *Inutilis præsumptio iuris, quod Vxor de mariti bonis acquirere præsumatur.*
7 *Procuratoris possessio ambigua esse potest.*
8 *Tutoris possessio anceps interdum.*
9 *Venditoris retento vsufructu sæpe anceps & dubia.*
10 *Donationis factæ à patre filio dubia possessio.*
11 *Actus possessorij determinantur à suis titulis.*
12 *Diiudicatio possessionum dubiarum & regulæ.*
13 *Possessio etiam non tradita sustinetur à titulo præexistente.*
14 *Ignorans pro contradicente est in transferenda possessione.*
15 *Possessio ex pluribus titulis haberi potest.*
16 *Alieno nomine possess. ingressus semper ex eodem possidere præsumitur.*
Procuratoris semper repetita qualitas intelligitur etiam non expressa. ibid.
17 *Sibi potius quàm alteri quis possidere intelligitur reg. & fallentiæ.*
Personæ non subaudiendæ in contractu extrinsecus. ibid.
18 *Tutor & quilibet alius sub nomine qualitatis possidere præsumitur ex munere iniuncto alieni negotij.*
Maritus an sibi, an Vxori possideat rem, quam donauit. ibid.
19 *Donator retento Vsufructu an sibi, an donatario possideat.*
Pater retrahens nomine filij, an sibi possideat. ibid.
20 *Procurator mandanti possidere intelligitur.*
Expressa qualitate actus in ea factus intelligitur. ibid.
21 *Actus soli proprietario congruentes ei soli poss. tribuunt.*
22 *Controuersia Tancaruillana.*

Exposuimus (ni fallimur) satis diligenter posses- 1 sionum vitia in auctoribus, quando hic locus fuit de his differendi, explicatione verbi *du possesseur & saisi*, tum de interuersionibus earum, quo facto, quæ in vitia transeant. Quę omnia dicta sunt de possessionibus, quas tales esse certum est, id est, quæ sine dubio interuersæ, & vitiosæ probantur per vsurpationem eorum actuum, qui nō nisi dominis, & proprietariis possunt conuenire. Sequitur mixtus quidam casus ancipitum, & ambiguarum possessionum, id est, earum quæ exercētur per eos actus, qui tam gerenti cōuenire possunt, quàm alij cuius nomine eam ingressi sunt initio. Quorum actuum difficilis diiudicatio est, nisi dubitatio determinationē accipiat ab aliquo accidenti ex regulis, quas inferius adscribemus. Ac primùm iure ciuili traditur probationem omnem æquiuocam, & indifferentem probanti non prodesse c. in præsentia. ext. de probat. quia probatio cōcludere debet per τὸ ἴδ., non per posse, quod Rhetores quoque præcipiūt de his exordiis, quæ cōmunia vocant, hoc est, quæ tam aduersario prodesse, & conuenire possint quam tibi. Quo fit, vt possessiones eius generis, id est, ambiguæ à cōiecturis pendeant & adiunctis circunstātiis, nec aliter diiudicari possint, veluti cùm donatio vxori à viro in contrahendo matrimonio facta proponitur, nec traditio actualis donatarum rerum facta probatur scripto, traditam tamen postea contenditur. Nam & constante 3 matrimonio tradi possessio potest, cùm per se actus lucratiuus non sit, sed executio simplex facti, & donationis legitimo tempore factæ l. cùm multæ. C. de donat. ante nupt. & an pro suo, an pro dote possederit, &

rit,& conſtituendo in dotem mutarit ſibi cauſam poſſeſſionis,quæ pro tradita habeatur, ambigitur, de qua Bald.l.1. C. de donat. ant.nupt. ſi ſoluto matrimonio

4 poſſeſſorio cõtenditur,iudicium ab facto pendet,quis poſſederit. Nam & ex inutili donatione, & inualida tradita poſſeſſio conſtitueret donatariam in poſſeſſione l.1. §. ſi vir vxori. D. de acquir.poſſ. in qua etiam tuenda eſſet,ſalua quæſtione proprietatis in petitorio, quod verum eſt, l. vlt.C. quor. bonor.& Molin. dixit in tit. de inoff.donat.num.66. addito exemplo,ex quo conſtat (vt obiter id dicam) non eſſe inutile titulum allegare,propterea quod ex nullitate tituli ibi conſtat in poſſeſſorio iudicatum, etſi ex tali titulo pro poſſeſſore poſſidetur,l. quod vxor. D.de acq. poſſ.& re vera tales dubitationes etiam in poſſeſſoriis plurimuũ pendent à titulorum validitate. Tamen facti non minima quæſtio eſt tradita ne ſit poſſeſſio vxori ab viro, per actus facti. Nam ſi vir fortè hommagium fecerit, aut recipi in fidem curauerit, talis actus eſt, qui citra ius nomenque proprietarij & poſſeſſoris geri non potuit. Quod vir ſuo nomine fecerit, non poteſt vxori proficere videri, ſed is poſſeſſionem potius recuperare voluiſſe,aut penituiſſe videtur, veluti & ſi inſinuari paſſus non ſit.C. d.l.cum multę. Nam araſſe,coluiſſe,implantaſſe adeóq; & inædificaſſe actus ambigui, & ancipites ſunt, & quos maritus mariti iure in rebus vxoriis tam exercet, quam in propriis, & fructus vndecumque collecti eius fiunt eodem iure ciuili, & Conſuetudinario. Ita fit vt tales probationes ſint ambiguæ,& non concludẽtes per ſic eſſe, cum iidem actus vnum atque aliud probare poſſint, & intentio incerta ſit,vnde periculoſum eſt perſonam actoris ſuſtinere, niſi quod interim hæres intentionem ſuam fundat ex regula, *le mort ſaiſit le vif.* & interim dum quæritur,

5 negat ſe deſſaiſitum litigare debere. Hîc quidem ſi de poſſeſſione tradita conſtaret pendente diſceptatione ſuper tituli, id eſt, donationis validitate,vinceret conuentionalis prouiſio legalem, id eſt, contractus Conſuetudinem d.l.1. C. de donat. ante nupt. Sed cùm de poſſeſſionis traditione ambigitur, atque ita de executione contractus ſine qua dominium non transfertur: magna ratio eſt quæ pro hærede facit, & hoc caſu exiſtit,quod dicitur, *donation requiert action.* quod verum eſt re non traditâ,aut poſſeſsâ ex voluntate donatoris, Nam ea tradita contractus perficitur, & dominium tranſit,nec actione opus eſt. Itaque & legis Æliæ Sanctiæ capite vno cauebatur, vt ſi eſſet donatio facta inter virum,& vxorem, maritusque re nondum traditâ exceſſiſſet vitâ,ne mulier poſt obitum viri vendicationem haberet, ſed tantummodo exceptionem, quæ ei daretur ſi poſſideret,quæ lex Auguſti temporibus lata eſt. Quæ omnia nos de corporalibus & realibus traditionibus accipimus: Nam conſtituti,precarij,& talium poſſeſſionum effectus, inter virum & vxorem non pluris vſus facimus, quam verbalium poſſeſſionum; quod hoc caſu Tiraq. dixit in tract. *le mort ſaiſit le vif.* declarat.1. tertiæ partis, & his locis ad quos remittit, ſicuti nec momentanearum,cùm poſt traditionem maritus protinus reſumit poſſeſſionẽ, per actus proprietario ſoli competentes,vt cùm vendit, arbores cedit, homagia præſtat,ſuo nomine & ſimilia vſurpat. Hic plane caſus cùm ſe offert de dubiis poſſeſſionibus,dubiis etiam titulis vix eſt vt pendente lite quidquam certum concludi poſſit pro donataria, quo in genere ea argumenta ſunt,quę in hoc ipſo caſu Sozin. collegit parallela in conſ.131.vol.1. Nam quo nunc iure vtimur inutiles ſunt illæ præſumptiones iuris, quibus omnia maritarum, & de mariti bonis comparata credi debent,ex l. Quintus de donat.inter vir.& vxor. l. ob maritarum. C. ne vxor. pro marit. Imol. Alex Rom.& aliis.l. iure.D.de acq. poſſ.Nam eorum,quæ quiſque habuit ante matrimonium, cauſa dubia eſſe non poteſt, at eorum quæ quæſita ſunt conſtante matrimonio non ſine cauſa illo iure dubitabatur, quò nulla erat communitas inter virum & vxorem : nunc cùm moribus habeatur,planum eſt quæ acquiruntur, vtriuſque propria fieri. Ideoque ad fundandam intentionem hæredum cuiuſque, ſufficit probare patrem aut autorem conſtante matrimonio ad nouam poſſeſſionem veniſſe talis fundi, niſi hæreditatis titulus prætenditur ab altera parte. Ergo hic caſus de eorum numero eſt,quos dubios & æquiuocos in poſſeſſionibus diiudicandis dicimus , & qui à titulis multum iuris ducunt,etiam in cõtrouerſia poſſeſſoria, aut ad effectum continuandæ poſſeſſionis ad præſcribendum, aut tribuendam alteri præſcribendi cauſam, de quò nos quædam in tit. *des partages.* q.4.

Ambigua etiam illa poſſeſſio eſt, quam Procurator 7
accepto cuiuſquam mandato de emendo prędio, emit quidem, ſed ſimpliciter, & ſine adiectione qualitatis procuratoriæ, & ingreſſus poſſeſſionem poſt aliquot annos videri vult ſuo nomine tenuiſſe, & fortaſſe de ſuo ſoluit, & quamuis mandati teneantur, ſubiici mauult periculo actionis infamantis,quam prædio cedere. Hunc vero nullo tempore præſcribere putauit Ioh. And.ad Spec.tit.de empt.verſ. ſi pars. Nos actualem poſſeſſionem vbi ſit, ſpectamus & ex ea approprimenta conſtituimus, nec actionum perſonalium vim reſpicimus, quominus quidem res ipſa præſcribatur, ſaluâ actione ad rem petendam.

Ambigua,& illa quam tutor non pupilli, ſed ſuo 8
nomine videri vult accepiſſe,tanquam ſibi olim ex diuiſione hæreditatis paternæ obuenerit à patre pupilli, cùm tamen tempore date tutelæ in bonis pupilli fuiſſe dicatur:nam fructus in accepti tabulas retuliſſe in rationibus pupilli confeſſio eſſet pupillaris poſſeſſionis,contra feciſſe contrarium innueret, etſi contra probari poſſet.

Eodem numero & illa,quam venditor, aut donator 9
retento vſufructu exercet, ſi quid vſurpauit de his actibus,qui non niſi à domino exerceri poſſunt, veluti ſi homagium præſtitit, partem donatæ rei vendidit, vel grandes arbores cecidit, qui ſunt actus non vſufructuarij,ſed domini:ex quibus magnæ ſæpe controuerſiæ oriuntur,cùm modeſti,& grati donatarij intercedere non ſuſtinent talibus actibus, demum mortuo donatore poſſeſſio in controuerſiam deducitur, fuerit ne defuncti, ac per hoc hæredum, an vero donatarij.

Tales etiam cùm pater vni ex filiis donat, deinde 10
ſuo nomine arat, ſerit colit, de quo quæritur, cùm ambigitur, an per hoc pater rem à filio acquiſitam ſibi ex iure Conſuetudinario propriam eſſe voluerit, veluti profectitiam, cuius rei declaratio, verbo vel facto fieri in vita patris exigitur.

Nec dubito quin tales multi caſus exiſtere, & ſcribi 11
poſſint talium poſſeſſionum, quæ dubiæ ſunt. Quod cùm accurrit ad earum diiudicationem vtiles quędam regulæ ab Iuriſconſultis traduntur, ſparſæ illæ quidem, nec vſquam vno loco, quas vtile eſt ordine intelligere. Cùm vero omnis hac de re dubitatio de caſu certo, aut incerto incidat, de his quæ certa ſunt nulla probatio exigitur, cum in certis locus non ſit coniecturis. Ergo quem certum eſt ſibi poſſediſſe, ſibi etiam ius quæſiuiſſe, & præſcripſiſſe conſtabit, quod ſibi,& pro domino geſſerit ex. l. Titia. D. de leg. 2. Quod ſi vnam tantum poſſidendi cauſam haber ex ea cauſa poſſediſſe dicendus erit, & iudicandus potius,

quàm ex nulla, aut vitiosa causa, sin plures habet (quod toties accidit cùm aliquis plures habet titulos,) distinguendi erunt casus, ex his quæ hac de re inferius tKademus.

12 Proinde actus possessorij omnes quos quisquam exercet determinari debent ab sua causa, id est, semper referri ad titulum correlatiuè, vt omnino, fructus collegisse, & tenuisse quisque putandus sit ex eo titulo quem habet. Nam à primordio tituli posterior formatur euentus, l.1.§.1.D.de dol. except. glos. l.quædam mulier. D. de rei vend. l.2.C.de acq. poss. l.1.C. de impon. luc. descript. lib. 10. idque non solum post traditam possessionē, sed etiam ante traditam, si forte is qui titulum habet in ea reperiatur. Nam etsi traditio realis non probetur, tamen eius possessio, & ingressio sustinebitur, qui causam habuit ex suo titulo eam ingredi, & si sine sui auctoris consensu non debuerat, d.l.2. & l. si ex stipulatione. D. de acq. poss. quod vulgò tradunt d.l.2. Bart. Ang. Saly. Socin. cōs. 15. lib. 4. Ang. latè l. super longi. vbi & Saly. C. de præsc. 20. anno. Bart. & alij l. cum solus ad fin. D. de
13 vsucap. nisi expresse esset contradictum. Nam & si ignorantem pro cōtradicente accipi volunt, tamen id Salyc. accipit cùm pretium solutum non est: habet enim hoc casu auctor iustam contradicendi causam si pretij fidem nō habuit. Quod si solutū est, non est cur contradicat, eòque sustineri possessio debet eius, qui in ea reperitur ex suo titulo, & si tradita non sit, quod nos inferiùs dicemus suo loco: & Bart. scribit d. l. si ex stipulatione, & l. cum solus. D. de vsucap. Ang. d.l. quædam mulier Bart. l. Celsus. numer.16.D. de acq. poss. nos inf. loco sequenti. Sed hoc quod dicimus vnumquemque præsumi in possessione esse, ex titulo quem habet, intellige cùm auctor est, & in ea præsumptione se fundat, & ei prodest, alioqui si reus est, & protestatur se ex causa potius alia, quàm ea, quæ proponitur habere, nec titulo allegato ab actore vtitur, cogi nequit ad eius præsumptionis vsum, si alio titulo, aut causa vti vult, veluti si cùm quis rem vendicaret, nihilominus cum alio de re controuertente transegerit, aut generaliter quidquid iuris habet, emerit, & post modum alius aliquis rem ab tali venditore, aut transigēte sibi hypothecatam dicat, non erit reus cogēdus præsumptione superius tradita possessionem ex titulo ab actore deducto agnoscere, nisi constet verè, eam ex tali titulo translatam, cùm ante non habe-
14 ret. Nam neque quisquam pluribus titulis excipiendo niti prohibetur: reg. nullus pluribus, de reg. iur. neque vnum ex pluribus agnoscere si satis iuris habet ad obtinendum ex alio, & magis expedit, forte propter auctoris creditores, etsi cum possessio ex eo translata est, magna causa est actori insistendi, ex l. si pro fundo. C. de transact. & glos. & Bart. l. ex causa. C. pro empt. Alb. quidē, & Bart. l.1. D. pro emptore existimant vsucapionem ex titulo pro transacto, tum demum procedere, cùm res traditur nomine trāsactionis, secus cùm duntaxat retinetur: & quos Tiraq. allegat. in retract. consang. §.1. glos.14. numer.60. Quod si quis cùm ante nullam possessionem in totum habuisset, eam post titulum nactus est, id est, ad nouam possessionem venit, aut agnoscere titulum debebit, aut diuersum si quem habet probare, quia scilicet fundata est actoris intētio ex præsumptione, sed hoc
15 alibi fusiùs. Existere vero, & diuersus casus potest inter eos qui certi dicūtur, cùm scilicet constat aliquem alterius nomine ingressum possessionem. Nam continua erit præsumptio semper, & ex eadem causa in possessione eum esse, itaque nullo tempore præscribet, pro se impediente legis præsumptione, quia cau-

A sam sibi mutare possessionis nemo potest, ne aliter censentibus, fraudis, perfidiæ, interuersionis præsumptio contra leges inducatur, cùm contra præsumptio sit quemque probum esse ex l merito. D. pro socio. Ideóque potius alieno nomine quale initium possessionis proponitur, quàm suo, per interuersionem, & perfidiam in possessione esse talis possessor præsumetur, quod Bart. dixit, l. Pomponius. D. quib. mod. vsuf. amit. Cast. l. nec fructuarium. C. de vsuf. Socin. cons.106. lib.3. num.3. & cons.15. lib.4. Bald. l. vlt. C. de acq. pos. Quare, & qui initio se procuratorem in lite, aut negotio dixit, etsi posterius in pro-
B cessu eam qualitatem omiserit, tamen semper repetita intelligetur, quod Bald. dixit. l. Procurator qui pro euictione. D. de Procur. Bart. l. qui seruum. D. de interr. act. Alex. l.1.§. nunciatio. D. de op. no. nunc. Succedit contrarius casus; Cum scilicet dubium, & 16 incertum est quo quis nomine possederit. In quo sic traditur sibi potiùs, quàm alteri rem, & negotium gerere præsumi, cùm sibi potiùs quam alij bene esse ex naturæ præsumptione quisque malit, l. si pactum. D. de prob. l. & magis. D. de solut. l. Papinianus, vbi glos. & Alber. D. mand. & alioqui negant in con-
C tractibus personas extrinsecus subaudiendas l. si stipulatus fuero. §. Chrysog. D. de verb. obligat. & in possessionibus retinēdis censuêre Bert. Bal. Alex. Lud. Rom. Aret. d. §. nunciatio, & nos hunc locum attigimus, art. 96. & in partag. q. 7. Ergo quod quisque possederit suo nomine, & pro se possedisse, & præscripsisse intelligendus erit, & pro suo.

Hoc tamen theorema interdum fallit, cùm scilicet 17 alia præsumptione fortiore, hoc quod præsumptione sola nititur, eluitur, veluti cùm quisquam ex debito officij, aut iniuncti muneris, aut suscepti mandati, aut curationis cuiusquam in re aliena possessionem
D appræhēdit, eius rei de qua mandatum est. Nec enim tum suo, sed alieno potius nomine, id quod iniunctum est, exequutus esse putandus est, si mandantis est negotium quod geritur. Ideóque tutor quod de re pupilli gesserit, etiam non expressa qualitate pupilli nomine gessisse intelligendus est, litigasse, contraxisse, quod Bart. dixit, l. post mortem. D. quand. ex facto tut. l. filiæ. D. de solut. idem in l. si patruus. C. communia vtriusque iud. & negotiorum gestor, nomine cuius gerit, & omnis denique administrator, vt scribit. Cor. cons. 27. lib.2. & hoc theoremate decidi potest
E illa dubitatio, quam ante inter ancipites possessiones posuimus, de marito qui vxori prædium donauit in contrahendo matrimonio, deinde possedit rem donatam, incertum quo nomine, an suo, an donatariæ. Nam cùm ipse legalis sit bonorum vxoris administrator ex moribus, ideóque fructibus bonorū eius fruatur, cuius pudoris est vxorem pellexisse ad matrimonium veluti auem illice, deinde clusisse, & cum ex officio, & charitate vxoris rem vxoriam non minùs quàm suam tueri deberet, astutè dissimulasse possessionis appræhensionem, iure & vsu eius ad quam res spectabat suo ipsius consensu, facto & promissione,
F & litem maluisse transmittere ad hęredes, quam iure, & debito finire. Cum præsertim coniugalis verecundiæ non sit, vxorem viro dicam impingere, & recusantem in ius vocare, cùm & mulieris persona, & actiones omnes in viri potestate sint. Cur si rei incertæ possessiones sunt, non potius placet eas à præcedenti titulo determinari, quod faciendum ante ex regulis demonstrauimus? Quin igitur potius ex promisso bona fide, contractu, presertim tam fauorabili antecedente præsumitur possedisse, quam vt fraudator, interuersor, & compilator alieni iuris? & hoc

ipsum

ipsum Iustinianus lege antiqua improbauit, quod mariti decipiendo vxores suas faciebant donationes insinuare autem eas actis interuenientibus supersedebant, vt infectæ manerent, quod ipsum correxit l. cùm multæ. C. de donationibus ante nupt. Quare etsi traditio realis ex donatione matrimonij causa facta, non probatur, censeo nihilominus eos actus, quos maritus postea exercet, iure & nomine vxorio exercitos videri, & possessionem pro tradita haberi debere. Baldus expresè. l.1. Cod. de donat. ante nuptias, vxorémque in possessione soluto matrimonio tuendam, contra mariti hæredes, siquidem nihil contra donationis validitatem proponitur, quod incontinẽti probari possit. Hoc genere eadémque regula constitui potest illa dubitatio, cùm quis vsufructu retento
18 actus possessorios exercuit: Nam nomine acquirentis fecisse eos intelligendus est, & actus illi precedenti titulo determinandi sunt, de quo tamen sæpè magnas tragœdias excitari vidimus, cùm hæredes donatoris defendi se in possessione debere ex hæreditatis causa, & iure saisiti contenderent, etsi Molinæus pro his iudicandum putat si traditio realis non probatur, in tractat. de donat. inoffic. numer. 66. Similis casus in patre qui rem filij nomine emerit, & postea possedit: Nam filij nomine possedisse intelligẽdus est, non sibi, quo casu, filio acquiritur, vt in aduenticiis, & ab ipso patre negotio gesto: quod sæpè in retractu fieri solet. Et quod procurator præcedente mãdato emerit, speciali quidem, nec longo post mandatum temporis interuallo, nomine mandatis emisse intelligendus est l. qui in aliena. §. si is qui putat. D. de acquired. hæred. Alex. & alij d. §. nunciatio. Imol. Raph. Alex. Rom. Ias. l. post dotem. D. solut. mat.

19 Excipitur & alius casus, cùm qualitas procuratoris, mariti, administratoris expressa est: Nam actus in ea qualitate factus præsumitur, l. cum post §.1. D. de administ. tut. Doct. d. §. nunciatio, & d. l. post. dotem, præcipuè Ias. quod tamen preter omnium dicta intelligo, nisi qualitas honoris causa addita esset. Itaque quod Episcopus, Abbas rector fuerit stipulatus, non protinus ad subsequentem Abbatem, aut Episcopum pertinebit, quia honoris causa hi tituli sæpius adiiciũtur, nisi etiam successoribus suis in eadem qualitate stipuletur, aut de re ad dignitatem, aut beneficium spectante. Ergo hæredis qualitas adiecta stipulationem in ea qualitate factam probabit.

20 Idem existimandum, & si sine expresione qualitas actus alterius negotium respicit, nec agentem priuato nomine posset respicere. d. l. qui seruum. §. idem in eo. D. de interrogat. act. Bart. d. l. post mortem, & quæ nos d. art. 96. & d. quæst. 7. in partag. &
21 Alciat. lib. præsumpt. 23. & 24. præsumpt. Quod si vtrumque posset ex æquo respicere communi nomine facta stipulatio intelligeretur, de re quidem communi, ideóque & pupillo queritur etiam sine expressione qualitatis, vt Bart. dixit, l. filiæ. D. de solut. Sed id speciali iure.

Hæc vero omnia intelligi volumus, & verò necesse est, cùm de præsumptionibus pugnãtibus discrimen discernitur, & quæ quam vincere debeat, aut possit. Nam si perspicuè intentio agentium probari posset, frustrà de præsumptionibus pugnaretur, quæ non magis contra veritatem probatam possunt subsistere, quam lucernæ aduersus solem. Ergo si vllo de prædictis casibus Procurator, administrator, mandatarius, de quamlibet alienis, & suæ curæ permissis, suo nomine contraxerit, siue tutor, siue maritus sibi contraxisse omnino iudicandus erit. Nam superiores casus de dubiis inquirũt, & statuunt, cæterum in certis non est locus coniecturis. Cuius rei vehemens est probatio, cùm actus qui gestus proponitur, non potest rei alienæ Procuratori aut administratori conuenire, veluti alienatio, pignoratio, homagium in vsufructuario, grandium arborum cæsio, dietarum mutatio in ædibus, aut rei ipsius consumptio, cùm vsusfructus diffiniatur, ius alienis rebus fruendi, salua rerum substantia, l.1. D. de vsufr. Itaque si tales actus occurrant, necessariò iudicandi sunt proprio agentis nomine facti, quia nullius administrator tales gerere potest, necesse est igitur proprio gerentis nomine factos videri, qui non conueniunt alij. Ideóque si Procurator iussus alteri acquirere, sibi stipulatus sit, dominium ipsi stipulanti non mandãti quæritur, l. res ex mandato. D. de acq. rer. dominio, l. pignori vbi Angel. & Imol. D. de vsucap. Bart. l. qui mihi. D. de donat. etsi mandati actio est mandanti aduersus Procuratorem, vt actiones cedat, & stellionatus puniatur, vt fraudator, aut interuersor. Neque enim de coniecturis agendum, cùm res patet & verba actum exprimunt. Cùm dubitatur colligendæ sunt ex facto coniecturæ & opinationes: vt in illa famigerata controuersia Tãcaruillana, cùm maritus amplissima prætoria vxori donasset, eo mortuo, demum & vxore, vnica vtrique filia successerat, qua & ipsa extincta, qui 22
paternorum heredes erant, contendebant ad se ea quæ donata dicebãtur pertinere, cùm ex aduerso maternorum heredes contenderent, status controuersiæ in eo, an iure paternorum, an vero maternorum, vt ex donatione possedisset filia, de cuius successione agebatur. Res coniecturis, & probationibus illustrãda, quæ defunctæ voluntas fuisset, cùm agentis, & patientis facta esset confusio, & vtrouis iure defuncta tenere potuisset, si libuisset. Sed an, & quo voluisset dubitatio. Res momẽtosa, magni litis auctores, Longeuillanus & Lauallus ex aduerso heredes. Præiudicio, mox pleno possessorio pro reo, id est, Longeuillano paternorum herede pronunciatum. De dominio res adhuc pendet apud Parisiensem Curiam, & multa hîc dici possunt, quæ circunstantiæ suggerunt, sed huius loci non sunt.

Atque hæ ferè regulæ retinendæ sunt ad discriminationem actuum possessoriorum, quorum indeterminatus vsus est, nisi ab his diiudicatio petatur, vti diximus, & perturbare iudicia quamlibet doctorum hominum possunt, nisi subsidia à talibus petantur.

Et de ancipitibus & ambiguis possessionibus hactenus.

DE POSSESSIONIBVS IN PERSONIS ACQVIRENTIVM.

Cap. 6.

1 *Possess. ciuiles artificiales exclusa foro in approprimentis.*
2 *Exempla omnifariam possessionum ciuilium.*
3 *Acquisitio dominij non protinus præsupponit possessionem.*
4 *Dos non redit ad mulierem sine noua apprehensione.*
5 *Vsusfructus retentio poss. transfert, non econtra.*
Annullatio contractis annullatur possessio. ibid.
6 *Clauium traditio.*
7 *Per aspectum.*
8 *Constituti possessio.*
Traditio instrumentorum.
9 *Custodis appositio.*

1 Hactenus earum possessionum explicatione defuncti sumus, quæ in personis auctorum exiguntur, hoc est, de extremo à quo ad tribuendas appropriandi causas ex forma approprimenti edictalis, veluti ab instrumento agente. Nunc superest, vt de his disseramus, quæ ex personis acquirentium exiguntur, quæ pars est altera veteris pronunciati, de quo ante sumus loquuti (*qu'il faut auoir tiltre & possession de saisy à saisy.*) Hæc illa particula est, quæ dicitur *à saisy*, quod mirum est hoc loco non esse ab reformatoribus expressum, cùm ea esset iuris certissima regula, & in foro notissimum assumptum, veluti ea, quæ in disciplinarum præceptionibus dicuntur, postulata, nisi si tamen illi videri cuiquam possunt, id per æquipollens expressisse articulo sequenti, verbis, *& il tienne & possede notoirement*, nam eo loco de acquirente loquitur textus. Quæ tractatio cum magnam materiam suggerat, vt ordine percipiatur, digerenda nobis erit in suas sedes. Quales esse possessiones debeant in personis acquirentium ad perficienda ex moribus approprimenta. Quod sit instrumentum, aut actus idoneus ad transferendum. Quæ personæ transferre possint. Quæ item accipere & appræhendere queant. Quæ res tradi aut appræhendi. Demum quomodo tradi debeat. Quo tempore traditio exigatur. Quæ discussio materiam planè coniunctam habet cum superiori, quæ est de possessionibus auctorum, nisi quod vberior hæc est, in qua plus dubitationis offertur.

Primum igitur cum de possessionibus in personis acquirentium disserimus, repeti volumus quod ante diximus, reales, corporales, & facti esse oportere, per actus visibiles, & sensibiles, notorios, & conspicuos. Id semel pronunciatum excludit eas omnes, quæ ciuiles, ab aliis ciuilissimæ, meo iudicio, ab Baldo apto nomine artificiales appellantur: hoc est, quæ præter naturam à iure ciuili ex arte sunt repertæ, & ab eo suam potestatem habent, cùm natura nihil tale induxerit: vt scilicet, possessio quæ verè tradita non est, pro tradita fictione iuris habeatur, cùm tamen nec accepta, nec appræhensa, nec oculis visa, neque contactu, nec vllo de sensibus humanis percepta sit. Sed animo solo concepta, cuiusmodi possessiones plurimum iuris habere dicuntur, quia sola iuris potestate transferũtur, cùm quæ naturæ sunt solo facto appræhendantur, si animus est appræhendendi. Finis verò, & intentio Consuetudinis fuit, cùm tales exigeret, ne ignoratione clanculariarum possessionum rerum Domini, aut quorum interest incauti iuribus suis caderentur, quin potius per notorios actus excitarentur ad rerum suarum persecutionem, qui scopus est iuris nostri. Ergo eas dispositiones reiicimus, hoc quidem vsu, quæ iure ciuili dominium sine possessio- 2
nis apprehensione transferre dicuntur, vt quod rei legatæ in legatarium, l. si partem. §. si per fundum. D. quemad. seruit. amitt. l. à Titio. D. de furt.

Et bonorum possessionem, quæ dominium tantum quæ in bonis sunt transfert, l. 1. D. de bonor. poss.

Et cùm restituta hereditas fideicommissario dominium rerum transfert, citra possessionem l. facta in princip. D. ad Trebel.

Sed & hereditatis aditio idem præstat d. l. cum hæredes glos. d. l. facta.

Sed & cùm res Ecclesiis donantur, aut alienantur, idem accidit, l. vlt. C. de Sacros. Eccles.

Sed & cùm in possessionem ex primo decreto missus impeditur pro possessore habetur, l. quamuis. D. de bon. auct. iud. possid. c. contingit. ext. de dol. & cont. Nam id non procedit, quoad præscriptionem. glos. reg. sine possessione in 6. & Lud. Rom. sing. 410. incip. lex quamuis.

Item & cùm sub pacto legis commissoriæ res venditur, tex. & glos. l. cõmissoriæ. C. de pact. int. empt.

Item in fundo dotali tex. & glos. l. fundum. D. de fund. dot.

Item in arrogationibus. §. arrogator. inst. de acq. per arrogat. Cepol. tit. pro dot. num. 14.

Item in addictionibus libertatum seruandarum causa. §. 1. instit. de eo cui lib. caus. bona addict. sunt.

Item in donatione, quæ sub modo alimentorum causa, l. 1. C. de donat. quæ sub modo, qui casus traduntur ab glos. l. si ager. D. de rei vend. & l. 2. D. de publicia. & d. l. fundum. D. de fund. dotal. & quos Ias. notat l. traditionibus. C. de pact.

Item in contractu societatis, l. 1. & 2. D. pro soc. Cepol. tit. pro dote. num. 15.

Nec

Nec tamen consequitur quæsito dominio possessionem protinus ex cõsequentia acquiri. Nam nihilominus opus est apprehensione corporali, ex glos. l.
3 cum duobus. §. idem respondit. D. pro socio, verb. dominium, & l. vlt. C. de Sacros. Eccles. & quos Tiraq. citat rep. l. si vnquam, verb. reuertatur, num. 338. C. de reuoc. donat. & hoc tam in legatis, quàm rebus Ecclesiæ donatis, quàm item in rebus dotalibus, quarum possessio iure non redit, ad mulierem, nisi per appræhensionem Ang. l. in rebus. C. de iur. dot. & quod l. licet. C. de acq. poss. Cepol. tit. pro dot. num. 5. & 18. Sed iure consuetudinario dominium sine possessione non quæritur.

4 Sunt vero artificialium possessionum modi, qui in iure vsitantur, vt cum vsusfructus retinetur translata proprietate, notat. l. 3. in princip. D. de acquir. poss. l. quisquis. C. de donat. & l. si quis argentum. §. sed & si quis. C. eod. tit. Sed verò non putant contrario casu idem effici, cùm scilicet vsusfructus transfertur proprietate retenta, quod notat. Alex. d. l. 3. in principio num. 14. ex Bald. c. 1. tit. quid sit inuest. Sed & id fallere putant, si contractus est inutilis, quia eadem opera resoluatur talis possessio, qua & titulus, scilicet annulato contractu, in quo retentio vsusfructus facta est, quos auctores prolixè congerunt, in l. 1. §. si vir vxori. D. de acquir. poss. & Tiraq. in constituto, tertia parte limitat. 7. num. 16. Angel. d. l. licet.

5 Sed & eadem effici putant clauium traditione, si res in præsenti est l. clauibus. D. de contrah. empt. de cuius possessionis vi & forma multa Bart. Alex. Aret. Imol. Ias. l. 1. in princip. D. de acq. poss. vbi & Raph. Socin. Ripa. Lud. Rom. Angel. l. licet. C. de acq. poss. Dy. d. reg. 1. in 6. & quos ibi Boer. quo loco agit, an ipsæ quoque res, quæ clauibus includuntur, traditæ videantur, de quo Ioh. Faber. & Angel. Aret. §. si quis merces, inst. de rer. diuis.

6 Sed & cùm res in præsentia est, per aspectum apprehenditur, si nemo detinet. l. 1. §. si iusserim. D. de acq. poss. Tiraq. *le mort saisit le vif.* declar. 3. partis, 5. quia concursu voluntatis eius qui possidet, secuto aspectu rerum possessio transfertur. d. §. si iusserim. l. quod meo. §. si venditórem. D. de acq. poss. Doct. d. l. 1. Alex. num. 75. & l. 3. in princip. ibid. an verò id etiam per Iudicem, & executorem fieri possit, prolixè disputat Tiraq. in constit. parte tertia limitat. 17. Nam non putant posse, nisi cum aduersarius impedit possessionis realem ingressum, de quo Bart. est sententia, Rom. Alex. Raph. Cum Aret. Ias. Ripæ. d. l. 1. in princip. Panorm. c. cum aliquibus. ext. de re iud. & quos Fely. ibid. citat.

7 Tum per constitutum l. quod meo. D. de acq. poss. & precarium, l. quædam mulier. D. de rei vend. etiam si precarij vox addita non sit ex Angel. l. 2. & l. licet C. de acq. poss. Item per traditionem instrumentorum l. 1. C. de donat. Cùm autem instrumentum dicitur de eo intelligitur, per quod de iure tradentis apparet hoc est titulus acquisitionis, non vero de instrumentis per quæ de re ipsa contrahitur, auctoritates veteres solebant appellare, vt & traditio obligationis, & schedulæ ab eo, cui obligatio contracta est, operatur cessionem, quod Bart. dixit, l. Labeo. D. de pactis. Ant. But. c. Ecclesia. ext. vt lit. pend. Alex. d. l. 3. in princip. D. de acq. poss. etiam si res absens sit cuius præsentiam malè glos. d. l. 1. & Bald. ex ea exigebat, quem rectè Cy. Saly. & Angel. d. l. 1. repræhendunt, l. licet, per l. seruum filiis. §. qui chirographum. D. de legat. 1. Dy. d. c. 1. ibid. latè Boer. apost. ibid.

8 Sed & custodem apposuisse rei, quæ propter magnitudinem aufferri nequit, & præsens est, pro pos-

A sessionis apprehensione est, l. quarumdam. §. 1. D. de acq. poss. Sed & mensuratio possessionem operatur, quod Bald. in Rub. C. de peric. & com. rei vend. tradit.

Illud quoque signasse arbores, aut gregem, aut quid 9
aliud, pro possessione est, l. quod si neque. D. de peric. & com. rei vend. Ias. l. traditionibus. C. d. pact. Alex. d. l. 3. Nam in signandis doliis aliud putat Bald. in Rub. C. de peric. & com. rei vend.

Sed & quandocumpue lege, vel Consuetudine cau- 10
tum est transferri possessionem sine actu corporali, vt ex illo pronunciato iuris nostri (*le mort saisit le vif*)
B possessio transfertur sine vllo actu corporeo, de quo operosa est tractatio Tiraq. proprij operis. Cùm & illud quoque sine dubitatione sit, quod alibi tantopere contendit probare, id fieri posse ex lege, vel statuto, de quo ille in d. tract. declar. 6. in præfat. tract. *le mort saisit*, &c. Angel. d. l. licet.

Sed & in contractu societatis possessio transfertur 11
l. 2. §. pro socio.

Item, & conduxisse ab emptore pro possessione est. l. quædam mulier. D. de rei vend. & quos alios Ias. notat. d. l. traditionibus. Bald. ibid. Ioh. Fab. §. interdum,
C inst. de rer. diuis. Ang. §. per traditionem. inst. eod. tit. glos. Abb. & alij c. 2. extr. de Consuet. De eo verò, qui rem suam conduxit, magna est pugna, de qua Molin. in feud. §. 1. glos. 5. num. 25. & deinceps.

His atque talibus casibus iure quidem ciuili trans- 12
ferri possessionem volunt, talem, tantamque, qualem, quantamque habuit, qui eam tradere intendit. Nam si non habuit, frustra agit, neque enim dare potest quod non habet, quod latè Tiraq. persequitur d. tract. const. part. 3. limit. 1. Quod & in vera quoque, & reali traditione traditur, ex qua possessio non transfertur, ab eo qui eam non habuit, quos glos. dixit, l. si à Titio.
D D. de rei vend. Tiraq. ibid. num. 13. sed in omnibus tamen quæ vsquam fingi possunt, actus aliquis corporalis requiritur ad similitudinem traditionis, qui pro traditione habeatur, quod Ang. dixit. d. l. licet. Sed ta- 13
men negant eius generis possessionibus æquiparari inuestituras, quæ fiunt re absente per ensis traditionem, bireti impositionem, & talium symbolorum interpositionem. c. ex ore ext. de his quæ fiunt à maior. part. cap. c. 2. extr. de cõstit. Alex. num. 15. & alij latè d. l. 3. D. de acq. poss. Ang. d. l. licet. dari tamem ingrediendi potestatem putant per tales actus. Alex. l. si ex stipulatione. D. de acq. poss. & d. l. 3. num. 16. Dy. reg. 1.
E iuris & quos Tiraq. in tract. *le mort saisit le vif.* in præfat. declarat. 1. ad finem. Quod ego puto nisi animo tradendæ possessionis ab dante, & accipiendi ab accipiente fierent, & res præsens esset per ea quæ supra diximus, quod Bertah. dixit in d. ver. possessio non trãsfertur, & Alex. d. l. 3. & alius in possessione non esset. Pan. d. c. cum aliquibus, & c. 2. ext. de constit. Cuius- 14
modi possessiones omnes, quas artificiales libuit appellare, & quæ artificio iuris inductæ sunt, possunt iure quidem ciuili locum habere, & vsu etiam fori inter contrahentes quidem ipsos inter se, in quos vim suam
F obtinent, & possessiones veræ transferunt, & sua potestate finguntur. Itaque qui sic possessionem tradidit ab ea obligatione liberatur, qua promisit tradere, & vt dominio translato ex vi traditionis sic factæ, actio ex empto, consumitur, & danda exinde rei vendicatio, quod Bart. Bald. Ang. Saly. Fulgos. Iacob. de S. Georgio, Ias. dixere, l. ab emprione. D. de pact. & quos fusè congerit Tiraq. in constit. parte 1. num. 7. quin & tales aiunt sufficere ad eam possessionem, quæ ad præscribendum, sed non appropriandum per bannimenta necessaria est, quod Bart. & Francisc. Balb. putant, l.

Celsus. D. de vsucap. Denique quantum ad contra- A
hentes sufficit quælibet furtiua, clandestina, ciuilis
tantum possessio, quod Bald. dixit cons. 478. incip.
Quidam Franciolus, & text. est l. si fundum. D. de
fund. dot. Sed nos tales possessiones in totum repu-
diauimus, quo ad externorum præiudicium, ne ex
his aduersus eos præscribi longissimo tempore possit,
quod longè ante sumus prosequuti in loco *du saisy*.
Cùm & plures contra superiorem sententiam tenue-
rint, tales possessiones ad præscriptiones non suffice-
re, quos Tiraq. enumerat prima parte constituti nu-
mer. 18.

Sine effectu nobis igitur sunt tales possessiones in B
approprimentorum materia, siue edictalia sint, siue
per præscriptionem longi tẽporis, multomagis, quia
quindecennio toto precario possessionem alteri per-
misisse non potest sine fraude factum videri, ad celan-
dos intercessores incautos, dissimulato tamdiu pos-
sessoris nomine. Bald. certè expressè quoad extra-
neos præsumi tales possessiones simulatas putat, l. ab
emptore, vers. quæro qualiter. C. plus valer. quod
15 ag. Hæc fori certissima obseruatio, à qua vnicus ca-
sus excipitur, si talis possessionis apprehensio non mi-
nus bannita, & promulgata sit, quàm ipse contractus, C
quod alibi diximus, quia tali casu possessio in noto-
rium transit.

16 Ex quo illud quoque consequitur easdem nume-
ro, & specie possessiones interdum iustas, interdum
etiam iniustas esse, & ad vsucapiones aliquando vale-
re, interdum nõ valere: sed id relatiuè, & diuersarum
personarum respectu, quod in interdicto quoque vti
possidetis, & possessoriis retinendæ contingit: cuius
est formula, & conceptio, quod non vi non clam, non
precario alter ab altero possidetis, ex qua intelligitur
vitiosas esse possessiones eas duntaxat, quas quis vi,
clam, vel precario ab aduersario teneat, quas ab alio D
etiam si vi, vel clam teneat, non vitiosas fore respectu
eius qui litem intendit, quod disertè, l. 1. & 2. D. vti
possid. exprimit, & in vsucapionibus, & possessionum
17 iustitia, tex. statuit, l. vlt. D. de acq. pos. Nam vitiosæ
possessiones dicuntur respectu eius, cui vitium fit,
aliorum omnium respectu iure, & ratione defendun-
tur, & proficiuntur vsucapientibus, & approprianti-
bus, ideóque dicere solemus, & iure est traditum, ta-
lia vitia vno modo purgari, cùm scilicet res in pos-
sessionem dominorũ redierit, quod ante tradidimus,
ex quo apparet vitia sola relatione ad personas eorũ, E
quos respiciunt, diiudicari, & purgari, aut nocere,
ex eorum duntaxat persona. Quod & in mala fide
quoque accidit, quæ bifrons est, & cuiuspiam re-
spectu bona dici potest, quæ respectu alterius mala
sit, provt rei alienæ scientia inest aut non inest præ-
scribenti, de quo nos suo loco differemus, & vulgatũ
est illud in iure, quod prouerbio dici solet, quod ad
te liberas ædes habeo, l. loci. §. competit. D. si seruitus
vend. & in possessionibus, l. cum à te. D. de vi, & vi
armat. & l. sequitur. §. si tu vi à me. D. de vsucap.

Sed quia hæc sedes est eius loci, in quo de quali-
tatibus possessionum in acquirentium personis disse- F
rimus, superest id, quod præcipuum, & maximi mo-
menti est resoluendum, an quod in possessionibus
auctorum tradidimus, hîc quoque iudicari debeat: vt
scilicet nihil intersit iustæ ne, an iniustæ possessiones
acquirentium sint, siue vitio personali laborent, siue
verò reali, & an ex iure patrio, & moribus proficere
tales possessiones ad approprimenta perficienda
queant.

Scitum est illud ex iure ciuili nullam præscriptio-
nem, quæ titulum requirat, id est, decennales aut vi-
cennales perfici posse, si mala fides possidentis proba-
tur: id est, alienæ rei scientia respectu eius quidem
cuius res est, authent. malefidei. C. de præsc. long.
temp. Quod multo magis Canonistæ confirmant, c.
vlt. de præscript. ext. & dicemus in loco de bona fide.
Sed cùm id dicitur, iure quidem ciuili dicitur, contra
quàm iure consuetudinario receptum sit, cùm in vni-
uersum eo loco bonæ fidei necessitatem ex tota ap-
proprimẽtorum materia sustulerimus, & suspitionem
eius eluendam docuerimus titulo, & bannimentis, ne
quisquam positiuæ malæ fidei probationem, aut posi-
tionem recipiendam vsu putaret. Sed nos hoc loco
inquirimus de ea tantum mala fide, quæ respectu
auctoris, & contrahentis dicitur, hoc est, cùm quis &
titulum habet ab Sempronio, nec vero possessionem,
bonæ fidei verò necessitatem iure ciuili indicunt ap-
præhensionis tempore, hoc est, possessionis initio,
nam ab eo progressus qualitas determinatur, quod
glos. dixit, l. 1. C. de vsucap. transfor. & latius Ias.
persequitur, l. clam possidere. D. de aq. poss. Ergo si
is qui titulum habet, ab consensu auctoris possessio-
nem nolente eo, capiat non soluto pretio, aut cùm
iustam habeat auctor contradicendi causam, malæ-
fidei possessor est, & possessio vitiosa, sed respectu sui
auctoris duntaxat. Et vero an talis emptor appropri- 18
mentum possit perficere inquirimus. Nec vna malæ-
fidei mensura est, cùm Baldus alios malæfidei posses-
sores improbos faciat, alios improbiores, quosdam
improbissimos, l. 3. C. de cõd. ex leg. & exẽpla subiicit,
cuiusmodi si qui sunt, an aduersus extraneos præscri-
bere possint diximus alibi. Hic quæritur an aduersus
auctores suos approprimenta perficere possint. Quod
dum facimus, ante differendum est, an qui possessio-
nem ex titulo ingreditur iniussu auctoris, vitio posses-
sionem habere dicatur. Recepta est iuris sententia, 19
neminem quamlibet præcedente titulo possessionem
ingredi rei venditæ posse, nisi is à quo titulus habe-
tur, possessionem tradat; aut facultatem ingrediendi
concedat, aut vero ingredi sciat, & patiatur venditor
acquirentem. l. 2. C. de acq. pos. & l. nec ex vera. C.
eod. tit. l. si ex stipulatione. l. si fundi. D. de acq. poss.
visum est enim Iurisprudẽtiæ, nec iniuria, sibi quem-
que ius non dicere de re quantumlibet sua, nec alie-
nam possessionem ingredi, cùm multæ causæ dici, &
esse posint, cur alienantis intersit rem non tradi, vel
quia pretium sua die, vel in præsens solutum non sit,
aut verò ita cõuenit, aut quia ex lege cõtractus quid-
piam receptum sit, cautúmve, quod dari, fierive ante
possessionis appræhensionem oporteret, quibus casi-
bus ratio non permittit, vt ante quisquam possessio-
nem ingrediatur, quam id præstiterit, quod ex lege
debet: Qui aliter facit prædo iudicandus, qui sensus
est. l. nemo. D. de reg. iur. Idque adeò verum putant,
vt ne in iudicati quidem executione aliter faciendum
existiment, quàm per eos quibus est commissum, l.
meminerint. C. vnd. vi & vulgò. d. l. si ex stipulatio-
ne, Bald. l. nec ex vera. Cod. de acq. poss. Sed in eo
tamen scholastici auctores valde se complicant; an
ignorante, an demum sciente auctore fieri possit, an
ignorantis vllus consensus sit, in quo illi varij sunt.
Cæterum hæc est mea de hac re sentẽtia, vt iubente,
aut patiente auctore nulla dubitatio esse possit, quin
iusta possessio sit, sic non omni casu ignorantem pro
contradicente haberi oportere. Permittit autem quis- 20
que aut expresso, aut tacito consensu. Nam inuesti-
turam (sicuti loquuntur) indidisse per ensis cinctum,
aut quod in magnis dominiis facere solent per vexil-
lorum præsentationem, aut bireti impositionem (lo-
quamur enim cum multis) non est possessionem tra-
didisse,

didisse, quod ante diximus, sed tamen satis est vt per-
missus ingressus videatur, quod Alex. notat. d. l. si ex
stipulatione, & l.3. D. eod.tit. de acq. poss. Bald. d.l.
22 traditionibus. Item & cùm hæc verba contractui in-
dita sunt, cùm res abesset, dedit, tradidit, assignauit;
& quod vulgò notant l. prædia & Ias. d.l. si ex stipu-
latione. d. tit. Idem cùm venditor confitetur se alio
nomine tenere, etiam si expressum constitutum non
sit, quod ait Alex. d.l. si ex stipulatione, per glos. l.
hoc si res. D. de rei vend. Nam quin ea potestas dari
possit emptori ex cõtractu, nemo dubitat. l. credito-
res.C. de pigno. Sed & simplex patiẽtia idem præstat.
d.l.2.C. de acq. poss. His modis qui per se erit posses- B
sionem adeptus vitium facere non putant possessio-
23 ni. Sed cùm ignorãtia ponitur, hic pugna: Nam igno-
rantem, absolutè pro cõtradicente haberi putãt Bart.
Alex. Ias. d. l. si ex stipulatione, contra Ray. Raph.
Cum. Castr. Ang. Imol. & Saly. d.l.2. ita demum cõ-
tradici iudicant, si pretium solutum non est. At mihi
neutra sententia feriisse medium videtur, nec simpli-
citer omnem, qui ignoret, pro contradicente haben-
dum, nec semper soluto pretio videri permissum. Sed
id totum non à contradictione, aut contradicentis li-
bidine, sed à contradicendi causis metiendũ, vt neque C
ignorantia vitiosam possessionem faciat, si contradi-
cendi iusta causa nulla est, & titulus præcedit ab eo-
dem auctore qui reluctatur, cùm tradere tamen te-
neatur, neque qui pretium soluit in ea causa semper
sit, vt ingredi debeat; cùm præter pretij petitionem
multæ sæpe causæ dici, & esse possint, cur auctor pos-
sessione cedere non debeat, veluti si in cõtractu con-
uenerit, ne nisi ex die certa possessio appræhendi pos-
set, vel si quid præterea ex lege alienationis dari, fieri-
ve cautum sit; quod ante dari, fieríve cõueniat, quam
possessio transferatur. Est enim non soluti pretij causa
iusta contradicendi, sed non sola. Nam si fides habita D
sit de pretio, apprehendisse sine vitio est. §. venditæ
24 inst.de rer. diuis. Id ni factum sit non solum, cùm pre-
tium solutum non est sed quandiu quidquam vendi-
tori abest, rectè recusat vendita possessione cedere, in-
demnem enim per omnia præstari venditorem opor-
tet. l. diligenter. §.1.D. mandat. Igitur pro contradi-
cente habendus est, qui ignorat, si quidem causam ha-
bet aliquam, & indemnis non est; pro contradicente
haberi non debet, qui contradicendi causam nullam
habet, nec aliud causatur, quàm quia nolit. l. 2. §. vlt.
D. sol. matr. cum similibus. Nam quæ frons eius est, E
qui cùm lege contractus, & ex promisso tradere te-
neatur, nec eam necessitatẽ possit effugere; quod no-
tant. l.1. D. de empt. act. & quos Ias. allegat d.l. si ex
stipulatione, recusat tamen, si & possessionis appræ-
hensionem incusat, nec aliam causam habet, quã quia
sic nolui? quã iniquum ex tali arbitrio, & iniuria vo-
luntatis pendere executionem cõtractus, in qua tota
eius vis est, cùm interim ipse apud se habeat, quæ dari
24 oportuit ex contractu. Quis hic iudex faueat tam ini-
quæ voluntati? Itaque si modo vis non fit in appræ-
hendenda possessione, tuendũ omnino eum qui quo-
quomodo eam adeptus est, puto, si modo vis non est F
facta, & pretium soluit, ex lege præstitit cætera, iusta
igitur possessio eius est, cùm ex præcedente titulo ha-
beatur, quod glos. dicit. l. quædam mulier. D. de rei
vend. Bart. l. Celsus. num.16. & Ang. ibid. Bar. l. cùm
solus. D. de vsucap. & l. eum qui. D. de publicia. Al-
25 ciat. d. præsumpt.23. Alia ratio, & causa est eius, qui
pretium non soluit, cùm ex cõtractu solui cõuenisset,
& verò etiam si nihil expressum sit: quia ea lex subin-
telligitur, vt præsenti die soluatur; quod glos. ait.d.§.
venditæ. inst. de rer. diuis. verbo fidem emptoris. Imò,

A & si tradita sit, in quo quidem contradicunt, vt glos.
d.l. diligẽter, & Petrus de Ferrar. in practica in forma
positionum actoris. Sed Ioan.Fab. d. §. venditæ ait,
Doctores contrarium solere tenere, nec per traditio-
nem videri fidem esse habitam de pretio, quia traditio
magis facta videatur ad acquirẽdam ex vendito actio-
nem, quæ ante venditori non competat. l. Iulianus. §.
offerri. D. de act. empt. Sed tamen sunt qui contra pu-
tant, & traditione videri fidem habitam de pretio, nisi
protestatio interposita sit. glos. & Salyc. l. quod ven-
didi. D. de cont. emp. l. procuratoris. §. planè. verb.
vendicare. D. de tribut. act. Cy. Bart. l. inciuile. C. de
rei vẽd. Bald. & Angel. l. si non donationis. C. de cont.
empt. Ioan. Fab. §. sed istæ num.18. inst. de rer. diuis.
Alex. cons.86. lib.6. Curtius senior cons.22. Sed re-
gulariter pretio non soluto dominium non transit in
acquirentem, & directa vendicatio datur in rem. d.§.
venditæ & l. procurator. §. sed etsi dedi mercem. D.
de tribut. actio. & alteri vendi potest. l. quoties. C. de
rei vẽd. & sine periculo pœnæ stellionatus, quod Bald.
Saly. Ias. tradũt. d. l. quoties. Alex. Imo. l. à Diuo Pio.
§. si post. D. de re iu. Sed si fides de pretio habita sit
tacitè, aut expressè, vt quia rem abduci vẽditor passus
est, aut aliquandiu in possessione esse rei immobilis
emptorem citra reclamationem, quod Ang. ait. d. §.
venditæ, tum non vẽdicatio, sed actio ex vẽdito com-
petit, dominio scilicet translato, quod tex. ait. l. qui
ea lege. C. de act. empt. Bal. d.l. nec ex vera. Proinde
pretij non soluti non tam inexpiabilis noxa est, quin
celeri satisfactione emptor pẽsare possit, quod minus
præstitit & vendicationem impedire, quod glos. dixit
verb dato, d. §. venditæ & l. diligenter. §.1. D. mandat. 26
l. eáque. l. etsi debitor. D. de precar. celerem autẽ sa-
tisfactionem intelligo, ante litem vendicationis mo-
tam, vel antequam venditor alteri vẽdiderit, aut obli-
gauerit. Nam post id, non puto moram purgari posse,
re scilicet non integra. Id etiam addemus, quod in
vẽditionibus statuimus frequẽtioris vsus causa, idem
in omnibus cõtractibus dominij translatiuis intelligi,
vt non ante possessionem appræhendere liceat, quam
præstito: quod conuenit ab acquirente dari, fieríve,
quod Bal. & Saly. dixerunt d. l. traditionibus. C. de
pact. Bald. d.l. nec ex vera.

Sed antequam manum tollamus de tabula, & de 27
vitiis possessionum in personis acquirentium disseri-
mus, tractanda est affinis superioribus quæstio, an sci-
licet, qui titulum ab vno aliquo cõsequutus est, possit
ab alio possessionem nancisci, quæ ad præscriptionis,
& appropriamẽti effectum valere possit. Hîc igitur agi-
mus de his possessionibus, quæ respectu extraneorum
vitiosæ sunt, cùm ante de vitiosis respectu contrahen-
tium dixerimus. Primùm igitur de his possessionibus
non loquimur, quæ ab vno de volũtate alterius, id est,
ipsius alienantis tradũtur: Esset enim hic casus de in-
dubitabili. §. interdũ, inst. de rer. diuis. & alibi sæpe.
Sed de his intelligi volumus, quæ nolente, aut inscio
alienãte capiuntur sine vllo respectu causæ, aut tituli
præcedentis, hoc est, in quibus Sempronius titulum
tribuit, Andronicus tradit, sed nõ ex causa tituli Sem-
proniani, vel si nolẽte etiam Andronico acquirẽs eam
cœperit, in quo regula constituitur, cùm accidit, vt
titulus à Sempronio habeatur, possessio ab Andro-
nico, nõ posse vsucapionem procedere, quia possessio
capta non sit, ex vi, & consequentia tituli, quia An-
dronicus Sempronium nõ agnoscebat vt Dominum,
atque hic casus nullam ferè habet dubitationẽ, quod
Bar. Imol. Ang. & alij tradũt, l. cùm solus. D. de vsu-
cap. Quoniam cùm possessio ad vsucapiendi effectum 28
necessariam habere debeat relationem ad præcedẽtem

titulum, hoc caſu contrarium accidere apparet, cùm
diuerſitas proponatur cauſarum, & perſonarũ, in eo
qui titulum tribuit, & eo qui poſſeſſionem transfert.
Vnde accidit ſeparari poſſeſſionem à poſſidẽdi cauſa,
id eſt, titulo, ne altera alterius ſubſidio, & iure valere,
aut inniti poſſit. Ita fit vt poſſeſſio ſi quæ apud aucto-
rem fuit, iungi non poſſit hoc caſu, cùm ea quam ac-
quirens ab alio nactus eſt, nec acceſſio vnius ad alte-
ram fieri, quia acceſſio poſſeſſionis nunquam datur,
niſi ab eo habeas cauſam qui poſſedit, ſi aliũde habes
non poſſis vtramque iungere, quod Bart. Alex. & cæ-
29 teri notant. l. Pomponius. §. cùm quis. D. de acq. poſſ.
& nos in loco de acceſſionibus poſſeſſionũ trademus.
Ergo qui titulum habet ab vno, iungere non poterit
poſſeſſionem, quam habet ab alio ex diuerſa cauſa.
Ideóque fit interruptio propter medium inhabile, ve-
luti in his quæ ferruminationem nõ recipiũt, propter
materiæ diſſimilitudinem. Itaque coaleſcere materia
nequit, non magis, quàm in inſitionibus arbores, quæ
cortice ſunt diſſimili, quod agricolæ præcipiunt. Hæc
recepta ſententia. Bart. l. cum qui. §. vlt. D. de publi-
cian. quæ tamen perplexè tradunt. Ang. Saly. l. ſuper
30 lõgi. C. de præſcript. lõg. temp. Bart. Ang. Caſt. Imol.
Alber. d. l. cùm ſolus Balb. l. Celſus. D. de vſucap. An-
gel. l. qui bona. §. 1. D. de acq. poſſ. Quod ſi quis titu-
lum ab quopiam habeat, poſſeſſionem à ſeipſo, vt quia
vacantem appræhenderit, etſi vitioſa ſit, tamen valere
ad vſucapionem Ang. putat. d. l. cum ſolus in fine, quo
loco loquitur eo caſu quo poſſeſſio anteceſſerit, nam
ſequuto titulo mutari poſſeſſionis cauſam accidit, ex
nulla in iuſtam cauſam: quod ibid. Bart. & Raph. Cu-
man. tradunt, atque ea hactenus, cùm de traditione
conſtat, à quo ſcilicet facta ſit. Nam ſi dubitatur, in
dubio referenda eſt ad titulum præcedẽtem poſſeſſio-
nis ſubſequutæ cauſa, ex notatis in l. quædam mulier.
D. de rei vendic. & quæ diximus ſupra, ſiue ab eodem
auctore traditio facta proponatur, ſiue ab alio, quia
per titulum poteſtas data videtur acquirẽti, poſſeſſio-
nem à quocunque accipiendi. Hæc Bart Raph. Cum.
31 prolixiùs d. l. cum ſolus. Ang. d. l, ſuper lõgi. Supereſt
caſus alius, an poſſeſſio ſemper titulum ſubſequi de-
beat, an etiam præcedere poſſit ad effectũ vſucapiendi,
& appropriandi. Nam quin ſubſequi poſſit, nulla fere
dubitatio, cum hic ordo rerum ſit, & naturæ, ſi modo
ex eodem titulo ſubſequatur traditio. An præcedere
poſſit poſſeſſio, maior cauſa dubitãdi. quo tamen caſu
procedere vſucapionem conſentiunt. Bart. Imol. Alb.
Ang. Cuma. dicta. l. cum ſolus. Hoc enim caſu mutari
poſſeſsionis cauſam propter titulũ extrinſecus ſuper-
uenientem, & deſinere priorem poſſeſsionem, & inci-
pere ſecundam ex ſuperueniente titulo, ex regula. d. l.
cùm nemo, etſi diuerſum quiddã tradere videtur. Sa-
ly. ex glo. l. ſi & rem & pretium. D. de petit. hæred.
eóque factum eorũ reprehendit, qui cùm cauſam poſ-
ſidendi nullam habeant, procurant ſibi fieri titulos
affectatos ad cauſandas præſcriptiones. Sed tamen cõ-
ſenſu aliorum Saly. ſententia vincitur, vt hoc quoque
caſu, id eſt, antecedente poſſeſſione titulum vſucapio
procedere poſsit, niſi quidem in beneficialibus in qui-
bus poſſeſſionem anteuertiſſe titulum, intruſio eſt, &
32 vicium immedicabile. Hæc ferè recepta ſententia, niſi
quod de titulis putatiuis quidam à Bart. diſſentiunt,
qui ex titulo putatiuo ab vno habito, poſſeſsione ab
alio, non putat procedere vſucapionem, quam ſenten-
tiam cęteri oppugnãt ex l. 4. D. pro leg. & præſcriptio-
nem admittunt. Sed nos horum titulorum denomi-
nationem, & vſum cùm tota ſua materia pridem ex-
pulimus foro, vt rem nihili, & inanem opinationem
de rebus, quod nos ſuo loco fuſè diſſeremus.

A Hæc cùm ita poſuerimus, nunc demum venien-
dum eſt ad id, quod præcipuè inquirimus. An ſcilicet
vitia talium poſſeſsionum ſiue reſpectu auctorũ ſiue
externorũ poſsint impedire præſcriptiones. Hic mihi
attende ἀκρoαματικῶν dicturo. Nam de iure Romano
breuis eſt reſponſio, omnibus titularis quidem præ-
ſcriptionibus nocere vitia acquirẽtium, id eſt, malam
fidem (quæ rei alienæ ſcientia dicitur) reſpectu exter-
norum, de quorum iure pręſcribens, idem & acquirẽs
non ignorat eo tẽpore quo poſſeſsionem ingreditur,
id enim tempus ſpectatur ad diiudicandas vitioſas aut
legitimas poſſeſsiones. l. 1. C. de vſucap. transfor. &
B notant vulgo. l. naturaliter. D. de vſucap. Quoad 34
auctorem vero patientia eius omnia vitia acquirentis,
ſiue clandeſtinitatis, ſiue alia purgat ex conſenſu in-
terpretatiuo, ſi toto præſcriptionis tempore acquirẽ-
tem in poſſeſsionem eſſe auctor paſſus ſit, quod nos
ante annotauimus ex l. minus inſtructus. C. de acq.
poſſ. Sed iure conſuetudinario vitia hæc omnia, quæ
poſſeſsiones reſpiciunt, ſiue clandeſtinitatis, ſiue vio-
lentiæ, ſiue alia quælibet realia aut perſonalia, ſiue
reſpectu auctorum, ſiue extraneorum, bannimentis
eluuntur, & detergũtur, ita vt alia omnia ſi bannimẽ-
C tis & certificationi non eſt interceſſum ab his quibus
vitium fit, & quos id reſpicit, tranſeant in conſenſum
præſumptum, & ineuitabilem, & approprimenta re-
ualeſcant, quod in protheoria fuſiùs diſſeruimus, &
ſæpe alibi. Tanta vis eſt approprimentorum, quæ ex
bannimentis cõficiuntur. Quare grandi operæ pretio
fori, aduocationiſque noſtræ totius, tradita hæc altè
memoria recondi debere cenſeo, non de vulgari iu-
riſprudentia annotata, nec tot iam annos in foro per
experimenta verſanti, cum imperio, & illuſtris Ma-
giſtratus poteſtate, videre contigit, iſta, qui ex fonti-
bus, & ſuis cauſis deduceret, cùm ſic fieri, & vſurpari
D periti fori homines non ignorarent, cauſas ſicut non
recolerent. Atque hæc quidem in approprimentis
edictalibus. Sed de appropriãdi ſpecie altera, per præ-
ſcriptionem maior poteſt eſſe dubitatio, propterea
quod ſolo lapſu tẽporis, & poſſeſsione ex titulo per-
ficiuntur, nec bannimenta vſurpant, quibus ea vis tri-
buitur de qua ante diximus. Quare ab legalibus præ-
ſcriptionibus hæc poſterior appropriandi formula,
non putatur multùm differre, in quibus iſta poſſeſsio-
num vitia ſuam vim obtinent. Sed ea dubitatio pẽdet
ab ea quæſtione, An in præſcriptionibus conſuetudi-
E nariis bona fides, vt in legalibus exigatur, quod nos
propria ſede cumulatè trademus. Nunc id tantum di-
cemus quindecennij lapſum, quod ad noſtras præ-
ſcriptiones perficiẽdas exigitur, iuſtam cauſam videri
ex patientia eius qui præſcribi patitur, vt vitia iſta
omnia purgari videantur, & præſcriptio perficiatur.
Sub hoc eodem pręedicamento, de qualitatibus poſ-
ſeſsionum in acquirentibus, incidit illa quoque dubi-
tatio, an illa poſſeſsio quam neceſſariam acquirẽtibus
diximus, & ſine qua nulla præſcriptio perficitur. l. ſine
poſſeſsione. D. de vſucap. & reg. ſine poſſeſsione ex.
vacua eſſe debeat, cùm traditur, an ne etiam, ex non
F vacua, pręſcriptio, aut approprimentum procedat, an
ne nullus effectus ſit poſſeſsionis non vacuæ, aut in
præſcribẽdo, aut dominio acquirendo, ac poterat iſta
quæſtio magnam habere dubitationem ni ante magni
auctores viam nobis aperuiſſent ad eam conſtituen-
dam, & difiniendam. Vacuam poſſeſsionem dicunt,
quæ à nemine ſit occupata, aut detẽta, hoc eſt, quam
nemo teneat, aut retineat, ciuiliter, aut naturaliter. l.
2. §. vacuam. D. de act. empt. nec aſſentior Ang. qui
vacuam eſſe putat etiam, quam alius de facto occupet,
ſi modo ius tradentis potentius ſit, quod ille dixit. l. in

conuen-

conuentionali. §. si me in vacuam. D. de verb. oblig. A
quia vacuam tam de iure, quàm de facto intelligimus,
in promissione vacuæ possessionis tradendæ, cùm ne
illa quidem vacua dici debeat, in qua alius insideat rei
seruandæ causa, etsi possessor non sit, & in possessione
duntaxat sit. l. si quis ante. D. de acq. poss. talis vacua
non est. l. 2. & 3. D. de act. empt. glos. l. vlt. C. vn. vi.
glos. Saly. Bart. Ang. Cast. Bald. Alb. l. cùm res. C. de
probat. glos. l. si fundum. D. de fund. dotal. Ang. &
Alex. l. si fundi. D. de acq. poss. Nam cùm alius rem
occupat, tametsi nullo iure facit, & de facto tantum
facit, tamen qui hoc modo occupatam tradit, non
dicitur satisfacere promissioni de possessione vacua
conceptæ, nec actioni ex empto in qua ex natura con-
tractus venit vacuam possessionem tradi. d. l. 2. & in
glos. verb. intelligitur, & l. emptorem. §. 1. D. eod. tit.
l. si cum fundum. §. 1. D. de contr. empt. etsi seruitus B
imposita non facit cōmitti stipulationem, possessio-
nem vacuam tradi, quia propter seruitutem non mi-
nùs vacua sit: quod Bart. ait. d. l. 3. & l. in cuius. §. fun-
36 do. D. de legat. 2. Ang. & Alex. d. l. in conuentionali,
& si libera non sit: quod Aret. Butr. Panor. & Fely.
notant. c. cum Ioannes. ext. de fid. instr. tamen vacua
non est, quam alius quomodocumque occupat, siue
facto, siue iure, quare vtrūque, & liberam, & vacuam
tradi coniunctim, prudenter apponere notarij solent
in concipiendis clausulis venditionum, docti vsu, &
controuersiis, vacua verò est quam procurator, aut
colonus deseruit, aut ea quæ hæredem expectat, iure
quidem ciuili. l. cum hæredes. D. de acq. poss. etsi ex
moribus alio iure vtimur, propter transmissionem ex
iure, *le mort saisit le vif*, vel cùm Dominus abest: hos
tres casus cōiunxit tex. §. quod autem, inst. de vsucap. C
qui vacuam ab absentia, desertione & negligentia pos-
sessoris examplificat.

37 Duplex inde dubitationis caput, An vacua posses-
sio, ad dominij acquisitionē proficere possit, an item
ad præscribendi effectum, quando hæc non eadem
omnino ratione queruntur. Et recepta est sentētia ad
dominij acquisitionem nō requiri vacuam tradi, imò
si tradens Dominus sit, dominium ex titulo Domini
translatiuo, transferri etiam si alius in possessione sit,
Hoc Bart. Bal. Saly. Ang. Cast. omnes denique reci-
nunt. d. l. cùm res. C. de probat. Panor. Ant. Fely. d.
c. cùm Ioannes, Ias. l. traditionibus. C. de pact. Ne vs-
quam repugnatur. Quare fit, vt qui dare promisit, cum
non amplius teneatur, quàm vt dominium trāsferat,
quod notāt l. si rem tradi, vbi Ias. D. de verborū obli-
gat. tali possessionis translatione etiam non vacuæ, li-
beretur. l. vbi autem non apparet. §. vlt. D. de verbor.
obligat. Sed qui vacuam tradere promisit, vel vēdidit,
vacuam omnino præstare debet, propter expressio-
nem in stipulatione vacuam tradi, & naturā cōtractus
in vēditione, quod Bar. dixit. l. Celsus. num. 12. D. de
vsucap. Ias. d. l. traditionibus. glos. l. si stipulante. §. 1.
verbo stipulatus. D. de vsur. Ias. l. quod dicitur num.
14. D. de verb. obligat. etsi in stipulatione rem speci-
ficam tradi, aliud putant Bart. Imol. Cast. Alex. Ias. l.
si à substituto. §. 1. D. de legat. 1. l. si rem tradi. D. de
verbor. oblig. vbi & Ias.

Contra & in vsucapionibus, & approprimentis 38
nostris traditur, quia vacuam omni detētore possessio-
nem tradi oportet, alioqui occupata ab alio, siue de
iure, siue de facto, ad approprimēti effectum nō pro-
ficit, quod Bart. tradidit. d. l. Celsus, omnes dicta. l.
cùm res, & cùm ante dixerimus fieri coniunctionem
possessionū oportere sine vllo interuallo inter aucto-
rem, & acquirētem, vsque ad bannimēta, & certifica-
tionem, oportet talem esse possessionem, vt vēditor,
aut alius auctor vincere cōtra omnes possessorio pos-
sit, & emptori præstare eandem facultatem. l. empto-
rem. §. idem Neratius. D. de cont. empt. atque id non
potest is, qui vacuam possessionem nō apprehēdit, sed
ab alio occupatam. Quare nemo ex approprimento
edictali optimi iuris dominium consequetur, nisi qui
vacuam possessionem nactus erit bannimentorum, &
certificationis tēpore, quod idem in publiciana inten-
denda exigunt. d. l. cùm res, & l. cùm qui. §. vlt. D. de
public. quia pari iure, publicianæ ratio, & prescribēdi
facultas reguntur. In quo tamen valde notandum est,
quod quamuis in stipulationibus vacua possessio di-
catur, in qua alius sit rei seruādæ causa. d. l. 2. D. de act. 39
empt. adeo vt stipulatio committatur, tamen in præ-
scriptionibus perficiēdis talis modo occupatam esse,
non impedit prescriptionem inchoari, nec inchoatam
interrūpit talis missio, quod nos in cridis, & inquāta-
tionibus (vt loquuntur) alibi trademus, per quas pos-
sessio cuiusquam non interrumpitur, sed durat, & ad
prescriptionis perfectionem vltimo licitatori proficit;
quod valde notādum est, & ab Bart. & Imol. traditur,
d. l. Celsus, nu. 14. & l. misso. D. pro empt. scribit Bal-
bus in repet. d. l. Celsus, num. 13. per l. acquiritur. D. de
acq. rer. dom. & l. 2. D. pro hæred. Sed nos id in loco
de interruptionibus ex professo tractabimus, & valde
notari conuenit.

De traditionibus possessionum agitur sequentib. cap.

DE ACTIBVS TRANSFERENDÆ POSSESSIONIS PROPRIIS, ET TRADITIONIS EFFECTV.

Cap. 7.

1 *Traditiones ad transferendas possess. repertæ.*
2 *Traditiones fictæ, veris æquipollentes.*
3 *Artificiales, & datiuæ possessiones.*
4 *Quasi traditiones in incorporalibus.*
Possessiones incorporalium & earum tradendarum modi. ibidem.
5 *Traditio non necessaria possidenti aut tenenti rem.*
6 *Non est necessaria executio sententiæ possidenti.*
Retentio operatur translationem. ibid.
7 *Traditio necessaria in approprimentis, & dominij translationibus.*
Causa est titulus. ibid.
8 *Regula à dominis dominia, à non dominis vsucapiendi conditionem tribui.*
9 *Actio ex empto consumitur traditione.*
10 *Traditio in executionibus sententiarum necessaria.*
Bannimēta subsequi debēt possessionis traditionem. ibid.
11 *In personalibus actionibus priuilegium tribuitur ex causa, non ex tempore.*
12 *Traditio in vniuersalibus quoque necessaria, & cur.*
13 *An traditio possessionis in approprimentis probari debeat, an præsumi possit.*
Facta & accidentia extrinseca non præsumuntur.
14 *Simulata traditio an effectum habeat.*
Possessionis traditio causam non requirit. ibid.
15 *Annullata traditio ex titulo simulato.*
16 *An ex conditionali contractu possessio transferatur.*
Conditionis defectu possessio resoluitur & cōtractus. ibid.
17 *Contractus conditionalis quis dicatur.*
18 *An ex contractu conditionali vsucapio procedat, aut approprimentum.*
19 *Quid in seruitutibus.*

Argentr. in Cons. Brit.

1 Vtimur vero ad transferendas possessiones tradi-
tione. Est vero traditio actus naturæ, & corpore exer-
citus, per quem res item corporea de manu in manũ
transfertur, quod notant. l. 1. D. de acq pos. §. per C
traditionem. inst. de rer. diuis. Atque hæc est germa-
na, vera, & ab natura reperta translatio, ideóque ex
ea naturalis possessio cõficitur, per actus scilicet cor-
2 poreos, & sensibus subiectos. Repperere tamen iuris
auctores alias transferẽdarum possessionum rationes,
quibus certis quibusdam casibus vtuntur, cum illa
prior, vt naturæ, ita magis regularis sit, sed illi tamen
faciunt æquipollere paulominus artificiales, illi natu-
rali. His vero fictæ traditionis nomen indidere, quia
iuris auctoritate fingitur traditio, quæ tamen nulla
intercessit, vt in constituto, precario, instrumentorum D
traditione, & talibus, quæ quia non ab natura sed iuris
auctoritate sunt repertæ, satis conuenienter ab Baldo
artificiales sunt appellatæ, & datiuæ, de quibus, ea-
3 rúmque effectu prolixa erat tractatio And. Tiraq. in
lib. de constit. an per omnia naturali traditioni æqui-
polleant, an item verbis resoluantur, sicuti verbis ef-
fectum suum perficiunt. Sed eas omnes nos ex vsu, &
foro, cùm de personis auctorum sumus loquuti ex-
pulimus, multo magis etiam in personis acquirẽtium
reiicimus. Valeant igitur ciuili quidem iure, in suis ca-
sibus eiusmodi traditiones, nos in approprimentis
nostris reales, & actuales traditiones, & facti posses- E
siones exigimus. Sed tamen eas, quas quasi traditio-
nes appellant vsurpari foro quoque & commerciis est
vsitatum. Dicuntur vero tales quæ in his rebus vsur-
pantur, quæ propriè possideri nequeunt, veluti quæ
corpore carent, ideóque sensibus non subiiciuntur,
tangi, viderive nequeunt, vt iura & seruitutes, in-
corporalia enim talia sunt l. seruus. §. incorporales. D.
de acq. rer. dom. glos. verb. corporales. §. per tradi-
tionem inst. de rer. diuis. Nam quod incorporale est
manu appræhendi nequit: q̃ ante Quintilianus dixit,
lib. 5. cap. 10. Ideo quia loco non continentur. l. si F
fideicommissum. §. tractatum. D. de iudic. l. Caius in
princip. D. de legat. 3. l. vxorem. §. legauerat. D. de le-
gat. 3. l. cùm de lanionis. §. vlt. D. de fund. instr. §. cor-
porales inst. de reb. corpor. & incorpor. Cùm igitur
sub sensus non cadant ista, relinquitur appræhendi ea
non posse; Ideóque nec verè possideri l. 3. §. si iter. D.
de act. empt. l. sequitur. §. si viam. D. de vsucap. Sed
tamen vtilitatis causa repertum, & in his quoque pos-
sessiones esse, & translationes earum, per actus quos-
dam corporales rebus accommodatos, qui cùm vsur-
pantur, non germana, & naturalis possessio, sed tamen
quasi quædam possessio tradi, & exerceri dicitur, & formali possessioni æquipollet, quod ipsum fit, cùm per vsum rei conuenientem, & vt dicere solent appropriatum, & patientiam auctoris tales actus exercentur, veluti si in seruitutibus itur, agitur, prospicitur, seruitus itineris, actus, prospectus, possideri dicitur. In magistratibus cùm iurisdictio, & imperium exercetur, ius dicitur, pro tribunali sedetur, in obsequiis feodalibus, & clientelarum per euocationem clientum, fidei, & homagij præstationem, in præbendis Ecclesiasticis, per sessionem in choro, & capitulo electionem, per interessentiam (vt loquuntur) & suffragium, vt cuiusque rei finis est, de quibus multa Innoc. c. in litteris ext. de caus. poss. & propriet. Alex. l. 1. in princip. num. 43. & l. 3. in princip. num. 25. D. de acq. poss. Angel. & alij l. licet. Cod. de acq. poss. omnium latissimè Anchar. c. sine possessione, de reg. iur. in 6. tradidere. Canonist. c. præsentium de testib. in 6. In quibus omnium vera, & corporalis possessio non est, sed tamen cessio, & patientia pro traditione est, quod prolixè Tiraq. exequitur in retract. §. 1. glos. 7. num. 12. & §. 6. glos. 1. numer. 9. & semper aliquis actus corporalis in his vsitatur, qui quasi traditionis loco est, & veræ traditioni æquipollet, quod rectè Ang. dixit. d. l. licet. Quare non est simpliciter vera Baldi sententia, qui putat in incorporalibus, possessionem necessariam non esse l. traditionibus. C. de pactis & l. 1. C. communia vtriusque iud. nisi etiam patientiam addideris, quod rectè Rom. addi oportere scripsit l. Pomponius. §. si iussu. D. de acq. poss. aut cessionem l. si ego. D. de publicia. Bart. l. quoties. D. de seruit. Bald. l. per diuersas. C. mandat.

Sed & alterius generis quasi traditionem appellant, cùm is cui res tradi expetitur, rem apud se habet, & ab alienante permittitur, vt iam inde acquirens, & idem detentor eam suo iure habeat, quo casu possessionis causam sibi possessor mutat, sed fieri iure potest, cùm mutandi legitima causa sit, quæ cùm intercedat ex titulo, prioris possessionis causa extinguitur, & noua causa, noua item possessio inchoatur, quæ cum priori coniungi potest, si opus sit, modo, vt aiunt, alienans non ignorauerit rem ab acquirente detineri: veluti si deposita, aut commodata est, & verò rarum est vt ignorare possit. Quod cùm accidit, & possessio est apud acquirentem, eadem hora, & momento possessionis ius, & dominium transit, licet ordine intellectus, titulus præcedat. Aret. l. si aliquam rem, num. 3. D. de acq. poss. ita vt approprimentum edictale, aut diuturni temporis ex tali titulo, & posses-

possessione confici possit. l. qua ratione. §. interdum. A
D. de acq. pos. l. si seruus. l. 3. §. si rem. eod. tit. l. si rem. D. de euictio. l. siue autem. D. de publicia. l. quædam mulier. D. de rei vend. §. interdum inst. de rer. di-
6 uis. Bald. Saly. Ias. l. traditionibus. C. de pact. Bart. l. si finita. §. Iulianus. D. de dam. infect. Bart. fusè l. certi condictio D. si cert. petat. Quo fit, vt in rebus iudicatis, cùm pro possessore reo pronunciatur, necessaria possessionis traditio non sit, nec dominium transferri dicatur. l. exceptio. D. de except. rei iud. & quæ communiter tractatur, d. l. Pomponius. §. si iussu. D. de acq. poss. vt nec in transactionibus quidem, in quibus dimisio rei apud detinentem operatur dominij translationem, quod Bald. & Ias. tradidere, in l. debitori. C. de pact. & vulgata turba l. si pro fundo. C. de transact. & quos Tiaq. §. 1. glos. 14. num. 65. in retract. & nos inf. in titulo pro transacto. B

Proinde huic traditioni possessionis per retentionem, addunt limitationem, vt ita demum retentio traditionem operetur, si venditor, & alienator quilibet sciebat rem esse apud retinentem, per glos. l. hoc si res, vbi Ang. D. de rei vend. Bart. l. cùm solus. & l.
7 Celsus. D. de vsucap. & si vix est, vt casus ignorantiæ dici possit, cùm patientia implicet scientiam: de quo C disserit Tiraquel. in lib. constituti parte 2. limitat. 12. Aret. l. si aliquam rem. D. de acq. poss. num. 2. ad fin.

Quamobrem relinquitur in dominij translationibus ex contractu, & appropriandi effectum necessariam esse traditionem, nec aliter dominium transferri. Hæc regula l. traditionibus. C. de pact. & d. §. per traditionem, l. traditio. D. de acq. rer. dominio. l. penult. C. de rei vend. Nec verò ipsa per se traditio sufficeret, nisi titulus antecederet, aut subsequeretur, l. nec ex nuda. C. de acq. poss. l. nullo. C. de rei vend. Itaque est traditio vltima contractus alienatiui perfectio, quod gl. dixit l. 1. C. de peric. & com. rei vend. D
8 Bald. l. ab emptione, col. 1. D. de pact. Quamobrem cùm traditionibus transferri dominia legimus, intelligimus præcedente habili causa dominij translatiua, causa vero titulus dicitur, quod glos. dixit d. l. per traditionem, verb. acquiruntur, & l. nunquam. D. de rer. diuis. glos. l. si ager. D de rei vendic. A quo tamen, casus illi, quos ante perscripsimus, excipiuntur. Vnde ea regula conficitur, quomodo dominia traditione à dominis facta transferuntur, sic à non dominis vsucapiendi conditiones, ex notissima regula l. clauibus. D. de contrahenda empt. & §. ex his, inst. per quas pers. nob. acquir. Quam regulam E volunt affirmatiuè procedere, negatiuè non semper, Bart. Imol. Alexand. Lud. Rom. Angel. Cast. Cum. l. Pomponius. §. cum quis. D. de acq. poss. latè Cæpolla, l. ex causa. C. pro empt. vbi regulam ponit cum fallentiis.

9 Vnde fit, vt re semel tradita actio ex empto, quæ ad tradendum competit, impleto contractu, & promissione consumatur, ita vt si postea rem contingat euinci, vt alienam, actione de euictione agendum sit, non illa priore ex empto iam consumpta, quod Bart. tradit l. si quis aliam. D. de solut. & l. qui pendentem in fin. D. de act. empt. F

Sed & traditionis necessitas sententiarum quoque executionibus inest, in quibus cum adiudicatio fit, dominium non transit, vt nec vsucapiendi conditio sine traditione, ex sententia Bart. l. ex hoc iure. D. de iust. & iur. Bald. l. 1. C. communia vtrius. iud. Aret. d. §. si iussu. num. 29. vbi & Lud. Rom. Ante traditionem merè personalis est, quæ competit ad tradendum l. quoties l. penult. C. de rei vend. l. quoties l. Quintus. D. de act. empt. l. qui tibi. C. de hæred. vel act. vend. l. si ancillam. C. de act. empt. l. si qui tibi C. de his qui à non Domino. l. si ager. D. de rei vend. Sed in rem nihil iuris est agenti, quare nec ea alienata actio fundum sequetur, aut possessorem. l. 1. §. hæres. ad Trebel. l. æris. C. de donat. & quæ aliæ in eam sententiam allegantur.

Quare contractum venditionis bannire, aut promulgare publicè ante traditionem inutile, & sine effectu esset, nec cuiquam necesse esset intercedere, 11
quia regula *de saisy*, hic obstare non posset, quandocumque intercedenti.

Sed nec hypothecarum ius tribuitur ex personalibus actionibus, in re aliqua, quia personalibus ex prioritate temporis nullum anteponendi crediti ius tribuitur: Sed omnes tales creditores concurrunt, l. priuilegia. C. de priuil cred. glos. l. 1. C. de priuil. dot. & quæ vulgò notant in reg. qui prior in 6. etsi ex causis contingere potest, vt alia aliam antecedat, sed id non aliunde accidit, quam quia ab personalibus actionibus ius in rem non acquiritur; Sicuti nec in hypothecariis necessaria est traditio. l. 1. D. de pignor.

Vnde & illud quoque accidit, vt re duobus vendita, siue ab eodem, siue à diuersis, is potior habeatur, qui prior possessionem consequitur, à qua scilicet dominium tribuitur l. quoties C. de rei vend. l. si ea res. D. de cont. empt. & res est vulgata, & quos Tiraq. in retract. §. 2. num. 110.

Nec verò ea traditionis necessitas in particularibus tantum commerciis, sed vniuersalibus quoque exigitur, veluti in venditione hæreditatis, aut hæreditatis appræhensione, in quibus rerum singularum appræhensio necessaria est, l. qui tibi. C. de his qui à non Domino. Bart. l. 1. D. pro dot. l. cùm hæredes D. de acq. pos. Bald. & Ias. d. l. traditionibus, l. quæ tibi. C. de hæred. vel act. vend. Ias. auth. ingressi. C. de sacros. Eccles. num. 28. & in feudis: quod Molin. agit in feud. §. 13. glos. 5. numer. 4. latè Cæpol. tit. pro dote num. 15. excepto contractu societatis. 12

Tiraq. in retract. §. 36. glos. 3.

Cur vero ea necessitas traditionis sit ad dominij translationem imposita, ratiocinatur Bald. l. ea lege. C. de cond. ob causam: quia si contractus personalis per se dominium importaret, nulla in iure obligatio ad dādam simpliciter fingi posset, quia ipse cōtractus per se dationem importaret ipso facto. Addit & aliam, quia principia naturalia (inquit) non possunt in totum tolli ab actionibus hominum, vnde accidere nece est, ne traditio à Domino remoueri posit, quia naturaliter dominia à traditioni us incœpêre.

Constat igitur in transferendis dominiis opus esse 13
traditione, & verò traditionem probari oportere, & quæ supra diximus in casu certo, id est, cùm est probata iusta probatione, traditio, intelligēda sunt. Succedit illa de casu incerto dubitatio, an aliquo casu præsumi posit si non probetur, cuius quæsiti non est parua vtilitas; propterea quod sæpè contingit, vt probari non posit, vnde fit vt ad præsumptionem, si quā de causa à lege inducitur, vtiliter recurratur, & hic ponimus possessionem, bannimenta, & certificationem probari, sed de traditione dubitari, quæ ipsa possessionis initium est, atque hoc modo, siue ab auctore, siue ab extraneis possessionem impugnari, vulgatum est theorema, facta non presumi l. in bello. §. factæ. D. de cap. & post. reuers. & cùm eiusmodi sit possessio. l. 1. D. de acq. poss. relinquitur traditionem nō præsumi & probari debere l. verius. D. de probat. tum quia accidentia extrinseca non præsumuntur, c. si forte, de elect. in 6. glos. l. si vero. §. qui pro rei. D. qui satisd. cog. & l. sciendum. D. de verb. oblig. Ideóque superius diximus, & probauimus necessariam omnino

probationem esse possessionis bannimentorum tempore, & certificationis, possessionis autem initium est traditio: Quæ an respectu contrahentium inter se præsumatur, ante disseruimus, ex l. minus instructus. C. de acq. Bart. l. Celsus & l. cum solus. D. de vsucap. documúsque præsumi, si nil causæ legitimæ habet autor quare contradicat, & legitima causa, id est titulus antecesserit, quod respectu quoque extraneorum iudicandum est. Erit ergo ad superiores traditionum qualitates, veræ, fictæ, quasi traditionis, ista quoque quæ presumpta dicitur adiicienda, & superioribus connumeranda.

14 Quod si cui libet simulatam traditionem adiicere, is poterit, dummodo intelligat ex simulata traditione possessionem non transferri, cum illa partium intentio non est, vt tradant, sed id simulant potius quod non sit. Quod si quoquomodo fiat, vt eam tradere partes velint, haud dubiè transfertur possessio, etiam si titulus non valeat, & dominium non trãseat, quia possessionis traditio, & translatio causam non requirit ad translationem, sed à simplici facto partium intercedente consensu pendet l. 1. §. si de iure. D. de acq. poss. & l. quod meo eod. tit. Hæc Bart. l. emptor. D. de aqua pluu. arcend. Bald. c. 1. §. callidis. tit. de prob. feud. alien. per Fred. Angel. Alex. Ias. l. 1. §. si vir vxori. D. de acq. pos. Bal. l. fraus. D.
15 de legib. nos art. 269. Inf. verbo *ou contract*. Proinde in dubio ex simulato contractu simulata traditio præsumitur, quod Bart. dixit d. l. emptor, illi d. §. si vir vxori Bald. l. 1. C. de suffrag. & d. §. callidis. nam ab antecedẽte simulato simulata etiã cõsequentia est, nec tamen id semper necessariò infertur, cùm ex simulato contractu vera traditio esse posit, si hoc intenditur. Itaque cùm anno 1573. die tertia Septemb. controuersia occurrisset, in qua pater prædium vendidisse proponebatur, mox idem filij nomine retraxisse: idémque posterius vendidisse suo nomine pater diceretur, cùm emptor de eo appropriasset, is filius cuius nomine retractum erat, id postea vendicabat, veluti emptor non habuisset, *du saisy*, sed tamen contra eum iudicatum est: quia & retractus, & possessio simulata apparebant, cùm vbique pater, vt de suo contraxisset, & filij duntaxat nomen simulatè sumptum appareret, & omnia patris vtilitate, & causa facta.

16 Sequitur hoc eodem loco in quo de qualitatibus possessionum in acquirentibus agimus, grandis illa dubitatio. An ex conditionali contractu possessio purè tradi posit, & an tali contractu præcedente possessionis traditio subsequuta, pura, an conditionalis existimari debeat, sicuti ipse contractus, in quo breuiter respondendum possessionem ex conditionali contractu, & purè & sub conditione tradi posse, provt partes consenserint. Videndum igitur erit quid actum sit l. qui absentis, & l. si me in vacuam. D. de acq. pos. quod si incertum est, in dubio ex conditionali contractu, cõditionalis & possessio presumitur, id est, sub eadem conditione tradita, quod Bart. dixit, l. sub conditione. D. de solutio. Bald. cons. 478. col. 2. lib. 1. & resoluto contractu resoluitur & possessio per defectum conditionis, quia scilicet vt euentus conditionibus retro agit, & effectum refert ad tempus contractus, vt infra dicemus, ita & ab eo tempore resoluit annullata causa, ex causa de preterito, quod Io. Imol. tradit, l. naturaliter. D. de vsucap. & Molin. in tit. de feud. §. 13. q. 4. Quo fit, vt si contractus conditionalis est, purè & in prelens tradita possessione, conditio, dominij duntaxat translationi insit, possessioni non insit, atque ita accidat, vt conuentio suspensiua actus de sui natura transeat in resolutiuam, id est, quæ contractum ipsum nata erat suspendere, vt Græci loquuntur, propter præsentem traditionem, naturam suam, quæ est suspẽdendi actus non seruet, sed protinus effectum suum sortiatur contractus sine suspensione, & contractus duntaxat resolutio in suspenso maneat, quod schola tradit in l. dotis fructus. D. de iur. dot. Bald. d. cons. 478. vol. 1. quo loco scribit nullam conditionem impedire, principium essentiæ contractus, si semel deuentum est ad traditionem, quod intelligendum cùm ipsa traditio pura est, alioqui secus iudicandum si conditionalis esset traditio, quod Bart. ait d. l. 1. §. si vir vxori, glo. l. penult. D. pro dot. Cæpol. tit. pro dote num. 9. D. de acq. poss. vbi Alex. & Ias. Cast. cons. 267. vol. 1. & quos Tiraq. §. 2. glos. 1. numer. 28. in retract. con. & in tit. retract. conuent. in fin. num. 67. Molin. d. §. 13. & iterum. §. 54. q. 5. & §. 55. glos. verb. sub conditione l. seruitutes. D. de ser. vbi Angel. & Cast. Balbus in lib. de præscript. parte 6. casu 22. Hæc sententia recepta est, d. §. si vir vxori, quam tamen Philibertus Brusellius libro de conditionibus 2. tit. 1. oppugnat, per quàm doctè, vt is eruditissimus in iure est, neque putat ex contractu conditionali dominium transferri, & si purè traditio facta sit, & glos. d. l. penult. Sed eas rationes nunc non vacat expendere, & hoc casu currit vsucapio ex titulo pro suo, cùm alius non sit Bart. l. 2. D. pro empt. & l. sub conditione. D. de solut. Cæpolla in rub. d. tit. pro suo, videndus item tit. pro dote.

17 Porro, cùm contractus, aut actus conditionales dicimus, eos intelligimus quorum substantia, & materia, id est consensus, positus est in aliquo euentu, & casu futuro, cuius euentu contractus perficitur, & extremam suam perfectionem accipit, ac si ab initio purus, & sine vlla conditione factus esset, & eius defectu in totum corruit, quia cõsensus adimitur actui. Euentu igitur conditionis perficitur, defectu extinguitur, expectatione alterutrius casus suspenditur, nam nos hic simpliciter de talibus, id est conditionalibus loquimur, in quibus conditio impedit dominij translationem l. & qui hæreditatem. D. de cond. inst. l. hæredi. §. 1. D. de cond. & demonst. l. qui absentis. §. 1. D. de acq. poss. vbi Bart. & schola l. hæc venditio. D. de cont. empt. l. bouem. §. sub conditione. D. de ædil. edict. Itaque nec actio ex tali contractu datur. l. grege. §. sub conditione. D. de pignor. l. eodem. diem. D. de verb. signif. remoto enim consensu ab actu, obligatio nulla cõtrahitur, nec ergo actio gignitur, quæ dicitur obligationis esse filia l. non solum. D. de oblig. & act. l. sub conditione l. qui promisit. D. de cond. indeb. Quo fit vt deficiente conditione, non tam in priorem causam dominium redeat, quàm permaneat, & non moueatur à sua causa.

Nunc igitur, his positis, deueniendum ad id, quod si præcipuè inquirimus. An ex contractu conditionali vsucapio, & approprimentum procedat, si à non Domino ex tali contractu traditio facta sit; dubitationis duo capita esse possunt, vtrum scilicet aduersus autorem, id est, inter contrahentes inter se præscribi possit, an verò & aduersus extraneos. Ac quoad contrahentes quidem res est non dubia, non ante posse inchoari præscriptiones, quàm aut extiterint, aut defecerint, quod disertè Imperator statuit l. cum notissimi. §. illud. C. de præsc. 30. anno. l. 2. §. sub conditione. D. pro empt. l. pen. D. pro dot. nam cùm ante obligatio nulla nata sit, ac ne actio quidem ad ea consequenda, quæ sub conditione dari, fierive conuenit (quod modo diximus) cõsequitur non valenti agere, præscri-

præscriptionem currere non posse l.1. C. de annal. except. & l.1. C. de bon. mater. Itaque si conditio extiterit actio nascetur, cui præscribi poterit ab altero cõtrahentium, si legitimo tempore actio intentata non sit. vt probat glos. d. l. penult. si defecerit, in totum titulus annihilabitur, id est, ad nihilum reducetur ex causa de præterito. Itaque ex eo præscriptio nulla sequi poterit, vnde eueniet, vt nulla ex his præscriptionibus quæ sine titulo currere non possunt, possit procedere propter tituli nihilitatem, vt ita dicam, nam annullatio dici non debet, aut priuatio habitus, sed penitus nihilitas tituli ex causa de præterito, sed non impedietur cursus earum, quæ titulum nõ requirunt vt tricennalium in personalibus, & quadragenariarum in immobilibus, quæ protinus incipient à defectu, aut euentu conditionibus indicto, non ante, quia prius actio non est nata, cui præscribi potuerit. Quo fit vt qui dotem reddi stipulatus est, quia ante dissolutionẽ matrimonij agere nequit, nec præscriptionem etiam patiatur ante id tempus l. tali. D. de iur. dot. & actio de peculio annalis, à die, ex quo seruus, vel filiusf. de potestate exierit regulariter computanda, si conditionalis fuerit obligatio, non à die finitæ potestatis, sed à die conditionis existentis computetur, l.1. §. annus. D. quando de pecul. actio annal. est, & quinquaginta dies excusationi tutoris præfixi, non currant, sub cõditione dato l. penult. D. de excus. tut. & tempora ad iudicata facienda data sub conditione damnatis non currant glo. l. si se non obtulit. §. si quis. D. de re iud.

19 Quod in constitutione quoque seruitutum sub conditione Ang. & Cast. l. seruitutes ipso quidem. D. de seruit. tradunt.

Ex quibus planum fit, non ante incipere præscriptionum tempora in contractibus conditionalibus, quàm conditio extiterit. Sed ea iuris theoremata ne incautè foro accipiantur, magnopere videndum est, & facilis lapsus nondum per experimenta duratis. In donationibus quæ in præsens non valent, sed morte confirmantur, vt inter virum & vxorem, inter patrem & filium in potestate, dominium à die mortis duntaxat transferri putant l.2. C. de inoff. donat. & l. donationes. C. de donat. inter. vir. & vxor. Ioan. Bap. l. frater à fratre. §. quæsitum num. 72. C. de cond. indeb. ergo idem in vsucapiendi conditione, ne nisi ab eo tempore incipiat. Idem Bart. l. sub cõditione. D. de solut. Cùm de approprimẽtis quæritur in totum sic haben-
20 dum: Ex contractu quamlibet conditionali, si modo possessio tradita sit, siue conditionaliter, quod in dubio præsumitur (vt diximus) siue quod maius est purè, conditione existente contractum purificari, & approprimentum consumari, si possessor bannimentorum, & certificationis tempore in possessione fuerit. Nam sequuto conditionis euentu, sicuti tituli, ita & possessionis effectus retrotrahitur, & reflectitur ad tempus contractus, perinde ac si conditio nunquam esset apposita, & contractus ab initio purus fuisset. l. necessariò. §. quod si pendente. D. de peric. & commod. rei vend. l. vlt. vbi Ang. & Alex. D. de vulgar. & pupil. l. filiusfam. vbi Bart. D. de verb. oblig. l.2. §. id quoque. D. de collat. l. quæ legata. D. de reg. iur. l. sub conditione. D. de solut. siquidem de potestatiuis conditio non est, nam eas pro impletis habent, cùm tẽpus exequendi præteriit, quæ Philibertus Brusellius homo perquàm bene versatus in iure, fusiùs persequitur in libello quem de conditionibus eruditè scripsit, lib. 2. Nam in omni conditionali contractu, existente conditione tempus contractus, non verò existentis conditionis attenditur, d. l. quæ legata l. si filiusf. D. de re iud. l. non omne. §.1. D. eod. tit. Ita fit vt licet regula-

A riter possessio retroagi non possit, cùm sit actus naturalis & facti, nec effectum habeat nisi à die, à quo appræhensa est, nec de præsenti inferat præsumptiuè, ad præteritum, quod Bald. dixit l. ex persona. C. de probat. quod Alciat. exigit. præsumpt. 21. nu. 15. tamen id verum est, quo ad actus ipsos facti, & appræhensionis qui retro non agunt, quia hodie factum, heri factum dici nequit, sed effectus tamen retro ad titulum potestate iuris reflectitur, vt ex eo tempore vim suam habeat, ad effectus iuris & approprimentorum perfe- 21
ctionem, alioqui nisi possessio retro reflecteretur, dominium quæsitum dici non posset, B quod sine possessione quæri impossibile est, quod ego intelligo si modo possessio ante bannimenta appræhensa sit, vnde euenit vt conditione existente & contractu vltimam perfectionem suam sortiente, approprimẽtum applicatum habili materiæ vno momento, & in puncto effectum suum consequatur, quo conditio existit, nec vllum tempus relinquatur idoneum formandis oppositionibus post id, quo conditio euenit. Ideòque quorum interest intercedere, cogitare debent, id accidere posse, vt per conditionis existentiam excludantur momento, nisi intercedant, atque ideo intercedere eos C oportet, quod ni faciunt, excludi eos par est per approprimentum. Aliud accidit, cùm inter contractum, & certificationem, formata est oppositio, nam tum interruptio fit, ita vt etiam si existat conditio, oppositio interposita impediat approprimenti effectum, & retroactionem ad tempus contractus inhibeat, vt medium inhabile per quod fieri non potest aliquis transitus in aliquod extremorum l. qui sella. D. de seruit. rustico. præd. & quod vulgò Doctor. notant. l. Pomponius. §. quæsitũ. D. de acquir. poss. vbi Raph. Cum. & Ias. Ergo impedit approprimentum oppositio in casu existentis conditionis, non minus quam in sim- D pliciter puro, quæ si non interposita est, per existentiam conditionis, & bannimentorum solemnia perficitur approprimentum ex dominij translatione, & cæteris solemnibus.

Nec obstant quæ de conditionibus suspensiuis di- 22
ximus, quibus impediri dominij translationem docuimus, atque etiam exercitium, ita vt cursus præscriptionum inhibeatur, ex regula non valenti agere &c. in qua diiudicatione plerique falluntur, quo ad extraneos quidem. Nam contractus, & si cõditionales sint ex conuẽtione partium inter se, ideòque ex conditio- E num euentu diiudicari debeant, quoad extraneos tamen pro puris habendi sunt, siue à lege, siue ab conuentione actiones habeant, & ius intercedendi; à lege habent, quibus ex contractu, inter duos inito, retractus ius competit: ab cõuentione habent, qui quid dari fieríve sibi stipulati sunt, ea de re de qua contrahitur inter emptorem, & venditorem. Atque hi omnes intercedere omnino debent contractui quãlibet conditionali, si quid eis præiudicij per dominij translationem gignitur, idque præsenti die inter ipsa bannimẽta, nec expectare debent eius conditionis euentum, quæ solos contrahentes respicit, inter se, si modo tra- F ditio facta proponitur. Ita fit vt vna spongia detergãtur omnia, quæ de conditionibus suspensiuis diximus, & de impotentia agendi impediente præscriptionis initium, quia potestas agendi non tribuitur externis à facto contrahentium, ideòque nullum sibi locum vẽdicat regula non valenti agere: quia iura eorum in promptu sunt, nec vllum euentum expectant, nec ab existentia conditionis inter duos pendentis tribuuntur. Quare concludimus contractu venditionis inter duos inito, & tradita possessione, etiam si contractus sub cõditione coierit, si nauis Massiliam venerit, ven-

ditori non ante ad vendicandum actionem compete-re, quam conditio defecerit, ſed cùm defecerit protinus competere, quæ ſi ſuo tempore non intentetur, id eſt, intra quadraginta annos præſcriptionem perfici illo tempore cuius initium à defectu conditionis computetur. Nam hoc caſu, id eſt contractu annullato, aut potius ad nihilum redacto, vicennaria præſcriptio, aut quindecennaria noſtra locum habere non poſſet, quia nulla talis ſine titulo currit, hic autem titulus non eſt propter deficientiam conditionis, ſed in totum non ſubſiſtit. Quod ſi exiſtit, contractus ſuum ſortitur effectum, & retro agit à die, quo factus eſt. Sed tamen quoad extraneos, qui ius in re ha ent, hæc conditio, ſi Maſſiliam nauis venerit, non eſt ſuſpenſiua, nec eorum actiones ſuſpendit, & ſi quod ius habent protinus à traditione poſſeſſionis illud exercere, & actiones intendere debent, purè, & præſenti die intra bannimenta, & certificationem, alioqui eueniente conditione purè excluduntur, vt effectu contractus conſummato, & perfectis ſolemnibus, ſed cõditione deficiente corruit titulus, nec ex eo præſcribi poteſt, ſiue aduerſus contrahentes, ſiue aduerſus extraneos, quod Bart. Imol. & cæteri tradunt, l. naturaliter. D. de vſucap. Quod dum dicimus, intelligi volumus de cõditionibus, quæ ſubſtantiæ contractuum apponuntur, & ideo dominij tranſlationem impediunt, nam quæ, aut naturalibus, aut accidentalibus contractuum ſunt appoſitæ, ſubſtantiam, & conſenſum non impediunt, de quorum differentia locus eſt l. prædia. D. de contrah. empt. Angel. latè. l. iuri gentium. §. adeo. D. de pact. Non currunt igitur præſcriptiones in contractibus ante conditionis defectum, cùm conditiones ſubſtantiam, id eſt, cõſenſum impediunt. Ex quo apparet magno nuper errore dictas à quibuſdam ſententias, qui cùm ex contractu conditionali retractus peteretur, & actor ſerò litem intẽderet nec recipiendus diceretur, putabant retrahendi tempus non ante currere retrahenti, quàm conditio appoſita in contractu venditoris, & emptoris extitiſſet, quamuis tradita poſſeſſio præſupponeretur. malè ſcilicet percepta Tiraq. ſententia ea de re. §. 1. gloſ. 10. q. 8. & Gul. Cunei l. 1. §. annus eſt. D. quand. act. de pecul. annal. vbi & Alb. quorum errorem Boërij Ignei & Sanſonis iudicia adiuuêre.

23 Quæ ſententia vno caſu vera eſt, cùm ſcilicet non eſt tradita poſſeſſio, nec enim eo caſu tempus vllum currit extraneis intercedendi, per regulam negatiuam, *de non laiſy*, ſed expectare debent conditionis euentum, & poſſeſſionis traditionem. Sicut nec ipſi quidem venditori, cùm Bald. tradat l. ſi prædium. C. de ædil. act. pendente conditione contractus non poſſe redhibitoriam intendi, quia vbi non eſt obligatio, ibi nec reſolutio eſſe poteſt, vbi habitus non ſit, nec priuationem dici poſſe.

Sed enim cùm poſſeſſio tradita eſt ex contractu conditionali, ſiue purè, ſiue ſub conditione accidit, vt omnino extranei intercedere debeant intra tempora approprimentorum, quia & dominium tali caſu tranſit in emptorem, & manus mutatur, & retroactio fit ad tempus contractus per exiſtentiam conditionis, ita vt ſi retrahens tali contractu conditionali non intercedat intra tempus certificationis omnino recipiẽdus non ſit, & ita ex contractu conditionali præſcriptio currat, propter traditionem poſſeſſionis, & certificationem, quod tandem Tiraq. cõcludit, ſed breuiter & tam raptim, vt ni ſedulò expẽdatur, intelligi vix queat d. §. 1. gloſ. 10. num. 52. & §. 1. gloſ. 2. num. 28. & 31. ſed tamen ei non aſſentior in eo, quod ait, ſi poſſeſſio ſit conditionaliter tradita, interim præſcriptionem non

A currere, quod contra puto, tum quia poſſeſſio per exiſtentiam conditionis, nõ minus ſuum effectum retro refert, quam dominium, (vt diximus) & ex ſola dominij ſuſpenſione impeditur actionum exercitium, quod ſine poſſeſſione non transfertur d. l. traditionibus. Ideóque ſolus contractus per ſe, non eſt iuſta cauſa intercedendi, nec ideo agere queunt retrahentes, quibus non valentibus non currit præſcriptio. Quod ſi etiam poſſeſſionis traditio accedat, etiam ſi conditionalis ſit & ipſa, exiſtente conditione retro dominium confirmatur, atque etiam plenum approprimentum, ſi ſolemnia interuenêre. Quamobrem efficitur, etiam ſi

B poſſeſſio conditionalis ſit, pro iure retractus intercedi oportere, & tempus cõſanguineis currere, alioqui excluduntur per exiſtentiam conditionis, quę momento aduenit contractui, & ſolemnibus, & omnem intercedendi locum claudit. Quo fit, vt poſſeſſionis purè traditæ, & ſub conditione traditæ, data conditionis exiſtentia, pares caſu putem, pręſuppoſitis bannimentis, vnúſque caſus tantùm diuerſus videri debeat poſſeſſionis non traditæ, in quo tempora intercedendi non currant, cùm in prioribus præſcriptio currat ex titulo quamlibet conditionali.

C Námque illa perquàm eneruis ratio eſt, quod de regula non valenti agere, opponunt propter conditionum pendẽtiam, quæ perſpicuè falſa ratio eſt, nec caſui poteſt adaptari, quia etſi contractus conditionalis inter contrahentes ab conditione pendet, inter ipſos inter ſe tamen ius retrahendi, & condictio ex ſtatuto, quæ retracturo competit, conditionalis non eſt, & præſenti die competit, & exercetur, & valet retrahens agere. Quare de actione retrahente pura, ad actionem retrahendam, aut id ius quod conditionale eſt, malè infertur, cùm inter eas tantum interſit, quantum inter inſtrumentum, & materiam. cùm actio ad retra-

D ctum ab cõſuetudine detur, actio retracta à facto partium veniat, diuerſis ſcilicet cauſis. Vnde perquàm imperitè arguitur de actione ad retractum, quaſi ea intendi non poſſit, ideóque nec præſcriptio currere, quia ea quæ per retractum petitur, conditionalis ſit. Nam actio ad retractum pura eſſe non deſinit, etſi quod petitur conditionale eſt, ſed id tale tantúmque, quale quãrúmque eſt retrahitur, purum, ſi purum ſit, conditionale, ſi tale eſt. Sed retractus actio nullo modo ſuſpenditur, ab eo iure, quod petit ipſa, nec ab eo pendet, nec fit conditionalis, etſi poſt eam exercitam,

E & conſummatum effectum, illud ius quod retrahitur, cõditionem ſuam expectet, nec inutile eſt retrahenti, ius etiam, ſub conditione, alienatum, aut fundum retrahere, quia poſſeſſionis quam traditam præſuppo-nimus, non minima commoda ſunt, & ſi purè tradita proponitur, conditio ſuſpenſiua in reſolutiuam transfertur, vnde interim retrahẽs facit fructus ſuos, quum non ipſo iure contractus, & multominus poſſeſſio reſoluatur, ſi ad actum facti, & traditionem proceſſum eſt, quamuis enim in pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem, ipſo iure ex conditionis euentu, reſolui contractum velint, ideóque tales emptores fru-

F ctus ſuos non facere, tamen contra putant in his qui puri ſunt, & ſub conditione reſoluuntur, emptores enim fructus ſuos facere, quod Tiraq. perſequitur in retract. conuent. §. 5. Quapropter purè contrahens actionem habet ad retrahendum ius conditionale, & vtiliter eam intendit, & ſæpè magno ſuo intereſſe & bono. Cùm ergo in poteſtate habeat eam exercere, 24 corruunt fundamenta omnia, ex regula non valenti agere, ſumpta, ex qua volunt, expectari conditionis iuris retrahendi euẽtum, quod quam falſum ſit, patet ex his ad ſenſum. Addimus verò ex multorum ſententia,

poſſe

posse eos qui iura cōditionalia habeant, actiones suas
intendere sub suis conditionibus, hoc est, vt aliquid, &
quod conuenit, detur, fiátve, cum conditio extiterit,
ídque purè, & præsenti instantia, de quo Bart. Raph.
Cum. Aret. l. lecta. D. si cert. pet. Bart. l. exceptionem.
D. de except. Aret. l. cum ita D. de verb. obligat. Quod
si ita iura conditionalia quoad consequutionē suspen-
sa sunt, quoad actiones non sunt, in hac ipsa retractus
actione, quod ante iudicauit Papa decis. 257. Est igitur
ius quod petitur resolubile, sed ius per quod petitur,
id est, retractus, non est resolubilis substantia, sed ef-
fectu, si fortè conditio non existat rei retractæ.

Nec pro certis accipi conuenit doctorum sentētias,
qui præscriptionem non putant currere, ante condi-
tionis euentum in retractu, quia eorum fundamenta
apertè subruuntur, de regula non valēti agere, & cùm
id dicunt, è iure statuunt: sed bannimenta nulla præ-
supponunt, & possessionis traditionem nullam, quæ si
interuenêre, nec consanguinei intercessere, omnino
excludi eos contingit. Addo vero ad hanc sententiam
magni ponderis rationem, quod si contingat contra-
ctum sub conditione inter duos celebrari, is cui ex ta-
li contractu traditio facta est, tam potest ex tali titulo
aduersus extraneos quoscumque præscribere, quàm
ex cōtractu quamlibet puro. tex. notando l. si alienam.
25 D. de mort. caus. donat. l. qui alienam eod. tit. l. si alie-
nam. D. sol. matri. Donatio causa mortis etiam tradi-
tione sequuta reuocabilis est, si donator superstes sit,
& tamen qui ex tali titulo possessionem apprehende-
rit, contra quoscunque extraneos præscribit, vsucapit,
& appropriat, quæ leges planè id confirmant, quod
ante diximus, contractus qui respectu contrahentium
conditionales dicantur, respectu extraneorum quoad
præscriptiones pro puris haberi. Nam si tales essent,
respectu extraneorum, non magis aduersus eos præ-
scribi posset, quam aduersus ipsum donatorem, con-
tra quem præscriptio non procedit, propter naturam
actus.

Amplius etiam dico, & iure defendo, omnes omni-
no quorum interest, etiam si actiones merè conditio-
nales habeant, tamen nisi bannimentis acquirentium
intercedant, omnes æquè iuribus suis excludi, quia etsi
de eo quod in conditione est agere nequeant præsen-
ti die, ante euentum conditionis, tamen plegiamenta
(vt loquuntur) conseruatoria intēdere possunt, & de-
bent, alioqui excluduntur. Quare in plegiamentorum
diuisione, quædam constituebat vetus consuetudo,
qui requeroient pos. id est, rem in eadem causa manere,
quę nunc conseruatoria pragmatici appellant, quibus
dari, fierive nil peteretur, in præsens quidem, sed ne
approprimentorum solemnia quandocunque actio-
nes intentaturum prohiberent, vtque saluæ de re quæ
in contractum deducta erat, actiones essent, veluti si
cùm lis de re certa, aut prædio pendeat, ea pendente
lite venerit, vtile remedium est talis intercessionis, ne
re posterius ex lite adiudicata intercessori, ipse inte-
rim approprimentis excludatur quæ omne litigium
absorbent & eluunt, quod ante de vitiis personalibus
notauimus, vt cùm maritus res suas distrahit, emptor
solemnia peragit, vxor intercedit causata de doarij iu-
re, quod ex die concubitus sibi quæsitum est in bonis
mariti, nec tamen ante peti potest, quàm mortuo ma-
rito, sed si interim tacuerit, approprimētum protinus
perfici continget, & ipsam excludi quantumlibet age-
re non valentem, de quo nos articul. 445. Denique ea
receptissima practica (vt loquuntur) in iuribus con-
seruandis, de quibus adhuc controuersia non est, aut
incerta spes est. Ac fieri ratio ipsa de communibus in-
telligentiis sumpta docuit, quia cùm approprimenta

A ad stabilienda dominia, & acquirēntium securitates re-
perta sint, nec aliter confirmari possint, quam euoca-
tis omnibus quorum interest, quod in solemnibus fit,
non minus interest acquirentium iura conditionalia
externorum, quæ quandocunque metuenda sint co-
gnoscere, quam quælibet pura, vt ea venditoribus, &
auctoribus intercessio opportunè denuncietur, solu-
tio tempestiuè recusetur, denique vt sibi acquirēs suc-
currat. Quæ ratio, vt per se patet, ita ineuitabilis est.
Itaque vtilis remedii frequētissimus vsus foro; Inter-
dum cùm pater aliquis, inofficiosas donationes facit,
B filius, aut hæres futurus intercedit, vt quādoque mor-
tuo donatore ius opugnandæ donationis saluum sibi
sit, nunc agere non valenti, adhuc viuo cuius res est. Id
quod, & in cridis quoque, & subhastationibus acci-
dit, quibus omnino intercedere creditores quantum-
libet conditionales debent, ni faciant, excluduntur, &
si nondum actiones habent paratas. Hæc certissima
fori regula, auctoritatem etiam à iure habet, quando
disertè in hoc auctionum casu intercedi oportere ab
creditoribus conditionalibus censuêre, in indiuiduo
Raph. Cum. Ias. Petrus Besutius, Hieronymus Tor-
tus, Christophorus Castilloneus, l. si ita stipulatus. §.
C cum stipulatus. D. de verb. oblig. Catel. Cotta in me-
morialibus verb. statuto vel decreto. Quod si non fit,
creditores excluduntur, vt insidiosi, aut negligentes
& supini.

Vnde vera illa sententia, quæ iure traditur, à senten- 26
tia quamlibet conditionali appellādum, infra tempus
appellationibus præstitutum, non expectata condi-
tione l. 1. §. biduum. D. quand. appel. sit, quem casum
non rectè Bart. specialem putat, quod Tiraq. notauit,
& ego probo.

Ex quibus, planè falsam apparet esse sententiam, 27
quæ ius retractus, & actionis intentandæ tempora
D vult à die conditionis existentis, aut deficientis curre-
re, cùm ex his constet, possessione tradita ab eo die
currere, & intendi oportere, vt cæteras actiones om-
nes. Sed nec illa quidem vera iure quidem nostro quæ
tam magnos auctores habet, qua traditur: si res per fi-
deicommissum alicui conditionaliter relicta sit, si pē-
dente conditione ab hærede alienetur, & quandoque
post conditio extiterit, rem non præscribi aduersus fi-
deicommissarij actionem, quia ante conditionis exi-
stentiam agere non potuerit, ideóque nec præscriptio
currere ex regula non valenti &c. Nam præsupposita
E hæredis possessione, vel legali ex moribus, vel ex facto
appræhensiuo, emptor ex suo contractu sequuta pos-
sessione bannimentis, & cæteris solemnibus plenissi-
mam securitatem consequetur ex reg. *du saisy*, & quia
ex iure quamlibet conditionali intercedere, & oppo-
sitionem formare debuit. Et tamen ista est Iuriscon-
sultorum vulgata sentētia ex tex. l. fin. §. fin autem aua-
ritiæ. C. communia de legat. vbi Cast. latè Corn. cons.
304. vol. 5. ad fin. & cons. 117. 3. vol. Ias. & alij l. 1. §. si
vir vxori. D. de acq. pos. Bald. cons. 351. vol. Bart. Bald.
Ang. Raph. Cum. Alex. Aret. Ias. l. si cui legetur. D. de
legat. 1. & quos Socinus allegat cons. 76. lib. 1. Non
F sunt igitur iuris ciuilis theoremata, pro certo iure fo-
rum ingredientibus accipienda omnia, sed diligenter
à peritis inquirendum, quid iuri patrio cum his con-
ueniat, quid aduersetur, ne auctoritas fallat.

Magis verò irridenda eorum iudicia, qui nuper He- 28
be & Mercurio lecti iudices censebant in venditione
facta cum pacto reuendendi, non ante consanguineis
retractus tempus currere, quàm conditio defecisset,
& res redempta non esset, quæ planè cæcitas est in so-
le, cùm de contractu conditionali, id est cuius substā-
tia in conditione ponitur, arguunt ad contractū haud

dubiè purum, ſed ſub conditione reſolubilem, cùm eorum ſit diametralis diſtantia. De conditionalibus etiam ſubſtantia diximus antè, quid eſſet ſentiendum, in quibus ſequuta poſſeſſione oſtendimus dominium transferri: ideoque extraneos, quorum intereſt approprimentis excludi, & tempora opponendi currere; ni ipſi intercedant, nec expectari conditionis euentum, quia contractus, quoad extraneos, pro puro habeatur, ac permultum intereſſe, vtrum conditio ſubſtantiæ contractus apponatur, an vero reſolutioni. Eadē hîc repeti, & intelligi conuenit. Et enim cōtractus hic ſub pacto, aut conditione reuendendi per ſe purus eſt, & omnem ſuam perfectionem habet, eoſdémq; omnes effectus generat, quos contractus purus, ſiue quoad contrahentes, ſiue quoad extraneos, ad quos ius deuenit ex contractu duorum, neque enim conditio apponitur ſubſtantiæ, quare effectum eius non ſuſpendit, ſed reſolutioni dumtaxat, ideoque ſola reuenditio in conditione eſt, ipſa venditio non eſt. Quare emptor interim re fruitur, & fructus ſuos facit, nec reſtituit, imo & vendere poteſt, vt planè dominus, & ſi ſub eadem lege reuendendi, quin nec pactum reuendendi ipſo iure reſoluit cōtractum, ſed factum hominis exigit, & ſimilem actum traditioni, id eſt retraditionem, in quibus omnibus differt à pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem, quæ ipſo iure reſoluere tradūtur, ita vt fructus talis emptoris non fiant, quod Tiraquel. tractat in retract. conu. longâ diſputatione & valdè vtili. §. 2. gloſ. nu 59. & §. 1. verbo, *feront proferez*, numer. 3. Quare grandi errore arguitur de contractu ſuſpenſo cōditione, quæ conſenſum adimit actui, nec ante euentum eius, obligationem, aut actionem generat, ad contractum purum, & omni ex parte perfectum ſequuta poſſeſſione: vnde fit, vt cùm etiam in merè conditionalibus ſequuta poſſeſſione docuerimus tempora opponendi, currere extraneis, & eos approprimentis excludi, idem multò magis iudicandum ſit in puris, & hoc ipſo reuendendi lege valdè puro, quam ſententiam longè latéque tuetur. Tiraq. d. tit. de retract. conu. gloſ. 1. num. 33. & tit. de ret. lig. §. 1. glo. 10. q. 9. numer. 55 Molin. §. 13. gloſ. 5. Porro talem contractum conditionalem non eſſe latè Tiraq. docet. d. §. 2. gloſ. 1. num. 74. in conuentionali, & hoc ipſo caſu Balb. ſenſit lib. de præſcript. 1. parte tertiæ partis q. vlt.

Tira. in retract. conu. §. 1 gl 7. nu. 11.

29 Minus dubitationis eſt in contractibus ſub modo conceptis, quia tales reſpectu conditionaliū puri ſunt l. libertus. §. hæc ſcriptura. D. de manumiſ. teſtam. itaque ex his protinus naſcitur actio præſtita cautione de modo implendo l. liberto. §. Lucius. D. de ann. legat. l. ſi tibi legatum. D. de legat. 3. l. quibus diebus, vbi Bart. D. de cond. & dem. Quare modus dominij tranſlationem non ſuſpendit, nec res, per non implementum modi vendicari poteſt, ſed condici l. ſi extraneus l. ſi donaturus. D. de cond. cauſ. data. Non eſt igitur dubitandum, quin ex contractibus ſub modo approprimentum procedat, aut poſſeſſione ſub modo tradita, quia modus contrahentes dumtaxat reſpicit, quod ſi extraneos quoque modus reſpiciat, cum his aliquid confertur ex contractu duorum, nō eſt neceſſe extraneo, cui relinquitur, aut tribuitur quidquam, ex modo intercedere, quia contractus bannitur, & promulgatur, cum ſuo modo, ideóque ipſa contractus promulgatio, pro eo cui tribuitur, interrumpit.

30 De eo quoque quærere incidit, ſi hoc modo concepta ſit venditio, ne niſi ex die, aut anno præterito acquirenti promulgare, aut bannire liceret, quod ſæpè venditores faciunt, cùm redemptionem ſperant, nec alienationem palam fieri interim volunt, vel ſi dictum ſit, ne niſi ex illo, aut illo die poſſeſſionem emptor appræhendat. Id dupliciter fieri poteſt clauſulis in contractu inſertis, aut ſeparatim, & conſiderari etiā diuerſis reſpectibus, contrahentium ſcilicet, aut externorum. Contrahentibus quidem contra expreſſē in contractu, qui bannitur, nullum approprimentum nocere poteſt, ipſe enim contractus præſcriptionis, aut approprimenti interruptio eſt, in titulatis quidem præſcriptionibus. Sed ſi ſeparatim à contractu, & ex interuallo id conuenerit, ita vt ineſſe contractui non poſſit dici, magna ratio facit, vt intercedi debeat, & oppoſitio formari ab venditore, veluti cōditioni non ſtetur. Magna vis eſt approprimentorum, ſed tamen etiam ſi interceſſum non ſit, puto conuentis ſtari debere, & quod conuenerit præſtari, quia conuentio etiam ex interuallo facta, reſpectu contractus facta videatur, & ei ineſſe: quod agit Tiraq. in retr. conuent. §. 1. gloſ. 1. & tertia & 4. 5. quoad contrahentes attinet, & qui aliter facit, malæ fidei eſt, & improbum eius eſt factum, & vitioſa poſſeſſio contra legem contrahentium appræhenſa. Ideóque valere non debet ad approprimētum, ex his quæ diximus ante ex l. minus instructus & l. nec ex vera C. de acquir. poſſ. & l. ſi ex ſtipulatione. D. eod. Quoad extraneos ſi tales conuentiones contractui inſunt, nihil periculi in eo eſt, quia cum ipſo contractu promulgantur. Nam ſuppreſſiſſe in bannimentis cùm in contractu continerentur, vitium, & fraudem feciſſe eſſet, & ſuccederet diſpoſitio articuli 269. ſin ſeparatim eſſet cauta conuētio de non ingrediendo poſſeſſionem, de facto tamen appræhenſa contrahentibus non noceret, quos ea conuentio reſpicit, ſed extraneis obeſſet ſequuto approprimento per regulam, *du ſaiſy*, niſi intercederent.

Poſtremo in hac tractatione de poſſeſſionum qualitatibus in perſonis acquirentium, id quoque inquirendum, an ciuilis, an vero naturalis poſſeſſionis poteſtate præſcriptiones, & approprimenta perficiantur. Hanc dubitationem exercuimus ſuperius verbo *du ſaiſy*: nec vna eſt iuri ciuili, & foro ſententia. Regula eſt iuris, neminē ciuilem adipiſci poſſe, niſi prius naturalem adeptus ſit, quod alio modo dicitur neminem animo adipiſci poſſeſſionem poſſe, niſi eam corporaliter ingrediatur ſemel, ingreſſum retinere eam animo poſſe, niſi alius eam occupauerit, & retinendæ animum recuperandæ deſponderit. Sed vi ciuilis retentæ, procedere, & perfici præſcriptiones volunt, nec naturalem ad hoc, ordinatam eſſe, quod nos eo loco diſſeruimus, ſed nos oſtendimus in approprimentis vtrámque requiri, & ciuilem quæ animo, & naturalem quæ corpore, & naturaliter teneatur, alioqui cui animus abſit poſſidendi, poſſeſſionem amittere, etiam naturalem, etſi detentio maneat apud talem, ſine effectu iuris eſſe rurſum ciuilem inutilem eſſe, niſi & naturalis adiungatur.

31

QVI POSSESSIONEM TRADERE POSSVNT.

Cap. 8.

1 *Pupilli, prodigi, furioſi, poſſeßionem non poſſunt transferre.*
2 *Nec procuratores quiuis.*
3 *Qui alienare poteſt, tradere quoque poteſt, vi mandati.*
4 *Etiam poſt mortem mandatis.*
5 *Negotiorum geſtor.*
6 *Procurator non poteſt vendere ad creditum.*

Explicito loco de qualitatibus poſſeſſionum in acquirente, & actibus transferendæ poſſeſſionis, ſuccedit alius

dit alius; qui possessionem tradere possint. In quo sic A habendum, cum traditio pro simplici actu facti, & naturæ accipitur, omnes tradere posse, qui & naturales actus perficere possint, quod notatur in l. possessionem pupillus. D. de acquir. posses. nos artic. 494. Sed nos hic de traditione loquimur ad effectum iuris, & transferendorum dominiorum, aut præscribendi conditiones, ad eum vsum tradere posse eos omnes dicimus, quibus & alienare permissum, vt regulariter omnibus qui in rebus suis liberum habent arbitrium l. in re mandata. C. de mandat. Nam quibus antecedentia conceduntur, necesse est consequentia necessaria per- B mitti, quibus alienare non permittitur, nec tradere ad eundem finem alienandi permissum est. Non igitur minores, prodigi, insani tradere possunt, nec hi in quibus consensus nō cadit, ad eos quidem effectus. Nam simplex traditio per se, de qua in l. si rem tradi. D. de verb. oblig. hoc non importat, sed simplex actus facti est. De quo Ias. l. is cui bonis. D. de verbo. oblig. num. 1. vbi & Ang. Imol. Lud. Rom. Alex. eod. art. Doct. d. l. possessionem pupillum & l. pupillus. D. de acq. rer. dom.

2 Quare nec procuratores simpliciter ad negotia, C constituti, id possunt, quia alienare nequeunt, ac ne omnium bonorum quidem, cùm in procuratoribus cum libera, aliud traditum sit, quia alienare posse dicuntur tex. §. venditæ inst. de rer. diuis. & l. procurator cui, & l. procurator totorum. D. de procurat. glos. Angel. & Fab. d. §. venditæ. Bart l. procurator cui generaliter, atque id quidem iure. Nam vsu fori nunquam cuiquam tantum permitti vidi, aut alienationem bonorum à quoquam factam probari, virtute cuiusquam liberæ, nisi specialiter rei alienandæ mandatum ostēderetur, & alioqui nimis periculosum fuerit. An vero in indiuiduo etiam requiratur talis, aut D talis fundi, non immerito dubitari potest, ex clem. 1. glos. verbo nominatim de vita & honest. cler. nos sup. art. 96.

3 Sed qui potestatem alienandi habet, tradendi quoque potestatem habere iudicandus est, etiam si traditionis mentio in mandato facta non sit, l. fundi. vbi Bart. D. de vsucap. nam cum traditio ad venditionem, aut alias alienationes necessariam consequentiam habeat, antecedente mandato, id quoque mandatum videtur, quod non per posse, sed per cogi, facere tenetur is qui mandat. l. qui procuratorem & l. indebitam D. E de cond. indeb. Ant. & Fely. c. 1. vt lit. non contest. Imol. Alex. Ias. l. de pupillo. §. vlt. D. de op. nou. nunc glo. l. non cogendum. §. vlt. D. de procur. glo. c. causis verbo postulata ext. de elect. glos. c. olim. Abbas ext. de off. deleg. cum igitur traditio consequens sit ad venditionem l. 1. & 2. D. de act. empt. consequitur id quoque mandatum videri, cùm & amplius traditum sit, talem obligare dominum posse ad pœnam in casu euictionis, ex promissione sua, si ita caueri in ea regione sit receptum, quod vulgo tradunt l. procurator qui pro euictione. D. de procur. & Oldrad. dixit cons. 134. F & quos Tiraq. in constituto parte 3. limit. 13. & limit. 31. nu. 4. allegat.

4 Tanta autem vis eius mandati est, vt etiam mortuo domino, tradere procurator possit, quia scilicet ex lege, & debito antecedentis obligationis domini facit. d. l. fundi, & Bart. & Doct. l. 2. §. sed & si quis. D. de donat.

Ex quo sequitur, vt non solum naturaliter tradere possit, sed etiam per cōstitutum, cùm in modo tradendi nil intersit cuiusquam, de quo tamen magna pugna est eruditorum, apud Tiraq. d. limit. 13. & part. 2. ampl. 26. & 27. Sed apparet inanem esse dubitationem, consensum partium, & rerum effectus spectantibus, vt è contra per procuratorem potest acquiri, & appræhendi possessio per constitutum, aut ex lege commissoria.

Sed & per negotiorum gestorem potest sequutā ra- 5 tificatione, alioqui non l. si ego. D. de negot. gest. glo. l. qui mihi. D. de donat. vbi Bart. & apost. ad eum, Bald. l. 1. C. de acq. poss.

Sed id quidem intelligi debet soluto pretio, nisi 6 aliud cum domino conuenerit, aut procuratori mandatum sit. Nam fidem de pretio habere procurator, hoc est, ad credentiam vendere nequit, ex simplici quidem mandato, quod Bart. dixit. d. l. fundi, & Ang. d. §. venditæ.

De coniunctā persona idem iudicium, quod de negotiorum gestore Bart. d. l. qui mihi donatum. An item quisquam sibi tradere possit, ante tractauimus & Bart. l. 2. D. de stip. ser. distinguit. Alciat. l. quodcunque stipulatur. D. de verb. oblig.

QVIBVS TRADITIO FIERI POTEST ET ADQVIRI.

Cap. 9.

1 *Traditio fieri potest omnibus qui possunt acquirere.*
2 *Pupillo potest.*
Furioso non potest. ibid.
Tutor adipisci potest. ibid.
3 *Procurator potest ex generali mandato præterquàm in beneficialibus.*
4 *Dissensus tradentis & procuratoris.*
An per eum reuocatum tradi queat. ibid.
5 *An per negotiorum gestorem.*
6 *Liberam personam.*
7 *Seruum nostrum.*

Regulariter possessio omnibus his tradi potest, qui 1 acquirere, & consentire possunt actui, & sunt commerciorum capaces, & animum adipiscendæ eius habent. Quamobrem qui intellectu carent eam accipere non possunt, quia voluntatem non habent, quæ lata est tractatio l. 1. §. adipiscimur. D. de acq. poss. l. quod meo. §. si furioso l. si is qui. D. de acq. poss. l. nunquam §. si seruus. D. de vsucap. l. iusto. §. eum qui eod. tit. pu- 2 pillus quidem si non omnino intellectu caret, & animum applicare potest ad subiectum per se, etiam in vtilibus adipisci potest; infans nequit, l. quamuis. § infans & §. pupillus. D. de acqu. poss. Inutilis illa disputatio: an pupillo ipsi, an vero ei per tutorem acquiratur, quę tamen tandiu Alex. vexat d. §. adipiscimur, vbi & Bart. Imol. Cum. Cast. nec quicquam luctantur in re inutili, ex eo est quod furiosus possessionem adipisci nequit, quia iudicio caret, d. §. adipiscimur, adeptam tamen ante furorem retinet in furore l. si is qui. D. de acq. possessione glos. d. §. adipiscimur. Nam quin per tutorem, & curatorem pro pupillo capi possit nulla dubitatio est, l. 1. §. per procuratorem. D. de acq. poss. l. donatarum. C. de acq. poss.

Sed & per procuratorem quoque quæritur l. 1. l. per 3 procuratorem. C. de acq. pos. l. 1. § per procuratorem. D. eod. l. si rem mihi. D. de vsucap. etiam si mandatum speciale non habeat, sed generale tantum. Bart. l. qui mihi donatum. D. de donat. Ias. Alex. Cum. Imol. d. §. per procuratorem, quin etsi mandatum non habeat, sequutā rati habitatione, quod Cast. dixit. l. seruus cōmunis. §. 1. D. de acq. pos. si modo alieno nomine faciat, glo. d. l. 1. C. de acq. pos. Quinetiam ignoranti. d. l. 1. C. eod. sed vsucapiendi conditio, & principiū scienti domino acquiritur d. l. 1. C. eod. vbi glo. l. possessio. §.

ctſi poſſeſſio. D. de acq. poſ. gl. d. §. item acquirimus & l. ſi mihi vacua & l. cum fundus. D. de acq. poſ. Sed in beneficialibus non poſſet ſine mandato, propterea quòd adeptio ſępe importat vacationem priorum per incompatibilitatem & ideo mandato opus eſt.

4 Noti loci de diſſenſu procuratoris, & tradentis. d. §. per procuratorem Bart. d. l. qui mihi donatum, Saly. l. 1. C. eod. Et ferè recepta ſententia eſt poſſeſſionem ex intẽtione accipientis diiudicari, niſi cùm malignè verſatur in re mandata, & eam ſibi interuertit: dominium autem ex intentione tradentis, quia diuerſa ſit exiſtimatio poſſeſſionis, & dominij, cùm dominium nemo amittere intendat, niſi in alium transferat, poſſeſſionẽ verò ſæpe amittant qui in aliũ non transferant l. quod meo, l. 1. D. de acq. poſſ. & l. qui mihi eod. tit. hæc vulgata diſceptatio, l. qui mihi donatum & d. §. per procuratorem & Saly. d. l. 1. C. eod.

De dominio, quin per procuratorem quæri poſſit, A nulla dubitatio, d. §. per procuratorem, vbi gloſ. l. 1. vbi Bald. C. per quas perſ. no. acquir. & l. per procuratorem. C. de acq. poſ. Bart. d. l. qui mihi.

An per procuratorem reuocatum, tradit Bart. d. l. qui mihi & l. cum quis. §. 1. D. de ſolut. an verò & is tradere poſſit, eo loco videndi & Bal. l. falſus. C. de ſer. fugit.

Sed & per negotiorum geſtorem ſequuta ratificatione, quod Bart. ait d. l. qui mihi donatum, & quos ſuperiori loco citauimus. 5

Per liberam perſonam l. 1. C. de acq. poſſ. & l. 1. C. per quas perſonas. 6

Per ſeruum noſtrum, aut bona fide poſſeſſum l. §. item acquirimus. D. de acq. poſ. & per eum in quo vſumfructum habemus. §. per eum d. l. 1. & per monachum monaſterio.

Hæ ferè perſonæ ſunt, quibus poſſeſſio tradi, & per quos acquiri poteſt. 7

QVÆ RES TRADI POSSVNT.

CAP. 10.

1 *Omnia traditionem recipiunt, quæ acquiſitionem.*
2 *Incorporalia tradi verè nequeunt.*
In incorporalibus actus aliquis corporalis requiritur. ibid.
3 *An rei incertæ tradi poſſit poſſeſſio, latè.*
Pars pro indiuiſo demonſtrari nequit oculo. ibid.
4 *An ex venditione ſub his verbis, quod iuris habeo, procedat approprimentum.*
5 *An ex illa, vendo tres perticas in illo fundo.*
Dominium tamen ex tali contractu transfertur. ibid.
6 *Euictio non debetur ex venditione, quicquid iuris.*
7 *Confirmatio priuilegiorum generalis.*
8 *Iunior frater non poteſt ſe dicere ſaiſitum de ſua legitima, latè.*
9 *Frater poßidens vendendo appropriandi conditionem transfert.*
10 *Areſtum de primogenito vendente portionem ſecundo geniti.*
11 *Incertitudo certificata per relationem ad aliud.*
An ſub nomine pertinentiarum. ibid.
Titulus indeterminatus poteſt ſpecificari per apprahenſionem ſpecificam fundi. ibid.
12 *Poſſeßiones Conſuetudinariæ incertæ valent.*
Fundo vendito diffinitis finibus, & amplioribus poſſeßis, an precedat approprimentum.
13 *An caſtro vendito ſingularum partium apprahenſio ſit neceſſaria latè.*
Poſſeßiones ad titulorum fines redigendæ. ibid.
14 *Corporum triplex diuiſio, & quomodo præſcribi queant.*
15 *Venditionum conceptio his verbis*, Maiſon, manoir, terres, & appartenances.
Vne maiſon, *quid ſignificet in venditionibus. ibid.*
16 *Mediataria, villa, cortis, & villæ partes.*
17 *Vendito caſtro an vendita videatur iuriſdictio.*
18 *Singulorum fundorum non eſt neceſſaria apprahenſio.*
19 *Quid appellatione* de terres *intelligatur.*
Præcedentia determinantur à ſubſequentibus. ibid.
20 *Quid verbo* de ſeigneurie.
Pertinentiarum appellatio. ibid.
Iuriſdictio an comprahendatur tali venditione. ibid.
21 *Quid de Molendinis.*
22 *Quid de pedagiis.*
23 *Medietariæ an veniant.*
24 *Priuilegio Principis vnita in vnum corpus caſtellaniæ.*
In his titulis rerum particularium poſſeßio neceſſaria eſt. ibid.
25 *Deſtinatio patrisfam. pertinentias facit.*
Vnio per quæ fiat, per quos actus, & coniecturas probetur. ibidem.
26 *Ab ſeparatis non fit illatio.*
Iuriſdictio empta poſt caſtrum non cedit caſtro. ibid.
27 *Pretij magnitudo arguit vnionem rei.*
28 *An vendita domo iuriſdictio vendita intelligatur.*
29 *Bailliagia ſeparata à domanio.*
30 *Vox de* ſeigneurie *equiuoca.*
Vox d'obeyſſance. *ibid.*
31 *Modi poſſeßionis adipiſcendæ in iuriſdictionalibus.*
Vno actu apprahenditur poſſeßio totius. ibid.
Præhenſo capite iuriſdictionis, præhenſa omnis ſubiectio videtur. ibid.
32 *In feudis non perſonæ, ſed res conueniuntur.*
33 *Attournances non ſunt neceſſariæ.*
34 *Quomodo poſſeßio tradatur rerum quæ per magnitudinem moueri nequeunt.*
35 *An ex titulo præſentium & futurorum poſſeßio transferatur, & approprimentum.*

1 Omnes omnino res tradi poſſunt ad effectum appropriandi aut vſucapiendi, quæ in commercium cadere poſſunt, & poſſideri. Quare excluduntur res ſacræ, religioſæ, dommaniales Regum, publicæ, & quas poſterius eius generis ſingulas perſequemur, propter impoſſibilitatem acquiſitionis & perpetuam prohibitionis cauſam, denique omnia poſſideri, quæ & vendicari. de quo Alex. l. 3. §. incertam. num. 3. D. de acq. poſſ.

2 De incorporalibus ante diximus verè quidem, & eſſentialiter poſſideri non poſſe, ideóque nec tradi. l. ſeruus. §. incorporales. D. de acq. rer. dom. quaſi poſſi- B deri tamen dicuntur, quæ nota eſt tractatio Iuriſconſultorum, & Canoniſtarum. Arch. Ioann. And. Dom. Franci. c. præſentium de teſtib. in 6. Ideóque non vera interdicta pro his dantur, quod. Alex. Iaſ. & alij notãt l. 3. D. de acq. poſſ. Falſa tamen eſt Baldi ſententia ad dominij tranſlationem in talibus poſſeſſionem non requiri. l. traditionibus ante fin. C. de pact. & vlt. l. C. cõmunia vtriuſ. iud. nam aut poſſeſſio, aut quaſi poſſeſſio ad tranſlationem dominij exigitur, idque per aliquem actum corporalem appropriatum rei de qua quæritur, & ante docuimus, aut per ceſſionem quod frequentius eſt, ſequuta patientia, ex gloſ. l. vlt. C. quand.

quand. ff. vel priuat. & quos alios latè Tiraquellus congerit in retract. §. 1. glos. 7. num. 12. & §. 6. glos. 1. num. 9. & in tract. constituti ampliat. 32. plenissimè Anchar. c. sine possessione de reg. iur. in 6.

3 An rei incertæ tradi possit, aut esse possessio dubitatio esse potest, in qua iuris certa est sententia partem cuiusquam rei incertam possideri non posse, si quidem ratione loci, & quotæ simul, & coniunctim incerta sit, l. locus, & l. 3. ff. incertam. D. de acq. poss. incerta est ratione quotæ, quæ & quota sit, id est, quam partem in re faciat, & quæ in contractum deducatur, incertum est. Incerta ratione loci, quæ vbi sit non potest digito demonstrari, quod accidit in omni parte quæ cuiquam accidit pro indiuiso. Nam & si fundus pro indiuiso communis oculis subiici possit, tamen pars quæ pro indiuiso competit, non potest, cùm, nulla gleba, nullus cespes, nullum atomum, tuum esse dicere possis, ac ideo ne possidere quidem possis, id quod tam alienum, quàm tuum sit. l. Mæuius. §. duobus de legat. 2. Ergo cùm possessio sit localis κατοχὴ, quod locum non tenet, possideri nequit. Sed adiiciendum est, si etiam incerta sit ratione quotæ, ita vt nec tertiam, nec quartam, nec aliam sub nomine quotitatis, possit vendicare. Contra, quæ certa est ratione loci, incerta ratione quotæ, possideri potest, & è contra quæ ratione quotæ certa est, incerta ratione loci, rectè possidetur, vtrumque

4 incertum impossibilitatem possessionis facit. Vnde accidit, vt cùm quis vendit quodcunque iuris habet in tali re, aut fundo indiuiso, traditione sequuta præscribendi, aut appropriandi causam non tribuat, quod inferiùs dicemus. Incertæ ratione quotæ exemplum traditur, cùm sic scribitur. Vendo tibi quod ab illo lapide ad illum interiacet. Nam etsi locus certus est, incertum est quotam rei partem res vendita faciat, qui casus est d. l. locus. Contra pars omnis pro indiuiso competens, certitudinem ratione quotæ recipit, sed incerta est ratione loci. l. si fur. §. vlt. D. de vsucap. l. emptor. vbi Bart. & Cast. D. pro emptor. d. §. incertam & §. ex contrario vers. quid si duo ead. l. & idem. l. vlt. C. vti possid. in fin. Hæc multis Bart. Alex. Aret. Ang. Cast. Imol. d. §. incertam: Hîc illa consultatio Bart. cons. 74. incip. Petrus vendidit. & l. 2. C. quand. & quib. quart. pars

5 lib. x. Cùm quidam præsupponeretur vendidisse tres perticas, aut chordas (sic enim loquamur, quando hæc nobis mensura recepta est) terræ in tali fundo, in ea parte quam emptor elegisset, & eas se perticas possidere emptoris nomine venditor constituisset, negat Bart. eo modo translatam possessionem videri, quia incerta esset ratione quotæ, incerta etiam ratione loci, quia locus in electione emptoris esset positus, & necdum constituti tempore electio facta esset. Item quia ante admensionem venditio conditionalis habenda esset, l. si in venditione. §. vbi vero. D. de peric. & commod. rei vend. l. Iulianus. ff. Titius. D. de act. empt. quod & Bart. & Aret. censent. d. §. incertam. quos Cast. Alex. & cæteri sequuntur, vno Iasone excepto, & iterum Alex. Cast. Ang d. l. locus. Ideóque eo casu potiorem fore, qui rei hoc modo venditæ possessionem in specie appræhenderit ex l. quoties. C. de rei vend. Hanc sententiam Ias. non probat, quia etsi hoc casu res incerta sit ratione loci, qui positus est in editione emptoris, tamen ratione quotæ certa sit, quia tres perticæ agri verba sint numeralia, quæ tam possint quotam constituere respectu totius, & relatione ad totum facta, quàm si per verba quotitatiua fieret enunciatio, nec hæc sententia caret specie veri, & si plures oppugnent. Non 6

est igitur ad approprimentorum effectum commoda hæc venditio, vendo quicquid iuris habeo in tali fundo, quia possideri nequit quod hoc modo venditur, vt incertum. Ideóque nec approprimento subiici, quod sine possessione non procedit, vt nec præscriptio vlla l. sine possessione. D. de vsucap. Proinde vt hæc vera sint in possessione, non est protinus illatio facienda ad titulum. Nam titulus hoc modo conceptus, vendo quidquid iuris habeo in tali re inutilis non est, & valet, l. quod si nulla. D. de hæred. vel act. vend. glos. l. emptor. D. de vsuc. pro empt. Bart. Ang. Imol. Cast. l. si sic legatum. D. de legat. 1. Nam incerti emptio valet, & consistit iure, nec quidquam incertius iactu retis, l. & quæ nondum & l. sed quod ad eas. D. de pignor. & vt hipotheca incerti admittitur. Sed effectus talis contractus pendet alioqui datione, & probatione iurium auctoris, quæ nisi probantur, inanis effectu fit contractus, & iuris tantum remanet, cùm in re nil sit, quod & Oldra. dixit cons. 164. Incipit. viso. Alex. cons. 28. volum. 1. num. xj. & cons. 187. lib. 2. Fely. cap. 2. num. xj. ext. de rescript. Alex. & Ang. d. l. locus. Quare & periculosam hanc putant esse venditionem, quia vltra id quod præscribendi conditio, ex tali contractu non tribuitur, ne de euictione quidem venditor tenetur. l. quod in venditione. D. de hæred. vel act. vend. Bart. l. cotem. D. de publica. & quod magis mirandum sit, ne ad restitutionem quidem pretij venditor tenetur re euicta, nisi fuerit sciens cùm venderet nil sibi iuris in re esse, quia forte instrumenta viderat, rei à patre venditæ, quod Alex. & Alber. notant, d. l. locus. Ang. d. §. incertam. Imol. d. l. si sic legatum. Quam ob rem rarum est tales venditiones fieri, cui incommodo vt occurrant, prudentes patresfam. & cauti emptores singulos quosque fundos, & iura quæque nominatim exprimi in instrumentis emptionum curant, quia expressorum omnium euictio debetur, non expressorum non debetur, quod Alb. Ang. Alex. confirmant. d. l. locus. Cast. d. l. si sic legatum. Hæc igitur cautio est emptoris, vt singula exprimi curet, venditoris ne quidquam exprimat, præterquam id quod certissimè potest præstare, & garentire, vt loquuntur, cætera pertinentiarum, & appendentiarũ nomine transigat, aut sub verbis quidquid iuris habet. Quod & in generali quoque con- 7

firmatione priuilegiorum vsuuenit, quæ ab Regibus concedi solet ciuitatibus, & communitatibus initio principatus, sub generali clausula iurium quæ habent, quæque prædecessores eorum habuerunt, & quomodo vsi sunt. Nil enim istud noui iuris confert, si de anteriore iure non docetur, si possessio, & vsus non probatur, nisi expressio fiat in referente, quod satis sit ad indicandam voluntatem confirmantis, de quo longa est disputatio. Felyn. d. c. 2. ext. de rescript. Oldrad. d. cons. 164. Doctorum d. l. si sic legatum. Balbi in tract. præscript. parte 3. principali. quæstion. 6.

Enimuero ex eodem theoremate incertæ rei pos- 8

sessionem dari non posse, existit illa notanda sententia, quòd filius quamlibet fundatus in legitima sua, alio instituto hærede vniuersali, non potest dicere se hæredem, aut saisitum de sua legitima, minus etiam eam suâ manu appræhendere, sed de manu instituti hæredis debet eam capere, quia legitima est, impossessibilis, vt incerta ratione loci & quotæ, ratione quotæ, quia etsi à lege diffinita est pro numero liberorum, vt auth. de trient. & semiss. tamen minuitur per æs alienum, nec debetur nisi

eo deducto l. Papinianus §. quarta. D. de inoff. A test.

Hæc sententia Bartol. l. 2. C. quand. & quib. quar. pars. Bald. l. si quis in suo. Cod. de inoffic. test. Ias. & Aret. d. §. incertam, idem Ias. cons. 147. lib. 2. Alex. cons. 134. volum. 4. de quo longa est disputatio. Tiraquell. tractat. *le mort saisit le vif*, parte secunda, declarat. quarta, nu. vi. & xj. Quæ sententia etsi vera est, ratio tamen displicet, quia scilicet legitima incerta sit ratione quotæ ob id, quòd minui possit ære alieno, vt quæ quota sit bonorum non hæreditatis. Neque enim quota per se incerta est quia mi- B nui potest, & ignoratur quanta sit, nec minus quota esse desinit certa, quia maior aut minor esse possit, quod simpliciter falsum est. Nam & si maior sit quota Baroniæ, quàm agelli, tamen tam certum est, agi de tertia, aut alia quota Baroniæ, quàm agelli, ergo & si de eo diminui potest, quod est relictum, tamen quod superest, semper quota eadem erit, nisi cùm liberorum numerus controuertitur, aut controuertentium capacitas, aut incapacitas, quorum detractione alia fit quota pro numero scilicet capientium, dict. authent. Et est ista quidem sententia ex moribus, & iure consuetudinario inter nobiles multò ve- C rissima, non ex illa incertæ rei, aut possessionis causa, de qua sup. Sed quia possessio rei, & saisina in solidum ex moribus est apud maximum natu, ideóque apud duos esse non potest, eadem numero & specie, l. 3. §. ex contrario. D. de acquirend. possess. non magis quam vt quo loco ego sedeo tu sedeas, quod iurisc. ait: quamquam ista quoque incertæ rei regula valere potest, cùm aut numerus liberorum aut conditio diuisionis, id est, qualitas partagij in controuersia est. Nam tum accidit incertissimam esse quotam, quæ ab factis partium, & probatione dependet, qualis futu- D ra sit, ideóque hoc casu possideri est impossibile quod secundonatus vendicat, quia verè hoc casu incertitudo est ratione quotæ, & loci, cui rectè accommodatur supradicta iuris dispositio, quod nos in partag. nostris egimus. quæst. 35. & Art. consue. 509. deinde illa ratio de ære alieno, quotæ adiudicationem non impedit in realibus debitis, ad onus (vt loquuntur) contribuendi solutioni, aut imminuendæ portionis manente tamen quota, nam semper erit tertia, aut quarta, aut talis, etsi fortasse minor. Nec ista sine vtilitate dicuntur ad vsum, quia his casibus incertæ quotæ, si contingat secundonatum quotam suam ven- E dere alicui constituto apposito, aut alia traditione rei, non ante ab eo in specie possessæ, sequuto approprimento nihil agetur, quia vitium est in possessione, quæ debet haberi, *du saisy* ex persona auctoris, at hîc vtrobique vitium est, & in persona auctoris, qui in specie non possedit, & in persona acquirentis, qui incertam ratione quotæ & loci possidere non potuit d. §. incertam & l. locus. nisi poneremus secundonatum specificè aliquid possedisse anno toto, postea vendidisse, & maiorem natu non intercessisse. Hic enim propter specificæ rei possessionem & traditionem ex regula *du saisy* procederet approprimentum, F

9 per bannimenta non interpellata. Vt in casu conuerso si maximus natu totius possessor, & de toto saisitus (vt loquuntur) tantum de hæreditate distraxerit, & vendiderit, vt secundonati suam quotam seruare nequeant, sequuta traditione reali ædictalis procedet cæteris solemnibus approprimenti ædictalis procedet approprimentum, & secundonatus excluderur, saluo recursu, contra maiorem natu, qui alienum vendidit, cui si nil reliquum est, inanis relinquitur actio secundonato, qui non intercessit, idque aliquando curia

A & nos item iudicauimus, cum maximus natu palam 10 prædij possessor, quod ex hæreditate illi, & secundonatis, idque solum obuenisset, vt suum vendidisset, absentibus studiorum causa Tholosæ fratribus. Nam cùm bannimentis non intercessissent, nec intra annum quidem vt absentes, vendicantes posteriùs reuersi portionem suam iudicato & arresto exclusi sunt, quia maximus natu palam possessor vendiderat vt suum, bannimenta intercesserant sine oppositione. Nec quicquam igitur illi quiritantes exclusi sunt, & quamquam in specie satis durè, publicæ tamen vtilitatis causa stetit, & sua legi patriæ au- B ctoritas confirmata. Neque ille casus quem contra homo doctus Aymo. Crauetta decidit cons. 146. obstat, quia frater rem communem suo, & fratris nomine vendiderat, absente & posterius obnitente: Constabat igitur auctorem non possedisse nisi pro dimidia, intantum igitur & hactenus valere præscribendi causa & approprimentum posset. Secus cùm actualiter possessor suo tantum nomine vend :.

Proinde, quod de incertæ rei possessione dici- 11 mus, interdum fallit, cùm scilicet incertitudo per relationem ad aliud certificari potest, veluti cùm re- C latio facta est ad certum, cùm in referente insit & relatum l. certum. D. de reb. cred. l. ait prætor. §. 1. D. de re iud. l. institutio talis. D. de cond. instit. Itaque si incertitudo determinata sit ante bannimenta, per inductionem in possessionem certi specifici fundi, approprimentum procedet concurrente eo, quod de iure auctoris ad validitatem tituli doceatur, & auctor in possessione reali sit, ex regula *du saisy.* quod Ias. notauit. d. §. incertam num. 14. & verum est. Item & cùm fundus expressus non est, sed sub nomine pertinentiarum comprætenditur, & emptor realiter possessionem apprehendit, cum vniuersitate rei D principalis, alioqui indeterminata possessio et indeterminato etiam titulo nihil proficit, quo sententiis interest externus, qui in possessione est, nihil habet necesse formare oppositionem contra tale approprimentum, quod nullum est & sine effectu, quia incertus titulus incerta etiam possessio est, incerta bannimenta sunt, quod si titulus determinetur per ingressum specifici fundi, & possessionis, necesse est & determinata esse & rei certæ bannimenta, alioqui non obsunt vendicanti. Itaque quoties huic venditioni, vendo quidquid iuris habeo, subiicitur tradi- E tio certi fundi, procedere præscriptionem iure ciuili putant. l. penult. §. sed etsi fundus D. pro empt. Bar. & Cast. l. emptor. eod. tit. Nos vsu amplius exigimus in auctore annalem possessionem. Proinde quod de incertitudine possessionum dicimus, intelligi conuenit, & cùm per procuratorem quoque accipitur possessio, quæ non minus certa esse debet, quàm cum ipsi appræhendimus l. 3. §. saltus. D. de acq. poss. Ias. vbi sup.

Cæterùm ab illa legali sententia de incertitudine 12 possessionum, excipiendæ sunt consuetudinariæ, quæ ex moribus, ministerio consuetudinis transferuntur, F veluti rerum hæreditariarum in hæredes, & si quæ tales sunt, de quib. Ias. d. §. incertam. & Tiraq. vbi supra.

Proinde singularis etiam ille casus notandus est, quo traditur, si venditus fundus sit, diffinitis finibus, & tamen ampliores possessi sunt, præscriptionem de toto procedere l. 2. §. cum Stichum D. pro emp. l. 3. in princip. D. de acquir. possess. l. quod in rerum. D. de legat. 1 Bald. in rub. D. de rerum diuis. quia vt inquit tex. vniuersitas, non partes per se possidetur.

Sed

13 Sed quò res interiùs spectetur, & intelligatur A de traditione rerum ipsarum, quæ certi & determinati corporis sunt, quantum & quatenus scholasticæ sententię Doctorum obtinere debeant, vsu id quoque multò maximè quæri conuenit. An cùm castrum, villa, arx, prætorium, in agris aut vrbe venditur, quæ de pluribus singularibus constent, particularium corporum necessaria sit traditio, & appræhensio ad approprimentum edictale consequendum. Sunt ista à pluribus tradita fateor, sed rarus consensus, ac planè sensus diuersi, nemo certè ad vsum accommodatè scripsit, de his quæ vix vnquam vmbra- B tile otium & scholæ situs docuerit. Melius ista per commercia intelliguntur. Cum vulgò venditiones concipiuntur de prædiis rusticis, vsurpari solent hæc vocabula, *la maison, manoir, terres, seigneurie & appartenances d'vn tel lieu* quod si etiam ars inest *le chasteau, forteresse, terre & appartenances d'vn tel lieu.* In vrbibus, vt angustior situs, ita denominatio rei arctior per confines, & vicinos, nisi etiam hortus inest. Quid hæ voces per se valeant, quid separatim, quid coniunctim diligenter inspiciendum: quantumque cum posterioris iurisprudentiæ sententiis conueniant C expendendum: quoniam & si hîc de possessionum traditione tractamus, tamen hæ regulariter ad titulos, eorúmque compræhensionem arctandæ sunt, ne plus traditum iudicemus, quàm in alienationem deductum, contra partium intentionem, & si non
14 est negandum id posse accidere. Quod dum facimus prius intelligi conuenit illa corporum descriptio quam iuriscon. facit in l. rerum mixtura D. de vsucap. quæ de Physica materia in nostros libros deducta est, quæ & si ad vsucapionum intelligentiam & finem descripta est, tamen ad possessionum quoque tractationem, quæ vsucapionum principia sunt, D vehementer conducit, de quibus hîc locus agendi. Corporum quidem, vt ille iurisc. ait, non vna natura est: Nam alia vno spiritu, inquit, continentur & subsistunt, vt homo, equus, saxum. De quo eo loco non tradidit, quia ferè totus titulus de vsucapionibus de talibus agit. Quod eiusmodi est per se consideratum, vnum totum constituit, & per se subsistit, nec alteri appendet, & si plura sint, vnum quodque suum totum est. Ideóque in appræhensionibus possessionum, vnum per aliud non appræhenditur, vt inferiùs dicemus. & vulgò schola agit in l. 1. §. veteres & l. 3. in princip. & l. prædia. D. de acq. poss. stant enim per se, & alterius pars non sunt, & singulari numero intelliguntur l. rectè dicimus, in fin. D. de verb. signif. l. Caius. §. vlt. D. de legat. 1. Quædam verò corpora ex pluribus inter se cohærentibus constant, vt ædificium, nauis & talia, in quo primi generis plura compingi possunt, quæ iam inde per se non considerabuntur, sed vt partes in toto. Itaque lapis & lignum & tegulæ, & quæ primi generis diximus hoc corpore vnum totum, & integrale (vt loquuntur) conflabunt: & quæ singula naturam suam seruant, compacta mutant siue quo ad dominium ex his quæ. l. 3. & sequ. & l. in rem D. de rei vendicatione, traduntur, siue quoad vsucapionem & possessionem d. l. rerum mixtura & d. l. in rem. §. vlt. Itaque in corporibus ipsis prout per se stant, aut alteri cohærent, mutatur possessio, & vsucapio, quæ eius consequens est, quamdiu enim corpus alteri cohæret, naturam eius seruat, separatim suam recuperat quod d. §. vlt. apparet. Sed de tertio genere propria, & præcipua dubitatio, quod de pluribus singularibus corporibus constat, sed separatis, & distantibus non cohærentibus, vt secundum, sed vni collectiuo nomini subiiciuntur omnia, vt plures oues grex appellantur, plures boues, aut iumenta, armentum, plures porci, hara, plures homines populus, aut turba, aut turma, aut cohors, aut exercitus, & hoc ipsum de quo quærimus, villa, castrum *vne maison aux champs* prout sub se vniuersitatem territorij, aut agrorum continere dicuntur, non verò considerata per se ista, & si hoc modo composita, non confusa, quantum ad vsucapionem naturam suam seruant, si diuersam à corpore causam habere depræhendantur, vt si quis gregem emerit, & postea ouem addiderit ex alio titulo, hæc gregis appellationi & vniuersitati subiicietur: sed tamen quoad vsucapionem, naturam suam, & causam sequetur, ita vt si furtiua sit, quantumlibet præscripto grege, præscribi ipsa nequeat, vel si etiam totus grex præscribatur, quod fieri potest, si omnium particularium, ex quibus grex constat, vna, & eadem causa sit, quod Bart. dixit, & magis perspicuè Imol. d. l. rerum mixtura tex. quidam reticuit, hic inquam eius particularis speciei, cuius diuersa causa est, præscriptio impediatur ab sua causa, quæ quo ad hoc corpori non miscetur. Sed quoad possessionis translationem hic subsistendum. Nam cum in vsucapionibus, & causa requiratur, id est titulus. l. diutina. C. de præs. long. temp. l. nullo. C. de rei vend. vsucap. vtriusque defectu impeditur, sed possessio quominus ipsa transeat, nil vetat. Itaque rerum earum quæ sub vno nomine vniuersali, aut collectiuo continentur, possessio per capitis, aut partis appræhensionem, de toto appræhensa intelligitur, gregis, armenti, territorij, iurisdictionis, beneficij. l. grege. D. de legat. 1. l. 2. eod. tit. l. 1. & 2. D. de acq. hæred. l. in commodato. §. vlt. D. commod. de sacerdotij capite. Cun. Alb. Bald. l. 1. D. de off. præf. Augustal. Anchar. c. 1. in fin. de regul. iur. in 6. &c. sine possessione vers. secundo modo eod. tit. Host. cap. in literis, ext. de rest. spolia. sed rerum quæ adiunguntur sua causa & vsucapio est, l. qui fundum. §. 1. D. pro empt.

Sed illa multo magis necessaria, & ad vsum ac- 15 commodata disputatio, cùm eiusmodi corpora quæ nullo non die in commerciis versantur, in quæstione sunt, in qua tractatione nemo adhuc mihi videtur id obseruasse, quod ex toto res ipsa, & vsus postulabat. In venditionibus quidem prædiorum hæc ferè ab nostris notariis, priuato quidem Britanniæ vsu, formula vsurpatur, *Ha ledit N. vendu & transporté la maison, manoir, terres, seigneurie, droicts & appartenances d'vn tel lieu.* N. In qua conceptione videndum est primo, quod ad dominij effectum, quid eorum verborum vnumquodque valeat, aut possit. Nam hoc intellecto consequetur possessionis appræhensione relatiua ad talem titulum, quid possessum, traditum, translatúmve, intelligatur. Ac primum Castri significationi, quæ ab nostris solet passim vsurpari, æqui- F pollet in sua quidem specie, vox *d'vne maison*, si quidem in rusticis loquimur, quia in vrbanis astrictior est significatio ex natura rei ipsius, & materia subiecta, sed in agris appellatione *d'vne maison*, cui agri subsunt, ex communiter accidentibus, ea pronunciatione, non solum ædificia, & cortis, & prætarium, sed etiam id territorium, & agrorum vniuersitas, ex qua componitur, intelligitur, & molendina, & pedagia, & talia. Ideóque suas partes habent propriis, & particularibus significatis, vt prætorium sit, ea pars quæ domini habitationi destinata est, latinis auctoribus, & Iurisconsultis, ac deinde partes illæ singulares quas Grapaldus proprio opere descripsit, tum

cortis ad ornithotrophia, auiaria, bubilia, equilia, ouilia, haram, tum apothæcas operarum, & procuratoris cubilia & quæ eiusmodi sunt extra cortem, agri, lacus, syluæ ceduæ, quæ omnia & si quæ prætereà dici possint, sub vna appellatione, *d'vne maison*, intelliguntur, quod hoc modo intellectum corpus est ex pluribus distantibus compositum, quum alioqui in pressiori significato ex pluribus cohærentibus constare certum sit. Quod veteres prætorium dicebant, nos manerium dicimus, quod illi apothæcas nos granaria, & alia quæ subsequuntur, ba in corte compræhendimus, quam cortem videtur Aret.
16 intelligere cons. 15. Tum villa, & hæ quas nos medietarias solemus his quidem regionibus appellare à medietate fructuum, quam domini pacisci solent cum colonis. Hæc omnia & cætera, quæ ante diximus, vna vocis Gallicæ, *d'vne maison* significatio comprehendit, Manerium habitatio est. Sic nostri quoque iuris auctores castri significationem vsurpant, non pro arce tantùm, & munimentis quod fortalitium appellant, sed & pro omni agrorum, & territorij subiecti vniuersitate, ex l. pupillus. §. territorium. D. de verb. signif. ideóque Innoc. cap. cùm ad sedem ex. de rest. spol. &c. in literis ex. de iur. pat.
17 Castrum aut villam dicit esse nomina vniuersitatis designatiua, quæ honorem, districtum, & iurisdictionem importent. & Host. idem putat in sum. tit. de iur. pat. Bart. & ferè cæteri. d. l. 3. in princip. D. de acq. poss. Lud. Rom. cons. 444. Oldrad. cons. 252. & si Bart. in extrauag. qui sint reb. glos. verbi Lombardiæ, negat castra de iure communi habere iurisdictionem, non magis quàm villas, quas pro vicis ex communi Italiæ significato accipit, cùm latinis aliud sint: de quarum omnium descriptione mirifica quædam congerit Fely. cap. Rodolphus ext. de rescript. Quod ad rem satis sit, vsus obtinuit, vt castrum pro vniuersitate quadam certi dominij acciperetur, sicut & nostra Gallica, *maison aux champs*, ex quo consequens esse Doct. putauerunt vt vendito castro, & tradito, vendita quoque iurisdictio territorium, & districtus, ei cohærens dici deberet, quæ perquam vulgata est sententia Bart. vbique l. 1. de iuris. omnium iud. d. l. 3. vbi cæteri omnes. l. inter eos D. de acq. rer. dom. l. si aliena. D. pro empt. l. 1. C. de excus. mun. lib. x. l. 1. de verb. signif. & quos congerit. Lud. Rom. cons. 444. & Alex. d. l. 3. Bald. longa disputatione. c. 1. tit. de ca. qui cur. vend. & quos nouissimè omnium. Mol. in feud. §. 1. glos. 5. num. 46. & 47. & quos Alex. l. 1. num. 33. D. de iuris. omnium iud. Ideóque vendito castro transire iurisdictionem putant, & vassallos cum suo vassallagio, & subiectione, atque vendita medietate castri, medietatem iurisdictionis transire defendit Lud. Rom. d. cons. 444. ita vt sub his verbis, vendo medietatem Castrogironij etiam si non sit dictum castri, vel agrorum, interpretationem faciendam putet ad iurisdictionem contra venditorem, quia vis vocis hoc importet ex sua compræhensione, quia sit vniuersalis. Ita & cùm venditur *vne maison*. N. etiam si non adiiciatur vox, *de terres*: tamen importatur agrorum vniuersitas, sed vendito prætorio, aut manerio, aut arce, & fortalitio pressiùs accipi voluit Bal. c. 1. tit. de allod. ad id quod vox significat. Et nos de hac Doctorum sententia posterius vi-
18 debimus. Certè ad id quod nunc quærimus sufficit intelligere venditione, *d'vne maison aux champs*, & traditione possessionis traditam quoque possessionem videri omnium agrorum, & domanij totius, & appendentiarum eiusdem, ita vt particularis appræhensio singularium non magis necessaria sit, quàm in fun-

A do omnium glebarum, quod text. negat, d. l. tertia: si modo alius in possessione non sit, & tradens possideat. l. quod meo. §. vlt. D. de acq. poss. quod & ibi Bart. Aret. Alex. Imol. Ang. Cum Ias. & Soz. putant: quia scilicet hoc nomen vniuersitatis compræhensiuum, & collectiuum est. Hæc Anch. latè d. c. sine possessione. Panor. c. 2. de cons. c. cum aliquibus. ext. de re iudicat. Guid. Pap. decis. 357. Rom. d. cons. 444.

Sequitur in hac formula, *terres*, quæ ipsa à prio- 19
re voce *d'vne maison*, determinatur, nec amplius continet eodem modo, quo vitium, & morbus à prætore in ædilicio edicto dicitur, quod Iurisconsultus interpretatur bis dictum κατὰ τὸ αὐτό, ne qua dubitatio superesset, quod hic quoque manifestè fieri constat. Nam ipsa compræhensio verbi vniuersalis (*d'vne maison*) per se sufficiēs erat ad omnis domanij compræhensionem, sed tollendæ dubitationis causa vox *de terres*, adiecta est, id est, bis dictum κατὰ τὸ αὐτό quod notariorum ταυτολογία perquàm sæpè in contractibus vsu Gallico facit, & plerúmque redundantem, itaque nil amplius addit, aut præstat, & quia verba generalia subsequentia determinantur à præcedentibus C eiusdem qualitatis, l. Titia. §. idem respondit. D. de verb. ob. l. scio. §. Caio. D. de fund. inst. legat. l. seruus plurium. D. de leg. 1. & generalis clausula, aut vocabulum ad præcedentia refertur, l. fistulas. §. frumenta. D. de cont. empt. & quæ coniungit, parificat, d. §. Caio quod Old. pluribus probat d. cons. 151. in simili subiecto.

Sequitur in eadem formula, *seigneurie, droicts, & appartenances*, quæ voces iunctæ tam latè patent pron- 20
nus cuiuis videri possunt, vt nihil rerum iurisdictióque translata videatur cum suo imperio. Sed nos posterius docebimus hac voce (*d'vne maison & terres*) de D domanio dumtaxat, & vniuersitate agrorum sub nostro intelligi, iurisdictionem non includi, vnde consequi necesse est, vt quod hic de dominio dicitur, relatione facta ad superiora, quod paulò antè omnino faciendum diximus, de dominio dumtaxat domanij intelligi debeat, & quod sit eiusdem qualitatis. Quæ idem Oldrad. de verbo iurium sensit, dixítque hac venditione omnium suorum iurium quod æquiualet nostro (*droicts*) determinationem accipiendam à superioribus, id est, ad superiorum interpretationem venire, & ex his restringi, & includi, nec quidquam ex- E tensionis fieri d. cons. 152. per l. qui mutuam. D. mand. Lud. Rom. cons. 166. Socin. l. si is qui ducenta. §. rerum D. de reb. dub. & l. duo, in ratione tex. D. de seruit. vrb. prædio. Quamobrem id quoque traditum, pertinentiarum voce in his adiecta quæ omnium effusissima & latissima videri poterat, nihil amplius compræhendi quā similia expressis, diuersa nequaquam. Quare iurisdictio omnino non veniet ex vi talium verborum, quod maximè quisque existimaturus erat, nisi cōtra à Bart. Imol. Aret. esset traditum d. l. 3. & Rom. d. cons. 444. & ratio iuris id postulat, ne in generali sermone id intelligatur, quod nemo nisi expressa, & F particulari denominatione alienata velit c. in generali de reg. iur. in 6. Host. & cæteri c. ex literis ext. de iur. pat. c. veniens. ext. de iureiur. & c. in generali de off. vicar. in 6. Et certè si quid tale est, maximè de iurisdictione sensendum est, quæ præcipua, & valdè momentosa est domorum, & dominiorū pars, eóque speciali nota digna maximè in alienationibus. Quare putat Innoc. d. c. ex literis talem vēditionem, vendo omnia iura, resoluendam in res singulares, vendo scilicet hoc, & illud. & ibi Io. And. & quos Molin. d. §. 1. glos. 5. num. 45. Venient igitur tali verborum conceptione, aut

aut traditione relatiua, & consequutiua, ea quæ domanij sunt dumtaxat. Quare sine dubitatione est vsu nostro, id de quo tantopere litigat, demum tamen sic concludit Bald. de molendinis, & districtu eorum, quæ dependent à domo vendita, & in eius vsu semper, aut venditionis tempore fuerunt, quæ conclusio est Baldi, d.c.1. tit. de capit. qui cur. vend. Alex. d.l.3. Aluarot. d. c. 1. vt ne de nemoribus quidem quæ vniuersitati domanij accedunt, aut Castri, parti non accedunt, de quo Aret. differit cons. 148. incip. paucis est agendum.

22 Ne de illo quidem probabilis esset dubitatio, de quo inquirunt an pedagia, *& coustumes ou dáces & peages*, quæ castro aut alicui dominio debentur eo vendito veniant. Dependent enim ista à domanio, non à iurisdictione, cum qua nil habet commune domanium nisi ex cohærentia. Non magis quam coruatæ quas appellant, quæ ratione dominij debentur: & domanio domini, à re, rei scilicet, licet per iurisdictionem petantur, & debitores constringantur. Nec obstat Baldi decisio l. à procuratore. Cod. mand. & cons. 293. vol. 4. quo loco negat venditione particularium fundorum in quibus pedagium præcipitur, pelagium alienatum videri, quia id non à parte illa, sed à toto vniuersali pendeat; sed cum toto haud dubiè trásire, id est, venditione domus, sensit, Oldrad. d. cons. Innoc. d.c. ex literis. ext. de iur. patron. vbi inquirit, an si quis védat omnia iura quæ habet in aliqua villa (vicum vocant) cùm tamen villæ vniuersitas non esset sua, sed haberet ibi aliquos fundos vel iura, non venire ius patronatus in venditione, quia ad hoc vt veniat, oportet venditionem fieri de tali re, quæ etiam sine expressione vniuersitatem dominij significet, non rerum particularium, vt ante in venditione concepta sub verbis *d'vne maison* diximus. Itidem in venditione fundi, aut castri, vbi habeat venditor Ecclesiam, aut capellam, nó intelligi venire Ecclesiam véditione solius fundi, aliud esse in venditione castri, aut palatij iure vniuersali præsupposito, in quo sit capella, idem in iure pedagij censendum est, quod & Panor. latius tractat. & vniuersitati dumtaxat cedere putat d. c. ex literis Bald. cons. 238. vol. 4. considerandum.

23 Ne illud quidem dubium tali venditione, *de telle maison, terres, & appartenances*, venturas omnes quas medietarias solemus appellare, quæ pertinentiarum loco, & vt partes totius possidentur, & simul vnum integrale corpus cóficiunt cum domo, & quæ sub vno titulo talis domus possideri, & haberi solent ex vi vniuersalis appellationis *de telle maison*, & quæ aut ab antiquo sic possessæ sunt, aut destinatione certa patrisfam. sunt adiunctæ, vt partes sint ad faciendum vnum totum integrale, & vnius tituli & dominij.

Sed præsuppositis véditionis verbis talibus, *maisons, terres, droits & appartenances d'vn tel lieu*, multum omnino attinet nosse, quid pertinentiarum appellatione veniat, etiam si vnius generis intelligendas eas docuerimus, nec ad diuersas species extendi. Pertinétias rectè Innoc. describit d.c. cùm ad feden. ext. de restit. spoliator. esse, quæ lege, statuto, aut Consuetudine deputata sunt, vt alicui rei accedant, addo ego, & quæ destinatione patrisfamil. aut priuilegio eàdem destinatione habeantur, l. quod in rerum. §. si quis post. D. de legat. 1. l. prædiis. §. qui domum. D. de legat 3.

24 Priuilegio Principis talia sunt, quæ eius beneficio vni capiti subiiciuntur, & vni titulo, quamuis ante corpora separata fuerint, & per se subsistétia, veluti vnione, & coagmentatione partium ad vnum totum, ex pluribus distantibus, cùm prius illa corpora per se integralia essent ante adiunctionem scilicet, ve-

A luti Comitatus, Baroniæ, Ducatus; quæ de pluribus dominiis separatis, & distantibus compinguntur, & incorporantur ad faciendum vnum titulum, quod hęc ætas talium titulorum ferax non potest ignorare. Hęc cùm semel capiti vni subiecta sunt, vt partes vni totali integrali, haud dubiè vnam domum, titulum, & denominationem Comitis aut Ducis constituunt: ex quo fit, vt sub denominatione Comitatus, vt vniuersali contineantur, ideóque vendito, aut translato Comitatu, sine vlla particulari descriptione tráseunt, & transferuntur, nec particularis possessionis apB prærehensio necessaria est translato capite, & appræhensâ sede principali, quo modo nuper in Ducatu Pontiberiensi accidit. Nam appræhensâ sede principali, quæ in Ambiliatibus est, nec Montcontortij, nec Guyngampi, quæ subiectæ vrbes sunt, possessio singularis necessaria fuit. Nam & hîc priuilegium Principis, & patrisfam. destinatio, in his adiungendis concurrunt: quorum alterutrum per se sufficiens est, ad quod faciunt rationes, quas de iure Bald. adduxit d. c. 1. de capit. qui cur. vendid. Alex. cons. 199. vol. 5.

Sed & destinatione patrisfam. tales pertinentias 25
C fieri certum est, cùm interueniente facto voluntatis demonstratiuo, aut verò declaratione expressâ, vnum aliquod separatum corpus alteri adiungitur, & concorporatur, siue diuturna possessione, siue sensu animi expressè probato, veluti cùm vni alicui villæ suæ, aut castro, *ou maison*, dominus particulares aliquos fundos adiicit, aut prata, aut vineas, aut syluas, quæ necessariæ sunt ad villæ vsum, aut verò certas medietarias, sic enim loquamur, finium prorogandorum causa, & amplificandæ domus, & dominij: nec dubitatur quin patrisfam. destinatio hæc possit, quod sine alterius iniuria fiat, l. quod in rerum. §. qui testamentum.
D D. de legat. 1. l. prædiis. §. domum. D. de legat. 3. l. quæsitum. §. si quis ædem. D. de fund. instruct. legat. l. qui duos. §. si quis partem. D. communia præd. l. communi. §. communi. D. communi diuid. l. dotale. D de iur. dot. l. si quando. D. de aur. & arg. legat. l. Seiæ. §. Tyrannæ. D. de fund. inst. legat. l. locus. D. de verb. signif. l. planè. §. 1. D. de legat. 1. Sed in tali destinatione requiritur aliquis actus facti, per qué appareat fundum adiectum vniri veteri iure perpetuæ pertinentiæ, ne scilicet, præsumptio obstet, quâ præsumitur gratia commodioris culturæ fieri, non vero vniendi gratiâ, l. 26
E Caius. §. 1. D. de legat. 2. & Bart. d. l. quod in rerum. Raph. Cum. l. serui electione. §. vlt. D. de legat. 1. & quę pluribus Alex. cóf. 169. vol. 5. Socin. l. 1. D. de reb. dub. Nec vni colono locasse, aut per eumdem coluisse pro vnione habetur, nisi sub titulo vnitatis adiecta sæpè media amplius, quod argumentum valdè probabile esset, & Alex. ibidem indicat Alber. Brunus tract. de augmento conclus. 15 Námque paterfam. in potestate habet de pluribus vnum facere, aut de vno plures d. l. Caius, & l. rectè dicimus. D. de verb. signif. Hæc verò destinatio deprænenditur coniecturis ex facto, vt quemquàm per vnum, & eundem colonum, aut
F medietarium coluisse. Alex. pro necessaria probatione vnionis non habet d. cons. negari tamen non potest magnam in eo coniecturam esse maiorem, si etiam interiecta sepes dempta sit, vt ex duobus vnum totum fieret. Fructus item in easdem apothecas, & domus principalis granaria collegisse & comportasse, syluam cæduam, aut vineam adiecisse, cùm medietariæ, aut villæ vites, aut cædua deesset, vel si incurrens ager vicinum dominicum deformabat ex illo versu: O si mihi angulus ille, proximus accedat qui mihi deformat agellum, vel si cum via ad sacra, aut viam publicam,

aut flumen, non eſſet ab villa niſi longè petita, hic du- bitari non poteſt adiiciendi animum patremfam. ha- buiſſe. Coniecturæ verò plures ex contingentia facti capi, & colligi poſſunt: de quo & Aret. conſ. 148. Hæc tractatio quàm vtilis eſſet, nuper apparuit, cùm in lo- catione domanij regij conueniſſet, vt mancipes de ſin- gulis dominiis redemptiui iure ſingulas haberent quingentas libras, nam omnino ſtatuendum fuit, quid vnius dominij deſcriptione intelligi conueniret, quid totum, quid partes.

Contraria omnia contrariam mẽtem indicant fun- di de nouo empti ſemper ſeparatim habiti, & in manu (vt loquuntur) domini culti, ſeparata poſſeſſio, diuer- ſæ operæ, ſepes interiectæ, quod Aret. Imol. Alex. nu. 22. d. l. 3. ſentiunt: nam ea quæ natura, & ſubſtan- tia ſeparata ſunt, ſibi inuicem non cedunt, nec de vna aliud infertur, niſi aut lege, aut deſtinatione patrisfam. aliud reperiatur vt Aret. ſcribit conſ. 148. Itaque ven- dito caſtro cum pertinentiis, cui iuriſdictio non erat, ſi poſtea idem dominus iuriſdictionem emerit, ea non cedet caſtro, quia non ſolum iſta ſeparabilia ſunt, ſed etiam ſeparata per ſe, quod Bald. dixit, c. 1. §. ex contra- rio, tit. de inueſt. de re alien. facta, & Aret. conſ. 148. in princip. Itaque tradito caſtro ea iuriſdictio ſeparato titulo empta, non veniet in vniuerſale, quod eſt ſepa- ratum, quod & Aret. & Lud. Rom. dixerunt, d. l. 3. An- char. d. c. ſine poſſeſſione, Innoc. c. cùm ad ſedẽ. Spec. tit. de primo, & ſec. decreto. §. iam de effectu, Bald. l. 2. col. verſ. 3. puncto. C. de ſeruit. & acq. Salyc. & Angel. l. licet. C. de acq. poſſ. Alber. l. de pupillo. §. ſi in pluri- bus. D. de op. no. nunc.

Ex quibus ſagaciter inueſtigandæ ſunt coniectu- ræ de adiunctionibus, aut ſeparationibus corporum, ex deſtinatione patrisfam. ſiue in emptionibus l. ſi venditor in fin. & l. ſeq. & l. Iulianus, & l. creditor. D. de act. emp. l. ſi aquæ ductus, l. fiſtulas, l. qui fun- dum de cont. empt. ſiue in vltimis voluntatibus. l. te- ſtatrix. §. vlt. D. ſi ſeruit. vend. l. prædiis §. Titio & bal- neas. D. de leg. 3. d. l. Seiæ. §. Tyannæ. D. de fund. inſtr. ſiue in priuilegiis & conceſſionibus Principum, l. ſi quando. C. de bon. vac. ſiue in vſucapionibus, l. ſi alie- na. §. hoc iure. D. de vſucap. ſiue in ſtatutis, Conſue- tudine, aut legibus. Innoc. Panor. & omnes d. c. cùm ad ſedem.

27 Sed & validæ coniecturæ ſæpe petuntur à pretij magnitudine, aut exiguitate, quæ valori rei iunctæ nõ reſpondet, quod Aret. notat, d. l. 3. & Bald. c. 1. tit. de cap. Conradi, Oldrad. d. conſ. 252. per l. cùm in fundo. §. vxor. D. de iur. dot. Ex quibus omnibus ſi deſtinatio vnionis, aut incorporationis depræhendi poteſt, pro vnitis habenda ſunt corpora, & prædia, & pertinentia- rum nomine in contractibus, & diſpoſitionibus com- præhenduntur, ita vt traditiones implicitæ, & relati- uæ factæ ad titulos ſuos relatæ, id tale tantúmque tra- didiſſe intelligendæ ſint quales, quantáque res fuit apud tradentem, quia indiſcretæ poſſeſſiones ſemper ad titulum antecedentem referri debent, ex his quæ ante diximus, & Bart. l. cum ſolus &, l. Celſus. D. de vſucap.

28 Supereſt hîc illa dubitatio quam huc reiecimus. An venditione (*de la maiſon, manoir, droicts, ſeigneurie, & appartenances*) Iuriſdictio vendita intelligatur. Hic tibi protinus occurret turba Doctorum anteſignano Bart. venditam videri, ſcilicet ſi caſtro, aut rei cohæ- reat, veluti ſeruitus inſit fundo, quia hæc ſit vocis col- lectiuæ, & vniuerſalis, caſtri, aut domus vis, & pote- ſtas: Cùm alioqui per ſe conſiderata nil habeat iuriſ- dictio cõmune, cum caſtro, aut domanio, quod Mol. auctoritatibus probat. tit. 1. §. gloſ. 5. num. 44. & Bald.

A Aluarot. & cæteri notant, c. 1. §. ex contrario tit. de in-
ueſt. de re. alen. fact. Sed vt iſta ſentiant ex vi vocum
collectiuarum & vniuerſalium caſtri, villæ & talium,
vſus & experimẽta talem ſignificationem non admit-
tunt iure Franciæ, *d'vne maiſon*, quæ etſi, vt ante dixi-
mus, vniuerſalis & ipſa eſt, tamen hæc vniuerſitas do-
manij integralis accipitur, nec verò etiam iuriſdictio-
nis, quæ etſi cum domanio coniuncta eſt, tamen per
ſe ſubſiſtit, & ſeparabilis eſt, intellectu, atque etiam
actu (& vt ante diximus) & per ſe tanti momenti eſt,
vt acceſſionis loco nequaquam cedere debeat, ſed per
B ſe exprimi, nec in generica conceſſione ſubintelligi,
quæ ſpecialem prouiſionem mereatur. Itaque expreſ-
ſo domanio per hanc vocem excluſa iuriſdictio intel-
ligitur, per regulam, qui de vno dicit, &c. Quare omiſ-
ſum haberi debet pro omiſſo & talis fuiſſe intentio
partium iudicanda eſt. Nec id Doctores negaturi ſunt
in ea iuriſdictione, quæ fundo non cohæret, hoc eſt
quæ ſimul cum domanio ab eodem domino coinfeo-
data eſt, ſed ſeparatim ex alia cauſa ab alio, quo caſu
cohærere non dicitur, ſed per ſe ſtat talis iuriſdictio
nec domui cedit, ex cohærentia, nec pertinentiarum
nomine intelligitur. Ideóque fundo vendito non ac- 29
C cedit, quod ante ex conſ. Aret. 148. & aliis docuimus
vt principaliter, & per ſe ſtans, qualia vt plurimum
ſunt bailliagia ſeparata, quæ nos redimimus, & do-
mibus, & villis ſolemus adiicere, cùm ne pedem qui-
dem ſoli habeant à quo pendeant, ſed ſolum intelle-
ctu, dominij & iuris percipiantur, & territorium do-
minans nullum habeant, & ſi ſubiectum habeant. Ta-
lia, inquam, domanio cohærere non dicuntur, ideó-
que vendito eo non cedunt; vt acceſſiones, virtute
opinationis Doctorum, nec illi de talibus loquuntur,
niſi aliud à patref. ſit diſpoſitum expreſsè. Igitur ven-
dito ruſtico prædio, nihil eorum accedere, aut com-
D præhendi puto ex vi communis vſus loquendi, qui ni-
hil tale implicat, in alienationibus præſertim, & præ-
iudicantibus, nec tantum compræhendit, & rationes
ad id plures colligit Bald. d. c. 1. tit. de capit. qui cur.
vendi. etſi tandem contra concludit ex vi vniuerſalis
verbi, caſtri, ſed non eſt talis compræhenſio noſtræ
vocis (*maiſon*,) ſoli dominij, aut pertinentiarum, aut
iurium, de quibus ſingulis ante egimus, ſed ad do-
manialia tantum porrigi iſta conuenit, non vero ad
ampliora ſine expreſſione, quam ſententiam illa quo-
que Baldi d. c. 1. ſcriptio adiuuat, qui putat, quod ſi
E omnes fundi vnius caſtri veneant, hoc eſt, vt ego in-
terpretor, totum domanium, quod per hanc vocem
(*de maiſon*) fieri defendimus, iuriſdictionem ex tali
venditione conceſſam non intelligi, quod ex eo re-
petiit Aret. d. l. 3. Et iterum Bald c. 1. §. vlt. tit. quib.
mod. feud. amitt. in caſu conuerſo idem putat, vt ven-
ditione iuriſdictionis, domanium venditum non in-
telligatur, quod idem repetiit in venditione homi-
num (vt loquuntur) talis caſtri c. 1. §. generali tit. ſi de
feud. fuer. cont. int. dom. & agnat. vaſſal. Rom. d.
conſ. 444. Nec ex toto probo, quod per cohæren-
tiam dependere faciunt iuriſdictionem à caſtro, aut
F domo, veluti à capite quod Bald. ſcribit c. ad hæc, tit.
de allod. cùm & per ſe ſtet, & ſeparabilis ſit, & adæ-
quatè vniatur domanio, non per confuſionem, vt
aqua vino, ſed vt vnum integrum alteri integro,
& ideo non magis cedere debeat caſtro, quàm ca-
ſtrum ipſi, ex notat. in l. 1. D. de legat. 1. atqui in caſu
contrario nemo iuriſdictionis venditione, dominij
venditionem vendicauerit, vt ante diximus: & ideo
ſcribit Bald. C. 1. de cap. qui cur. vend. vendita curte
non videri vaſſallagium alienari, aut curti accedere;
curtis vero appellatio vniuerſitatem iuriſdictionis,
imò

imò & domanij ſignificat, quod Aret. plenè notat, d.
conſ. 15. & tamen ex ſententia Baldi iuriſdictio non
venditur tali denominatione. Quare in contractibus
dominij tranſlatiuis nego vendita domo, aut prædio
ruſtico, id eſt, ſub verbo, *d'vne maiſon*, iuriſdictionem,
aut vaſſallagia hominum venire, ſiue ea cohæreat do-
manio, & confeodata ſit, ſiue non, quia ipſo facto ſe-
parari videtur alterius expreſsione, & cohærentiam il-
lam, in qua ſe fundant, interpretor quãdiu actu iũcta
manet, vt tum domanij dependentis cedat, ſeparata
nihil cõmunionis retineat. Multominus venient quæ
per ſe ſeparata ſunt, & ſubſiſtunt, nec cohærent per
coinfeodationem: de quo Aret. d. conſ. 148. Cuiuſ-
modi pleráque ſunt feuda diuerſis temporibus à do-
minis locorum empta, aut hæreditatibus delata, qui-
bus principalium titulorũ appellationes ſolemus in-
dere, *comme Vitré à Rennes, Foulgeres à Rennes, Maleſtroit
à Dol, Maleſtroit à Poligné, Beaufort à Dinan.* Sunt enim
iſta perſæpe ex conceſsione à capite ſeparata, & di-
uerſo iure, & cauſa comparata, ideóque principali do-
minio vendito non cederent iſta, vt per ſe ſtantia, nec
cohærentia capiti.

30 Ergo ſi quis volet iuriſdictionem cum domanio
comparare, neceſſe habebit exprimere, *hommes, & ſubiets, & iuriſdiction, ou bien l'obeiſſance*: qua nos voce
vtimur pro iure vaſſallitio dominanti in toto territo-
rio, vbi domanium eſt, nam vox *de (ſeigneurie)* ſola
per ſe dominium ſignificat, ſed æquiuoca eſt, & tam
dominium directũ & iuriſdictionale ſignificat, quàm
proprietatem domanij dominantis, provt à præcedẽ-
tibus verbis determinatur, vt ante docuimus. Quæ
ego de communi vſu commerciorum, & foro dedu-
cere volui, vt tandem aliquando iuris ſtudioſi per
omnes omnium librorum, & ſententiarum pugnas
raptati, quæ in hac diſceptatione reperiuntur, certio-
ribus compertis conquieſcerent, & experimentis cre-
derent, per auia huc tandem prouoluti.

31 Sequitur, vt illud quoque tradamus, de modis tra-
dendæ, atque exercendæ poſſeſsionis in iuriſdictiona-
libus, quando hoc præcipuè inquirimus in appropri-
mentorum ſolemnibus, & effectu, & ſunt ea de re
fortaſſe non ignoti loci, cùm de ea adipiſcenda quæ-
ritur per vnum actum totam appræhendi, vt indiui-
duam, ſi de voluntate tradentis exercetur. Nam alio-
qui cùm contra nolentem præſcribitur, non amplius
præſcribi quàm quantum poſſeſſum eſt, quæ vulgata
tractatio eſt, c. cùm olim ext. de præſcript. ſed hic
locus ſepatatam operam à nobis poſcit, quam infra
præſtabimus. Nunc tantum dicendum iuriſdictionis,
poſſeſsionem appræhendi per vſum eorum actuum,
qui iuriſdictioni ſubſunt, euocationem clientelarum,
receptiones homagiorum, officialium creationem, re-
cognitiones, inſtrumentalium poſſeſsionum traditio-
nes. Cæterum expreſsè tranſlata iuriſdictione, cohæ-
rente quidem, non ſeparata, manerij ipſius appræhẽ-
ſio ſufficit ad approprimentum, & cætera cedunt ma-
nerio, relatione facta ad titulum, ita vt ſingularium
ſubiectionum neceſſaria non ſit appræhenſio, quin &
vnius ſolius ſubiectionis appræhenſio, non ſolum in
particularis ſubiecti, ſed totius bailliagij (vt loqui-
mur) poſſeſsione cõſtituit, qui modo non repugnent:
quia ſubiectio, & iuriſdictio indiuidua eſt, & vno actu
conſtituit in poſſeſsione totius. Hæc eò lubentius di-
co, quoniam ad noſtrã memoriam, atque etiamnum,
non aliter tribunalia noſtra tales poſſeſsiones in iu-
riſdictionalibus appræhendi poſſe cenſebant, quam
par attournances & auirances, vt loqui ſolent. Hæ verò
delegationes erant ſubiectorum ab auctore acquirẽti
factæ, quas alibi dimiſsiones fidei vocant, cùm vaſ-

A ſallus eiurato prioris dominij obſequio, & fide, nouo
ſe ſacramento, nouo item Domino acquirẽti obſtrin-
gebat, idque iuſſu auctoris. Fuit iſta priorum tem-
porum obſeruatio inoffenſa, nec adhuc exoleſcere
eam patiuntur, nec ſine effectu eſt, ſi modo hoc in-
telligamus non tantam eſſe eius formæ neceſsitatem,
vt aliter præhenſa poſſeſsio non valeat. Qui error de-
mendus eſt. Nam etſi ea ratio adipiſcendæ poſſeſsio-
nis iuriſdictionalis, iuris auctoritate, & exemplo non
caret, in quo traditur ceſsionem in incorporalibus
pro traditione eſſe, ex gloſ. l. vlt. C. quand. fiſ. vel pri-
uat. Bart. & Bald. l. 1. C. de oblig. & acti. & alij alibi,
B tamen non eſt is ſolus modus transferendæ in talibus
poſſeſſionis, & iſtud theorema potius in perſonalibus
locum habet. Sed cùm iura feudalia omnia præter re- 32
uerentiam perſonalem, & obſequium, à re rei de-
beantur, aut ratione rei, haud dubiè appræhẽſa poſ-
ſeſſione feudi dominãtis, & principalis dominij, ſub-
iectionis quoque omnium, & vaſſallitij totius appræ-
henſa videtur, quia iura in re ipſa reſident, l. forma
cenſuali. §. ſed ſi ego. D. de cenſib. & latè Molin.
diſputat. §. 22. q. 46. in feud. nec hîc perſonæ, ſed res
conueniuntur, l. denique D. de iur. fiſ. atque ideo ſcri-
C bit Ioan. Fab. in §. præiudiciales col. 9. verſ. quid dices
inſtit. de actio. quod actio cõfeſſoria, aut quæcumque
præiudicialis, aut interdictum Domino contra vaſſal-
lum non competit, etiam ſi ſe vaſſallum neget, quia
ius non vendicatur in perſonam, ſed in rem. Quare
appræhenſione caſtri, ſubiectionum quoque, & vaſ-
ſallorum appræhendi putarunt And. de Iſer. in conſ.
Neapol. Incip. ſine reali, & Bald. c. admonet. ext. de
iureiur. dicens Dominum magis oculos habere ad
feudum, quàm ad vaſſallum, vnde res ipſa compelli-
tur, non homo niſi cauſaliter. Ita Lucas de penna. l. 1.
C. de fund. reip. & Iſer. & Card. & Alex. c. 1. tit. quid
D ſit inueſtitura, appræhẽſione dominij principalis vaſ-
ſallagia quoque, & ſubiectos feudales appræhendi
putant. Qua de cauſa & Henricus Rex ea Ord. quæ
de auctionibus edita nunc obſeruatur, cùm ſingula
quæque ex confinibus in libello præhẽſionis deſcri-
bi iuberet, quæ auctioni ſubiiciebantur apparitoris
ſcripto, iuriſdictionem & iura feudalia in genere, &
pertinẽtiarum titulo ſine ſpeciali dinumeratione prę-
hendi permiſit, quando id externo, & ignoranti cre-
ditori erat impoſsibile, & inuita eſt venditio. In vo-
luntaria & ſpontanea pertinentiarum vox non idem
E præſtiterit, vt ante docuimus: ſed expreſſio eſſet ne-
ceſſaria iuriſdictionis, & bailliagiorum, nec expreſ-
ſione vnius capitis ſeparati, domanialis appræhenſio
ſufficeret. Quamobrem omnes noſtros liberos iam
eſſe iubeo ab illa inueterata opinatione antiquorum, 33
d'attournances, ne minus ad approprimentorum ef-
fectum valeat, aliter poſſeſsionem appræhendiſſe per
principalis dominij ingreſſum, vel vnicum iuriſ-
dictionis actum, etiam in aliquo ſubiecto indiuiduo
ad effectum totius, ſi quidem iuriſdictio cohæret do-
manio. In cæteris ſeparatarum rerum ſeparata cauſa
& traditio eſt. Nec eas voces Franci vnquam fando
F audierunt, nec illum vſum, à quo tamen is vaſſallus
excipiendus eſſet, aut etiam plures qui per abnega-
tionem ſubiectionis venditori factam in poſſeſsione
libertatis ſeſe conſtituiſſent. Nam cùm auctor eam
non habeat, & in ea non ſit venditionis tempore, per
l. hæc autem iura. D. de ſeruit. eam alteri ipſi tradere
nequit: quia etſi tale ius quod in vendente eſt tranſ-
fertur: tamen non eſt poſſeſsionis par cauſa, nec de
ea bene infertur, quia realiter tradi debet, quod non
fit in occupata (vt ante diximus) ex Angel. conſ. 148.
ideóque aduerſus tales conſtitutos in libertate appro-

primentum non proficeret, & ex toto esset inutile propter defectum regulæ, *du saisy*.

Vt vero hunc locum expleamus, quæ res tradi possint, id quoque inquirendum, quomodo quæ per magnitudinem apprehendi non possunt, vt nauis, aut vero grande saxum tradi possint. Res plana est, cùm ea de re text. sit; nam nauis possessio, non minus, quàm domus apprehendi potest ingressione, vt armamentorum, saxi per appositionem custodis, aut tactum, præsente venditore. l. quarumdam. D. de acq. poss.

Illa dubitatio maior, an ex titulo alienatiuo bonorum præsentium, & futurorum transferri in præsens possessio futurorum possit. Et quidem etiam futurorum transferri possessionem posse putant. Iacob. Butriga. Bart. & Saly. l. vlt. C. quæ res pign. obligari poss. & quos Tiraq. in const. parte 2. ampliat. 2. qui in constituto loquitur, quominùs dubij sit in reali & naturali traditione. Quod idem effici per retentionem vsusfructus putant, & transferri possessionem etiam futurorum l. si quis argentum. §. sed si quidem, quem tex. & in futuris quoque accipi volunt. Atque adeo per cõstitutum quod ille agit d. ampliat. 32. & 31. Nos vsu quidem cõstitutum ad appropriandi quidem effectum ex albo reiecimus. Sed nec talem possessionem futurorum sumus admissuri ad appropriandi effectum, nisi sequuta corporali appræhensione, & ipsorum bannimentorum, & certificationis tempore per regulam, *du saisy*. Quare multorum sententiæ vno pronunciato ex vsu diluuntur, & verum est.

QVO TEMPORE FIERI TRADITIONEM OPORTEAT.

Cap. 11.

Nos hîc de approprimentorum solemnibus loquimur: nam quo ad simplicem dominij translationem à Domino quandocumque ex præcedente titulo tradita possessio dominium transfert, nec enim præfixum est vllum tempus à iure adipiscendæ possessioni; sed quoad appropriandi effectum, necesse est eam bannimentorum tempore appræhensam esse, ac ad certificationem vsque esse continuatam, alioqui nil proficitur, per ea quæ scripsimus in regula *du saisy*.

Sed etsi regulari rerum ordine subsequi debet possessio titulum antecessisse tamen vitium non habet, subsequuto titulo ab eodem, quod nos ante tradidimus ex Bart. l. cùm solus. D. de vsucap. & Angel. l. super longi. C. de longi temp. præscrip.

QVOMODO FIAT.

Cap. 12.

Ante docuimus in corporalibus per actus naturales, & corporales: in incorporalibus per actus facti, appropriatos actui, qui geritur.

QVIBVS VERBIS FIDES FIAT TRADITIONIS.

Cap. 13.

Cum possessio actus facti sit, verba non desiderat: quia principia naturalia ab actibus ciuilibus in totum remoueri nequeunt, Bald. l. 3. C. de cond. ob. caus. inde illa dubitatio, an instrumento probari possit, & recta est Baldi sententia in l. vlt. quæst. 8. C. de edict. D. Adrian. tol. ex instrumento super promissione facto non probari possessionem, ex eo quod factum sit, super recognitione debiti probari quidem, sed inter partes duntaxat, vt & in locatione quoque l. ad probationem. C. locat. Ex eo vero quod factum sit super traditione per hæc verba, tradidit, assignauit, cessit, transtulit, & talia, possessionem non transferri, si res quæ tradi dicitur in præsentia nõ sit, ita vt actus interuenire non potuerit. Contra esse si in conspectu sit, ideóque in mobilibus talibus verbis transferri, & semper suum effectum habere, quod Bald. dixit in Rub. C. de contrah. empt. loci apud Bart. Alex. Cast. Lud. Rom. Imol. l. prædia. D. de acq. poss. Bald. l. non idoneo. C. de fid. instrum. l. 1. C. de suff. & in Rub. C. de contrah. empt. Alex. latè cons. 10. lib. 4. Bart. l. 2. C. de acq. poss. vbi & Cy. & Bald. & res ferè vulgata. Nec tamen sine effectu est, quia operatur facultatem ingrediendi possessionem propria auctoritate, ne vitiosa sit, & contra l. minus instructus. C. de acq. poss. si postea acquirens in ea reperiatur. Item & illud efficit, quod cessionem actionum directarum, & vtilium importat, ex l. 2. C. de obligat. & action. vbi Bart. l. sed nec illa verba ab notariis nostris ex more apposita, constituit possessorem, actorem, procuratorem in rem suam, cõstitutum operantur, contra quam Spec. putat, tit. de empt. §. sciendum. Alex. si ex stipulatione. D. de acq. poss. nec enim id verbum constitutum efficit, quod hoc modo scribi conuenit, constituit se nomine emptoris possidere. Quare alia & alia est vis verborum.

De verbo assigno lata tractatio Cornei cons. 228. lib. 4.

[f] [Par achapt de iustice.]

1 *Pignorum tituli & diuersitas de iure Romano.*
2 *Dominij impetratio vsu explosa, & num. 9.*
Subhastationes & auctiones. ibid.
3 *Noxæ deditio.*
4 *Missio ex primo decreto, & secundo an possessorem faciat, & 9.*
5 *Missio ex causa iudicati.*
6 *Ex adiudicatione & auctione.*
7 *Titulus causa est.*
Sententia tribuit titulum, & num. 16.
8 *Litis æstimatio titulum creat.*
9 *Dominij impetratio.*
10 *Addictio ex causa funeris.*
11 *Diuisio siue partagium titulus est.*
12 *Adiudicatio rei pupillaris.*
13 *Adiudicatio falso hæredi facta.*
14 *Noxæ deditio titulus est.*
15 *Sententia an sit titulus, & exceptiones ab eo dictæ.*
16 *Sententiæ nullitas præscriptionem non impedit.*
17 *A sententiis diu ante dictis non rectè appellatur.*
Nec releuia debent concedi.
18 *Consensus interpretatiuus.*
19 *Post executionem ab lege factam non admittitur mora purgatio.*
Intra quindecennium omnino appellari oportet. ibid.
20 *An decreta tituli sint.*
21 *Causæ cognitiones duæ, & diuersæ latè describuntur.*
22 *Actus voluntariæ iurisdictionis.*
23 *Decretum alienationi rei minoris interpositum quolibet tempore fit.*
24 *Sententiæ & decreti differentiæ.*
25 *Actus voluntarij sæpe transeunt in contentiosos.*
26 *Manus leuationes in deferentiis actus voluntariæ iurisdictionis.*
27 *Appellatio à sententia contra tertium lata conuertitur in oppositionem.*

Homologatio transactionis per curiam non facit actū contentiosum. ibid.
28 *Decretum mutabile ex causis.*
29 *Decretum ex falsa causa interpositum nullum ipso iure. Ideo nunquam transit in rem iudicatam.*
30 *An ab decreto appellari possit.*
31 *Decretum titulus non est.*

1 Cum in iure ciuili pignorum causæ traditæ sint plures, conuentionalium, prætoriorum, iudicialium, de quibus glos. l. 1. D. de pignor. act. diuersæ etiam rationes eorum persequendorum, & distrahendorum fuerūt, quas glos. enumerat l. à Diuo Pio. §. si pignora. D. de re iud. inter quas hæc ipsa est, cùm pignora creditori à iudice addicuntur pro suo debito, veteri iuri pridem vsurpata, & in veterem Consuetudinem traducta, postremo abrogata, & incogitantia reformatorum quod apparet, nouo iuri, & reformationi inserta, cùm sola in vsu manserit addictio ex licitatione, quam nos adiudicationem per decretum dicere
2 solemus in foro. Nam illa dominij impetratio, & quæ aliæ rationes fuere veteri iure persequendi pignoris, ex toto exoleuere. Addictio ex auctione per licitationem sola superest, ne ipsa quidem ciuili iuri inaudita, cùm de ea scriptus sit. §. si super rebus, ex quo Iurisconsultus vsucapiendi causam tribuit ei, cui res addicta est, si res debitoris non fuit. Nec tamen non, & aliæ causæ sunt, iudicialium adiudicationum, quando interdum contingit publicè res sub hasta, à fisco distrahi, ex forma tit. de iure hastæ fiscalis. Sed & cùm ex noxæ deditionis causa, cùm iussu prætoris seruus ductus est, l. vel ex causa, & seq. De de publicia. act. l. 2. §. vlt. D. si ex noxal. caus. l. & generaliter. D. de noxa. vel cùm ex damni infecti causa non cauetur, l. ædium,
4 D. de pecul. Nam missio ex primo decreto, quæ pignus prætorium constituit, non fuit finis executionis, sed cōtumaciæ coërctio. Nec per hoc missus possidebat, sed in possessione erat, l. si quis ante. D. de acq. poss. l. si finita. §. Iulianus. D. de dam. infect. Ex secūdo missus possidebet, causa mittendi latitatio debitoris, sed ea ipsa possessio reuocari poterat, quæ tracta-
5 tio est d. §. Iulianus. Sed nec ex iudicati causa, missio quæ iudiciale pignus faciebat, finis erat executionis, sed aliud iudicatum expectabat, l. 1. & 2. C. si in caus. iud. Illæ dominij impetrandi ambages, si debitoris fraude emptor nō inueniebatur ex l. vlt. C. si in caus. iud. & l. 1. C. de iur. dom. impet. ex toto exoleuēre, & abolitas expedit, vt lenta remedia, & dilutas cautiones aduersus debitorum fraudes. Nam missiones ex primo decreto anni expectatio, secundum decretum, latitationis causatio, deinde missio ex secundo, cùm ne sic quidem finis esset, prolixæ, & sinuosæ fuerunt, excantationes mali suum persequenti, & quæ beneficos homines, metu perfidiæ deterrerent ab officio, & debitorum contumaciam alerent. Quare ista non sine causa posteriora sæcula eiecerūt foro, & vsu, & aliquid magis præfractum cauendum putarunt. Itaque & auctiones, & pignerationes bonorum, & corporum nexus, & instrumenta quæ garentigiata dixerunt, reperêre. Nec adhuc satis celeriter quisquā ad suum peruenit, tantæ sunt fugientium artes, & ludibria commerciorum iudicialium. Nec ista quisquā præfractè constituta mirabitur, qui XII. tabul. cautiones in debitores pridem cōstitutas fando audierit.
6 Proinde quod hic tex. dicit, intelligendum de addictione ex debito facto, ab eo qui Dominus erat, & quæ hic cautio traditur, reperta olim erat ad excludendas hypothecas anteriores. Quod si ex debito à non Domino rei addictio facta sit, transfertur vsucapiendi conditio, & approprimenti causa, si debitor possidebat, ratio constituti in omnibus addictionibus, & quas adiudicationes per decretum dicimus, auter, & ex eo sumitur, quod iustè possidet, & qui à prætore possidet, l. iustè. D. de acq. poss. fessor etiare prætore comparauit, bonæ fidei posde iure & sui autore. D. de reg. iur. quarum prior quæ vtraque tituli statuit, posterior de bona fide, cessaria. Tribu præscriptiones efficiendas sunt nedi causam. Causa, Magistratus iustam possidenpossessio proficit, a titulus est, sine quo nulla 7
edictale, l. diuturna. C. approprimentum quidem nullo. C. de rei vend. Pro script. long. temp. l. tentia, & addictio, ex qua fit, vero est iudicis senlem dare, siue actione personali, is rem immobidamnatus sit, traditione sequuta ex l. ali, tradere minium transferatur, si damnatus rei l. causa, dosin non Dominus vsucapiendi cōditio, sic liber conuentionali titulo l. Pomponius. §. si iussu de acq. poss. adeo vt accessio detur ex personis auctorum contra regulas, quod nos suo loco persequemur. Ac de personalibus quidem actionibus, sequuta sententia, dominium transferri, aut vsucapiendi conditionem, dubitandum non est, tex. expresso l. non solum. §. si mihi. D. de vsucap. Sed & in vendicationibus quoque, cùm res vendicāti sentētia iudicis restituta est, si Dominus erat qui restituit, quantumlibet iniquè damnatus, dominium in eum cui fit restitutio, transfertur: auctoritate sententiæ quæ pro titulo est, sin Dominus non erat, transfertur vsucapiendi conditio, & ex eo approprimentum inchoatur, adeò vt si possessione exciderit is cui adiudicatio facta est, publiciana detur, quæ vtilis est vēdicatio. l. 3. D. de publicia.

Ita & si quis rem restituere iussus, non fecit, ideóque litis æstimationē passus est, id est, damnatus est ad valorem rei, fit iudicialis emptio, ex qua dominium transfertur à Domino, à non Domino vsucapiendi cōditio, l. litis. D. pro empt. l. sed & si res. D. de public. l. eius. D. de rei vend. l. si vt certo §. vlt. D. commod. l. si propter. D. rer. amot. l. si fideiussor. D. de poss. 8

Sed & missio in possessionem ex secundo decreto idem præstat l. prætoris. § Iulianus. l. si finita. D. de dam. infect. vbi Bart. Rom. Alex. iidem illi l. iustè possidet. D. de acq. poss. glos. d. l. 3. D. de publicia. l. à Diuo Pio. §. si super rebus. D. de re iud. Bald. & Flor. d. l. si finita. §. si de vectigalibus. 9

Si quis ius dominij à principe impetrauerit, aut 10
iudice, dominium in creditorem transfertur l. 2. C. de iur. dom. impet. l. 2. C. quand. decret. opus non est. Bald. l. 1. C. communia vtriusque iud.

Sed etsi res aliena quantumlibet scienti, auctore 11
iudice addicta fuerit, ex causa funeris, etiam si legata sit, tribuitur vsu capiendi conditio l. at si quis. §. si colonus, D. de religio. glos. d. l. qui auctore.

Si ex communi diuidundo iudicio vni res adiudi- 12
cata sit ex pluribus consortibus, quod interdum fit, l. ad officium. C. communia vtriusque iud. si res aliena sit, tribuitur vsucapiendi conditio l. si per errorem. D. de vsucap. Bald. d. l. 1. C. communia vt. iud.

Sed etsi iudicis auctoritate res pupillaris falso tu- 13
tore vendente, addicta sit, causa præscribendi acquitur l. 1 §. Pomponius. D. quod fals. tut. autor.

Si quis cùm hæres non esset sententiam adiudica- 14
tionis hæreditatis obtinuerit, vsucapiendi conditionem acquiret l. statuliber. §. Quintus. D. de statuli. Bald. d. l. 1.

Et qui seruum alienum ex causa noxali iussu iu- 15
dicis duxit, vsucapiendi conditionem acquirit l. &

generaliter. D. de nox. l. item si. D. de public.

16 Ergo quandocumque siue ex personali actione dare, aut tradere quisquam iussus est, siue ex reali restituere, si aduersus Dominum sententia lata est, etiam iniusta, re tradita dominium ex sententia, vt ex quouis alio titulo transfertur, & si tradens, & damnatus Dominus non fuit, vsucapiendi conditio acquiritur, nisi cum petéti res restituta est vt sua, probato scilicet dominio ex eius parte. Nam cùm Dominus sit, amplius Dominus fieri nequit. l.3. §. ex contrario. D. de acq. poss. & frustra de vsucapiendo quæritur, cùm res propria est eius, cui fit adiudicatio. Hæc prolixa & molesta est tractatio Bart. Imol. Alex. Lud. Rom. Aret. Angelus. Cum. d. §. si iussu. Imò quod magis mirandum sit in præscriptionibus, in quibus titulus est sententia, aut adiudicatio iudicis, negát bonam fidem requiri; & certè illa lex, generaliter id probat, nisi is casus specialis est, quod Bald. & Floria. putant in causa noxali, & damni infecti. Bart. l. si finita. §. si de vectigalibus. D. de dam. infecto. Sed Innoc. in c. contingit. ext. de dolo & cont. ne eo quidé casu præscriptionem cum mala fide admittit, nec ex sentétia quidem. Nec ignoro eas pugnas quæ in d. §. si iussu ab Doctor. excitantur, d. l. exceptio. D. de except. rei iud. & l. si quis rem, & l. si inter te & me. eo. tit. de quibusdam casibus, in quibus an dominium transferatur, cõtrouertitur. Sed hæc longa distinctione conciliantur, à Lud. Rom. & Bald. l. 1. C. communia vtriusque iud. Imol. l. is qui reus. D. de public. iudic. Bart. & cæteri, l. ex hoc iure. D. de iust. & iure. Tanta autoritas est rei iudicatæ, quæ id efficit, vt dominium trásferatur, cùm alioqui ex regulis negent, eum qui rem suam, vt alienam restituat, aut tradat cuidam, dominium transferre, l.3. §. subtilius. D. de cond. ob. caus.

Excipiunt tamen ab eo theoremate, quod ante diximus, dominium ex sententia tranferri, nisi sententia interloquutoria sit, cuius non esse tantam potestatem putant, quia in talibus, incidenter, non seriò de dominio iudicetur, ideóque non satis idonea causa sit, dominij transferendi, aut vsucapionis causandæ, quæ Baldi sententia est d. l. 1. C. communia vtriusque iud. Lud. Rom. in d. §. si iussu, & certè rarum est, vt ex interloquutoria super dominio pronuncietur, & nos in foro dicere solemus in materia petitoria non cadere prouisiones, quia, lite pendente nil nouari, reg. sit: & lis suo marte ad finem decurrere debeat l. 1. si per vim aut alio mod. ideóque interim possessio apud reum esse debeat, l. res quæ in controuersia. D. de iure fis. Quod & si incideret de dominio incidéter iudicari veluti cum ex instrumento authentico agitur, sed exceptiones obiiciũtur, quæ protinus probari nequeũt, & finem litis petitoriæ expectant, vsucapiendi conditio tribui non posset, lite super principali perstante, & interrumpente successiuè. Quamobrem & ego puto ex incidenti, aut prouisione translata possessione, non valere eam ad idoneum titulum ad causandam præscriptionem.

Sed aliam exceptionem addunt eidem theoremati in arbitrali sententia, vt non sit putanda idonea, vt titulo, aut sententiæ iudicis æquipoleat, quod Bald. dixit, l. vlt. C. communia de leg. Alex. d. §. si iussu, qua de re illis non assentior, nec satis validas rationes adferunt & magis me mouet quod arbitria ad instar iudiciorum redacta sunt, quodque per homologationem à lege, exequutionis potestas tribuitur iudicato, ex l. cum antea. C. de arbit. quod idem fit ex Ordinationibus Regum, ne obsistente quidem appellatione. Itaque parum admodum est, quod à sententiis differunt si quidem executio sequuta sit, & traditio prædij, aut fundi, vi arbitrij à iudice facta, quod Consuetudo possit.

Tertia exceptio est, cùm de iure actoris ex probatione dominij pronunciatum est, ex ea ratione quam ante diximus; & quam Lud. Rom. tractat, d. §. si iussu, & Bald. d. l. 1. C. communia vtr. iud.

Addo vero casum alium, si sententia appellatione suspensa sit, ex l. 1. D. ad Turpil. tum enim iudicato extincto, quod ille textus ait, sentétiæ titulus, ad non titulum redigitur, & pro nihilo est. Nec verò dixi, si sententia de nullitate arguatur. Nam etsi maximè de nullitate argueretur, præscriptio non impediretur, q glos. singulariter dixit, c. si Sacerdotes xvj. quæst. 3. in glos. magna. quam & Balbus allegat in præscript. parte 2. partis 2. quæst. 11. idque multo magis verum, quo iure, tribunalia nostra vtuntur, quæ de nullitate sententiarum nusquam pronunciant, nec vllum iudicatum infringunt nisi per appellationem, per viam, vt loquuntur, simplicis nullitatis quantumlibet nulla sit. Itaque & si iuri dicendi de nullitate actus, negant, nisi triginta annis præscribi, tamen vt appellatio præscribetur, quæ cùm per Ordinationes Regias illico interponi debeat, nisi interposita sit, sententia transibit in rem iudicatam, & ideo idoneus titulus erit. Itaque sequuto quindecénio ex tali titulo perficietur præscriptio, non solum aduersus eum, contra quem iudicatum est, sed aduersus quemcũque extraneum, vt ex alio quolibet titulo, si modo possessio fuerit apud eum qui detinuit. Quin si cui libuerit talem sententiam, & possessionis traditionem bannire, approprimentum edictale consequetur. Quo magis totum [illegible] annos in foro versantem subit admirari, nondum extitisse, qui ista animaduerteret, nec ad hæc tempora occurrisse inter tot controuersias qui sententia pro titulo vteretur, & laboranti sæpius causæ patrocinaretur. Cùm perquam frequenter acciderit [illegible] locus, & occasio, bono, & probato iure, quod [illegible] exemplis non potest non esse firmissimum, cum Consuetudo omnes iuris titulos admittat. Nam sententias in vim & iudicati contendere, non semper melius est, quoniam ab his interponere appellationes, etiam post multos annos beneficio literarum Regiarum [illegible]patum, etsi malo exemplo & incertissimo iure, quo fit vt iudicata quæ firma putabantur, nulla appellatione suspensa in dubium reuocentur, & prior controuersia recrudescat nouo inuento, quo necessarium est accidere, vt eadem opera titulus labefactetur, tum quia sententiarum aduersus extraneos inauditos nullus vsus est, ex titulo & regula res inter alios acta, C. & l. sæpe. D. de iud. cum contraria omnia eueniant, quum quis sententiam pro titulo opponit, & quindecennium subsequutum est. Nam tam aduersus eum contra quem lata est sentẽtia, vt titulus proficit, quam aduersus extraneos, contra quos omnes præscriptio perficitur, vt ex alio quolibet. Ex quo apparet ingens vtilitas, & securitas incomparabilis. Nec mihi quisquam obiiciat eodem literarum beneficio appellari posse post quindecennium, quod imperiti Cancellarioli faciunt, per quos subinde cera raptatur, qui tales appellationes releuát, iniqui qui admittunt, cùm duplex litis finitæ exceptio, id est, fines non recipiendi duo fortissimi obstent, & iudicati scilicet, & præscriptionis ex titulo. Nam tales appellationes releuare, aut admittere, nil aliud est, quàm contra approprimentum, & præscriptionem perfectam, & consummatam, id est, Consuetudinem ipsam formaliter restituere, quod ex quacumque causa vetitum est, & æterno vsu improbatũ, & proinde inauditum quemquam ex vlla causa contra approprimentum, aut consuetudi-

ſuetudinarias præſcriptiones reſtitui, & nos alibi ea de re ſpecialiter diſſeremus, quod ſi fit peſſum imus omnes, & noſtrorum commerciorum ſecuritates, & Conſuetudinis auctoritas labefactatur, quæ ex quocumque titulo appropriat (*enuers tous & contre tous*) Artic. ſequenti *& acquiert droicture & ſeigneurie*, alio Articulo. Fit vero inuita Themide, & repugnantibus iuris rationibus omnibus, ſi quiſquam poſt quindecennium, id eſt, conſummatam præſcriptionem reſtituitur, ex vlla omnino cauſa, quia approprimēto conſummato, & iuris executione ſequuta, iure ſcilicet quæſito, non poteſt non improba eſſe talis reſtitutio, & alieni iuris compilatrix, nec enim retro recurrere effectus appellationis poteſt ſerò interpoſitæ, poſt tempus, & iure conſuetudinario interclusæ, non magis quàm cætera approprimenta, quæ poſtquam perfecta ſunt tempore, prætextu cuiuſlibet nullitatis tituli, conuelli nequeunt inter maiores, qui locus fuſiùs à nobis inferius tractabitur. Nam dominio eóque directo pleno, & abſoluto quæſito, nec vendicatio nec actio, nec ius vllum ſupereſt, nec ſententia vt ſimplex iudicatum accipitur, ſed vt titulus, qui nulli appellationi ſubiicitur, propter cōſenſuum interpretatiuum partis contra quam lata eſt, ſi intra totum

19 quindecēnium non reclamauit, quod ante docuimus in protheoria, cùm de conſenſu tacito diximus ex l. alienationis. D. de verborum ſignificatione. Quo fit, vt & ſi intra quindecennium aliquo prætextu, & beneficio literarum appellari poſſit, atque ita iudicati vis ad incudem reuocari poſt quindecennium non poſſit iure conſummato, firmiſſima dominij ſecuritate cōſequuta per titulum, & temporis lapſum, & conſenſum, ex quo tacita iudicati approbati præſumptio, eáque iuris, & de iure conſequitur d.l. alienationis, éſtque multò veriſſima hîc gloſ. ſententia in l. prætoris. D. de dam. infect. quæ dixit eum qui miſſionem ex ſecundo decreto patitur, quodammodo rem pro derelicto habere videri, quia ſcilicet mora trahit ſecum executionem dominij. At poſt executionem ab lege factam moræ purgatio non admittitur. l. iam tamen

20 in princip. D. iud. ſol. Florian. d.l. & generaliter. l. ſi is cui. D. de legat.2. l. qui ob rem. D. de cond. indeb. Lud. Rom. conſ. 427. Bart. & alij d.l. ſi is cui idem Bart. l. inſulam ſi q.4. D. de verbor. obligat. & apoſt. ibi prolixa. Fit verò hîc ab Conſuetudine certiſſimè per acquiſitionem dominij perfectè tranſlati ex titulo, & temporis lapſu. Hæc eſt veriſſima, & noua conſideratio mea, & omnibus partibus ex certis iuris, & Conſuetudinis aſſumptis conſtans. Quocirca, me autore, iam inde ſciant tribunalia noſtra, bono, & vero optimo iuri, ſi quando caſus occurret (& verò occurret ſæpe) patrocinari, & ſententias quaſcumque ſecuto quindecennij lapſu, pro titulis opponere, non verò in ſimplicis iudicati vim, quod aduerſus extraneos prodeſſe non poſſet, ſed oppoſitu in vim tituli aduerſus quoſcumque proficiet, ſi non erit intra quindecēnium appellatum, & ſuper appellatione concluſum. Ita fiet, vt fine non recipiendi, id eſt, litis finitæ improbi litigatores excludantur tutiſſimè, & externi ex Conſuetudine, fine eodem: ne talia deinceps releuia quiſquam pertimeſcat imperitis auctoribus, ſiqui erunt tales, quæ nō magis ſolem ferent, & puluerem apud doctos Magiſtratus, quam ipſa cera, qua vtuntur.

De decretis, an tituli loco habeantur, non ignaua eſt dubitatio, an ſcilicet tribuat vſucapiendi conditionem, veluti & ſententia, & an par vtriuſque ſit vis, & effectus, quādo ſententiam titulum eſſe ex optimis docuimus. Id vt intelligatur decreti deſcriptio, & vſus paulo altiùs nobis explicandus eſt, quādo id plurimi, ſed pro dignitate rei non omnes ſunt adorſi, præſertim auctores è ſchola. Rectè Bart. l.3. §. ſi cauſa. D. de bonor. poſſ. quæ per Magiſtratus expediuntur, ſcripſit, ferè in cauſæ cognitione verſari. Sed cauſæ cognitionis genus non vnū eſt, duas enim eſſe cognitiones vſu diuerſas. Priorem quæ actore, reo, & iudice conſtet, ſine quibus conſiſtere nequeat, atque ideo contentioſa dicatur, l. de vno quoque. D. de re iud. l. in cauſæ. §. cauſa. D. de minorib. vulgato c. forum. de verb. ſign. Neque actor ſolus id efficere poſſit, quia neceſſe eſt, eſſe cum quo contendat, deinde ſibi nemo iudicare poteſt, trita regula, non reus, quia nemo cōtra ſe ius dicturus ſit, cùm iudicia in inuitum vt plurimum reddantur, nec iudex item ſolus qui aduerſus inauditū nil poteſt c.1. ext. de cauſ. poſſ. & propriet. cuius hæc lex eſt perpetua ἀμφοῖν ὁμοίως ἀκροᾶσθαι. Materia huius cognitionis eſt in allegationibus, & probationibus aduerſariis cuiuſque facti. Poſterior quæ & ipſa cauſæ cognitio appellatur, alterius ipſa naturæ, & generis eſt, pertinet vero ad eos actus quos lex non aliter fieri permittit, quā ex certis, deſcriptiſque cauſis, aut ſolemnibus, qui vt fiant ante Magiſtratum doceri oportet, eas ineſſe, vt ſuam poteſtatem accommodare velit, quod aliter facturus non ſit. Tales cognitiones, nec actore conſtant, nec reo, ſed cum iudice totum negotium tranſigitur, ideóque voluntariæ dici ſolent, vt ab contentioſis diſtinguantur. Idcirco cùm quid tale expeditur, informe, & irregulare iudicium dicitur, reſpectu contentioſi, quod Bald. dixit, l. mulier, oppoſ. xi. D. ſol. mat. hoc diſcrimine Iuriſconſulti, l.1. §. nunciatio. D. de op. no. nunc. & Canoniſt. c. vlt. ext. de iud. has cognitiones notant. Fit igitur iſta poſterior ad informandum iudicis animum de his cauſis, quas lex ineſſe vult, actui qui geritur, vt cum minorum bona alienantur, vt ea adſint, de quibus in l. magis puto. D. de reb. cor. cum pupillo tutor petitur, vt ea quæ in tit. qui, & à quibus, in alimentis præſtandis, aut educatione pupillorum, vt ea quæ in tit. de alim præſt. & vbi pupil. ed. debeat, in bonorum poſſeſſione ex Carbon. vt ea quæ in tit. de Carb. edict. In ea quæ ventris nomine, aut quæ emācipato gratia agnoſcendæ litis, de quibus in tit. de bon. poſſ. ea quæ ſeparatis titulis exiguntur. In his actio nulla exercetur, ſed officio iudicis expediuntur omnia, quomodo, & in ea quoque bonorum poſſeſſione conſuetudinaria accidit, quæ ex caduco datur, nos deferentiam ſolemus appellare, in his & talibus omnibus iudicem doceri oportet de his cauſis, quas lex antecedere poſtulat, quod Bald. dixit, l. vlt. C. vnd. cognat. Bart. Bald. & Saly. Caſt. denique ſchola tota l.1. C. qui admit. & l.1. C. quor. bonor. Ideóque Bald. talem cognitionem cōſcientialem vocat l. certum. C. vnd. cognat. quia ad inſtruendam iudicis cōſcientiam reperta eſt, nec cum alio quàm cum iudice diſceptatur. Itaque nemo ad eam, vt pars, aut aduerſarius vocatur, nec propter nō vocationem, quiſquam de nullitate actum poteſt arguere, quia talis actus natura non eſt, vt quiſquam vocari debeat, quod Caſt. dixit, l.1. C. de bonor. poſſ. ſecund. tab. Bald. d. l. certum, & l. vlt. C. qui admitti. cuiuſmodi ſunt actus voluntariæ iuriſdictionis omnes, l. actus. C. de fer. l.2. §. dies. D. quis ord. in bonor. poſſeſ. ſeruet. emancipatio, manumiſſio, inſinuatio, tutoris datio, bonorum minoris alienatio, poſſeſſiones bonorum tres illæ, quæ ius non tribuunt, nec præiudicant, ſiue in petitorio, ſiue poſſeſſorio, de quibus gloſ. l.1. verbo incommodo. D. de bono poſſ. & ſi qui eius generis actus ſunt de quib. d. l. actus, & ſi non omnes hi decretum requirunt, ſed tamen qui requirūt, non propterea con- 23

tentiosæ cognitionis esse dicuntur, quia requirant,
sed voluntariæ manent, ex eo, quia aduersarium, &
antidicum non habent, quoniam nemo in talibus dici
potest aliquod particulare interesse habere, ratione
cuius vocari eum necesse sit. Ideóque omni die etiam
feriato expediuntur, vt tutoris dationes, l. 2. D. de
fer. l. qui habet. §. quolibet. D. de tutel. l. nec man-
dante. §. dari. D. de tut. & curat. dat. ab his. Bart. l. tu-
tor si petitus. D. de tut. & curat. dat. ab his. & quouis
loco, Ang. l. iusiurandum & ad pecunias. §. si de qua-
litate. D. de iureiur. & domi expediri, l. voluit. §. vlt.
D. de interrog. act. Bald. & Raph. Cum. d. l. qui ha-
bet: & administratio decerni, & inuentarium fieri:
quod Bald. dixit, d. l. actus, & Angellus. l. 1. ad finem.
D. si cui plus quam per l. falcidiam. & alimenta pu-
pillo decerni, Bartol. Ang. Cast. l. Diuus. D. ad legem.
Falcidiam. Bart. & Cast. l. 1. C. de cond. indeb. Sed &
superius dictæ bonorum possessiones, & manus leua-
tiones peti d. l. 5. §. si causa, sic & alimenta vxori doarij
nomine, aut alij fœminæ, mortuo marito decerni ab-
sentibus hæredibus, quod Ant. But. ad similitudinem
pupilli dixit c. vlt. vers. quæro quo tempore. ext. de
24 fer. Denique & decretū quoque, quod minimè quis-
quam esset crediturus, interponi alienationi rerum
minoris ex causis iuris, quod Ang. Cy. Alb. Fulgos.
notant, d. l. actus, in quo meritò Bartolum, & Bald.
Cast. repræhendit. tum Ant. But. Panor. vers. Idem
in eo Anchar. vers. circa hoc Ioan. c. vlt. ext. de fer.
insinuatio decretū non requirit, quod Bart. & Rom.
aiunt, l. Modestinus. D. de don. Bald. & Alb. l. illud.
C. de Sacros. Eccles. Bart. d. §. si causa. In his nemo
vocandus est, sicuti nubátne pupilla, in potestate tu-
toris non est, text. l. in copulandis. C. de nupt. & l.
sciendum. D. de rit. nupt. & l. in coniunctione. C. eo
tit. de nupt. Cur ista igitur omnia, locus, tempus, &
aduersarij vocatio contemnantur, in causa est, hæc
natura cognitionis, cùm in superiore illa omnia tam
exigantur, vt eorum in obseruatione iudicium, & iu-
25 dicatum corruat d. §. si causa. Ergo quod ex quaque
earum decernitur à iudice, diuersa etiam nomina, &
appellationes habet. Quod ex contentiosa iudex sta-
tuit sententia est, quod ex hac posteriore decretum, &
si interdum hæc nomina confundantur, & pro sen-
tentia, decretum interdum accipiatur, vt d. §. si causa
& alibi, in qua diiudicatione multū se Doctores tor-
quent, l. nec quicquam. §. decretum. D. de off. pro
cons. & melioribus olim pugnauit Petrus Stella non
fœliciter, quod ea controuersia sedari poterat, lecta
l. minorum. C. de præd. minor. Proinde cum supe-
riora omnia à genere cognitionis discriminanda dixe-
rimus consequitur, vt cùm ea intercedit, & nomina,
& effectus mutentur, itaque plerumque accidit vt vo-
luntariæ iurisdictionis materia, transeat in contentio-
sam, cum se aliquis medium interiecit actui, & au-
26 diri postulauit & libellum porrexit & dicam intendit,
& responsione contestatio facta est, voluntaria in di-
uersam trāsit. Exempla manifestissima sunt ex his quæ
ante diximus, nuptiæ pupillæ ab eius arbitrio pēdent,
nec decretum vllum requiritur iure quidem ciuili ex
d. l. sciendum, & d. l. in copulandis, quod si cognati
dissentiant, & intercedant audiendi sunt, nec aliter
res dissoluetur, quàm præsidis decreto. l. 1. & l. in
coniunctione. Cod. eod. tit. de nupt. Nam hîc quid
nostræ priuatim leges effecerint vltra ius non dico.
Sed & aliud exemplum in l. etiam si. D. de minor.
Restitui minor potest à prætore aduersus aditionem
hæreditatis, nemine vocato, si nullius interest. Quod
sic fiet, decretum erit ex libello, si creditorū interest,
necessariò vocandi sunt, quod sic vocatis statuetur,

A sententia erit. In nostris quoque bonorum possessio-
nibus edictalibus, id est manus leuationibus & defe-
renciis simile fit, nec quisquam vocatur, sed vbi de ly
genere quisquam docuit, & gradu successibili in li-
nea, & stemmate defuncti, fit manus leuatio, quod
sic fit, cum cognitione irregulari fit, nemine vocato,
ideóque nec in petitorio, nec in possessorio cuiquam
ius habenti præiudicat, quod Bart. expresse dixit. d.
§. si causa, quod sic statuitur decretum est, quod si quis
proximior superueniat, & id doceat, re in integrum
restituta tam ratione possessorij, quàm petitorij de-
nuo cognoscendum, hæc vero cognitio contentiosa
B erit, & quod ex conflictu partium iudicabitur senten-
tia erit, itaque in priore cognitione nemo auditur ap-
pellans, quia natura actus non exigebat quemquam
vocari, quod si appellauerit, appellatio in opposítio-
nem conuertetur, & denuo redintegrabitur cognitio,
remissis partibus ad suum iudicem, Abunde talium
exemplorum dici potest, cùm voluntaria transit in
contentiosam & Doct. tradunt. d. l. 1. C. qui admit. &
d. §. si causa vt & contentiosa quoque in voluntariam,
cum lites transactionibus finiuntur, quæ etsi homo-
logari solent in curiis, tamen non propterea tepe-
C diuntur in contentiosas, quod tractari solet. l. 1. C.
communia vtriusq. iud. Ideóque cum rescinduntur ex
causis iuris, nil profuerit homologationem allegare,
quæ nil addit ad vim transactionis, & eadem opera
rescinditur, nec maiore negotio. Proinde cum ii
transitus fiunt de voluntaria in contentiosam, tunc
id per accidens, & præter primordialem actus natu-
ram. quod Bald. dixit. d. l. 1. & vltima. C. qui admit.
in 2. & 3. oppos. d. l. 1. Alb. l. non est omnino. C. de
manumis. vind. Cast. & Bald. d. l. actus Salyc. l. 1. C.
de bonor. poss. sec. tab. tota schol. d. l. 1. C. qui ad-
mitt. Quæ valde notanda sunt nec omnibus obuia, &
D tamen vtilissima ad vsum, & frequentia. Ergo et illa 19
causæ cognitionis applicatione illud euenit, vt iudex
idem, aut alius melius informatus, & melioribus de
causis suum ipse decretū reuocet, quod Bald. ait c. 1.
tit. de milite vassallo qui contumax est Bart. l. 1. C. vbi
pupil. educ. deb. l. quamuis. D. de reb. eor. schola
l. iustè. D. de acq. poss. ibi Alex. num. 13. Nec decreta
de scripto ferri exigebat. Alex. ibid. num. 11.

Contraria omnia in sententia, nam & scribi debet.
l. 1. C. de sent. ex breu. recit. & ab iudice reuocari ne-
quit l. iudex post ea. & l. quod iussit. vbi schola. D. de
E re iud Doct. d. l. iustè.

Sed & ex falsa causa interpositum nullum est de-
cretum. l. Seiæ egressæ. l. tutor. D. de tut. & cur. dat.
ab his. l. cum vero. §. subuentum. D. de fid. liber.
crebra exēpla apud Bart. Bald. Cast. Ang. Alex. Cum.
Ias. Soz. d. l. iustè.

Contra in sententia ex Bart. l. qui testamento. §. 1.
D. de excus. tutor. vulgatus locus. l. qui Romæ. §. duo
fratres vbi schola tota. D. de verb. oblig.

Ideóque decretum in rem iudicatam nunquam
transit si sit qui conqueratur, & eius intersit, quod
Bald. dixit in margarita, verbo contractus tenet, &
F Bart. d. §. si causa. Cum longè contra fit in sententia.

Item locus, tempus, partis vocatio, substantialia
sunt iudiciorum ex quibus proueniunt sententiæ, vt
ante docuimus, contraria omnia in decreto.

Quare dubitatum quandoque, an ab decretis ap-
pellari posset, cum ex simplici libello reterata cogni-
tione per viam nullitatis succurri posset lesis. Et cum
vetus forum in Britannia non aliter solebat, quàm per
nullitates decreta arguere, & ad memoriam nostram
aliter fieri inauditum, quoad commerciis Francorum
aliter est receptum, & auctoritatem è iure habere vi-
deri

deri poteſt, ex l. ait prætor. §. permittitur. D. de minorib. Bald. l. fin. C. qui admitti ad fin. Spec. tit. de appel. §. 1. verbo, ſed nunquid & §. quibus. Certè apparet non de nihilo dubitatum, quando & veteres illi dubitaſſe videntur.

32 Proinde vt eo tandem deueniamus quod inquirimus, an decretum titulus ſit, aut tituli vicem habeat, apparet titulum non eſſe, neque enim de ſui natura alienationem continet, aut actum dominij tranſlatiuum, ſed ei iam factæ aduenit, aut faciendam anteuertit, quippe plures liberum faciunt, decretum alienationem antecedat, an ſubſequatur, vt gloſ. l. 1. verbo decretum. C. de tut. vel curat. illuſt. perſon. & Bald. c. 2. tit. de feud. ſin. culp. non amitt. & l. 1. C. qui admit. Alex. l. ſciendum. num. 28. D. de verb. obligat. Nihil igitur habet decretum aliud, quàm cognitionem de ſolemnitate, & cauſis, quæ actui interuenire debent, ex quibus iudicis permiſſio conſequitur, & auctoritas, ſed alienationem per ſe non continet. Oportet itaque ſubſtantiam alienationis ſubeſſe, in qua præordinata eſt materia, ſine qua nullum accidens applicabile eſt. Etſi (vt ante diximus) decreti appellatio non ſemper naturam ſuam ſeruat, & ſæpe ſententia eſt, quam decretum appellant, quippe iudicis pronunciatum, auditis ex aduerſo partibus, propriè decretum non eſt, vt ante docuimus. Proinde an alienatio ex eo facta, cauſam vſucapiendi tribuat, poſterius dicemus.

[g] [QVAND LA CHOSE EST BAILLEE AV CREANCIER EN PAYEMENT.]

Detriment & aduenante, quid?

Hîc apparet, de eo exequendi more mentionem fieri, qui iure ciuili vſurpabatur, l. à Diuo Pio. §. ſi pignor. D. de re iud. cum, ſcilicet, emptor pignorum non inueniebatur, ideóque creditori ipſi addicebantur, quod & artic. 252. ſuperius expreſſum eſt. Sed æſtimatio, & pignoris pretium non vti iure, ab iudicantis arbitrio, ſed ab taxatione legis pendebat pro eo, ſcilicet, quod duodecim annis ſortem æquaret, id olim *detrier & aduenanter*, appellabant, & valuiſſe cum morem ad reformatæ Conſuetudinis tempora apparet, & illa ipſa formula actionum, quæ à Curia Britannica inducta eſt, anno 1543. indicat, cum volentibus vti permittit, & liberum vult eſſe antiquum morem, mihi tamen videre non contigit qui vteretur, nec hodie talis indicatio prædiorum eſſet tolerabilis, ne in reditibus quidem pecuniariis conſtituendis ex Ordinat. Caroli IX. 1567. Sed illa tempora tulere, cùm eſſet hominum & pecuniæ minus, & ea de re diſſeruimus in artic. 66. Proinde hæc formula in totum exoleuit, nec ea iam quiſquam vtitur, reperto auctionum, & licitationum vſu meliori, ex Ordinat. Regum, & illa Henrici anno 1558.

[h] [IL CONVIENT.]

Etiam poſt auctiones retractus conſanguineorum admittitur.

Verbum priſcum, pro oportet, aut neceſſe eſt. Proinde hoc intelligi conuenit ad ius approprimenti conſequendum, & omnes omnino extraneos excludendos. Nam ad dominij tranſlationem, & cōtractus perfectionem horum nihil neceſſarium eſt, re adiudicata, & tradita ex crediti cauſa. Sed non ſine fructu hic Articulus ſcribitur ad tollendam dubitationem

A quàm And. Tiraq. magno conatu nititur explicare. An ſcilicet re per auctionem diſtracta locus ſit retractui. Nam hîc apparet cùm omnes creditores ſolemnibus auctionum excludantur, ex Ordin. Regum & l. ſi eo tempore. C. de remiſ. pignor. & poſt eas adhuc bannimentorum ſolemnia Conſuetudo requirat, eſſe aliquid quod ad plenam ſecuritatem adhuc exigatur. Itaque aduerſus ipſos Dominos, qui non interceſſerunt, nec cridis excluduntur, tum aduerſus retrahentes, hæc ſolennitas comparatur, ſed de retractu etſi multùm pugnat Tiraq. verbo *ou equipollent à vente*, num. 8. & 14. & vero noſtros aliquando dubitaſſe
B comperi, tamen cauſa non fuit dubitandi probabilis, cùm actio ad retractum ante perfectam alienationem, & traditionem non naſcatur. Itaque antecedere venditionem neceſſe eſt, ante talis actionis natiuitatem. Nec enim eo more vtimur, de quo in l. dudum. C. de cont. empt. vt ante conueniri propinquos oporteat, velint ne emere, antequam extraneo venditio fiat, nec vlla denunciatione, aut in ſpecie, aut in genere facta, excludi poſſunt conſanguinei ab retractu ante venditionem, nec auctionibus illis quia alienationem expectant: quod & Tiraq. idem
C in præfat. retr. diſſeruit, & §. 36. gloſ. 2. in fin. Ideóque conſanguineus quamlibet teſtato conuentus vt emat, aut edictis ius integrum habet, quia à venditione demum naſcitur, itaque huic cauſæ hic Articulus comparatus eſt, poſt venditionem, & addictionem, ſcilicet. Quo circa qui vt creditor in inſtantia auctionum excluſus eſſet, ante venditionem ſcilicet, idem vt conſanguineus poſt eam admitti poſſet ad retractum, alio iure ſcilicet, ſi tempora largiuntur. l. accuſaturus. D. de adult. & an eandem. D. de excep. rei iud. Nam alias dubitandi cauſas Tiraquello relin-
D quo, quo loco ſupra, quia non ſunt huius loci.

[i] [QVE BANNIE EN SOIT FAITE.]

1 *Non eſt neceſſe totum tenorem contractus bannire.*
2 *Ex deſcripto ſufficit aut breuiculo.*
3 *Reſpiciendum cuiuſque interceſſoris intereſſe.*
4 *Quid celatum noceat ad approprimentum.*

Bannie, voce per omnia æquiualente Latine edictum dixeris, Hinc edictales *ἰδιώτας* appellare libuit, quæ nos approprimenta per bannimenta dicere in foro
E ſolemus. Nam quas vulgò publicationes vocant, tribunalium, aut iudiciorum promulgationes eſſe putant, bannimenta ad populum, & mercatus pertinere. Igitur contractus oportet edictis promulgari certo loco, die, hora, conuentu. Sed huius actus finis, & effectus omnino ſpectandus eſt, ne quid, quod cuiuſque rei ſubſtantiæ ſit, omittatur, néve quod neceſſarium non ſit, & ſuperfluat ad vitiandum actum accerſatur, in quo plerique falluntur, & fallunt, cùm contractuum tenores, paſſim ex toto, & omni in caſu 1 promulgandos putant, alioqui bannimenta irritari,
F & approprimenta excidere, quod perquam falſum eſt. Nam id metiendum eſt, ex eo, quod cuiuſque interceſſoris interſit non ignoraſſe, id quod non eſt promulgatum. Et vt totum contractum promulgaſſe non poteſt, non eſſe certæ, & indubiæ cautionis, ita ſi aliter factum ſit non protinus putandus actus non ſubſiſtere, ſi interceſſoris non intereſt id ſciſſe. Itaque 2 tenorem totum inſtrumenti publicare magnis tribunalibus receptum non eſt, cùm ex deſcripto ferè, & breuiculo promulgari ſoleant contractus, quæ leges, cōditiones, pactáve eorum ſint, vt quiſque intelligat quid ſua interſit. Id cùm audit expergiſci quemque

oportet, sed instrumentorum nexus, notariorum tau-
tologias, cæteráque id genus non est necesse promul-
gari, quæ pro cuiusque fori Consuetudine apponi
solent, & recinuntur vt ab auiculis. Quo fit vt alia
ratio sit hypothecarum, alia iurium realium, vt ser-
uitutum, aut debitorum fundialium, alia intercessio-
num conseruatoriarum, vt litis pendentiæ, & si quæ
tales sunt, alia retractuum, alia vendicationum ad
3 approprimentorum effectus. Cum creditores hypo-
thecarij audiunt bannimenta sub illa formula, *L'on
vous fait sçauoir que par cõtract habile à transferer seigneu-
rie, tel a transporte à tel, vn tel fonds, ou heritage*, nihil
causari possunt, quod sua intersit, si non in specie
contractus expressio facta est, quóve minus solemnia
esse bannimenta dicantur. Neque enim eorum in-
terest quocumque tandem titulo dominij translatiuo
res hypothecata transferatur, cùm ex omnibus eius-
dem generis, id est, dominij translatiuis æquè hypo-
theca excludatur, si non interceditur. Itaque nil in-
terest, illéne, an etiam alius sit contractus qui pro-
mulgatur, si æquè hypotheca ex omnibus excludi-
tur. Similis eius quoque causa est, qui seruitutem
super fundo vendito prætendit, & fundum seruien-
tem liberum audit alienari quocumque titulo, quid
enim ad tales intercessores, quales quantúmve sit pre-
tium conuentum? sit ne venditio, an fraudulenta per-
mutatio in venditionem resolubilis? vtroque enim
modo ex vtroque contractu excluditur, si non in-
tercedit, & licet omni intercessori, si quid auditum
prætervolauit in promulgando, instrumenti, & con-
tractus exhibitionem petere, & exemplum legere
etiam, & describere in facultate habet, quod omni
intercessori liberum est, & ab iudice obtinetur simu-
lacque petitum est; Rursum, si quis prædium vt pro-
prium vendicet, quid interest eius, quo quisquam
titulo id quæsierit, si modo intelligat de re sua con-
trahi, & id agi, vt iure suo excludatur, si quidem
venditor possessor sit, alioqui si non possidet, im-
punè bannimenta contemni possunt. Nec enim id
quod nostrum est, sine facto nostro alienari potest.
l. quod nostrum. D. de regu. iur. nisi ex moribus cùm
venditor saisitus est, saluo, vt ante diximus, recursu
aduersus venditorem ei, cuius res est, in talibus ti-
tulum contractus in indiuiduo non promulgasse, ni-
hil interest rem ipsam, aut seruitutem vendicantis,
aut creditoris hypothecarij, si modo verè subsit vnus
de dominij translatiuis, & in genere promulgatus sit.
4 Nec tamen alium pro alio promulgari admitto, quo-
niam cùm bannimẽta relatiua sint necessaria ad con-
tractum, aliud contraxisse, & aliud promulgasse,
omnino non promulgasse est, & hic expressum no-
cet, quod non expressum nociturum non erat. Ita-
que inscita est horum dubitatio, qui promulgatio-
num formas easdem contractibus omnibus compa-
rant, vt pluribus parietibus easdem fidelias, cùm ex
eo quod intercessorum interest metiendæ sint, & suas
singulares habeant causas & respectus. Quare qui
aliter putant vsu, & experimentis refelluntur, nec
fines rerum intelligunt scripto imprudenter affixi,
nec vident quis legislatoris scopus, aut mens fuerit,
nec sine causa dictum olim, non oportere ius ciuile
calumniari, nec captandæ sunt securitates contra-
hentium ad aucupandas non indictas moribus nulli-
tates. Sed tamen periculosissimè erratur in conci-
piendis bannimentis, quæ ad excludendos retractus
comparantur, qui consanguineis competunt. Nam
in his magis minúsve edixisse, quàm contractu con-
tineatur, sæpè bannimenta reddit fraudulenta, inde
fit vt maius pretium dixisse, quam re vera erat, aut

A præsenti die, cùm ex die soluendum esset, aut per-
mutationem promulgasse, cùm vera emptio esset,
aut quidpiam momentosum suppressisse, quod arca-
na conuentione, aut antigrapho, id est contra litera
aliqua de contractu demptum esset, fraudem fecisse
sit, ex qua decennij prorogatio est ad petendum re-
tractum, & intercedendum, ex artic. 269. quia iusta
causatio retrahentis est, si deterritus grauitate con-
ditionum quas contractus promulgatio præ se fere-
bat ad retractum non venit, venturus si arcanas con-
uentiones leuiores non ignorasset, veluti qui sensua-
lis contractus promulgationem audiit, cùm ex an-
B tigrapho conuenisset, vt pretium tale, tantúmve sol-
ueretur per se, vel alium nihil enim interest, si mo-
do obligatio pretij repræsentandi in persona acqui-
rentis concipitur, quod alibi diximus, & pretij certi
descriptio fit, & conuentio, ne quisquam illius Ar-
resti Montolonei fiducia decipiatur, quod etsi nul-
lum vnquam fuisse affirmat Chopinus in priuileg.
Rust. tamen Lucius allegat, vt nec aliorum quæ Ti-
raquellus in præfatione retractus memorat. Denique
substantialia contractuum quoad retrahentes quidem
semper necesse est promulgare, accidentalia non sem-
C per, naturalia quidem pene omni in casu, ne se re-
trahens deceptum caussificetur falsi obiectu, quia gra-
uioribus conditionibus retrahentes deterrentur, me-
lioribus adducuntur ad retrahendum. Certè veteri
quoque foro insolens fuit aliter, quàm ex commen-
tario contractus promulgasse. Sed non omnium in-
tercessorum similis causa. Quod nos pluribus dictum
voluimus, quia talia obiecta peritos quoque iudican-
di crebro remorari solent, dum ad manum non pro-
tinus ratio suppetit, & cùm sint à Consuetudine præ-
scripta certo quidem, sed variante vsu & fine.

D [k] [Par la Covr.]

Id est, ex auctoritate, & iussu tribunalis eius, cui
res ipsa subest proximè, & ἀμέσως. Nec tamen vlla
iudicis commissio (vt loquuntur) aut mandatum exi-
gitur, sed sua sponte, & arbitrio contrahentes fa-
ciunt. Cæterùm id quoque adiiciendum est, vt ea
Curia ius bannimentorum habeat, nec enim omnes
id ius habent, cùm bannire contractus sit meri im-
perij symbolum vnum, id est, ab iure altæ iustitiæ,
dependeat, quod nos sup. artic. 68. notauimus, ideo-
E que *l'aisné qui n'a haute Iustice sur son puisné, Art. 114.
n'a consequemment point de droit de bannie sur son iu-
ueigneur ny ses hommes. Tellement qu'aduenant que le fief
du puisné ou iuueigneur se vende, l'approprimment ne se
pourra faire par la Cour de l'aisné: ains se fera par la Cour
du seigneur lige, ny les ventes ne s'y payeront*, & res est
digna singulari animaduersione, propterea quod
multos in eo falli deprehendimus inscitia moris pa-
trij, & Consuetudinis.

[l] [A qvi la ivrisdiction.]

F Id est, *la teneure feodale & obeïssance*, perpetuum
enim est huic Consuetudini iurisdictionis verbo vti
pro nexu feudali.

[m] [Ov par Covr svperievre.]

1 Si on se peut approprier par Cour superieu-
re.
*Iurisdictionis verbo proxima & immediata intelli-
gitur & infra. ibid.*

2 *Iuste-*

2 *Inferiora tribunalia parent superioribus, etiam in prima instantia.*
Superioritas intelligitur feudalis non iurisdictionis. ibid.
Bannies faites sans expression, par quelle Cour s'entendent. *ibid.*
3 Bannies ne requierent commission de Iuge.
Oppositions sans expression de Cour. *ibid.*
An re pluribus territoriis sita, Vbique banniendum sit. ibid.
4 *An ratione bannimenti omissi in parte, retractus ad totum competat.*
5 *Quid est quod dicitur indiuiduum esse contractum.*
Indiuidua bannimenta, indiuiduas hypothecas, seruitutes. ibid.
6 *Quid si fines paræciarum ambigui.*
7 *Quid si in confinio.*
8 *Vbi bannimenta fieri oporteat de seruitute aut fundo dominante.*
9 *An bannimenta suppleri poßint particulari significatione.*

Nisi hoc esset additum iure dubitaretur, an istud fieri posset, an scilicet hæc bannimenta, & certificatio fieri possent apud superius tribunal. Nam iurisdictionis, aut Curiæ appellatione de proxima intelligendum videretur, eâque immediata, vt ordinaria scilicet & regulari præsertim in realibus. Atque ita iudicatum Aresto in casu per quam simili scribit Ti-
1 raq. in retract. §. 36. glos. 3. numer. 18. & 19. Sed hac expressione dempta est omnis dubitatio. Cuius sententiæ illa iure nostro patrio, præter iuris ciuilis rationes, multo probabilior causa est, quia non vt illo iure aut Francorum inferiora tribunalia superioribus subsunt in casu ressortus tantum, quod Ioan.
2 Fab. dixit in titulo de Atil. tut. Sed etiam in primis instantiis *aux cours de leurs obeïssances & menées*, ideóque minus mirum, si in eis bannimenta etiam & approprimentorum solemnitates confici possunt, qui conuentus sunt iuri dicendo de causis inferiorum tribunalium in prima instantia apud superius tribunal, & propterea conuenti veluti apud suum, & competens tribunal respondere coguntur, saluo iure remissionis petendæ ad inferiorem, & domicilij iudicem. Et hæc vera sunt & vsus obseruat in non regiis tribunalibus subiectis. Proinde hæc superioritas accipi debet non supinè, & incogitanter de omni superioritate, sed ea duntaxat, quæ ratione feudalis obligationis competit, *pour raison de la teneure*, quia hîc de realibus quæritur, & de approprimentis consequentibus realia. Nam superioritas iurisdictionalis, id est, quæ ratione iurisdictionis tantum per se, & in abstracto consideratæ competit, non idem efficeret; res exemplis fiet illustrior, Vitreius Baro præsidi Rhedonensi subiicitur ratione feudi, ideoque ei etiam in prima instantia vocatus paret & respondet certis quidem diebus, & dicto conuentu, *aux plaids, & en l'endroit de son obeïssance*, idque, *des heritages prochement tenus dudit Baron, & pource on se peut approprier pardeuant le Seneschal de Rennes en l'endroit des plaids tenus pour les subiects de Vitré.*

Atque hæc in aliis omnibus similis obseruatio, qui subiiciuntur ratione, & causa feudi, diuersum in cæteris, vti nuper cùm sedibus præsidialibus constituendis certa quædam tribunalia Regia, & alia subiecta sint, in casu ressortus (vt aiunt) & causis appellationum, quæ ante suo arbitrio iudicassent, id est, Præsidibus non paruissent. *Car des heritages situez esdites iurisdictions on ne se pourroit approprier aux sieges Presidiaux, pource qu'elles n'y sont pas tenuës ny soubmises en premiere instance, ny à cause de la teneure feodale. Mais en cas de ressort seulement, & par subiection iurisdictionnelle, c'est à dire, non prouenante à raison de fief, mais du ressort seulement, qui appartient au Roy, contre tous (Voire de franc alleu.)* Semper enim considerari debet discrimen iurisdictionis infeodatæ, & quæ ratione feudi competit, & eius quæ per se ab feudo abstracta est, & per se subsistit, sine feudo vllo cui inhæreat aut insit. *Et par ceste raison ne se pourroit-on approprier d'vne terre situee en Goetlo, pource qu'il n'obeït au siege de Rennes que par subiection iurisdictionnelle en cas d'appel. Comme aussi les Notaires Royaux establis audit siege ne passeroient pas contracts des heritages dudit Goetlo ou autre tel, combien qu'ils passent sur tous inferieurs par teneure.* Atque hæc diligenter animaduerti conuenit: Nam etsi vsus ab omnibus percipitur, non sunt tamen notæ cuiuis causæ.

Sed hîc incidit dubitatio, si quod aliquando accidere vidimus, apparitor contractum promulgarit, 3
id est, banniuerit (vt loqui solet forum) nulla cuiusquam iurisdictionis mentione facta, quis locus queve iurisdictio obseruari debeat ad certificandum. An vero bannimenta valeant, valere quidem constat, nam omissa mentio suppletur à Consuetudine, vt per auctoritatem eius curiæ facta dicantur, cui immediatè & proximè heredia subsunt, de quibus quæritur. Est enim hic naturalis ordo rerum, vt à primo gradu incipiatur, atque eo proximo non remoto, & causam proximam habente, quæ ratio ab Tiraq. loco superiori adfertur, & prolixè ab eo tractata est in tractat. cessante causa limit. 20. vnde fit vt in cognitionibus omnibus præcipuè de prædialibus controuersiis is iudex omnibus anteferatur, ac iure suo remissiones ab omnibus iudicibus petere possit, & solus ordinarius dicitur, & probatur artic. 11. sup. vbi diximus, & artic. 9. & 24. Itaque simplici & absoluta iurisdictionis mentione, aut expressione, vel etiam suppresso curiæ nomine, de proxima, immediata, intelligitur, nec tali casu rectè certificaretur in superiore tribunali, quia cùm proximum à lege subintelligatur, indeterminata enunciatione esset hoc intercessuros circumuenire, & eludere, quia vno tribunali bannimenta, & certificationem fieri oportet, alioqui necessitas imponeretur his, quorum interest tempore vno, atque eodem obseruare superius, & inferius tribunal per quàm incommodè, periculosè & insidiosè. Est igitur simpliciter facta enunciatio (*de iurisdiction*) aut ea oratio quæ in totum suppressit, intelligenda de proxima & immediata. Quod ego intelligo, nisi aliæ coniecturæ probabiles obsint, itavt aliud iudicari debeat, veluti si ex mãdato, aut commissione superioris tribunalis facta sint bannimenta. Nam etsi iure quidem, & vsu nostro hæ promulgationes iudicis commissionem non requirant, fiantque cuiusque arbitrio, & vsu vt l. 1. §. nunciatio. D. de op. no. nunc. nunciatio (inquit) non habet necessariam prætoris aditionem, tamen interdum accidit, vt quibus id cõtigit vsui esse, ab iudicibus impetrent commissiones, vel propter absentiam apparitorũ ordinariorum, per quos id fieri debet, vel quia eodem tempore pluribus parœciis sint facienda bannimẽta, quod homo vnius corporis præstare nequit, & cùm is casus accidit, necessario per Magistratus subueniendum est, & plures apparitores delegandi. Quod cùm sit necessario iudicandum auctoritate superioris Magistratus fieri talia bannimẽta propterea quod iudex superior in his duntaxat, quæ potestatis, & cognitionis suæ sunt, intelligitur mandare, & cõmittere; ita etiam apparitores superioris, lege non agunt, id est, explectãt de his quæ ad

Argentr. in Consf. Brit.

cognitionem inferioris iudicis pertinent. In ancipiti igitur facto ea pars accipienda est, quæ vitio caret, & iure & naturali rerum ordine fit pro iurisdictionis, & potestatis modo. l. officium. §. officium. D. de re milit. vt alibi diximus, & hæc quoad bannimenta, & certificationem, quam certum est apud eum iudicem fieri oportere, cuius auctoritate, aut decreto bannimenta sunt facta. Nam quoad intercessiones, id est oppositiones, sine expressione factæ æquiualent expressis, & eo iure quo melius valere possint, & per eam curiam factæ intelliguntur, per quam bannimenta fiunt, quod si per inferiorem factæ sunt, cùm per superiorem Magistratum approprimẽti actus fierent, etsi obiici potest non posse superioris auctoritatem alligari inferioris facto. l. præfecti. & l. minor autem Magistratus. D. de minor. & quæ diximus, art. 16. tamen in re momentosa subseruiri oportet intentioni partium, tanquam parum prouiderint, quo auctore bannimenta fierent, intercedere tamen semper intenderint, si modo re intellecta remissionem ad superiorem petant, & prosequutionem offerant, & intra legitima oppositionum tẽpora ius suum persequantur. Nec enim tanti est inobseruata forma iuris prosequendi, vt quisquam bono iure excludi debeat inauditus. Quod si quid adhuc scrupuli cuiquam restat, aut hunc, aut nihil tollere possunt Regiæ (vt loquuntur) literæ ad restituendum, quod errore, aut incogitantia factum est, si modo intra sua tempora intercessio intendatur. l. accusaturus. D. de adult. & alibi dicemus.

Nascitur verò ex his ipsis verbis *de iurisdiction* dubitatio alia. An si quæ villa, aut castrum, aut domus rustica veneat, quæ pluribus feudis, aut balliagiis (vtamur enim vernaculi iuris vocibus) aut medietariis constet, quæ in diuersis territoriis sitæ sint, veluti vnum corpus ex distantibus constans, de quo ante sumus loquuti, an inquam, in omnibus promulgari contractum oporteat. Multa hic reperi possunt de his quæ diximus in loco de qualitatibus possessionum in acquirente. Quæ res tradi possunt, & Tiraquell. hanc diuerso quidem retractus fine, sed tamen paribus omnino rationibus. §. 36. glos. 3. numer. 13. & §. 8. glos. 15. numer. 16. est prosequutus. Tu ne dubita irrefragabilem vsus obseruationem esse, in omnibus omnino parœciis vbi quodque membrum, aut portio domus sit sita, banniri oportere, & certificationes item in sua quaque iurisdictione esse faciendas, nisi per superiorem omnium fieret; hoc enim casu vna certificatio sufficit, in qua de omnibus omnium locorum bannimentis testari oportet, alioqui si pares sint iurisdictiones, nec sibi inuicem subalternantur, apud omnes earum Magistratus certificandum est. Repetendum est igitur, in omnibus omnino parœciis, in quibus res sitæ sint, bannimenta fieri oportere, quia cùm populus eodem tempore, hora, die, suis factis interesse præsumatur, imò & iubeatur, id demum sciisse quisquã credendus est, ex ea prę̃sumptione, quod eo loco promulgatum est vbi fuit, & cùm non nisi vno loco vnum corpus consistere possit, de vno ad alium nõ rectè infertur. Et id ipsum in auctionibus fieri Ord. Henrici II. Regis anno. 1559. sanxit renouata artic. Molinensi 1566. Quare minus iam loci scholasticis disputationibus relictum est, quas Tiraq, facit d. §. 36.

Audiui quandoque dubitantes: An proposito eodem themate, cùm partes quædam prædij, aut villæ venditæ diuersis territoriis subiicerentur, & in quibusdam (vt loqui solent) appropriatum esset, in quibusdam non item, an consanguineus admitti deberet ad retractum totius, an partis non appropriatæ. Qui pro retrahente agebant totam Tiraquelli tractationem quæ est. §. 23. cons. Picton. compilarant, indiuiduum scilicet esse quemlibet contractum, ad hoc infercierant l. Ædiles. §. 1. l. si plura l. Labeo. D. de ædil. edict. & quæ ille copiosè in eum locum congerit. Atque ea (mirandum) apud sedẽtes detonata magnopere videbantur fallaci specie iuris non mouendos mouisse, quin & iudicatum abstulisse malæ causæ non malus patronus dicebatur in suam sententiam. Sed tamen fuit qui excusaret nescio quid in facto, vltra id propositum fuisse, vnde non satis diiudicari posset, an ex ea ratione iudicatum victor abstulisset. Consultus obstupui ad hanc dubitationem fuisse vllum, qui tam eneruii ratiocinatione falleret, id vero multomagis extitisse, quibus tam infirma ratio persuaderet, si tamen eum persuasisse verum esset. Quare rogatus respondi mihi videri in eo multa peccari.

Primùm, Cùm dicerent indiuiduum esse contractum, in quo totam vim struerent ratiocinationis, ineptè & præter rem colligi. Nam in proposito themate, cùm quæreretur, an retractui locus esset, impediendi, aut admittendi causas non ab ipso contractu, sed ab approprimenti vi, & solemnibus quæri oportere, atqui longè esse ista diuersa, retractum excludi ex contractus natura, aut adiuncti approprimenti potestate. Contractus enim conuentio est per quam dominium cuiusquam fundi, aut prædij ab vno in alium sequuta possessione transfertur. Is totus et natura, & lege subiicitur retractui data habilitate in retrahente. Approprimentum solemnitas est extrinseca, & accidentalis, adueniens contractui iam perfecto ad exclusionem iurium externorum. Diuersi vtriusque actus fines, contractus per se subsistit, nec ad sui essentiam requirit approprimentum, sed separabilis, & separata causa. Nam nec omnibus contractibus adiicitur approprimẽtum, quod ipsum per se non subsistit, sed vt qualitas exemptibilis applicatur contractui, vt subiecto suo, & materiæ. Cuiusmodi & in iure est insinuatio, cuius propria desinebit. Bart. l. cùm lex. D. de fideiuss. Ergo vitiato contractu, vitiari approprimentum necesse est, cùm qualitas non entis nulla dici possit: quod dicere Dialectici solent, non esse qualitatem sine subiecto l. eum D. si cert. pet. Sed vitiari per se approprimentum potest manente contractu: constat enim suis solemnibus per se, sunt igitur separata, potestas, & effectus contractus, & approprimenti. Contractus per se non excludit extraneos quorum interest, nec retrahentes, imo inuitat, approprimentum excludit. Cùm ergo quæritur in casu proposito, an qui Rhedone appropriauit, Nannetis non item, de fundo vtrique territorio in parte subiecto, excludat etiam agentem, ad id quod Nannetibus subest ratione approprimenti in parte. Consultus ineptè & ἀσυλλογίστως atque iniquè respondes admitti retrahentem ad totum, quia (vt ais) contractus est indiuiduus, neque enim dubitatio nascitur de contractu, de quo tamen an verum sit posterius viderimus, sed de vi approprimenti potius, quod in parte perfectum sit Rhedone scilicet, sed in parte restet de rebus eodem contractu, & titulo vno contentis. Nec enim à contractu impedimentum, aut obex retractus nascitur, sed ab approprimento. Videndum igitur, an approprimenti diuiduitas, aut indiuiduitas admittat retrahentis actiones, in totum, aut in parte.

Sed ante tamen de contractus indiuiduitate dicendum est, vt hæc quoque ratio subruatur. Probant ex d. l. tit. de ædil. edict. & l. fistulas. D. de cont. emp.

indiui-

indiuiduos esse contractus, hoc est altera partium renitente in parte resolui non posse, id vero quis negat? Sed cùm inde inferunt nullo casu resolui per partes posse contractum, id vero pueriliter, & imperitè. Intelligendum est enim discrimen, quod est inter resolutiones contra conuentionem, & citra conuentionem, quæ ab altero contrahentium petuntur, & earum quæ à legis, aut statuti potestate inductæ sunt. Non possit alter ex contrahentibus contractum venditionis semel conceptum per partes resoluere: Tu tamen inde non rectè inferas, non amplius posse legem. Retractus à lege tribuitur ex facto alieno, citra conuentionem, is potestate legis & iuris patrij, in parte resoluit contractum, quod patet ex art. 294. & 299. Non idem homo possit facere, quod lex inuito altero. Cùm vnum aliquem fundum pluribus dominiis, & ditionibus subiectum vendit venditor: Dominus feudi ad eam partem solum admittitur quæ sui beneficij est. Hæc resolutio partis contractus legalis est, & nō hominis, & lege fit diuidua. Eodem iure, & qui de pluribus fundis venditis quosdam vēdicat, aut pignori petit, contractum resoluit in parte. Itidem de pluribus fundis venditis diuersarum linearum, retrahens quisque ad suæ tantum lineæ fundos admittitur. His exemplis planum fit, etsi indiuiduus sit contractus conuentione, aut hominis facto, legis quidem potestate diuiduum fieri, quare nil absurdum sequi, si contingat diuidi aliquo extrinsecus accidēte, sicuti in testamentis dicimus, quæ indiuidua sunt conditione, ita vt pro parte quisquam testatus, pro parte intestatus esse posse negetur. l. ius nostrum. D. de reg. iur. sed tamen ex post facto accidere potest, & vero crebrò accidit, vt pro parte quisquam intestatus reperiatur, altero de institutis excidente, & parte caduca facta l. cura: vbi Bart. D. de inoff. test. l. cum hæreditate. D. de acq. hæred. Est igitur contractus conuentione, aut natura indiuiduus, idem diuiduus lege.

Sequitur, vt si diuiduus est contractus ab lege, diuidua etiam actio ad retractum, tam ex conuentione, quàm ex lege esse possit, vt in casu d. art. 294. Quod si respondent, ibi quidem contra regulas diuiduam fieri actionem ex parte agētis, sic vt idem in potestate rei non sit, cùm actor partem totius rectè petat, reus partem totius totum petenti non rectè concedat. Accipio; Sed id quod in reciprocis omnibus contractibus in iure obseruatur, vt correlatiuorū eadem ratio sit, nec actori licere debeat, quod non & multomagis reo, si hic locum habere non potest ex ipso actu per se, cùm actor de toto partem petat, reus partem concedēdo, non liberetur, quod, inquam, ab ipsa natura actus non tribuitur, tribui necesse erit adiuncta ad contractum solemnitate legali, approprimenti exclusiua in parte iuris agentis, per quam res quæque per partes detrahuntur, de potentia retrahendi. Nam solemnitas extrinseca adiecta contractui, per partes vim suam implet, vt cuique parti fuerit applicata, non minus quàm in totum, si de toto interuenit.

De indiuiduitate ipsius quoque approprimenti hîc differendum nobis est: In qua ipsa diiudicanda pueriliter labuntur. Nam de contractus indiuiduitate quam hic ineptè argueretur ante demonstrauimus. Et si cùm indiuidua dicunt esse approprimenta agnoscimus. Sed flagitiosus hic paralogismus. Nam cùm indiuiduum approprimentum, aut insinuationem, aut decreti solemnitates iurisconsulti dicunt, penes se intelligunt indiuiduitatem, id est, si quid ad eas deest de his quæ consuetudo requirit, corruit solemnitas in totum. In approprimentis, si tria bannimenta loco, tempore, & diebus præscriptis non interuenêre, si stata interualla, præcipitata, si certificatio non intercessit, denique si quid horum deest, nullum est approprimentum. Atque id est quod dicitur approprimentum penes se indiuiduum: nam nullum horum separari ab altero potest. Sed absurdissimè inde infertur indiuiduitas penes subiectas partes rerum, contractu, aut approprimento contentarum. Namque tota solida, & indiuidua solemnitas approprimenti cuilibet fundo villæ, & patri applicabilis est, & tota valet ad partes singulas, & suum effectum habet cuicumque corpori, & indiuiduo applicata sit, imò & lege diuidua est, quia singulis territoriis finitur, & distringitur, nec metas cuiusque transcendit, etsi vnius tituli partes singulæ proponantur, vt vnius castri plures castellaniæ, singuli Domini rem suam agunt, sibi cauent, singuli retrahentes, singula territoria vim approprimentorum coarctant, aut & comprimunt; nec consequentia illa vlla ducitur de alio ad aliud: Est igitur approprimenti solemnitas haud dubiè penes subiectas partes diuidua.

Nolo mihi credi, nisi id similibus perquam necessariis ostendo, vulgatum est iure, tritum etiam foro hypothecas esse indiuiduas, quod sic accipiunt, vt totæ sint in toto, totæ item in qualibet parte. Debitor cùm omnia bona sua subiecit hypothecæ, de ea nil subducet, si quid detrahat, & creditor intercedit, pars alienata toti debito subiacebit, quæ item partes rerum hypothecarum apud debitorem supererunt, eandem sortem subibunt: & tamen eueniet, vt si quid de bonis omnibus hypothecæ subductum sit, siue cōsensu, siue alienatione, siue præscriptione, cætera nihilominus debitoris bona in pristina conditione maneant. Mulier si quid de bonis omnibus mariti, dotis restitutioni subiectis alienari, aut præscribi passa sit? reliqua in sua cōditione manebūt, l. assiduis. C. quib. mod. pign. vel hypoth. Indiuidua igitur hypotheca penes se, penes subiectas partes quam maximè diuidua ostenditur. *Non idem in doario speciali iure art. 470. N. C.*

Nihil magis indiuiduum est iure seruitutis, sed tamen si vna seruitus debeatur pluribus fundis, dempto vno de dominantibus, aut alienato, seruitus pro reliquis manebit, l. pro parte. D. de seruit. l. ad certam eod. tit. l. si quis duas. §. si quis partem. C. communia præd.

Cùm non ita pridem regum ordinationes insinuari contractus statuissent, qui essent creditori hypothecæ subiecti, non aliàs ius prioris hypothecæ tribuebant, quàm si in cuiusque territorij tribunali insinuatio esset facta, vbi debitoris bona essent sita. Itaque Rhedone insinuasse, Nannete omisisse, hypothecam diuisisse erat. Hic casus approprimentorum solemnitati, & iuri tam similis est, quàm ouum ouo.

Ex quibus apparet approprimentorum solemnia, vt quàm maximè penes se indiuidua sint, penes subiectas partes valdè esse diuidua.

Cùm mortuo patrefam. de hæreditate eius controuertitur, constat vnius hominis vnum esse patrimonium, vnam hæreditatis causam, & titulum, & tamen vna bonorum possessio, id est, manus leuatio pro toto patrimonio non sufficit, sed ab singulis feudorum dominis singulæ bonorum possessiones petendæ sunt.

Vna interruptio apud vnum ex patronis facta nihil efficit quoad alium, vna lis instituta nihil ad alterum. Est enim omnimoda diuiduitas penes subiectas partes rei per se indiuiduæ. Ex quibus apparet valdè falli qui contra putant, paralogismo verbi indiuiduitatis.

Quod ſi indiuiduum futurum erat approprimentum, conſequens erat non pluribus locis id, ſed vno duntaxat perfici, vbi ſcilicet caput eſſet rei venditæ, aut certè maior pars ex vulgaribus regulis l. ſi fideicommiſſum. D. de iud. l. qui ita. §. vlt. D. ad Trebell. cum ſimilib. non vero infringi propter aliquam partem defectam, ſed & periniqua eorum æſtimatio eſt, qui indiuiduitatem hîc ſtatuunt ex parte rei, cùm & ratio ciuilis, & rei qualitas, & magnæ conditiones ex parte agentis potius eam ſtatuere debuerint. Nam ſi indiuiduitatem inducimus in retractu, cur actorem non excludimus potius ratione partis ab reo appropriatæ, quàm admittimus ad totum ratione partis omiſſæ: ſi quidem in indiuiduis impotentia in agẽte, in parte excludit à toto: quod gloſ. dixit c. ſi capitulo ext. de conceſ. præb. Quare iudicio carent, & ratione deſtituuntur, qui actoribus potius faueant, quã reis, contra iuris regulas, atque adeo contra naturam l. Arrianus. D. de oblig. & act. Accedit illa ratio Iuriſconſulti: cum, inquit, de damno vitando agitur, cur non potior cauſa eius ſit, qui tenet, quàm qui perſequitur l. ſi ſeruum. §. ſequitur. D. de verb. obligat. & cùm reus iure vtatur communi, & commercio iure gentium, & legibus permiſſo, palam & bona fide, cum magna cura, ac rebus forte propriis diſtractis pretium rei comparandæ magno ſæpe rerum ſuarum damno, quæſierit & id egerit, vt promulgatione contractus ad cognitionem deueniret omnium. Cur hic fauetur actori qui intercedere potuit, cuius aut ſupina ignorantia eſt, aut affectata diſſimulatio, idque alterius nece? Cur extraordinario, & odioſo iure agẽti fauetur infenſo iure communi, & commerciorum regulis, & contra ipſius ſenſus communis rationem? Hic quis non videt præpoſteram ratiocinationem, & orientem locari in occidente retortis opinationibus? tu ſi quid mentis habes, cur non potius agentem toto repellis ratione partis appropriatæ, quàm ad totum admittis ratione particulæ non aſſertæ? Itaque non poteſt ratione agentibus iſta indiuiduitas pro agente valere, quod ipſum ex Tiraq. ſententia etiam ſuſtinetur, cuius iudicio ipſi adiuuari volunt, cùm ex toto contrarium probet, qui eodem loco ſic ſtatuit in hoc caſu, fundus, inquit, venditus eſt in finibus Britaniæ, & Pictauiæ, vtrique territorio ex parte ſubiectus, diuerſa vtrobique conſuetudo. Retrahentes Pictauis anno, Britanniæ tribus editis excluduntur. Hic, inquam, ſi quis ſolemnibus approprimentis Britanniæ anticiparit emptor, negat retrahentem admittẽdum, ne ad ea quidem quæ in Pictauis ſita ſunt, ratione indiuidui propter partem appropriatã. Rectius omnino qui indiuiduitatem pro reo, non vt iſti pro actore aduocant.

Denique quid abſurdius tali ſententia? Nam ab abſurdis in diſciplinis omnibus argumenta quæruntur, cum effata principiis diſciplinarum, aut naturæ repugnant. Cùm olim Caſtrobrientij Dominus Ioan. Lauallus ampliſſimam Caſtrobrientij ditionem titulo donationis in Montmorentianum Conneſtabulum tranſtuliſſet; qui tum in conſilio eius erant Iuriſconſulti, cenſebant in omnibus omnino parœciis, & iuriſdictionibus promulgandum contractum, ad appropriandi ſolemnia conficienda, & aſſerẽdum optimi iuris dominium, & id quidem ex conſuet. diſpoſitione. Ea ditio Caſtro & decem amplius caſtellaniis conſtat, finge angulum aliquem, aut agellum deliquiſſe, ita vt omiſſa ea parœcia ſit, in qua ſitus eſt. Hic quiſquam tam deſipit, vt putet totius approprimentum corruere propter omiſſum agellum? quod tamen neceſſe erit ſi approprimentum fingitur indiuiduum, & ratione partis omiſſæ ad totum actio tribuitur. Nam vbi ſemel iſta ſtatueris, quælibet particula omiſſa idonea erit ad totum actum labefactandum, cum nulla regula quantitas irritans conſtringatur. Et tamen quid hoc abſurdius, cùm omnimoda diuiduitas hîc appareat rerum, & partium ſubiectarum? vbi valet regula vtile per inutile nunquam vitiari.

Vide art. 277. N.C.

Sed vt etiam preſſius dicamus, nec (vt noſtri loqui ſolent) procedamus per emendicata ſuffragia, quis aperto, & expreſſo Iuriſconſulti reſponſo audeat repugnare, caſum hunc præcisè decidenti, in l. rerum mixtura. D. de vſucap. is ex Philoſophorum præceptionibus perquam elegãter tria corporum genera ponit, quod ante Plutarch. fecerat in libello cui titulus, præcepta connubialia. Primum (inquit) quod vno ſpiritu conſtet, veluti homo, lapis, equus: Secundum quod ex pluribus, ſed compactis, vt domus nauis. Tertium quod ex pluribus diſtantibus, ſed vni nomini ſubiectis, vt grex, populus addo villam, aut prædium, aut caſtrum ex pluribus fundis, aut villis compoſitum. Omiſſis duobus prioribus hoc tertium in quæſtione eſt. Huius vero corporis vniuerſi Iuriſconſultus negat vllam eſſe præſcriptionem, ſed vt ſingularum partium poſſeſſio ſit, ita & præſcriptionem eſſe, & ſingulas partes cauſas item ſuas, & particulares habere, ita vt per partes vſucapiantur, vniuerſum per ſe corpus non item. Hic caſus planè in indiuiduo is eſt de quo quærimus. Caſtrum, aut villa quæ pluribus agris conſtat, & de tertio genere eſt eorum corporum, quæ Iuriſconſultus ponit, quod ex pluribus diſtantibus conſtat, in quo ſingulæ partes ſuas etiam habent cauſas in præſcriptionibus, & approprimentis. In his igitur vera regula, quam alibi Iuriſconſulti ponunt, & nos infra perſequemur, tantum eſſe præſcriptum, quãtum poſſeſſum, tantum appropriatum, quantum bannitum, quod tex. exprimit, cùm dicit, vt ſingulorum animalium poſſeſſio eſt, ſic & vſucapionem ſeparatam, ideo præſcriptio vnius partis ad aliam non porrigitur, nec etiam contra defectus alterius, parti præſcriptæ propter corporum diuiduitatem, & ſeparationem, quod Canoniſtæ fusè tradunt c. illud ext. de præſcript. quibus hæc dubitatio ipſiſſima præciditur, ita vt nil expreſſius dici poſſit. Quare mirum eſt vllos vnquam quibus iudicium, & iuris elementa conſtarent, hæſiſſe in hoc luto deceptos diuiduitatis, & indiuiduitatis ratione, ſiue ea in contractu, ſiue in approprimentorum ſolemnibus ponatur.

Quid verò quoad bannimenta, ſi parœciarum fines ambigui ſint? Reſpõdeo, à facto pendet, & probatione, cui res ſitæ contribuantur, cuius rei diiudicatio, ſumitur ab eo, cui parœciales decimæ ſoluantur. Panor. c. 1. ext. de parœch. vbi & alij & c. 1. ext. de decim. & à ſacramentorum perceptione, ſin ex toto ambiguum ſit, nec probari poſſit, vtrobique bannimenta valebunt, vel in altera, vt actus magis valeat.

Quid vero ſi eadem domus in confinio ſit? Reſpondeo à principali porta parœcia diiudicatur l. qui conclaue, vbi Bart. D. de dam. infect.

Denique iſtud quoque quæri oportet, cùm quidam prædium emiſſet, cui ſeruitus deberetur, ab alio prædio, quod in alia iuriſdictione eſſet, quo loco banniri oporteret. Mouet dubitationem, quod Bart. & Imol. in l. Mæuius. §. vltim. D. de legat. 2. ſeruitutem aiunt in fundo dominante eſſe, vt ius poſitiuum, & acumulatiuum in fundo ſeruiente vt priuatiuum, vnde dicit legato fundo ſeruiente, ab eo qui ſeruitus deberetur, libertatem legatam non videri, quia in fundo ſeruiente

seruiente non esset seruitus, id est, vt ego interpretor, actio, sed potius passio, Bartol. & Imol. d. §. vlt. D. de legat. 2. Adde quod ab agente potius, quàm à patiente iuris denominatio fieri debeat: itaque videri potius in loco dominanti bannimenta facienda. Sed ego contrà puto, & respondi, quia cùm bannimentorum vis, & effectus non sit, vt ius tribuat, aut acquirat, sine quibus dominium perfectum transfertur, sed potius vt alienum excludat, exactus solemnitate, à consuetudine inducta, ipsa autem, & bannimenta extraneos respiciant, quibus præiudicium adfertur, sequitur eo loco facienda in quibus res sita est, cui ius detrahitur, & præiudicium fit, & quæ diminuitur per passionem. Nec enim eius scientia requiritur cui acquiritur, vt in loco dominanti bannimenta fieri debere dicantur, sed eius potius cui præiudicium adfertur, & qui excluditur libertate, vnde relinquitur in ea parœcia banniri debere, vbi res est, contra quam acquiritur ius seruitutis, ex contractu; & vbi imprimitur realiter. Ideóque & casu non absimili, illum, qui cum extra vrbem esset, percussit eum qui in ea erat, sagitta, aut telo, videri his pœnis subiici, quibus hi subduntur, qui in vrbe percutiunt, attentâ consummatione actus, quod ait, Bart. rub. D. de accusat. & alij alibi.

9 Postremò inquiri id quoque potest, an horum bannimentorum vicem supplere possit denunciatio cuiquam in caput facta, vt is suo iure excludatur, nisi intercedat, & rectè negat Tiraq. §. 36. glos. 2. ad fin. q. 18. & ego assentior, nisi cùm conuentus ex forma, l. diffamari. C. de ingen. manu. vt actiones suas proponeret, sententia exclusus est, quia noluit, de quo nos alibi. Itaque nuper miratus sum, cùm audissem receptum eius factum, qui ad excludendum retrahentem allegasset, eum habuisse cognitionem contractus iudicialiter facti, id est, auctionis, cùm nulla scientia sufficiens sit ad excludendum, nisi legalis, & per solemnia consuetudine inducta: ne si in caput quidem denunciatio specifica facta esset, cuius rei demonstratio ex illo Tiraquel. loco peti potest. Constat tamen veterem scholæ pugnam dirimi, cuius primus auctor Bart. fuit in l. rem quæ nobis. D. de acq. poss. qui putat bannimenta, quæ iudicis auctoritate fiunt, vt hi quorum interest intra certam diem compareant, alioqui iure suo excludantur, valere, quod & Ang. probat. §. si vero non implens, auth. de hæred. & falcid. & Ias. etsi sunt qui repugnent. Sed nihil hîc est quod contradicatur, cùm non à iudice sed ipsa consuetudine auctoritatem habeant. Sed hæc nos in Protheoria latius.

[m] [PAR TROIS IOVRS DE DIMANCHE.]

1 *Cum populo agitur Dominico.*
2 *An accessio detur bannimentorum diuersis.*

1 Tametsi huius diei præcipua semper in Ecclesia veneratio fuit ab ipsis nascendis crepundiis, & Ioannis apocalypsi, & vero etiam Constantini lege sancita, quod Eusebius in eius vita scribit, & lex scripta extat in Cod. Iustiniani l. dominicos. C. de fer. ita vt iurisdictionalis materiæ nihil agi posset, tamen quia mutatâ viuendi ratione non aliter populus in pagis, ac vicis conuenire solet, quàm festo die, & aliter cum eo agi non potuit, necesse fuit ista humanis commerciis indulgeri, ita vt non aliter denunciationes, præcepta, edicta, valeant quàm illo ipso die indicta de his rebus quæ in commune aguntur. Nec de rebus suis alio tempore consultare populus potest cùm non omnes ad mercatum conueniant, ad sacra omnes omnino præsumptum sit conuenire. Proinde tam solemne est hoc die populum conuenire, & cuiusque parœciæ cœtus, vt alio non possit, ne natali quidem dominico, aut alio exempto à talibus. Quamquam quoad hæc ipsa bannimenta attinet, scio etiamnum in quibusdam tribunalibus obseruari, vt alio die, & mercatu fiant, quod an rectè fiat, ab eo pendet, quod infra dicemus, verbo *lieux accoustumez*. Notandum etiam vbique pene trinam obseruari promulgationem.

Sed enim hoc loco inquiri potest: An sicuti in possessionibus accessio fit ex personis auctorum, sic quoque in bannimentis fieri possit, veluti si duobus forsan promulgatis emptor decesserit, an filius & hæres eius reliquum quod est perficere possit. In quo breuiter respondeo ex eodem titulo bannimenta à diuersis, & certificationem fieri posse, si alter alterius hæres sit, atque adeò singularis successor rei de qua bannimenta fiunt. Ex diuersis titulis non posse bannimenta coniungi. 2

[n] [D'HVICTAINE EN HVICTAINE.]

Ogdoas consuetudinaria, se compte de iour à iour.

His verbis veterum dubitatio planè præciditur, cùm inquisierunt, an dies à quo, dies item ad quem in termino computari deberent, de quo illa operosa disputatio, quam attigimus art. 25. de qua veteri foro nemo dubitabat: & hic apparet vtrumque computari cùm ogdoas intelligatur de dominico ad dominicum, vt & in auctionibus quoque & proscriptionibus. Quare reprætendenda est istorum insolertia, qui acutius sibi cæteris videri visi, pridem vsu constituta inutili dubitatione ad inquisitionem reuocarunt, ex quo accidere necesse fuit, vt nec vetera pro merito obtinerent, nec sua illi cuiquam probarent, quæ prisca vsurpatione in vsum recepta nemo de senioribus ignoraret. Sed illud sapientius Marcelli, nihil vnquam de solemnibus, aut receptis mutandum. Notandum hîc etiam iurisconsultorum dubitationem præcidi, an trina vno tempore, & die, edicta idem polleant, quod interpellata.

Quam tamé sequitur. Art. 269. N.C.

[o] [SANS INTERVALLE.]

Ergo si longius tempus interponatur non proderit, ne inde obseruato tempore, ignorantia cuiusquam captetur, & insidiosæ procrastinationes fiant, & interiiciantur, quamquam vetus consuetudo interualla longiora admittebat, ex cuiusque fori consuetudine, vt & nunc quoque fieri posset, certè fieri nusquam puto.

[p] [INCONTINENT APRES L'YSSVE.]

1 *Vnde origo nostri, Ite missa est.*
2 *Territorio cuique mos suus seruandus est.*

De vi huius vocis, *incontinent*, multa Tiraq. in retract. conuent. §. 1. glos. 5. hic quidem ex subiecta materia intelligitur, antequam populus ad alios actus diuertat, hoc quidem vbi receptum est cum populo agi post sacra. Nam si inter sacra *(au prosne)* agi solet, suus cuique territorio mos gerendus est. Post sacra vero intelligitur, postquam sacerdos pronunciauit vetus illud λαοῖς ἄφεσις Illicet, abire Quirites, in concionibus, cum magistratus populum dimittunt cui successit nostrum, Ite missa est. 1 2

q [LA GRAND' MESSE.]

An hæc solemnitas per æquipollens impleri possit comme au sermon.

Sacra solemnia quæ per omnem dominicam personant in populo, quibus patremfam. quemque interesse ex Ecclesiæ præscripto præsumptum est. Talia appellantur, quæ cantu cleri occinuntur populo, qui & si vt scribunt, serò receptus est in Ecclesia, nunc tamen nulla non Ecclesia recinit. Nec tamen non & eadem vis est, & eorum quæ summissa voce celebrantur, ad bannimentorum quidem effectum, si modo non alia celebrantur, quæ pro solemnibus habeantur, & parœcialibus (vt loquuntur) ne quis decipi possit. Quid vero his sublatis hac in re acturi sint, qui nunc pugnos intentant Ioui, non video, si ferendi erunt ignorantiam ab contumacia obtendere, quia abesse permittitur. Sed quæri potest, an huic formæ à consuetudine inductæ per æquipollés satisfieri possit, veluti si populus non minus frequens post meridiem ad concionem conuenerit, an ibi bannimenta fieri poterunt. Hic quidem locus exercetur ab Tiraq. d.§. 23. glos. 2. in fin. & rectè negat impleri aliter posse, quam qua forma indicta sit, quamquam in casu non dissimili fieri admittit glo. clem. 1. verbo diutinorum de for. comp.

r [EN LA CONGREGATION.]

Non in latebris, aut angulo, aut sacello, aut fugato terrore populo; & loco frequenti l. Sed & si pupillus. §. prohibere. D. de inst. acti. Bald. l. mandatum. q. 4. C. mandat.

s [A HAVLTE.

Clara voce, non susurraticè.

t [ET INTELLIGIBLE.]

Assa scilicet, id est, nullis tibiis, sed ore prolata, articulata, non Græca, ac ne Latina quidem, ac nec Gallica apud vlteriores Britannos, si quidem ea nondum vtantur l. iudices. C. de sent. & interl. iud. & l. Sed & si pupillus. §. de quo. D. de instit. act. & Ord. Regis Francis. in decretis iudicum anno 1539. Nec idem fuerit ex programmate posti affixisse, nec enim omnes literas sciunt.

u [AVX LIEVX ACCOVSTVMEZ.]

An consuetudo recipiat diuersas formas particulares oppropriandi diuersis locis.

Locum loci hîc designat, ad illum lapidem, ad illum postem, illúmve cippum, quæ omnia ad receptum cuique iurisdictioni morem referuntur, cuius dispositionis occasione persæpe dubitari ex facto

A contingit, cùm hæc oratio indefinitè & vniuersaliter concepta sit, an per omnia æquè Britanniæ tribunalia obtinere debeat, ne aliter bannimenta valeant, quà si in totum hæc forma obseruata sit. An vero si cui de loco, aut tempore alia obseruatio sit, & mos diuersus seruari debeat. Námque & veterem consuetudinem suum ea de re cuique foro morem manere passam esse, & vero in multis adhuc retineri, vt Ambiliatibus quos Lambaliones corrupta voce appellamus, & Ploærmeli quibus non dominico, aut sacris ista vsurpantur, sed in mercatu & die alio, quibus in eam rem sui sunt apparitores ex lege feudi, quos veteri voce viatores appellant, & bannerios feodatos. Quare se consuetudine veteri, & præscriptione, tum B dispositione, huius ipsius reformatæ artic. vltimo tuentur, denique hanc sententiam Curiæ nostræ iudicato obtinuisse 27. Octobr. anno 1567. ac ex tempore crebrius. Mihi, vt dicam quod sentio, nil horum placuit. Nam vim vniuersalis consuetudinis vagâ cuiusque fori obseruatione, & variante vsu infringi non probo, quia consentiente, & conspirante populo certa regula includi salutare, & necessarium inuentum vsus cogit, & inde nascens litium materia, & dominiorum incertitudo. Planè quod illa vetus suum cuique morem permittebat, meliore iudicio ab reformatoribus sublatum esse, acta eorum indicant, cum illa verba consulti, meditatíque expunxere (*comme il est accoustumé au terrouër.*) Nam tali inconstantia admissa, pro cuiusque ius dicentis arbitrio, quid aliud C fit quàm quod publici moris, æquabilitas & rigor per partes eliditur? cùm tantulum id sit, quod diuersos mores discriminat, forte riuus, aut agri iugerum, cùm præsertim si vniuersaliter valere consuetudinem permittimus, nihil rei priuatæ dominis ditionum decedat, quod ille vltimus articulus spectauit, nimium ille quidem, si verum fateri volumus, incertè & vagè scriptus. Sed an tanti fuit priuatorum paucorum mos, vt iuri publico derogari oporteret, & publico consensu receptæ legi? aperta interim fenestra tergiuersantibus de modo vtendi. Cur non eadem lex omnibus, & vllæ leges esse permittuntur, quæ scriptæ disci nequeant? Nunc quasi externas in prouincias migre- D tur de dominorum conditionibus, & securitatibus inquirendum, quid hîc, aut alibi valeat, & obseruetur, & scripti fiduciâ fallitur, qui nullam esse nisi publicam formam putat, vt omittam quam facile sit eludere id, de quo nil scripti, nil certi extat. Itaque si quando posterior manus his reformandis adhibebitur, me auctore & postremus ille articulus distinguetur aliter, & vna omnibus approprimentis lex statuetur. Quod si cui ditioni quaque de re in specie consulendum videbitur, cognito probatóque, quod eiusmodi erit in tabulas publicas testationésque redigetur, vt cuiuis discere & sibi prospicere liceat, mutare, eludere nemini permittatur.

ARTICLE CCLXVI.

Artic. CCLXXI. Novas Cons. & art. 272.

SI [a] aucun acquiert [b] heritage [c] par quelque tiltre [d] ou contract [e] que ce soit, [f] & il le tienne & possede [g] notoirement [h] par l'espace de dix ans, [i] & il en ait fait vne bannie [k] dont il ait informé en Cour, [l] il sera du tout & [m] enuers tous [n] approprié. [o] Et aussi sera l'acquereur approprié par tenuë notoire [p] de quinze ans [q] prouuant le tiltre [r] sans bannie, [s] s'il n'y a eu interruption.

Si [a] quis

SI [a] quis acquirat [b] dominium, rei soli, & immobilis, [c] titulo [d] aut contractu [e] quolibet, [f] & illam teneat, & possideat [g] propalam [h] spatio decennali, [i] & vnicum bannimentum confecerit, [k] cuius informatio apud acta relata fuerit [l] omnimodà securitate, [m] & aduersus omnes, [n] futurus est securus in rei dominio. [o] Vt & ille qui rem acquisitam, non clam possederit [p] quindecim annos, [q] probans titulum, [r] absque bannimentorum solemnitate, [s] nisi [t] interrupta illius possessio fuerit.

A Hic articulus non est priscæ consuetudinis simpliciter, tametsi ei pridem insertus, sed quomodo complures alij descriptus de veteri Ducis Ioannis constitutione, transiit in consuetudinis textum, quæ edita est de ordinum gentis sententia, in concilio Pambritannico anno domini 1431. Constitutionis ipsius descriptum extat infra art. 701. Sed hoc amplius hic articulus habet, quod hîc certificatio bannimentorum exigitur, illo adhuc tempore ignota, tum quod illa retractui dumtaxat obstabat, hæc indefinitè intercessiones omnes excludit.

[a] [SI AVCVN ACQVIERT.]

B Modo is sit, qui legibus, & moribus commercij capax sit, & contrahere, & consensum inire queat, & de ea re agatur, quæ in commercium cadat, & lex non resistat principio acquisitionis, quæ nos posterius sigillatim persequemur, ex l. si in emptione. §. omnium. D. de cont. empt.

[b] [HERITAGE.]

Quid hæc dictio valeat & importet, diximus superiori articulo, verbo *d'heritage*, siue quantum ad actiones personales, siue hypothecarias, siue seruitutes attinet.

[c] [PAR QVEL TILTRE QVE CE SOIT.]

DE TITVLIS IN VNIVERSVM ET IN SPECIE, QVI IVRE, AVT CONsuetudine in vsu habentur.

1 *Quid est titulus in præscriptionibus, aut approprimentis.*
2 *Præscriptio longi temporis sine titulo non procedit, nec nostra quindecennaria.*
3 *Tituli veri, ficti, putatiui, præsumpti, & eorum diuisio. Quidam nulli, improbi, damnati. ibid.*
4 *Fictorum titulorum consideratio. Præsumptorum nullus vsus. ibid.*
5 *Nec putatiuorum quos consuetudo non recipit.*
6 *Error iuris in præscriptionibus nocet. Actuum putatiuorum exempla. ibid.*
7 *An ex titulis nullis præscriptio effici possit, & qui dicuntur nulli.*
8 *An ex vetitis & reprobis.*
9 *An ex his dominium transferatur.*
10 *Rescissiones aduersus contractus nullos. Regula ex quibus causis dominium à domino. & ibid.*
11 *Nullitates respectiuæ quæ respectum habēt ad certas personas, vt inter coniuges & alios prohibitos. Quæ à publico iure aut priuato tribuuntur. & nullitatem causæ variæ, tum publicæ, tum priuatæ ex rebus, personis, & aliis. ibid. De cōtractibus rescissioni subiectis an tituli idonei sunt.*
12 *De titulis conditionalibus.*
13 *De titulis simulatis.*
14 *An ex pluribus titulis contingat præscriptio.*
15 *Tituli dominij non translatiui præscriptionis causas non tribuunt.*
16 *De titulis innominatis & varietas vsus, & appellationes locales contractuum. ibid.*
17 *Tituli in specie 22.*

Hic magnum rerum argumentum, sed tamen cum copia omnis præter rem doctis ingrata sit, dabimus operam, ne quo extra carmen (quod dicitur) efferamur: vt ne quid interim omittatur, quod desiderari iure possit.

Ac primùm, vt id intelligatur de quo agitur, titulum consuetudo non aliud intelligit, quam quod iure quoque ciuili titulus est, id est, causa omnis de iure gētium, consuetudinario aut ciuili dominij translatiua, nam cæteræ ad hanc rem nō pertinent, de quo glos. & Card. Zab. clem. 1. de cēsib. Cast. l. Celsus. D. de vsucap. glos. c. dudum 2. verb. intitulata ext. de elect. Tales causas efficit consensus in conuentionibus, quæ cùm in specificum nomen contractus de iure ciuili transierunt, vt emptionis, donationis, permutationis, tituli dicuntur. Nam & quidam titulus citra consensum tribuitur, qui pro suo dicitur, de rebus quæ nullius sunt, & ideo fiunt occupantis, aut de his quæ pro derelicto sunt habitæ, sed talium vsus perquam rarus, ideóq. de conuentionalibus agendum, in quibus titulos, & contractus pro eodem significatu solemus appellare. 1

Hoc posito intelligi conuenit hunc articulum de approprimentis edictalibus statuere, quæ nullo casu sine titulo possunt procedere, tū de his præscriptionibus, quæ eiusdem generis sunt, decennalibus, & vicēnalibus scilicet iure ciuili, aut iure consuetudinario C quindecennariis, quæ omnes æquè titulum requirūt, aut verum, aut sicuti nostri loqui solent, putatiuum. Nullo iusto titulo possidētes (ait lex) ratione iuris dominium quærere prohibentur, & ideo intentio dominij nunquā absumitur. l. nullo. C. de rei vend. vbi Cast. & Saly. & alij alibi. Diutina, inquit, possessio tantum iure successionis sine titulo obtenta, prodesse ad vsucapionem, hac sola ratione non potest l. diutina. C. de Præscrip. long. temp. & l. vlt. C. pro hærede & l. Celsus. D. de vsucap. errare eos putat, qui cuiusque rei quisquam possessionē bona fide nactus esset, pro suo vsucapere posse putarent, ex quo apparet nec iure, nec moribus posse tales præscriptiones procedere sine titulo, exceptis casibus de quibus nos inf. verbo *prouuant le tiltre*. 2

D DE QVALITATIBVS TITVLORVM.

Cap. I.

Sed vt hæc tractatio methodo, & ordine accipiatur, de titulis primùm in vniuersum, ac de qualitatibus eorum dicendum est, deinde particulares quosque, qui aut iure, aut consuetudine inducti in vsu habētur, persequemur. Ex titulis enim quosdam veros appellant, hoc est, qui germanè tales sunt, & dominium transferunt, ex iure quosdam vero fictos, qui scilicet nō subsistunt, atque adeo constat non subesse, eos tamen lex fingit esse. Quosdam præsumptos, qui cum non appareant, re dubiā, & incerta, præsumuntur tamen ab lege, alios putatiuos, quos cùm quis non habeat, iusta 3

tamen opinatione adductus habere se putat. Sunt etiã quidam inutiles, improbi, nulli, quibus lex, aut non assistit, aut vero ex toto obsistit. Nam de lucratiuis, aut onerosis inutilis hîc mentio, etsi & hæ qualitates titulorũ sunt, quia ex vtrisque æquè dominium, & vsucapiendi causa trãsfertur, l. super lõgi. C. de præscript. long. temp. l. locus. D. de acq. pos. De quibus omnibus sciri expedit, quid quantúmque valeant ad appropriamenta, quoniam ne ab his quidem, qui eam sibi operam ex professo sumpserunt, ea res vsquam meo iudicio pro dignitate, & materiæ merito tractata est; Nec Franciscus Balbus alioqui immodicus & redundans, satis diligenter eam præscriptionum partẽ persequutus est, cùm in vniuersum copiosum tractatũ de præscriptionibus scriberet. Ac de veris quidem titulis toto pene hoc libro agemus, ac suis locis singulos, qui vsquam in vsu habentur in commerciis, expendemus. De fictis etsi rarior iurisconsultis mentio traduntur, tamen tales, qui re vera nusquam intercesserunt, sed tamen finguntur intercessisse, hoc vero à præsumptis differunt, quod præsumptis locus fit in casu dubio, & incerto, quo nec rei veritas scitur, fictis in casu certo, cùm scilicet nullos esse, aut non intercessisse certum est, quod Lud. Rom. & Frãcisc. Aret. notant in l. si aliquã rem. D. de acqu. poss. Aymo Crauetta lib. de tẽp. part. 4. capite incip. Absolutis nu. 49. & seq. ficti tituli exemplum est in l. 1. in princip. C. de rei vxor. actio. vbi lex fingit stipulationem intercessisse in contractu dotis quæ tamen nusquam interuenit, quod ibi glos. notat in verbo subsequuta; produ͂tur & alia exempla ibi in glos. Item in glos. l. his verbis. D. de adopti. §. super hoc auth. vt nulli iudic. col. 9. Aliud adiicit Angel. l. hoc si res. D. de rei vend. cùm per litis æstimationem, & solutionem eius æstimationis, dominium transfertur ficto contractu vẽditionis, qui tamen talis non sit, quamquam hunc casum Aret. potius taciti tituli esse putat, quàm ficti. Additur aliud l. 1. §. accidit. C. de rei vxor. act. quo loco extraneus dotem marito dedisse dicitur, quæ tamen vxori quæratur ex tali donatione, & traditione vera marito, facta. Sed hîc titulum fingi in persona mulieris, cum qua tamen nil contractum sit. Sed & in eo, qui scienter indebitum soluit, fingi donationem l. 1. D. de cond. indeb. & l. cuius per errorem. D. de reg. iur. Ergo ex fictis titulis non minus quàm veris acquiri dominia, & vsucapiendi conditiones volunt, si modo vera sit traditio, quia fictiones duas, tituli scilicet, & possessionis lex nõ admittat. Hæc recepta sententia, auctore primùm Dyno, & Iacob. de Rauen. quos mox Bart. Angel. Cast. & Raph. sunt sequuti d. l. si aliquam rem. Sed hanc sentẽtiam, & famosum errorem Molin. nuper repræhendit, & exagitauit tit. de feud. §. 1. glos. 5. numer. 39. & fictum esse, aut reperiri in iure titulum vllum negat, cùm omnis titulus necessariò, aut verus, aut nullus sit, ex veris verò quosdã tacitos esse, quosdam præsumptos, qui per errorem ficti ab doctoribus dicantur: itaque cùm dicitur scienter soluentem indebitum donare, & in eo fictum titulum esse, Molin. negat, & verũ esse putat sed præsumptum. Sic qui ignoranter rem suam conducat, in quo fictum esse titulum donationis putant. Molin. vllum esse omnino titulum negat, quia in totum talis contractus non valeat. Quod si quis scienter conducat rem suam, vt suam, tum quoque titulum esse præsumptũ, esse enim donationem, & sequuta vera traditione sequi dominii translationem; alios casus Molin. simili argumẽto eludit, & occasionem sumpsisse videtur ex dictis Aret. qui tamen non omnes casus exæquat: sed fictos & ipse titulos admittit, & valde quidem difficile est receptis sententiis obsistere, & exempla quędam

[A] fictorum titulorum è iure proferu͂tur, quæ difficile est includere Molinæi præscripto, cùm omnes præsumptos, aut tacitos esse putat, vt ille l. 1. C. de rei vxor. act. in quo constat stipulationem nullam intercessisse, & tamen pro adiecta habetur: nec enim fit id à præsumptione, quæ in casu dumtaxat dubio fit, cùm hic casus certus sit nullam intercessisse, etsi de quibusdam cum eo non pugnauerim præsumptos potius dici, quàm fictos debere.

Porrò præsumptos appellamus, qui non apparent quidem, aut probantur, sed tamen intercessisse præsu- [B] muntur, de quibus longa tractatio est in l. si certis annis. C. de pact. & l. cùm de in rem verso. D. de vsur. & Bartol. q. vij. incip. Mulier quædam habens amplum patrimonium, & nos suo loco tractabimus, cùm scilicet ex decem annorum solutionibus vniformibus, & explicitis cuiusquam debiti, aut census titulus allegatur, aut cùm ex lapsu temporis centum annorum, aut immemorialis temporis, ex quibus omnibus titulum præsumi volunt, cùm non probetur, vel cùm marito dos ab extraneo datur, præsumitur enim mulieri data, & ab ea marito, nec parum hîc momẽti, quia præsumptus titulus idem efficit quod verus in suo casu, cum [C] lex præsumptioni assistit, alioqui decem anni acquisitioni dominij non sufficerent. Sed ista quidem iure ciuili accipienda sunt. Nam quoad approprimenta edictalia in totum iure consuetudinario nullus effectus eorum est, cùm certi, & specifici probandi sint, vt inf. dicemus verbo, *prouuant le tiltre*, & art. 56. verbo *tiltre certain*.

Sed & quidam putatiui tituli iure tradu͂tur, hoc est, qui re vera non sunt, sed in opinatione consistunt, hoc est, quos quis non habet, habere tamen se putat ex aliqua iusta, & probabili erroris causa, sic matrimoniũ, maritum, vxorem putatiuam, dicunt Bart. l. si concu- [D] bina. D. re. amot. dotem putatiuam l. diuortio. §. impendia. D. solut. matrim. maritum putatiuum l. 1. C. de cond. ob caus. & putatiuum tutorem, tit. de eo qui pro tut. filium putatiuum Bald. d. l. 1. col. xi. C. qui admit. quibus opponuntur, verum aut iustum matrimonium, vxor, maritus, filius, aut pater legitimus, eos fere vbique iurisconsulti veris exęquant paucis casibus exceptis, ídque indefinita, & vniuersali oratione, id est, incauta, quam ex aliis suppleri, & distingui oportet, infinitæ sunt l. nemo. D. pro hæred. l. 1. D. pro legat. l. vlt. C. pro hęrede l. Celsus. D. de vsucap. Sed eas distin- [E] guunt l. iustus. D. de vsucap. l. nũquam. §. quod vulgo. D. de vsucap. l. quod vulgo. D. pro empt. l. vlt. D. pro hæred. l. 3. D. pro solut. l. vlt. D. pro suo. cùm scilicet iusta causa erroris est, non supina aut stulti hominis, sine ratiocinatione scilicet, in emptionibus verò propter frequentiam contractus, nõ nisi iustissimum errorem admittunt. Cast. l. nullo. C. de rei vend. & l. 2. in princip. & glo. l. quod vulgo. D. pro empt. Proinde errorẽ de titulo intelligũt tali, qui si verus esset vsucapionem perficeret, vt Cast. scribit d. l. diutina. C. de præscript. long. temp. Sed & cùm errorem dicunt facti intelligunt, & plura exempla Cast. adfert. d. l. diutina. Azo [F] in sum. de vsucap. pro empt. edidit vero & Iurisconf. d. l. quod vulgo, cùm quis à procuratore suo persuasus est, rem suo nomine emptam cùm non esset, aut à probato viro, aut vicinia, aut fama de re sibi donata, aut legata à principe, aut testatore, aut si quid tale errorem induxit & aluit. Cæterùm error iuris ad vsucapionem nunquam prodest l. nunquam. D. de vsucap. & longissima eius rei tractatio apud Fely. c. de quarta ext. de præscript. quare si quis donationem, aut alium titulum habet, ab eo qui donare non potuit, & valere putat cum legibus valere non possit, is error iniustus

iniustus est, nec prodest ad vsucapiendum. Sic igitur facti opus est, cuius crebrum exemplum est in eo, qui cùm se solum hæredem putaret, longo tempore possedit, & postea maiorem natu fratrem compertum est viuere, hic verè, & iusto errore titulus putatiuus est, ex quo iure præscribitur glo. l. hæreditatem. C. in quib. casib. cess. long. temp. præscript. glos. l. vlt. C. pro hæred. l. finali. D. pro suo. Nec dubitatur valere eum in vincennariis præscriptionibus iuris, item & decennariis, de tricennariis miror tantam esse pugnã, cùm quidam iuris errorem nocere in his putent, quidam contrà. Sed apparet tamen frustra de tituli validitate disceptari, vbi titulus necessarius non sit, quod pluribus Aymo Crauetta doctus iurisc. agitat in lib. de tempore parte 4. c. incip. materia nu. 6. & admirari non desinit, cur potius in opinione, quàm ratione consistat iuris scientia, & eorum infœlicitatem deplorat, quibus incidit in talibus pugnis de bono iure luctari. Denique putat talibus quoque præscriptionibus errorẽ iuris obesse. Sed nos has pugnas magno mortalitatis bono, hac de re, vsu reiecimus, nec titulos vllos putatiuos admittimus, sed veros, & probatos exigimus, & infinitam iuris ciuilis materiæ syluam præcidimus, & tales omnes ex moribus eminus ablegauimus, & eiecimus foro, verósque & reales titulos ad acquirenda præscribendáque dominia exposcimus.

Quare mihi ista sępe expendenti intentius, non solum scholasticis auctoribus, quorum labor in vmbra consumitur, sed ipsis quoque iuris ciuilis principibus, iudicium hac in re defuisse videri solet, vt vllam omnino iurisprudentiam extitisse mirer, quæ tam incerta, varia, vaga, pro iure scribenda putaret mundo, & qui in re tanti ponderis, de conquirendis dominiis, de vero, & certo iure traducerent ad opinationes incertas, & phantasias de rebus, & idem iudicandum statuerent, de eo quod fama, sermone, auditione, fabula quisquam accepisset, quod de eo quod tabulis, instrumentis, & compertæ fidei documentis esset consignatum, nec quidquam referre in vsucapienda re aliena, an quisquam emisset, verè, aut emisse se putaret errore, quam sententiam Celsus repræhendit iure, & veteribus displicuisse ostendit, & Paul. d. l. 2. pro empt. & fuisse eorum talem & sine distinctione sententiam apparet, quamuis ex aliorum responsis eam postea distingui necesse fuerit, ex iusta, aut iniusta causa, alioqui repugnaturam. Sed frequentiores iurisconsultorum pugnæ sunt, quàm vt eas deprecari quisquam debeat. Fuerit ista humani ingenij culpa, aut sensuum imbecillitas, & iudicij in multis defectus; Triboniani certe incogitantia fuit, qui tam aduersas sententias vno volumine compingeret, & digladiantes in theatrum induceret, cùm liceret eligere è multis meliores, & cęteras rescindere. Nõ sine causa igitur ista melior vsus repudiauit, quæ si recipiuntur, non vnda, non auræ incertiores dominiis nostris futuræ sunt, nil constitutum in vsucapionum iure, si tituli dominorum in sermone, rumore incerto, fama, mendacissimo scilicet teste reponuntur, nec quidquam intersit, res ne ita sit, an talem sibi quisquam fingat; nec possit non videri stulta hominis cogitatio, qui toto decennio crediderit, quod non vidit, nec penitus introspexerit, & edi sibi instrumenta, & probationes rerum suarum petierit, & à se ipso rationes actus sui, & rerum suarum auctoritates non requisierit. Quod si vllo tempore, tum hoc maximè, quo tanta est testationum licentia, & libido, conuenit reiici, nec ferè aliter tales tituli putatiui probari possent, mirúmque id iurisprudentibus in hoc argumento placere potuisse, cùm alioqui putarent, & statuerent neque putatiuum maritum, iu-

A re mariti accusare posse l. si vxor. §. sed si ea. D. de adult. nec adulterum mariti iure occidere, quod Bartol. dixit l. marito. §. vltim. D. de adult. nec patrem pro dote putatiua filiæ obligari l. si cum dotem. §. transgrediamur, D. sol. mat. nec donationem inter putatiuos coniuges valere l. 3. §. videamus. D. de donat. int. vir. & vxor. nec tutoris putatiui factum valere in alienandis rebus minorum. Bart. & Bald. l. si is qui. D. de eo qui pro tut. nec filium putatiuum teneri adire hæreditatẽ patris putatiui. l. iusto. D. de vsucap. Bald. l. 1. col. 11. C. qui admitti. nec donationes factas

B tutori putatiuo. Quæ cum ita sint, cur dominium, aut vsucapiendi conditionem placuit acquiri ex titulo putatiuo? cum traditiones putatiuas negãt valere ad vsucapiendum, Bart. Alex. Rom. Aret. Bald. d. l. Celsus. Fely. d. c. de quarta Bal. l. irritum. C. pro donat. titulos volunt. Quare prudenter, & cum magna ratione ista vsus reiecit.

II.

De titulis inutilibus, nullis, improbis seu reprobis, & vetitis: An præscriptionem causari possint.

C Consequens est inquisitio, valde quidem illa seria de titulis, nullis, inutilibus, illicitis aut improbis, & vetitis. An scilicet vlli tales idonei nihilominus esse possint ad causandas præscriptiones, & tribuendam vsucapiendi conditionem. 7

Inutiles vniuersaliter vocant, qui iure ciuili non cõsistunt, siue propter inhabilitatem personarum minus idonearum ad contrahendum, siue materiæ quæ in commercia non cadit, siue ex defectu solemnitatis à iure requisitæ, siue quia lex non assistit, aut etiam resistit. nis enim omnibus de causis contractus corruunt, sed effectu non vno.

D Nulli sunt, quos lex, aut consuetudo propter certas causas annullat, cuiusmodi sunt donationes inter virum, & vxorem constante matrimonio factæ, aut verò iure consuetudinario in vnum ex liberis collatæ, aut vnum de hæredibus præsumptis, aut vero spuriis, & incestuosis, & nefariis liberis. Sed & nulli sunt in quibus consensus deficit, cùm in consensu posita sit naturalium obligationum materia, quæ si non subsistit, nec contractus esse, nec dici potest, de quo vulgari loci l. 1. §. si vir vxori. D. de acq. poss. l. vbi lex. D. de vsucap. l. cùm lex. D. de fideiuss. latè Imo. c.

E cùm contingat ext. de iureiur. Tales sunt, qui à pupillo, furioso, demente fiunt, siue is qui contrahit tales esse sciat, siue ignoret, & quod aliter respondisse iurisconf. videtur l. 2. §. si à pupillo & §. si furioso. D. pro empt. non eum sensum habet, & multiplici interpretatione eluditur, alioqui scriptum certissimis iuris regulis manifestè repugnat. Ideóque ex talibus vsucapiendi conditio tribui nequit, de quo nos inferius in loco de minorũ præscriptionibus differemus. Sed & in vniuersum nulli sunt omnes bonę fidei contractus, quibus dolus causam dedit l. eleganter. D. de dolo, qui ideo inutiles dicuntur glos. l. multum. C. si

F quis alter. vel sib. & l. contractus. C. de fid. instrumen. l. si fraude, quæ in materia præscriptionum loquitur. C. de præs. long. tempor. ex quibus non procedunt præscriptiones titulatæ quidem, licet aliud sit in dolo incidenti, quod glos. ibi dicit.

Improbi sunt, quos vulgo reprobos solent appellare, id est, illiciti, qui perpetuas prohibitionis causas habent, & publicè damnantur ob turpitudinem facti, & eas causas quibus lex resistit, & eos inhibet, veluti in quibus rerum turpium, & illicitorum commerciorum promissiones ineuntur, vt cũ de prodẽda republ. 8

cæde facienda, iudicio corrũpendo fiunt. Si quid enim ex his talibúsue causis detur, non præscribitur, propter virium causarum, & tituli damnatum vsum, & effectum, de quibus Imol. d.c. cùm contingat, vers. Item secundum nu.36.

Vetitos voco, quos lex, statutum, consuetudo, testator, Iudex, de re certa quapiam fieri vetat: sed hoc priuatis de causis, vel odio personæ, & propter aliquod priuatum interesse: nam de publicis causis superiori articulo diximus. Ac de his posterius sigillatim disseremus, & de prohibitis odio personæ, de quibus Soz. cons. 76. nu. 6. lib. 3.

His præsuppositis diligenter dubitationis status retinendus est, cùm quæritur scilicet, an tituli ex talibus causis nulli idonei sint, ad præscribendum. Nam cùm differitur, an dominium, an item possessio ex inutili contractu transferri possit, alia deliberatio est. Nunc de præscriptionum conditionibus agamus.

9 De dominio recepta est sententia, illud transferri ex contractu simpliciter nullo, ex causis quidem priuatum interesse respicientibus, si rei traditio sequatur à domino facta. l. dotis. §. vlt. D. de iur. dot. l. 1. D. pro dot. Bart. Bald. Alex. Cast. Ias. Raph. Aret. Socin. & tota schola. d. l. 1. §. si vir vxori. D. de acq. poss. Bald. Salic. latè Alb. l. multum. C. si quis alt. vel sib. glos. l. contractus, verb. vel id quod emptor. C. de fid. instr. Bart. Bald. alij. l. & eleganter. D. de dol. schola vulgò. l. non dubium. C. de legib. Bald. l. 1. C.
10 de suff. Alex. l. si rem aliquam. C. de acq. poss. Vtuntur demonstrationibus è iure, scilicet quia lex rescissionis remedium contra contractus quamlibet nullos applicat. l. si dolo. C. de rescind. vend. Consequens igitur esse, dominium transferri ex tali cõtractu, alioqui non esset quod rescinderetur, siquidem id quod nullum est, rescissione non eget. l. nam & si sub conditione. §. rumpendo. D. de iniust. test. glos. l. 3. Cod. si aduers. lib. Bart. l. 1. D. de testam. Item re tradita ex inutili contractu dari condictionem ad repetendum rem traditam. l. vlt. C. de cond. sin. caus. Atqui constat condictiones dominis rerum non dari, nisi in vno casu aduersus furem l. vlt. D. vsuf. quemad. cau. Igitur ex inutili contractu dominium transferri, quod condictioni locum faciat, vt rei alienatæ. Item contractus nullos non recipere confirmationem. l. ex his. D. de donat. int. vir. & vxor. Bal. l. vl. §. necessitate. C. de bon. quæ lib. & cum contractus nullos dominio translato scilicet, recipere confirmationem ex nouo consensu. l. 1. C. de contract. iud. & l. cùm vir. D. de vsucap. dicunt, consequenter aiunt videri subesse aliquid quod confirmetur. Quibus rationibus probant ex inutili contractu transferri dominiũ, & actiones rescissorias dari, ad id rescindendum, quod de facto processit, quod Bart. & Bald. & cæteri differunt. l. & eleganter. D. de dol. Nam de possessione minus dubium, si realiter tradita sit, cùm facti sit, nec à iure pendeat, quod illi agunt. d. §. si vir vxori, nec possessionis translatio causam requirat.

Hoc si verum est dominium transferri, in promptu regula consequitur, quibus ex causis traditione facta ex titulo à domino habito, dominium transferatur, ex iisdem præscribendi causas tribui, si à non domino titulus contingat, si igitur titulus nullus à domino habitus dominium transfert, eodem casu titulus nullus, à non domino vsucapiendi conditionem præstabit, vulgata reg. l. clauibus. D. de cont. empt. & Bart. & Bal. tradunt. d. l. & eleganter. Salyc. l. contractus. q. 4. C. de fid. instr. Ias. d. l. non dubium, & alioqui vtriusque casus æquiparationem indistinctè locum habere volunt affirmatiuè. Bart. & cæteri. l. Celsus. D. de vsucap. in contractibus quidem puris, etsi in conditionalibus negent eandem regulam procedere Ias. & Frans. Aret. d. §. si vir vxori. Nam negatiuè non procedere putant, quia scilicet casus dici queant, quibus dominium à dominis non transferatur, & tamen iisdem à non dominis tribuatur vsucapiendi conditio, quod illi tractant, etsi Bald. in rub. ext. de præscript. vers. Item scias, diuersum quiddam à receptis sententiis tradi.

Sed ratio potissima quod ex titulis nullis procedere vsucapiones putant & text. d. §. si à pupillo exprimit, ex eo est, quod opinatione præscribentis adiuuantur, & in putatiuos transeunt, qui veris iure ciuili æquipollent, dummodo opinatio ab errore iuris non nascatur & Bart. notat. d. l. eleganter.

Hæc vt vera sint, cùm ad forum veneris suspenden- 11
da sententia est: Nam cùm multis, variísque de causis contractuum nullitates arguantur, non omnes causæ eosdem effectus generant: sunt enim causæ quædam, quæ perpetuam, & indeficientem prohibitionis naturam habent, & nullitates inducunt, vt cùm illicitè, & contra bonos mores contrahitur, vel turpe quidquam in contractum deducitur. Hîc cùm tales causæ quemlibet de populo respiciant, vt populares & publicæ ab omnibus deduci, & argui possunt ad infringendos titulos, & præscriptiones ex his consequentes, & ideo præscriptiones ex talibus nasci non possunt. Sed sunt nullitates alterius generis, quæ priuatas causas, & interesse respiciant, atque hæ ferè alio iure habentur, & dubiæ, & ancipites sunt, hoc est, alios atque alios respiciunt: cuius rei exempla posterius edemus, tum illud etiam, an ab omnibus, an verò ab his tãtum, quos respiciunt, argui possint. Scribit Bart. in l. naturaliter. D. de vsucap. quem alij sequuntur, tria esse pręscriptionum substantialia, titulum scilicet, possessionem, & bonam fidem, horum defectus siue initio occurrant, siue superueniant incœptis præscriptionibus (præter malam fidem quæ superueniens nõ interrumpit) eas in totum vitiare, & quod magis mireris, tales interruptiones naturales esse, quod si verũ est, cum naturalium interruptionum ea conditio sit, vt omnibus interrumpant, ab omnibus talis interruptio deduci posset, de nullitate scilicet tituli, siue initio nullus fuit, siue ex post facto ad non titulum reductus est. Hanc ego sententiam nullo modo probauerim. Atque inter eas nullitates distinguendum censeo, quæ publicas, aut priuati interesse causas habent, cuiusmodi sunt tituli prohibitarum alienationum à lege, vel homine priuatis de causis, consideratione priuati iuris, & interesse singularis personæ, suæ lex non assistat, siue resistat, siue in personam, siue in rem verba prohibitionum cõcipiantur, quæ perplexa est Bartoli, & aliorum distinctio. l. cum lex. D. de fid. Imol. vbi supra nu. 81. quam Ias. improbat post alios. l. is cui bonis D de ver. oblig. Nec secum ipse Bart. consentit. l. non dubium. C. de legib. quas ego nullitates ciuiliter tantum interrumpere censeo, quia cùm priuatum interesse dumtaxat respiciant, his demum profequentibus effectum annullandi habent, quorum interest, & non aliorum, nec ab aliis obiici possunt, glos. & Bart. l. eleganter. D. de dol. glos. l. iurisgentium. §. Prætor ait. D. de pact. verb. dolo malo, vbi Bald. & Ang. Tiraq. l. si vnquam, verb. remittatur num. 16. & 393. & in legib. connub. glos. 7. verbo de *son mary*. 10. qu. l. cùm pater. §. libertis. D. de legat. 2. Alex. l. filiusf. §. diui, num. 28. D. de legat. 1. Quare titulorum nullitates, quæ contrahentibus inducuntur à testatore, vel homine, respectu eorum de familia, aut alicuius certæ personæ priuatæ amore vel etiã odio,

odio, ab his demum obiici possunt qui de familia sunt, vel ea persona cuius fauore prohibitio facta est, quod si eas nullitates non prosequantur ipsi haud dubiè, respectu extraneorum, præscriptiones ex talibus titulis procedent, quos illæ non respiciunt, & approprimenta perficientur. Quod Alex. scribit. d. num. 18. veluti si quis vxori donauerit constante matrimonio, vel vni ex hæredibus futuris, Consuetudo eos titulos annullat, sed respectu priuato primario tantum, cùm de re commerciali fiant, & per se præscriptibili extra personas contrahentium. Tales nullitates nego ab extraneis obiici posse, nec ab aliis intendi, quàm hæredibus eorum, quibus iniuria fit, extraneos vero nego opponere de nullitate talium donationum posse, quod Io. de Imol. subobscure indicat. d. l. cùm lex. glos. d. l. si fraude. Cod. de præs. long. temp. Ergo si maritus vxori rem alienam donauerit, puto donatariam ex tali titulo aduersus verum dominum quindecennio præscribere posse, aut per bannimenta appropriare, de quo tex. est l. si extraneus. D. de donat. inter virum & vxorem, & notatur. l. quod vxor, vbi glos. & Doct. D. de vsucap. vt & in contrario casu, cùm extraneus rem mariti propriam vxori alienæ dederit, præscriptionem aduersus maritum perfici posse ex opinione mariti alienum existimantis, potius quàm veritate proprietatis. Sunt igitur nullitates (priuati respectus semper intelligo) approprimentorum impeditiuæ, respectu eorum, quos contingunt, sed respectu extraneorum tales non sunt, quoad quos, in promptu est responsio, quo ad te liberas ædes habeo, siue dolus insit, qui personalissimus est, d. glos. l. si fraude, modo extra publicam causam, siue aliud vitij personalis. Denique eodem iure ista metienda putamus, quo & iura in bonæ fidei tractatione metiuntur, cuius defectu non minus titulatas præscriptiones impediri volunt, quàm ipsius tituli defectu, & tamen ancipitem esse malam, aut bonam fidem admittunt, id est respectu vnius bonam esse, quę eadem respectu alterius mala sit, vt præscribens, quoad vnum bonæ fidei sit, ideo & præscribere possit, quoad alium malè respectu cuiusque diuerso, pro scientia, aut opinione præscribentis de iure cuiusque alieno. Quod Bart. & tota schola notat. d. l. naturaliter, nos proprio loco inf. num. 561. Tales esse nullitates titulorum defendo, ex priuatis quidem prohibitionum causis, nec nisi ciuiliter interrumpere pro eo quem respiciunt, & ipso prosequente, pro extraneis nil facere, & nos fusius postea in titulo de donationibus persequemur. Quod minus mirabitur, qui intelliget contra nullitates cōtractuum inter ipsos quoque contrahentes præscribi, si suis temporibus propositæ non sint, quæ materia est Articuli 283. inf. vt contra extraneos Art. 269. quod multo minus inter contrahentes admitti deberet, propter factum suum & dolum personalem, ex quo lex obligationem generat in personis contrahentium, quæ sufficere deberet ad impediendam præscriptionem, quod tamen non facit.

Quare & ratione ciuili, & sensu etiam communi ista mihi pronunciata fixa sunt, cùm de nullitatibus titulorum agitur, & inquiritur, an tituli nulli ad præscriptiones causandas valeant. Quæ nullitates ex his causis proueniant, quæ perpetuas & publicas prohibitiones commercij & contrahendi habeant, eas à quocunque obiici posse siue extraneo, siue cōtrahentibus, & probatas præscriptionum & approprimentorum cursum impedire. Atque est istud quidem in confesso apud Bart. & alios d. l. non dubium, & d. l. cùm lex. latè Imol. c. cùm contingat ext. de iureiur.

A vbi quærit, an tales conuentiones iuramento firmari possint. Ratio redditur, quia contra leges contrahenti semper impressa sit mala fides. l. quemadmodum. Cod. de agric. & cens. lib. 11. & Reg. qui contra iura, in 6. l. finali. §. sin autem. Cod. communia de legat. Alex. cons. 46. in fin. lib. 3. glos. l. 1. Cod. de fid. instrum. cap. dudum de decim. quod in decimis loquitur, & quos Tiraq. allegat. in retract. conuent. §. 1. glos. 2. num. 33.

Inde efficitur, vt quæ contra bonos mores & turpi de causa translata sunt, quocumque titulo & contractu ab omnibus æque ad effectum infringēdorum B titulorum obiici possint, vt nec præscriptio ex his procedat, vt quod iudici datum sit contra legem Iuliam repetundarum. l. penult. D. ad l. Iul. repet. vel medico ob curationem, vel procuratori ob quotam litis, sunt enim ista omnia illicita, & prohibita publica de causa, quæ altera pars est distinctionis Bart. d. §. si vir vxori in fin. & d. l. cùm lex. Tiraq. vbi sup.

Sed & altera ex diuerso proponitur positio, cuius rei commercium interdictum sit, rei sacræ, publici vsus, sacri patrimonij principis, domanij Regis, nobilitatum, quas vocat Art. 56. præscriptionem non competere aut causari ab vllo cōtractu, quia consensus C talibus applicari non possit ab priuatis, propter inhabilitatem subiectæ materiæ, ideóque cùm cuiuslibet intersit talia non contrahi, obiici à quouis talium nullitates possunt, quod per se verum est & Bald. dixit. l. 1. C. de suff. nos posterius sigillatim de quaque specie differemus.

Tertia positio est, cùm contractus in substantialibus deficit propter impotentiam consensus in contrahentibus, vt in infante, furioso, demente, in his, quia obligatio nulla producatur, ne naturalis quidem, titulum nullum esse & ab omnibus etiam exter- D nis obiici posse, l. 1. vbi Bart. D. de nouat. & d. l. cùm lex. Imol. vbi sup. num. 75. text. l. 2. §. si à pupillo. D. pro empt. Sed nos latius in fin. in loco de præscript. aduersus minores, secus vero si talis esset persona, quę naturaliter obligaretur, nam processu temporis etiam ciuilis reualesceret per exclusionem agentis re præscripta ex tali titulo.

Superiores nullitates cùm à publicis causis aut naturalibus originem habeant, præscriptiones inhibent, & naturaliter interrumpūt, & omnibus prosunt ab vno obiectæ & probatæ, etiam extraneis, quos non aliud E interesse respicit, quam impediendi cursus præscriptionis aduersus se; Quæ omnia dicta intelligimus in præscriptionibus titulatis, id est, quæ titulum requirunt. Nam quæ sine titulo currunt, vt nostra & legalis quadragenaria, de validitate titulorum non inquirūt, quia cùm nulli tituli exigantur in talibus præscriptionibus, & si nulli, inualidi, inciuiles, producantur, nil nocent data quidem materia pręscriptibili, quod Cast. dixit. l. fin. §. sed si quis. col. 3. C. communia de legat. Io. Crott. Ferd. Loaz. l. filiusf. §. diui. D. de legat. 1. de quo lōga est disputatio apud Crauetam in lib. de tempore. §. incip. materia ista. num. 6. Nec in his ex Ca- F nonistarum decretis bonæ fidei necessitatem exigimus, quorum sententiis subiici nos passi non sumus, & alibi resoluimus latè.

Sed cùm de titulorum nullitatibus tractamus, quæ à priuatis causis & peculari interesse proueniunt ex prohibitionibus alienationum, quæ à lege vel homine, vel statuto, vel ex defectu solemnitatis inducuntur, hic vero tam varia & pugnantia in scholis traduntur, vt ex his certi nihil confici possit, quando, quibúsue casibus præscriptiones ex talium nullitatibus impediantur, præsertim de illa dubitatione, an

extraneis quoque talles nullitates proficiant ad interruptiones, de quibus causis casibúsque particularibus huius quidem generis, per species posterius agemus, quando diuersissima Iurisconsult. responsa & principum rescriptas regulas confici, nec casus expressos ad alios casus causásve porrigi, regulæ generalitate patiuntur: si prius de cæteris qualitatibus titulorum dixerimus.

De titulis rescißioni subiectis infra dicemus.

De titulis conditionalibus diximus in loco de actu transferendæ possessionis proprio, ex quo id repetendum tradita possessione non impediri principium essentiæ contractus, ideóque præscribi posse aduersus tradentē, sed eam pręscriptionem inchoari à die dumtaxat conditionis deficientis, quia ante agi non possit, sed aduersus extraneos indistinctè præscribitur tradita possessione, si realiter retradita non sit: quia quoad eos contractus pro puro habendus sit.

13 De titulis quoque simulatis inquiritur, an ex his præscribi, aut appropriari possit, quę propria est materia Articuli 269. ex quo constat posse quidem, sed decennium ad intercessiones dari: & diximus eodem loco supra, si quidem aliquis contractus sit sub simulatione, de quo Molinæus in vsuris. quæstion. 61.

14 Sed antequam hinc digredimur id inquiri conuenit, an ex pluribus titulis quisquam præscribere aut appropriare possit. De possessione quidem non dubium ex pluribus causis haberi posse, si omnes causæ eodem tempore concurrant, in eadem causa, & dominium ex pluribus titulis eodem quidem tempore concurrētibus. l.3. §. ex pluribus. D. de acq. poss. vbi schola, & l. eum qui. §. de peculio. D. de solut. Sed dominium semel acquisitum ex vna causa effectu consummato, ex alia amplius quæri nequit. §. sed si in rē inst. de leg. l. cùm res. C. de cont. emp. Sic possessio mea effecta ex vna & eadem causa amplius mea ex alia fieri nequit. Sed in hoc non conueniunt, quod licet dominium haberi nequeat ex pluribus causis diuerso tempore concurrentibus, prima causa remanēte & suum effectum sortiente. l. in fundo. D. ad l. falcid. tamen in possessione contra est, quæ potest haberi ex pluribus causis diuerso tempore occurrētibus, vtilibus, & non contrariis. l.2. §. vlt. D. pro empt. Can. cap. vt Apostolicæ ext. de priuileg. Quod si secunda causa eueniat contraria primæ, tollit primam possessionis causam. l. si quis ante. D. de acq. poss. l. non solum. §. quod. vulgo. D. de vsucap. Ratio est diuersitatis, quia plures causas habere permittitur possessionis adipiscendæ, & confirmandæ, quæ in dominio cessat, quod semel adeptum amplius acquiri nequit, nec nostra interest alios titulos quærere præsupposito quidem priore valido. Nam cùm dubitatur, ad ius adiuuandum cumulari plures possunt. Sed si ius inclaruerit ex vno, ita vt pro eo iudicetur, res præscripta ex illo dicetur, qui iure magis valuerit. Hæc summa tractationis. d. §. ex pluribus.

15 Quæ cùm dicuntur omnia de titulis dominij translatiuis intelligi conuenit, locati, depositi, commodati & tales excluduntur, ex quibus nullis sæculis præscribi posset, cùm implicitam habeant alieni iuris cognitionem. l. vlt. C. de acq. poss. & alibi fusè diximus. Ac tituli quidem qui iure ciuili in vsum recepti sunt passim in nostris libris habentur, & multi memorantur. l.3. & l. eum qui. D. de publici. l.3. §. genera. D. de acq. poss. & extant speciales de quibusque tractatus lix. xlj. digestorum. Nec dubium, quin & alios quoque ex commerciorum vsu gentes quæque sibi repererint proprios, & incognitos iuri ciuili. Neque fieri posse Iurisconsulti ignorabant, cùm de innominatis conuentionibus differerent, id ést, quæ diffinitū certa appellatione nomen non haberent, & tamē sufficientem & idoneam materiam tenerent ad dominiorum trāslationem, vt quomodo res & negotia, nomina superant sua copia, sic necesse fuerit ab ipsis rebus & actibus qui gererentur, contractuum discrimina, & designationes accipere, cū appellationes proprij nominis nec dum vllæ repertæ essent. Ergo cùm dicunt contractum esse do vt des, facio vt facias, aut græcam emphiteosim, aut antichresim, ostendunt nominibus suis quidem se defici, & ab aliis vsum mutuari, cùm specifica non habeant, & propriis destituantur, rem ipsam dicunt. Quo minus mirum ab gentibus singulares, & iuri incognitas appellationes repertis de nouo conditionibus inditas, ad actus, & contractus significandos, veluti liuelli, precariæ, fictus ab Longobardis, Cambij, montis pietatis, & taliū ab Italis, nobis reditus constituti, domanij cōgedialis, & dimissionis, qui contractus non ideo minus pollere putandi sunt, quia nomen in Latio non habent, ac fortasse ne vsum quidem, cùm nobis perquàm frequenter vsurpentur, vt sui etiam externis, & ferè fit, vt ex descriptis contractuum substantialibus, cùm quid ex his paulummodo inflexum, aut immutatum est in alias, & diuersas conuentiones transeant, & tales esse desinant propter immutata substantialia, quæ cuique sunt attributa, quod cùm fit degenerant in alios cōtractus non minus, quàm siligo sidere afflata in auenam, & alij atque alij subinde existunt, & sæpè nomine carent, de quo operosa est commentatio. l. vbi ita donatur. D. de donat. Tales sunt omnes donationes ob causam, de quibus. Tiraq. l. si vnquam. verb. donatione, num. 140. nos inf. loco de donat.

Proinde sic expensis vniuersalibus, quæ de titulorum speciebus vtiliter superius sunt tradita, volumus quoque per species eorum, qui vsquam vsurpantur titulorum excurrere, & auctoritates iuris de singulis tradere, & qui, quomodo valeant, aut inutiles sint ad approprimenta & præscriptiones: quando sicuti Bald. ait vniuersales regulæ vix satisfaciunt intellectui practico, nisi quid de quoque sit aut traditum, aut exceptum in specie exigatur.

DE TITVLIS OMNIFARIAM.

Cap. 2.

Permutatio.

Inter antiquissimos titulos huius generis, primì nominis & vsus traditur Permutatio, de cuius origine ex Homero iurisc. differit. l.1. de cont. emp. & ex veteri- 1 bus quædam memorat nuperus Tiraq. in retract. gl. 1. num. 16. & 17. §. 30. extant tractatus de ea particulares in nostris libris.

Emptio.

2 Successit huic Emptio, & venditio, non illa in genere sumpta, quæ omnem alienationem continet, ex l. statuliber. §. Quintus. D. de statuliberis. de qua tā multa apud Fabianum de Monte in speciali tractatu. Sed illa specifici cōtractus appellatiua, quæ precio & merce conficitur, de qua in iure specifici tractatus extant, & ille imprimis pro empt. D. & C. Hic verò multo vsu frequentissimus, cæteros vtilitate, & facilitate contrahendi superat.

Datio in solutum.

3 Hunc sequuntur omnes qui quamlibet mutatis nominibus in hunc resoluuntur aut relabuntur: hoc est, quotiescumque fit, vt quidquam intercedat, quod vice

vice mercis sit, quod item vice pretij, huiusmodi est A datio in solutum, cùm pecunia conuentum est, deinde fundus datur pro ea, de quo plura dici non conuenit: cum hunc locum impleuerit Tira. in retra. §.1.gl.14. & 15. & is ex quo locũ illum inferciit Fabian. de Monte d.tract. de emp. & vend. & nos ea de re quiddam Art 66. supra.

Litis æstimatio.

4 Eodem recidit, & litis æstimatio, hoc est, cùm quis condemnatus est ad restituendum valorem rei cuiusquam, quia eam restituebat, l.1. & l. litis. D. pro empt. l. Sed & si res vbi glos. D. de public. l. hoc si res D. de B rei vend. Bart. & cæteri l. Pomponius §. si iussu. D. de acq. poss. hunc titulum quidam fictum appellant, quia verè talis non sit in l. si rem aliquam D. de acq. poss. Sed Molin. verum esse putat, sed tacitum, quod & ante eum Arct. dixerat.

Permutationis species pro re fungibili.

5 Sed & rem immobilem in alium transtulisse censûs titulo, vel permutationis, aut alio quolibet permutationem sonante, si ex lege & antigrapho conuentum est, vt pro censu vel re permutata pecunia tandem solueretur, vendidisse est: denique quotiescunque id C quod promittitur, resoluitur in obligationem pretij, qualiscunque tandem color affingatur, aut pictura, aut tectorium, quod nos diligenter nobis videmur exequuti sup. Art. 61.

Æstimatio.

6 Sed & rei immobilis quocumque titulo traditæ, si æstimata traditur, fit emptio, eàque in emptionem relabitur. l.1. §. æstimatarum & §. æstimatas, Cod. de rei vxor. act. l. peti. D. pro dot. & quæ Tiraq. congerit in retr. §. 1. glos. 14. num. 19. & 20. Sed id accipiendum D est, cùm æstimatio fit sui valoris designandi causa, nec de specie restituenda precisè conuentum est: Nam si rem restitui conuentum est, emptio non fit, quia contra naturam venditionis esset, mercem non alienari; ideóque in inuentarijs minorum, in quibus pretium, & æstimatio solet apponi, emptio contrahitur, quia tutor ex ordinationibus Regum tenetur mobilia vendere, nec species ipsas restituendo satisfaceret, Ord. quia pecunia inde redacta locari debet, ideóque pretium restituendo, quo res estimata est liberatur, & periculum rei in eum transit, idque e- E tiam si carius vendiderit, vt sua enim vendit, quia si nimio æstimata sunt, potuit sibi consulere, & alios arbitros petere ab iudice, quo fit, vt nec sub auctione teneatur vendere: quia vt de suo statuere potest æstimationem soluendo, quam arbitri dixere. Sed nec semper æstimatio emptionem facit: Nam si æstimatio demonstrationis dumtaxat causa fit, aut limitationis non rei alienādæ animo, aut intētione, contractus qui fit in suo nomine manet, nec in venditionem transit, cuius rei exemplum est, Art. 300. huius Consuet. & Molin. attigit in tit. de censib. Art. 55. glos. 1. q. vij. num. 100. & 105. & alibi sæpe, latè Cepolla tit. pro F dote num. xj.

Ord. Aurel. art. 101. iuxta l. tutores. C. de administ. tut.

Nec dubium, quin aliæ quoque species fingi possint, quæ nominibus variantes in hunc ipsum venditionis contractum effectu resoluuntur, de quibus idem quod de venditionibus statuendum est, siue quoad approprimenta, siue quoad dominij translationem, siue quoad laudimia, siue quoad retractus consanguineorum, aut feudales effectus, denique & consequentias omnes.

Donatio.

7 Donati quoque titulus est multo gratissimus, vt sicuti Poëta scribit, res non parta labore, siue simplex donatio sit, siue retento vsufructu, siue ob causam. Quare si cui res aliena donata est, & ex eo titulo quindecennio possessa; per hunc titulum, de Consuetudine præscribitur, & approprimento edictali acquiritur. Hic titulus pro donato. De donationibus vero inualidis posteriùs suo loco dicemus, idem in donatione mortis causa. l. si alienam. D. de mort. caus. donat.

Solutum.

Sed & is cui res aliena in solutum data est, pro soluto præscribit, hic titulus pro solut. D. 8

Legatum.

Legati quoque, & fideicommissi non dissimilis titulus est, re aliena legata, & possessa: hinc titulus pro legat. D. 9

Diuisionis siue partagij.

Diuisionis etiam quod nos partagium solemus appellare titulus est, idoneus ad appropriandum, siue contra cohæredem, siue contra extraneum. vt Art. seq. & l. cùm solus. D. de vsucap. Alex. cons. 24. lib. 5. Decius cons. 267. Io. Crottus cons. 278. vol. 4. & nos infra. 10

Feudi.

Sed & feudi quoque titulus est, dominij vtilis translatiuus, de quo Art. 343. & extant libri feudorum. Sed si pecunia accipitur pro ingressu (vt loquuntur) fit innominatus, regulandus (vt aiunt) tamen secundum naturam feudi, de quo Ias. d. l. 1. num. 53. 11

Census.

Sed & Census quoque nobis titulus est, omnis dominij translatiuus, cùm fundus datur pro annuo reditu super fundo præstando; sed noster alio iure quàm legalis, aut aliarum prouinciarum consuetudinarius habetur, & docuimus, Art. 73. tales agros veteres vectigales dixerunt tit. si ager vectig. D. 12

Emphyteosis.

Emphyteosis etiam titulus iure veteri traditus alius ab illo Iustiniani, de quo in titulo de iure emphyt. diuersus ille, si ager vectigal. vel emphy. petat. Cæterùm de iure non semper est perpetui dominij translatiuus, quia frequenter ad aliquod breue tempus datur, interdum perpetua emphyteosis, sed cum pacto de renouando, propriè tamen hoc nomine dicitur, quæ perpetua est, quod Bald. & Angel. dixerunt. l. 2. D. si ag. vectig. 13

Liuelli.

Liuelli descriptione ipsis quidem Italicis scriptoribus constat, quod Ias. ostendit. l. 1. num. 58. C. de iure emphyt. quidam eundem cum emphyteosi sunt qui alium putent, & nos omittamus quando nostra nil interest barbarum contractum nosse. 14

Precarij.

Precarij & precariæ & precariarum discrimina habentur in c. 1. & vlt. tit. de precar. ext. originem posteriores duo à Longobardis ducunt ignoti cæteris, nisi ad quos ab his manarunt. 15

Superficiei & domanij congedialis.

Sed & titulus superficiarius est, cùm superficies fundi venditur lege dicta, vt singulis annis soluatur annuum aliquid in recognitionem dominij, & finitur superficiei interitu. quod Bald. dixit in rub. C. de iur. emphy. & Ias. d. l. 1. num. 43. Sed meliorationes suas non perdit superficiarius, sicut emphyteota. Quare 16

aut is contractus est, quem nos congedialem dicimus, A aut non satis dici potest cui è iure comparari possit, quia in eo illa clausula obseruatur, qua in talibus vti solent, concedo tibi fundum precario, & superficiem iure proprio: de qua multa Ias. ibid. Ex hoc titulo nullis sæculis posset congediarius præscribere aduersus dominum, manente semper recognitione implicita, sed nec aduersus tertium, quandiu pro suo non possidet, & alienam proprietatem agnoscit, quod ante tradidimus, sed nec precaria est, quæ datur ad vitam, nec precariæ sunt, quia de quinquennio in quinquennium renouari solent, quod glos. dixit, d. c. vlt. Nec B emphytheosis, quia nullum dominium transfertur, sed apud tradentem remanet, & ad tempus raro in perpetuum datur. Ideóque congedialia domania dicuntur, quia suo tempore migrare accipientes coguntur.

Dotis.

17 Dationis in dotem celeberrimus olim titulus fuit, & frequentissimus, per quem rerum dotalium dominium in maritum transferebatur, soluto tamen matrimonio reuocabile, de quo tractatio iuris in tit. pro dot. & solut. mat. & tit. de iure dot. D. & C. & in l. in C rebus eod. tit. & l. 1. C. de rei vxor. actio. Nunc hic titulus nullus est, quia rerum vxoriarum dominium in maritos moribus nostris non transfertur, sed illæ earum dominæ manent. Inter ipsos igitur coniuges is titulus nihil est, sed si aut à patre puellæ, aut ab extraneo res in dotem, aut (vt loqui solent) in matrimonium data sit, aduersus dominos is titulus proderit ad vsucapiendum & appropriandum, sed is titulus non ante matrimonium vsucapionem inchoatur, quia conditionalis est, l. penult. D. pro dot. latè Cepol. ad tit. pro dote.

Noxæ.

D

18 Noxæ quoque deditionis titulus est iure, l. & generaliter. D. de noxal. & sunt superiores quidem illi tituli permultis in vsu, & semper in tribunalibus vsurpantur. Qui sequuntur mirum est siue iuris ignorantia, siue errore, aut incogitantia factum, ne vsquam vsu in forum deducta viderim, cùm vtendi perquam frequens sese occasio offerret.

Sententiæ.

E

19 Sententia optimus titulus est, quod nos ante latè ostendimus art. 265. verbo. *par achapt de iustice*, siue in reali restituere quis iussus sit, siue ex personali tradere. Itaque si sentẽtiam quis ter promulgauerit, & certificauerit sua die, approprimenti vim consequitur, idem & si quindecim annos possederit ex iudicato. Estque vtilius multo sententia in vim tituli vti, cùm casus occurrit, quàm in vim iudicati: propterea quod res iudicatæ sæpius appellationum vsu in foro recuduntur ex rescriptis, quæ contra fatalium temporum lapsum restituunt, etiam post complures annos, sed perfecti F temporis approprimenta ex titulo, & lapsu quindecennij nullo tempore, nullóve obtentu rescindi possunt, sed nos eo loco fusè. Sed tamen qui tam bonum ius in forum deduceret, hactenus vidimus neminem.

Pro hærede.

20 Nec minus ignotus nostris, qui iure notissimus est titulus pro Hærede, cùm quis scilicet in hæreditate sibi delata rem alienam reperit, & eam possedit quindecennio, is titulus sufficiens est ad approprimẽtum, de quo tit. extant. D. & C. Sed id diligenter notãdum, antequam is titulus procedat, oportere cùm quis succedit verè hæredem esse, & rem particularem in hæreditate reperisse, & possedisse tanquam defuncti propriam, quod tex. & glos. tradit, l. vlt. C. pro hæred. & l. hæreditatem. C. in quib. caus. ces. long. temp. præscript. ideóque negant hæreditatis petitionem tolli præscriptione longi temporis, à quo putatiuum titulum excipit glos. d. l. hæreditatem. Ergo qui hæres non est, nil vsucapere potest titulo pro hærede, quia hæres non est. Sed si hæres sit, & rem non hæreditariam putet defuncti fuisse, cùm esset aliena, rectè vsucapit. Vnde sępe reperitur casus in quo duo tituli in persona hæredis concurrant: veluti si defunctus rem alienam emerit, hæredi ex eius persona, titulus pro emptore competit, ex sua, titulus pro hærede, & ex vtrouis celerius dominium consequetur, ex quo citius possessionis tempora fuerint completa, l. 3. §. ex pluribus. D. de acq. poss. & l. nunquam. §. vlt. D. de vsuc. latè Cepol. in Rubr. pro suo. Itaque quod Nicolaus Valla olim consil. Curiæ Britannicæ in lib. de reb. dubiis tractatu 15. tradit in hoc argumento iudicatum in Curia (vt vocat) Rhenensi, de eo hærede qui patri successerat, qui olim prædium ex vsufructus causa, & viagij accepisset, à quo hæres maioris natu id post 30. annos repetebat, valde apud me esset ambiguum. Nam valde falsum est fundamentum iudicati, si quidem tale fuit titulum pro hærede titulum non esse, quem ille probandum scribit, & verum est. Sed titulus pro hærede verus est titulus, ideóque eo probato, & possessione quindecennali, excludendus fuit actor hæres maioris natu. Nam quod de interuersione possessionis loquitur, rationem à iure non habet, cùm hæres qui patri succedit, possessionem non dicatur interuertere, à se incipiendo, & ex titulo proprio, & illa l. vlt. C. pro hæred. extra rem ab eo allegatur, quæ (vt superius) diximus loquitur in eo qui hæres non est, & ideo titulum non habet, nec pro hærede potest præscribere; at hîc secundo nati liberi hæredes eius erant, & rem alienam repererant in hæreditate paterna, ideóque præscribere poterant, vna tãtum ratio obstabat, quod cùm succederent titulo vniuersali, in causam defuncti succedere debere videri deberent, ex l. vitia. C. de acq. poss. de qua ratione alibi viderimus, déque vitiis ex personis auctorum vniuersalium Art. 271. verbo, *ou ses predecesseurs*.

Pro derelicto.

Titulus pro derelicto inutiliter album occupat, 21 quia hæc ætas aliena potius concupiscit, quàm derelinquit sua, itaque materia deficit, quo minus in vsu sit, quod tum fit, cùm quis rem suam eâ mente, & animo relinquit, ne amplius habere velit. Sed tum si relinquens erat dominus protinus etiam appræhendens dominus fit, sin non dominus, & res erat aliena iusto spatio quindecennij ex titulo pro derelicto præscribitur, l. 1. §. pro derel. & l. si id quod. talia sunt missilia iactata in populum, quæ à iactante protinus amittuntur, sed tua ante non fiunt, quam ea appræhenderis.

Pro svo.

Succedit hoc ordine titulus qui in iure pro suo di- 22 citur, quanquam & is pene sine vsu. Huius scripti pro suo triplicem glos. ponit significationem in Rub. D. pro suo, & Bart. l. 1. D. eod. Namque pro suo omnes eos possidere videri, qui rem vllam, vt suam, suo iure, & ad commodum, & vtilitatem suam possideant, siue

mala

mala fide, ſiue iure, ſiue iniuria, poſſideant; hîc enim facti eſſe demonſtrationem,non qualitatem iuris,hoc modo qui rem vt ſuam poſſidet,factum notat,de iuris auctoritate nil dicit, nec titulum per hoc infert. Nam titulus ſine adminiculo iuris conferri nequit, nec illum quiſquam ſibi, aut fingit, aut fabricat, ſed ab alio habendus eſt, aut à legis poteſtate, & diſpoſitione deducendus eſt, ſed poſſidere rem, vt ſuam non eſt titulum habere, cùm diuerſa ſint, titulus, & poſſeſſio, quod Bald. ex parte ſcripſit, l. poſt ſententiam. C. de ſent.& interl. iud. & l.ſi ego.§.partus. D. de publicia. Alex.l.3.§. ex pluribus. D.de acq.poſſ.

Secunda ſignificatio huius dicti pro ſuo eſt, quæ qualitatem poſſeſſionis determinat ab aliena ex vna aliqua de cauſis à iure introductis. Itaque qui emit, donato accepit, aut alio modo comparauit, dicitur pro ſuo poſſidere. Sed gloſ. perperam hunc titulum eſſe putat generalem, qui cum particulari concurrat. nec enim titulus hic eſt, ſed determinatio potius qualitatis poſſeſſionis; Ideóque in talibus numquam dicitur, pro ſuo ſimpliciter, aut ſeparatim, & per ſe poſſidere, ſed pro ſuo exempti cauſa, ſed ſepara emptionis cauſam, nudum nomen ſine re,& in terminis ſuperioris articuli reperietur ſine vllo effectu tituli, quare gloſ.non rectè iudicat,hîc duos titulos ſubeſſe,& concurrere, vnicus enim eſt determinata poſſeſſione à ſua cauſa.

Quo fit vt tituli pro ſuo illa demum vis ſit,vt inter titulos haberi debeat, cùm ex his cauſis que iure gentium dominium appræhenſione tribuunt, quiſquam poſſidere cœpit, veluti ſi ceruum cicurem, atque ita alienum quis in nemore cœperit,aut gemmam puram in litore, aut auem quæ alterius eſſet, cùm nullius eſſe putaret, vſucapiendi cauſam nanciſcitur,ex titulo pro ſuo, atque hæc germana eius appellatio, & vis eſt. Itē ſi ex contractu conditionali poſſeſſio purè tradita ſit, interim vſucapio inchoatur, non ex tit. qui ab conditione pendet, ſed pro ſuo Bart. l. 1. §. ſub conditione. D.pro empt. vel ſi ex cauſa dotis ante matrimoniū res tradita ſit, quod latè Bart. Cepol. perſequitur tit. pro dot. C. & tit.pro ſuo. Eſt igitur titulus pro ſuo in ſuperioribus res inanis, & ſine re appellatio, nec vllam vim habet præterquam in vltimis his caſibus ad vſucapiones perficiendas.

De titvlo pro transacto.

Cap. 3.

1 *Tranſactio an titulus, an contractus nominatus.*
2 *An ex ea dominium transferatur, & quando.*
3 *Euictio an in tranſactione debeatur.*
4 *Remißio iuris an pro donatione ſit.*
5 *An titulus ſit tranſactio ſiue ſuper certo, ſiue incerto.*
6 *E: tranſactione non dari retractum.*
7 *Tranſactiones fictæ.*
8 *Maritus litem fingens, vt tranſigat.*

1 De tranſactione mirificè pugnatur in ſcholis, titulus n ſit habilis ad dominij tranſlationem, aut vſucapien conditionem, & ſi epigraphe tit. pro empt. C. hanc uoque adiectionem habeat, & pro tranſactione, d qua deciditur in l. ex cauſa. C. eod. tit. Prima dbitatio eſt ab eo, quod quidam tranſactionem pro ontractu non habent,vt Bald. & Salyc.l. contractus C.de fid.inſt.gloſ.l.vlt.C.de litig. & quos Tiraq. coneſſit in retract. §.1. gloſ.14. nu.16. Contra multi obſtnt, quos idem ille aceruat num. 65. & res palam loqtur omnem conuentionem partium alterutrius oblitoriam contractum eſſe. Quidam contractum

A eſſe admittunt,nominatum eſſe negant.vulgo Bart.& alij l.ſiue apud acta. C. de tranſact. Ex quo multi conſequens eſſe putant, vt laudimia debeantur, retractus competat, cæteráque omnia quæ de cæteris titulis ſimilibus conſequentia ſunt, vt gabellæ. Quidam repugnant, vnde illa prolixa de retractu dubitatio eo loco apud Tiraq. Denique tandem anhelantes de pugna plures eo decurrunt, vt tranſactio titulus ſit dominij tranſlatiuus, cùm res ab reo in agentem transfertur, ſin apud reum maneat, dominium non transferri, neque alienationem videri, & propriam tranſactionis 2
B naturam ſeruare, id eſt, meram eſſe litis remiſſionem, & redemptionem vexationis. Ideóque eo caſu nil noui iuris tribui, ſed placari iurgij materiam. Quare ex tali facto dominium non transferri,ſed retineri, ideóque nec euictionem deberi,quod gloſ.& ex ea, ſchola notat,l.ſi pro fundo. C.de tranſact. Contra eſſe, cùm res & poſſeſſio manum mutat,& ſic tranſigitur,vt qui antea non habuerat,habeat ipſe,hoc enim caſu,& dominium transferri,& titulum tribui, & alienationem videri, & omnia alienationum conſequentia. De euictione tamen ne ſic quidem conſentiunt, & multùm 3 intereſſe putant, an conuentio ſimplicem iuris renun-
C ciationem, & remiſſionem contineat, an verò,& ceſſionem quoque iuris enūciatio incluſam habeat. Hæc ſententia Bart. l.1. D.pro empt. quam multi protinus ſunt ſequuti, Ang. Alber. Raph. Cum d.l.1. Cæteri d. l. ſi pro fundo. Card. Alex. Aluarot. Mart. Lud. c.1. tit.de inueſt. int.dom. & ali. de benef. Bart. l.eius rei. D. de rei vend. Bald. l.1. C. de bon. quæ liber. Ang. Aret. §. ſi quis poſtulante. inſtit. de actio. Alex. conſ. 168. lib.2. Cor. conſ.16. vol.2.Bald. l.cùm hi.§. ſi cùm lis.D. de tranſact. gloſ.& Angel. l.ſtipulatio iſta.D. de verb. obligat. Hoc ſi verum eſt tranſlatio poſſeſſionis ex tranſactione titulum facit, iuris remiſſio non facit.
D Id quàm verum ſit, apparet ex his, quæ longa tractatione Tiraq.perſequitur, l.ſi vnquam verb.donatione 4 largitus, num. 173. C. de reuoc. donat. ex theoremate, ex quo tot conſequentias deducit, & nu.198. concludit remiſſionem iuris vim donationis habere, & quod magis mireris iuris etiam dubij, & ita incerti, adeò vt inſinuatione etiam indigeat. Quod ſi ita eſt, neceſſe eſt remiſſionem iuris, quæ donationi exequatur, titulum eſſe, & ex ea vſucapiendi cauſam tribui, ſicuti ex donato, ſiquidem donati titulus eſt, vt ante diximus, & extat de eo ſpecialis tractatus in libris iu-
E ris. Non eſt igitur metienda tituli auctoritas ab tranſlatione rei, aut remiſſione iuris ſimpliciter facta, cùm remiſſione iuris, etiam titulum tribui,ex illis locis appareat, & iuris certi remiſſionem omnes pene agnoſcant titulum eſſe, etiam ſi poſſeſſori fiat. Non conſtat igitur illa quamlibet recepta diſtinctio, de tranſlatione rei,aut remiſſione iuris in titulo tribuendo. Quare vt id dicam quod ſentio, mihi ab ea non videtur tituli attributio fieri ad effectum appropriandi; vnde igitur ſenſes? A præexiſtentia materiæ (inquam) iuris quæ ſubiectum tranſactioni miniſtrauit. Nam cùm nemo 5 propriè tranſigat niſi ſuper incerto l.1. D. de tranſact.
F & Doct.in Rub.C.eod. incertum verò fiat negatione aſſeuerationis contrariæ l. iubemus.C. de liberal.cauſa, & quod Fely. tractat ſuper hac regula c. ſi clericus laicum. ext de for. compet. tamē aſſeueratio nil mutat in veri ſubſtantia, ſi contra negationem doceatur de iure, quod ibidem Fely. tractat, & Bart. l.poſt rem C. de tranſact. l.non nudis l. non epiſtolis. C.de probat. Quamobrem ſi iuris veritas manet, & docetur, propriè tranſactio non eſt,& ſi eſt,tituli validitas pendet à probatione præexiſtentis iuris, quod immutari nequit tranſactionis appellatione, quominus ſit vera

alienatio, & dominij translatio, si is qui melius ius habebat, alteri cessit, aut remisit, quibuscunque tandem verbis id fecerit, siue cessionis, siue remissionis, siue quictandi, quorum magnum discrimen esse Bart. putat, & fortasse verum est, sed non in casu certi iuris, & indubij: Nam quæ frons est affirmantis, aut negantis quod contra esse legitimis documentis probetur. Vulgaris est sententia, propter nostrum affirmare, vel negare nil mutatur in re, quæ si qualis sit appareat, transactio quæ de ea iuris præexistentia fit, alienationem, & dominij translationem confert, aut vsucapiendi conditionem, si ab eo qui habet ad eum qui non habet fit translatio, quod si apud eum qui ius habet, res ex transactione remaneat, haud dubiè titulus dici nequit, sed litis redemptio, si ius non habet, titulus est, etiam si tota schola repugnaret, & indistinctè negaret in simplici dimissione titulum non esse dominij translatiuum. Nam transactio, quæ ex præexistentia certi iuris fit, pro eo qui ius habet, nil aliud agit, quàm quod litem dirimit, & vexationem, vel sumptus redimit. Ideóque nec tali casu in symoniam per transactionem inciditur, c. super eo, & ibi glos. ex. de transact. Neque enim res cuiusquam propria ex præcedente iure consummato, & acquisito, amplius, aut magis propria eius fieri potest ex alio, contra theoremata & receptas sententias ex l. 3. §. ex pluribus. D. de acqu. poss. Nec is qui ius non habet, amplius in alium transferre potest, quàm habet, ex regula nemo plus. D. de reg. iur. iuri igitur certo, & de quo constat, nil addit transactio, nisi quod controuersiam dirimit. Est igitur transactionis causa referenda ad principium essentiæ veri, & rectè glos. l. cùm hi. §. si vim, verbo transact. D. de trans. quæ putat dimissionem continere alienationem, si ius habens alij id remisit, quam ibi Ias. sequitur, & Bart. & Ias. l. nulli. D. eod. tit. Non nascitur igitur ius ex transactione id habenti, sed agnoscitur, & adgnascitur, nec dominium in eum trāsfertur, de quo Bart. d. l. 1. D. pro empt. & l. cuius rei. D. de rei vend. & vulgo, l. si pro fundo. C. de transact. Contraria omnia sunt in casu contrario d. l. eius rei, & l. ex causa vbi Doct. C. pro empt. Quare si quis cùm spoliatus esset possessione rei propriæ, cum possessore transegerit, hauddubiè dominij translatio est, & tituli creatio pro transacto, de quo Tiraq. quo loco supra citauimus nu. 71. arestum citat, veluti etiam aliquando accidisse vidimus, cùm minor natu ex deserentia manus leuationem (sic enim loquamur) obtinuisset: superuenit natu maior, cui ius haud dubiè competebat, res ex transactione apud minorem mansit. Hic titulus fuit haud dubiè dominij translatiuus. Ponitur etiam casus ex l. quoties. C. de rei vend. cùm secundus emptor, sed possessione prior, de possessione deiectus esset, lite de proprietate instituta res trāsactione apud priorem emptorem remansit. Fuit hic titulus haud dubiè dominij translatiuus, & vsucapiendi conditionis. Nec hæ propriæ transactiones sunt, sed tituli potius innominati dominij translatiui. Neque enim cùm tales conuentiones transire in titulos dicimus, vsucapiendi potentes, protinus emptiones esse putandæ sunt, aut ex titulo pro emptore vsucapi, sed tales sunt quales hi, quibus maximè comparantur, & (vt loqui solent) assimilātur, l. 1. §. si seruum. D. deposi. emptiones scilicet, cùm pro iure certo, immobili, pecunia, aut alia res in pecuniam resolubilis datur, permutationes, cùm res pro re, vterque titulus cùm vtrumque datur, & pro quota, parte datur. Hæc cùm de iure certo fiunt per transactiones, existunt innominatæ conuentiones, quæ dominia, & vsucapiendi conditiones transferunt, & nominatis comparantur, à quibus colorem ducunt, & ab his naturam sortiuntur, quæ etsi transactiones appellantur, propriè tamen tales non sunt, propter iuris certitudinem, & materiam certam super qua transactio non cadit d. l. 1. §. eod. vbi Bart. & d. l. nulli. Non est igitur quod ante diximus in iure indubio, tituli æstimatio sumenda ab dimissione rei, quod ex superioribus patet.

Superest casus alter de transactione propriè sumpta, id est, super iure incerto, & controuersia ambigui iuris propter iuris difficultatem, iudiciorum & legum instabilitatem, addo & iudicum peruersitatem. Nunquam enim verius dici debuit alea quam nunc. Atque hîc multo probabilior esset Doctorum distinctio, de rei translatione, aut dimissione, quia videri debeat iuris incertitudo determinari ab euentu, & transactione. Sed ego sic iudico, ne tum quidem videri nouum titulum tribui, siue dimittatur res, siue transferatur, sed eum qui rem ex transactione obtinuit, rem habere videri, ex eo titulo, quem in lite deduxerat, & allegauerat, & cuius vigore confessionem iuris sui, ab aduersario suo, per transactionem expressit, & si non expresse, certè implicitè, & consequenter, quod in illum deduxerat, & possessionis vi adegit ad transigendum, cùm actor vnde probaret, non haberet, videri pro suo potiùs, quàm pro transacto possedisse. Neque enim transactio vllo casu principium iuris ab se ducere potest, sed fit à materia preambula, & præexistente, de qua cùm dubitatio orta est, ea determinatur ab transactione, quæ iuri creato etiam formato aduenit, ipsa non creat, aut format. Itaque qui sic transigit ex eo titulo habere videtur, de quo ante controuersia fuerat, quæ transactione sopitur, ipsa vero transactio includit confessionem iuris: quod Tiraq. latè deducit d. l. si vnquam. verb. donat. largitus num. 126. Hic igitur transactio, litem, & ambiguitatem dirimit, sed materiam primariam iuris non generat, & subiectum à se non habet; Sed aliunde mutuatur. Quid enim transigas, si nullum ius prius controuersum, vt materiam præstet transactioni, id verò ius materia est, cui transactio testimonium præbet, & cui illucescit. Est igitur hoc casu transactio, non titulus, sed tituli prætensi confessio, nec ex ea dominium transfertur, aut vsucapiendi conditio. Hoc ergo casu, nec laudimia debebuntur, nec gabellæ, nec cætera (vt qui solent) consequentiæ contractuum dominij translatiuorum. Ac pene impiam dixerim Tiraq. sententiam, qui meliis, ad contraria applicatis in peiorem tandem delabitur, & putat tali casu iuris incerti dari retractum, non ad rem (vt inquit) sed ad litem. Quæ sententia si recipitur, necesse est euenire, rem multò calamitosissimam, & perniciosam, vt prætextu iuris æternæ lites fiant, & in generationes, & familias propagentur, nec quisquam vlla conuentione finire eas possit, & in æternum litigare cogatur, si de prioris litis materia, alia existat, cùm ius incertum pro certo retrahitur. Ideóque & talium iurium remissionem à tutoribus, & prælatis fieri posse puto, de quo Bart. d. l. nulli: latè Tiraq. d. verb. donatione, num. 196. Ergo ex his apparet, vno tantum casu transactionem titulum creare dominii translatiuum. Cùm scilicet ius alienantis certum & clarum est, & merè voluntaria alienatio, & repetitio eius impudens & sine colore, & tum euictio debetur d. l. si pro fundo, cuius hic sensus est, & l. ex causa. C. pro empt. l. siue apud acta, & l. si de possessione. C. de transact. & hanc sententiam iuris rationes manifestæ defendunt, & planè ratione contrarias defici ostendunt.

Porrò cùm transactiones dico, veras intelligi non? quæ simulantur de ficta litis materia, cùm aut nulla it, aut

sit, aut nullo colore picta. Nam si ea alium cōtractum simulat, pro eo contractu habenda est, quam simulat, emptio, aut permutatio, aut talis qui detracto cortice detegitur verè fieri, de quo Mart. Lud. Bald. Card. Alex. & alij, tit. de cont. inuest. int. dom. & alij de
8 benef. Curt. in tract. feud. 4. parte princip. quæst. 7. quod frugi mariti faciunt, qui cùm res dotales alienare nequeunt, ne sua restitutioni obstringant, & sui periculi faciant, vt Iurisc. dicit, lites fingunt, mox transigunt bona conditione, sed & ad diiudicationem quoque conquestuum ea sententia prodest, cùm dubitatur, an res per transactionem pendente matrimonio, aut remissa, aut translata, inter conquestus habenda sit, & veritas ex superioribus patet. Nam si A de iure extranei actoris apparet, & pecunia data est, erit re vera, & effectu acquestus communis, etiam si ex vnius ex coniugibus capite lis de re pendebat: sin non apparet, & res verè erat controuersa, & incerta, eius propria ex cuius capite lis mota erat, etiam si pecunia, hoc casu (incerto iure scilicet) data est pro remissione litis, sed illa pecunia, aut tanta soluto matrimonio, ab eo coniuge conferetur, & vt dicunt, raportabitur in diuisione cōmunitatis, & mobilium communicanda. Hæc mea de argumento valde controuerso sententia: eiusmodi tamen, quæ cum certis iuris principiis, & receptis theorematibus valde congruit, & ex sensu communi rationem habet, & sinendi sunt pugnare scholastici auctores.

DE DIMISSIONE PRIDEM BRITANNIÆ VSVRPATA, ET TITVLO PRO DIMISSO.

Hinc art. 537. N. C.

CAP. 4.

1 *Titulus pro dimisso. An sit titulus habilis ad præscriptionem.*
2 *Quid est dimissio.*
3 *Dimissio fieri non potest præterquam in hæredem præsumptum.*
4 *Dimissionis vis & effectus.*
5 *Dimissio reuocari nequit, nisi ex exhæredandi causis.*
6 *Dimissio ante promulgationem vim non habet.*
7 *Viuens hæredem non habet, & num. 17.*
8 *Hæredis spes ius non tribuit.*
9 *Hæreditas pacto aut contractu dari nequit.*
10 *Pacta de hæreditate futura an valeant.*
11 *Iuramentum illicitas conuentiones non firmat.*
12 *Donatio filio in potestate fieri nequit.*
13 *Pater inter viuos diuidere hæreditatem inter filios potest.*
14 *Naturalium obligationum causæ.*
15 *Latitudo voluntatis contrahentium non est angustāda.*
16 *Dimissionum causæ & rationes.*
17 *Dimissio contractus est vlt. voluntatis, natura mixtus.*
18 *An rectè sit tantum iuris attributum vltimis voluntatibus & testandi facultati.*
19 *Melior lex quæ pro homine testatur.*
20 *Testandi facultas moribus nulla.*
21 *Testamenta dici non debent quæ facimus.*
22 *Ius præsumpti hæredis ex moribus ineuitabile.*
Hæres præsumptus in multis casibus fundatus est, & intercedit actibus viuentis etiam non expectata eius morte. ibid.
23 *Iure consuetudinario de futura successione pactiones admittuntur.*
Eius rei exempla in matrimoniis præsertim contrahēdis.
24 *Pater filio stipulari potest portionem filiæ maritatæ.*
25 *Inanis est ratio, quæ de votis captandæ mortis arguit.*
26 *De donationibus, quæ fiunt à patrib. filiis in potestate, aut emancipatis.*
27 *Diuersum est iure consuetudinario, & num. 31.*
28 *An pater renūciare possit acquisitioni profectitiorum.*
29 *Patres iure patrio vsumfr. non habēt in bonis filiorum.*
An fructus rei donatæ in vita patris conferri debeant. ibid.
30 *Pater non potest reuocare donationem quam filio fecit.*
31 *Donator quiuis non potest suam donationem reuocare ex eo, quia immensa sit aut inofficiosa.*
32 *Nec dimissio reuocari potest.*
33 *Donationes vetitæ certæ personæ respectu ab ea solum possunt oppugnari.*
34 *Oppositiones hæredum etiam viuis dominis admittuntur iure patrio.*
35 *An donata filio cōferri debeant inter cohæredes fratres.*
36 *Pater potest prohibere collationem, aut dissimulare sinendo filium frui.*
37 *Donatio fieri non potest à patre vni ex filiis.*
38 *An fructus rei prærogatæ pro iure successionis veniant, in collationem tam iure ciuili quam patrio remissiuè.*
39 *Donationes ob causam non sunt vetitæ inter personas coniunctas alioqui prohibitas.*
Merita obsequialia non sunt idonea causa donationis. ibid.
40 *Donationes ob causam propriè donationes non sunt, sed potius innominatæ conuentiones.*
41 *Donationes in legitimam.*
De prærogationibus virilium portionum inter hæredes, & an sint reuocabiles. ibid.
42 *Bona superuenientia virilem augent.*
43 *Dimissiones veteri iure patrio in vsu frequentes, fuerunt innominatæ conuentiones.*
44 *Multi contractus nostri iuri ciuili ignoti nec præterea inutiles.*
45 *Contractus quidam pro tempore frequentantur, aut desuescunt, vetus antichresis nostrum.* engage.

1 Sequitur nobilis dubitatio de ea, quam gens nostra B olim dimissionem appellabat. Erit hæc disquisitio iuris Britannici singularis, vt exteris ignota, nostris vero hominibus paucissimis quidem, de fontibus cognita, quo magis emitēdum, vt ea qualis olim fuerit, & quo iure in commercia venerit, quísve vsus antiquis fuerit, intelligatur: eóque impensiùs, quia parum perspecta origine eius conuentionis, plerósque deterreri ab eius vsu video, cū tamē maioribus nostris, perquā frequens fuerit, & vsitata, ipsósque adeo Romani, patriíque Iurisconsultos, plerósque omnes his salebris implicatos cōperi doceri, quàm docere maluisse, ac trepidè pronunciare solitos, quid in eo sibi maiores nostri voluissent, de eo scilicet argumento, quod in notissimas iuris ciuilis regulas incurrere palam videretur. Quod dum facio, attende quisquis iuris patrij, & prisci maiorum moris studiosus es.

Dimissio an titulus esset habilis ad dominij translationem, & auctoritatem ab iure haberet aliquam, an vero moribus tātum sustineretur, an etiam in totum ciuili ratione deficeretur, me etiamnum adolescente, nuper tum reformata Cōsuetudine veteri, inter peritos iuris & fori dubitabatur, quibusdam ex illis iuris Romani regulis negātibus, quibusdā etiam consuetu- 2

dinarij quoque iuris auctoritatem illi derogantibus, A
quando reformata Cõſuetudine dimiſſionis vox nuſ-
quam legeretur, & quod magis hanc ſententiam per-
ſuaderet, ne veteri quidem vſquam reperiri. Dimiſ-
ſionis quidem verbum ſcholaſticis iuris ſcriptoribus
non ignotum, ſed ſignificatu longè alio pro ea, quam
quaſi traditionem alio nomine magiſtri appellãt, cùm
res ſcilicet, quæ apud aliquem ſit, venditur, aut aliter
alienatur, & apud deteriorem eſſe, & manere permit-
titur, ex cauſa dominij tranſlatiua traditionis loco; de
quo Bart. ſcripſit l. certi cõdictio. §. vlt. D ſi cert. pet.
& quos nos citauimus ſupra, in loco de actu transfe- B
rendæ poſſeſſionis. Hanc quaſi traditionem vulgo di-
miſſionem appellant l. ſi pro fundo. C. de tranſact. Sed
3 hæc de qua agimus longe alio ſenſu accipitur Dimiſ-
ſionem vetus forum appellabat, bonorum omnium
ſpontaneam abdicationem, & quod verbum ſonat di-
miſſionem, quam quiuis patreſam. faceret, non pri-
uatiuè tantum, & abnutiuè (vt magiſtri loquuntur)
nec ſimplici abſtẽtionis iure. ſed ceſſionis, & tranſla-
tionis vſu in alium, ſed tamen non quemlibet illum,
ſed eum demum qui iure, & moribus hæres dimittẽti
futurus eſſet, quem nos in foro præſumptum ſolemus
appellare. Quod ſi plures futuri erãt, non potuit quiſ- C
quam plus ex dimiſſione, quam ex hæreditate capere,
ne ſcilicet obliqua diſpoſitione contra notiſſimam iu-
ris cõſuetudinarij regulam, alterius ex hęredibus me-
lior conditio fieret. Fuit igitur veteribus dimiſſio, quæ
gentibus exteris hæreditarij iuris prærogatio eſt, *qu'ils
appellent aduãcement d'oyrie*, aut diuiſio bonorum inter
hæredes ab viuente. Effectus dimiſſionis fuit, vt domi-
nium, & proprietas bonorũ omnium in dimiſſarium
4 perinde transferretur, vt ex alio quolibet contractu,
iure ciuili habili, & legitimo. Ita fiebat, vt dimittenti
nullum ius alienãdi, aut hypothecæ ſubiiciendi relin- D
queretur, cauto duntaxat dimittenti vſufructu. Vete-
res ea ratione vtebantur, cùm ſenex quiſpiam affecta
ætate, & qui rebus ſuis ſupereſſe amplius non poſſet,
grati hæredis operam prærogato officio prouocabat,
vt tuto rei familiaris curam, & patrimonij procura-
tionem commẽdaret, qua ſcilicet ætate, prudẽtes ho-
mines, rerum, & vſus periti, longum valere iuſſis ſoli-
citudinibus, viuere, quod Diocletianus Salonis facie-
bat, iam inde conſtituunt, ne cum in vita diu fuerint,
viuere ſe nunquam ſentiant, quod ille Rom. dicebat.
Sed hic anceps alea, nec ſemper cõſilio euẽtus reſpon-
dit. Nam niſi longè ante meditati patresfam. & bene E
introſpectis dimiſſariorum moribus huc deuenerunt,
5 pone illis nemeſis, & præſto pœnitẽtia. Nec enim re-
uocari dimiſſio poterat, niſi ex quibus cauſis, aut ex-
hæredatio, aut donationis reuocationes fiunt. Sed &
ſi ſuſpecta cuiuſquam erat res domeſtica, aut dubium
patrimonium, aut adminiſtratio, honeſto dimiſſionis
titulo, mala tractatio tegi ſolebat, reperto prætextu
ne ad odioſam bonorum interdictionem, & infenſas
actiones deueniretur. Hæc hæreditariæ ſpei anticipa-
tio, ne auitæ familiarum opes nequitia cuiuſquã pro-
digerentur. Proinde reſpectu quidem externorũ, nulla F
ante dimiſſionis vis erat, quam publicè edictis in mer-
catu, aut tribunalibus erat promulgata, quo loco di-
miſſor domicilium habuiſſet. Fuit is contractibus ma-
ioribus noſtris frequẽs, ne quiſquã paulo magis ſtem-
matoſus non habet dimiſſionis cuiuſquam tabulas in-
ter maiorum inſtrumenta, nec ante reformatam Con-
6 ſuetudinem Barbarus quiſquã dubitabat, quoad ſub-
tiliore dicam, an magis infido mũdo nati ſunt, qui ſibi
acutius cæteris videre viſi, primi quod Lucretius de
Epicuro dixit attollere contra ſunt oculos auſi, & in-
quirere adorſi ſunt, vnde dimiſſioni origo, quæ illi

auctoritas à legibus, & ciuili Romanorum iure, aut
moribus, quo denique auctore in commercia immi-
graſſet, cùm de eo pridem à maioribus noſtris ſine
querela tranſactum eſſet, eodem auſu ſcilicet, quo ap-
proprimẽtorum ſecuritates, tranſactionum fœdera, &
quæ in commerciis ſanctiſſima habentur imperiti
rerum homines, & nuper nati conuellere cœpere, ve-
cordia iudicandi. Et quoniam res eſt magni momenti,
& illuſtres adhuc ea de re controuerſiæ feruent, tan-
que ab reformata Cõſuetudine, iuſti ea de re cenſores
ſuperſunt, qui ſint his ornamẽtis, & ſubſidiis prædit[i],
aut doctrinæ, aut experimentorum, quæ iſta cenſura
deſiderat, libet referre quid pridem nobis, ea de re
cum veteribus conſultis conuenerit, & quæ pruden-
tum fuerint de re valde momentoſa ſententiæ. Nec
tamen illis tantum telis pugnandum erit, quibus olim
illi decreuerunt, nondum ſatis acuto ferro, & caligan-
tibus adhuc tum oculis ad iuris ciuilis arcana, ſed qui-
bus melius potuerint etiam diſſeremus.
Quibus dimiſſionis titulus diſplicet, ſic ratiocinan- 7
tur. Sumptum eſt de triuio viuentis hæredem nullum
eſſe, ac ne dici quidem poſſe, l. poſt emancipationem.
§. 1. D. de lib. leg. De quo in extraneis quidem hęredi-
bus dubitari non poteſt, ſed de liberis qui ſui hæredes
ſunt, & quibus iure quodam ſuo parentum hæreditas
debetur, maior diſceptatio, per l. in ſuis. D. de liber. &
poſth. l. ſcripto. D. vnd. lib. l. cùm ratio. D. de bon.
dam. l. 3. vbi Bart. Bald. Caſt. C. de iur. & fact. igno.
Cy. Bald. Caſt. l. iuris ignorantia. C. qui admit. gloſ. ſi
quis vero non implens verb. auferri, auth. de hæred.
& Falcid. Imol. l. cùm filius. D. de verb. oblig. Sed ta-
men quidquid id eſt, quod quomodocũque his deberi
dicitur, ſpe tantum tribui certum eſt, nec ius in re cen-
ſui quantumlibet ſperanti & imminenti, quod Bart.
dixit l. 1. §. pater. D. de acq. hæred. Caſtr. cõſ. 304. vol.
1. Socin. conſ. 241. lib. 2. Quod ipſum ille apoſtoli
locus indicat. Quandiu (inquit) hæres in domo patris
eſt, nihil differt à ſeruo, hæredem vocat filium, qui
quandoque hæres ſit futurus, nec tamen viuẽte patre
quidquam poteſtatis habeat de re vlla ſtatuendi. Id
idem Oldrad. dixit conſ. 94. Anchar. conſ. 82. Decius
cap. Eccleſia. ext. de conſt. Quare negat Bart. talem
ſpem in diſpoſitionibus ſpectari, vt inanẽ, & aëream,
d. l. poſt emancipationem l. vlt. quæſt. vlt. oppoſ. 1. C.
de pact. l. 1. §. ſi impuberi. D. de collat. Adeo vt viuo
patre filius habere bona dici nequeat, quod Bartol.
Angel. Imol. Aret. Alex. Iaſ. dixere l. lex Cornelia. D.
de vulgar. & pupil. & vulgo l. ſciendum. D. qui ſatiſ.
cogant. Batt. & Imol. l. qui Romæ in princip. D. de
verb. oblig. Bald. l. quamquam in fin. C. ad leg. Falcid.
Batt. Imol. Alb. Caſtr. l. Titia Seio. §. Imperator. D. de
legat. 2. Ergo cùm viuens hæredem non habeat, ne
filium quidem non iure per dimiſſionem viuenti hæ-
redem obtrudi. Ideóque nec vllum patrem teneri, aſ-
ſignare portionem filio dum viuit, quos Ioan. Baptiſt.
vbi ſup. l. frater à fratre q. 23. Bald. l. illud. C. de ſacr.
Eccl. allegant.
Secunda ratio eſt, quia pacto, aut contractu hæredi- 8
tas dari non poſſit, ac ne ſpecie quidem vlla conuen-
tionis inter viuos, l. hæreditas. C. de pact. conuent. l.
ex eo. C. de inutil. ſtip. l. vlt. D. de ſuis & legit. Bald.
Imol. Ang. l. hæredes. §. vlt. D. de teſtam. idque ne fa-
uore quidem piæ cauſæ, quæ ſententia Angel. Fulgoſ.
Caſt. l. tale pactum. §. vlt. D. de pact. etſi quidam re-
pugnãt fauore piæ cauſæ, Paul. Lud. Rom. Aret. Alex.
l. pactũ. C. de collat. Lud. Rom. repetitione auth. ſimi-
liter in ſexto ſpeciali contractuum. C. ad leg. Falcid.
qui locus latè exercetur ab Guiliel. Bened. c. Rayna-
tius. verb. duas habẽt filias, etſi valere & cõtractu dari
poſſe

posse putant fauore piæ causæ. Bald. l. vlt. C. de pact. A Ias. cons. 169. vol. 4. Alex. cons. 28. lib. 3. Quin ne Cõsuetudine quidem, aut moribus fieri posse putat Bald. l. 2. C. quæ sit long. cons. de quo tamen posterius viderimus. Dimissione igitur hæreditatem dari non posse.

10 Eius pronunciati effectus, & consequentias esse, quod iure ciuili pactum non valeat, quo gener cum socero paciscitur, vt filia cum fratribus æqualiter succedat l. pactum quod dotali. C. de pact. l. pact. C. de collat.

Sed nec illud valet, quo conuenit, ne filia de successione paterna amplius quidquam capiat, quam quod doti datum est, aut cum renunciat reliquæ hæreditati l. vlt. C. de pact. B

Nec illud item quo pater paciscitur, ne filius agat ad supplemẽtum legitimæ, si minus habet legitima, l. si quando. §. 1. C. de inoff. testam. l. vlt. D. de suis & legit. Quin & palam Bald. amẽtiam eorum incusat, qui sic contrahunt l. cùm Archimedorum. C. vt in poss. legat. eat.

Denique iure pacta omnia de succedendo, aut non succedẽdo cuiquam certæ personæ, damnãtur, omnes stipulationes, & transactiones irritantur, vt contra bonos mores factæ, & libertatem testãdi tollentes, & votum captandæ mortis inducentes, l. cum donatione. C. de transact. l. licet. C. eod. l. stipulatio hoc modo. D. de verb. obligat. l. cum duobus. §. idem respondit. D. pro soc. latè Bened. c. Raynutius verb. duas habens filias Alex. cons. 28. lib. 3. C

11 Sed nec iuramentum tales conuentiones confirmat, c. quamuis. ext. de iureiur. Cast. Raph. Fulgos. Rom. d. l. pactũm. C. de collat. Bart. Angel. Cast. d. l. vlt. C. de pact. Alex. cons. 239. 240. & 38. lib. 3. Decius cons. 63. Steph. Bert. cons. 29. lib. 1. & cons. 292. eod. lib. Decis. Tholos. 452. etsi hic locus cõtrouersus est, & notat Cepolla tit. pro donat. C. 14. casu. Ioan. de Imol. c. cum contingat. ext. de iureiur. latè Ioan. Crot. l. frater à fratre. D. de cond. indeb. D

12 Tertia, quia hæc species est donationis, atqui iure donatio filio in potestate fieri nequit, l. 2. C. de inoff. donat. vbi glos. Sed hic locus fusissimè tractatur ab Cepolla in d. tit. pro donat. C. l. irritam, posita regula cum quindecim exceptionibus. tex. l. 1. §. si pater. D. pro donat. Ias. cons. 118. vol. 4. incip. contra donationem. Decius d. cons. 239. latè Ioan. Crot. & Baptista Cacialupus l. frater à fratre. D. de cond. indeb.

13 Quarta, quia licet pater inter viuos possit diuidere hæreditatem, vnicuique portionem suam assignando, E l. si filia. §. si pater. l. ex parte. §. ab intestato. D. fam. hercisc. l. quoties l. filij patris. C. eod. tit. l. penult. §. si pater pro suo. l. cùm pater. §. euictis. D. de legat. 2. & quos Corne. citat cons. 228. lib. 4. num. 10. neque eo casu donatio intelligatur, sed supremi iudicij diuisio d. l. si filia, imo prerogatio futuri iuris, quod fieri potest l. cum quo. §. vlt. D. ad legem falcid. Tamen ista distributio est reuocabilis, quod Bald. expressè dixit in l. irritam. C. pro donat. Socin. cõs. 4. lib. 1. Decius latè cons. 86. Barbat. cons. 80. lib. 3. num. 39. glos. tit. de pace tenend. verbo super cõtractibus. & §. item sacramenta. Cast. l. vlt. C. de pact. Bald. l. fin. C. si quis omis. F caus. testam. & Baptist. Cacialup. repet. l. frater à fratre. D. de cond. indeb. Sed dimissio, & si huic prærogationi similis esset reuocari posset, atque alio iure dimissionem veteres habuere, pro irreuocabili contractu scilicet, nisi per ingratitudinem.

Quinta, quod cùm ex his appareat dimissionem cum iure ciuili affinitatem nullam habere, ne Consuetudine quidem scripta, vllam auctoritatem, quãdo dimissionis verbum scriptum nusquam legatur. Ideóque quod errore primum, deinde Consuetudine vtẽdi obtinuisset, sine ratione esse. Esse igitur abortiuum fœtum dimissionem, & spurium, qui nec patrem, nec matrem posset ostendere.

Atque ista de Romano iure, atque haud scio, an plura etiam dici, & obiici possint. Adducũtur etiam de communi sensu ex cõmuniter accidentibus rationes. Quo iure fieri, vt viuus vidénsque paterfam. infodiatur terræ, & contra naturæ leges, & ordinem Dominum in solium suum & auitas opes accipiat, & senex insolentis hæredis exponatur arbitrio, eo præsertim tempore quo formidolosior inopia, & rei cuique suæ maior necessitas & vsus, hoc euentu captari mortes viuentium. Ita enim fieri, vt ab ingrato, & feroce filio, reuerentia parentum exuatur, & patrios ante diem inquirat in annos, cõtumaciam filiorum in parentes ali, filiam quamlibet obsequẽtem patri externum Dominum in opes paternas introducere, quod videre, & pati mœstus pater, & quamlibet lugens filia, sed ab mariti arbitrio pendens, cogatur, sic miserando exemplo patres adigi ad molam, & de aliena chœnice demensum diurnũ quamlibet iniqua statera accipere, cogi. Quod si etiam accidat, quod nimium quàm frequenter euenit, & semper timendum est, vt præter ærumnas cæteras aliquid humanitus in persona dimissarij contingat, vt mens voluntásque bene constet ei quem elegeris, quàm iniquum, & crudele ad exteros hæredes, aut tutores, procuratorésve noui cuiusquã Domini, aut hæredis, de suis rebus arbitrium deferri, & legem accipere, & quod lex vnicuique liberum de fortunis suis iudicium permiserit, adimi contra l. in re mandata. C. mand. id vero ne matrimonij quidem causa (etsi inter cæteras præcipua sit) esse cuiquam ademptum. Quod Baldus. & Salyc. tradidere. Quam triste suspicacissimæ ætati, de rebus suis ab alio statui, & vt olim viuentem deiici de ponte, illam diætam in ædibus mutare, illam fenestram aperire, illam arborem quæ prospectui obstat ex fundo auito deiicere non licere, & protinus accurrere intercessorem qui tantum licere vsufructuario neget, illum conuiuam accipere, denique de veteri fortuna pro Domino vsurpari permitti, & numerari odiosè quot vestes, quot soleas, aut soccos attriuerit vetulus senex. Quot patruos numerari exutos fortunis, famem, & malorum miserrima ferre & pati coactos, mortuis fratrum filiis in quos fortunas suas cõtulissent, pietatis officij, & charitatis miserãda exempla. Ac sunt ista hactenus. Nam & multo plura dici possunt, & iustæ declamationis materiam suggerere.

Contra veteres dimissionis ius antiquum, & vetustum gentis morem sic tuebãtur, consensu constare 14 omnia quibus hominum societates teneantur, commercia, congressus, cœtus, ipsa quoque cœlestia corpora consensu stare, in quibus si quid aliquando cõtra accidat, miranda ista effici, quæ tonitrus, terremotus, igniuomos globos, cæteráque terribilia generent. In vita humana nil præstantius fide, cuius materia sit in consensu, si quando ab ea disceditur, tumultus, bella, intestinas discordias existere, terrorésque cæteros. Consensu contractus, & commercia coalescere, inde obligationum nexus gigni, inde ciuilium & naturalium obligationum in iure discrimen, earum tamen materiam ex æquo in consensu esse, effectus varios, quia politica gubernatio preter naturalem cõsensum, ciuiles nexus addiderit ad prosequutiones, quos tamen antiquissima tempora non norant, sed tamen naturalium etiam, cùm solæ sunt, non semper inutilem esse vsum, quod l. fideiussor. §. fideiussor. D. de fideius. & alibi sæpè in iure apparet. Quod si ad naturales obligationes, etiam ciuiles cautiones accedant, veluti fomentis perfici contractus, qui necessitatem indicant

implendi eius quod semel placuerit, quæ vulgata est
sententia l. sicut. C. de oblig. & act. Nam vim volūtati
afferri per leges non licere. Ex eo fieri vt id quodcum-
que inter homines agitur, idoneam materiam habeat,
& sufficiens subiectum, cui consensus applicetur, nisi
aut naturæ lege, aut gentium iure, aut diuinis præ-
ceptis, aut ciuili dispositione prohibeatur, & inhabile
reddatur. Est igitur libertatis infinitæ, & absolutæ cō-
trahere, pacisci, cōuenire de eo quod cuiusquam pro-
prium sit, vt in alium trāsferatur, notandáque eximia
illa Iustiniani Imperatoris sentētia l. 1. C. vt ab hæred.
15 vel cont. hæred. Non esse angustandam latitudinem
volūtatis cōtrahentium propter nimiam subtilitatem
iuris, & in l. veteris. C. de cont. stip. reprehēdit nimia
subtilitate intercidere hominum volūtates. Quæ sen-
tentiæ mirificè huic argumento quod tractamus con-
ueniunt, qui putamus indefinitè & liberrimè, omnia
in consensum deduci posse, deductáque tuenda esse,
ab magistratibus, quæ natura, iure, legibus, moribus,
aut ciuili expressa dispositione propter politicas cau-
sas expressè prohibita non reperiuntur. Nam præter
causas expressas alias fingere, si non ab illis ducuntur,
inciuile est, & arbitrij libertatem contra fas constrin-
gentis hominis. Nec ignoro, quæ hîc obiici soleant,
quæque ante memorauimus, de ciuilibus causis, &
testandi libertate, & captandarum mortium occasio-
nibus, & talibus quæ cuiusmodi sunt posterius videri-
mus: vt hîc tantum dicamus frustra obiici, quod de
infinito in rebus suis cuiusque arbitrio, & moderatio-
16 ne obiicitur ex l. in re mādata. Cod. mād. cum initium
rei, & actus ab voluntate, & consensu occepit, itaque
libertatem arbitrij tuemur nos, non inconstantiam, &
instabilitatem mentis cuiusque, quæ libertatem esse
putet toties ab placitis discedere, quoties lubet, quod
nec humana societas pati possit, nec fidei vinculum,
nec commerciorum vsus. Nec vis afferri volūtati cu-
iusquam putāda est, cùm promisso, & cōsignatæ fidei
contractu obstringitur, & iniuriam volēti vulgo fieri
negent, cùm semel vllam in partem liberè concesserit.
Quare cùm fatiscens senex affecta ætate, labascētibus
sensibus rerum suarum procurationem alteri per di-
missionem commendat, cedere curis quoque, & mo-
lestissima solicitudine defungi putādus est, cum in eū
hac ratione curæ deponuntur, qui lege, natura, iuris
ordine, etiam incogitanti, & vel inuito quādoque hę-
res, & bonorū successor futurus est, cum iure quoque
ciuili repræsentata successio, & prærogatio iuris hęre-
ditarij recipiatur ab viuēte, quod Iuriscōs. admittunt
l. cum quo. §. vlt. D. ad leg. falcid. Nam cur hîc quod
ab cauillātibus fieri solet ad extrema vitiorum ex toto
decurritur, vt media minus intelligantur? Cur enim
eum qui hæres ab lege & moribus destinatur, familiæ
successor, Dominum potius placet appellare, quam
curatorem rerum, alienæ solicitudinis vicarium? &
rei familiaris promum, & condum? Cur ætate ingra-
uescēte id subsidium curarum, ingratè reiicitur, quod
olim veteres, & sapientes Episcopi, Imperatores, &
rerum procurationibus præditi, sponte faciebant, &
solicitè quærebant, cum coadiutores sibi cooptarent,
veluti optiones muneris, & successores viui, viden-
tésque nominarent? alij Cæsares dicerēt, & principes
viri, integris etiam sensibus, fratres, filios, plures ex-
ternos homines ad principatum, & curarum partici-
pationem allegerent? Quod si insolens aliquis dimis-
sarius hęres futurus fingitur. Cur non ille potius spe-
ratur, quem natura suadet credere futurum affectæ
ætatis patronum, & fidum subadiuuam? Cur malè po-
tius libet ominari? Nam si qui tales futuri sunt non
defuturas leges, & sua malis omnibus comparata esse

A remedia. Nec eo spectare dimissiones, vt patresfam.
fortunis spolientur, sed vt captatorum insidiæ præca-
ueantur, familia in officio habeatur, res conseruetur,
cauto præsertim dimittenti vsufructu. Etenim dimis-
siones easdem conditiones recipere, quas contractus
cæteri, & si dimissarius rem prodigat, malè habeat,
ingratus sit, in officio non sit, leges succurrant, & vt
exhæredationis, ita reuocādi dimissi lex pateat? Quod
si etiam accidat, vt aliquando ingratus aliquis dimissa-
rius occurrat, an ideo retrahēdæ parētum, aut cogna-
torum volūtates ab ea beneficentia? An quisquam cō-
iugium vnquam dissuasit vxorem ducturo, quia quis-
B quam aliquando ex coniugio prodierit, aut Orestes,
aut Nero, aut qualem Domitius eius pater nasciturū
ex se, & vxore sua auguratus erat, aut qualem Solon
cum leges conderet futurum nullum putabat parrici-
dam, aut matricidam. Sed tamen Neronis mater
Agrippina, occidi non nolebat, si modo filius regna-
ret. An abhorrere omnes ab vxoribus debemus, quia
fuerit aliquādo, imo & multæ futuræ sint Xantippæ,
aut Aspasia eruditum, & philosophans ideóque dete-
rius scortum? An ideo nemo testamēto hæredem no-
minauit, quia futurus sit aliquis captator, aut resigna-
C tor tabularum? Quis ideo nil serit, quia multa auibus,
& feris demetuntur? Quin potius occurrit animo gra-
tum hæredem, & officiosum futurū, & quia dimissio-
nes rarò in alios, quā in liberos, aut nepotes fiunt, cur
gratissima, & iucundissima filiorum nomina, & plenæ
humanitatis appellationes non repręsentantur animo
potius, quam infesta exēpla improborū, & sceleratio-
rum? Quid illud an nihili esse? repertum remedium,
quo, sicuti veteres Iuriscōsulti fecisse legūtur, odiosæ
actiones verbis temperarētur, sic hîc quoque infensæ
interdictionis formulæ, verbis, & re mollirentur, vt
quomodo in factū actio prodita est, quę rursus de do-
D lo est, sic spontanea dimissio, vice interdictionis odio-
sæ, & malæ tractationis fungeretur, si hoc modo ratio
reperta est, & speciosus color adumbrādi flagitij, quo
& legum cēsura & merita abdicatio honesto prætextu
eluatur, & fames anteuertatur, & melior industria re-
ponatur exercendæ rei priuatæ. Nam has maioribus
nostris cogitationes fuisse constat in dimissionibus
vsurpandis, cùm (vt ille ait) honesta prætexerent no-
mina culpæ. Atque ista de officiis vitæ communibus.

Superest vt ad eas rationes respondeamus, quæ de
iure Romano obiiciuntur, inter quas ea primū occur-
E rit, quod negant viuentis hæredem esse, aut dici posse.
Hoc vero nemo negauerit, nec quod per dimissionem
tribuitur, proprio cuiusquā iure hęreditatis tribuitur,
cùm hæreditas difiniatur ius esse succedēdi in vniuer-
sum ius quod defunctus habuit l. hæreditas. D. de reg.
iur. Non potest igitur hæredis, hæreditatísve appella-
tio cōgruere rei aut personæ cuiquam, ante quam de-
functus sit is, de cuius successione agitur. Nec dimissio
à legis dispositione pēdet, quod cōtra accidit in omni-
bus hæreditatibus capiendis, iure cōsuetudinario, sed
à prouisione hominis, & consensu, sicuti contractus
cæteri, & si futuri hæreditarij iuris finem respicit. Sic
F quoniam eius qui defunctū eo gradu sanguinis attin-
git, qui proximus est, & à nemine anteceditur, & mo-
ribus hæres destinatur, ablata potestate cuiusquam
hæredis instituendi, tam certa, & inuariabilis spes est,
vt prope modū hęres videatur, l. cum duobus. §. idem
respōdit. D. pro soc. & hanc pulcherrimā spem filios
fouere scribit Bald. d. l. pactum dotali (est enim secun-
dum legis ordinem, & naturam) euenit vt hîc dimis-
sionis contractus, re repræsentata futurum ius antici-
pet, & potentia in actum transeat, ita vt actus qui ge-
ritur, nec solus contractus sit, nec sola hæreditas, sed
ius de

ius de vtroque mixtum, quod idem differere solent in donationibus inter viuos, quæ in vita valere non possunt, sed à morte confirmantur, vt à patribus filiis in potestate factæ, de quo Bart. l. 1. si pater. D. pro donat. Neque enim dimissio valeret, sine præexistentia iuris à Consuetudine præsumptiuè inducti, imo efficaciter attributi & realiter fundati si nihil à casu cõtingat, qui si nullus incidit certissima spes est. Differitur ab scho-
19 lasticis autoribus, in l. licet. C. de pact. de eo pacto, quo milites duo in procinctu congressuri, mutuò fecissent, vt superstes alteri succederet, sit ne testamentum, an pactum, an aliud quiddam, inter quæ multum interest propter reuocandi facultatem, aut impotentiam ex actus natura. Et testamentum esse simpliciter Pet. de Ballaper. Cy. Ray. Aret. Salyc. & Alex. putant. Quidam cõtra non putant, sed in genere esse vltimam voluntatem innominatam, quod Ang. Bald. Fulgos. Iaf. putant & Angel. rursum l. 3. §. genera. D. de acq. poss. Sed in eo tamen hærendum illo iure non putant, quia vtrumuis dixeris, & censueris, tam vtraque dispositio, siue testamenti specificè, siue vltimæ voluntatis æquè reuocabilis est, vt ambulatoria ad extremum vitæ spiritum. Quod Oldrad. dixit in eo casu, quo Rex Aragonum regnum partitus inter duos filios dicitur, vt suas quisque pro diuiso portiones haberet regni, & Maioricarũ, neque enim talem dispositionem, testamentum dici, sed ordinationem quandam vltimi iudicij dispositionem præueniẽtem, quod ille dixit cons. 231. & Bald. tit. de pac. tenend. §. item sacrament. Certè talis dispositio non multum abesset à nostra dimissione, imò plane similis esset, retento præsertim vsufructu, nisi quod illam reuocabilem existimant. Si tex. d. l. si filia. §. si pater. D. famil. hercis. rectè expenditur, apparet quod ante diximus, ius de contractu, & vltima voluntate mixtum, cùm tex. dicat non videri simplicem donationem, sed potius supremi iudicij diuisionem, glos. addit donationem esse cum causa collatam; est igitur cõtractus, vt glos. censet, supremi iudicij diuisio, vt text. & l. cum facultates. Cod. qui num. libe. lib. 10. Sed dimissio mixtum ius est de contractu, & consuetudinaria dispositione. A contractu habet, quod inter viuos fit, & sine expectatione mortis effectum suum, præsenti die sortitur, quod ob causam fieri solet, aut matrimonij, aut aliam, quod in totum reuocari nequit, nisi propter ingratitudinis causas, quod vsumfructum retinet, & alendi necessitatem continet. Ab dispositione successoria cõsuetudinaria habet, quod successorij iuris repræsentatio est ab viuente, ex d. l. cum quo. D. ad leg. Falcid. quod alteri, quàm ei qui bonorum futurus est hęres fieri nequit, quod pro maiori portione fieri non potest, quàm in qua quis successurus est, ab testaméti natura in totum nihil habet, quia in totum testamenti factio nulla est cuiquam iure consuetudinario, nec quisquam hæres institui potest vlla in parte rerum, iure quidem institutionis, & si iure relicti, aut legati aliquid aliquando relinquatur: quod si verum est, iam nemo mirabitur talem dispositionem irreuocabilem esse, quia nihil ducit à testamentorum natura, in qua tota reuocabilitatis causa, & materia sita est, propter actus conditionem, & ambulatoriam, vt dicunt, voluntatem testantium quæ semper reuocabilis est l. si mihi & tibi. §. in legatis. D. de legat. 1. l. 3. §. vlt. D. de adimend. legat. Nec quod hæres habet à testatoris voluntate, aut prouisione habet, sed à Consuetudine, cuius dispositio nulla in re ab homine alterari potest. Quare omnia illa fundamenta, quæ de præceptionibus legalibus texuntur, & iuris assumptis, vno verbo corruunt

A sublata institutione hæredis. Rectè Francis. Tigrin. irreuocabilem esse dixit illam dispositionem Regis Aragonum, recepto moribus iure, de qua Oldrad. litigat penè incertè, & Boërius iure eum sequutus est decision. 155. & 353. Quæ magna prǽstructio est ad dimissiones nostras confirmandas, & asserendas, etsi vulgo parum nostris hominibus animaduersa, & amplius demonstrandum est. Dubitare interdum cogimur, quæ tanta veteribus legislatoribus causa fuerit, cur testandi libertatem tam infinitam esse voluerint, cur necessitatis tantæ, vt paulominus stulta quorum-
B libet iudicia de rebus suis, legibus suis æquarẽt, quod illa l. 1. C. de Sacr. Eccles. agit & §. disponat. auth. de nup. xij. etiam tabularum antiquitas, & veneratio pręcipua, Romanis adorata, Græcis reperta, cuius illud per omnes libros nostros subinde regeritur, vti quisque rei suæ legassit, ita ius esto, & certè de rerum dominiis transferendis, siue contractu, siue testamento, mirifica antiquo illo iure libertas, & auctoritas fuit. Illo iure de seruo, de filio, ad necem statuere licuit, vxorem concidere, & necare, & quidem nexum debitorem discerpere, si non soluebat. Hic quod ne-
C gari nequit rerum, & bonorum respectus nimius, si quidem hominis necandi causa sunt. Sed enim ne illud quidem non valde mirandum, quod adeo veteribus placuisset tantum posteris, & sequutis gentibus pene omnibus displicuisse. Ac primum de illa testãdi libertate multũ est ab posteriori iurisprudentia etiam Romana detractum, quod l. verbis. D. de verb. signif. indicat, & frequẽter Iuriscõsultorum responsa ostendunt: immensæ tamen ea de re illo iure mansere tractationes, & operosa volumina institutionum hæredum, testatorum, & intestatorum causæ, secundæ institutiones, coniunctiones rerum, & verborum, ac
D proinde tertiæ, quas substitutiones vocant. Et quis immensas scriptiones, de quarta Falcidia, Trebellianica, Pegasiana, non audiit, quis acutas, rixosas, & salebrosas istas disputationes, & inuenta, aut intelligit, aut meminit, quibus discendis iusta hominis ætas non sufficit, & in quibus iuuentus inutiliter teritur, & ingenia vexantur. Quanta ibi crux ingeniorum, & bonarum mentium, quibus litium ista materia, & subtilissimæ pugnæ, & quadrifariam sectus pilus displicet. Quare humani generis bono factum, quod istas prouinciæ, dynastiæ & regna pene omnia, poste-
E rius abrogauere, & exolescere passa sunt, & vero quædam publica auctoritate damnarunt, vt noxia, & perniciosa. Nec huius regni prouincia, penè vlla retinet, nisi sicubi Aquitaniam, Lugdunum ista adhuc vexant, quæ tamen præcidi illa ipsa gens longè ante petere debuerat, ab Regibus, si sua bona nosset, & aliqua ex parte factum est in conuentu ordinum Aurelian. de substitutionum gradibus. Certè studiosi iuris, multa, illic, opera consumpta in his discendis, reuersi ad suos, & rerum procurationibus admoti, sentiunt, & agnoscunt serò, multum boni olei, & strenuæ operæ perditum esse, cùm mirificæ istius, & argutissimæ cognitionis, λεπτολογημάτων nullum esse per-
F cipiunt vsum, cùm melioribus melius consultis licet incumbere. Sunt enim illa positiui, & vt sic dicam placiti iuris scita, per omnia, quæ nec in sensum, & communes notitias cadunt, nec quicquam eorum possis, sine dictante, aut magistro percipere, ex communibus intelligentiis, & ratiocinatione naturali, quoniam sunt placita cuiuslibet sancientis, ex auctoritate potestatis, non intellectu mentis edita, quæ sola antiquitatis, & auctorum maiestas defendit, cùm sint per se valde senticosa, & magna mortalitatis arte ad implicãdas, nectendas, inuoluendásque

controuersias nimium alioqui humano generi fami-
20 liares. Melius, prudentius, sanctius, omnino illi qui omnem istam incendij materiam, & dissidiosam farraginem vno verbo præcidere, rescissam ab radice, cùm hæredum institutionem, id est, testandi facultatem in totum præciderunt, ac fœlici inuento, & vsu sanxere, vt is hæres esset mortui, quem sanguinis proximitas, & gradus propior ad gentis pecuniam vocaret. Ita lex pro homine testata est, quæ regula est constans, perpetua, & incorrupta pro animante instabilissimo, incertissimo, versatili & in peius semper cogitatione & perturbationibus ruenti, & omnino quod Plato scribit φύσει ὁμομεταδόχῳ, vt à qua gente demigrasset hæreditas, eo iure certo, & æquabili, & naturæ ratione regrederetur. Quo inuento nihil est salubrius, in humanis commerciis repertum. Hac ratione obuiam itum fraudulentæ, & insidiosæ orborum captationi, quam veteres Satyræ, vt frequentem illi ætati, & iuri, olim tantum exagitant, Romanæ pridem reip. fœdam cauponationem. Quis supposita, quis suggesta, quis falsificata testamenta non audiit, aut Romanorum leges Cornelias? quis illa Hortensij, & Crassi indita falso testamento nomina, vt sub amplissimo nomine, veri hæredis ius eluderetur, falsum conuinci non posset talibus propugnatoribus? quis amplissimas hæreditates à probrosis fœminis libidini datas (vt ille loquitur.) Partem quisque suam ad mensuram inguinis hæres. Quis etiam illa infanda tempora quibus Imperatori tyranno, non totam hæreditatem reliquisse, miserè destitutis liberis, crimen fuit, & facultatum naufragium, cum alij quidem sibi relinqui pro magno pietatis exéplo non paterentur, alij non repudiarent, sed de alieno partem redderent pro magno beneficio: quis potionatos testatores, & reseratas ceras non legit, & quæ nulla scriptio possit cógerere? Quibus probris si iure optimo liberamur, reuulsis à radice causis mali, quis hunc sensum maiorum non laudet, & illam peruersam sapientiam non detestetur? Hac eadem ratione inofficiosæ propinquorum, & parentum voluntates in liberos, & genus suum, frenum accepêre, quorum maligna iudicia frequentata illo seculo ostendunt Iurisconsultorum querelæ. l. 3. D. de inoff. testam. & matrum peruersas mentes. l. lex quæ tutores. C. de administ. tut. & iam tum infinitæ licentiæ testandi, sua frena comparare cogebantur, hinc tituli de iniusto testamento, de inofficiosis donationibus, de quartis cuiusque generis, déque re coniunctis, aut verbis, de transmissionibus, de suitatis iure, de talibus immensi argumenti, vt iam grande illud volumen iuris nostri, quod totum penè in tali materia consumitur, & tot Imperatorum sanctiones, sine vsu sint, nec legere penè necesse sit res agentibus, ac ne in scholastica quidem vmbra, ad vexanda (dicere volueram) acuenda adolescentium ingenia, & vmbratiles sciamachias. Et alia quisquã iuris appellatione dignatur? Ingeniorum cruces & Eridis pomum de senticosæ, & salebrosæ iurisprudétiæ arcanis prodita, vt semper existeret aliquis, quo autore pugnaretur, & dissensus auctoritate magistri fieret probabilis, vnde illæ ærumnosæ palmæ, peruicacium hominum, multo exantlato labore, ferentes victori perniciem, & rei naufragium. Hæc tamen scholastici auctores vocant (si diis placet) iuris fontes, pragmaticorum lacunas (vt loquuntur) eminus ablegant qui istas excetras vtiliter præcidere experimentis reperere, alioqui in his ætatem consumpturi. Etvero tot perturbationibus actas mentes, infracta, & immota lege frenari necesse fuit, legémque poni, vt qua quisque lege familiam ac-

A cepisset, eadem genti posterisque transmitti ne ægrè ferret, néve idem ius nascituris inuideret, quo ipse quisquam creuisset. Nec mirandum tantum esse experimentis sæculorum profectum, vt tantis incommodis edocti mortales, sero tandem saperét, & quod ius optimum priscis visum esset, id idem posteris, & orbi propemodum toto deterrimum videretur, quando moribus cuiusque gétis melius, & sapientius multo ista crederentur, quorum immota potestas, & incorruptus tenor futurus esset. Nec sine euentu res fuit, quando ambagibus illis testamentorum ex vsu sublatis, certo, & incorrupto iure, hæreditates capi
B cœpere, cùm vnus sanguis capiendi legem terminat, vnde in totum controuertendi materia intercidit, & fax illa argutiarum collabitur extincta. De hæreditatibus certè minimum est, quod in tribunalibus nostris iudicatur, etsi de modi cuiusque mensura inter cohæredes existere quædam controuersiæ solent, de personis capientibus lis ferè nulla. Quam illa numerosa seges dissidiorum in nostris libris? vna certè substitutio gradibus inuoluta, duodecim familias me adolescente, exitiabili dissidio, Tholosæ implicuit, ante centum annos nata, trium non amplius versuum textu cùm
C vnaquæque vocari se, implicata oratione, contenderet. Nunc, nullo non die, idem furor eandem gentem agitat, Ate eadem, nec suis malis adhuc occurrere didicit, libet exclamare. Quis furor ô ciues! Cur illa Erynnis alitur tali iure, aut iniuria potius? Cur incendia iaciuntur, quibus omnes conflagrare aliquando necesse sit? Cur faces subduntur materiæ, prætextu quasi mos gerendus sit insanæ testátium libertati. Istam tu quam libertatem testandi vocas, si compares cum ista immedicabili litigandi necessitate, quis ex simpliciter non desipientibus, anteponat in totum non testari potius, quam abeuntem tectis
D ignem iniicere? quod Neronis exemplum futurum sit, qui se mortuo, terram igne misceri, hili non faciebat. Improbum scelerati hominis desiderium illud sit, & humani generis, & suorum odio flagrantis, cum vixeris fœlix, miserias posterorum optare, & quod dicere solent anniuersarias offas propinare palatiis, & litigantibus, & Eridis sacra. Magna igitur, & ineuitabili ratione alias sibi leges gentes quæque indixere, & illas antiquari voluere. Sed inde tamen euenit, vt incauti Iurisconsulti, & veteri iurisprudentiæ affixi ex libris, cùm discrimen Romani, gentilisque iuris non
E dignoscerent, imprudentes in veterum placita relaberentur, cùm prisci, sed alieni iuris sententias alios, ad alios item mores deducerent, veluti si humano capiti ceruicem equinam appingerét, quod ille ait, dum iuris Romani antiquata scita, deriuant in patria iura, & ex his assumpta colligunt ad efficienda cósequentia quæque in iure patrio. Idque perquam absurdè, & ἀσυλλόγως. Sic scilicet aqua temperatur igne. Nam quod illis sanctissimum ius, & inuiolatum fuit, mores patrij in totum abrogant, & damnant. Quo fit, vt cùm infinita iuris apotelesmata legunt, hoc solo assumpto consistentia, Non valet actus iure, quia tollit liberam
F testádi facultatem, velut ex Apollinis tripode, eadem cùm ad mores, & iura patria traduxere, imprudentissimè labantur, & de falsissimo assumpto colligant falsissima consequentia.

Nam si demonstrari etiam ab origine rei placet, quod dicimus, ne longum sit, caput fundamentumque testamenti in institutione hæredis est positum, hac fine, ne testamenti quidem appellatio vlla est, cùm res non subsit vlla. l. 1. D. de vulg. & pupil. l. proximè. D. de his quæ in test. delent. Contra Consuetudinario iure, ne nummum quidem vnum quisquã potest institu-

inſtitutionis iure capere, ab lege capimus, quod ex hæreditate capimus, ab homine nil inſtitutionis iure, nam legata, & quas donationes ſubinde Conſuetudo appellat, aut ſimpliciter, aut ob cauſam, aut mortis cauſa non reiicimus, ſed intra modum à Conſuetudine præſtitutum, & vt viuentium diſpoſitiones. Quare nec legata quartis illis ſubiiciuntur, fideicommiſſa omnia nihili, nec quidquam habent ab vltimarum voluntatum natura, niſi quod in teſtamento facta reuocari poſſunt. Itaque ſunt iſta valde oppoſita, nullum teſtamentum iure valere poſſe, in quo hæres inſtitutus non ſit, & illud è Conſuetudine nullum teſtamentum eſſe poſſe, in quo hæredis inſtitutio fieri poſſit: imo vero ne teſtamen-
22 tum quidem dici poteſt quod facimus. Nam quod rubricam de teſtamentis Conſuetudo ſcripſit, nihil habet cum teſtamentis Romani iuris commune, & eſt potius codicillorum materia per quos hæreditas dari nequit, quod ſcribit Bald. & Saly. l. 2. Cod. qui teſtam. face. poſſ. Alex. conſ. 28. lib. 3. Bald. l. filij. Cod. famil. herciſcund. per l. Scæuola. D. ad Trebel. l. verbis ciuilibus. D. de vulg. & pupil. ſed ipſi ſine hærede ſcripto non conſiſtunt. Itaque cùm tam multa Romano iuri repugnent, teſtamenta dici nequeunt, illa quæ Conſuetudo admittit. Et quod in d. l. licet. Cod. de pact. traditur vltimæ voluntatis innominatæ appellatione potius intelligitur, cùm ſubſtantialia teſtamentorum repugnent, voces igitur vltimam voluntatem in genere innominato, teſtamentum rectè dicere non poſſis. Quare non iam eſt, quod quiſquam teſtamentorum legalium fauores (vt loquuntur) aſſuat Conſuetudinarijs diſpoſitionibus, tam conuenienter, quàm vitibus braſſicas, cùm longe alio fine, & vſu ſcribantur. Quæ omnia eo dicuntur, vt omnes intelligant, illa aſſumpta de triuio, viuentis hæredem non eſſe, & illud, actus non valet, quia impedit liberam teſtandi facultatem, illud item, inducit votum captandæ mortis, & illud, contra bonos mores eſt de futura ſucceſſione tranſigi, quæ iuris Romani ſunt regulæ, meras eſſe, iure noſtro conſuetudi-
23 nario, nugas. Nam id quidem viuentis hæredem non eſſe, verum eſt, non ſimpliciter, & abſolutè: ſed quo ad præſentem de rebus alienis diſpoſitionem, ſed tamen ſublata externi hæredis inſtituendi facultate, adſtrictâque legis diſpoſitione, ad vnum aliquem de eadem gente, hominem, ſimpliciter falſum eſt hæredem non eſſe, qui tanta neceſſitate iuris futurus hæres deſtinetur, vt euitari non poſſit, & ſi hæres ſimpliciter non dicitur, ſed cum adiuncto præſumptus, cuius iuris tam immota, & fixa ſpes eſt, vt multa iure Conſuetudinario, huic iuri præſumpta, etiam in præſens tribuantur, anticipato mortis caſu, argumento certi iuris, & iam nunc (vt loqui ſolent) & de præſenti fundati. Vulgo dicitur, & verum eſt, neminem ſine actione experiri poſſe, atqui nemini actio competere poteſt, niſi à præexiſtentia iuris antecedentis. Sed tamen præſumptis hæredibus multas actiones dari compertum eſt, vnde neceſſe eſt intelligi ius quoddam de præſenti competere ad conſeruationem futuræ, & expectatæ hæreditatis. Eſt enim id ius quod hæredi præſumpto tribuitur ineuitabile, nec per hominem tolli poteſt, quod Bart. dixit. l. poſt emancipationem. D. de lib. leg. Caſt. & Alex. l. quod Seruius. D. de cond. ob cauſ. Bar. Caſt. Angel. l. qui cum tutoribus. C. de tranſact. Bal. conſ. 431. lib. 2. vnde eſt id quod noſtro iure de bonis ſuis paterfam. amplius triente bonorum ſuorum donare nequit. Quod ſi cõtra fit tam receptum eſt, præſum-
A ptum hæredem intercedentem audiri, vt donantis mortem neceſſe nõ ſit expectare, quod certiſſimum iudicium videri debet radicati ante iuris, ſine quo nulla cuiuſquam intercedentis ratio haberetur. Quin memini cùm aliquando interceſſor aliquis denunciatâ interceſſione, iudicio diſcedere vellet, quia diceret conſeruandi iuris dumtaxat cauſa ſeſe interceſſiſſe, de quo viuẽte donatore diſceptari non poſſet, inſtitiſſe donatorem, & ex S. conſulto interceſſorem coegiſſe ad cauſas interceſſionis edendas, atque de viuentis ſucceſſione, ipſo etiamnum poſtu-
B lante eſſe diſceptatum: etſi Imol. non putat in vita patris competere ius inofficioſi, l. Titia Seio. §. Imperator. D. de legat. 2. vbi & Caſt. gloſ. l. totas. C. de inoff. donat. vbi Bald. & alij Baptiſt. Cacialup. d. l. frater à fratre. §. quæſitum. quæſt. 23. D. de cond. indeb. Caſt. in rub. C. de inoff. donat. per l. 1. §. impuberi. D. de collat. Imol. cap. cum contingat. num. 14. verſ. Sed contra poſt. Ioh. And. Dy. ext. de iureiur. & Bart. l. fin. D. de lib. ag. Quid vero cùm præſumptus hæres viuenti litem intendit ἀσωτίας autore Conſuetudine, de quo litem excipere viuens dominus cogitur? Quid cùm ex toto donationem oppu-
C gnat? quia eam dicit, mala mente, & in fraudem ſui factam, quod Conſuetudo vetat, quia futuri hæredis ſpes diminuitur. Quibus exemplis apparet, non de nihilo eſſe præſumpti hæredis ius, & expectationem, quæ ad tales actiones intendendas, & ſuſtinendas idoneam materiam habere probetur. Non igitur ex toto illud iuris verum eſt viuentis hæredem nullum eſſe. Quæ ſi tu è iure Romano coneris defendere? vbi inuenias? vnde facias? tot contra pugnãtibus ſententijs, & totâ reclamante iuriſprudentiâ, quam vſus antiquauit, cum illis imperij ſui finibus. Cuius etſi magna olim fuit auctoritas, tamen tãta eſſe non
D poteſt, vt aut Conſuetudinem vincat, aut mores, quod ille barbarus auctor pridem dixit, ſed tamẽ verè. Ergo cùm Conſuetudo hæredem futurũ demonſtrauit digito, ex ſanguinis iure, & lege, tam certum, vt alius ab illo eſſe non poſſit, non relinquitur cuiquam æterni iuris auctoritas de rebus ſuis incõſideratè, aut inofficioſè ſtatuendi, nec ſpem de lege ſumtam licet fruſtrari. Id ſtudium cõſeruandæ æternum familiæ, & gẽtis ne importunis perturbationibus diſtractæ, aut loco motæ, malignis cõſilijs alioſum dimouerentur, quàm iure, natura, & pietate par eſſet,
E viſúmq; abundè cuique libertatis eſſe, ſi tantum cuique liceret in alium, quantum in ſe ipſum, alijs item deceſſoribus licuiſſet, néve amplius triente, legatis, & cauſis nõ neceſſariis abſumeretur, cùm iure ciuili, exceptâ legitimâ, indomitâ libidine prodigere omnia, & profũdere in externos liceret, & omnia bona etiam donationis titulo conſumere: quod Iaſ. & alij dicunt. l. is cui bonis. D. de verbor. oblig. quod illud etiam demonſtrat, quia de conqueſtibus cuiuſquam operâ, factis, ſi ea poſtea alienauerit, & de mobilibus nulla cuiuſquam interceſſio auditur, quominus liberè diſponat, qui acquiſiuit, quia ea à maioribus
F non proueniũt. Eſt igitur legum ad patrimonia antiqua reſpectus particularis fundatus in perſonis hæredum. Sed & exemplis quoq; alijs propugnare iuri patrio libet, vt veſtigia licentiæ illius teſtamentariæ, nulla, aut exigua ſupereſſe probemus: atque inutilia ab illo iure aſſumpta, in ius patrium, traduci. Dubitare ſolent Iuriſconſulti, ac demum bene conflictati negare cogũtur, è regulis Romani iuris, an per 24
matrimonii cauſâ fieri poſſit, vt de hæreditate patris quidquã cum patre, fratréve conueniat amplius, aut largius, quàm quod iure legitimo vetitum eſt mor-

tuo patre, ea prolixa tractatio l.vlt.D.de suis & legit. l.pactum quod dotali.C.de pact.l.pactum.C.de collat.c.quãuis ext.de iureiur.nec fieri posse putãt:quæ dubitatio, quoniam plena manu à Tiraq.tractatur in lib.de primo gen.q.6. nihil hîc amplius de iure dicemus, nisi quod ille nu. 22. de iure constituit fieri non posse, quod vsu & experimentis ex moribus constat esse falsissimũ, inter nobiles præsertim: & Boër.recte confirmat.d.decis. 155. & decis.204.& Corset.& Aufrer.q.Tho.454.Bened.c. Raynutius, verb. duas habens filias.num.201.sed.Ioh.Fab.l.fin.C. de pact. & nos in partag.q.35.Quod si illud idem matrimonij cõtractus iuris peritis præstare nequit, nullus alius id efficere poterit. Et tamen quis ex moribus illud falsũ nescit quod illis locis scholastici auctores statuunt, vtroque capite, priore cum per matrimonij causam de successione futura cum filia quidquam conuenire posse negãt, posteriore quod ne cũ ipso quidẽ patre aut fratrib⁹, modo ne minus legitima apud nos relinquatur, cæteris, quod ipsam in partagiis nobilibus prætergredi patribus licet, si modo æquã conditione filias locet. Hoc vno exemplo quis non videt tot iuris regulas de testamentorum cõditionibus infringi? Primo quod de futura successione pactum initur: secũdo quod reuocari nequit contra d. legem pactum quod dotali, tertio quod negatur filiam hoc modo collocatã agere posse ad supplemẽtum legitimæ cõtra receptas sẽtẽtias, quas nos Art.225.collegimus. quarto quod hic viuẽs portionẽ de sua hereditate assignat per viam contractus, contra assumpta priore
25 parte huius disputationis. Quid quod pater portionẽ filiæ stipulatur, vni ex fratribus ita vt cæteris etsi cohæredibus nil de ea quæratur. Hæc Iurisconsulti exclamant fieri inuitã & reluctante Themide, & fateor ea quidem quę Exquiliis habitat: Nam quo iure nos suis legibus tenent? nisi quantum cum naturali aut politicã ratione cõueniunt, nec si Iurisconsultus aliquis dixit.l. continuus. §. vlt. D. de verb. oblig. per stipulationem nõ posse testatorem vni ex hæredibus acquirere, ita quod non & cæteris quoque, id protinus pro oraculo habẽdum est. Ista iura plerumque intra alpes emoriuntur, & pleræque prouinciæ idem ius quod nos quoque vsurpãt, & testatur Boer. deci. 104.& 154. Extat consuetudinis art.404.quo cauetur si pater dotem filiæ assignauerit in bonis maternis si ea portio amplior sit virili, redigi ad virilem, hic quis non videt de futura successione pacto, & contractu decidi, & hæreditatẽ patris & matris cõtractu cõferri idq; irreuocabiliter, & vtriusque consensu sanciri. cõtra d.l.pactũ & omnes omniũ DD. sẽtẽtias quod Bald.l.cum Archimedorã C. vt in poss.legat. eat.iure ciuili fieri posse negat, & vix consuetudine posse admittit. Quid: an non illud est viuentis hæredẽ esse: an nõ tibi videris importunã illam orationem filii asoti audire, da mihi portionẽ quæ me de hæreditate contingit cõtra omnes regulas cum ar.405.legis, patrem qui filio vxorem dederit trientem de bonis suis fortunisque omnibus filio marito cõtribuere teneri, in qua noua nupta habitura sit suum ὑπόβολον præmoriente marito, viuo etiamnum patre. His tot exemplis planum fit de hæreditate viuentis rectè contrahi eo volente idque irreuocabiliter, & viuentis quodam respectu hæreditatem dici, & testandi libertatis ne vestigium quidem superesse vllum, cum, nec institutio hæredis vlla obtineat vsu, & superstructiones omnes, quas scholastici auctores ex his positionibus congerunt inutiles esse, & frustra de his argumenta torqueri leuiora plumã, ex quo & inanes illæ sunt scholæ dubitationes, an per statutum tale ius induci possit, veluti contra bonos mores futurum sit, quod alij aiunt, vt ille idem Bald. & Aluarot. cap.mulier. & cap. filij tit. si de feud. fuer. contra Ioh. Fab. l. 1. Cod. si mancip. ita fuer. alien. Bald. & Saly. l. pactum Cod. de collat. etsi contra pugnent, quos Bened. allegat d. verb. duas habens filias. numer. 197. & dict. quæstion. Tholos. 454. Alexand.d.cons.28.lib.3. Sed post pugnas Bened. & Aufrer. vsum, & receptum morem agnoscũt & manus dant probato iuri. Quare nec illa Oldrad. & Baldi dubitatio, de Aragonij regni Maioricarũ partitione magnã difficultatem esset habitura, si modo virilis cuique sua aut alia cõsuetudinaria portio non minueretur & Mas.retulit tit.de societate.§.item licet, & de success.§.item institutio. Nec vlla dies foro sine simili exemplo transigitur. Ergo hoc habẽdum & transactiones & cõuentiones fieri posse de hæreditatibus ab viuentibus quorũ interest, ab ipsis quoque quibus succedẽdum est, non solum cùm incertæ personæ succeditur, quod illi iure quoq; admittunt, l.3.D. pro soc. sed etiã si certæ & descriptæ personæ: contra l.licet & l. pactum & l.vlt.C.de pact.& l.cum donationis. C.de trans. quod ipsum Pet. & Cy. sensere d.l.pactũ. C.de collat. Angel.d. l. stipulatio hoc modo fal.vi.& Alex.cons.28.lib.3. ex eo valere putat tale pactum si testandi facultas non adimitur. Quare & ex ea causa pactum de non succedendo valere putant Bart. l. stipulatio hoc modo. D. de verb. oblig. Bened. vbi super fal. 5. & num. 238. quoniam ratio super qua totam superficiem superstruunt, iure, cõsuetudine in totum tollitur, quia si testamenta nulla sunt, nec testamentorum causæ aut effectus vlli esse possunt. Tolle rationem & causam finalem, tollis legem. De viuentis hereditate contrahere non licet quia testamentorum libertas sic tollitur, tolle igitur testamenta, tolles dictum, & vsum & finem effeci, nec ratio prohibitionis vlla superesset. Erit igitur cõtrahere in cuiuslibet potestate nulla iam lege vetãte. 26
Multa hîc dicere possẽ de defectu causæ finalis, quæ dispositionem quoq; deficere facit, sed hunc locum impleuit Tiraq. speciali libello, dicti cessante causa. quod si quis vrgere pergit ex eo quod contra bonos mores sit de hereditate viuentis contrahere, quia votum captandæ mortis inducat. Huic eidem rationi pridem respondit Bened. quo loco ante indicauimus, & nos in partagiis nostris q.3. perstrinximus, & docuimus tam inane videri illud commentum iuris Romani, vt mirari non desinam, quid tantum fluxa & vana ratio loci mereri potuerit apud iurisprudentes homines. Nam præterquam quod hæc ipsa si quæ est præsumptio captationis, melioris probitatis, officij, generis, sanguinis, & naturalis fœderis & necessitudinis inter propinquos eluitur l. cùm adoptiuus C. de adopt. si ea tam metuenda est, vt dispositiones debeat infringere, consuetudinis peccatum est, non hominis, quæ tantum infixit iuris in persona præsumpti hæredis, quæ illum viuenti obtrusit, quæ mutandi potestatem ademit. Sed vt de illo Imperatore aliquando dictum est, successorem suum nemo occidit & aliquis successurus est. Quod igitur paterfam. facit, cùm de hereditate sua viuens statuit siue per cõtractum, siue aliã dispositione, paret necessitati, hoc agit quod cõsuetudo demõstrauit & vt Theologi loqui solẽt præordinauit. Hoc exprimit, quod à lege subintelligitur, hoc prærogat, quod aliquãdo ius patrium erogaturum erat, annos anticipat, spem anteuertit, quam considerationem ne lex quidem abnuit, l. 1. Cod. de his quæ in testament. delent. Nec ea beneficentia bene motati cuiusquam

quam cupiditatem prouocatura est, sed expectationis moram gratitudine leuatura. Lex necessariũ hæredem dixit, qui contrahit, etiam voluntarium sumpsit. Assentiendum igitur legi fuit. Nam noléti quoque idem hæres futurus est, sed multum est, legis necessitatem beneficentiâ, officio, & pietate anteuertisse. Nõ est igitur illa captationis causa. Quod si verum est, cur veteres illi testamenta cõdebant? cur filios adoptabant externos in hæreditatis spem. Cur donationes causâ mortis repertę sunt, si ante res donatæ capi nequeunt, quàm præmortuo donatore? Cur tot dispositiones iure inductæ in casum mortis concipiuntur, & tolerantur, nec par ratiò iuris auctores ab his dimouit? Postrema ratio de libero cuiusq; in re sua arbitrio neruis caret. Nam quis dimissionem fecit nisi ex libertate arbitrij? quis emptionem, aut permutationem, aut aliũ contractum init, nisi volés, & suâ sponte? & tamen cũ sunt facti instabilis, aut stulti, aut improbi est quærere vt dissoluas, cũ semel placuit. Non est ista putanda arbitrij libertas, mutare quoties visum sit quod spoponderis semel ex fide, sed peruersitas, & perfidia. Quod si à cõsentiente fit dimissio, quis iure eam seruitutẽ vocet, in quam volens vidensque quisquã se induit? An non lex eadem contractuum omnium? Quid qui de re inter cæteras inæstimabili, id est, libertate personarum pepigere, & venire se ad participandum pretiũ passi sunt, nonne contractus leges pati semel conuentas coguntur? Cur diuersum in rebus externis, de fortunis, & hæreditate statuitur? Cur patribus filios distrahere permittitur, & pati commercium ex legib⁹ coguntur, de statuendo hærede non idem permittitur stare quodconuenit? Illæ & Moschorum leges, filios ter vendere permittunt. Si libertas ista est, mutare commercia, & reuocare contractus, cur de libertate hominis, re scilicet inæstimabili, nõ idem multo magis admittitur? Natura ista contractuum est, vt de libertate aliquid adimant, sed non præter cõsensum, venditor de re quam vendidit arbitrium non habet, donatori de re donata quicquam attingere non permittitur Art. 226. Cur in dimissionibus diuersum cẽsemus faciendũ? Cepol. rationes adfert omnino probabiles. l. irritam. nu. 3. C. pro donat. Nam illã de iure rationem, quia testandi facultatem adimit, vt confossam iam hinc neminem putamus obiecturum. In dimissionibus liberæ sunt dimittenti cautiones, & conditiones, quas pro arbitrio recipere potest, quã lege, quóque modo præstentur in quoslibet euentus. Non cauisse culpa est imprudentiæ, an non eadem noxa contractuum omnium? Quod si vsusfructus retentus est, quis in rebus suis aliud habet quàm vsum, quod ille versus indicat ex Græco epigrammate ducta sententia. Nunc ager Vmbreni sub nomine dictus Ofelli. Dictus, erit nulli proprius, sed cedet in vsum. Nunc mihi nunc alij, & posterius. Sed quia perpetuus nulli datur vsus & hæres, hæredem alterius, veluti vnda superuenit vndam. Quin ipsi quoque Reges, quorum amplissima, & augustissima potestas est, inter mortales, de fortuna regali, & domanio suo statuere non permittuntur. Quod si testantium volũtates prouocare olim licuit, & scorta quoque amatorum hæreditates capere potuere Romano iure, quis eas ad filios, propinquos, & gentiles deferri ægrè ferat, anticipato munere, & beneficentia, quos Consuetudo iure necessario, & ineuitabili vocat. Id olim furenti perturbationibus, amore, libidine odio, precibus, gratia licuit, naturæ lege & ratione non licebit.

Ex quibus omnibus dimissionum vsum & finem nobis non indiligenter commonstrasse videmur, vt iam æquiores bono iuri patrio eos futuros putem, qui se totos iuri Romano dedidere, & qui nil rectè constitutum putant nisi quod illis libris sit traditum, ne posthac de abrogato iure tela legalia ad oppugnãdum ius patriũ cõquirant. Nemo iam hinc exclamet viuẽtis hæredem nullũ esse, quod respectu quodam verum sit, indefinitè falsum. Ne quis deinceps occurrat, hæreditatem pacto, aut stipulatione dari non posse, pacta de succedendo, Romanâ decempedâ metiatur, alia nobis mẽsura recepta est, causas finales testamẽtariæ libertatis, captandæ mortis, liberi arbitrij tam diluimus, vt aqueæ sint in totũ. Nam & viuẽtis quodam respectu hæredem dici demonstrauim⁹, & ex eo iure persępe actiones dari, ex morib⁹, & præsumpto iure. Cõtractu vero, pactis, matrimoniis, stipulationibus hæreditates dari, fremente licet iure Romanos docuimus & frequẽtibus exemplis, & receptissimo vsu, & auctoritate Doctorũ pragmaticorũ, qui pridẽ in foro cum laude sunt versati, demõstrauimus: si modo virilis cuiusque hæredis portio, aut alia iure patrio debita nõ imminuatur. Prærogationem iuris hæreditarij ab viuente, ipso etiam iure Romano autore defendimus. Reuocari posse ex iure patrio negauimus. Quibus omnibus confessis, & reuulsis, enitet illa libertas cõtrahẽdi, quam nos tuemur, de re cuiq; sua quomodocumque libuerit statuẽdi, cuius aduersarij imaginem tantum tenent, vt iam dimissionis causa idoneam, & sufficientem materiã, & aptum subiectum habeat, cui consensus applicari possit, dimotis quæ obstare putabantur de iure omnibus, & iamiam valiturã illam Iustiniani sententiam, de qua ante sumus loquuti, non esse angustandam latitudinem voluntatis contrahentium, propter nimiam subtilitatẽ iuris. Id ille de suo etiam iure Romano pronunciat, nos de illo, quod gentis cõsensus, & publica vtilitas induxit, sententiam nostram tuemur, ac vide quo res abierit, illi enim tot millibus versuum negarũt, bonis moribus conuenire, vt hæreditas pacto tribuatur, aut contractu, iuramẽto tamen confirmari quod ita factum sit volunt. Atqui ista repugnãt, contra bonos mores esse, quod tantopere defendunt quidam, veluti si contra ius diuinum & gentium fiat, quod Saly. dixit. d. l. pactum quod dotali Alex. d. cons. 28. & iuramẽto confirmari. Sed istud per αὔξησιν & hyperbolem dictum verum non est. Nec id rectè dicitur contra bonos mores esse aut naturę, aut gẽtium, quod alicuius singularis ciuitatis iure, & placitis introductum est: nisi cum ipsa natura cõsentiat, aut turpitudinem facti prohibeat. Sed loco suo illa morũ bonitas, aut malitia circumscribitur, nec magis nos illud ius tenet, vt contra bonos mores dicatur, quod illic statutum est, quàm quod Eugubij, & alibi quamlibet ignobili pago. Sed ne de eorũ quidẽ genere est, quæ censurã, & iuris artificio, argutè & eruditè. Bald. contra bonos mores esse dicit l. pactũ dotali. q. 3. C de collat. quia id quod ibi dicit obtinet in eo loco, & intra eos fines, in quibus tale ius est constitutum, sed extra non protenditur, & Alpes non superat, cùm rationibus nitatur dumtaxat persuasiuis, & impulsiuis, non necessarijs, quod Bal. l. 1. vl. quęst. C. de inoff. test. Cepol. d. l. irritam num. 28. Imol. d. c. cũ contingat num. 35. notant. nisi si cõtra Canones iuramentum iniquitatis vinculum esse putamus, & obstringere flagitio. Nos vero ne id quidem, quod dant recipimus, nec eum cõtractum probamus, qui iure non consistat, ob id, quod iuramẽtum additum sit, sed leui operâ episcopi quorum ea potestas est, iusiurandi necessitatem remit-

tunt, & magistratus inutiles quasque conuentiones rescindunt, sic vsus habet, & tribunalia obseruant.

Superest vt ad alia quoq; contra dimissiones obiecta respondeamus. Quod scilicet hæ in donationes resoluātur, atqui donationes filiis in potestate factas iure consistere non posse. Tum illud, diuisiones quidem bonorum à patre inter liberos fieri posse, sed quia de vltimæ voluntatis natura, multum ducant, reuocabiles esse ad vltimū vitæ spiritū, quia iuris regulis sit traditum, ambulatorias esse testantium vo-
27 luntates, atqui contra in dimissionibus fieri. Quibus obiectis, vt respondeamus, diluendi sunt obiectionū fines, & causæ. Iure veteri quidquid filius in potestate acquirebat, quærebat patri ex causa qualibet, siue profectitia, siue aduentitia l.1. D. si quis à patre man. fuerit, l.plures. D.de acq.hæred. latè glos. & Doct. d.l. 2. C.de inoff. donat. latè itē in l. frater à fratre. §. quæsitū. D.de cond.indeb. Id iure nouo Iustiniani immutatum in aduenticiis, constitutúmque vt pater in his vsumfructum haberet & administrationē proprietas filiorum esset l.1.C. de bon.mat. in profectitiis iura vetera integra mansere, ob eas causas donationes à patribus filiis in potestate factas in totum inutiles esse putarunt, quia profectitium dici & esse id cōstaret quod à patre proficisceretur, non consistere igitur talē acquisitionem in persona filij, quia si id omne quod acquireret filius quæreret patri, cōtingeret patri per filium reacquiri & dominij causam in se ipsam recurrere & reflecti, veluti si pilā tanto impetu in parietes incuteres, vt illa in caput tuū recurreretur, sicuti etiā in illa fit quam refractionē optici vocant, radiorū scilicet applicationē ad visa quę in oculos aspicientis regeritur. Ideoq; filio in potestate donasse, sibi ipsi donasse est, quod impossibile esse putāt l.Sed & si quid. §.& generaliter. D.de vsufr. l.liber homo. D. de verb. oblig. quare si quid eiusmodi fit, negant vllo momēto dominium ex tali acquisitione residere apud filium l.si quis pro eo. §.1. D.de fideiuss. Cast.cons. 145. lib.1. & l.[illegible]ter. C.de inoff. test. Atque sine dubio hāc sententiam constituunt è iure, additis tamen exceptionibus compluribus, quas ad quindecim ferè Cepolla collegit l.irritā. C. pro don. & paulo pauciores Bald. l. cum oportet. §.1. C.de bon. quæ lib. Castr. cons. 345. vol.1. Ioh. Baptist. Cacialup. d. l. frater à fratre à xv. ad sequentes & ibid. Ioh. Crotus & Ias. per l. donationes quas parentes. C. de donat. int. vir. & vxor. & l. 2. C. de inoff. donat. vbi glos. & Doctor. Ideóque nec ex tali titulo vsucapi quod hoc modo donatū sit l.1. §. si pater & l.si pater. D. pro donat. l. si ancillam. §. si pater. D. pro suo. Contra in emancipatis, quibus donari posse consentiunt, l. siue emācipatis. C.de donat. l.cum facultates. C. qui num. liber. lib. x. Sed iure consuetudinario neutrum istorum per se & simpliciter verum est. nam nec simpliciter donationes à patribus filiisfam. factæ, inutiles sunt, nec emancipatis simpliciter vtiles. Principio illud constat: ius quidem consuetudinarium in profectitiis non multum dissidere à iuris Romani dispositione, quod art.501. huius libri statuit, nec id absolute tamē, sed eo adiecto (*ou cas que le pere le vueille auoir*
28 *& le declaire ainsi en son viuant.*) Non isto iure fit ista acquisitio in profectitiis, sed ministeriū hominis & declaratæ volūtatis expressio exigitur, de quo Castr. l.cū oportet. §.sin autem res. C.de bon.quæ lib. éstque voluntatis huius declaratio ambulatoria vsque ad mortem, nec ad hæredes transit, vt in d.art. dicemus, quam declarationem multi in casu l.si vnquam. C.de reuoc.don. exigūt, quos Tiraq. notat super illa lege,
29 verbo reuertantur num. 10. Quod cùm dicimus imo consuetudo expressit, magnas iurisconsultorum pugnas sedauit, cū vsque ad sudorē decernunt, an pater tali acquisitioni renūciare possit, vel iuramēto, cuius rei locos si cōgeram immensus sim, & abundè scholastici autores locorum suggerunt d. l. frater à fratre Cepol. vbi sup. Bald. & additio ad eū d.l. irritā & certe frequentior sententia recepta est renunciari non posse, etsi Bart. l.cogi. §.si pater. D. ad Trebel. diuersum putat & glo. l. cum filio. verbo ex persona. D. de legat.1. vbi Bart. & cæteri & l. plures. D. de acq. hæred. Cepol. vbi sup. nono casu. Atqui iure nostro patrio constat, non aliter acquiri quam si voluntatem suam pater in vita dicto vel facto expresserit. Non tātum igitur tacita hæc iuris renunciatio est, cùm nihil exprimit, imo potius non acquisitio, non per priuationē, sed per negationem, quæ cùm autore lege ex tacita voluntate admittatur, quod Bald. ait dict. l. cum oportet. §. 1. vers. iuxta materiam expresè Castrēs. d. l. cum oportet. §. sin autem res, vbi inter tacitam & expressam renūciationem differentiam inducit, expressa quoque declaratione & animi motu fieri posse potius putanda est ante acquisitionem, & si semel acquisito iure per declarationē dubitari possit, an pater rectè renūciet siue per cessionē siue per renūciationem, quod Bart. admittit d.l. cogi. Est igitur nō vera illa iurisconsultorum sententia, qui nullo tempore rerum per filiumfa. acquisitarum dominium residere apud filium putāt ex profectitiis, imo cōtinuo & ipso acquisitionis actu in patrem trāsire. Residet enim haud dubiè apud filiū nec ipso iure in patrem trāsit, nisi animi sui motum expresserit, nec volenti quæritur, nec re à patre filio donata fit reflexus in patrem quomodo vulgo putāt, & ne iure quidem Ioh. Baptist. putat d.l. frater à fratre num. 68. 71. & 80. quāquam id pedetentim & timidè propter receptas cōtrarias sententias & iuris Romani regulas. Hoc si verum est, renūciari iuri quæsito tacitè & expresè posse consuetudinis auctoritate admittimus à patre, & ius in filij persona cōfirmari paterna declaratione, imo & dissimulata volūtate, aut tacita, poterit iā cuiuis poterit, si eiusmodi declaratio dicto vel facto sese prodat, nihil ampli⁹ ad pleni iuris acquisitionē filio exigi, cuius taciti motus nulla sese poterit apertius prodere vlla expressio, quā per actū donationis traditione sequuta quæ semper exigitur l. Papinianus. D. de donat. int. vir. & vxor. Cast. cons. 345. vol.1. incip. circa bona quæ fuerunt Cy. l. 2. C. si quis alt. vel sibi. cuius finis est vt filius potius rem habeat quā pater donator; Quippe donatio nil aliud est, quā abdicatio & trāslatio iuris in alium & dominij cessio ex qua nullam aliam coniecturā capere possis quam illam quam actus indicat, nō simplicis renunciationis, sed etiā cessionis, quæ cùm admittatur iure consuetudinario, planum fit nullum iuris regressum, aut reflexū fieri nec ex tali actu quidquam reacquiri patri, cùm actus præter agentium intētionem nil præstare possint l. nō omnes. D. si cert. pet. & volenti iniuria non fiat, in materia præsertim idonea, & adaptabili ad consensum, & inter personas capaces acquisitionis. Nam quis non videt verbis illudi sensibus, & merā esse ludificationem iuris, si quod vulgò dicere solent, vna manu porrigitur, quod altera eripitur? & vulgarum sit in moribus axioma, *donner & retenir ne vaut*, art. 226. quod ipsum iure quoque traditum est l. in ædibus. §. ex rebus. D. de donat. l. Nesénius. D. de re iud. Quæ potest igitur certior esse indicatio mētis cuiusquā, quod sibi acquisitū nolit, quā si alteri donet? Nec enim aliā mente donari posset, alioqui futura donatio non est, ex quo fit, vt illa iuris reflexio,

reflexio, quàm vulgo imaginãtur, in donatorem recurrere nequeat, præter actus naturam, & intentionem agentium, tollitq; legis dispositionem hominis prouisio. Additur perquàm valida ex consuetudinario iure ratio: quia acquisitio ex donatione, inter aduentitios titulos expressè ponitur d. art. 501. verbo *ou qui ne leur eussent esté donnez*, quo casu ipsi filio acquiri voluit cõsuetudo, Ergo si aduentitia est acquisitio, patri nil in ea iuris est, quin cum patre ex omni tali causa omnis contractus cum filio consistit, & valet, quem locum Iohãnes Baptista, d. l. frater à fratre per singulos cõtractus persequitur, & glos. & Doct. auth. vnde si parẽs. C. de inoff. test. auth. ex testamẽto. C. de collat. & l. pactum. C. de pact. conuent. & l. si quis pro eo. §. 1. D. de fideiuss. Bart. Cy. & Saly. l.
30 iubemus. §. 1. C. ad Trebel. Quin illa quoque non infirma ratio, quod consuetudinario iure, nullo casu patres vsumfructũ habent in bonis aduentitiis filiorũ, in quo à iure Romano discessimus, & dispositione tituli. C. de bonis maternis: sed reddere rationem patres cogũtur de gesta tutela, & reliqua soluere, & eadẽ præstare hac de re, quæ externi, præter cautionem, quam ne iure quidem præstabãt l. cùm non solum. §. sin autem nõ habeat & l. cùm oportet. §. non autem. C. de bon. quæ lib, Ita fit, vt cum filius nil acquirat patri de vlla causa aduentitia, ex omni causa cũ patre contrahere possit, quia nullus reflexus obligationis, aut acquisitionis fit à filio in patrem, quo iure vtimur, cessantque omnes omnium legum dispositiones super eodem reflexu, & reacquisitione fundatæ, de quo tantopere, & tam frequenter pugnãt, & si quoad vtilitatẽ quidẽ pater in re sua autor esse nequit præsuppositã patria potestate l. 1. C. de aut. tut. Quę omnia eo pertinẽt, vt intelligatur valere donationes ab parẽtib[9] liberis in potestate factas, si nil aliud quã patria potestas obiicitur, quia rationes fundamẽtales, quas iuriscõsulti de reflexu acqui-
31 sitionis, & recursu iuris opponũt, in totum iure consuetudinario corruũt, & diluuntur, ita fit, vt sublata ratione finali & efficienti legis, tolli quoque dispositionem cõtingat, & cessante causâ necessariò cessare effectum, quæ certa est regula diiudicãdarum dispositionum omnium, cùm à suo fine, & vsu considera‑ tio sumitur, quẽ si mutari contingat, necessariò euenit mutari & ipsas dispositiones. Cùm igitur sic traditur nõ valere donationem inter patrem, & filium in potestate, quia reflex[9] acquisitionis, & iuris fiat in patrẽ, atq; ideo sibiipsi donare tali casu pater videatur, tolle causam dispositionis id est reflexum, tolles dispositionem, tolle rationem, tolles dictum, quam rationem nos ante tot modis sustulimus de morib[9]. Quòd cùm erit factum, manebit talis conuentio in latitudine voluntatis contrahentium, & in materia adaptabili, & consensu applicabili actui à iure non prohibito, Iam enim fieri non poterit, vt quidquã ex illo assumpto falso inferre aut colligere possis, quod reflexus fiat in patrem, quod ex eo donatio non valeat. Manebit igitur actus inter dispositiones non prohibitas & permissas. Atque inde fiet, vt quod argumentum texitur, à donationibus ad dimissiones, sine viribus sit, etsi affinitatẽ cum his habere videãtur. Non igitur idem iure, & moribus statuitur de donationibus filiis in potestate factis. De his quæ emancipatis fiũt non idem simpliciter statuendũ est, quas valere non minùs quàm filiis in potestate iudicamus, sed nõ absolutè, verùm vtramq; vsq; ad legitimæ dumtaxat portionis quotam, si quidem non in fraudem factæ sint hæredum, respectu id quidẽ cohæredum, sed respectu patris donatoris, sine distin-

ctione, & sine modo valere putãdæ sunt siue immẽsæ, siue & trientem excedant, siue inofficiosæ, siue alio excessu laborent, preterquã dolo donatarij, quia tales causæ donatorem nõ respiciũt, nec ex eius personæ consideratione apponuntur, & traduntur à lege, & consuetudine ob respectum, aut futuri hæredis, aut cohæredũ qui eodem gradu futuri sunt mortuo donatori, quorum respectu nulla est donatio. Quare ius reuocandi ipsi donatori nullum est, quem suus consensus præmit, & repellit, & suum factum obligat ad id præstandum, quod semel spopondit alteri stipulanti, & in cõtractum deduxit, quod singulariter notandum est, & ab Doctor. traditum. Imol. Alb. Castr. l. Titia Seio. §. imperator. D. de legat. 2. glo. & Doct. l. si totas. C. de inoff. donat. Cyn. l. 1. q. 9. C. de inoff. donat. Quod autem in casu l. si vnquam C. de reuoc. donat. aliter statuitur, & ipsi donatori reuocatio tribuitur, casus specialis est, & diserta verborũ expressio, alioqui diuersum iudicãdum erat, & actio liberis dumtaxat tribuẽda, de quo longa commentatio Tiraq. d. l. si vnquam. verb. reuertatur, & verb. in eiusdem donatoris ead. l. & Cy. d. q. 9. Non igitur quisquam donator donationem reuocat, ipse quidem, quia immẽsum donauerit, quia vltra tertiã, quia inofficiosè, quia in alterius fraudem. Aliorum, & externorum isti respectus sunt, ipse vero donator de suo facto, & contractu tenetur, nisi quidem vt alatur, si alimenta desint, quæ humana consideratio est, ab æquitate potius, quam iuris rigore ducta, si alimenta cauta in donatione non sint, quod Cy. & Iac. de Rau. putarunt in l. 1. q. 9. C. de inoff. test. Ray. Alb. Imol. d. §. imperator. glos. l. vlt. C. de reuoc. donat. vbi Cy. & Saly. Bald. Raph. Fulg. Ang. cùm nõ reperiatur iure cautum, vt ait glos. l. in condemnatione. D. de reg. iur. Non est igitur iusta donatoris vllius expostulatio, si præter tertiam bonorum, si in fraudẽ præsumpti hæredis, si inofficiosè donauerit, alios ista iura respiciunt, ideóque reuocatoriæ actiones donatoribus, non dimissoribus dantur, factúmque nuper inuito iure, quod auus quidam auditus est, cùm reuocare vellet dimissionem nepoti factam, & si adhuc ea lis pendet. Quæ & receptissima sententia est in prohibitionibus omnibus alienationum, quæ cuiusquam certæ personæ respectu à lege, aut homine indicuntur, ne passim cuique reuocare liceat, quod actũ sit, sed his dumtaxat quorum fauore, & causâ prohibitio apposita est l. peto. § vlt. D. de legat. 2. l. nihil. §. omnibus. D. de legat. 1. Sic quãdo testamentum rumpitur ob præteritionem liberorum, tum demum illa ruptio vim habet, si is persequatur, qui præteritus est, alio ex filiis prosequente qui institutus sit, non rumpitur l. filio præterito vbi glos. & Doct. D. de iniust. testam. l. maximum. §. sancimus. C. de lib. præter. & quos ad nauseam congessit Tiraq. d. l. si vnquam, verb. reuertatur, num. 31. quod idem quoque in supplemento legitimæ traditur l. scimus. C. de inoff. test. Sic qui mortem defuncti non vindicat, indignus est hæreditate, quæ applicatur fisco, sed familiæ herciscundæ iudicio suam portionem petenę ab cohædibus, non repellitur, quia fiscum id ius respicit, quod glos. dixit l. his consequenter, verb. non pertinere. D. famil. hercis. Sic nec dimissorum est dimissiones re- 34
uocare ex qualibet causa, nisi tales sint ex quibus cõtractus rescindi solent, doli aut metus, & tales. Liberorum ea actio est, si cui minus, quàm per cõsuetudinem relinquitur mortis tempore, vel si in fraudem hæredis facta est, vt Ias. ait l. si donatione num. 7. C. de collat. Proinde etiam viuentibus donatori-

bus actiones conseruatorias dari præsumptis hære- A
dibus receptum vsu, propter infixam iuris successorij necessitatem ab cõsuetudine in persona eius, qui succedere debet,& hęres à lege destinatur,quod fusè est à nobis antea tractatum (etiam si scholastici auctores aliter docent & sentiunt)quia(vt illi aiunt) de hæreditate viuentis nemo sollicitus esse debeat l. qui superstitis. D.de acq.hæred.Hoc expresè sensit Cy. d. l. 1. q. 9. Angel. auth. de immens. donat. §.1. Cast.in rub. C.de inoff.donat. Bald.l.1.C.eod.tit.& Saly. Pet. de Ferrar. in practica. tit. de donat. verb. irreuocabiliter.Sed ea iura nos non tenent,admitti- B
músq; viuis etiamnum donatoribus intercessiones, propter ingruentes approprimentorum exclusiones,& metu præscriptionum, hactenus tamen vt litis euentus, non prius effectum suum consequatur, quàm mors donatoris consequuta sit,quippe quàmlibet rescissâ donatione, donator rebus suis fruitur, & donatarius extraneus qui ab eo causam habet, fructus suos facit: quando eos ex suo contractu, & donatoris titulo,& iure consequitur,cui rei suę fruitio libera fuit, rescissâ quamlibet respectu hæredis donatione, cum eos in mare proiicere, & quomodolibet perdere donator, vt suos, potuerit, quod C
glos.dixit l.1. C.de inoff. donat. circa medium, add. Bart.l.2. C.si quid in fraud.patron.

Ex qua ratione,& superiori disputatione frequenter in controuersiam adductum memini in foro; An quod ex eiusmodi donationibus, prælegatis, præceptionibus, relictis, dotibus, prærogationibus virilis hæreditariæ, aut prædiis vnius ex filiis nomine emptis, vni ex pluribus hæredibus præsumptis relictum, aut donatum esset à patre, mortuo post modum eo in diuisione hæreditatis conferri oporteret inter cohæredes,an verò quod hoc modo vni dona- D
tum esset,doti, matrimonio,de mobilibus, vel prædiis præcipuum esse deberet donatarij.

Duplex est tractatio, quid scilicet iure Romano cautum,quid item moribus, & iure patrio obtineat. Et fatendum est sicuti in pleraque iuris ciuilis materia, sic hic quoque admirabilem, siue mutationem, siue fas dicere, inconstantiam accidisse, dum ius iuri repugnat, responsum responso, sanctio alia aliam tollit, imminuit, interpungit, abrogat, derogat, & idem titulus diuersorum temporum pugnãtes constitutiones continet, quæ sequutam posterius iurisprudentiam nimium quam per se dissidiosam,mi- E
sere implicuêre. Scholastici autores in hoc ipso themate septem diuersorum temporum iura annotant, Castrensis etiam nouem l. vlt.C.de collat.si non ista potius iuris ludibria sunt.

Summa fere consentientis sentētiæ hæc fuit.Om-
35 nia quæcumque viuente patre à filiis acquiruntur in potestate constitutis, patri acquiri,ideóque mortuo patre inter liberos cohæredes conferri oportere, si modo sui sint. Ab hoc iure, quod veteris iurisprudentiæ fuit, bona aduentitia excepêre Codicis iure ex tit.de bonis maternis. Nam ea patri non acquiri, nisi quidem quoad vsumfructum. Quæ ipse pater fi- F
liis emancipatis donet viuens, eorum fieri, & eis protinus acquiri, nisi si legitima aliorum filiorum diminuatur. Quod filiis in potestate donet non valere, morte tamen patris si modo non reuocauerit, tum etiam emancipatione confirmari, quãtumlibet inualidas donationes,etiam si fructus donatarij fiant dispositione retroacta,quod ad fructus ad tẽpus donationis.Igitur quæ morte donationes confirmētur, id est, filiis in potestate factas non conferri, quia acquisitio à morte patris incipiat,& regulam tradi,quę post mortem acquirantur,collationi subiecta nõ esse l.si emancipati, vbi Bart. Bald. Aret. Decius, Ias. Cy.l.si donatione.C.de collat. Angel.& Ias.l. vt nemini.C.eod.tit.Ita etiam fructus donatarij fieri,l.ea demum.C.eod.tit.l.1.§. illud. D. de collat. l. illud in fin.C.eod.tit.vbi Ias.Cy.Cast.Saly.d.l.si donatione, Ias.auth. ex testamento. Cod. eod. num. 10. Raph. Cum.d.l.si emancipati,Bart.l.sub conditione.D.de solut.glo.& Imol.& alij l.talis scriptura.D.de legat. 1.Angel.& Imol.l.si filius.D.de verb.obligat. alij.l. 2.C.de inoff.donat.Cepol. l. irritam num. 35. & 40. C.pro donat.diuerso casu cùm scilicet donatio mortem donatoris non expectat ad validitatem,sed protinus ab ipso actu valet, id est, cum fit emancipato, vel in potestate in casibus specialibus, in quibus valere protinus dicitur, qui ab Ioh. Croto & Baptista Caccialupo enumerantur d. l. frater à fratre, & ab Cepol.d.l.irritam, toties fructus rerum donatarum conferri, quia vt aduentitiorum omnium in bonis patris maneant, & mortis tempore reperiantur, licet proprietas aduentitiorum non conferatur l. vlt. C.de collat.l.cùm oportet in princip.C.de bon.quæ lib.& ibidem Cast.§.sin autem res.

Sed ab his contradictoriis regulis multos casus excipiũt: Nam & patrem prohibere collationem posse testamento,auth.ex testamento. C.de collat. Atque etiam aduentitiorum vsumfructum sibi debitum remittere filio d.l. cùm oportet. quod Rom. & Ias. persequuntur d. auth. Crotus & Caccialup. vbi sup. Quin & dissimulatione, & patientiâ parentis, qui sinit filium fructus debitos sibi percipere, fieri eius,non minus,quàm expressâ cessione, aut renunciatione,quod Bald.ait d.auth.q. 9. & 14. Crot. d.l. frater,fal.5.Cast.d.l.cùm oportet.§.sin autem res,& l. 2. C. de inoff. donat. de quo longa est disputatio Boer. decis. 196. Nam vetera digestorum iura, de suis, & emancipatis in collationibus omitto: quæ Bart.agitat l.pater filium D.de collat.

Fuerint illa veteris illius reip. acumina nimium argutæ nationis. Sed illa tamen melior iurisprudentia, quæ vt simplicior, ita actionibus hominum multo magis est accommodata iure nostro patrio inducta, non vt ars esset hominum nimium acutorum, sed vt simplex, nec astuta regula iuris ambigui discriminãdi. Iam primum iure patrio discrimina omnia suorum, & emancipatorum sustulimus, nec iam quisquã patronos in foro interrogat, quis sit suus, in quo olim magnus ille Grammaticus Angel. Politianus, cùm iurisconsultus videri vellet, sese prodidit non talem, nec magis emãcipato facta donatio, quàm filio in potestate valet. Nec verò magis testamento vni ex liberis, aut futuris hæredibus relinqui potest, quàm titulo lucratiuo inter viuos, quominus iã quisquam tot iuris axiomata, tot constitutiones, tot responsa iurisconsultorum necesse habeat ediscere. Duæ simpliciter, & absolutè in iure patrio positiones sunt certissimæ. Non esse cuiquam patrifamilias nobilis non nobili permissum donationis, aut alterius tituli lucratiui colore, cuiquam ex liberis præsumptiuis hæredibus quidquam cõferre inter viuos de re mobili, aut immobili amplius quàm alteri. Hæc lex art. 228. qui articulus tam inter viuos, quã in vltima voluntate intelligitur. Eadem lex intestati art. 525. & 559. 562. omnisque patrifamil. cuiquam facultas abrogata siue per se, siue per interpositam personam alteri prælegandi. Eas nulla arte, nullo ingenio quisquam infregerit, nullus matrimonij fauor, nulla liberorum charitas, nulla prelatio, non studiorum causa grauissima, aut si quæ alię idoneas causas visæ sunt præstare ad præ-

ad prælegationes, aut donationes, quin vsq; ad suam legitimã reuocent, auth. vnde si parẽs. Cod. de inoff. testam. nec illæ donationes consistunt in præiudicium æqualitatis statutæ à consuetudine, nec illa omnia, quæ Bar. Ias. & cæteri ex iure in diuersum di-
38 cunt, auth. quod locum. & l. filiæ dotem. & l. illud & vtrobique Iason. C. de collat.

Atque hactenus de collationibus inter ignobiles, de nobilibus ratio alia, quia cùm absolutè de mobilibus statuere possint, & vni ex hæredibus, aut liberis partem, aut verò totum prælegare, prohibere talium collationẽ possunt, ex d. auth. ex testamento, & prohibitio reincidit in simplicem donationem permissam, vt Boer. decis. 196. in fin. & Ias. dixit d. auth. nu. 3. glos. l. si donatione. C. de collat. Idem ius de fructibus immobilium prærogatorum, quia separati nil aliud quàm mobilia sunt. Quæ omnino intelligi conuenit, & animaduerti, quia in talium diiudicatione plerósque in foro sæpe decipi compertum est, dum in receptas iuris ciuilis sententias incidunt, & falsa de non veris colligunt.

39 Atque ea de donationibus simpliciter lucratiuis intelligimus, quæ solæ inter præsumptos hæredes prohibentur. Nam si quæ causæ extrinsecus accidũt, veluti meritorum, eas ne inter tales quidem personas lex, aut consuetudo prohibet. art. vlt. tit. de donat. quia non minus in sanguinem suum officij aut commercij iure licet, quam in extraneum quemuis, si iusta quæpiam causa intercedit, sed ea seriò probanda est, propter fraudis præsumptionem inter coniunctos, & suspectam de re alienationem. In qua cùm nulla alia causa, quam sanguinis intercedit, non est sufficiens ad sustinendum actum, imò illa ipsa actum vitiat, quando alterum alteri ex hæredibus prætulisse, peccasse est in consuetudinem, atqui illa ipsa causa in dubio præsumitur, quod Cy. ait d. l. si donatione. Bald. & Cast. d. auth. ex testamento. idem Cast. differit. cons. 345. vol. 1. Non debet igitur in talibus donationibus generis, aut cõsanguinitatis mentio fieri, quæ causa actũ vitiaret, & causam donationis applicatione facti inficeret, sed sub commemoratione meritorum, quod si vtraque causa misceatur, ante ferenda est accidentalis naturali, si ea probatur, quod rectè Coras. putat d. l. frater à fratre, ad sustinendum actum. Merita vero esse oportet, non obsequialia illa, quæ maioribus, aut patruis debentur à minoribus consanguineis, sed talia quæ extraneos quoque inter se obligent, quod Bart. ait l. filiæ cuius. C. famil. her. Doct. auth. vnde si parens. C. de inoff. test. Cast. d. l. si donatione. vbi & Bald. Bart. l. si tibi. §. si partis. D. de pact. Sed ista sunt alterius loci.

40 Accedit ad superiores rationes, quæ ex similitudine donationum quæ liberis fiunt, dimissiones oppugandas putant, illud quoque responsum, quòd dimissio, simpliciter donatio dici nequit, sed innominata potius conuentio, cuius generis sunt omnes pene ob causam donationes, quia dimissiones, aut retento vsufructu fiunt, aut dimissarius ad alimentorum præstationem obligatur, & æris alieni dissolutionem quæ obligatio semper res obligatas ex conditione hypothecæ sequitur, quod textus ait l. filiusfam. §. Diui. D. de legat. 1. & ibi Doct. Tenetur item ad rerũ datarũ administrationẽ, itaque incidit talis contractus, in conuentionem, do vt facias, & donationem ob causam, quæ non simpliciter donatio dicitur, cùm Bald. dicat donationem ob causam de futuro, esse contractum onerosum, nec continere causam lucratiuam: quod ille ait cons. 18. incip. notissimũ. col. 2. lib. 1. per l. non vsque adeo. D. si quid in fraud. pat.

A quem locũ latè exercet Tiraq. in l. si vnquam, verb. donatione largius, q. 6. de reuoc. don. Itaque talis donatio de earum genere est, quas Franciæ prouinciæ quædam, ob prouisionem corporis appellant, id est, ob alendos donatores, quæ tantum ducere putantur de natura contractuum inter viuos, & irreuocabilium, vt laudimia, & quinquagesimam de tali contractu deberi putent. quod Aufrer. differit q. Tholos. 278. & Tiraq. in retractu. §. 25. Non est igitur talis dispositio simplex donatio, vt de donatione rectè argui possit ad dimissionem, veluti aut eadem, aut affinis ei sit dispositio, sed mixta de contractu in-
B ter viuos, & futuræ successionis repræsentatio, quod text. expressit l. si filia. §. si pater D. famil. hercis. Cor. cons. 228. lib. 4. in fin. Quo fit vt non rectè de vno ad alium actum arguatur, & inconsequens fiat illatio à materia, & contractu diuersæ naturæ, & regulariter argumentum à simili valde alioqui infirmum est, vt & Cast. & Bart. ait l. vlt. C. de inoff. donat. Sed nec vltima voluntas est, quoniam immobilium dispositio per testamentum in nullius potestate est de iure consuetudinario, sed ab lege & moribus tribuitur, vt & ius succedendi, & portionis quota: quod si deces-
C surus aliquis, de rebus suis donat aliquid extraneo (quod futuro hæredi ab lege destinato, & præsumpto non posset in prǽiudicium aliorum eiusdem gradus) ea donatio causâ mortis dicenda est, neque enim aliter donatum vult quam si moriatur.

Sed & eas quoque donationes in iure multi admit-
tunt filiis in potestate fieri, cum in legitimæ imputa- 41
tionem dantur, quia filius, nõ minus legitimæ capax sit, quàm filia dotis, cui donatio ob eam causam facta valeat l. Pomponius Philadelphus. D. fam. hercis. Sed in eo laborant, an talis donatio, seu portionis assignatio reuocabilis sit, de quo lõga disputatio extat,
D Barb. cons. 80. vol. 3. & Io. Bapt. d. l. frater à fratre, qui locos congerunt, & nos cum Doct. opinionibus respondimus de damnationibus à patribus factis filiis in potestate, huic dubitationi abundè satisfecisse nobis videmur, esse respectu quidem donatorum tales portionum assignationes irreuocabiles, qui de contractuum inter viuos naturâ mixtam conditionem ducant, qui irreuocabiles sunt, etsi ad iuris hæreditarij quotam, quandoque extituri alligatam habent taxationem, & restrinctionem ex d. l. si filiæ, sequuta morte donatoris, aut patris assignantis dum-
E taxat. Et cùm patres potestatem habeant in vita legitimæ repræsentandæ l. cum quo. §. vlt. D. ad l. falcid. & l. si filij. & l. quoties. C. famil. hercis. latè Barbat. d. cons. etiam si inuiti cogi non possint, quòd latè differunt d. l. frater à fratre auth. quoniam nouella. C. de inoff. test. Consequitur reuocabiles non esse talium assignationes iure nostro patrio, etsi iure ciuili ex plurium sententia reuocabiles esse putentur, quos congerit Ioh. Bapt. d. l. frater à fratre q. 25. & Barb. d. cons. 80. Atque ita fieri receptum vsu, quotidiana experimenta docent, cùm parentes filiarum portiones in quærendis bonis conditionibus
F prærogant, & imputant, & portiones earum filiis stipulantur, & fieri posse etiam expressi de ea re articuli 225. & 404. indicant, sed & persæpe masculis idem præstant, cùm filios maritant, vt meliorem conditionem inueniant, imo & articulis expressæ consuetudinis facere adiguntur art. 406. 407. & 409. & cùm eos quacumque de causa volunt prouehere, quin etiam vsurpatissimus mos rusticis, vt viui, valentésque inter liberos partiantur bona sua, dum controuersias, & lites metuunt inter hæredes ex intentione l. cùm oportet. §. non autem vbi Bald. C. de bon.

Permissum etiam nobilibus art. 560. N.C.

quæ lib. & iudicij sui fructum etiamnum viuentes volunt anteuertere, more rusticis, & simplicibus hominibus sæpius vsurpato, vrbanis hominibus non perinde, vt magis suspicacibus, & diffidentibus. Quas dispositiones reuocari sine fraude esse non posset, post matrimonia eâ lege, contracta, & conditiones ea ratione quæsitas. Quare sæpe est iudicatum etiam arestis his pareri oportere, quod ni fieret multa bene concordata matrimonia litibus, & iurgiis implicarétur, dissolutâ fide promissionum matrimonialium. Nec refert, an tales assignationes fiant per modum quotæ, an de certo corpore, & specie, de quo vulgo litigatur in l. quoties. C. famil. hercisc. quoniam quocunque tandem modo fiat inter liberos siue quotæ, siue speciei, ea ad quotam hæreditariam restringitur, ita vt nullus ex liberis hæres possit donationis, aut cuiuslibet assignationis lucratiuæ titulo, plus de bonis paternis capere quàm quanta futura est virilis in hæreditate, ne fraudes legitimis portionibus, & obliquæ institutiones hæredum fiant contra consuetudinis intentionem. Quare nec illorum sententias recipimus qui putant si legitima cuiquam ex liberis assignata sit, ratione & ad mensuram bonorum, quæ pater habeat, assignationis tempore, si postea bona aucta sint, supplementum peti non posse, quod Butrig. dixit dicta l. pactum. Bald. l. 2. C. de his quæ in fraud. credit. & l. vlt. C. de vsur. rei iud. & quos Crotus allegat. d. l. frater à fratre num. 40. Nam quo iure vti-
42 mur id perquam falsum est, quia superuenientia bonorum virilem auget, & minuit his imminutis, quoniam taxatio à mortis tempore determinationem, & modum suum capit, quod etiam iure ciuili Imo. Lud. Alex. sensere l. stipulatio hoc modo. D. de verb. oblig. Cast. & Alex. l. in ratione. D. ad l. falcid. Sed ne longius prouehamur, iam abundè his rationibus responsum est, quæ ex donationibus deducuntur contra dimissiones, his item quæ ex assignandarum legitimarum portionum in vita patrum causis inter filios allegantur, vt iam planum omnibus esse necesse sit, alio iure & fine dici, quæ in iure Romano traduntur pro receptissimis sententiis, longissimè vero alio, quæ ab vsu sunt prodita in forum de dimissionibus, & à mutatione causarum mutari etiam dispositiones, quæ res minus intellecta longe aliorsum censentes abducunt in falsissimas ratiocinationes, & miras inconsequentias, dũ iuris Romani sẽtẽtiæ à causis diuersis, aut obsolœtis, & abrogatis vsu miscentur inconsideratè iure gẽtili, & cuique regioni priuatim vsurpato.

Postremum est, vt ei obiecto respondeamus, quod
43 nec à Romano iure, nec à scripta consuetudine auctoritatem habere dimissio putatur. Cui respondeo, dimissionis contractum maioribus nostris fuisse perquàm frequentem, & vsitatum, nec vlla familia paulo magis fumosa, non tale aliquid habet inter maiorum tabulas. Quare consuetudinis vim habere, quod tandiu valuit, omnimodo debet, quod omnes vbique familiæ vsurpauêre, quod omnia tribunalia iudicauêre, de quo nemo olim dubitabat, paulo simpliciore mundo & minus rixoso. Nec ea demum consuetudo germana obtinere putanda est, quę scripto est compræsa, cum substantiâ sua, & diffinitione sit, & dicatur esse ius non scriptum, nec consuetudinis materia, quæ in populari consensu est, scriptum exigat, inoffensa vero obseruatio consensum importet, & arguat. Nec minus ille consensus vniuersalis virium in vniuersum obtinere debet, quàm ille in parte, & per regiones diuisus, cui tantum auctoritatis ipsa scripta consuetudo tribuit articulo libri huius vltimo. Sed pergunt & dimissionis vocem negant vsquam scriptâ consuetudine reperiri, ac fortasse ne veteri quidem. Audio, sed res ipsa, & contractus frequens crebræ veteres tabulæ, & antiquæ auctoritates. Sed enim quis contractus, qui commercia vsurpantur ideo eiicit foro, quia in totis pandectarum voluminibus nomina non habent significatiua sui. Nam & si certos quosdam contractus, nominibus item certis, vetus iurisprudentia designauit, formas, accidentia, & diffinitas descriptiones attribuit, quæ cuiusque substantialia, naturalia, aut accidentalia essent distinxit: tamen eadem illa sapientia cùm plures multo, & esse, & dici possent in commerciis, qui propria appellationes nullas haberent, innominatos dixit, tales vero infinitos esse, & sensit, & docuit, quam infinitæ scilicet conuentionum species essent. Et vero dimissionis, si non appellatio certè contractus, propriam iure quoque ciuili, & expresse descriptam auctoritatem habet l. cùm facultates. C. quanu. liber. lib. 10. vbi disertissima descriptio eius & l. si totas. C. de inoff. donat. Talium cum nulla esset specifica nomenclatura, quia nulli nominatorum generi adscribi possent, eis tamen naturam, & naturalia attribuere iurisperiti, eorum denominatis quibus quá maxime essent affines, & sunt illi quidem vagi, & excurrentes, & specie potius facti intelliguntur, quàm iuris appellatione, inde & nascentes actiones in factum, & pręscriptis verbis appellauêre, cum alio nomine specifico non possent: quia cõtractus paulummodo mutatis cuiusque substantialibus in alias, atque alias conuentiones transeunt, quæ materia est l. vbi ita donatur. D. de donat. vel cùm implicitas habent diuersi generis conuentiones, quæ terminos excedunt specifici cuiusque contractus. Qui tamen omnes, si modo materiam habeant non prohibitam à lege, & aptam consensui, possunt idoneum titulum præstare ad appropriandum, & transferendi dominia: quia omnes conuentiones, modo non prohibitas à lege, prætor tuetur, & ex eis dat actiones ex illa singulari sententia Iustiniani. l. 1. C. vt ab hæred. & contra hæred. l. & generaliter. D. de noxalib. Tametsi quis dimissionis contractum pro innominato habeat, cui vsus tale nomen tribuit rei significatiuum, nec inelegans? Appositè scripsit Corn. consil. 228. vol. 4. num. 11. eam conuentionem, quæ dimissioni perquàm similis est, per quam pater filio bona sua, aut portionem impertit, lege dicta vectigalium soluendorum, & eorum onerum, quæ rei inhærent, esse innominatam conuentionem, sed vtilem, & iure valere. Sed enim quis feudum, & feudi dationem eiicit commerciis, quia Caius, aut Papinianus, ac ne de iurisconsultis quidem veteribus quisquam meminit feudi? Quare & de emphiteuticis, multis dubitandi causam præbuit, esset ne is contractus adscribendus inter nominatos, cùm quibusdam ad gentiles releg andus videretur, vt incognitus partus, vixque tandem obtinuit nominatum videri, quod Bartolo primùm visum l. iurisgentium. §. quin imo. D. de pactis. Angel. & Bald. l. legitima. D. eod. tit. Bald. & Imola quæ in Ecclesiarum. D. de const. Sed an ideo minus virium habet, quia iuri Romano incognitus est contractus? aut vero quia innominatus? Quis Iustiniani emphiteosim expellit foro, quia priscis ignota fuit, qualem certè Iustinianus finxit, & in eorum numerum refertur, qui non à gentium iure, sed à ciuili reperti sunt, nec enim vetus illa Pandectarum, de qua tit. si ager. vect. vel emphi. petat. talis fuit, & græcam originem habuisse putanda est, cùm appellatio latina non sit, Francis recepta, sed ipsa, variante vsu regionum, Britanniæ ex toto incognita, tametsi quidam

dam contractus cum ea affinitatem habent. Quis liuellum damnat aut precariam, aut precarias, aut fictum Longobardorum inuenta, quia iure ciuili nusquam auctoritatem habent, & tamen in Italia frequentantur, & extant de his tituli in iure canonico? Quis contractus alios quos Neapolitanorum, Boioariorum, Alemanorum leges, Belgarum, Vandalicæ, & Ripuariæ memorant? Quis domanialia nostra congedia abrogat, quia ius Romanum ea in totum ignorauit, cùm maritimæ Britanniæ vsurpatissimi, citeriori pene inauditi contractus sint. Quid quod Zazius vir eruditiss. lib.2.resp.c.7. tot anonymos actus nominat, ipso etiam in iure Romano, & successorias ordinationes, quæ per Germaniam frequentantur, nec testamentum, nec codicillos, nec quidquam aliud, sed voluntatem solam appellandam dicit. Quis verò istos reiicit, quia Tribonianus in Codicem suum repetitæ prælectionis nullum istorum retulit, quia nullus iurisconsultus memorat, ac ne fando quidem Accursio auditi sunt. Quod si ne consuetudinis quidem scriptio horum vllum retulit, quid tum? neque enim eius institutum est, vt actionum formas, aut contractuum nomina, aut differentias describat, quod vetus alicubi tentarat, sed infœliciter. Melius ista à iuris Romani principiis, & vmbratili disciplina percipiuntur, vsus scriptę consuetudinis in materia, & commerciis versatur, sunt ista rudimenta ciuilis disciplinæ, consuetudinem consensus, & commercia formant, alio vsu, & fine. Quid quod etiam contractus ipsi, pro tempori-
45 bus, regionibus, hominibus, nunc frequẽtantur vsu, nunc intercidunt, quidam ex toto maioribus nostris frequentes, hoc tempore in totum exoleuere, & sicuti de ipsis vocabulis olim Poëta dixit: *Multa cadunt, renascunturque, cùm voluit vsus.* Patrum memoriâ, quo tempore signatæ pecuniæ minus fuit, nullus vsu Britanniæ frequentior contractus fuit, eo quem vocabant, *d'engage*, nullius in veteri consuet. crebrior mẽtio, ne hæc quidem reformata exolescere nomen passa est, cùm vsu abierit, adeò vt si etiam veteres patronos compelles, cuiusmodi olim is contractus fuerit, quæ descriptio eius, dicere vix vnus possit, cùm alij simplex pignus, alij hypothecam putent, cùm veteris iuris antichresis fuerit, cuius diuersa descriptio est ab simplicibus hypothecis, certè ne latini quidem iurisconsulti in sua suppellectile reperire potuerunt, quo nomine eum contractum appellarent, peregrinam appellationem mutuari coacti è Græcis scilicet. Hunc contractum quis hodie reiicit, quia nemo vtitur? non quia improbus sit, aut damnatus lege, sed quia vti è rationibus suis nemo putat, cum hac mercatrici & nundinatoria ætate, qua humillimus & clarissimus quisque iuxta fœneraticiam facit, nemo tam parum attentus paterfam. reperitur, qui quod in antichresi fit, sortis repositionem ab annis vertentibus expectare velit, diuisis, & particularibus pensionibus, cùm multo breuior pateat ratio locandi æris sui, idque cum fœnore annuo, conniuentibus, imo auctoribus legibus quibus quidem viuitur. Ex ipsis vero patrum commerciis, me puero, frequens fuit obligotionum nexus, qui (*de detriment & auenante*) appellabatur, quem ante descripsimus principio præcedentis articuli, nunc vero tam exoleuit, vt ne de vocem quidem sensu inter patronos cõueniat, cum esset ante reformaram consuetudinem notissima obligationum formula, & cõtractus vsurpatio, ex quo creditori prædium in solutum cedebat pro eo pretio, quod duodecimo anno sortem rependeret. Hunc contractum nulla lex damnauit, vsus

A aboleuit, & antiquauit. Quis igitur cõtractuum vim, aut validitatem æstimet ab eo, quia nusquam scripta consuetudine legantur? At ne emphiteosis quidem vsquam aut precarij mentio. Nemo igitur post-hac molestus sit nomini dimissionis, si modo vsus boni contractus, & vtilis conuentionis intelligitur, de cuius origine, autoritate, & vsu mea est hæc sententia, quam ideo pluribus explicare, & tueri necesse habui, quia quibus rationibus, aut probabiliter oppugnaretur ex iure, aut pro dignitate defenderetur, neminem hactenus satis instructum videre nobis contigit, cùm omnes dubitarent, assereret nemo, mul-
B tósque metu à bono contractu abstinuisse scimus, cùm ad manum rationes non haberent, quibus veterum ea de re morem tuerentur. Proinde cùm omnes aduersariorum omnium rationes, consensus, & latitudo voluntatis in materia non prohibita vincat, impediri nullo modo debet de omni ea materia, quæ in commercium cadere potest, si vtiliter fit, & honesta ratione consulitur patrimoniis, generi, & posteris ordine, & lege inseritur, quod eadem lege, & iure captum est, propagandæ cuiusque familiæ & gentis fortunæ. Et valeant indoctæ ineruditorum de rebus *Art. 137. N.C.*
C opinationes. Si iure legitimo & moribus agimus ista obtineant necesse est.

DE DONATIONIBVS SIMPLICITER NVLLIS PROHIBITVSVE, PVBLICA, aut priuata de causa, aut personæ respectu immensis, inofficiosis, reuocabilibus, an titulum tribuant.

Cap. 5.

DOnationes non vno vicio afficiuntur, aut laborant. Sunt enim quædam simpliciter inutiles, & 1

nullæ, quia prohibitæ: atque hæ, ratione rei, aut respectu, & fauore personæ, aut odio, de quibus Soz. cons. 74. lib. 3. num. 6. Publica autem aut priuata de causa quædam inofficiosæ quæ re, aut consilio, quædam immensæ. Quæ omnes titulos infringunt tamẽ, sed non eadem potestate, aut effectu simili. Inutiles sunt simpliciter quibus lex non adsistit, quæ præter legem fiunt, non tamen contra legem. Prohibitæ sunt, quæ à lege vel consuetudine prohibentur, negatione, & priuatione potentiæ, quod interdum accidit ratione rei, cùm scilicet ea in commercio non est, aut turpitudinem causæ continet, aut personæ, & facti odium, & detestationem. Immensæ sunt, quæ donandi modum à lege taxatum excedunt, extraneo factæ, inofficiosæ re, quæ legitimam filiorum diminuunt, consilio, quæ mala mente, & odio præsumpti hæredis fiunt, vt ad eum non deueniat, quod ex iure debebat, & (vt consuetudo nostra loquitur) in fraudem factæ eius qui succedere debet iure præ-
2 sumpto, & sanguinis gradu. Quæ singulæ, an, & quãdo titulos præstent, mirifica est inter iurisconsultos disputatio, & quia regulis vniuersalibus constringi nequit, quod de diiudicandarum nullitatum causis ab scholasticis auctoribus tentatum est, expendendæ nobis sunt ipsæ species donationum, quæ vsquam in iure, aut consuetudine habentur, deinde quæ quibus similes sint, & eodem iure sint habendæ, ne in aliis tradita errore iudicandi ad alias protinus traducantur. Ac primùm docendi sumus aliud esse, cùm inquirimus, valeant ne tales donationes inter contrahentes inter se, an etiam præsuppositâ nullitate, & inualiditate earum inter eos, relinquatur tamen aliquis effectus ad præscribendum aduersus extraneos, cùm contingit res alienas hoc modo donari: vtilis est distinctio, quæ auctore primùm Bar. facta est in l. cùm lex. D. de fideiuss. & l. si quis pro eo eod. tit. & l. Seius & Ang. D. ad l. falcid. & l. non dubium. C. de legib. de causis scilicet prohibitionum, quæ à lege fiunt, & contractus annullant, cùm publicæ, aut priuatæ vtilitatis sunt, si ille nihil amplius esset conatus architectari, & fontes in mille riuos diducere, vnde accidit, vt ipse sibi repugnaret, & illi ab omnibus repugna-
3 retur, tametsi non fœliciori exitu. Recepta sententia est, quæ donationes publicas prohibitionis causas habeant, & de communi omnium vtilitate deductas principaliter, omni respectu infringi, ita vt tituli ex toto concidant, nec vllum effectum habeant ad præscribendum, siue inter contrahentes ipsos inter se, siue quoad extraneos. Tales vtilitates publicarum, aut priuatarum causarum, quæ primario, aut secundario tales sint Bart. distinxit l. 1. D. soluto matrimonio & eum sequuta schola, cuiusmodi sunt donationes earum rerum, quarum interdictum est commercium, vt sacrarum, religiosarum, liberi hominis, sepulchri, dominici patrimonij, de quibus inferius sigillatim agemus, ob turpitudinem dati, vt quæ præsidi, contra l. Iuliam repetundarum data sunt, vel medico ab ægroto, vel procuratori causarum de litis euentu, aut cuiquam ob cædem, aut facinus turpe faciendum, qua de re tractatio est perpetua in iure sub tit. de cond. ob turp. caus. & regulæ l. pacta quæ contra. C. de pact. l. generaliter l. si plagij. D. de verb. obligat. l. quod euitandi. C. de cond. ob turp. caus. denique omnia quæ contra ius naturale, aut gentium, aut bonos mores donantur, aut aliter in stipulationem deducuntur. Ea, quia perpetuam, & indeficientem prohibitionum causam habent, titulos ex toto irritant, de quibus sumus ante loquuti, sub loco generali de titulis nullis, quæ hìc repetenda sunt, vbi de donationibus nullis differuimus, de specie scilicet eius generis. Mirum vero non huic quoque speciei adscriptas esse eas donationes, quæ amasiæ ab amatore ob libidinem fiunt, & contra esse iure ciuili traditum l. affectionis & l. donationes in concubinam. D. de donat. præterquam in clerico & milite l. 2. C. de donat. inter virum & vxorem. Rom. cons. 43. incip. punctum scilicet illorum hominum & temporum iura fuerunt. Sed Christianæ genti denunciata verbo Dei prohibitione, & scortatione à Paulo inter nefanda posita & vetito concubinatu haud dubiè is casus inter vetitos quoque reponendus est. Ergo talia cùm perpetuas prohibitionis causas habeant, & publicæ de causis popularis prohibitio est, & causa in omnes species, & indiuidua omnia æque agit. Sunt igitur donationes omnes contra prohibitiones ex talibus causis factas omnino, & omnium respectu nullæ, nec ex his præscribi, aut appropriari potest: quia lex consensum annullat, & ad nihilum redigit actum, negatione, & priuatione potentiæ, ita vt infectum videatur effectu iuris, quod de facto processit, nisi quod ad pœnam eius qui contra legem fecit, quia quoad id factum, pœnam importat. Hæc ferè in confensu est sententia apud scholasticos auctores, quibus locis supra citauimus, & Canonist. c. cùm contingat. ext. de iureiur. latissimo campo.

Sed de his donationibus, quæ priuatas causas habent prohibitionum, vel quæ respectu personæ fiunt, vel odio, sinuosæ sunt traditiones scholæ, nec vllo in argumento iuris acrior pugna, hoc genere inofficiosæ, & immensæ sunt, & quæ in fraudem legis, ac ferè quæ in vsu habentur, & quæ consuetudine nostrâ sub titulo de donationibus habentur omnia. Non plura brachia Briareus in fabulis habuit, ea distinctione quã Bartolus facit d. l. cùm lex, triginta vero aut quadraginta colũnas ea de re instruxit Imol. d. c. cùm contingat, postremo anhælans rem ait perdifficilem & quæ decisionem pontificalem requirat. Denique nullo loco de hoc argumento consentitur, dum vsurpato more de casibus particularibus regulas conantur compingere, & pulices pastum emissos in saccum recondere, valde operoso incepto, propterea quod cum eiusmodi prohibitionum causæ, fere in totum à iure positiuo deducantur, quod vt plurimum locales gentis cuiusque rationes habet, perspicuas vero à natura, aut iure gentium ferè nullas, euenit, vt casus & species diuersas difficile sit in locos aut axiomata redigere, aut in genera distribuere, cùm vnusquisque casus genus suum faciat, nec aliter subordinetur varietate iuris, quod cuique genti, & ipsi Romano populo varie etiam scriptum est, tum etiam mutata multum ex religione nostra per Canones ciuili dispositione, vale fit, vt cùm regulas compegisse se putent, in oppositos casus veluti casses alios incidant: vnde alias item regulas comminisci coguntur, & in infinitum discerpi. Non misera igitur iurisprudentia non est, quæ regulas, & vniuersalia apotelesmata ferè nulla habet, & ab circumstantiis facti tantum ducit, vt merito bonus Crauetta dicat in opinione potius hanc disciplinam versari, quàm certo iure. Igitur cùm priuatæ prohibitionum causæ sunt, an contractus nullus sit, Bar. distinctionibus inuoluitur, de defectu formæ, aut materiæ, in quo primum ab Angelo reprehenditur. Castrensis conatur explicare, Imol. de soluto, aliud laudat, aliud reprehendit. Idem in c. cùm contingat, species persequitur, & strenuè differit de iurisiurandi potestate super contractibus prohibitis, quod alij faciunt, auth. sacramenta puberum. C. si aduers.

uers.vend. Rursum Bart. de notis cognoscendæ prohibitionis in lege ad effectũ annullandi, an in persona contrahentiũ ad alteram eorũ, an in rẽ, an in actũ ipsum concipiantur: an per verbum potest, an per verbum poterit, tam infinita, & pugnantia compingit, vt cùm nec ipse quidem secum cõsentiat ab omnibus certatim oppugnetur, prõptis specieb. quę singula eius distinctionis capita labefactent, quod vt reprehendere sit facile, tamen meliora tradere non facile, & vero impossibile est in regulas cogere, nisi ad genera generalissima recurritur. Nam quæ ipse de verborum vi tradit, nullus vnquam de autoribus, iuris cogitauit, & tot casibus particularibus reuincitur falsa dicere, vt frustra in eo tempus teratur, vt discãtur. Ergo vt quantum ad vsum satis est, rem in theses colligamus, eas quę in forum solent incidere, expendemus. Omnes nullitates donationum quæ à prohibitione legis incurrunt, non ab conceptione verborum (siquidem nullitatem disertè non exprimunt) sed à causis prohibitionum publicis, aut priuatis metiendæ nobis videntur, & suo fine, à personis, & causis considerato. De diiudicatione nullitatum hîc non tractamus, sed certas, & iudicatas, & confessas nullitates præsupponimus, & inquirimus, an positis talibus quantumlibet titulis præscribi possit. De publicis causis antè in vniuersum egimus.

De priuatis sic iudicandum putamus, vt cùm nullæ donationes esse dicuntur prohibente lege, aut
5 moribus factæ, hactenus & intantum nullitates porrigamus, quatenus finis prohibitionis porrigitur, adstrictâ scilicet prohibitionis potestate, ad suam causam taxatiuam, & personas respectas, nec porro protẽdamus id quod causam alligatam habet ad certum finem, & determinatas personas. Igitur donationes omnes inter virum & vxorem, certum est non valere, & nullas esse, lege, & patriâ cõsensum inter ipsos annullante, totis tit. de donat. sup. & de donat. int. vir. & vx. art. 223. qui in vltimis voluntatibus loquitur, & 218. qui inter viuos. qui casus multum infirmã Bartoli & Doctorum distinctionem reddit, cùm illi de casibus prohibitiuis tantum in sua distinctione locuti sunt. Sed ille articulus permissiuè concipitur. *l'homme & femme depuis le mariage peuuent s'entre faire donaison*, nisi si id voluerunt in dispositione permissiua casus expressi, in statuto negatiuam includi, non expressi aut omissi, quod longa disputatione indigeret, & tantis viris fuit laborandum in tam operosa tractatione, vt is quoque casus decideretur. Quare manca est eorum distinctio. Sed vt id ostendamus, quod diximus, præsupposita nullitate talis donationis, ad effectum præscribendi de iure, aut appropriandi de consuetudine, videndum de causis prohibitionis, publicęne sint, an priuatæ. Nam si puplicæ sunt, veluti contra bonos mores, necesse erit perpetuam credere prohibitionis causam, quod ante resoluimus. Ideóque futurum erit, vt nullo casu valitura sit talis donatio, ac ne morte quidem confirmari possit, vitio influente ab perpetua, & in omnia indiuidua, & in omnes casus agente causa l. & generaliter & l. si plagij. D. de verb. obligat. l. pacta quæ contra. C. de pactis & quæ sup. diximus. Sed ne iuramento quidem confirmari poterit. An enim iuramentum vinculum esse peccati? contra reg. non est obligatorium de reg. iur. Atqui contra receptum est, id est, & in multis casibus donationes inter virum, & vxorem factas valere, imo generaliter valent in omnibus casibus in quibus donans non fit pauperior, qui finis est prohibitionis l. si vir vxori. D. pro donat. c. vlt. ext. de donationibus inter vir. & vxor. & l. 3. D.

A eodem. & ideo omni iuri acquirendo renuciare possunt, vt ad alterum deueniat, de qua tractatio est eruditi viri Ioan. Lupi in rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 47. incip. limita. primo. Quin & casus particulares complures traduntur, & colliguntur, quibus valet donatio. Generaliter vero omnes, quæ vsquàm fiunt, morte donatoris confirmantur re traditâ l. Papinianus. D. de donat. int. vir. & vxor. Id non fieret, si publica, & perpetua esset prohibitionis causa, veluti contra bonos mores facta. Hæc ipsa dubitatio magnam causam præbuit scholasticis auctoribus pugnandi, cùm quidam simpliciter, & absolutè contra
B bonos mores esse putarent, quidam contra, vnus vero & idem Bart. vnum atque aliud sentiret, & traderet, & contra bonos mores esse dixit Bart. & Bald. eum sequutus l. 1. D. de donat. int. vir. & vxor. & in l. pactum quod contra. C. de pact. Ang. & Cast. l. si quis pro eo, D. de fideiuss. Card. & Bald. d. c. cùm cõtingat, & haud scio, an etiam plures, ita vt iuramento negent confirmari posse. Rationem adferunt, quia id fecisse quod lex prohibet, peccasse est, & potestati non obedisse, quod Paulus iubeat, & è sacris præceptis teneamur, addo & è iure gentium, etiam l.
C veluti. D. de iust. & iure. igitur obligationem naturalem impediri per ea quæ notantur l. is cui bonis. D. de verb. obligat.

Tum etiã contra bonos mores fieri l. 1. 2. & 3. D. de donat. int. vir. & vxor. non valere igitur quod ita fiat.

Rationem addunt è iurisconsulti sententia, quia coniuges mutuo se amore spolient, & deteriorem locupletari, meliorem depauperari.

Tum illud, matrimonia ne venalia sint, & obsequiis, & affectu demerendam mutuo à coniugibus gratiam, non pretio, alioqui futurum, vt diuortia confe- 6
D quantur, si non donet is qui possit.

Ac nisi ab magnis iurisconsultis istæ tales rationes adderentur, abundè erat, quod respondere auderemus, sed obest auctoritas, & recepti pridem maiestas iuris. Sed illa primum ratio quam posterior iurisprudentia attulit è iure gentium de inobedientia aduersus superiorem & peccato, vt antiquorum non fuit, hac quidem in specie, tam pueriliter dicitur, vt mirandum sit iurisconsultis hominibus, tam parum rationis fuisse, cùm istam conquirerent eneruem, imbecillam, & tam lõge ductam, vt in via deficere eam palam sit, antequam deueniat in congressum. Dissc-
E ruimus in protheoria hoc ipso in præscriptionũ argumento, generalia illa principia iuris gentium, & naturalis parum virium habere in speciebus diiudicandis, cùm ad eas applicantur, & (vt nostri loqui solent) parum stringere, propterea quòd nil frequentius est in iure ciuili, & patrio, quam ea restringi, infringi, tolli, distingui à iure positiuo per species & indiuidua cùm occurrit. Ostendimus nullam certiorem eius regulam & assumptum esse, quam illam ne quis de aliena iactura locupletetur, sed quoties infringi à iure positiuo in speciebus propositis, tuendæ humanæ societatis causa? & cùm bonum publicum
F in considerationem deducitur? addidimus exempla: nec dubium, quin multa alia addi possint, & quotidie occurrant, & ipsa præscriptionum materia dicti exẽplo est. Præpositis obediri regula est eius iuris, atque adeo diuini. Sed quot exemplorum millia de promi possunt è iure positiuo, quibus actus contra facti non protinus irritantur, aut nulli sunt? cùm fines prohibitionum præsertim expenduntur? Itaque & cum prohibitiones fauorem personarum prohibitarum respiciunt, remittentibus his quorum ea res est, prohibitionis necessitatem contra sine noxa fieri palam

agnoscunt, nec peccatum admitti, etiam si iuratum sit, neque enim infinita est ea prohibitionis vis, quã semper expendi conuenit à causis, aut personis, sed ad personam sepe adstrictis & vltra eam non progredientibus: quod hoc ipso in subiecto admittunt, & agnoscunt, qui melius sentiunt Cast.d.l.si quis pro eo Imol.d.c.cùm contingat in tertio membro Ias.d.l.pacta quæ contra. Hæc distinctio priuatarum causarum, ex quibus prohibitiones inducuntur ab publicis, quæ in vniuersum agunt & per omnia pollent, nec partium, aut singulorum renunciationibus, aut dispositionibus subiiciuntur. Quod si illa sententia de nullitate actuum qui contra legem fiunt, recipiẽda in vniuersum fuit sine distinctione causarum, frustra tot. à Bart. capita construuntur, tot.aliorum de diiudicatione nullitatum, quia contra leges facta, si verum est, quod aiunt, in vniuersum vna fidelia, & illa omnia capita distinctionis dealbãda fuerunt, omnes casus exæquãdi, si vnus, & idẽ sanguis, id est, dicti ratio per omnes æquè diffunditur. Eodem modò nil tam naturali iuri conuenit, quàm libertas, & tamen seruitutes oppositæ in vsu habentur, & hominum, & prædiorum, nec contra ius commune propterea haberi dicuntur, sed contra singularem cuiusque libertatem, cùm & ipsæ iure gentium originem habeant, quod glos. dixit. c. 1. de præscript. in 6. & alij l.2. C.de seruit. & aqua. Distinguit igitur ius positiuum per quàm sæpe naturalia, & gentium iura quantumlibet primaria, & de principiis eorum iurium sumpta, nec minus ipsa distinguntur à iure positiuo, quàm ipsum ius positiuum à circunstãtiis facti. Addimus è Theologorum vmbraculis simplicem contrauentionem iuri positiuo non esse de se peccatum, nisi inquãtum iuri diuino conueniat, si non per elationem animi, & per contemptum superioris fiat, aut dato scandalo, quod Imol. differit.d.c. cùm contingat, tertio membro nu.36.in fin.

Enimuero, & illa quoque ratio, quæ de bonis moribus opponitur, posterioris iurisprudentiæ est, & scholasticę demonstrationis, cuius occasionem scholastici auctores sumpsère ab eo quod Iurisconsultus dixit.d.l.1.moribus (inquit) receptum est apud nos, & l.3. maiores, inquit, nostri donationes inter virum & vxorem prohibuerunt. Hoc cùm Iurisconsultus dixit, de iure Romanæ ciuitati recepto dixisse intelligendus. Sed nos cum bonis moribus quidquam repugnare dicimus, non de his moribus intelligi volumus qui sint priuato cuiusquam ciuitatis more, aut vsu recepti, & vsurpati, qui vim suam vltra territorium vtentium non protendunt, sed de his qui naturæ vi, & communibus gentibus omnibus sensis vbicumque locorum obtineant, quàm infinita, & communicabilis est natura, nec sine causa posterior iurisprudentia distinguẽdum putauit inter bonos mores ciuiles, & eos qui boni mores dicuntur, & deducuntur à natura. Ideòque cùm Iurisconsultus dixit moribus apud nos receptũ est, de Romano iure sensit, quod nunc intra alpes, multòque citerius clauditur, nec Galliam regnáve alia magis tenet, quã Eugubij pagi, quod alicubi Hieronymus dixit, aut alterius cuiusquam mores, qui principia habent ab voluntate statuentium: id est, iuris positiui, & vtilitate priuata. Sed ab principiis vniuersalibus nequaquàm, quæ ipsa æquè omnes homines obligant, & adstringunt, quod & Bald.rectè distinxit.l.pactum dotale. q.19.C. de collat. & Cepol. pluribus probat. l. irritam. num. 28.C.pro donat. Sed ne illic quidem, & locali iure infinite, & perpetua ratione malo more fieri dici potest, quod inter virum & vxorem donatur, nec per se

A donationes tales sunt, sed contingenter, & ab accidenti, quod. Bald.dixit.d.l.1. D. de donat.inter virum & vxorem, cùm scilicet causæ donationis prohibitiuæ in specie cõcurrunt, hoc est, cùm alter pauperior fit, & spoliatur liberalitate & nimio affectu. Idcirco & Fed. de Senis d. cons. 140.tales donationes occasionaliter dixit contra bonos mores esse, cùm ipsæ per se in vniuersum tales non sint, nisi circumstantiæ concurrant, quare & illas legibus illis expressas causas, non finales, sed suasiuas & inductiuas. Ioh.Imol. dixit, d.cap.cùm contingat, num.89.

Quamobrem ineptissimè, & inconsequenter colli- B gitur à iure cuiusquam ciuitatis proprio, & singulari inferri prohibitiones posse, quæ in vniuersum agant, non magis, quàm vt à conciliis prouincialibus vis afferatur oecumenicis, & si nuper doctus quidam, sed iudicio tamen deprauato, legem figebat oecumenicis de Parisiensis Curiæ Arrestis, nec decerni ab illo vniuersali cœtu putabat posse, quod illa Curia intra angusti territorij fines aliter constituisset, idque de religionis causa. Non est igitur, cùm de natiuitate obligationis naturalis quęritur, arcessenda causa impedimenti ab principiis ciuilibus, id est, eius iuris C quod ciuitas sibi quæquæ constituit, cùm eam nec creare nec impedire ius locale, aut positiuum possit, & si interdum non natam fingit ad effectus, quos id intendit.

Id ipsum magis planum fiet expensis rationibus ciuilis prohibitionis in talibus donationibus inter virum & vxorem, valere enim negant, quia sic futurum sit, vt alter pauperior fiat nimio affectu, ditior, id est, qui accipit, græcâ loquutione, locupletetur. Hæc ratio, sicuti initio dixi, impulsiua est, & vniuersali constitutioni non conuenit, cùm ab singularibus causis sumpta, & contingens sit. Nec enim D omnibus donationibus inter virum & vxorem ista accidunt, vt alter locupletur, alter ditior fiat, quod ex eo apparet, quod sæpè res aliena donatur, quo casu valere ne Iurisconsulti quidem negant. l.si vir vxori. D.pro donat. Nam illa ratio de pauperationis, quando nec semper, nec in omnibus donationibus accidit, non sufficit vniuersali iuri constituendo, si verò nihil alteri donari potest, quod non donatori decedat, tamen accidit, vt quiddam sæpè etiam pretiosius reponatur, veluti cùm nobilitas, generis amplitudo, cognatio, & gradus ad dignitates promouendos paruo rediuuntur affinitatibus. Quod cùm sit nequa- E quàm istud æstimari debet pauperiorem donatorem esse factum, quod vulgò Bart. notat. l. si voluntate. Cod. de dot. promiss. Bald. l. 2. D.si cert.pet. Ias.l.ex hoc iure. D. de iust. & iur. & l.si non sortem. §.libert. D.de cond. indeb. Panor. c. vlt.ext.de donat.int.vir. & vxor. & differit Lupus in rep.d.rub.§.72.n.7.nec id quod per consequens accidit, id est, non enormis patrimonij diminutio in consideratione esse debet, sed principalis actus finis inspiciendus est, id est charitas, & concordia matrimonialis, quæ sicuti cætera hominum obsequia, beneficentiâ acuitur, & prouocatur, quando ista ne Dij quidem aspernari creduntur. F Nec inter legales contractus, & commercia est societas repræhenditur, in quam alter totam pecuniam, alter operam, & industriam confert: quæ plerumque inter coniuges tantâ charatione rependitur, vt quam depauperationem patrimonij putes, incrementum non mediocre fit communium fortunarum. Quinetiam, quo iure vtimur, illa depauperationis ratio, penè ex toto inutilis introspiciẽtibus. Nam cùm tota prohibitionis ratio respectum habeat ad coniugum vitam, patet quod alteri alter donauerit

it

in communi nihilominus vſu,& fructu manere,cum lege patriâ promiſcua ſit coniugum ſubſtantia,quo-ad vſum,& rerum dotalium fructus ſint mariti, maritus cõtra de ſuo vxorem alere teneatur, quod Art. conſ.408.cauetur,& dilapidatione dotis cogatur reſtituere. d.c.per veſtras.l.ſi conſtante.D.ſolut. mat.l. vbi adhuc.Cod.de iure dot. Nõ igitur donatori ſimpliciter perit, quod ita donatur, ſed ita manum mutat,vt fructus nihilominus communioni deputentur inque communem vſum cedant, atqui tota iuris ciuilis cõſideratio in prohibitione donationum, ipſorum dumtaxat perſonas reſpicit, cùm donatio illa in vita inutilis, à morte reualeſcit, & donatarij morte euaneſcit. Conſtat igitur id à lege tantum prouiſum, ne ipſi coniuges egerẽt,quod his rationibus, de quibus ante ſumus loquuti,abunde eſt cautum, ne accidat, vt iam illam rationem, in qua tota vis prohibitionis fundata eſt, ex toto concidere, & langueſcere appareat. Ex quibus planum fit, ne citra calumniam quidem dici poſſe donatorem ſpoliari, quod à conſentiente fiat,& volente,ſítque ea beneficentiæ collatio,concordię coniugalis,& obſequiorum fructus, & compenſatio, ſi non malis artibus elicita proponitur,Quæ tamen non eò dicta accipi volo,vt infinitam, & ſine modo donandi libertatem inter coniuges probẽ, quod affectus vehemẽtia, metus, inſidiæ, blanditiæ,&ſępe mala magis aſtuti mens poteſt prolicere ab incauto,& verò ſolet,ſed ego prohibitionis rationem oppugno, quæ tanti non eſt, vt in vniuerſum valere debeat, & ius noſtrum patrium defendo, quod ea de re ſapientius multo cauit, quàm omnes omnium Imperatorum ſanctiones, & Iuriſconſultorum reſponſa, de conqueſtibus ſcilicet qui collatâ operâ conſtante coniugio ſunt facti, & ad vitam dũtaxat, & ſub euentu ſuperſtitis caſus, cauítque ea de re Conſuetudo ſapientius, quãdo hæredum quoque in prohibendis donationibus rationem habuit, vltimarum voluntatum intemperiem inhibuit.

Poſtremo quod venalia futura matrimonia putãt admiſſis donationibus, ratio eſt de earũ genere, quæ in turba pugnant, cùm per ſe non audeant cõſiſtere. Nam ſi venale matrimonium liber appellare, quia alteri ab altero donetur, hæc ratio non conſiſtit iuncto ante matrimonio, de diuortio ne fiat, negatâ liberalitate dici olim poterat, nunc ſublatâ omni voluntarij diuortij cauſa nequit; & iam olim Federicus de Senis ei obiecto reſponderat. d. conſ.140. quod ſi donationis nomen,emptionis,& venalitatis nomine placet infamare,vt id venale dicatur,quod quiſquam donatione promereri vult, tollendus de libris donationis contractus, & eximendus de commerciis, neque enim quiſquam ita donat, vt nihil promercatur, antidorum ab natura,obſequiũ,gratiã. Neque tamẽ propterea obſequia, aut gratiam venalia quiſquã dicit,cũ id quod principaliter agitur ſpectandum, ſit id eſt gratia,obſequiũ charitas, affectus, quod inde cõſequitur naturam actus non mutat.Non emit vxorẽ, qui vxoris gratiam beneficentiâ,& pignore obſignato promereri voluit, tale commercium actus nõ recipit, nec æſtimationem coniugalis amor. Sacratus cùm ſacra celebrat gratuitam operam ſancto officio impẽdit,nec vendere dicitur,cùm carnalia metit ſpiritualia ſeminãdo,quod vulgo notant.c.ad Apoſtolicam ex.de Symo.Nõ eſt iſta religioſæ operæ emptio, ſed conſequentia extrinſeca, quod ſi aliter accipitur, nulla gratia futura eſt, nec Medicorũ operæ, & Philoſophorum ſtudia emi dicuntur, cùm ſalaria impẽduntur.l.1.D.de var. & extr.cognit. Nõ eſt igitur nobis illa recepta ſententia,ſed vſu potius gẽtium damnata, qui eas maximè donationes probare, & tueri ſolent, quæ ob matrimonia concilianda ſunt factæ, nec propterea venalia matrimonia ſunt, & ſi cauillo quidam dote libertatem vendidiſſe dicuntur ab Poëtis.Sed iſta aliò ſpectant.Non enim obſequij neceſſitas ab actus ciuilis neceſſitate,aut actione ex donato gignitur,ſed ab natura, cuius lex eſt benefacienti rependere mutuo. Nec illam rationem in prohibendis donationibus mores patrij ſpectauêre, ſed intemperantiam intempeſtiui amoris coërcere voluerunt, generis, & gentis conſideratione, & ſuperaturi donatoris ſi ſuperſtiti eſſe contingeret,& egenti trãſlatis ad hæredes mariti fortunis.Ex quibus perſpicuum eſt,non modo non publicas eſſe prohibitionum cauſas in donationibus inter virum & vxorem,vt contra bonos mores iudicari debeant, cùm ſunt contra legem factæ. Sed nec illas quidem quæ priuatæ ab Iuriſconſultis adferuntur, perpetuas, aut neceſſarias habere intentiones,aut fines,cùm plerumque variari nec ſubeſſe contingat, & ab circunſtantiis immutentur.Melior eorum ſententia, qui non putant bonis moribus repugnare eas,ideóque etiam iuramento confirmari,quod non fieret ſi bonis moribus prohiberetur.Quod ipſum de iuramenti confirmatione, etſi forum,& tribunalia noſtra non recepêre, tamen ratio ex eo petitur,quod publici moris rigor nẽgatur infringi, quod Bart.ex aduerſo docuit.d.l. ſi quis pro eo,& idem.l.Seius & Augerius.D.ad l.falcid. & l.vlt. C.de pact. Antoni. Butr. & Imol.d.c. cùm contingat. & quos Alex. allegat.conſ.137. vol.2. & conſ.8.vol.2. & Rom.conſ.43.Iaſ.d.l. pacta quæ contra. Cepol. d. l.irritam.num.28.Quod cùm ita ſit,euenit quod probandum ſumpſimus,donationes inter virum & vxorem conſtante matrimonio prohibitas eſſe reſpectu 7
certæ perſonæ, id eſt, coniugum & gentis eoque ad extraneos non porrigi, ſed in perſonis prohibitis ſubſiſtere,& intra prohibitionum cauſas. Itaque ſicuti ceſſante depauperationis cauſa, in qua Iuriſcõſulti totum fundamentum prohibitionis, & nullitatis in donationibus conſtante matrimonio conſtituunt,valere donationes putant.l.ſed etſi cõſtãte.D. de donat.int.vir.& vxor.l.1.§.ſi inter virum, & l.ſi vir vxori. D. pro donat. Alex.l. quod vxor. D. de acq. poſſ. ita extra eas perſonas quarum reſpectu prohibitio apponitur, & donatio proderit ad titulum, ſi res aliena donata ſit, & approprimentum ex tali cõtractu contra extraneum dominum conficietur. Quod ſi quo caſu accideret rei alienæ donatione, rẽ donantis, & patrimonium diminui, ne tum quidem donatio valeret, vt in donatorem recurrens, veluti fit, cùm re aliena donata, donator ad pretium conuenitur, vt rei alienæ alienator. l.ſi ſeruos.C.ſi vend. pig.agat.& iure noſtro patrio, Art.183.Nam hoc caſu 8
contingeret per indirectum donatorem de ſuo donare, & patrimonium diminuere, id quamlibet alienum donando, quod pretio redimere tandem cogeretur,quod gloſ.Caſt.dixit.d.l.ſi vir vxori. Angel.Saly.Cyn. Alber.Bald.d.l.irritam,& ibi Cepol.num.43. Quare prouerbio dici ſolet, qui prędium dotale, aut alienum alienet,ſuum ipſius,alienare videri,niſi ipſe quoque alienator actioni ad pretium competenti lapſu temporis præſcripſerit.

Quod igitur contra leges, aut Conſuetudines cõſtante matrimonio donatum ſit,ab ipſis inter ſe coniugibus, præſcribi nequit, nec ab hæredibus ex tali titulo, quia titulus nullus eſt. d. l. quod vxor, & pro poſſeſſore poſſidetur iure ciuili, hæredibus vero donatarij, iure quidem ciuili præſcriptione non opus erit,quia donatio morte donatoris reperitur confir-

mata præmortuo quidem donatore: nam mors donatarij actum ad irritum deduceret, & hoc si res fuerat donatoris propria, nam si extranei ea prohibitio, cùm extraneorum causam, aut fauorem non respi-
8 ciat, adstricta est ad personas prohibitas, & res per se alienabilis in commercio manet, quod Bald. dixit. d. l. fin. §. filiis autem. C. de bonis quæ liberis. Ray. d. l. si quis pro eo. Fulgos. auth. sacramenta puberum, vbi & Bart. num. 19. Imol. d. c. cùm contingat. num. 56. vers. habet autem respectum personæ: ita fit, vt quæ prohibitiones habent causas affixas personis, titulos in totum non afficiant, sed relatiuè, & respectiuè. Idcirco & cùm fundum dotalem alienari lex Iulia vetat, respectum habet ad mulieris personam, ne indotata remaneat, & eius consideratione fit prohibitio, & titulus cōtra datus annullatur; est vero illa causa priuati interesse, & si secundario publica sit, quod Bart. & Alex. Ias. & cæteri tractant. d. l. 1. D. solut. mat. Imol. vbi sup. nu. 19. Ias. d. l. pacta quæ contra & Bald. l. cùm multæ. C. de donat. int. vir. & vxo. Eundum tamen fundum si maritus alienauerit, alienatio valet, quia prohibitio personam prohibitam non excedit, nec ad maritum porrigitur, & titulus tali contractu tribuetur vtilis ad præscribendum, hoc glos. Castr.
9 Angel. Imol. tradiderunt. d. l. cùm lex. glos. Bart. & Angel. l. cùm vir. D. de vsucap. Ioh. And. Anth. But. Imol. dict. cap. cùm contingat. Imol. nu. 19. 27. & 81. sic veluti extraneus rem inter cōiuges donari prohibitā præscribit, eodem modo aduersus eum præscribitur, si forte rem extranei propriam alter cōiugum alteri donauerit, quia donandi prohibitio, ex qua annullatio tituli sequitur, extraneum non respicit, nec id dico ea ratione quæ traditur. d. l. si extraneus. D. de donat. inter vir. & vxor. & l. si vir vxori. D. pro donato: quia scilicet donator hoc modo pauperior non fit, sed ex eo, quia prohibitio ex priuata causa certas personas respiciens, ad extraneos non porrigitur, quoad quos titulus tribuitur validus, ad præscribendum, quod probandum sumpsimus, & ab Doctoribus non est in specie traditum, sed perspicuis tamen iuris rationibus innititur, nec inutilis commentatio est, & sæpè huius contingit. Atque ista inter contrahentes quidem. Diuersum iure patrio, quoad hæredes donatoris, quorum respectu moribus apponitur prohibitio, secus quam iure, nam & si morte donatoris donatio confirmatur, contra fit moribus, ideóque ne aduersus quidem eos præscribi posset, nullitate etiam ipsos respiciente, quæ notat Tira. l. si vnquam, in præfat. nu. 90.

Sequitur de cæteris donationum speciebus dicere, & quæ quibus vitiis laborent, id est, quæ & quando de iure aliqua de causa inualidæ, titulos idoneos præstare non possint ad vsucapiones, est enim nostra hæc tractatio, & materia, huius loci propria, nec ta-
10 men omnibus obuia. Donationum quædam nullæ sunt in totum, iure quidem Romano respectu contrahentium, vt hæ de quibus ante diximus, inter vi-
11 rum & vxorem ipso iure nullæ. l. 3. §. sciendum. D. de donat. int. vir. & vxor. eodem iure morte confirmantur, præmortuo donatore. Iure patrio, & constante matrimonio, & dissoluto, morte donatoris ęquè nullæ sunt, ideóque neque aduersus contrahentes, neque hæredes eorum præscribi ex tali titulo possunt, nec approprimentum confici. l. 2. §. si inter virum. D. pro don. Eodem iure, quæ à patre fiunt filio in potestate, nullæ sunt in vita, sed eædem morte confirmātur, nisi cum legitima aliorum filiorum diminuitur, quo casu nullæ nō sunt, sed querelæ subijciuntur

A provt re, aut consilio inofficiosæ sunt. Iure patrio respectu cohęredum, aut fratrum tales in totum nullas diximus, propter prohibitionem Consuetudinis negatiuam potentię, ideóque ex talibus titulis vnus cohæredū aduersus alium præscribere non posset, quia nullitas eorū respectu indicitur. d. l. §. si pater. D. pro do. & l. si pater, & d. l. irritam, quæ nos sup. disseruimus. Ideoque, nec querela inofficiosę donationis nobis invsu est, nec tempora quinquennij ei intētandæ, aut prosequendæ præfixa, quod accidit iure eo, quia tales donationes nullæ non sunt, sed reuocandæ per viam querelæ. Sed nec vulgares rescissiones, quę vtique
B decennij sunt, hæredi sunt necessariæ, imo cùm omnimodo nullitas actui insit, non præscribet hæres donatarij aduersus alios, breuiori quàm longissimo quadraginta annorū tempore. Quare & quæ extra- 12 neis fiunt immensius, id est, vltra trientem de bonis donatoris, vel in fraudem hæredis, ne ipsæ quidem nullæ sunt, nisi in fraudem legis factę probētur ideóque querele subijciuntur, nec alia via reuocantur et immensitatis quidem causis, aut fraudis homini quidem factæ, quod discrimen traditur, d. l. si libertus. §. plane. D. de iur. pat. Nam in fraudem legis factas ipso
C iure nullas volunt esse. Vtriusque fraudis descriptio habetur d. l. si libertus. Molin. tit. de inof. donat. nu. 61. & in contr. vsur. quæst. 61. Itaque nisi scripti hæredes intra quinquennium querelam intenderint, excludūtur ab reuocationibus iure patrio, extraneo vltra modum à lege taxatum factæ, rescinduntur ad legitimam Consuetudinis quotam, qui tamē querelam ex ea causa intēderet, aut actionem quinquennio finiendam putaret, vidi neminem, directóque vēdicari vsitatum aduersus extraneos, aut famil. hercis. aduersus cohęredes, & opposità donatione de nullitate aut excessu replicari. Nam in fraudē hæredum, mala
D mente factas in totum nullas haberi receptum est vsu, ideóque ex tali titulo præscribi aduersus hæredem non posset, præscriptione quidem quindecēnali propter tituli nullitatem, ex causa prohibitiua, etsi in superiore casu, cùm solus excessus proponitur, diuersum defendi iure quidem ciuili posset, quia fraus est hominis tantum, & hoc casu querelā expetendum propter contractus validitatem excepto solo excessu. Sed vix est, vt iure patrio obtineri possit, quin excessus nullitati subijciatur, vt sit eadem ratio partis quoad partem, cùm causa sit par, & per verba im-
E potentiæ semper Consuet. disponat.

Quæ donationes reuocantur ob superuenientiam 13 liberorum initio valent, liberis natis ipso iure infirmantur, prosequente ipsomet donatore ex d. l. si vnquam. Cod. de reuoc. donat. cui iuri reuocandi non ante trigesimum annum præscribi posse, Tiraq. putat. d. l. si vnquam verbo reuertatur: nu. 396. nostro iure non nisi longissimo tempore, id est, quadraquinta annis posset in subiecto immobili.

Quæ item ab mulieribus secundo nubentibus maritis fiunt contra l. hac edictali. C. de secund. nupt. 14 aut Ordinationem Regis, an. 1560. nullæ non putan-
F tur, sed & ipsæ per quęrelam ad legitimum modū reducūtur. Nobis excessus rescinditur, vt aduersus extraneam. Eas vero quæ propter odium personę, & illicitos congressus sunt vetitæ, vt quæ bastardis fiunt, sequēti loco exequemur, quas Cōsuet. Ar. 453. annullat. His speciebus opinor donationum cuiusque generis materia, quod ad approprimēta attinet diffiniri posset. Nam de donationibus ob causam, quæ non lucratiuas, sed onerosas causas habent alia conditio est, quoniam inter quascumque personas alioqui

pro-

prohibitas non minus, quàm contractus cæteri con-
sistere possunt, nec ab Consuetudine prohibentur,
seclusa quidem fraude, & causa realiter subsisten-
te, si modo æqualitas sit causæ, & rei donatæ. Planè
amplius donasse quàm causa oneris ferret, in dona-
tionem simplicem recidit, itaque inter personas
prohibitas vetita, quæ fusa est tractatio. Tiraquell.
d.l.si vnquam verbo donatione num.140.& 141. Sunt
enim donationes ob causam onerosam, non veræ
donationes; sed conuentiones innominatæ potius,
do vt facias vel contra: Ideoque contractibus one-
rosis attribuuntur potius. Ob causam autem eas di-
cimus, quæ donatori commodum aliquod vicissitu-
dinarium recipiunt, & cauent, quod vulgo notant l.
vlt.C.de iur. dot. talis non est matrimonij alieni cau-
sa, quæ merè liberalis est, & gratuita, quod Angel.
dixit l. sed hoc ita D. de re iud. Cast. l. 1. C. de donat.
Iaf.& Fab.§.præterea instit.de donat. Tiraq.vbi sup.
num. 145. Ideóque nec inofficiosi querelas in dona-
tionibus onerosis habere locum Doct. putant, quod
Bart. dixit l. non vsque D. si quis à parent. man. &
quos Tiraq.d.nu.140. vbi supra pluribus. Itaque ta-
les donationes remittendæ sunt ad locos de titulis
onerosis,& conuentiones innominatas. Sed tota ista
tractatio, & annullatio respectas dumtaxat perso-
nas concernit, externi communibus præscriptio-
num temporibus adstringuntur, quia id ius non est
conditum eorum respectu, & ante id demonstraui-
mus.

Proinde iuri patrio magna habenda est gratia, quæ
tot iuris meandros, infinitásque complicationes, tot
circuitus, simplici, & apertâ terminatione conclusit.
Laborat vsque ad sudorem Molinæus in libello de
inof.donat.in conciliandis.l.si totas.l.si liqueat.C.de
inoff.donat.& l.si libertus.D.de iure pat.& probabi-
liter disserit, etiã si omnino id difficile sit persuadere,
demum cùm multas aduersarias turmas non minus
quinque disiecit, sparsas reliquias colligit, & ad se
transducit. Pugnatur de eo, an donationes in fraudẽ
factæ in totum, vel in partem reuocentur, id est, de
excessu tantum, nec ista nunc libet expendere de iu-
re quidem ciuili, quando ius patrium, quod obtinet,
magis spectandum putamus, cuius simplissima, &
commodissima recepta est vsurpatio vsu de donatio-
nibus, quo excessu laborant, & modum à lege taxa-
tum excedunt, re tantum non etiã consilio, non am-
plius rescindẽdum quàm quod excedit, atque hæ iu-
re patrio non alteri quam extraneo fieri possunt. Ex-
traneum vocamus, qui moribus donatori succedere
non possit, in quem trientis omnium bonorum per-
missa est moribus donatio. Sed vni ex hęredibus prę-
sumptis nihil prorsus tale donari potest, nec titulo
inter viuos, nec vltimæ voluntatis; propter omnimo-
dam æqualitatis necessitatem, si quid contra fit, non
solum homini sed etiam legi fraus fit, quia sic ęquali-
tas eluditur, ideóque in totum nulla est donatio.d.l.si
libertus, vt cõtra consuetudinem & in fraudem eius
facta. Hęc quidem in totum annullatur, etiamsi con-
silio fraus non inesset, & charitas donatarij præpon-
deret ἀστοργία aliorum cohæredum nõ dico odio, quod
de se fraudem importat, sed & si simplex ἀστοργία insit,
nulla erit donatio, propterea quod fraus legi fit, cùm
ponderi æqualiter librato additur staterę alteri quod
præponderet, vt Brenni gladius auro appenso, &
æqualiter librato. Eodem modo cùm Consuetudo
æqualiter viriles librauit, si quid paterfam. staterę ad-
diderit, in fraudem legis facit, etiamsi interdum acci-
dit, vt non insit consilium fraudãdi alterius, nec ma-
la mens aut affectus, sed præponderans donatarij

A charitas, multomagis si tali affectui, quod Consuetu-
do damnat, fraus inesset. Neque enim fraudandi in-
tentio diuidua est, sed æquè per omnem donationis
actum fusa, & ideo totam & quamlibet eius partem
afficit, quod secus est in fraudantibus re tantum, quia
excessus separabilis est, & reducibilis manente actu
in eo quod lex permittit. Hac distinctione in duo dũ-
taxat capita fissa, nil clarius, nil vtilius, vt iam mise-
reat illius pugnæ, cui Molinæus aquam spargit, sed
non vsquequaque vere meo iudicio, cùm num. 59.
donationem re & consilio inofficiosam, non nisi ad
B supplementum reuocandam putat, cùm id à causa
iudicandum sit, quæ indiuidua est, & per consuetu-
dinis verba actus annullatur: quo fit vt cohæredi-
bus directa vendicatio detur aduersus extraneum ad
reuocandum excessum, cùm re tantum exceditur, &
ad totum cum consilio, etiam inofficiosa dicitur: ad-
uersus donatarium autem cohæredem familiæ her-
ciscundæ iudicium, quibus actionibus, si donationis
exceptio opponitur ab donatario, replicatur ab agẽ-
te de nullitate donationis in fraudem factæ, aut ex-
cessiuæ, vt casus incidit, itaque vna & eadem instan-
tia, eadémque textura hiisdẽ probationibus res agi-
C tur, & eadem sententia terminatur, euitato illo cir-
cuitu, quem ius ciuile & scholastici auctores inuexe-
rant de intentanda primùm querela, deinde vẽdica-
tione.gl. Saly. Cast. Bal. si filius inoff. donat.& auth.de
immẽs.don.probata ea diuersis iudiciis, sicuti & res-
cindẽs & rescissoriũ negabãt olim simul deduci posse,
quod nos ex ord. regũ pridẽ correximus, & Cast. me-
minit d.l.1. C. de inoff. donat. l. in causæ §. interdũ. D.
de minor.& l. si fine.§. qui restituto D. de adm. tutor.
Itaq; cùm tales donationes incidũt mortuo donato-
re statim hæredes aduersus extraneũ vel suos ipsorũ
cohæredes interdicta possessoria intẽdere solent, ex
D vi consuetudinis *le mort saisit le vif*, cuius rei ipse Mo-
li. exẽplum adfert eodem libello nu. 66. & alibi dixi-
mus. idque apud nos inter nobiles non solũ propor-
tione, quæ maximo natu cõpeteret reuocato dona-
tionis excessu, sed pro totali successione & portioni-
bus virilibus aliorũ, de quibus ipse saisitus esse debet,
& alij vna actionis experiri. Quod si donatio re & cõ-
silio inofficiosa inter cohæredes nõ reuocaretur, nisi
in excessu cõtingeret secundo natu, filios donatarios
contra consuetudinis textum saisitos reperiri & spe-
cies donatas eorũ fieri proprias dẽpto excessu, cùm
E tamen electio sit maioris natu in tribuẽdis portioni-
bus, atque ita plus possessione habere cohæredẽ se-
cundo natu quam iure possit, ideoque in totũ reuo-
canda donatio vni ex hæredibus facta, siue re tãtum,
siue re & consilio inofficiosa sit, quæ extraneo fit ea
demum quæ re inofficiosa sit valeret dempto ex-
cessu. A qua nullitatis consuetudinariæ causa, il-
lud quoque accidit, ne necesse sit querelam inoffi-
ciosæ donationis inter quinquennium intendere,
vt iure ciui l. vlt. C. de inoff. donat. ac ne regulari-
bus quidem rescissionum remediis vti, quibus tri-
bunalia Franciæ omnia nullitates oppugnandas pu-
F tant, quæ decennio terminantur ex contractibus
omnibus maiorum, & minorum. ord. anni 1539.
& Art. huius tit. vlt. Sed totum tricennium detur,
quo iure ciuili regulare est ad dicendum contra-
ctum nullum, quod Bald. & Angel. dixerunt
l. sicuti. C. de præsc. 30. annor. Bald. cons. 410. lib.
iiij. & cons. 189. lib. 5. Socin. cons. 106. col. 2. lib. 3. quia
hæ nullitates non sunt eiusdem generis, nec tem-
poris, nec eodem iure competunt, quoniam illæ quæ
intra decennium clauduntur, nascuntur ipsis par-
tibus ex suo facto inter se, vt ex dolo, metu, aut tali-

bus causis. Sed quæ hæredibus in causis inofficiosarum donationum competunt, non nascuntur à contractu, aut iure contrahentium, licet per eorum factum producantur, & æquali vtriusque donantis, & donatarij fraude, & iniuria, sed à persona hæredum, & ab eorum capite incipiunt contra voluntatem ipsorum contrahentium, & his inuitis hæredibus dantur, ideóque non clauduntur regularibus præscriptionibus nullitatum, aut rescissionum, quæ ipsis inter se contrahentibus competunt propter interuenientes in ipsis contractibus causas, & hæredibus quidem, sed non nisi ex persona contrahétium dantur, de quibus in l. si filiusfam. C. de inoff. donat. At hæ citra considerationem, imò cõtra factum eorum directò impugnãdum dantur. Ideoque longissimum tempus datur talibus intentandis, id est, 30. annorum ex superioribus Decis. sicuti, & ad petendum supple-
18 mentum legitimæ, de quo Bart. sententia reprehenditur l. si quis filium. C. de inoff. test. Tiraq. l. si vnquam verb. remittatur, num. 292. latè. Hæc diiudicatio perquam vtilis est, & sumitur ex rationibus Bart. l. 2. C. si quid in fraud. patro. quia hæres de facto, & contractu defuncti non tenetur, quem probat in fraudem suam factum, sed directò illum oppugnat iure proprio, non tanquam hæres à defuncto scriptus, sed tanquam necessarius, & inuito à Consuetudine factus, & oblatus reluctanti, quo magis audacter factum eius impugnat, & arguit, nec timet l. vindicantem. D. de euict. quia hoc casu non pro eadem persona, sed diuersa fungitur contra communes regulas. Atque hactenus de donationum titulis vt arbitror non inaccuratè, ac ne inutiliter quidem.

DE DONATIONIB. QVÆ SPVRIIS FIVNT.

1 *An titulum idoneum præstent spurij, &c.*
2 *Naturalium & talium nomina & differentiæ.*
3 *Concubinatus quo iure permissus & vetitus.*
4 *Præscriptio ex donatione facta filio naturali non procedit.*
5 *Bastardi 40. annis præscribunt sine titulo.*
6 *An nepoti ex filio bastardi relinqui possit.*
7 *An ex tali titulo præscribere possit.*

1 Consequens est illa inquisitio de donationibus, quæ his fiunt, qui iure, aut moribus certa aliqua de causa capere prohibentur, cuiusmodi apud nos, filij, siue naturales, siue spurij, aut alio quocunque ex congressu vetito geniti, quorum vt nec appellationes, nec conditio eadem, sic nec eodem iure, nec iisdem legibus cum his agitur, aut contrahitur. Primùm, cùm quæritur, an ab parentibus aliquid his relinqui donatione, relicto, aut alio titulo possit, ea propria tractatio est Articuli 450. Sed tamen hîc
2 quoque intelligi conuenit. Eorum qui non permisso legibus complexu nascuntur, alij naturales dicuntur (atque hi græcè nothi) tum spurij, posterior iurisprudentia etiam nefarios, incestuosos, manseres reperit appellari, quos nos gallico sermone vno nomine Bastardos solemus nominare ex adulterio & sacratis natos atrocius Britanni *aduoetres* nominant. quorum duobus dumtaxat Articulis mentio extat sub titulo de bastardis infra. Naturalium alia iure ciuili, alia posteriori Iurisprudentię indicatio, vt & nothorum quoque: veteri iure naturales vocabant, qui erant natura filij ad differentiam adoptiuorum
3 qui legis filij censebantur. Crebrior tamen significa-

A tio naturalium, pro his, qui ex concubina domi à quoquam in forma & schemate vxoris retenta suscepti erant, qui concubitus veteri iure non improbatur, si modo cum ea complexus habebatur, quæ concubina esse posset, non libera, de quibus in tit. de concub. & tit. de natural. liber. C. suscepti inde liberi naturales appellabantur, & ex testamento capere poterant, ab intestato etiam erat quod deberetur, ex auth. licet. C. de nat. liberis. Sed extitit posterior Constantini Prophirogennetæ constitutio, quam Harmenopulus refert, quæ concubinatum ex toto prohiberet, & leges sacræ, & Canones hunc cõgres-
B sum inter vetitos, & scortationem habent, etiam si ex Nouella Iustiniani permissum apparet, quam posterior Leonis Nouella 91. sustulit, & extat cons. Basiliensis ea de re titulus, vnde euenit, vt quod Bald. cons. 242. lib. j. Oldrad. cons. 196. dixère raro illis etiãnum temporibus naturales ex antiqua descriptione dici possent, hodie vero ex toto nulli, quando ex toto his concubitus prohibitus est. Alciatus aliquid inter nothos & naturales interesse putat, sed id discrimen vix iure nosci potest. Hottomanus aliud in disputatione de spuriis sensit, & Cuiacius in libris ob-
C seruat Spurij fuère veteribus vulgo concepti, qui patrem nullum ostendere possent, populo patre geniti, & vago concubitu, duabus olim literis designati, S. P. *Les François les appellent enfans trouuez*: Sed posterior Iurisprudentia etiam eam vocem atrocius accepit, pro his qui ex vllo damnato concubitu nati sunt, siue adulterino, siue ex consanguineis. Qui cõmuniter ascendentes, & descendentes miscetur, in specie nefarius dicitur, cùm inter transuersales incestuosos, cùm item ex sacratis. Horum omnium æqua conditio est, ne quid ex testamento, vel ab intestato parentum capiant, ne ve matri succedant, quod olim na-
D turales poterant, auth. si qua illustris. C. ad orfic. vbi scholastici auctores, & copiosissimus Baptist. Caccialup. idem Baptista l. frater à fratre quæst. 19. D. de cond. indeb. Ne alimentis quidem digni existimati, quod Alex. tradidit cons. 74. lib. iij. Boer. Decis. 117. Sed omnium hodie exæquata conditio quanquam merito impari, ne quidquam his relinqui possit ab parentibus, nisi si cui adhuc naturalibus alimenta præstari posse æquum videtur, & cons. statuit Art. 452. Consuetudinis certe nostræ Art. 450. omnibus ex æquo hæreditatis capiendæ potestas præcisa est.
E Est enim ille Articulus prohibitiuè conceptus, in personam his verbis (*Bastard ne succede à pere ny à mere, ny ne s'accroist en leurs biens*) Itaque ac verborum conceptione persona afficitur impotentiâ, ita vt ne naturalis quidem obligatio contrahi intelligatur, tum quia prohibitio turpitudinem facti, illicitum congressum, & damnatam coniunctionem respicit, & odium personæ: quod Sozin. cons. 74. vol. 2. num. 6. dixit, vt ab ea homines deterreantur, & si ipsi non alieno vitio labore dicuntur, quod Alciat. lib. 2. parergon exequitur c. 8.
Ergo quos lex capere vetat, eosdem vsucapere pro- 4
F hibet, d. l. vbi lex & l. alienationis. D. de ver. signif. quod expressit glos. l. nemo. D. pro legat. & Bald. l. ad quod pauperibus col. vlt. C. de Epis. & Cler. Alex. d. cons. 74. Bald. l. nullo. C. de rei vend. vbi Saly. id verum putat, etiam si talis naturalis iusto errore ductus se legitimũ putaret, & vt talis possedisset, quia putatiua qualitas nõ magis operatur, quàm vera quæ hîc naturalis præsupponitur, l. 1. D. pro hæred. nec sine causa Angelum aliter sentientem Raph. Cum. repræhendit, & Bart. persequitur cons. 129. lib. j. Ex his causis traditum bastardum, naturalẽ, spurium, nullo titulo

titulo de bonis parentis quidquam præscribere posse, aduersus legitimos hæredes, siue ex testamento, siue ab intestato, siue donato, siue legato, siue alio lucratiuo titulo, quod Angel. & Bald. notant d.l.nemo. & l.super longi.C.de præscrip.long.temp.Saly.l.2.C.pro hæred. Balbus in tractatu præscript. parte 2. casu 22.& parte quintâ partis quintæ,quæst.4.Panor. & Fely.c.ex transmissa. ext. de præscript.& Bald. eodem titulo. Bart. d. cons.119. vol. 1. Bapt. d.l. frater à fratre; idque verum iure, multomagis Consuetudine in naturalibus, & bastardis cuiuscumque conditionis,aut complexus, qui omnes ex æquo incapaces sunt omnium titulorum gratuitorum. Neque in his titulis tantum id verum est, qui à parentibus bastardis tribuuntur, sed etiam si ab extraneis de re paterna, quia consuetudo eos passiue declinat (vt nostri loquuntur) in verbis *& ne s'accroist en leurs biens*, propter incapacitatem iuris, & possessionis in persona prohibita arg. l. si extraneus. D. de donat. int. vir. & vxor.& l.1.§. si inter virum & l.si vir vxori. D.pro donat. & superiori loco, nuper de ratione huius dicti tradidimus. Per contrarium si res aliena sit ex titulo ab parente illegitimo habito, præscribi posse dicimus,quia tali casu prohibitio legis cessat,quæ de bonis patris concipitur, hic autem præsupponitur alienam esse,id quod possessiuum suus (*en ses biens*) exprimit, quod in alienis verificari non potest, argumento eorum, quæ dicemus in loco de præscript.minorum per l.2.§.si à pupillo.D.pro empt.Quæ omnia tamen intelligi volumus de præscriptionibus titulatis, id est, nostris quindecennalibus, quas omnino bastardi vsurpare vetantur de bonis parentum,triginta tamen annis putant posse, id est, nostris quadraginta de re immobili.Bald. d.l.nullo Francis. de Ripa l.1.D. quor.bonor. Aymo Craueta cons.165.qui tituli nullitas in his non consideratur,& si hic quoque est quod contradici possit, propter incapacitatem præscribẽtis. Denique id etiam notandum, qui bastardi præscribere nequeant, si tamen anno possederint, titulum vtilem ad præscribendum, & appropriandum

A secundo acquirenti dare posse, ex his quæ diximus alibi.

Consequens est illa dubitatio, an nepoti ex filio 6
bastardo quidquam relinqui possit, talis enim non nascitur in potestate aui, quod cùm accidit in legitimis etiam impediri donatio putatur, quod nos prolixe sumus persequuti in loco de dimissionibus. Et l. Lucius D. de vulg. & pupil. traditur naturales in potestate parentum nõ nasci. Hoc amplius vitium,quo filius naturalis ex alieno facto laborat, vt ante diximus in B persona eius sisti, nec ad natos ex eo progredi,quæ longa disputatio est scholæ,l.Gallus.§.& quid si tantum.D.de lib.& posth.Bart.professa opera cõs. 118.lib.j.Fed.de Sen.cons.57. quod & consuetudo indicat, cum natos ex talium matrimonio facit hæredes parentum Art. 455. Hinc statuunt relinqui eis posse, & si patri non possit, si non contemplatione patris,& in fraudem legis fiat, sed proprio affectu ad talem nepotem, ex quo consequens est, præscribere eos posse ex tali titulo, quem lex non improbet, de quo text. & glos. inquirunt l.vlt.C.de natural.lib.Iure consuetudinario nil ea de re est cautum,sed vix est C vt videri non possit non in fraudem consuetudinis fieri, cùm donatur ei, qui per mores succedere non potest, cùm ne legitimis quidem donari possit vltra virilem. Nec penitus extraneus videri debeat propter manẽtem affectionem sanguinis, itaque extantibus legitimis liberis, aut nepotibus tales donationes admittendas non puto,nisi de alimentis,aut modico aliquo,veluti vncia,quæ duodecima pars est totius assis,id est, totalis hæreditatis, quod olim in filiis naturalibus vsurpabatur l.matre.C.de nat.lib. Quod eo magis censeo, quod nostri naturales non eo iu- D re vtuntur, quo illi olim legales ex concubinatu non vetito nati, cuiusmodi nostri non sunt, vt ante docuimus, ideóque his minus indulgendum, legitimis non existentibus pinguius aliquid relinqui ferendum videretur, modo ne quid omnino in fraudem agnatorum,sed vero affectu sanguinis fieret.

DE CONTRACTIBVS FOENERATITIIS, AN TITVLVM IDONEVM TRIBVERE POSSINT AD PRÆSCRIBENDVM.

Cap. 6.

1 *An ex contractibus fœneratitijs præscribi poßit.*
2 *Pecuniæ locatio fœnus est.*
3 *Fœneratitiorum & commutatiuorum contractuum differentia & materia.*
4 *Emptio rei facta de contractus anatocismo titulus idoneus est ad præscribendum.*
5 *Melius non ostendere titulum quam ostendere vitiosum.*
6 *Contractum vsurarium nullum tempus approbat nulla ratificatio, & ratio.*
7 *Pretium de fœnore redactum an fœnebre sit.*
8 *Vsura propria in mutuo.* 8 *Nummi vsus.*
9 *Fœnoris odium.*
& Fœnoris neceßitas & vsus. ibid.
10 *Redituum constitutiones.*
11 *Reditus & vsurarum differentiæ.*
12 *Taxata reditus emendi quantitas lege, est iustum pretiũ.*
Euictionis præstatio non est de substantia contractus venditionis. ibid.
13 *Contractus vsurarij impræscriptibiles.*
14 *In constitutione reditus excessus in vno numo totum contractum vitiat.*
In reditus constitutione non habet locum l. 2. de rescind. vend.C. ibid.
Specierum incerta æstimatio. ibid.

E 15 *Dolus reipsa qui.*
16 *Causæ impulsiuæ & finalis differentia.*
17 *Si vitium in causa contractus impulsiua est, quomodo succurratur.*
18 *Vitium vsuræ non est maius vitium dolo vi & aliis.*
An dominium rei per vsuram acquisitæ transferatur. ibid.
Vitium vsurarium personale est. ibid.
19 *Condictio indebiti in contractibus nominatis locum non habet.*
Emptio facta sub commemoratione pretij ex vsura contracti. ibid.
F 20 *Pretij vitium contractum emptionis non vitiat.*
Pretium rei furtiuæ furtiuum non est. ibid.
Pecunia redacta de re hypothecata, non est hypothecata. ibid.
Pretium de re fenebri fenebre non est. ibid.
Pretium non succedit loco rei. ibid.
21 *Hypothesis decisio.*
22 *Resciβiones exercentur realiter aduersus detentores.*
23 *An ex contractu legis commissoriæ reprobato, titulus tribui poßit.*
24 *An ex venditionibus cum pacto de reuendendo.*
25 *An reditus annuus præscribi poßit, & quanto tempore.*

& de solutionibus à non domino factis.
Solutio reditus à non domino facta dominum non grauat. ibid.
A 26 *Contractus vsurarij reditum non generant.*
Hodiæ nullæ redituum constitutiones sunt reducibiles. ibid.
27 *Arreragijs an præscribi possit, & quanto tempore.*

1 Erit hoc loco non ab re de his contractibus inquirere, qui prohibiti sunt ratione improbi fœnoris: Et vero duplex dubitationis caput existere potest. Cùm de fœneraticiis quæritur, aut commutatiuis, qui sunt alterius generis. Fœneratitios vocant nummarios, quorum materia in nummis, & qui pro suo fine habent, ex parte dantis quæstum, vt plurimum quidem. Nam interdum etiam solum fructum reposititium pro interesse habent: vt cùm quis vendito prædio, & recepto pretio interim dum aliud quærit, pecuniam fruĉdam locat, quæ vicem fructuum alienati prædij reponat, hic ciuilis fructus est pro naturali prædij venditi repositus, si modo fœnerandi mẽs, & consuetudo absit. Ex parte accipientis autem pro fine tales contractus habent vsum alienæ pecuniæ. Sed cùm homo locuples otiosam habens pecuniam, eius vsum locat, merè quæstus est, & vero vsura formalis, quam nos in commercia recepimus, & si ad iustum, & taxatum ordinationibus modũ fiat, interesse nomine solemus adumbrare, sin excedit vsuram, & fœnus damnatum, & improbũ appellamus, quocumque tandem reditus nomine cõstituti vocemus. Etiam si omnia figmenta appingantur, tales contractus de pecunia pecuniam acquirunt.

2 Sed commutatiui aliud intendunt, quia sunt ad dominia, & proprietates rerum acquirendas reperti, & ad commercia rerum ad vitam, & vsum necessarium, quarum vsu carere non possumus. Nam prisci numo caruerunt, & verò Tantalus in fabulis experitur, & Midas, vitam sine his transigi posse, quãdo pecuniam inter humani generis pestes duas Plinius reponit. denique per se nil valet ad vsum. Horum ergo contractuum cùm tanta sit & crebra necessitas, & fauor, plerumque fit hominum artificio, vt fœneraticij de commutatiuis quam plurimum possunt, mutuentur, & meliori veste sese ostentent, & speciosum colorem ducant adumbratione, & fuco sæpè tanto, vt eorum diiudicatio perquam difficilis tenebras suffundat, etiam perspicacibus oculis, propter circunstantiarum laruas, & φενακισμὸς, quorum discrimen Aristotel. descripsit lib. 1. polit. fori vero dubitationes Molinæus docto, & planè accurato volumine de vsuris, ita vt posteris nihil plane reliquisse videatur, quod ea de re scriberent, aut commentarentur, quo magis mirum frequentissimam vsu dubitationem ab eo omissam, nisi si eam dignam non putauit, quæ cogitationes suas exerceret, quæ pluteos, tribunalia, & consessus totos solet committere dissensione. Ea vero

3 est eiusmodi. Quidam cùm reditum annuum de vicino redemisset pecunia, repetito subinde anatocismo venditorem suum redegerat ad iniquas conditiones, atque inde magnam summam conflauerat, quam cùm debitor, idem reditus venditor dissoluere non posset, nec reditum luere, coactus est prædium distrahere creditori pro eo pretio, quod de anatocismo conflatum esset, id prædium creditor ex causa emptionis, aut verò in solutum acceperat, & toto quindecennio possederat ex eo titulo. Id post modum venditor vendicabat, & excipienti de contractu emptori, de dolo & fœnoris causa replicabat. Res in Curiam ex appellatione delata. Tota aduocatio clamabat contractum vsurarium & vitiosum esse, nec ex tali titulo appropriari posse obstante legis prohibitione annullatiua publica de causa, sicut ante disseruimus: Et nemo negabat causam illam, ex qua pretium conflatum esset, vitiosam esse, quippe ab aperto anatocismo, & vsurarum vsuris. Nullius igitur temporis præscriptiones obstare, nulla iudicata tales contractus confirmare posse, cuius rei tractationem auctoritates, exempla & iudicata continet qu. 17. & 61. apud Molinæum, & in plano esse rationem, quia cùm ctroãctus vsurarij successiuo & quotidie renascente vitio laborent, perpetuas habeant
B inexistentes interruptionum causas acquisitionis prohibitiuas ex continuatione peccati. Quo fit, vt appellatus debitor de solutione in talibus eandem semper recusandi causam obijcere possit, velut dicere solemus in his iudicatis, quæ grauamen habent perpetuum, vt carceris, appellandi tempora nunquã currere, quominus quotidie appellari possit, quia quotidie etiam carceratus grauetur. Si quoties debitor ex contractu vsurario conuenitur ad solutionem toties habet quod opponat de repetitione eiusdem peccati, & impræscriptibilis vitij & insufucapibilis
C materiæ. Quod perpetuò verum est, cùm sese vitium prodit in talibus reditus constituti, nec enim incertis coniecturæ valent, quæ res apertæ & detectæ veritati tam cedere debent, quam soli lucernæ. Alioqui si constitutio dubia est, nec de ea docetur, constitutamen de pensionibus ex causa reditus vniformis solutis, mala mens eius est, qui vitium præsumit, de quo non apparet, est enim id quod scriptura prohibet proximũ iudicare, male de eo opinari, de quo rectè, & secundum legem & naturam iubearis iudicare. Nam & ipse reditus constituto tempore præscribi potest, etiam si vllus titulus non esset, & vero præsu-
D mitur titulus per solutiones vniformes decenniq; repetitas, ex traditis in l. cùm de in rẽ verso. D. de vsur. Sed istæ coniecturæ in re dubia capiuntur, cùm vitiũ patet alia censura est. Itaque rectè consulit Innoc. c. dudum. ext. de decim. melius esse non ostendere vllum titulum, quàm ostendere vitiosum, & Mol. d. q. 17. num. 192. & quæ. 16. & Tiraq. in retract. §. 1. glosa. num. 34. recensent. Quamobrem nullo casu, nulla comprobatione siue tacita, siue expressa, nullo indicato, nullâ ratificatione tale vitium reualescit, nullo tempore præscribitur, cùm idem semper vitium in-
E fluat in actum ratificantem, quem nullus consensus partium potest confirmare, quia materiæ inhabili, & corruptæ vetatur à lege applicari, quod ille eruditè omnino persequitur d. q. 17. ampliatione 3. & 4. In ea vero quæstione, de qua agimus, id etiam traditũ, pecuniam de fœnore redactam etiam fenebrem videri. c. cùm tu. ext. de vsur. esse igitur id pretium (quod ex fœnore redactum nemo dubitaret) & ipsum fœnebre, & vitiosum. Hæc sæpè à peritis fori magno accentu detonari cùm audiissem etiamnum adolescens, & multorum Doctorum sententiæ & responsa proferrentur, extitit qui contra putaret, & cùm ad me ven-
F tum esset, contradicenti multis admirantibus assensus sum, fecique scriptis rationibus, vt ex ea sententia supremum iudicaretur semel in Curia Rhedonensi, atque iterum in Rothomagensi ex delegatione. Nec dubiũ magnos plerumque errores magno itero consensu propugnari, quis enim magnus error dici possit, si non eorum multorum sententiæ & opinationes defendunt? Quare etsi receptas sentẽtias oppugnare neque mei moris sit, quas ego vel cũ aliquo incommodo ferendas potius puto (quod de legibus sensit Aristoteles) quam conuellendo incertas ad

vsum

vsum reddere, & semel constituta incertitudine iu- A
diciorum labefactare, quæ certissima huius seculi
pernicies est, quo minus tamen verum præcipitatis
præiudicatis eripiatur, & è fontibus petatur, nulla
inuidia est, si ratione iuris euinci potest, & apparet
ex affinitate materiæ & contractuum vicinitate du-
ctum paralogismum, & factum fucum iudicantibus,
dum aliud pro alio subiicitur. Nam vt eam senten-
tiam refellere ordiar inde, vnde firmum assumptum
petunt: Neque ego, nec huius ætatis quisquam ne-
gaturus sit, verum id esse, quod initio constituunt, ex
contractu vsurario titulū tribui non posse idoneum
ad vsucapiendum aut præscribendum, neque vllo B
temporis quanticumque lapsu, reditus vsurarij con-
7 stitutionem confirmari posse, ne rescindatur, neve
reliquiæ, vt indebitæ in sortem non imputentur, ne
que vero tales contractus aut ratihabitione, aut vl-
lis iudicatis confirmari posse. Proinde & si magnum
est, quod ab initio concedimus, non tamen in pro-
posita hypothesi consequitur, quod intendunt, quia
eiusmodi contractum negamus ad fœneraticios, &
vsurarios contractus pertinere. Diximus initio mul-
tùm inter fœneraticios contractus & commutati-
uos interesse, & Aristoteles id discrimen persequi- C
tur in politicis. Multum enim differunt fine, mate-
ria, & vsu, ita etiam non hisdem de causis nec eodem
modo & tempore rescinduntur, quia non eiusdem
generis vitia in eos incidunt, nec hisdem morbis la-
borant aut labefactantur, quia substantialia habent
diuersa. Fœneratitiorum materia est numus, idem in
contractum deducitur, vt aliquid plus accipiatur
præstituto tempore, quàm datum est, & id tantum
quod datum est pro vsu pecuniæ, quam accipiens re-
tinet. Hæc formalis vsura est, l. si tibi. D. de pact. l. ro-
gasti. D. si cert. pet. Hæc verè & formaliter admitti-
tur in mutuo, & si etiam alij sæpè contractus com- D
mutatiui finguntur ad fallendum, sed effectu cùm
sunt depræhensi in mutuum relabuntur, & proprio
eius vitio afficiuntur & labefactantur. Hoc colore
repertæ venditiones cum pacto de retrouendendo,
pacta commissoria & innumeræ diuersiones, qua-
rum exempla colligit & discutit Mol. toto libro de
vsuris scripto. Hic artes & mentitæ appellationes
contractuum, talem vsum natura nō norat, nec gen-
tes vllæ, cùm ne numum quidem cudissent initio, sed
simpliciter rerum permutationibus vterentur, &
specierum ad vitam necessariarum: Sed aucta homi- E
num frequentia commerciorum necessitas numum
reperit, & gentes omnes æque probauêre. Inde gra-
dus factus ad numarias conuentiones, cùm initio ad
comparationem rerum necessariarum esset factus,
& ratio reperta, qua numus de numo incresceret
pro vsu & dilatione soluendi, & tempore concesso
ad soluendum, quod quia sæpius malignè exercitum
8 est, innata cupiditate habendi, odio humani generis
semper flagrauit fœneratitia, vt inhumana, illibera-
lis, & vero sæpè etiam crudelis. Inde illæ Romani
populi seditiones, nouæ tabulæ, nexus corporum, &
fortunarum direptiones. Cato quidem fœnerato- F
rem grassatori æquabat; inde illæ veterum odiosissi-
mæ & formidolosissimæ calendæ, & illa τόκος ἀργυρό-
τοκος belua, & quod tantopere Strepsiades apud Ari-
stophanem metuit, & Lucianus exagitat; illa etiam
magnorum virorum crux, qui ea ratione patrimo-
nia exhaurire soliti erant, dum gradum ad summos
honores faciunt beneficentia & profusione, sic Cæ-
sar, sic Alcibiades vixêre, vnde illæ leges imperato-
rum de fœnoris modo in illustribus, negotiatoribus,
9 pupillis, rebuspublicis, diuersis diuersæ. Illa vltima

Ecclesiastica censura de modo vsurarum & vsuris in
totum sublatis. Sed tamen cùm magnæ interdum
opportunitates rerum gerendarum, & rei faciendæ
ob inopiam pecuniæ hominibus elaberentur, neces-
sario recepta est fœneratitia, & gentibus probata,
non ratione sed vsu. Veteres Iurisconsulti & respub.
vsuras propalam probabant intra constitutum lege
modum: Posteriora secula constitutos reditus præ-
tulêre mutatis nominibus, res non multùm certè di-
uersas, quam cauponationem huius seculi deprauа-
tio vsque eo auxit, vt nemo sit primæ, mediæ, postre-
mæ denique notæ (si modò aliquid in ære habet) qui
non eam exerceat. Plerique vero consulti meditati-
que patrimonium distrahunt, vt habeant, vnde fa-
ciant pudendo mercimonio. Sed tamen turba pec-
cantium admissum leuius facit, cùm iudices patroni,
primi, medij, infimi idem faciunt, nominibus quod-
cunque velent. Sed vt propius attingamus, quod in
quæst. est: Aperta & sine fuco est vsura pecuniam in
tempus vtendam dedisse, lege dicta vt certo die ea
dem sors, & plus aliquid solueretur creditori, hîc
obligationis effectus duo, vnus mometaneus de sor-
te restituenda, alter successiuus temporalis de patiē-
tia fruendi conuento tempore. Talis contractus lar- 10
uam non habet, & sese prodit, ideo damnata Chri-
stianis legibus conuentione, nemo tam stupidus est
qui sic cōtrahat. Astuta secula pro tam formali vsu-
ra, redituū constitutiones reperêre Pausonis equum
(quod est in prouerbio) Sed tamen ratione quadam
commerciorum, gentes, regna, populi, vsum hunc
probauêre. Ipsæ dynastiæ, cùm res inter se gerunt,
fortiter, & vsurarum leges, & normas contemnunt,
si quid Francorum Rex regi Hispano debeat, si quid
Gallus Alemano, aut Venetis sub truculētis & enor-
mibus vsuris soluitur, idque nullo sumpto colore,
quod nos nimium docti malis nostris ignorare non
possumus. Tanti sunt leges his qui plus possunt! De-
scripsit Mol. discrimen & substātialia vsuræ & con-
tractus reditus constituti prorsus diligenter & con-
siderate q. 69. & nu. 442. Nos id tantum attingemus, 11
quod ad rem faciat. In vsura formali sors suo tem-
pore restituenda est; In reditu constituto perpetua
alienatur, nec creditor legem dicere potest restitu-
tioni, alioqui in formalem vsuram reciditur. Rur-
sum reditus constituendi infiniti fines non sunt, nec
cuique quolibet pretio redimere licuerit, estq; tan-
dem ordinationibus Regum, quanquam sero & post
multas multorum disceptationes, constituta taxatio
Ord. Caroli qui nunc regnat ad rationem vnius pro
quindecim. Id pretium vel obolo excessisse in totum
contractum irritat, & vitiat, minoris emisse fœnus
est improbatum & vetitum lege. Quare non est hîc
expectanda censura l. 2. C. de rescind. vend. nec re-
gularium rescissionum, quæ in contractibus com-
mutatiuis vsurpantur, vnus obolus locum cassationi
contractus apperit, quod & Mol. notat q. 14. & ite-
rum num. 183. Nec vero cōtractus tam nullos & ve-
titos vlla præscriptio, sententia, iudicatum, ratihabi-
tio confirmauerit, quia quotidie & omni puncto vi-
cium suum reproducunt. Sed cùm de talibus fœne- 12
raticiis, scilicet ad commutatiuos, fit transitus aut il-
latio, grandis solœcismus admittitur, quia & natura,
& substātia, & finis est diuersus; Hypothesis, de qua
disserimus, contractus est haud dubiè commutatiui
cùm scilicet prædium pro pecunia venit, hîc enim
substantialia omnia venditionis & emptionis con-
currunt, nulla hîc obligatio successiua, quod in con-
tractibus fœneraticiis fieri diximus pro patientia
fruendi, tota momentanea est, & momento contra-

hitur, venditione scilicet, & in puncto dissoluitur, traditione. Nam quod de euictione obijci potest, substantiale non est in vẽditione; Ideoque nec semper, nec in omni contractu venditionis euictio debetur, quod necesse esset accidere semper & immutabiliter, si euictio esset de substãtia, quin & sæpe talis obligatio sine effectu est, cùm scilicet venditor in confesso dominus est rei vẽditæ, nec vllus vsus actionis de euictione: non est igitur ista successiua obligatio de euictione, etsi de natura sit contractus, cùm naturalium & substãtialium magnum sit discrimen, & à schola traditur l. pacta conuenta. D. de cont. empt. Ang. l. iurisgentium. §. adeo. D. de pact. vulgo l. vbi ita donatur. D. de donat: Sed nec quidquam in hypothesi proposita, cum fœneratitio aut vsurario contractu conuenit, nec perfecta venditione quidquam superest, quod tempore soluatur, aut exigatur ab venditore, nullæ vsuræ currunt. Sed nec quod in
13 constitutionibus redituũ accidit, vlla taxatio est pretij, sed ab conuentione partium legem accipit. Quod in illis indispẽsabile peccatum est, numo vnum pretium taxatum diminuisse, vel grauiores vsuras indixisse contractu, in commutatiuis sine noxa est, dummodo dimidiam iusti pretij non excedat depreciatio; Nam cùm specierum, quæ in commutatiuis versantur, certa, & determinata taxatio lege quidẽ fieri non possit, sed pendeat à circunstantiis, locis, temporibus, & rei nummariæ copia, & incertitudine æstimationum, declinatio à vero valore in centro ad vtrumque extremum permissa est, modo non excedat, quod vulgò traditur l. 2. C. de resc. vend. quę non patitur pretium conuẽtum deuergere vltra alterum extremorum Itaque non est illa decipiendi vox, qua vulgo vtuntur satis cõmoda, cùm deceptio fraudem in se includat, nec sine animo fraudandi fieri possit. Hæc autem de qua tractamus, & lege permittente fiat, & iure in commerciis recepto ex incertitudine æstimationum, quæ ab arbitrio cuiusque pluris minorisve iudicantur, ideoque rectè deceptio vocari non potuit, sed pretij imminutio, & bona conditione
14 emptio sine intentione decipiendi. Ideoque Iurisconsulti cùm id intelligerent, nouo nomine dolum re ipsa appellauère, hoc est, qui consilio non falleret, sed euentu: Nam si dolus consilio inesset sine vlla læsione contractus corrueret ex toto, l. eleganter. D. de dol. nec vlla valoris & æstimationis inæqualitas ad rescissionem exigeretur. Sed sicuti in circulo zodiaco astronomi latitudinem imaginãtur vltra citraque eccliрticam lineam ad extensionem signorum, sic Iurisconsulti in pũcto verum rerum valorem ponunt, ὑπλατῆ, & latitudinem inter extrema, ad quæ deuergere liceat contrahentibus in æstimatione, & cõuentione pretiorum, quam Mol. quidem nimiam putat ad dimidiam vsque, nec æquitati conuenire tam enormem, & si legis condendæ potestatem habuisset, aliter videbatur cõstituturus, nec fortasse sine causa. Sed vtamur receptis. Quę omnia eo pertinent, vt intelligatur contractuum commutatiuorum naturam, substantialia, finem, lõgè diuersa esse ab fœneratitiis, nec eadẽ vitia, ita nec eadem remedia cõtra ea opponi, magnumque & insignem errorẽ admitti in hypothesi, de qua disserimus, cùm contractus fœneratitius aut vsurarius dicitur, cùm sit merè commutatiuus, id est, emptionis aut dationis in solutum, quæ in idem recidit, cùm nulla vsura in eo successiua aut post contractum recurrat, imo in totum sistatur, nec vllum de his accidentibus habeat, quæ fœneratitiorum sunt propria & cõcomitentia. Nemo igitur post hac dicturus est, ideo ex tali titulo appropriari aut vsucapi non posse, quia vsurarius contractus sit, aut impræscriptibilitatis regulas affinget alienæ, & ex toto diuersæ contractus materiæ, nemo vtriusque contractus naturam confundẽdam putabit repugnante ratione, natura, & substantia actuum. Relinquitur, si quod vitium est, in cõtractu in hypothesi proposita, aut in causa efficiẽte, aut impulsiuæ potius esse, aut vero in materia pretij. Causam efficientem sumunt à necessitate, quia is qui 15
ad vsuras tenetur, cogitur prædium vendere, ita fieri vt vitiosa causa influat in contractum volũtatis non spontaneæ, atque ita vitiosus contractus fiat ex necessitate scilicet prioris, & infecta materia. Addunt & in pretio quoque simile esse vitium, quia de vsura conflatum sit, nec possit in pretium legitimi cuiusquam contractus transire. Quibus obiectionibus & omnino responderi oportet. At primum cum ex necessitate causæ factam in hypothesi proposita venditionem inutilem esse putant, & ab causa sua infici, quia necessitate vsurarij debiti exorta sit venditio, non rectè ea necessitas dicitur, quæ nec à natura, nec à iure compellere potuit ad actum vẽditionis, de iure patet, quia debitum vsurarium exigi non poterat; quin & solutum repeti potest c. debitores. extr. de iureiurãdo: id igitur necessitate iuris fecisse dici non potest, quod exceptione perpetua opposita excludere poterat, & solutum repetere l. si non sortem. §. indebitum. D. de cond. indeb. De natura patet eum, qui aut non soluere potuit, aut aliunde soluere non necessario ad contractum venditionis descendisse, vt id quod debebat, in pretium sibi debitum imputaret. Non igitur eius generis hæc necessitas est, quæ contractus & stipulationes solet infringere propter exclusionem consensus, quod notant in l. continuus. §. illud. D. de verb. oblig. Sed illa, quæ in iure impulsiua appellari solet, id est, non præcisæ vis, sed inductiuæ, quæ per causas impellit, & adducit ad volendum, quam Archid. in c. si quis vsuram. 14. q. 4. impmissiuam dicit esse voluntatis, cuiusmodi cum incidit in actus hominum & contractus, eos nullos non reddit, quin dominia ex contractibus idoneis per tales actus transferũtur, quod ait Bald. d. l. 1. C. de pig. act. etiam si vis quædã impulit, non vero coëgit præcisè, quia (vt loqui solent) voluntas coacta, voluntas tamen est, & consensum implicat, quod notãt l. metum. §. volenti. & l. metus. §. Iulianus, & l. si mulier. §. si dos. D. quod met. caus. Bart. l. & eleganter. D. de dol. præter casus quosdam speciales, quos Saly. & Ias. notant. l. interpositas. C. de trans. talis vis exemplum est in l. isti quidem. D. quod met. caus. cùm quis cum eo pepigit quem metuebat ne instrumenta status sui interuerteret, & hoc ipso casu tex. decidit l. vlt. §. si fœnerator. D. quod met. caus. in quo rescissio tribuitur athletę ob contractum vsurarium cum fœneratore factum, metu ne athleta nexus certamini abesse cogeretur, & in hac ipsa specie Archid. tradit d. c. si quis vsuram. Nõ pertinet igitur ista species ad contractus fœneratitios, nec ex causa fœneratitia factas venditiones, aut alias cõuentiones infirmat, ipso quidem iure, sed sicut fit in commutatiuis omnibus, subueniendum est mediis regularibus rescissionum, quæ in contractibus vsurpantur ob causas iuris, doli, metus, vsuræ, aut aliarum circumuentionum, in quibus nihilominus dominium transit, quod & generaliter Archid. tradit vbi supra, dominia rei per vsuram acquisitæ in vsurarium transire, quod & Theologi quoque quidam agnoscunt, & expresse in casu fortiori Bald. cons. 322. lib. 1. incip. vtrum, vbi ait rescissione agendum. Dissimilis causa vis impressiuæ, & compulsiuæ,

compulsiuæ, quæ actus infringunt manente dominio apud priorem dominum propter impedimentum consensus, quod Bartolus dixit. d. l. & eleganter. Neque enim cùm ex causa vsuraria contractum est, maius vitium imprimitur, quam cum vi, metu, dolo, aut alia fraude fit contractus, quæ tamẽ omnes causæ in commutatiuis nec iure, nec vsu alio curantur, quam remediis rescissionum. Quare & ius idem, & causa & remedia etiam paria, & eodem etiã tempore, id est, decennio præscribuntur, quod & Molin. scripsit quęst. 17. num. 190. Quod semper in commutatiuis intelligi volumus cuiusmodi est propositus in hypothesi, nam de fœneratitiis, his & in quibus vsurarium vitium recurrit, ante absoluimus. Falso igitur, & malè de aliis ad alios infertur, malè traducitur intellectus errore iudicij de diuersa natura ad aliam. Cui id etiam accedit, quod in contractibus commutatiuis, id est, dominij translatiuis, non quæritur de dominio prescribendo, præsupposito quod in hypothesi intelligi volumus, quod tradens fuerit dominus, nam statim dominium venditione, & traditione transfertur, l. traditionibus. C. de pact. & l. clauibus. D. de contrahen. empt. sed agitur de præscribendo actioni rescindenti, quæ venditori competit ob prauitatem causæ, quæ contractui causam dedit, quomodo ante docuimus. Quare nec hîc malæ fidei cõtrahentium, aut hæredum facienda est mentio, quia ad præscribendum tali actioni bona fides non exigitur, vt latè docebimus in loco de bona fide, & Art. 269. & vlt. huius tituli, quod tamen Mol. facit. d. q. 17. sed alio quàm rescissionis casu, tametsi parum considerate in materia præscriptionum tricenariarum, quæ titulum aut bonam fidem non requirũt. Proinde in hypothesi, quæ proponitur, plures casus deduci possũt, videlicet cum sine commemoratione vsurarij debiti de venditione conuenit, deinde eodem contractu aut diuerso conuenit, vt in pretium, debitum vsurarium compẽsaretur. Hîc enim est simplex contractus venditionis cum suis substantialibus, qui vt patet nullam habet causam aliunde quam à conuentione partium, de re & pretio, sine causæ alterius impulsiuæ expressione, atque hic nisi aliunde peccet etiam si intendebat, debitum vsurarium in solutum dare rescindi non posset, quia contractus vim suam non ducit ab alterius partis intentione, l. si voluntate. C. de rescind. vend. Ideoque nisi aut initio inter ambos conuentum sit, aut proloquutio facta de vsurarij debiti liberatione, per compensationem cõtractus nullum vitium ducet ab vlla causa in mente alterius retenta, quia in alterius potestate contractus esse non potest. Nec si quod vitium tali actui inesse contingeret ab euentu, id non esset in contractu sed in solutione, manẽte venditione integra: quod Bart. dicit l. si ob turpem. D. de cond. ob caus. & l. vbi lex. D. de fideius. ideoque sola solutio oppugnari posset, condicendo id quod ex causa vsuraria compensatum est, cum pretio ob fundũ debito. d. c. debitores Bald. l. si marito. §. 1. D. sol. mat. veluti non solum indebitè, sed ob turpem causam solutum per cõpensationem. Est enim compensare soluere, & indebitum est cuius intentio exceptione elidi potuit, vt vsurarij l. si non sortem. §. indebitum, & §. adeo. D. de cond. indeb. Sed hoc casu rescissio contractus non competet, etsi soluti condictio dari potest si forte emptor fundi & idem creditor re non tradita ageret ex empto, & venditor exciperet de pretio non soluto, replicanti emptori de compensatione, venditori daretur duplicatio de indebito, & cõdictione subueniretur. Ita emptor nil soluisse depræhẽderetur, & nisi

A solueret, actione excideret ex l. Iulianus. §. offerri. D. de cont. empt. quia debiti ad indebitum compensatio nulla est. l. si procuratorem §. si liber. homo, & l. si mandauero. §. si mandauero. D. mand. manente venditione valida, quia condictio indebiti in cõtractibus nominatis locum non habet, hoc est fundus venditus repeti nõ posset ob pretium non solutum, sed ad pretium agendum esset, quod Bart. ait l. cui inuicem. D. de cond. indeb. l. fin. D. de cond. caus. dat. 18
l. inciuile. C. de rei vendic. Diuersus casus est, cùm sub commemoratione debiti ex vsuraria causa prædium in solutum datur, is enim actus etsi quoad quid
B in emptionem recidat, tamen non ea intentione fit, vt emptio contrahatur, tametsi ex consequenti & euentu contrahitur, sed potius vt prior dissoluatur & debitor liberetur; itaque hîc simplex condictio soluti aut insolutum dati competet, non rescissio veluti de contractu obligatorio, quia indebiti cõdictio non pertinet ad rescissiones, propterea quod partes in soluendo non intendunt contrahere, sed obligationem dissoluere, nec est hoc venire contra pacta, quod in rescissionibus fit, quod Mol. notat. q. 18. Idcirco nec rescissionum temporibus, id est, decennio
C præciditur, cùm condictio personalis sit, & ideo tricennaria. Hoc discrimen vtriusque remedij, quorum vtrumuis intenderis suis vtrumq; præscriptionibus subiicitur, nec de fœneratitiorum impræscriptibilitate participat. Quod de pretio obijcitur minus habet rationis, quia certum est sicuti, & olim Vespasianus putabat, vitium causæ vnde id redigitur, 19
non influere in ipsum pretium, itaque pretium ex re furtiua redactum furtiuum ipsum non est. Nec à domino rei furtiuæ vendicari posset. l. qui vas. §. vetare. D. de furt. glos. l. 2. & l. non vnde originem. C. si cert. pet. l. Labeo & Sabinus. §. 1. D. de verb. signif.
D nec pecunia redacta ex re hypothecata, ipsa hypothecæ subiicitur l. quidam. D. in rem vers. Bald. l. vlt. C. commod. l. eum cui. D. de act. & obligat. Sic nec pretium ex fœnebri causa redactum fœnebre est, quod quidem male colligunt ex c. cum tu. ext. de vsur. nec pretium de re feudali feudale est, quod Iac. de Bello. Aluar. Mart. Land. Card. putant c. 1. de feud. non hab. nat. feud. nec enim in singularibus pretium succedit loco rei, de quo Bart. l. si rem, & pretium. D. de rei vend. & l. si ex ea. C. de rei vend. l. sed etsi §. 1. de pet. her. in qua traditur rem de pecunia emptam, vt hoc casu præsupponitur, non succedere lo-
E co pecuniæ, quinetiam & mutuum, & alij contractus de aliena pecunia fiunt, & valent ad acquirendum stipulanti etsi consumptionem expectant ad reconciliationem l. nam etsi fur. D. si cert. petat. Non igitur pretium ex causa vsuraria redactum contractum emptionis, aut alium in quem influit vitio vsuræ afficit, vt inutilem faciat, sed id à causis contractuum spectandum est, non à qualitate aut origine pretij d. l. non vnde originem.

Ex quibus apparet, etiam si omnes repugnarent, 20
contractum de quo in hypothesi per quem res emitur, pro pretio, de vsuraria prauitate, aut causa reda-
F cto, non esse ipsum vsurarium, nec inter fœneratitios commemorandum, substantialia, naturalia, accidentia omnia diuersa esse. Esse quinetiã verè commutatiuum, & dominij translatiuum, neque vllam vsuram ex eo continuari aut recurrere. Ideoque falso tali contractui præscriptibilitatis cõditionem imponi, quæ non nisi fœneratitiis cõtingit, ob id si quid in causa impulsiua contractus, vitij insit, nõ esse opponenda fœneratitiorum remedia, id est impræscriptibilitatem, sed commutatiuorum, id est rescissio-

nes, quibus ipſis decennio præſcribitur, aut condictiones ſecundum contingentias caſuum quas ſcripſimus, & nos à natura, cauſa, & pretij qualitate diſcuſſimus, ne iam quiſque hæreat. Sed & dominium transferri docuimus, & actioni reſciſſoriæ ex vitio cauſæ competenti præſcribi ſicuti cæteris per dolum, metum aut vim initis, vt ſit deinceps me auctore quod confidentius patroni reſpondeant.

Quod in ipſis contrahentibus diximus, audacius de hæredibus eorum ſiue ſingularibus ſiue vniuerſalibus pronunciamus, hoc de his etiam qui ab ipſis contrahentibus emêre, id eſt ſecundis emptoribus qui & ipſi cœptas præſcriptiones poſſunt perficere aut à ſe incipere, imo & edictali approprimento ex capite ſuo omnem actionẽ excludere, reſciſſionem, & condictionem intercludere, omni ſpe reclamandi
21 ademptâ, niſi eſt intercesſum. Nam præterquã quod vitium vſuræ perſonale eſt, & perſonam non egreditur præſertim ſingularis ſucceſſoris, quod Molin. notat. q. 17. & 18. & 61. ad finem, id etiam proprietatem confirmat ſecundi emptoris, ſi approprimẽtum edictale perfecerit, idque irreuocabiliter aduerſus omnes reſciſſiones prioribus venditoribus competentes, quia etſi verum ſit reſciſſiones aduerſus tertios poſſeſſores dari, quod Molin. notat. q. 61. tamen id verum eſt niſi tertij approprimentum perfecerint, ex ſuo capite. Sed de eo nos infra fuſius viderimus loco magis appoſito.

Sed illa mentio contractuum vſurariorum admonet, vt de his in vniuerſum diſſeramus, quando, & quis vſus eorum eſſe poſſit ad præſcriptiones, & an ex talibus titulus idoneus tribui poſſit ad vſucapiendum, quando à quoquam ea non ſunt adhuc ordine, & ratione iuris explicata, etſi ſummatim quaſdam ſpecies Molin. attigit. Nec ea tractatio parum vtilis ad vſum quando ea diſceptatio tribunalia ſæpè fati-
22 gat. Et ponamus ſpeciem in pacto legis commiſſoriæ in pignoribus adhibito, cùm ſcilicet pecunia mutuo ſub pignoribus ſumpta, lex dicta eſt, niſi ſuâ die pecunia ſolueretur, vt pignora cederent creditori pro ſuo debito. Hæc deſcriptio eſt Iuriſconſultorum in l. fin. C. de pact. pigno. & Cano. in c. ſignificante, &c. illo vos. ext. de pigno. & palam, & in confeſſo vſurarius eſt talis contractus. An vero res immobilis hoc modo per nõ ſolutionem commiſſa & acquiſita preſcribi poſſit aduerſus dominum quæritur. Hic caſus à priore differt, quod in illo ſuperiore vitium eſt in cauſa impulſiua, in hoc contractu in ipſo conſenſu, & materia contractus, cuius ſubſtantialia afficiũtur, & annullantur, quia lex reſiſtit tali conuentioni, obſtat, prohibet, punit, cauſa prohibitionis publica & perpetua ob turpitudinem facti, iure naturæ ciuili, & diuino, prohibiti. Quare dubitari nequit quin cõtractus talis nullus ſit, per ea quæ diximus in loco de titulis nullis, & prohibitis, & loco de donationibus, quo neceſſe eſt fieri vt nullus iuris effectus ex eo produci poſſit per notata l. vbi lex. D. de fideiuſſ. & l. non dubium. C. de legibus, & c. dudum. ext. de decim. & his quæ Alex. allegat. conſ. 46. lib. 3. & 54. lib. 6. Non poteſt igitur virtute talis tituli vlla præſcriptio de his quæ titulum exigunt perfici, ſiue aduerſus contrahentes ſiue extraneum, nec noſtra igitur quindecennalis, quia titulus reprobatus eſt, propter ſcelus, & peccatum ex regula qui contra de regul. iuris in vi. quia lex publica priuatorum conſenſui obijcitur; nec aſſentior Bald. qui in conſ. 322. lib. j. dominium ex tali contractu transferri putat & reſciſſoria agendum quod perſpicuè falſum eſt ex doctrina d. l. vbi lex, & d. reg. qui contra, & his quos Molinæus citat

A quæſt. 83. num. 628. expreſsè conſ. Steph. Bertrandi, 153. parte 2. in fine. Quod ſi ſententia eius valeret relinqueretur, vt cum hodie iure regni reſciſſionum tempora omnia decẽnio coarctata ſint, poſt decennium venditor de vſura conqueri non poſſet, nec prædium ſic venditum recuperare, quod nemo ſanus dixerit. Sed in eo controuerſia, an prædium hoc, non titulo dico ſed colore appræhenſum, poſt triginta annos vendicari poſſit, & an præſcriptio talis poſſeſſoris obſtet, quod Molin. putat d. q. 61. & Bald. d. conſ. Idem Bald. contra putat nec vllo tempore, ne tricennali quidem præſcribi poſſe odio fœnerantis,
B in c. 1. tit. de feud. dat. in vic. leg. commiſſ. & ſi barbarus ille text. legis vicem obtineret credi poterat id videri per eum deciſum. Idem probãt Aluarot. Card. Alex. col. 2. Idem Rom. & Franciſ. Aret. in l. 2. D. de acq. hæred. Alex. add. ad Bart. l. cum notiſſimi verbo offeratur. C. de præſcript. 30. anno. Barbat. conſ. 51. lib. j. col. 10. verſ. præterea faciat. Iacob. de Sancto Georgio l. mutuum. D. de rebus credit. Steph. Bert. conſ. 88. lib. j. & conſ. 150. & 153. vol. 2. Balb. in tract. præſcript. parte 5. partis 4. q. 2. ad fin. Nos quidquid ſub cœlo præſcriptibile eſt ſubiacere triginta annorum
C præſcriptioni putauimus iure quidem ciuili l. omnes l. ſicut. C. de præſcrip. 30. annor. aut vero iure conſuetudinario quadraginta annorum. Nam cum in talibus, id eſt, præſcriptionibus longiſſimi temp. tituli nulla ratio habeatur, imo nec titulus allegari debeat, ante nullo præſuppoſito, de qualitatibus eius non eſt inquirendum, l. eius. D. de reb. credit. id eſt, cum titulus neceſſarius non ſit, de iuſtitia eius ſi quiſquam adſit, non eſt laborandum, cùm ſine vllo titulo pleniſſimum dominium acquiratur, idcoque de cauſa acquiſitionis non ſit quærẽdum. Nam cùm pignoraticia actio quæ ſoluto debito ad recuperan-
D dum pignus competit, remota dominij tranſlatione per annullationem pacti commiſſorij, non amplius triginta annis duret, vel hypotheca non plus quam quadraginta, relinquitur rem ipſam præſcribi & ipſis quoque actionibus pignoraticiis, & hypothecariis poſſe, ſi intra legitima tempora intentatæ non ſint, poſſeſſione ex qualibet iniuſta cauſa interuerſa ex dominij cauſa, vt cæteræ quoque res furto, aut rapina, aut quouis dolo poſſeſſæ. Nec eſt quod aut Alex. aut ex eo Molin. d. q. 61. anxij ſint de bona fide præſcribentis, aut ſucceſſoris ſingularis, aut vniuer-
E ſalis, quando iſta de Canoniſtarum ſententiis deducuntur, qui non putant vllo tempore cum mala fide præſcribi, quæ perpetua futura ſit in contrahente, hæredum vero vel vniuerſalium ſucceſſorum diuerſam cauſam eſſe, quorum conſcientia aliena ſcientia maculari non poſſit, ideoque à ſe incipiendo præſcribere poſſe, ſingulares vero ſucceſſores multò maximè, niſi quòd hæredes, vt vniuerſales bonorum ſucceſſores teneri putant ad exonerandum conſcientiam defuncti, nõ quia mala fides tranſmittatur, quæ perſonalis eſt, ſed quia bonorum detẽtores ſint. Sed nec eſt hoc alienam conſcientiam exonerare, quod
F illi aiunt, quæ rationes refelli poſſunt, & vero in ſtatutariis præſcriptionib. non obtinere docebimus in loco de bona fide. De titulatis verò præſcriptionibus alia ſententia eſt, quia vitiato titulo ſubſtantialia inficiuntur, quod Bart. docet l. naturaliter. D. de vſuc.

Huic affinis eſt illa quæſtio, de venditionibus quæ 23
fiunt cum pacto de retrouendendo, in quibus modicitas pretij pactum de retrouendendo, & fœneratoria Conſuetudo, denique vitia omnia concurrunt, ita vt in confeſſo ſit contractum vſurarium eſſe. Nam illa

omnia

omnia concurrere præsupponi volumus, & quęcunque vitiant tales contractus, de quo Doct. c. illo vos. ext. de pign. Alex. d. conf. 46. & 54. Barb. d. conf. 51. Steph. Bertr. d. conf. 183. Bald. d. conf. 322. qui quomodo ex talibus dominium träsferri dixerit videre non possumus, cùm id tam aperto iure conuincatur, ex iure prohibitorio & annullante, vt ante demonstrauimus. Qua de causa hîc per omnia eadem statuenda sunt, quæ in superiore quæstione diximus, cùm hædem sint nullitatis causæ, & rationes, si modo talis emptor in possessione fuit, & possedit. Nam tanto tempore illa præsumptio, quæ ex circunstantiis colligitur, quod non sit, vera venditio imo pignoratio potius eluitur, cùm pro suo emptor & domini intentione possedit, alioqui si emptor in terminis pignorationis mansisset, quod apparere posset ex recognitionibus, solutionibus pignorationem implicantibus, & aliis talibus actibus, haud dubiè nullis seculis præscribi posset non data interuersione antecedente, quia contractus simpliciter esse pignoratitius agnosceretur, atque ita ex eo nunquam contingeret præscriptio, cùm is non sit de his qui dominij translationem operantur, imo eius natura repugnet, cùm res sua nemini hypothecari possit, & creditor debitori possideat, & possessionem eius confirmet, l. non solum. §. qui pignor l. pignori. D. de vsucap. & quos Mol. allegat. d. q. 61. ex auth. malæ fidei. C. de præsc. 30. anno. & nos supra tractauimus in loco de vitiis possessionum in auctore, & pro hac sententia decisio est Baldi d. conf. 322. Decij l. petens. C. de pact. Hieronymi Cagnoli l. 2. C. de pact. int. empt. col. 5. vers. illa vero an factum. Alex. d. conf. 46. & 54. Petr. Girard. sing. 18. Balb. q. 2. quarta parte quintæ

24 partis. Sed cùm illud quoque inquiritur, an reditus annuus præscribi possit, si forte non dominus super alieno prædio reditum vendiderit, & dominus quindecennio veluti debitum soluerit. Molin. ex tali titulo præscribi posse putat, spatio dumtaxat triginta annorum, quia pensiones intra id tempus solutas potest dominus detecto errore vt indebitas condicere. Nam decennalis præstatio, etsi præsumptionem inducit ex l. si certis annis. C. de pact. tamen non est sufficiens ad acquirendum, aut præscribendum, quod Mol. exequitur d. q. 17. & q. 20. Sed ex solutionibus à non domino factis super re aliena præscriptio non contingeret, vendicato posterius fundo à vero domino, quia res aliena hypothecari non potest sicut vendi l. aliena res. D. de pignor. & in Rub. C. si res aliena pigno. dat. sit. Bart. & glos. l. rem alienam. C. de cont. empt. Ideóque emptor à non domino non constituitur in possessione per solutionem factam à non domino l. quamuis. D. de acq. poss. nec colonus aut censuarius soluendo pro re aliena rem alienam censualem efficit, quod Anchar. & Philippus Francus tractant c. vlt. de off. vic. in 6. Hæc sententia re, & effectu statuit tales reditus, præscriptione longi temporis acquiri non posse, propterea quod dominus effectum possessionis, qui à pensionum solutione pendet, potest per conditionem indebiti resoluere, & ad non causam reducere. Ergo longissimi temporis præscriptione vtendum erit.

25 Atque ista quidem de reditibus, qui legitimè constituti reperiuntur, & secundum taxationem ab lege factam: Nam si vitiosa esset, propter iniustam pretij declinationem vt ante diximus, nulla inde actio nasceretur, & quod solutum esset reditus nomine in sortem imputaretur, nec vllas reliquias talis constitutio posset producere, propter recurrens & indeficiens vitium constitutionis, quæ ipsa causa est, cur

A nulla præscriptio currere possit ad confirmationem reditus hoc modo constituti, quia nulla temporis longitudo vitium purgat, sed subinde magis, ac magis auget c. vlt. ext. de consuet. quod Mol. scripsit d. q. 17. ampliat. 2. Tiraquellus vbi supra num. 33. nulla recognitio expressa, aut tacita, aut implicita vitium adimit, quod Molin. ait ampl. 3. & 5. nullum iudicatum, quod ille scribit quæst. 16. Tiraq. latius eod. loco num. 3. & in hoc casu intelliguntur sententiæ omnes, aresta, & iudicata quæ proferuntur de impræscriptibilitate ex contractibus vsurariis fœneraticiis,

B cùm commutatiuorum alia conditio sit, vt ante disseruimus. Quam sententiam Molinæus vult accipi non solum in simpliciter & absolutè vsurariis, sed etiam excessiuis & subiectiuis reductioni, cui nullo tempore præscribi possit quominus petatur. Et id verum esse potuit eo tempore quo Molin. scribit anno scilicet 1540. cùm inter Curias regni imo nec eiusdem Curiæ decurias conueniret de legitima taxatione redituum constituendorum, cum de decima duodecimaque pugnaretur, de quindecima ambigeretur. Sed posterius amputato lege regia dissidio, & sancita quindecima pro vno, nullus iam inde excessus admitti potest, quin in totum constitutio vitiosa

C corruat, etiam si numo tantum peccatum sit, itaque in totum contractus aut vitiosi, aut legitimi sunt, prout ad extremum alterum declinant, nec reducibiles sunt, nisi cùm pactis vltra pretium onerantur, quæ vitiantur ipsa, nec vitiant nisi contra substantiam contractus apponantur, quod Mol. probat quæst. 50. & quæst. 17. & quæst. 10.

Quanquam Reges ipsi minoris constituere solent, vt illa famigerata ædes Parisiensis nuper reperit, apertâ vsuris mensâ. Sed conditione redimendi perpetua ad rationem vnius pro duodecim (alioqui le-

D ge vetantur regni incolæ) quod cùm omnes faciant in illa officina fœneratrice, nemo damnare audeat.

De reliquis siue arreragiis, an eorum repetitioni cùm soluta sunt præscribi possit, ambigi potest. Mol. præscribi putat triginta annis, non minus quam condictioni furtiuæ, ita vt repeti id demum possit, quod intra triginta postremos annos solutum sit, vt indebitum & ex turpi causa solutum. d. q. 17. nu. 197. & q. 61. lib. de vsur. ante id tempus soluta non possint, quod rationem habet, tametsi ille inter contrahentes ipsos, aut hæredes eorum quiddam interesse pu-

E tauit è sententia Canonistarum, sed nos id quale sit suo loco ostendemus.

DE PRÆSCRIPTIONIB. CONTRA PACTA REDEMPTIVA EX DISPOSITIONE legis: Item de iusto pretio redituum.

Cap. 7.

1 *De pactis redemptiuis lege vel conditione.*

2 *Conditio redemptiua in constitutionibus redituum valorem diminuit.*

F 3 *Indicatio valoris redituum constitutorum ad rationem 15. 25. 23. & 30 pro vno.*

Conuictio ratiocinationis Molinæi super æstimatione pretij redituum. ibid.

4 *Iustum pretium redituum non potest deprahendi quale fuerit in iure ciuili.*

5 *Vna æstimatio obtinere nequit in diuersis orbis partibus.*

6 *Reditus ad rationem vnius pro decem in Normania, Hispania, Romæ, Vvermaciæ, in Delphinatu, in agro Parisiensi.*

7 *Vetus indicatio redituum in Britannia.*
8 *Verum rerum pretium est quod à lege taxatum est.*
9 *Reditus empti ad taxationem legis non sunt subiecti redemptioni.*
10 *Nec ad iustitiam pretij necessaria est redemptionis conditio.*

1 HIc tibi famigeratissima illa dubitatio de præscri-
ptionibus contra pacta redemptiua, siue ex con-
uentione & contractu competant, siue ex dispositione legali, & rara quidem legalium exempla nisi
forte in domanio Regis: placet exemplum ponere
quod alienatum ex dispositione legis perpetuo re-
dimibile est, nec huic facultati vllis sæculis præscri-
bitur, quod inferius suo loco dicemus, vel cum re-
trahendi facultas à Consuetudine tribuitur, vel do-
mino de eo quod alienatum sit, quod tractant d. c. 1.
de feud. dat. in vic. l. commiss. Hæ reuendendi con-
ditiones ex lege competunt. Mol. exemplum addi-
dit de reditus constitutione ad rationem quinde-
cim, cui pacto perpetuam vult inesse redimibilitatis
conditionem, & necessitatem, sine qua iniqua futu-
ra sit reditus constitutio & iure improbata, quia sci-
licet, quindecim non sint iustum pretium vnius, nisi
enim addatur ex parte emptoris redimendi facultas,
quæ valorem reditus diminuit ex tertia parte, vt ipse
putat, atque ita contractum reducit ad æquilibrium
2 valoris, & pretij, ad exæquādum vtrumque, id quod
ille perpetua oratione defendit, d. lib. de vsur. q. 5. &
pacta contra hanc redimendi facultatem apposita in
totum vitiare contractum putat. Sed qui posterius
scripsit Didacus Hispanus quidam eruditus lib. re-
sol. 3. c. 8. vitiari potius eam quàm vitiare scripsit, at-
que ita in suo Granatensi in Hispanijs Prætorio iu-
dicatum. Sed & an in reditibus quoque ad rationem
viginti pro vno seruandū sit dubitat Molin. d. quæst.
5. seruandum vero asseuerat tit. de censib. quem po-
sterius scripsit. §. 58. num. 31. & 32. Id vero sic demon-
strat, ex iustitia scilicet pretiorum, quæ consistere
putat in puncto triginta adæquate, ducta coniectura
ex iure ciuili, quia in §. fin autem auth. de Eccles. tit.
venditio redituum aut prædiorum Ecclesiasticorum
statuatur ad rationem vnius pro 35. id vero fieri per
excessum ratione & fauore Ecclesiarum, & in eo es-
se extremum excessus. contra in l. 3. §. item si reip. D.
ad l. falcid. taxari ad rationē vnius pro viginti quinq;
esséque id extremum in defectu, medium igitur pū-
ctum inter ista extrema consistere in triginta. Hæc
Molinæi collectio docti licet hominis, in multis la-
borat, nec necessariò infert. Nam cuiuis apparet, sta-
tui ista diuersissimis temporibus, id de l. 3 ad l. falcid.
responsum Pauli Iurisconsulti est, Alexandri Impe-
ratoris scilicet ætate constitutio. d. aut. de Eccles. tit.
Iustiniani Imperatoris, ex quo temporum interual-
lum colligitur, vt etiam autorum eius iuris: quare
malè infertur de æstimatione pretiorum vnius tem-
poris ad aliud, re per se variabili & incertissima.
Deinde hæc iura non sunt scripta opposita pro por-
tione alterius ad aliud, ac ne mentione quidē prioris
in secundo facta, vt videri debeant relatiuè esse scri-
pta, ad sese, & vnum dici summum, alterum mini-
mum mutua, & reciprocâ comparatione. Cur pre-
tium 35. maximum dici debet & in extremo exces-
sus, habet fortasse rationem aliquam Molin. nisi si
etiam opponitur. §. sanctissimas auth. de alie. & em-
phy. quæ domos æstimat pretio annorum quinqua-
ginta fructuum quod 35. excedit. Cur autem mini-
mum in vigintiquinque posuerit Mol. rationem nō
habet, nec auctorem, vnde fit, vt nec id quod me-
A dium ponit, possit certo constituere, laborante col-
lectione in altero extremorum: vnde consequēs est,
vt multominus rationis habeat, cùm pretia infra il-
lud suum extremum viginti quinque non putat iu-
sta, & idem de pretio xv. pro vno quod de viginti
pro vno statuendum putat omnino irrationabiliter,
& ἀμετρητῶς. Quo fit cùm suam hanc collectionem
statuit, vt omnes tex. repugnantes aut diuersas om-
nium Doctorum sententias aduersantes proterere
cogatur magno & confidenti ausu. Inde fit, vt quod
plures speciale in republica constitutum putent, vt
B Socin. Bud. & quidam alij d. l. 3. id ipse ius commune
esse asserat, & habet fortasse hac in re assentientes;
ex parte. Quod glos. Saly. Angel. Fulgos. Cast. ex au-
th. præterea C. de sacros. eccles. Rom. cons. 423. &
quos Tiraq. recitat in retract. §. 1. glos. 6. numer. 19. de
Chas. tit. *des rentes vendues en rachapt.* §. 1. & cons. xj. Iu-
stum pretium putant, quod de fructibus fundi repo-
nitur annis viginti, id ipse falsum & erroneum asse-
rat, multominus recepturus quod Saly. & Bald. l. si
quis argent. §. si vero alicuius. C. de don. aiunt iustum
esse quod quindecim annis reponatur. Multò mini-
mè auditurus quod Iohan. And. ad Spec. taxat ad ra-
C tionem vnius pro duodecim tit. de vsur. Mihi qui-
dem è iure Romano nusquam videtur deprahendi
posse, quod pretium fuerit prædiorum, nec illi casus
particulares illius reip. relationem vllam ad seipsos
habent, & si quid inde statuitur, amplius statui non
potest, quam quod sua quæque tempora tulêre, vna
& æquabilis indicatura ex hac diuersissimorū tem-
porum æstimatione, & mutata, reip. forma colligi
nequit. Fuerit illa Pauli Iurisconsulti temporibus
pacato imperio, eadem Iustiniani ætate vexato ab
Gotthis, Alanis, Vandalis non fuit, nec si fuit eadem
vbique illo eodem imperio statui potuit, in Oriente,
D Occidente, & cæteris orbis partibus, Quare (vt se-
mel dicam) de iure Romano incertissimè quidquam
meo iudicio colligitur, hoc quidem in genere ex cu-
ius regulis illa potius valere sinenda est, quæ in l.
pretia rerum. D. ad l. fal. eodem scilicet titulo consti-
tuitur. Non nullam (inquit) varietatem loca, & tem-
pora adferunt, quod in totum verum est, ex vbertа-
te, prædiorum situ, opportunitate locorum, copiâ
rei nummariæ, mercatorum frequentia, & opulen-
tia, pacata aut turbata rep. Nec eadem expectanda
æstimatio Philipi Valesij aut Caroli VI. temporibus
E infessa tota Francia Anglorum bellis, quæ Francisci
Regis primi temporibus pacatis omnibus, & l. 3. §.
diui fratres. D. de iur. fis. indicat. Quin quæ illi modò
optimates opulentissima prædia obtinent, olim tam
paruo veniere, vt pene incredibile sit, siue hominum
tum minus fuit, siue pecuniæ. Quamobrem nec ij
Rom. reip. certa etiam talium æstimatio fuisset pro-
ducenda fuerunt illius constituta ad externas, id est,
longissimè dissitas Franciæ prouincias, diuersissimo
& vsu, & tempore, & locis, quæ omnia rerum pretia
mutant, tam prædiorum, quàm redituum, quorum
æstimatio rationabili pro portione ab prædiorum
F indicatione colligitur, vt prædiorum à fructuum ex-
hibitione, l. si fundus. D. de reb. eor. & l. fundum per
fideicommissum vbi Ias. D. de leg. 1. l. si quis Cod. de
rescind. vend. quin & tex. ex longioribus aut breuio-
ribus excursionibus pretia mutat, & quod aiūt pro-
uerbio *terre portee est demy mangee*, de quo iuris. l. Me-
uia. §. vxore. D. de an. legat. Quare regulis concludi
ista nequeunt propter volubilitatem pretiorum &
sumptuum, quæ suapte natura subinde voluuntur, d.
l. pretia, & vsus docet, quæ maiores nostri decem
empta habebant, nunc ne triginta quidem aut qua-
dragin-

draginta comparantur. Sunt igitur iſta conſtituenda ex cõſiderationibus affixis locis ipſis, quas ſæpe vnus riuulus tantum diſcriminat, vt diuerſiſſima conſtitui mirari non deſinamus. Ante annos viginti cùm prædia centum annui reditus tribus milibus in Britan-
5 nia vænirent, vt adhuc fit, traiecto riuulo in Normania mille non amplius proſtabant, id ipſum in Andibus & vicinis Cenomanis in ipſis regionum finibus fiebat. Noſtri ciues quo melius compararent relicto patriæ commercio in finitimas prouincias migrabant, nunc vero quamlibet aucto rerum pretio his locis adhuc æquiori conditione mercantur, nobis etſi pecuniæ multominus eſt quàm illis, tamen ea caritas prædiorum perſtat. Redituum vero quanta varietas in comparandis? Nam vt poſteriorem Romæ indicationem attingamus illæ Martini, & Calixti extrauagantes tit. de cont. empt. conſtitutiones, ad rationem vnius pro decem patiuntur, adiuncta redimendi facultate perpetua, ea dempta ad rationem duodecimæ aut quindecimæ erant ſtatuturi, iidem Pontifices ſi interrogati fuiſſent, quando ab illa vrbe cæteriſque Italiæ politiis nos omnem fœnerationem primum accepimus, illis magiſtris edocti nequitiam. Vicini vero Normani illam ipſam rationem irrefragabiliter retinent & obſeruant etiamnum, nec Rex ipſe cùm ibi domanium ſuum vendit, alia lege vẽdere potuerit, & apparet vetuſtum apud eos eſſe inſtitutũ, quod veteres multæ tabulæ oſtendunt. In Prouincia Betica, in Hiſpaniis circa Tagum, quæ Granatæ imperio paret, ad eandem rationem decem pro vno reditus conſtituunt, Tagum tranſgreſſi ad rationem duodecimæ, quod Didacus eius gentis incola ſcribit. li. 3. reſolut. c. 10. in quibuſdam Germaniæ ciuitatibus, ex lege, ad rationem vnius pro viginti, in alijs ad rationem quindecim
6 conſtituunt, quod Conradus in lib. de contract. teſtatur. quæſt. 83. & 84. & Vvormaciæ eam vltimam indicaturam non ita pridem ſancitam eſſe lege publica, in Delphinatu pridem ad rationem vnius pro viginti, quod Papa eius gentis indigena memorat, conſ. 180. Pariſiis pridem ad rationem quindecimæ reditus comparabant, poſterius vilius cœpere ad rationem decimæ, duodecimæ, quindecimæ. De eo etiam totę decuriæ non ita pridem pugnarunt, quod ipſe Molin. refert. d. quæſt. 5. Tiraq. lib. 1. retract. gloſ. 6. num. 3. Imbert. lib. 1. inſtit. c. 34. Idem Molin. quæſt. 10. num. 146. ipſe etiam diuerſa pretia, eaque tria refert eiuſdem temporis in limite Picardiæ, vlteriore citeriore, & ipſa vrbe, vt bella ſecuritatem turbauerant fruendi. Ipſe Rex cùm lege infinitam fœnerandi licentiam cohibere vellet, & iuſtum pretium ſemel lege diffinire, ne quid amplius de eo liceret vagis cuiuſque arbitriis anno 1562. verum pretium ſanxit ad rationem quindecimæ, addità quidem redimendi facultate, & tamen nullo nõ die domanium ſuum diſtrahit ad rationem duodecimæ, credo propter redimendi conditionem perpetuam, ipſaq; ædes illa publica Pariſienſis fœneratrix nuper aperta, exemplo Italicarum mundinationum, eadem ratione ſolet appendere, cuius occaſione, & facilitate honoratiſſimus quiſque nunc fœneratitiam facit, & de ſuo menſo demetit, quo fœnori mox collocet, probato ſæculi infœlicitate probis, improbiſque inuentò, quãdo id omnes faciunt. De noſtra priuatim Britannia (vt id dicam quod verum eſt) veteri Cõſuetudine ſcriptum extat, atque adeò in nouam relatum, prædiorum ipſorum iuſtum pretium ad rationem vnius pro duodecim fuiſſe, idque moribus taxatum; Id vero tam deſuetum eſt, etſi in Conſuetudinis tex-

Pro viginti art. 247 N. C.

A tum inſcriptum, vt hoc modo emptum certiſſimum ſit reſciſſioni ex leſione vltra dimidiam locum facturum, nec vlla in regni parte carius emitur nunc. Patrum memoria crebræ redituum conſtitutiones reperiuntur veteribus tabulis, ad rationem vnius pro viginti, apud Ambiliates, noſtros ſcilicet Lambaleos, pleræque ad rationẽ vnius pro quindecim, vixque ad eam rationem conſtituti ante Ordinationem ferri poterãt, niſi illa auctoritatem facto addidiſſet, anno 1562. & poſterius cùm ex Pontificali & Regia poteſtate prædia Eccleſiaſtica auctioni ſubiicerẽtur,
B me ex reſcripto regis delegato ex ipſorũ reſcriptorum, & commiſſionum tenore, prædia ignobilia ad rationem 20. pro vno nobilia ad rationem vigintiquatuor diſtrahere iubebamur, & vero ex eo tẽpore ſæpè iuſſi ſumus, & ea indicatio ſacro concilio ſancita. I nunc & è iure Romano collige quod, qualéve iuſtum ſit pretium, idque in Gallia, adde in Britannia hac, aut vicina Normania, aut in nũdinis Lugdunenſibus, aut Campaniæ. Non reperias vnde facias, multa occurrunt, multa contradicunt, non eadem proportio, quia intrinſeci valores rerum ſubinde mutantur, quod Steph. Bertrand. dixit conſ. 181. lib. 1. Sa- 7
C ly. l. fin. quæſt. 7. C. de cont. empt. Quid igitur cẽſes? Hoc ſcilicet iuſtum eſſe prætium & adæquatum reditus valori, quod lege moribus, aut vſu cuiuſq; prouinciæ ſit cõſtitutum & taxatum, quod pluribus Cepola diſſerit in lib. de ſimulat. contract. præſumpt. 2. verſ. verum quia dictum eſt num. 28. quippe vbi lex figit pedem vltra non licet progredi. l. ſi cum fuerit. D. pro ſoc. quod Theologi quoque confirmant, neque (vt Gerſon Theologus ait) quemquam oportet ſapientiorem ſibi videri lege, aut ſibi ſcrupulum vltra legem texere, ſupra id quod ſtatuit, quia poteſtas legis eſt ſuper id, & ei rerum pretia ſubſunt, & valo-
D res rerum æſtimandi ſubiiciuntur, quod Molin. perſequitur illa quæſt. 5. Hæc eo pertinent vt intelligatur, quod ab Ord. regia taxatum eſt legitimum, iuſtum, & adæquatũ merci pretiũ eſſe, quod illo tempore quo Molin. ſcripſit adhuc taxatum non erat, & opinationibus iudicantium fluctuabat, cùm lex nulla eſſet à qua poſterius fixũ eſt, ita vt ab eo declinaſſe in defectu, id eſt, minoris emiſſe in totum cõtractum vitiet, vel vno numo, quia non ſicuti prædiorum, ita & reditus incerta æſtimatio eſt, ſed in puncto conſiſtit fixo à lege, cùm prædiorum æſtimatio latitudi- 8
E nem habeat lege non vetitam, ad vltro citroque declinandum. Quod vulgo notant. l. 2. Cod. de reſcind. vend. & ipſe Molin. ſæpe explicat. Sed pretio ad rationem quindecim conſtituto neceſſitas redemptionis ad implendam iuſtitiam pretij, impreſſa eſt ab Ord. Reg. nec alioqui per ſe pretium iuſtum eſt, & in puncto adæquatum, ſed alia ratio pretij ad rationẽm viginti pro vno: addo & decem, & octo pro vno cõſtituti, quæ per ſe iuſta indicatio eſt. Nec eſt onerandus talis contractus extraneo, & accerſito onere. Quare non ſine cauſa Molinæus in d. quæſt. 5. ſcripſit ſuum nõ eſſe, de quoquam ſtatuere ſine conclu-
F denti, aut ſufficienti ratione de iure, cùm ipſe agnoſcat nullibi in iure determinatum certũ, & adæquatum pretium fundorum, quum ſit facti, & impoſſibile, & pendeat à circunſtantiis, & caſualibus differentiis, inferiorũ cauſarũ num. 118. & 128. etſi redituum videre ſibi viſus eſt taxationẽ in iure, de qua nos ante diſſeruimus, de quibus in eandem incertitudinem reuoluitur num. 128. & malè exiſtimat etiam cõſtitutos ad rationem pro viginti redemptioni obnoxios eſſe, etiam ſi contra cautum eſſet. Nunc vero taxata ratione quindecimæ ea cautio contemni non poſſet. 9

quoniam legis necessitas impressa est. Non eadem causa reditus ad rationem viginti pro vno constituti. quod Molin.alibi asserit, alibi dubitat. Quod ideo hîc dixi, quia multi illam Molin. sententiam, vt grande præiudicatum accipiunt, errore iudicandi, & discernandarum causarum, quarum differentia dispositiones mutat, vt cùm ille putet tali conditioni redemptiuæ præscribi non posse, in constituto ad rationem viginti quia ex lege insit, ego contra lege non inesse defendam, & si apposita sit ex dispositione contrahentium non minus præscribi posse, quam cuiuis alij redemptiuæ conditioni, de quibus iam iam nobis dicendum.

Et hactenus de redemptiuis conditionibus ex lege, quibus ferè si quæ sunt dicta tempora ab legibus apponuntur, vt retractui & alijs, atque talibus quominus necesse sit de præscriptionibus earum laborare.

DE PRÆSCRIPTIONIB. ADVERSVS PACTA REDEMPTIVA ex conuentione.

Cap. 8.

1 *An conditioni redimendi præscribi posit pugnæ & aduersariæ auctoritates.*
2 *De venditione sub pacto toties quoties, semper, perpetuo & talibus.*
3 *Posterior creditor habet ius offerendi priori.*
4 *An præscribi posit facultati.*
5 *Pactum redimendi non competit vt facultas, sed vt ius.*
Quid est facultas in iure Quid ius, latè. ibid.
6 *Iuri offerendi an præscribatur, cùm datur ad actionem acquirendam.*
7 *Conditio reuendendi quid significet, non facit actum conditionalem.*
8 *Voluntatis ad impotentiam magnum discrimen.*
9 *An præscribi posit personali, in qua res soli quæritur.*
10 *Personales non iudicantur à materia, sed ab titulo actionis & prouisionis.*
11 *Arresta & iudicata pro præscribendi facultate.*
12 *An tali pacto hypothecæ præscribi posit, & de præscriptionibus hypothecarum.*
13 *An secundus emptor præscribat tali pacto.*
14 *Actio de reuendendo realiter intenditur aduersus possidentem tertium in Francia.*
15 *Res iunioris præscribitur ex titulo habito à secundo emptore.*
16 *Secundus emptor sub eadem lege redimendi.*
17 *Resoluto iure datoris quem intellectum habeat.*
18 *Præscribere an posit creditor aduersus alterum.*
19 *An creditor iuri offerendi posit præscribere.*
20 *An ex titulis rescißioni subiectis præscribatur.*

1 Sed de his quæ ex conuentione partium contractibus apponuntur, ingens pugna, & acerrima dimicatio scholasticorum autorum, & verò etiam pragmaticorum antesignano Accursio, cuius vnius pugnantes sententiæ extant glos.l.cùm notissimi. §.eodem autem tempore.Cod.de præs.30.anno. & l.si finita.§.siue autem.D.de dam.infect.& in l. si rem alienam, §.omnis.D.de pignor.act. & l. omnes. §. priuatum.C.de præscript.30.anno.& c.1. de lege commiss. in feudis.& l.pignori.D.de vsucap.glos.Bernardi fin. cap.quoniam frequenter.ext.vt lit.non contest.hanc partem multi sequuntur, & fortasse eos inferius describemus. Contra obstitit Cyn. & pacto de reuendendo, aut iuri offerendi negauit præscribi 30.annis. d.l.cùm notissimi, veteres vt ipse dixit sequutus, Rogerium, Vincentium, Iacob.de Arena, Martinum, & Gul.Cun.quibus sese multi adiunxêre, ipséq; imprimis præstantiss.& incomparabilis Iuriscons. Bartol. Nec ita pridem omnium exertissimè Barbatius, quanquam eruditionis sicuti existimo, quàm indocj in scriptis omnibus laude maiore, in hoc campo patrum memoria etiam Nicolaus Boër.excellens haud dubiè Iurisconsultus, & fori peritus sese exercuit, decis.131.& 182.tum qui eadem ferè ætate vixêre Ioh. Igneus professor legum apud Aurelios, postremo & Rothomagi Præses, qui & ipse res egit, & Chassaneus professa opera cons.11. Posterior Andreas Tiraq.in retract.conuent.§.1.glos.2. qui cæteros eruditione, & diligentia superauit, aliquid & in transitu Moli.lib. de vsur. quæstion.17. numer.195.& quæstion. 61. Postremus quod sciam Didacus quidam Hispanus, vir & ipse (quod apparet) eruditus, & in scriptis aliorum bene versatus.

Multa in ea disputatione illi pro ingenio, & doctrina quisque sua inquisiêre, non eodem (quod ego existimo) iudicio, ac ne successu quidem; Complures de vicino argumenta congessêre, quo factum est, vt casus diuersos materiamque etiam si generis vnius, separatam tamen speciebus confunderent.

Separandi sunt igitur casus tres contractus specie diuersi, vt & effectu quoque.

Primus cùm quæritur an venditione contracta hac lege, vt venditori redimere liceret, siue sine præfinitione temporis, siue sub illis verbis toties, quoties, quandocumque, perpetuo, semper, & similibus possit ab emptore præscribi, & quo tempore, is casus sumitur ex l.2.C.de pact.int.empt.& vend.

Secundus cùm posterior creditor habeat ius of- 3
ferendi priori suum creditum, vt sibi pignus confirmet. l. 1. Cod. qui pot. in pig. habeant. l.secundus. Cod. de pignor. an huic iuri prior cùm possidet pignus præscribere possit, ne secundus pignus auocet; & in casu conuerso, an posterior priori, de quo glos.d. l. 1. Cod. qui potior. huius dubitationis sedes est.l.cùm notissimi.§.sed cùm illud. Cod. de præscript.30.annor.

Tertius cùm debitor ipse, aut vero creditor possidet, an alter alteri præscribat creditor pignoratitiæ, & vendicationi pignoris, id est, iuri offerendi, aut debitor hypothecariæ, quæ ipsa dubitatio in d. l. cùm notissimi tractatur.

Quos casus propter materiæ affinitatem scholastici autores imprudenter miscuêre, cùm perspicuum sit, diuersos esse, & ab separatis causis decidi, quo factum est vt Igneus cùm primum casum tractandum suscepisset, imprudens in duos posteriores lapsus sit. Chassaneus cùm vltimum de priori argumenta duxerit, & is tamen num.43. & Tiraq. di[illegible]men attigit.

Sed ego scholasticas pugnas recudere non institui, cùm loci pateant & extent libri, tam ineptè plerúmque ratiocinantium, vt ipsi sese nullo argumento refellant, neque ita multum habeant ponderis ad oppugnandas receptas sententias. Ergo quod nostri instituti est, res agentibus operam nauare, casus tantum attingemus quæ in foro objici solent, & iudicijs hominum quoque in iure exercitatorum iudicia solere impellere deprehendimus vsu. Sunt autem ista pronunciata quæ obijci solent.

Primùm his quæ per modum facultatis cuiquam competant, nullo tempore præscribi posse, tale est quod pro re redimenda competat, assumptum probatur

bant ex l. viam vbi Bart. D. ne quid in via publ. Idem A Bart. l. vlt. D. de cond. ex l. & l. pignori. D. de vsucap. & d. l. cùm notissimi. Bart. & Angel. l. si rem. §. omnis. D. de pignor. act. & l. 1. §. adhæc. C. de annal. except. Ioh. And. Barbat. Panor. d. c. quoniam frequenter. Panor. c. Inter ceteras ex. de rescript. Cor. & Saly. l. licet. C. de iur. delib.

Ad hæc verborum toties quoties, & talium, quæ supra adiecimus, infinitam esse compræhensionem, coarctari ergo contra voluntatem, & intentionem partium esse, & tempore constringere, quod infinitæ libertatis sit. l. quod si nolit vbi, Cepol. §. si quid B ita. D. de ædil. edict. & d. l. 2. Cod. de pact. int. empt. nullum tempus præstituit Ang. & Imol. l. 1. D. de vsucap. Bald & Angel. d. l. 2. & quos Boër. congerit. decis. 131. & 182. latè Tiraq. in retractu conuent. §. 1. gloss. 2. num. 6.

Obligato ad reuendendum semper obstare malam fidem: quia promissionis suæ nullam possit obtendere ignorantiam, qui locus apud Can. exigitur. c. vigilanti, & c. vlt. ext. de præscript. Sed huic eidem respondetur ab his, quos in loco de bona fide citauimus, & ab Tiraq. congeruntur in retract. conuent. §. 1. glos. 2. num. 27. & l. si vnquam verb. reuertatur. C num. 290.

Iure etiam cum hypotheca addita est promissioni, de reuendendo, sicuti alienatio impediatur, quod vulgo notant. l. ea l. C. de cond. ob. cau. & quos Boer. congerit. d. decis. 182. ad fin. Hierony. Cagnol. d. l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. sic non posse præscribi promissore possidente, nisi quadraginta annorum spatio; quæ hypothecarum præscriptio est d. l. cùm notissimi & l. 1. §. ad hæc. C. de annal. except. Iure consuetudinario & patrio rem, aut ius immobile non nisi quadraginta annis præscribi Art. 271. inf. Id vero ius, quod ad immobile competat, immobile vi- D deri glos. l. 1. C. si aduers. trans. & quos Tiraq. in re-
5 tract. lig. §. 1. verbo *ou autres biens*. Ergo non minori tempore quadraginta annorũ præscribi posse, etiam si posse admittamus, nõ ergo triginta annis. Hæc fere sunt quæ in ea quæstione probabiliter disserũtur, cætera fere nihili. Enimuero quantum ad id quod primum obiicitur mirum est vllos omnino quibus mentis aliquid est, dubitasse, ius ne esse & dici deberet quod ex pacto ad reuendendum competit, an facultas. In quo probãdo ad cætera deinceps efficienda, multum vtrinque scholastici autores laborant, vt E hunc veluti collem, altera pars, alteri præripiat quoniam peroportunus ad res gerendas & patrandam victoriam videtur. nam si ius est, omnes præscriptionem admittunt, sin facultas nemo. Hic spargenda aqua pugnantibus, æternum alioqui certaturis, id vt fiat, intelligi primùm cõuenit quid ius quid item facultas dici debeat, quia apparet plerosque errore viarum in aduersa castra lapsos, id est, in alterã partẽ transiisse errore iudicij. Facultatem Festus diffinit facilitatem rerum agendarum, hoc est, vim quãdam quæ efficiat, vt actus quiq; agendi facilius expediantur, & finem accipiãt intentiones, vt in artibus libe- F ralibus facultates dicũt vires explicãdi, quid quaque de re præcipiatur, & in re medica facultates stirpium pro ingenitis viribus. Sed ista longius ducuntur pro subiecta materia, iure quidẽ ciuili facultatem appellant liberam, & nullis necessitatis legibus constrictam potestatem, quidlibet agendi, vt à natura inditam animantibus omnibus, de qua in l. 4. D. de iur. perso & inst. eod. tit. εὐχέρειαν Græci, quam Cicero in Paradoxis libertatem appellat, & in Politicis Aristoteles. Sed sicuti ciuilia iura naturæ superuenerunt, ius posterius est ordine natura, & naturæ facultatem constringit, quod Mirrha apud Ouid. queritur, humana malignas (inquit) Cura dedit leges & quod natura remittit, Iura negant, & quæ omnia initio omnium fuerunt, ea sunt singulorum facta, & singularis dominij, est igitur ius hic quidẽ, id scilicet quod priuato proprioq; cuiusdam commodo cuiquã tribuitur. Nam quæ iure publico competunt, vt ire via publica, è fonte publico haurire, simpliciter iura publica dicuntur, quod singularis hominis est, ius Titij, Sempronij, aut alterius dicitur. Ergo facultas à natura principia ducit, sed à iure gentium proprietates emanarunt, vnde & ius publicum deducitur, atque item priuatũ & distinctiones dominiorũ. Ius publicum cuiuis de populo tribuit, vt vni ex multis, nec quidquam priuatiuè ad alium, etsi inde ad singulos aliquid commodi permanat. Inde illud quod dicere solent facultati non præscribi, quod vere dicitur, de his quæ à natura, aut publico iure tribuantur; itaque quantocunque tempore nemo præscribere possit, vt qua tu ieris in publico nullus alius commeet, & si numquam ea commeauerit, vt nemo ne aërem haurias aut elementis fruaris ista nulla præscriptio effecerit. Nec rectè quidem, quæ de tali facultate dicta sunt, quæ à natura, aut iure publico tribuuntur, ad ea quæ priuati & proprij cuiusquã iuris sunt traducuntur, vt facultas dici debeat de eorum ordine quibus non præscribitur, vel ea quæ iure priuato ad singularem aliquem hominem deferuntur. Id enim ius est, quod ad priuatum quemquam defertur priuatiuè ita vt non ad alium, quod ex eo patet, quia vendi, cedi, trãsferri, & quocumque modo in alium alienari potest, quod in facultate nunquam effeceris, quæ nec cedi potest, nec transferri, nec in priuatum ius transire, aut commercio subijci. Nec Chas. d. cons. xj. nu. 51. recte eam distinctionem improbat, cùm ipsa illa l. viam. D. ne quid in via publica, de iure publico scripta sit, de via publica scilicet, de priuato nullomodo, & eam ipsam distinctionem Bald. probauit. l. licet. Cod. de iur. delib. iij. quæst. & ibid. Philip. Corn. Angel. l. si finita. §. postea autem. D. de dam. infect. Itaq; quod priuato interdum permittitur de iure publicò aut itinere interdicere, iure publico fit non cuiusquã proprio. l. 2. §. 1. D. ne quid in loc. public. Nemo enim de talibus sibi quidquam appropriat, ita vt non idem cuiuis æquè competat, hæc facultatis vis verbo latino lubet describitur, quæ libertas est arbitrij quàm Theologi defendunt, cui electio permittitur rerum expetendarum aut fugiendarum quæ verbo licet restringitur, vt illo procacis fœminæ dicto in historia, quæ cùm forte femur coram Imperatore Caracalla nudasset, dixit ille, vellem si liceret: respondit illa, licet si lubet. Hæc acuta nequitia vim facultatis indicat, quæ id agere potest quodcũq; appetitus organa impulit. Ex eadem effectus ille de quo in l. in re mãdata. C. mãd. & illa in Euãgelio eadẽ patrisf. eũ ait, An mihi non licet de meo facere quod volo, & l. semper in conuẽtionibus, & l. nõ omne D. de reg. iur. Hęc facultas nullam præexistentiam commercij, aut iuris priuati pręsupponit. Ideoque ei præscribi nequit sed 6
eius potestas ex illa. l. viam, elicita non fuit producenda ad priuata commercia, & iuris priuati causas, quæ si per modum iuris priuatim attributi cuiquam competant, haud dubiè ius dici debent & ideo præscriptiones admittunt. Mira hîc confixêre scholastici auctores de facultate, quæ ius non parit deducibile in iudicium, de iure offerendi præambulo, actionis aut accessorio, de quibus lati secessus d. l. cùm notissimi, & l. si finita vbi Ang. & in l. pignori. D. de vsucap.

de eo quod tendit ad iuris conseruationem aut noui A
acquisitionem, & alias complures eiusmodi theorias, incertas proinde & vagas, & quas suo quisque
marte fixit alius reuellit, dum speciebus mentem applicant & de his genera volunt inferre: vnde crebro
euenit vt tam infinitâ materiâ fallantur, & subinde
fallant. Mihi semel & absolutè videtur omni iuri aut
facultati, quæ de re possibili & cessabili tribuatur
priuato cuiquam priuatiue posse præscribi ex generalitate. l. sicut, & l. omnes. C. de præscrip. 30. annor.
Itaque quod de iure adeundi, & similibus litigant, &
de declaratione internę cuiusquam voluntatis & ta- B
libus, an facultatis an iuris potius sint, frustra certari
sentio, quoniam rebus soli legitimo tempore possessis, & per præscriptionem acquisitis frustra de iure
adeundi disceptetur. Non enim sic habendum in talibus, veluti sit iuri præscriptum, sed sic quomodo si
res aliena præscripta sit, cuius prescriptione alienum
ius & actiones excludantur, quia acquisitio iuris in
præscribente sit exclusio perempti iuris in agente.
Nec ignoro quibuscum mihi res in hac mea sententia futura sit, quibus ipsis primùm inter se couenien-
dū erit, quid quaque de re statuant, interim tā discre-
pantes: & fusiùs prosequerer singulorum argumen- C
ta, nisi quod initio dixi hæc disputatio omnino præter rem ab scholasticis autoribus esset iniecta hoc
quidem loco. Nec mihi vnquam magis alieno loco
videri quidquam potest, quam hoc incertum est de
iure offerendi, cùm de pacto retrouendendi agitur,
quod ineptissimè illi facultatis esse putant, cum me-
7 rum, certum, fixum & propriū ius dici & censeri de
beat ab cōtractu priuatoque commercio natum, &
ab obligatione naturali, & ciuili pro quo actio valde
(vt loquuntur) deducibilis in iudicium cōpetit, præscriptis scilicet verbis, aut ex vendito quod disertissimè illa. l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. statuit Alex. D
cons. x. vol. 1. Curtius senior, cons. 12. Itaque tam stipulanti competit vt alij nemini, ius ergo necesse est
id iudicari, quod si non est, nihil est quod ius propriū
cuiusquā dici possit, nihil quod præscriptioni subiacere possit, si actio non subiicitur. Nam cùm actio
venditori competat ex nomine, tuum, meum, suum,
quæ nomina possessiua sunt, intelligitur in iure venditoris esse, quod Bald. in rub. C. de verbor. signif. notat. Impertinenter igitur hoc in subiecto deductum
est pro ratione, ius offerendi in facultate esse, & ideo
ei præscribi non posse, cùm apertissimè in iure esse E
appareat vendentis, proprio, & priuato, & ex causa
priuata, & contractu. Nec sine causa scripsit Angel.
in cons. 55. ineptum esse quærere hic de iure offerendi, de quo tum esse querendum cùm actio nata non
est ante oblationem, vt in pignorantia, l. si rem. §.
omnis D. de pigno. act. Sed in hoc casu protinus ab
ipso contractu natam esse actionem, etsi non nisi
oblato pretio exequutio sequi possit. Hanc sententiam quæ planè iuri congruit, & rationi ciuili sequutus est Ant. Rub. cons. 3. Anchar. cons. 331. Bald. cons.
303. lib. num. 3. Ias. Decius, Claud. Aquens. Curtius l.
petens. C. de pact. Alexan hac re varius cons. 228. lib. F
6. Balbus in præscrip. 4. parte quartæ partis princip.
q. 3. Cagnol. l. 2. C. de pact. int. emp. & vend. vnde &
id argumentum, quod vulgò sumunt à pignoratitiæ
natura ex d. l. si rem. §. omnis, vanum, & inutile est,
vt ad tertium casum pertinens, cùm protinus à contractu actio ad reuendendum competat, existente
die exercenda, & ante restitutionem vllam pretij,
ita vt non appositâ exceptione sequi condemnatio
possit, quod rectè Aymo. Crauetta sensit in libro de
tempore, parte quarta, capite incip. circa præmissa
num. 31. & seq. qui & Angelum cons. 55. supradictum
allegat. & Alber. Brunum cons. 95. Itaque actio ad
reuendendum ex sua natura non magis expectat ad
sui natiuitatem, pretij refusionem, aut renumerationem, quam actio ad vendendum, aut ex vendito
pretij numerationem, tametsi condemnatio inter
euenire non possit, quàm oblato & soluto pretio, siquidem non soluti pretij exceptio opposita est. nam
si opposita non est, etsi iudex ex officio in condemnatione exprimere possit pretij soluendi conditionem, tamen omittere etiam potest, si velit, & non
apponitur, quod vulgò notant l. Iulianus. §. offerri.
D. de act. empt. Sed diuersa ratio est actionis pignoratitiæ, quæ species ad tertium casum à nobis positum pertinet quia ante ea non nascitur, quàm omne
debitum oblatum & solutum sit d. §. omnis. Ideóque
actioni non natæ negant vulgo præscribi posse. Sed
fallitur Barbatius, & cæteri cùm de hoc casu ad casum reuenditionis arguunt. Nec necesse fuit illud
theorema implorare, quod in hanc etiam causam
solent adducere iuri offerendi præscribi, cùm datur
ad actionem acquirendam, quod ex veteribus Aret. &
refert. §. actionum num. 54. instit. de actio. Angel. &
Imol. d. l. pignori Bart. l. 1. D. de cond. ex leg. & Crauetta vbi supra Cast. cons. 220. lib. 2. Balb. in præscriptio. 4. parte quintæ partis q. 2. Nam hoc casu actio
quæsita præsupponitur ante ipsum, aut cum ipso iure offerendi, nec illud idem quoties aliquid in facultate sit, quod tendat ad iuris iam quæsiti confirmationem, toties ius appellari, ergo & præscriptibile
esse, nec facultati tribuendum, quod Bald. & Saly.
scribunt d. l. licet Ang. Imol Rom. l. quandiu quæ est
2. D. de acqu. hæred. Sed nec illud Bald. d. l. cum notissimi, quod potestas offerendi nata simul, & semel
cum actione (quod in hoc casu accidit, vt ante demonstrauimus) quando cum ipsa actione intenditur, per aut post oblationem, toties ei præscribi. Sed
sunt ista planè incerta theoremata, nec perspicuam
habent iuris auctoritatem, & negatione refelli possunt, etsi suos ad stipulatores habent. Sed eorum nil
est necesse ad id probandum, quod intendimus, hoc
est pacto de reuendendi legitimo tempore præscribi, cùm constet actionem personalem, & natura
præscriptibilem esse, quæ ad id competat, & falsissimum esse quod id ius à quibusdam facultati est contributum, vt illa quoque inciuilis Bart. ratio in d. l.
pignori. de conditionibus potestatiuis quibus non
præscribitur, quia præterquam quod id in adiectis
vltimis voluntatibus intelligitur, quod Imol. dixit d.
l. pignori & Ang. d. §. actionum, hic etiam constat
cōditionis vocem impropriè sumi, cùm pactum potius dicendum sit, quod actum conditionalem non
facit nec suspendit, quæ propria natura cōditionum
est. §. omnis. ∫. sub conditione inst. de verb. obligat.
Cæterùm talis conuentio contractum venditionis,
hac lege, factum conditionalem non facit l. 1. D. de
leg. com. vt ante docuimus, & si sub conditione resoluere dicatur, non est resolutio magis conditionalis in retrouendendo, quàm in vendendo fuerit, sed
vt pretij soluendi lex in substantia contractus est in
venditionibus, sic in reuenditionibus pretij restitutio, vtrumque eodem iure contractus. Nec moueat
nos oportet vsitatâ loquendi formulâ, cùm dicimus resolutiones fieri sub conditione, quia hic vox
(conditionis) non pro illa quæ in propriis terminis
stat casualium euētuum accipitur, sed pro pacto adiecto, ideoque quam tex. l. 2. C. de pact. int. empt. &
vend. initio legem contractus appellat, idem eadem
lege postea conditionem dixit, quod nuper Gaspard
Bruicl

Bruſel. vir excellenti eruditione, iuſto de conditionibus, libro oſtendit c.1.num.14.& rurſum tit.3. nu. A 8 37. Tiraq. in retract. conuent. §. 2. gloſ.vnica nu.76. Ineptiſſima vero & inciuiliſſima illa argumentatio, ante oblationem non currit præſcriptio venditori, quanto igitur tempore offerre nolet, tanto præſcriptio inhibebitur. Hic primùm quanta iniquitas vſum præſcriptionum id eſt acquirendi dominij inhiberi ab actore, propter ſuam ipſius voluntatem, & à ſuo facto cauſas impedimenti nectere, & eandem vim tribuere impotentię & voluntati, cùm vbique tradatur, in iure regula, qui poſſit facere vt poſ- B ſit, poſſe videri, reg. qui poteſt. D. de reg. iur. vnde illud debitorem ſub conditione creditori præſcribere poſſe, ſi creditor in poteſtate habet conditionem implere l. 1. §. qui ſub conditione. D. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. Rom. d.l. quandiu & conſ. 84. incip. circa id quod quæritur, vbi ſcribit tempus conficiendi inuentarij, quod currit à die aditæ hæreditatis ei currere, qui adire potuit, quod ipſum late Fely. perſequitur c. ex tranſmiſſa ext. de præſcript. Balb. 5. parte quintæ partis q. 3. & part. 6. caſu xxij. quo loco non immerito Alex. repræhendit qui in conſ. 58. vol. 5. dixit cùm creditor agere non poſſit aduerſus tertium C poſſeſſorem pignoris, ante diſcuſſionem principaliter obligati, non currere creditori præſcriptionem debiti, ante dictam diſcuſſionem factam, quam tamen quotidie in poteſtate habet facere, quod ipſum cum aliis eiuſdem generis multis in quæſtionibus Ioh. And. Butr. & Panor. perſequuntur, c. quia diuerſitatem ext. de conceſſ. præbend. Rom. conſ. 352. incip. quæritur primo. Sic cum creditor vni ex correis debendi, ſoluendo actiones cedere debeat, ſi recuſat cedere ac per hoc correus non vult ſoluere, præſcriptio creditori currit, quod Bald. dixit c. cùm non liceat, ext. de præſcript. D quo loco hunc ipſum caſum, de quo quærimus, Bald. perſtringit, an actori impedito agere ob defectum ſolutionis pretij, currat pręſcriptio, cùm ipſe ſoluendo impedimentum remouere poſsit, & Caſt. d. conſ. 220. lib. 1. pignoraticiæ præſcribi ait etiam ante ſolutionem debiti, quia debitor offerre in poteſtate habeat, qui caſus tertius eſt ante à nobis deſcriptus, quod & Dy. quoque dixit. §. rurſus inſt. de actio. num. 15. & gloſ. d. §. ſed cùm illud, verb. conſtituta: & quæ multa eiuſdem generis, & iuris traduntur. Nec apta eſt reſponſio Barbatiæ quod etſi poſsit, agere tamen cogendus non ſit, E quia multa permittantur poteſtati, quæ neceſsitati non ſubiiciantur, quod dictum de præciſa neceſsitate verum eſt, de cauſali non verum. Neque enim præciſè cogitur, ſed per cauſam, id eſt, niſi pati velit contra ſe præſcribi. Nemo enim redimere cogitur, ſed niſi redimat, & pro redemptione pretium offerat præſcriptionem patietur, quæ ipſa patientia in ſciente conſenſum implicat l. alienationis. D. de verb. ſignif. vt diximus in protheoria.

Quod de verbis toties, quoties, quãdocunq; & talibus obiiciunt, plus ſatis eſt ab Tiraquell. reſponſum d. §. 1. glo. 2. Boer. deciſ. 131. & 382. Socin. conſ. 86. F

Quod de mala fide apponunt, plane ſine ratione dicitur, cùm malæ fidei dici non poſsit, qui bono venditionis titulo poſsidet, nec tenetur reuendere, niſi compellatus, & pretio ante reſtituto: quod ſi non fit, nihil eſt lapſo præſcriptionis tempore, quod ei imputari poſsit, quod & Bal. dixit conſ. 303. lib. 1. & Socin. iunior. conſ. 145. lib. 1. & Corn. conſ. 277. lib. 4. Anchar. reg. ſine poſſeſsione in 6. verſ. item intelligat, & patet ad ſenſum ex communibus intelligentiis.

Quod de conſuetudinis quadragenaria immobi- 9 lium, & iurium quæ talia ſunt præſcriptione obiicitur, puerile planè obiectum eſt, nec ego in eo diluendo operam poſuiſſem, niſi in eo pleroſque ſed iuris non ſatis peritos magnum aliquando momentum ponere deprehendiſſem. Sed virium in eo planè nihil. Conſtat quod initio diximus actionem ex vendito, vel præſcriptis verbis, quæ ex pacto de reuendendo tribuitur d.l.2.C. de pact. int. emp. & vẽd. perſonales eſſe, ex promiſsione ſcilicet & cõtractu, nec ea res dubitationem habere poteſt. Ergo perſonaliũ pręſcriptionibus talis actio, id eſt triginta annis ſuccũbit. Nec ad rem facit, quòd in ea fundus, & res 10 immobilis veniat, quia (vt diximus ſæpe,) titulus actionis, & perſonale factum ad diiudicationẽ perſonalium ſpectãdum eſt, ex quibus obligatio oritur, non à materia actionis, ideóque nuſquam perſonales aduerſus poſſeſſores dantur, & quod in tali pacto ante id fieri diximus, ex vſu tribunalium Frãciæ contra iuris regulas fit: vnde euenit vt perſonales actiones ſiue quoad contractus, ſiue diſtractus & reſciſſiones, perſonam obligati in conueniendo, id eſt, domicilium ſequantur, quia perſonæ hærent, nec ab ea ſeparantur. Quod ſi in præſcriptionibus naturã immobilium ſeruarent, cùm in his petitur fundum reuendi malè, & incautè diceretur, ſpectandũ eſſe quadraginta annorum lapſum, quia ea præſcriptio tum demum vſurpatur, cùm titulus nullus proponitur, quod inf. patet art. 271. At in caſu propoſito conſtat emptorem habere emptionis titulum, etiam ſi perſonali obligatione teneatur ad reuendendum. Ideóque ſi illi verum dicerent, ſola quindecennalis præſcriptio ſufficeret titulum habenti, quia tanto tẽpore omnes actiones reales de immobili materia præſcribuntur, ſi titulus adſit, vt hoc caſu præſupponitur. Sed cur non fiat in caſu talis pacti, in cauſa eſt perſonalis, quæ ad triginta annos actionem producit ex natura perſonaliũ, quæ à promiſsionibus cauſas habent. Deniq; quæ ratio inuicta & irrefragabilis eſt in hypotheſi propoſita, nõ quæritur de re præſcribẽda, ſed de actione, inter quæ multum intereſt. Nam cùm res à domino ex cauſa emptionis in emptorem tranſlata præſupponatur, ex cauſa habili ad tranſlationem dominij, nihil hîc de rei præſcriptione inquirendum eſt, quæ tum demum locum habet, cùm res habetur à nõ domino: ſed quæritur de præſcriptione actionis perſonalis ex pacto de redimendo dominio, interim apud emptorem manente, licet reſolubiliter. Eſt igitur infantile obiectũ de præſcriptione rei, quia non de re agitur, ſed actione, ad rem reuendendam, cuius tempora lõgiſſima ſunt, vt perſonalium omnium, id eſt, triginta annorũ. Nec propterea immobilis eſt actio, quia in ea venit immobile, quod quoad quædam locum habet, hîc vero habere nõ poteſt, vt in d. art. 271. & 273. dicemus, & extant Doctorum hac de re ſententiæ, cùm re alienata, & tradita tranſlata eſt vſucapiendi conditio à nõ domino, vendicationes, & actiones reales eodem tempore extinguntur quo res ipſæ præſcribuntur, id eſt quindecennio cum titulo, cùm res nondum eſt tradita; perſonalis ad tradendum minori ſpatio triginta annorum præſcribi non poteſt, quod gl. Alber. Angel. Flor. putant l. ſi partem. D. quemad. ſer. amitt. alij l. corruptionem. C. de ſer. & aqua. qui caſus noſter eſt. Nec vſquam conſuetudo contra ſtatuit, quæ perſonalibus omnibus de re quacunque, tempus 30. annorum indiſtinctè ſtatuit. Denique ſi quia in actione de reuendendo de re immobili aut potius ad immobile agi putant, ideo tempus quadragin-

ta annorum expectandum, longe falluntur, quando
immobile ipsum solidum, & natura tale quind ecen-
nio præscribitur ab eo qui titulum habet, si igitur in
ipso immobili natura id locum habet, multomagis
habebit locum præscriptio, in eo, quod tale esse pro-
pter respectum immobilis iudicant, ex regula pro-
pter vnumquodque tale &c. falluntur igitur haud
dubiè.

11 Non sine causa, igitur hanc partem amplectuntur
magni auctores, Romanus quoque auctor est se pa-
trono, id est, se (vt loquitur) allegante esse iudicatum
d. l. in cognitione, & hanc communem esse dicunt
Ang. Ioh. Fab. Balb. Alex. Decius, Claudius Aquen-
sis, Curtius iunior Ant. Rubeus, Fely. Socin. Hiero-
nymus Cagnolus, Ias. Francis. Balb. Steph. Bertran-
dus Parpalia Gosadinus. Matth. Afflic. & alij. Nec ta-
men contrariæ sententiæ sui desunt adstipulatores.
Imol. Ang. sibi contrarius, antesignani quos ante
nominauimus Raphaëles duo, Crotus, Aluar. Iser-
nia pugnax, Barbatius, Bald. Cepol. Fabianus à Mon-
te sancti Sabini. Card. Alex. & nuperus Alciat. Chass.
Igneus ambigit, vt & Albericus.

Tu pugnantibus aquam sparge, pugnam dirimes
præstantissimorum cœtuum iudicatis, & Curiarum
amplissimarum decretis concordibus, ne deinceps
vltra pugnandum sit. Cum Parisiensis Curiæ decre-
tum præiudicatum citent Tiraq. Montolonus,
Chass. Rebuff. Molin. Burdegalensis Curiæ Boer. d.
decis. 182. & cæterarum etiam regiarum. Rothoma-
gensis Igneus, d. l. in cognitione anno 1522. Nostræ
etiam Britannicæ tria amplius, anno 1570. & 1572.
*Entre Yues Lesparcher d'vne part, & Françoise Loye 9. Se-
ptemp.* Nec tanti est illud Diuionense, si quod vn- Art. 287. nouæ.
quam fuit, quod Chass. & Montolonus memorant,
vt cætera vincere possit, quominus rerum aut per-
petuo aut frequentius sic iudicatarum obtineat au-
ctoritas l. nam Imperator. D. de legat. 1. & §. 1. auth.
de restit. & ea quæ parit xi. mens. quod Igneus rectè
sequendum censet.

12 Sed vide quàm infinita sit iuris materia, & verò
quàm dissidiosum argumentum commerciorum in-
ter mortales tam dissidiosos & ipsos, confosså dubi-
tatione in hypothesi proposita, pacti de reuenden-
do ex supremarum curiarum decretis: ecce rursum
resurgit aliunde vt excetra. Diximus spatio triginta
annorum præscribi actioni ex tali pacto nascenti,
exclusimus quadraginta annorum creditas & de-
fensas à quibusdam præscriptiones, sed vna via ex-
clusæ ecce alterâ surrepunt. Frequentissimum in ta-
libus pactis est apponi hypothecas, & vero tam fre- Art. 177. N.C.
quenter solent, vt etiam si appositæ non sint, pro
appositis habendæ sint: veluti cautiones inferri soli-
tæ & notariorum errore, aut incogitantia omissæ, de
quo tractatio doctorum l. quod si nolit. §. si assidua.
D. de ædilit. edicto, quod ibi Cepol. fusè persequi-
tur. Tiraq. in constit. 3. parte limitat. 31. num. 7. Nam
quod iure consuetudinario omnibus obligationibus
eas inesse tacitas quidam putant, ex art. 1. & subseq.
tit. de obligat. quale sit alibi dicemus. Igitur si ap-
positæ sint, vulgò impediri alienationem putant, si
emptor rem tali pacto obnoxiam vendiderit, quod
vulgò notant l. ea lege. C. de cond. ob caus. & l. si
ita quis. §. ea lege. D. de verb. obligat. Bartol. l. si
creditor. §. fin. D. de distract. pignor. siue specialis
sit siue generalis hypotheca dixit Boer. decis. 182.
Itidem si obligatus, vel successor eius vniuersalis
rem possideat, non ante putant præscribi posse hy-
pothecariæ pro cautione talis pacti appositæ quàm
quadraginta annorum spatio. Ergo idem eueniet

A quod in l. cum notissimi, vt etsi personalis præscripta
sit triginta annis, possidente personâ obligatâ, qua-
draginta anni spectandi sint, neque dubium si natu-
communis dispositio & d. l. cum notissimi inspici-
tur, quæ ad hoc expressa est, & Boer. sensit d. decis.
182. in fin. Sed nos posterius statutaria dispositione
tolli omnem obligationem siue ciuilem siue natura-
lem docebimus, præter iuris dispositionem, atque
ideo quod consequens fuit tolli naturalem perso-
li sublata, nec alteram amplius altera durare, quod
in omnibus omnino hypothecis accessoriis demon-
strabimus loco proprio infra: art. 275. §. 2. nu. 24. ne- 13
B quis deinceps disputationem de talibus regerat, vtq;
semel ea nos inquisitione absoluamus de hypothe-
carum præscriptionibus.

Proinde, nec dum finis inquirendi, de ea ipsa ma- 14
teria, quam iamdudum tractamus de præscriptioni-
bus pactorum de redimendo. Nam quæ adhuc dici-
mus de pactis dicta sunt inter ipsum emptorem, &
venditorem compositis, quod illa epigraphe eius tit.
C. de pact. int. empt. agit: hoc est, cùm inter ipsos in-
ter se contrahentes ambigitur, sed dubitatio inces-
sit de secundis emptoribus, qui rem hoc modo re-
C uenditioni obnoxiam à primo emptore emerunt, si-
ue secundus emptor legem rei emptæ dictam scie-
rit, siue ignorauerit. Sed casus adiici potest, cùm hac
ipsa lege, & repetitâ prioris contractus conditione
redemerit, qui ipse casus facilius decidi posset, vt
conuentione expressus; Constat enim accidere &
vero iure fieri posse, vt emptor, qui hac lege emerit,
alteri vendat resolubiliter quidem prosequente pri-
mo venditore, quod Tiraq. persequitur in retract.
conuent. §. 1. glos. 7. numer. 11. Sed in hac inquisitione
id primum statuendum est, an primus venditor dire-
cto secundum emptorem rei detentorem conueni-
D re possit, quod nō sine pugna transigitur inter scho-
lasticos auctores, auctore vtriusque & pugnantis
sententiæ Paulo Cast. d. l. 2. & l. si cùm venderet. D.
de pignor. act. Tu verò quicunque es Gallici tribu-
nalia frequentaturus ne hæreas, dubitationem istam
vsus fori, & regni præcidit, nec amplius dubitatur,
quin recta primus venditor detentorem impetere
possit, & sibi ex auditu acceptum Tiraq. nec dum
tum tribunalia ingressus confirmat: §. 3. glos. 1. in re-
tract. conuent. asserit vero Molin. q. 61. & nos sine
his adfirmare possumus post longas scholasticas
E disputationes, quas Tiraq. committit d. §. 1. glos. 7. &
Boer. d. decis. 182. Chass. in cons. Burg. tit. *des rentes
Vendues à rachapt.* §. 1. & cons. 41. Idque contra stri-
ctam iuris ciuilis rationem, cuius principiis repu-
gnat actionem personalem fundum sequi, quod Ti-
raq. fusè persequitur in retract. lig. §. 8. glos. 5. num.
9. Nec si verum dicere volumus, hæc actio quæ ad-
uersus detentorem datur, est eadem illa persona-
lis quæ ex pacto reuendendi daretur aduersus pri-
mum emptorem personaliter, & de facto, & pro-
missione obligatum, quoniam impossibile est eam
personam obligati aut hæredis eius egredi, aut in
F alium dari, quàm obligatum, sed est vtilis potius
vendicatio ex vsu inducta refuso ante pretio. Quod
si verum est, cùm omnis vendicatio realis sit, & in
rem concepta, & detentorem conueniat ratione
rei, eueniet vt re præscripta quindecennio aut per
approprimentum ea excludatur, quia re præscripta
vendicationes excluduntur vt alibi dicemus, est
enim tale pactum reale, quod Bald. ait c. 1. §. rur-
sus, vers. nota hic duo tit. si de inuest. fuer. cont. &
ideo rei cohæret: quod Angel. Aret. ait. §. adeo
glos. verb. propriam inst. de locat. ergo regulari

realium

realium tempore ei præſcribitur,quod ſecus accide-
ret, ſi illa ipſa perſonalis, quæ contra primum em-
ptorem competit aduerſus detentorem, dari poſſet,
quia non niſi triginta annis ei præſcribi poſſet. Ita-
que ea actio,etſi pro eadem re competat ad rei repe-
titionem ſcilicet ſoluto pretio,tamen quę perſonalis
eſt in emptore cum quo contractum eſt, mutatione
perſonæ naturam mutat,& alia eſt in perſona ſecun-
di emptoris, & diuerſo tempore præſcribitur, ſicuti
in hypothecariis quoque ſolet contingere, quæ in
perſona obligati & tertij poſſeſſoris aliter atque ali-
ter præſcribuntur d. l. cùm notiſſimi; ſcio quoſdam
tales actiones, quæ propter obligationem in rem
conceptam,aduerſus tertiam dantur, cōdictiones ex
ſtatuto nominaſſe, cùm nomen non reperirent eius,
quæ potius vtilis vēdicatio dici debuerat, atque hinc
ad illud axioma protinus decurriſſe cōdictiones om-
nes perſonales eſſe, ergo & regulari perſonalium
tempore præſcriptibiles, quia rem ſuam nemo con-
dicere poſſit l.vlt.D.vſuſf.quem. caueat. Quod non
protinus conſequitur,nec quæ ab ſtatutis tribuuntur
ſemper perſonales ſunt, & natura ſæpe repugnat,
quia non aliter oriri poſſunt quam à promiſſione,
quæ hic nulla præſupponitur, & Alber. notauit in
l.3.§.1.D.ad exhib.& ex eo Tiraq. in retract. §.8.gl.5.
num. 8. Conſtat igitur tales actiones ad reuenden-
dum perſonales eſſe, aduerſus obligatum:ſed aduer-
ſus detentorem extraneum vtiles vēdicationes,ideó-
que diuerſa eſſe præſcriptionum tēpora, vnde actio-
nem ad retractum aduerſus emptorem primum, iu-
re quidem ciuili non niſi legali tempore,id eſt trigin-
ta annis præſcribi,aduerſus tertium, qui ab emptore
emerit,regulari decennij tempore,quod Tiraq.dicit
in retract.conſang.§.1.glo. 10. num. 10. & 12.Eodem
iure,& exemplo actio quod metus cauſâ,quæ in rem
ſcripta dicitur,non niſi triginta annis aduerſus obli-
gatum, id eſt, metum inferentem præſcribitur,ſed ſi
res ab tertio poſſideatur,etiam decennio,quod Bart.
& alij notant l.ſi quis vi. C. quod met.cauſ. Quod &
in omnibus perſonalibus in rem ſcriptis ex eadem
cauſa receptum eſt,ne longius tempus in his præſcri-
bendis exigatur,quam in his quæ ex toto reales ſunt,
quod Angel.& Alex.notant d.l.3. & Raphael. Cum.
conſ. 54. incip. Leonardus & Franciſc. Balb. 4. parte
tertiæ partis, quæſtione 1.& alibi dicemus. Sic & is
qui à minore emerit non facile prǽſcribit,qui ab em-
ptore emerit rem minoris regulari tempore præſcri-
bit l.poſſeſſiones & l.vlt.C.ſi quis ignor. rem minor.
15 eſſe & l. vlt. C. vnde vi, eiuſdem argumenti ſpecies
traduntur. Iure patrio hoc dubitationem nullam ha-
bet, potéſtque tertius emptor, ſiue faciat, ſiue igno-
ret legem reuendendi priori emptori dictam, rem
legitimo præſcriptionum titulatarum tempore ac-
quirere,vel etiam approprimento edictali,niſi inter-
cedatur,quod & Mol.quoque d.q.61.in vſuris ſenſit,
quia talis pacti ſcientia non inducit malam fidem,
quia niſi petenti, & pretium afferenti emptor rem
reſtituere non tenetur, vt ante docuimus. Neque
enim conſequitur ſi contractus reſolubilis ſit poten-
tia, protinus etiam actu & effectu reſolui & frequē-
ter euenit ne reſoluatur. Ideóque, & ante diximus,
ex titulis qui reſolui poſſunt nihilominus appropri-
menta perfici, quod in loco de titulis conditionali-
bus oſtendimus.Hoc idem Bart.ſenſit l.nemo. D.de
legat.1.

16 Minus habet illa quæſtio dubitationis,cùm quæri-
tur,an ſecundus emptor, qui emit, lege indictâ, re-
demptionis primæ,& ad onus(vt loquuntur)pręſcri-
bere poſſit. Nam cùm illa veluti interr uptio habet
A debeat emptoris pro ſuo venditore præſcribi non
poterit.l.1.ſi pignori. D. famil. herciſ. & quos Boer.
citat d.deciſ.182.num.28.

Ergo quod de iure datoris reſoluto obiici ſolet l. 17
lex vectigali. D.de pig. & l. Pomponius. §. præterea.
D.de acq.poſſ. obeſſe non poterit, vt nec illud quod
dicitur rem tranſire cum ſua cauſa l.ſi conuenerit vt
nomen. §. ſi fundus. D.de pignor.act.l.ſi debitor.C.
de diſtr. pignor. quia illæ regulæ rebus ſic ſtantibus
intelligūntur,quomodo contractus tempore fuerūt.
Contra accidit, ſi approprimentum, aut præſcriptio
ſuperuenerit ex capite & facto ipſius emptoris pro-
B prio, quia ſi interceſſum non ſit, omnes omnium
actiones, & hypothecæ excluduntur proprio acqui-
rentis iure,ſine attributione alia autoris,quam ipſius
tituli,quod Boer.notauit d.deciſ. 182. nu. 38. & 49.&
conſ.3. & item 14. Quod verum quantumlibet dimi-
cent ſcholaſtici autores.

Iam locus hic eſt de ſecundo caſu differendi, quem 18
initio huius diſputationis hoc ordine poſuimus. Cùm
ſcilicet creditor alter alteri vult præſcribere, & ſibi
ius confirmare altero ſiue priori ſiue poſteriori ex-
cluſo à iure offerendi. Sed cùm hic caſus expreſſam
C habeat conſtitutione imperatoriâ diſputationem,nō
eſt operæpretium in eo tempus conſumere extante
l.cùm, notiſſimi.§. ſed cùm illud. C. de præſcript.30.
annor.

Supereſt ille tertius, cùm quæritur,an creditor ad- 19
uerſus debitorem iuri offerendi poſſit præſcribere:
nec enim hic caſus d. §.compræhenditur, & ante te-
merè miſceri materiam docuimus, quo caſu vere &
formaliter incidit illa dubitatio, an iuri offerēdi præ-
ſcribi poſſit.Sed etſi de toto hoc genere præſcriben-
darum hypothecarum alibi locus ſit dicendi aptior,
quod & nos faciemus, vera eſt diſtinctio quæ tradi-
D tur multum intereſſe vtrum creditor poſſideat, an
vero debitor. Nam cùm certū ſit, creditorem in vti-
litatem debitoris poſſidere, totúmque id quod poſſi-
det, commodo eius poſſidere l.non ſolum. §.qui pi-
gnori.l.ſerui nomine. & l.pignori. D.de vſucap.l.de
acceſſionibus.D.de perp.& tēp. præſcript. Ideóque
nullis ſeculis poteſt præſcribere, quia poſſeſſio alieni
nominis æternam habet implicitam recognitio-
nem alieni iuris & poſſeſſionis, & ideo perpe-
tuam interruptionem, & indeſinentem, quod Ioh.
Fab.dixit d.l.cùm notiſſimi.Bald.in rub.ext. de præ-
E ſcript.Idem ille & Panor.d.c.quoniam frequenter.§.
fin.ext.vt lit.non conteſt.& conſ.342.Corn.conſ.176.
lib.3.Caſt.d.l.pignori.l.ſi rem.§.omnis.D.de pig.act.
Balb. quarta parte partis quintæ q.2. latè Igneus d.l.
in cognitione.Hoc caſu fruſtra litigatur de iure offe-
rendi, quo opus non eſt: nec enim ab eo prouenit,
quod res præſcribi non poteſt, nec ab vllo facto ex
perſona debitoris contingente, ſed ex recognitione
creditoris, & agnitione alieni dominij, & iuris, quæ
per ſe ſufficiens eſt ad æternitatem interruptionis:
Niſi quidem interuerterit poſſeſſionem creditor, &
offerentem ſolutionem debitorem repulerit & ex
F tempore interuerſionis xxx.annis poſſiderit, quo ca-
ſu (quamquam improbè) præſcribitur l. nec credi-
tor.C.de pign.act.& nos ante tradidimus. Sed cùm
debitor poſſidet duplici ratione res præſcribi nequit,
quia cum ſine poſſeſſione præſcriptio non procedat,
creditor qui in hypotheſi eam habere non præſup-
ponitur,pręſcribere nequit,cum apud duos eſſe poſ-
ſeſſio non poſſit l.3.§.ex cōtrario.D.de acq. poſ. Tum
quia vere hoc caſu habet locum illud theorema iuri
offerendi ſcilicet præſcribi non poſſe, quia quotieſ-
cumque ius offerendi cum iure excipiendi competit,

hoc est, quoties reus est, qui eo vti potest & conuenitur, toties ei nullum tempus præfixum esse, quia exceptionis natura perpetua est; l. purè. §. vlt. D. de dol. excep. Quo fit, vt cùm hypothecaria reus conuenitur vt cedat pignore, toties debitum offerendo pignus luere possit & agentem eludere quod Bart. ait d. l. pignori. D. de pig. l. paulus. §. 1. D. quib. mod. pig. vel hypoth. sol. Angel. Aret. d. §. actionum, num. 54. Signorol. cons. 139. Decius l. petens. C. de pact. & cons. 164. vnde apparet frustra tantum operæ poni in illo inquirendo, an ius offerendi sit ius præscriptibile, an facultas inter creditorem & debitorem, quæ dubitatio frustra tot paginas occupat, tot ingenia fatigat hoc quidem in subiecto.

Exposuimus (ni fallor) satis diligenter quid de pactis redemptiuis lege vel hominis dispositione competentibus iudicandum sit, quod ad præscriptionum vsum, casus & species distinximus, nostrámque è iure edidimus sentētiam, confusa alibi nec satis cuiquam expensa aut tradita vno quidem loco.

CONTRACTVS RESCISSIONI SVBIECTVS, AN TITVLVM IDONEVM tribuat ad præscribendum.

Cap. 9.

1 *Doctorum diuersæ sententiæ, an ex dolo, læsione præscribi possit.*
2 *Quas ordin. Regia dirimi.*

Vide ar. 286 in fin. & ar. 297. N. C.

Nunc de his titulis inquirendum, qui ex contractibus rescissioni subiectis tribuuntur, veluti ex his causis, quæ ex dolo, fraude, circumuentione, ex læsione, vltra dimidiam iusti pretij competunt: denique ex
1 omnibus illis causis, quæ comprehendi possunt art. huius tit. vlt. Dubium facit, quod contrahentes qui sciunt cōtractum rescindi posse ex suo dolo aut fraude, in mala fide sunt, nec probabilem excusationem sui facti habere possunt: Quæ causa fuit, cur Ioh. Imol. in c. apostolice, ext. de donat. præscribi posse negauerit hoc casu per l. in causæ. §. interdum. D. de minorib. Sed Anto. Butrius cōtra negátque iure probari posse Imol. opinionem, quod verum est, nec illa l. in causæ de præscriptione loquitur. Butrium Cardinal. sequitur c. de quarta ex de præscript. Felyn. ibid. dubitat, limitat. 4. & Alex. recitat, cons. 46. & 54. lib. 6. Balbus in repetit. l. Celsus limi. quinta notabili quarto, parte prima. Sed has pugnas diremit vsus, cùm
2 Ord. Regis Ludou. XII. ex qua descriptus est articulus vltim. huius titul. cautum sit decennio præscribi rescissionibus omnibus talibus, quantumlibet malafides & dolus interuenerit. Id causæ necessitati commerciorum, & contractuum validitati repertum inter contrahentes quidem: Nam extranei legitimo tempore titulatarum præscriptionum præscribunt, si quid ad eos deuenerit; quod nos diximus supra, speciali de hac re dubitatione de pactis redemptiuis.

TITVLVS EX PRIVILEGIO.

Cap. 10.

1 *An priuilegium principis vicem tituli obtineat.*
2 *An ex priuilegio inualido non lecto, aut publicato, vt loquuntur.*
3 *Priuilegium nobilitatis, aut immunitatis non publicatum sequuta possessione.*
4 *Priuilegia ficta quæ.*

De priuilegiis hoc quoque inquisitum, an vicem tituli præbere possent, & an concurrere possent cum præscriptionibus, Iohan. And. Gem. & Fransc. Iohan. Monach. id quæsierunt c. cum personæ de priuileg. in 6. Iohan. Plat. & Luc. de Penna post gloss. l. vltim. C. de fund. pat. lib. 10. Nec dubitant priuilegia concessa ab his, qui potestatem habent, vim habere tituli pro suo & pro donato, ideóque ex his præscribi posse, & quod priuilegij formæ desit, suppleri per temporis 1
lapsum: idque adeo etsi priuilegium non vsquequaque sufficiens sit & non validum etiam errore iuris, quod Bald. dixit l. 1. vers. item quæritur. C. de furt. sed in l. solemnibus. C. de fideiuss. instrum. quod de errore iuris dixerat, detraxit. Angel. & Saly. in l. comperit. C. de præs. 30. annor. non dubitant, quin ex priuilegij titulo præscribi possit, quod & Balbus dixit, quinta parte quintæ partis q. 2. Quæ sententia valde notanda est, propter eas immunitates & exemptiones focariorum, quę olim à principibus nostris concessæ scripto probantur, nobilitates, & facultates tenēdi feuda nobilia, quæ omnia priuilegia cùm in curia Parlamenti, Rationalium, & ordinariis promulgari debeant, si quid horum desit quod sæpe deesse comperimus; periclitantur ex Ord. Ducis Petri anno 14.. & 3
accidit vt plerumque contradicatur, quæ tamen ex his quæ diximus sustinendæ sunt, etiam si ad formam extrinsecam aliquid desit, si prætendens in possessione exemptionis reperiatur, quod ipse probare quidem debet, per ea quæ notant d. l. fin. C. de fund. patrim. & d. c. cùm personæ alioqui qui priuilegium allegat, & in possessione non est, malam fidem allegat, quod Bald. ait d. l. solemnibus. In quo tamen aduertendum vltra priuilegij tenorem nil amplius præscribi posse, quod Panorm. & alij notant c. tenem. ext. de præscript. Imol. c. vltim. ext. eod. tit. & Alex. in cons. 30. vol. 5. quæ res animaduersione digna est, propterea quod ea de re inquiri sæpè contingit. Hoc eodem 4
loco Aymo Crauetta ponit priuilegia ficta, sic enim vocat quæ ex lapsu immemorialis temporis vera priuilegiis æquipollere dicuntur ex sententia Baldi c. 1. col. 2. tit. quæ sint regal. Decius cons. 496. Sic Aymo. d. c. incipiente absolutis 2. & 3. q. tempus autem immemoriale concludit minori centenario, contra Fely. & Card. sententiam.

DE CENTENARIA PRÆSCRIPTIONE.

Cap. 11.

Præscriptio centenaria per se non est titulus.
Centenaria iure consuetudinario exclusa & sine vsu.

De præscriptione centenaria, an titulus sit multa ratiocinantur scholastici autores, cùm modo constituti, modo tituli, modo priuilegij vim tribuunt hanc tempori, quæ Ioh. And. persequitur c. 2. ext. de pertempori. ... bend. in 6. latè Balbus in tract. præscript. parte secunda tertiæ partis quæst. 6. & nos art. 56. quædam eadem re scripsimus in verbo *tilre* & verbo *certain*, negare... múisque titulum dici posse, etsi per æquipollens ... li vis ei tribuitur, quod tamen à se non habet nec rerum veritate, itaque non satisfieri consuetudinari dispositioni, quo casu specificum titulum requirit. Nec vllam præscriptionis speciem admitto, præter eas, quæ expressæ sunt à consuetudine, nullamque quadragenaria longiorem, quod alibi dicemus, cui scholastici autores repugnant, quos Cepolla allegat lib.

l.vlt.num.13. C. pro empt. Craueta quidem titulum esse negat lib.de temp.parte quarta,capite incipiente materia num.2,Fely.c.si diligenti.ext.de præscrip. Idem in tempore cuius initij memoria non extat, quod minus esse putat centenario, d.c.incip.absolutis num.5. vt vicem tituli habeat, etsi titulus non sit verus quidem,sed fictus,de quo ille d.lib.parte quarta.c.incip.absolutis nu.48.q.10.& seq. & nu.9. & quo loco idem de talibus fictis titulis putat, quod de veris, cùm contra melius sensisset Socinus cons. 260. lib.2.

A

B

DE PRÆSCRIPTIONIBVS IN VNIVERSVM, QVÆ EX PERSONARVM inhabilitate impediri putantur.

Hæc cùm in vniuersum dixerimus de his titulis, qui ex genere conuentionis non putantur præscriptiones admittere, aut vero materiam idoneam habent dubitandi, speciebus etiam quæ tales videbantur explicatis,quæ quidem in mentem venire potuerunt,vt cùm occurrent laborandum non sit in applicatione iuris. Nunc hæ nobis tractandæ sunt, quæ à consideratione personarum existimantur præscriptionum causas impedire,demum de his quæ ab ipsa materia laborát,& subiecti inhabilitate.Multa enim præscriptionibus ex consideratione personarum obesse constat lege,naturâ, magistratus imperio; lege, veluti,cùm vir vxori donat, vel cùm pater in liberos collato titulo, aut extraneos alienat; naturâ, vt cùm minores,infantes,furiosi,dementes.Magistratus imperio,vt prodigi, qui diminuere vetantur, de quibus iusta dubitatio per quam sæpe occurrit, an ex titulis, quæ ab his sunt habiti,præscribi possit,nec inanis hic labor est,quem nulla non dies regerit imparatis.

C

D

Et primùm.

DE PRÆSCRIPTIONIB. ADVERSVS MINORES.

Cap. 12.

E

F

Cum de personarum habilitate quæritur,primi infantes pupilli, adulti occurrunt; infantes septennio, pupilli anno 14. adulti 25. anno æstimantur; minores æquè omnes, de quibus in præscribendi materia mirifica dissensio,non solum postremæ nostræ iurisprudentiæ & scholasticorum auctorum, qui ab Accursio scripserunt, sed & veterum quoque, quorum responsis pro legibus vtimur: ipsi quoque imperatores in suum Codicem non eadem statuêre, & eodem volumine tamen inclusêre, quæ cùm conciliare in scholis nituntur,re verâ aquam maritant igni,homines veteri scilicet sacramento addicti,& nimium côfitentes Iustiniani prædes, cuius effato vetâtur quidquam contrarium in suo Codice, aut congestis arbitrari,vnde tam multa supplere, addere, detrahere & ariolari coguntur, persæpe contra manifestam scripti sententiam, quod si admittitur etiam inferi vitibus brassicæ possunt reclamante Lyeo. Colligam tamen,quod soleo, & res agenti conuenit capita receptarum hac de re sententiarum, vt his quoque satisfiat, qui scripto iure vtuntur, deinde ad hæc nostra patria iura veniam,vt quid moribus profectum sit ad tollendas dubitationes intelligi possit.

Iamprimum præscriptiones ciuilis disciplina in legales & conuentionales diuisit. Legales lex reperit. Conuentionales à contrahentium consensu originem ducunt. 1

Statutarias gentis cuiusque mores induxêre. Nec dubitandum quin plerisque legalium incertitudo, & variatio inuenti causam præbuerit, etsi quod mihi quidem videtur nusquam adhuc satis fixo iure ea de re est constitutum.

De conuentionalib.præscriptionib. aduersus minores.

Conuantionales,quę ab contrahentibus apponuntur conuentionibus, vt pacta de redimédo intra certa tempora, & si quæ talia sunt, singularem hobent tractatum, l. Æmylius. D. de minorib.l. vlt. C.si aduers.vêd.pign.l.cùm filius.§.in hac.D.de verb.oblig. De his constans ferè regula traditur.Cùm à côtractu maioris cœpere aduersus adultos,minores,infantes, pupillos currere, addo & quod magis mireris aduersus nondum natos & qui in vtero sunt quando id Bart.& cæteri dixerunt d.l.Æmylius & l.etiam ei. D. eod.titul.glos.l.qui a patre.C.de rest.milit. Nec vero vllam dari restitutionem, quamlibet minoribus aduersus tales præscriptiones, per glos. l. cum militaribus. C. de restit. milit. & Bald.c.1.tit. quo temp. mil. Bart.l.2.C.si ad.vend.pign. 2

Ampliant verò, nec sententiam mutant, etiam si prę́scriptio aduersus minorem incœperit,si modo ex contractu cum defuncto inito, veluti si dictum sit in contractu, vt ex certa die tempus curreret, & ante eam diem contrahens mortuus sit relicto hærede minore. Sed si conditionalis erat contractus, & post 3

mortem contrahentis conditio defecit, & locus factus est actioni, hic videri potest conuentionalem non esse præscriptionem, sed legalem potius, illud autem superius dictũ est Baldi l.vlt.C.in quib.caus.in integ.restig.non est necess.

4 Excipiunt,& declarant,cùm simplex nõ factum, & negligentia minoris proponitur,nec verò quidquam cum eo gestum est. Nam si interpellatio facta sit illi, vnde mora sit commissa, aut quidquam in eius deterius factum sit,dari restitutionem,Bart.d.l. Æmylius 2.oppos. & d.l.vlt.C.in quib.caus.in integ. rest. Bart. Ang.Fulg.Imol.l.cum filius.

5 Excipiunt item,vt minori ex consideratione minoritatis succurri non possit, id est, ex eo quod minor, sed si vt maiori aliqua causa restitutionis competit, veluti absentiæ, aut ignorantiæ, aut talium dari restitutionem,ex clausula, si qua mihi iusta causa videbitur, quæ maioribus tribuitur, dixit Bart.d.l. Æmilius Ang.§.res fisci inst.de vsucap. Atque ista de Conuentionalib.aduersus minores.

De legalibus Præscriptionibus contra minores.

6 Legales multum interest à cuius persona incipiant maiore scilicet, cui minor succedit, aut ab ipso minore. Nam decennales, & vicennales titulatas cœptas cum maiore volunt currere, & perfici aduersus quãmlibet minorem, & pupillum, dari tamen restitutionem putant l. sicut vbi Bald. C. de præscript. 30. annor. & cæteri d.l.vlt.C.in quib,caus.glos.l.auxiliũ. D.de minorib. verb. cessabit, casus est l.1.C.si aduersus vsucap.

7 Nec tamen eadem potestas tricennariæ longissimæ,quę licet inchoata cum defuncto durante pupillari ætate dormit & soporata est, aduersus adultum currit, sed datur restitutio d.l.sicut, hæc conciliatio est, d.l.sicut cum illa l.vltim.C.in quibus causis, quæ Cy. & Baldi est, d.l.sicut & l. vlt. glos.l.1.C.si aduers. vsucap.Bart.d.l.vlt.Ang. Saly.Paul. Cast.l,si intra.C. de non num. pec. Itaque l. vltimam intelligunt in præscriptione, quæ contra minorem inchoatur, quẽ ipso iure illæsum esse volunt, quod si inchoata fuit cum maiore, currere volunt sed dari restitutionem. Magnæ si verum fateri volumus & sinuosæ ambages & sine ratione ænigmata, quod ex eo apparet, quod præscriptiones cum maioribus cœptas,& cum his finitas intercurrente minoritate perfici putant sine spe restitutionis l.quod tempore.C.de rest.milit.glos. l.1.verbo iudicij.C.si aduers.rem iud.

8 Excipiunt præscriptiones iudiciales,veluti peremptionis instantiæ ex triennio, quas minoribus præcisè volunt currere sine vlla spe restitutionis, nisi cùm tutor non est soluendo l. properandum, §. penult.C. de iud.glos.& Bart.d.l. fin. & idem in instantia statutaria, quod Balbus scribit vltima parte casu xxiij.nu. 39. Quod & aresto confirmatum se patrono scribit Chop.lib.de Priuil.Rust.& miror illi curiæ placuisse, cùm tamen sæpè maioribus quoque restitutiones concedat leuibus etiam de causis. Idem in tempore præscripto conficiendo inuentario. l. vlt. C. de iure delib. §. pupillus auth. de hæred.& falcid.glo.d.l.auxilium. Ias. d. l. properandum. §.vlt. Hæc etsi in iure dicuntur tamen vsus frequentissimè restituit his casibus, non solum minores, quod frequenter vsuenit,sed etiam maiores,idque leuioribus sæpe de causis quam oportuit, vt & illud quoque non obseruatur,quod tempus petendæ inuestituræ, id est,faciendi homagij & ingrediendi possessionem feudi de iure volunt currere adulto. §. præterea si quis, vbi Aluar. & Præpos. tit. proh. feud. alien.per Fred. Sed in hoc seruãda est dispositio consuetudinis art.112.

Hæc ferè summa miserè laceri, & confusi iuris, 9 quod mille opinationes lacerarunt: propterea quod nec vetera responsa, nec imperatorum constitutiones vllo modo sibi respondent, vt nec eiusdem temporis,nec eorundem hominum sunt. Quamobrem interim subit admirari hominum nostrorum socordiam, qui ab vltimo sæpe loco ad summos honores euecti, cùm istas colluctationes nimium calleant experimentis,in summo positi opem nõ adferunt, cùm auctores eos esse oportuerit principibus figendæ æternùm legis quæ istas concertationes placare possit vno verbulo, & verbosas istas Imperatorum constitutiones inanes sæpe rerum compescere, ne porrò illudant.

De statutariis præscriptionibus, contra minores, posteriùs dicemus.

De rebus minorum præscribendis, aut aliorum, quas ipsi minores distraxerint.

Proinde ne illis regulis quidem pacata sunt dissidia, & multa dubitandi adhuc seges relicta de rebus minorum præscribendis. Nam supra de personis actum est: hic de rebus dicendum.

Tres casus in hac materia separandi. An scilicet contra minores præscribi possit de contractu cum ipsis facto.

An item de rebus minorum de contractu cum externo facto.

An de rebus alienis ex contractu cum minoribus facto.

Cùm de primo quæritur, in totum negant titulum 10 à minore habitum de re eius proprio præscribendi causam posse tribuere, vt nec de re minoris ex contractu extranei. Nam cùm res minorum immobiles sine decreto alienari nequeat, vetante lege, toto titulo. D. de reb, cor. & toto tit. de præd. minor. at mobiles quidem nouo iure l. lex quæ tutores. C. de administ. tut. & Ang. notat l.2. §. si à pupillo. D. pro empt. si contra fit contractus, & alienationes nullæ sunt ex iure ciuili, cui ius quoque consuetudinarium accurrit art.507. & 470. vnde succedit illa grãdis decis. quoties ad prohibitionem legis accedit prohibitio iudicis aut statuti, toties impediri naturalitatem obligationis naturalis, & per consequentiam tituli effectum, quod Bart. dixit l.1. D. de nouat. Bald. c.1.§. item sacramentum q.pen.tit.de pac. Im. Ias. l.cum honis interd.fuer. D.de verb. oblig. etiam tutore interueniente art. 481. & 461. in quo magno compendio sublatum est discrimen adultorum, & pupillorum, omniũmque minorum exæquata conditio, siue tutores habeant, siue non, quæ alia ambagiosa & iuris quæstio l.si curatorem habens. C. de in integ. rest. & quod Imol. Ang. attigit. d.§. si à pupillo. Nam etsi nõ æqua fortasse per ætatem est iudicij imbecillitas; est tamen illa in vtrisque sufficiens ad cõtractus annullandos, quare nihil interfuit sinuosas istas differentias induci in eo annullando, quod æquè contra legem admittitur. Sunt igitur ex toto nulli contractus siue cum pupillo siue cum adulto fiant, siue curatorem habeant siue nullum: ita vt directè vendicationes rerum suarum minoribus dentur, quod infra dicemus, & de ea re consilium est Lud. Rom. 323. neque dominium à persona minoris abscedit l. prædium. Si minor l.prædium.C.de præd.minor. Quo fit vt ex talibus contractibus vsucapiendi conditio tribui non possit

poſſit l.vbi lex.D.de vſucap.l.alienationis.D.de verb. ſign.l.1.C.ſi quis ignor.rem minor. eſſe l.vlt. C. ſi maior fact.al.rat.hab.gloſ.l.non eſt incognitum. C.quib. nonobſtat long.temp. præſcript. vnde accidit, vt annullato in totum titulo, poſſeſſio nulla de cauſa remaneat apud acquirentem, ſine effectu, & inanis, ſimplex, & nuda detentio, ideóque non idoneo ad præſcribendum l.nullo.C.de rei vend.l.vlt.C.pro he-
12 rede l.diutina.C.de præſ.long.temp. Contrarium eſt, cùm res minorum alienantur cum decreto ex iuſta cauſa interpoſito, quod Bart.& Caſt. dicunt d.§. ſi à pupillo, quia res minorum non ſunt per ſe inalienabiles, veluti vitio rei impreſſo, ſed tum demum, cùm ſine decreto alienantur, quod nos inferius perſequemur. Ergo ſumma erit huius ſententiæ tales contractus non tribuere præſcribendi cauſam l. bonæ fidei. D.de acq.rer.dom.l.3.C.de auctor.præſt. l.non eſt incognitum.C.quib.non ob.longi temp.præſ.l.vlt.C.in quib.cauſ.in integ.reſt.l.vlt. C.pro empt.l.1. C.ſi quis ignor.rem.minor.eſſe. Hæc ſententia ſine diſtinctione recipienda eſt, ſiue cum minore contrahatur, ſiue cum alio de re minoris vt propria minoris, ſiue bonę fidei ſit, qui contrahit, ſiue rem minoris eſſe nõ ignoret, re affecta vitio quaſi reali priuilegio perſonæ, quod Bart.& Alex.putant l. Pomponius. §.cum quis. D.de acq.poſſ. & glo. d.l.bonæ fidei. Nam etſi tex.l.1. C.ſi quis ignor. videtur præſcriptionem de re minoris propter ignorantiam acquirentis admittere, id gloſſa eluit, cùm intelligit præſcriptionẽ à maiore tate inchoari, à minoritate nõ putet. Quare nõ ſine cauſa dicere ſoleo in legibus noſtris multa aut pugnare aut temere cõgeſta, quæ hoc modo cõciliari dicãtur, cũ potiꝰ de abrogato iure deducta appareat. Sed impræſcriptibilitatẽ iſtam intelligunt in præſcriptione vicennaria & longi temporis: Nam tricennarias quæ longiſſimæ ſunt, putant currere aduerſus adultos, veluti lõgiſſimum tempus ſuppleat decretum, quod Bald. dixit l.1. col.xi. C. de ſer. fugit. Caſt.l.vlt.& penult.C.communia de legat. Balb.in præſcript.5.parte quintę partis q.5.nu.3.& 4.& parte 6. caſu. 23.ſed dari reſtitutionem. Huc ſemper reuoluuntur tales nugæ. Nam contrarium eſt tempus vim decreti ſupplere, & dari reſtitutionem, cùm alienatio ſua ſolemnia habeat per ſuppletionem, ſuper quæ ratio adfertur, quia mala fides præſumitur in contrahente contra iuris ſolemnitatem cum minore, quod Socin. dixit conſ.22.lib.1.& conſ.29.eod. lib. & quos Crauetta li. de temp.c.incipiente Materia num.4. ſiquidem ſciẽtia, aut ætatis, aut rei minoris præſuppoſitur gloſſ. d.l.1. C. ſiquis ignor. rem minor. eſſe & l. fin.C. pro empt.

13 Cæterum de rebus alienis, quę à minore diſtrahuntur, an titulus tribuatur idoneus ad præſcribendum, rem diſtinctione tranſigunt, vt præſcribi res non poſſit, ex tali titulo, ſi emptor rem minoris eſſe putauerit, aut ipſum minorem qui venderet, quod gloſ. dixit l.magis puto.§.1.verb.non valet.C.de reb. cor. ſi ignorauerit poſſe putant, & in hoc caſu d. §. ſi à pupillo intelligunt, quod fatendum ſit, manifeſtâ textus mutilatione, & contra certam iuriſconſulti ſententiam, nec ea ſuppleri quæ volunt tex. ipſius ſtructura patitur & ei perſpicua vis affertur. Nec mihi ille iuriſconſultus ſatis ſecum conuenire videtur, cùm rationem ſubiungit quę dictum deſtruit: & ideo (inquit) rei pupillaris ab ignorante præſcriptionem admitti quia plus (vt ait) in re ſit quàm in opinione. At quis non videt contrarium ab eo ſtatui, cùm præſcribendi facultatem tribuit ex opinione exiſtimantis rem pupilli eſſe quàm ex re, cùm re vera minoris nõ
A ſit. Quod ſubſequitur planè ἀνακόλουθον eſt antecedẽtium, quod gloſſ. ſagaciter ſubodorata negationem addi voluit pro affirmatiua, vt ſic dicat, vt non plus ſit in re, quàm in opinione. Quare miranda omnino iſta eſt noſtrorum ſuppletio, quæ negatiuam pro affirmatiua ſupponendam cenſet in eo reſponſo, quod re vera cum aliis pluribus apertè cõfligit, vt non immerito ibi Bar.dicat eſſe difficilem niſi ibi de re aliena agi intelligatur, alioqui illum textum procedere non poſſe, & Angel.ait difficilem eſſe paſſum. Sed ibi de re pupilli agi oſtendit caſus oppoſitus ſequens. Nam cùm in priore caſu ſpeciem de ignorantia po-
B ſuerit, aliam ex aduerſo oppoſuit de ſcientia pupillaritatis, in quo rem ipſius pupilli expreſſi, quæ & in priore intelligitur, alioqui de re aliena ad rem propriam non erat futura relatiua oppoſitio, quod tamẽ iuriſconſultus apertè ibi intendit, & aduerſatiua, 14
quod ſi palam oſtendit, Proinde de re aliena à pupillo tribui idoneum titulum ad præſcribendum, etiam ſi illi omnes obſtent, & perſpicua ratio pro nobis facit, cùm hîc conſtet de præiudicio minoris non agi, cuius res non eſſe in hypotheſi præſupponitur, cùm tamen in eius reſpectu & conſideratione tota prohi-
C bitionis cauſa affixa ſit, nec contractus nullitas externum rei dominium reſpiciat, & ſeparata ſit conſideratio dominij, & præiudicij, nec titulus afficitur reſpectu externi, & verum eſt quod dicitur plus eſſe in re quam opinione, & valere potius contractum debere ex eo quod re vera res aliena ſit, quàm ex opinatione, quod res minoris credatur, & cum contra ipſum minorem qui vendidit maiorem factũ præſcriptionem inchoari poſſe conſtet, conſequens eſt contra eum, qui rei dominus eſt, & maior, perfici poſſe, & hoc tantum requiritur contra externum, vt emptor titulum habeat *du ſaiſy*, & hoc caſu fit, vt qui
D dominium transferre non poſſet, ſi dominus eſſet nihilominus vſucapiendi conditionem transferre poſſit, quia regula l.clauibus. D. de cond. emptione non ſemper negatiuè procedit: quod Angel.& Caſt. dixêre d.§.ſi à pupillo, & cùm hîc minori non præiudicetur præſcriptio admitti debet, quæ conſideratio ſumitur.l.2.§.ſi tutor. D.pro emptor. quæ & ipſa ſumitur in donationibus inter coniuges vetitis, ex quibus tamen præſcribitur, ſi contingat rem quæ datur alienam eſſe l.ſi vir vxori.D.pro donat.l.ſed & ſi cõſtante.D.de donat.int.vir.& vxor.quod propria ſede
E de donationibus ſumus perſequuti, qui caſus huic tam ſimilis eſt, quàm ouum ouo, & ab hiſdem conſiderationibus ſumitur & text. expreſſus eſt d. §.ſi tutor.& expreſsè Angel.l.cum qui in princip.D.de publici. Nullum enim pupilli intereſſe verſatur in alienatione rei alienæ, nec ſcientia, aut ignorantia emptoris de pupillaritate quidquã rationis habet, cùm de re pupilli non agatur, etſi quæ ſit mala fides ratione pupilli alia ſit ratione externi dominij. Nec ſi pupilli intereſſet ratione hypothecæ, aut alterius iuris ad rem id ſufficeret ad impediendum emptoris approprimentum l. ſi quis fundum. D. de acq. poſ.glo.
F verb.poſſidente l.ſicut.C.de præſcript.30.anno. Bart. l.ſi ædes, D.de ſer.ruſt.præd. Baldus tract. præſcript. 2.parte 3.partis q.4. Sunt enim nullitates contractuũ diuerſis reſpectibus diuiduæ, & reſpectiuæ. Quare tota illa de præſcriptione rei alienæ diſceptatio mihi perperam, & contra ius ab Doct, conſtitui videtur, & potius intercidere illum. §.ſi à pupillo patiantur, qui vt vere loquuntur procedere aut ſuſtineri nequit quocunque te vertas.

Sic igitur iſta conſtituimus de re aliena à pupillo vendita tribui idoneum titulum ad præſcribendum

aduersus verum dominum ex d.§.si tutor.

15 De re minoris propria ex titulo ab ipso minore, habito, siue tutore eius, aut iudice, sine decreto, aut cum decreto nullo, præscriptionem confici non posse, ne ad id vlla bannimenta, aut approprimentum valiturum, siue emptor minorem sciuerit siue ignorauerit.

16 Non eadem ex toto ratio præscribendi res minorum, quæ ab tertio, vt suæ, & propriæ distrahuntur, & iure quidem ciuili distingunt: an emptor rem esse minoris sciuerit, vt non nisi 30. annorum præscriptio currat à tempore maioris ætatis, an ignorauerit, quo casu decem annis inter præsentes & xx. inter absentes præscribi possit à maioritate incipiendo vt diximus gloss.l.fin.verb.minorum in fin.C.si maior fact. al.rat.hab.& l.vlt.C.si quis ignor.rem minor. esse & Bart.d.l.vlt.

De statutariis præscriptionibus aduersus minores.

17 Sed vsu, & iure nostro consuetudinario diuersum receptum, vt de re quantumcunque minoris propria ab tertio, vt sua alienata præscriptio procedat, si modo venditor in possessione annali fuerit tempore alienationis, ex qua bannimenta sint secuta, ita vt dici possit rem venisse *de saisy à saisy*, idque maioritate non expectata, sed respectu habito ad personam vendentis aut alienātis, & sine distinctione scientiæ aut ignorantiæ, quam glo.facit d. l. vlt. Tanta est approprimentorum nostrorum securitas & auctoritas, saluo (vt loquuntur) recursu minorum aduersus suos tutores, qui non intercesserunt, vel venditores ipsos qui alienum distraxerunt l. seruos.C.si vend.pignor.agat.l.mater.C.de rei vend. & l.1.C.de reb.alien. non alien. & d.art. 185. vnde illud quoque valde quidem quod ego censeo notandum
18 euenit, vt omnibus casibus in quibus diximus aduersus minores non præscribi, siue quia alienauerint ipsi, siue tutores eorum, id intelligendum sit de immediatis emptoribus, in quibus culpa arguitur ignorationis alienæ conditionis, sed contra est in mediatis emptoribus, id est, his qui à primis emerunt, qui & præscribere possunt, & appropriare, nec enim (sicut ante diximus) vitium hoc reale est, sed mutatione personæ eluitur. Ergo qui à minore emit non præscribit, qui ab tali emptore emit, præscribere nō prohibetur, interpositā scilicet personā, ad exemplū eius quod Bar.& Alex.dixēre in l.Pomponius. §.cùm quis. D. de acq. poss. quæ limitatio esse solet d. auth. malæ fidei.C.de præsc.30.ann.Balb.in præscrip.1. parte 4.partis q.11.Alex.d.§.cùm quis limitat. 3. Angel.§. furtiuæ inst.de vsucap.& §.sed istę inst.de actio.Imol. l.furtum.§.fundi.D.de vsu.cap. quod & Socin. respōdit cons.266.lib.2. num. 15. & diximus sup. vers.incip. nec dum finis l.possessiones & l. vlt. C. si quis ignor. rem minor.ess.Boer.de decis.184.num.14.& Tiraq.in retract.lignag.§.1.glo.10.num. 14. Ideóque ab astutis vsurpari hæc cautio solet, vt res minorum per alios mediatè acquirant, & approprimento consequuto ipsi ab talibus emptoribus emant rursum, periculosè id quidem si fraus detegatur. Sed si consilium nullum presupponitur fraudis, moribus consistit approprimentum: etsi iure ciuili aliud, & cùm distinctione sentit glo.d.l.fin.C.si quis ignor. & alia item. l.fin. C.si maior.fact.al.rat.hab.quæ tamen regulares pręscriptiones admittunt in his, qui rem minoris emerunt ab tertio ignorantes minoritatem. Porro præ-
Ar. 286. N.C. scriptiones omnes quæ à maioribus incœperunt, siue

A legales, siue conuentionales, sine discrimine adultis, & pupillis currere ex moribus defendimus, idque sine vlla spe restitutionis. Nam id primum statuēdum 19
pupillorum & adultorum exæquatam conditionem, quod Bart.& Angel.& Imol.dixerunt. d.l.2.§.si à pupillo. D. pro empt. quod iure consuetudinario multo magis verum est. Nec illas dormitiones de iure recepimus, vt inania rerum vocabula, vt nec illas præscriptiones quas ipso iure dicunt currere, sed dant restitutiones manifesto iuris ludibrio, quod illa.l.vlt. Cod.in quib.caus.in integ.resti.nō est neces. animaduertit: ex qua generaliter sentiunt, omnibus casi-
B bus quibus olim restitutio dabatur hodie ipso iure minorem seruari illesum, ne morbi admittantur, vt locum faciant medico, planè hæc redolent sophisticam. Itaque sine exceptione generaliter obseruandum putamus, & vsus hac quidem regione seruat (quanquam nutātibus interim pragmaticis,) vt pręscriptiones statutariæ generaliter currant aduersus minores qui nisi statutis expresse excipiantur, subiacent regulis.l.si sine hærede.§.Lucius.D.de administ. tut.quæ prolixa est tractatio Doctor.in c.constitutus ext.de rest.in integ.fusius Tiraq.in retract.§.35.glo.2.
C & iterum tit. de præscript. §.1.glo.10. placétque omnino acquirentium securitati potius consuli quam dominia conuelli prætextu minoritatis, si cum minoribus contractum non est, cùm aliunde succurri possit minoribus præscriptionem passis in curatorum, cùm sunt legitimè & ritè edictis euocati. Nec ego id requirendum puto, quod Consuetudo non admisit, quæ nusquam mentionem facit restitutionis in materia præscriptibili. Quare non esse admittendam. Bal. docet in tract. protomiseos, seruandáque generalis regula in talibus. Quoties statutum aliquid addit, vel detrahit iuri cōmuni toties fieri, & transi-
D re in ius municipale, nec recipere subauditum intellectum à iure communi, aut interpretationem de eo, quia lex quæ corrigit aliam non est facta ad eius interpretationem, ac per hoc cōcludit statutum, quod præscriptionem inducat, nec tamen mentionem faciat bonæ fidei, eam non exigere, quod ille dixit in c. cum non liceat ext. de præscrip.& quos cumulat Tiraq.tract.*le mort saisit le vif*.part.2.declarat.2. Quod si aliter statuitur, incerta, vaga, & plena errorum futura sunt rerum commercia, & pleni insidiarum euentus, si suo iure minores, si etiam redemptis actioni-
E bus externi, externo etiam fauore, ad vexandos alienos contractus admittantur: quia nulla præscriptio ferè perficitur, in qua non minor aliquis aut intercurrat, aut occurrat. Scióque præstantissimorum hominum, & qui valdè in rebus agendis essent exercitati, ea iudicia fuisse, cùm subinde tali prætextu recrudescere controuersias intelligerent, & laxari habenas litibus, hoc colore, indignarentur, vt in totum restitutiones contra decursas præscriptiones negandas putarent, si quidem ab maioribus cœptæ erant præscriptiones.

Proinde cùm alienationes de rebus minorum factas nullas esse dicim⁹ siue de mobilibus, siue immo- 20
F bilibus, nos sic dictū intelligimus, ne dominiū à minore abscedat, sic vt directæ vēdicationes minoribus pro talibus dentur tam aduersus emptorem quàm aduersus tertium possessorem.l.in causę.§.interdum. & §.seq. D. de minorib. l.magis puto in fin.D.de reb. eorum, ita vt necessaria restitutio non sit.l.1. & l.non est vobis. C. de præd.minor.d.l.in causæ, quod quidē intelligi conuenit, cùm decretum non interuenit. Nam si interuenit, restitutio petēda est l.1.& l.si quidem. C. de præd. minor.cùm falsa de causa est interpositum.

positum.d.l. magis puto.§.penult.l.etsi præses.C.de præd. minor. vel si ordo iuris prætermissus est, aut solemnia non sunt seruata l.minorum.Cod.eod.tit. l. cùm hi.§. si prætor. D. de transact. l.2. & vlt.Cod.de

21 præd.minor. Id igitur etiam consequens est inquirere,intra quæ tempora restitutio petenda sit,& quanto tempore restitutioni præscribatur. Nec enim ea de re eadem semper iura valuerunt. Nam cum vetus iurisprudentia anno restitutiones omnes excluderet l.1.D.de perp.& temp.præscri. l.in honorariis vbi gl. versic. Sed cùm rescissa. D. de actio. & obl.l.vl.C.de temp.in integ.resti.peten. qui annus vtilis erat. Pro eo anno posterius à Iustiniano quadriennium est constitutum.d.l.vlt.C.de temp.in integ.restit. quod à primo die maioritatis currit, & continuũ est in principio, sed in cursu vtile, quod illa lex disponit quam legem glossę intelligunt cùm res minorum ex decreto alienatæ sunt, sed reperitur eodem. C. Iustiniani alia,quæ quinquennium statuit.l.vlt.C.si minor fact. alien.rat.habuer.quæ planè in præfiniendo tempore diuersa est, nec aliter conciliari potest, quàm quomodo glos.reperit,quę dicit hoc vltimum quinquennij tempus statui. d.l.vlt. C. si maior factus, cum res minoris sine decreto alienata est. Mea sentẽtia vtraque compingi debuerat cum sua distinctione, nisi altera temporis mendum est cum vtraque Iustiniani sit, & Præfecto Mẽnæ missa. Proinde vt etiam accipiamus quod dant, istud siue quadriennium, siue quinquennium,causæ quædam interpellant ex clausula,si qua mihi iusta causa videbitur, vt ignorantiæ, absentię,& tales,ex quibus etiam maioribus succurritur,ad interpellãdas præscriptiones, restitutionum petendarum,quod illa l.vlt.C.de temp. in integ rest. peten.statuit. Sed nec olim ius nostrum consuetudinarium ea de re certius fuit. Nam vetus Consuetudo vetustissima iura anni vtilis resumpserat, reformata quadriennium Iustiniani maluerat. Ar.462.Sed eodem reformationis anno & mense prodiit Regis Francisci I. Ordinatio, id est anno 1539. mense Septembri, quæ ad ista discrimina tollenda facta est, quod eius verba exprimunt, & vt illas duas vltimas leges conciliaret & patronorum concertationes, sine distinctione statuit,vt decẽnium continuum à die cœptę maioritatis curreret,id est,his quibus maioritas in vigesimo quinto anno incipit vsque ad 35. an- Art.196. N.C.

22 num,qui est eius anni 1539.art.134. Hæc est iuris ciuilis,morúmque ea de re successio,& quod quoque tẽpore ius valuerit, ex quo receptum est, vt restitutiones ex omni cõtractu tempore minoris ætatis facto, siue cum decreto, siue sine eo intra id tempus peti debeant, sin petitæ non sint contractus reualescant & confirmẽtur,quod illa l.vlt. C. si maior factus sanxit,&vt tex.ait sic tenere quasi ab initio legitimo decreto fuisset res alienata, exacto tempore ad confirmationem præfinito. Quominus iam inde laborandum sit in foro versantibus,de validitate,aut nullitate decreti,si appositum erit,& ex forma, aut materia laborare dicetur, cuius si cassatio petita non erit intra decẽnium,nec nullitatis, nec appellationis vllum superierit remedium, obtinet enim id tempus vim

23 decreti. Quare confossa est vetus illa, sed à multis agitata concertatio, an solemnitas extrinseca, de qua in actu non constet ex diuturnitate temporis suppleatur aut præsumatur, de qua. l. si filius. C. de petit. hæred. quàm ex decennij lapsu multi præsumi volunt,multi abnuunt nisi toti triginta anni excesserint,quod Alex. putat consi.179.vol.7.& consi. 17.lib. 4.Imol.cap,peruenit ext.de cont.empt. Anton. Butrius.cap.diuersis,ext.de cler. coniug. Anchar. consi.

Argentr.in Consu.Brit.

A 136. Fely. c. sicut num.30. & 33. ext. de re iud. & cap. quoniam contra num.57.ext.de probat.& Bald.l.1.3. oppos. C. de ser. fug. Sed hîc nil est necesse ex præsumptione solemnitatis, aut decreti solenniter appositi insistere,cũ formalis,& dispositiua legis enunciatio insit confirmatoria contractus quamlibet nulli,siue cum decreto facti,siue sine decreto;vnde fit vt omnimoda confirmatio succedat ex l.decennio præterito,à quo tamen casus quosdam excipiunt.d.l.vlt. C. de temp. in int. rest. & illa item l.vlt. C. si maior fact.cum illa ipsa decennij præscriptione cœpta cum

B maiore facto, aut alia minoritas superuenit, aut absentia, aut ignorantia contractus cum prædecessore facti,aut alia talis, quod ipsum illa Ord.an. 1539.excipit,nec iure dubitatur. Sed moribus, & consuetudinario iure prescriptiones omnes cum maioribus cœptas, sine vlla restitutionis spe, currere dicemus aduersus hæredes eorum, nec absentiæ aut ignorantiæ vllam rationem habendam in statutariis dispositionibus, quod si aliter fit nullus futurus est litium finis. Quare & inconsideratè fit ab iudicibus, & verò cœtibus magnis, qui appellationes ab decretis talibus etiam post trigesimum annum recipiunt, cùm con- Art.285. N.C. 24

C tractus omnes cum minoribus facti tutoribusve eorum confirmationem ab lege recipiant decennio transacto,ex d.l.vlt.C.si maior fact.& Ord. anni 1539. nec post id tempus quęstio admittenda sit,siue nullitatis siue iniquitatis per appellationem. Nec inter rescindentes & rescissorias actiones discrimen admittimus quoad prescriptionum principia,quod vetus iurisprudentia faciebat,quia rescissoriis non ante tempora volebant currere, quàm in rescindentibus erat obtentum, ex regula non valenti agere, de quo glo.d.l.in honorariis vers.Sed cum rescissa.D.de act. & obligat. Albert.& Salyc.agunt.l.quod tempore.C. Art.291. N.C. 25

D de resti.mili.Sed cùm hodie rescindentes & rescissoriæ actiones eadem instantia intendantur, vtrisque ex æquo & ex eodem tempore, præscriptionum tempus currit, & vtramque vnicum & idem decennium excludit. Art.197. N.C.

DE PRÆSCRIPTIONIBVS ADVERSVS MENTE MOTOS.

Cap. 13.

E 1 *Contractus cum furiosis facti ex toto nulli, & ratio.*

2 *Furiosorum conditiones in iure ciuili.*

Furiosorum & pupillorum comparatio, ibid.

3 *Pupilli naturaliter obligantur.*

In pueris quoque affectiones sunt ad res quasdam. ibid.

4 *Tales assensus non sunt sufficientes ad obligationes nectendas.*

Expensio. §. si à furioso.l.2.ff.pro empt.

5 *Contractus cum furiosis nulli siue absciente, siue ignorante fiant.*

F De furiosis,mente captis, dementibus, insanis, & his omnibus qui ratiocinandi vi præditi non sunt, quæri solet,an contrahendo idoneum ad vsucapiendum titulũ tribuere possint. Duplex dubitationis caput, an aduersus eos ipsos qui contrahunt, an vero aduersus extraneos talis titulus valere possit. Nec dubium contractus qui cum talibus fiãt, ex toto nullos esse,quod tex.l.2.§.si à furioso.D.pro emp. exprimit, 1 atq; ideo obligationem nullã contrahi, ne quidẽ naturalem.l.pupillus.D.de act.& oblig.l.pupillus.D.de acq.rer.dom.propterea quod furiosi & tales cõsensũ

AAA

non habent idoneum ad obligandum, in quo eſt ſubſtantiale ſubiectum contrahendi, & ſine quo non magis contractus conſiſtunt quàm figlina ſine luto, neque enim vel velle, vel nolle poſſunt, l. pupilli. D. de reg. iur. l. furioſi eodem titulo. & vbique quieſcẽtis abſentis & non ſentientis loco habentur. l. 2. §. furioſus. D. de iur. codicil. l. vbi nõ voce. §. furioſi. D. de reg. iur. cùm quieſcentem dicunt, remouent actum ciuilem ab perſona, veluti immoto omni organorũ ſenſibilium effectu, vt ſi quis dormienti in manum baculum indat, is tradet ſine accipiente, cùm dormiens ſenſum non habeat, aut voluntatem accipiẽdi: quo exemplo Iuriſconſultus oſtendit à furioſo poſſeſſionem appræhendi non poſſe. l. 1. §. adipiſcimur. D. de acq. poſſ. & l. poſſeſſionem illo ipſo titulo, & l. quamuis. 1. §. 1. D. eod. Quare non eſt probabilis illa dubitatio doctorum, an furioſus pupillo, an verò magis infanti comparãdus ſit in materia ciuili, quod illi inquirunt. l. 2. C. de cur. furioſ. Alex. l. ſi curatorem habens. C. de in integ. reſt. Bart. & Imol. l. Imperatores. D. de re iud. Bald. l. qui neque. D. de reb. cor. Idem in c. 1. tit. de benef. frat. & vulgo. l. vlt. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. Panor. & Fely. c. cum non liceat ext. de præſcript. Idem Fely. c. paſtoralis ext. de re iud. Denique certum eſt infantibus magis comparari. l. in negotiis. D. de reg. iur. à quibus omnis conſenſus & facultas ciuilium actuum explicandorum per naturam eſt adempta, cùm in pupillis contra ſit, in quibus incipiunt ſemina notitiarum communium indita ab ipſa natura ſine magiſtro, ideóque & ratiocinantur, & colligunt, & aſſenſum præbent, & conſentiunt, ſi proximi ſunt pubertati, & vero exiſtit in quibuſdam præcipitata quædam, & præcox ingenij vis ad quæquæ percipienda & diiudicanda, etiam ſi celerius conſumi creditur, quo fit, vt in vniuerſum remoueri à talibus conſenſus capacitas non poſſit. Ideoque & naturaliter obligari dicantur, quod Bart. notat. l. 1. D. de nouat. & Angel. §. pupillus. inſt. de inut. ſtipul. Cuius rei nil ineſt infanti ac ne furioſo quidem, quare neutri hominum generi ea facultas eſt aut aſſenſus idoneus, vt ſe alteri obligent. Nam etſi in his appetitus quidem mouentur circa voluptatem, aut dolorem, qui primi ſunt ſenſus in puero, vt Plato in legibus ſcribit, ideoque ad quædam obiecta mouentur & aſſentiunt, quod à noſtris quoque ſcholaſticis auctoribus traditur. l. donatarum. Cod. de acq. poſſ. & Bart. ibid. & l. quamuis. 1. §. 1. D. de acquirẽd. poſſ. vt virgines puppis, aut cùm pueris dant cruſtula blandi præceptores, elementa velint, vt diſcere prima, tamen hi quales quales aſſenſus nõ ſunt pleni affectus, vt illa l. donatarum loquitur, nec materiam idoneam preſtant ad conſenſum qui ad obligationem & commercia exigitur, nam tales quoque aſſenſus etiam in furioſos cadunt, qui à quibuſdam rebus ſolent ſponte abhorrere, quaſdam impendiò diligunt, ipſe dementem vidi qui perdite flagraret omnis muſici inſtrumenti amore, & Rex ſibi videretur ſi inter canentes admiſſus eſſet, qui etiam ſic à quibuſdam abhorreret, vt iniectâ mentione eorum totus cohorreſceret & perturbaretur, vidi qui iudicialia tractaret, & ſæpiſſimè forum frequentaret, & conuentus. Sed iſta ſunt facultatum naturalium effecta, iudicij & rationis non ſunt. Ideoque tam imbecilla ſunt in furioſis quàm infantibus, & cum ætate adoleſcunt organis non malè affectis, idcirco non benè pupillis furioſi comparantur, in quibus ſenſim increſcit vis
2 intelligendi. Hæc cùm ita ſint, & de præſcriptionibus quæritur, nec furioſi vllus conſenſus ſit mirum eſt d. l. 2. §. ſi à furioſo reſpõderi eũ qui à furioſo emerit, quem ſanæ mentis eſſe putabat, præſcribere poſſe, quod idem reſpondetur. l. pignori. §. 1. D. de acq. poſſ. l. cum qui. §. 1. D. publici. Bart. l. quemadmod. C. de agric. & cenſ. lib. x. Quibus reſponſis omnia iuris principia, & certiſſimæ regulæ repugnant. Itaque vt pacem inirent, coguntur ſcholaſtici ſcriptores mirificè diuinare, ſupplere, infercire, quæ nec ſcriptum poteſt pati, nec ſententia. Quidam enim id ſuſtinent ex putatiuorum titulorum materia propter iuſtam opinationem emptoris, quod obtinere non poteſt in perſonis alienare prohibitis à lege. Quare eodem reſponſo idem in pupillo dictum aliunde defendere coacti ſunt. Quidam non putant ex tali titulo procedere vſucapionem aduerſus ipſum furioſum, ſed aduerſus tertium poſſe, quod gloſ. & Angel. dixerunt. d. l. cum qui Imol. d. §. ſi à furioſo Ang. l. ſi ab eo. D. de acq. poſſ. Sed, lex remouet potentiam ab actu in perſona furioſi, idcirco quocumque reſpectu nullus eſt actus, Ang. alibi ſupplet ibi de re aliena præſcribenda agi, quod & in pupillo in principio reſponſi omnes diuinarunt: ſed hoc ſcriptum pati nequit, & text. contra perſpicuus eſt, & ex ſuperiori ratione reuincitur, ſed gloſ. d. l. pignori ſupplet contractum factum eſſe tempore inumbratæ quietis, quod ſi verum fuit contractus valere debuit. l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſ. falſum igitur quod ibi iuriſcon. dicit contractũ, & titulũ nullum eſſe, & conſtat furioſum poſſeſſionẽ tradere non poſſe, niſi ſi ibi iuriſconſultus loquitur ex contrariæ ſcholæ ſententia, cùm contrariam item Papiniani præferri poſtea à Iuſtiniano contigerit. l. donatarum & imaginari præter ſcriptum cogimur d. §. ſi à furioſo agi de re quæ eſſet in poſſeſſione emptoris, vt occurrant illi l. poſſeſſionem. Itaque ignoſcendum nec cum his quæ ſupplent illum text. poſſe conſiſtere, nec ſine his, nec poſſe ex ignorantia conditionis eius perſonæ, cum qua contrahitur, quamen contrahere, & alienare prohibetur, vſucapiendi conditionem tribui, ex ratione l. qui cum alio. D. de reg. iur. & his quæ diximus ſupra in minore, quod vſucapiendi conditionem tribuere non poſſit ignoranti emptori, ergo furioſum multominus, cuius in totum nullum iudicium ſit, qui impetu & caſu ſuo quodcunque facit, etiam ſi in rationẽ recidat. §. præterea inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. Summa igitur huius ſententiæ eſt: Ex eo titulo qui quomodocunque ab furioſo habeatur, præſcriptionem non poſſe procedere, ſiue furioſum acquirens ignoret, ſiue intelligat, quem tamen ignorantiæ caſum iſte text. d. §. ſi à furioſo videtur excipere, ſed aliud dicere voluiſſe ab omnibus exiſtimatur, quod ex ſuperioribus apparet, nec id potuiſſe dicere conſtantibus iuris regulis apertè demonſtratur, ex his quæ de minoribus diximus, & gloſ. notat l. vlt. C. ſi quis ignor. rem minor. eſſe & gloſ. l. bonæ fidei D. de acq. rer. dom. Bart. & Alex. l. Pomponius. §. cùm quis. D. de acq. poſſ. Quã præſcribendi impotentiam intelligimus non ſolum reſpectu furioſi, ſed & externorum omnium, quia titulus afficitur, imò titulus non eſt, nec dici debet, vt notatis à Bart. l. naturaliter. D. de vſucap. Multa ad hanc tractationem idonea congeſſit Boer. deci. 2. de furioſorum conditione, & iure.

DE PRÆSCRIPTIONIBVS CONTRA PRODIGOS.

Cap. 14.

1 *Cum prodigis ne naturalis quidem obligatio eſt.*
2 *Sententia interdictionis exigitur etiam in notorie prodigo.*

As

An dato curatore videatur interdictum. ibid.
3 *Ante interdictionem contractus valent.*
4 *Sed & promulgatio prodigalitatis interuenire debet.*
5 *A iudicato interdictionis confirmato contractus nulli sunt.*
6 *A sententia prodigalitatis semper potest appellari.*
7 *Contractus prodigi nulli etiam si curatorem non habent.*
8 *Cum prohibitio legis & hominis iunguntur impeditur naturalis obligatio, nec titulus tribuitur.*

1 De prodigis, asotis nequam, profusis, nepotibus, decoctoribus χειροκόποις, & qui lege Roscia inter quatuordecim ordines non sedent, & talibus omnibus qui neque modum neque finem expensarum habent, sed bona sua dilapidando profundunt, quos lex describit l.1. D. de curato. furios. eadem dubitatio. Hos vero ne naturaliter quidem obligari posse putant: prodigos intelligimus, qui sententia sui iudicis tales esse pronunciati sũt, cognitâ causâ l.
2 Iulianus D. de curat. furiosi. Neque scholasticas sententias recipimus eorum, qui putant de notoriè prodigis idem iudicandum, etiam si sententia nondum interuenerit, quæ opinatio & ratione & meliorum iudiciis reuincitur, & contra est Bart. iudicium, ne nisi post sententiam bonorum alienatione cuiquam interdictum iudicari debeat, vt glos. l. si ab eo. D. de vsucap. Bart. Cast. Alex. Lud. Rom. Angel. Francis. Aret. putãt l. is cui bonis D. de verbor. oblig. Item Bart. Bald. Angel. Imol. l. is cui lege. D. de testam. Cùm omnium bonorum alienationem leges omnibus permittant, qua nulla maior profusio dici
3 potest, idque ex causa donationis. Quare sine iudicio etiam illorum est sententia, qui putant ex ea causa, quod notoriè prodigi consumpserint, dari restitutionem. Hæc taliaque planè vsus respuit, & pridem non sine causa Ias. reprehendit contra Baldi & Lud. Rom. opinationes d. l. is cui bonis. num. 12. Inepta etiam illa dubitatio, an dato cuiquam curatore vt prodigo, bonorum interdictio facta videatur, an item bonis interdicto, si curator datus nõ sit, de quibus infantiliter dubitant homines otiosi, cùm luceat perspicuè neque interdicto sine curatore, neque curatore dato relinqui bonorum administrationem, quam neque interdictio, neque curatoris datio cuiquam potest permittere, de quo. Bald. l. 1. col. 2. vers. circa personam. C. de confes. Succedit enim legis dispositio etiam non expressa. Denique non hærendum, quin ante interdictionis sententiam libera & absoluta cuique sit rerum suarum alienatio, si aliunde ea non reprehenditur, etiam si apertè prodigus quisquam sit. l. tres tutores ad fin. D. de admin. tutor. Sed verò ad contractus inualiditatem, tituli nullitatem, & præscribendi impossibilitatem, etiam scientia eius qui contrahit, exigitur. Nam vbique tituli damnantur, cùm contrahentis ignorantia adumbrari nequit, veluti si contrahens interdictionis sententiæ cùm ferretur, adfuit, aut testis aut iudex aut alioqui præsens, vel si ei in caput denunciata est, aut exhibita sententia, aut quomodocumque ritè innotuisse probari potest, vel super omnia, si publicis locis vel mercatu, aut domicilij loco promulgata sit interdictionis sententia, & (vt illi loquuntur) præconizatâ, quod nos facere solemus, quo casu nulla ignorantiæ cuiusquam quantumlibet probabilis excusatio admittitur, nec positio recipienda est cuiusquam ea de re. l. si pupillus. §. præpositum. D. de exercit. act. quia magna culpa sic ignorare, id quod omnes sciunt. l. magna culpa. D. de verbor. signif. quare iuris

Argent. in Cons. Brit.

A & de iure irrefragabilis est præsumptio. Ergo vbicumque leges prodigorum commercia interdicunt, de scientibus semper loquuntur. l. si ab eo. D. de vsucap. d. l. qui fundum. §. qui sciens, l. si quis cùm sciret. D. pro empt. ad quem vsum reperta illa edicta solemnia, de quibus statuit. Art. 593. inf. & Bart. notat. l. quemadmodum. C. de agric. & censit. lib. xj. Itaque quod medio tempore inter sentẽtiam & edicta alienatum erit, si fraus participata non probabitur, valebit sequuta absolutoria. Quod si cùm iudicatum sit, appellatio est interposita, interim alienata in eodem
B statu manebunt, sed confirmato posterius iudicato ad irritum contractus recident, nec ex his præscribi poterit propter naturam iudicati de se prouisionalis, ob medij temporis periculum. l. Imperatores. §. vlt. D. de appel. l. ab exequutione. D. quor. appel. non recip. quamuis in testimonio ferendo aliud statuat Bar. l. furti. §. furti accipe. D. de his qui not. infam. Quod si iudicatum infirmatum fuerit, alienatio de re aliena facta præscribendi causam præstabit, vt ab quocumque idoneo, à tempore latæ sententiæ & contractus, nec iniusta interpellatio & iniquum iudicatum oberit rem suam gerenti, per ea quæ diximus Art. 32.
C sup. Quæ si non iure lata est, prouocari quandocumque poterit, vt ab sententiis omnibus, quæ perpetuum, & successiuum grauamen inferunt. Quod si appellatum non sit, frustra illæ scholæ dubitationes, an actus & contractus valeant, si prodigo curator datus est cùm prodigus non esset. Sententia enim pro veritate est, nec vllum iudicatum sine appellatione rescinditur, si causæ cognitio, vocato eo, cuius interfuit, id est, prodigo ipso lata est: quia tum non simplex decretum est quod reuocari posset, ex falsa causa interpositum, sed verè & formaliter sententia suis substantialibus constans, quæ hoc regno & moribus
D sine appellatione rescindi nequit, quod idem multi putant. d. l. is cui bonis, & si non desunt, qui repugnẽt. Non prosunt igitur tituli, qui ex contractu cum prodigo facto prætenduntur, quoniam in totum nulli sunt, cum ne obligationes quidem naturales possint producere, & nullam talium voluntatem esse Iurisconsultus dicat. l. furiosi. D. de reg. iur. Ideoque in bonis nihil habere dicantur, nec dominium transferre, d. l. Iulianus. D. de curat. furios. Quare planè, & in caput resistere legem talibus titulis ne valeant, & verò impensius & enixius obesse quam ipsis mino-
E rum contractibus, quia cùm prohitio iudicis qui super interdictione pronũciat, ad legis prohibitionem accedat, toties fieri rem inalienabilem, & legem resistere potentiæ contrahendi, & titulum non tribui idoneum ad vsucapiendum, quod illa. l. qui fundum exprimit, & d. l. si ab eo Bart. l. si quis cùm sciret. D. pro empt. idem Alex. Cast. Lud. Rom. Angel. Ias. d. l. is cui bonis, Fely. & Barbat. c. pastoralis ext. de re iud. & Bart. l. vbi lex. D. de vsucap. Hæc summa receptæ sententię, ex qua relinquitur non posse tribui appropriandi causam, ex contractu alienationis cùm prodigo facto, siue aduersus prodigum ipsum contra-
F hentem siue aduersus extraneum de re eius propria propter actus anihilationem, quæ titulum ad non titulum reducit, quo casu fit naturalis interruptio, quæ omnibus prodest, cùm titulum afficiat, quod fusè Bart. persequitur. l. naturaliter. D. de vsucap.

DE INTERDICTIS OMNIS GENERIS, ET AN TITVLVM TRIBVANT.

Cap. 15.

1 *Interdicti titulum non tribuunt.*
2 *Duplex interdictio legis & hominis.*
3 *Omnes interdictiones promulgari debent, vt vim habeant.*

1 Sed præter eos qui ex causa nequitię & decoctionis diminuere vetantur, legibus etiam plures reperiuntur, quibus bonorum alienatione interdicitur, interdum etiam & administratione. Nam interdum manente administratione interdici insuetum non est, vt quibus venia ætatis facta est, tales ferè in iure interdicti simpliciter dicuntur, & frequentior eorum mentio in iure quam prodigorum, quibus etiam administratio interdicitur: de talibus respondet. d. l. si ab eo, d.l.qui fundum. d.§.qui sciens.l.si furioso, & l. & mulieri.D.de curat. furios. l. si curatorem habens. C.de in integ. rest.minor. l. certi conditio.§.quoniã. D. si cert. petat.l. patri pro filio. D. de minoribus, & alibi sæpè. Hoc genere sunt, qui lesæ maiestatis crimẽ admisere, qui ex die admissi criminis res suas alienare vetantur.l.vlt.C.ad.l.Iul.maiest. Sed & plerumque res litigiosæ ab iudicibus alienari prohibentur, vt cùm hæreditariæ sunt, & de hereditate questio est, l.alienationes.D.famil.hercis.l.diuus.D.de petit,hæred.vel cùm dilapidatio timetur, quæ si ab lege fiunt addita hominis prohibitione in totum dominij translatio impeditur, & obligationis naturalis potentia inhibetur quoniam lex resistit, ita vt titulus ab talibus habitus vsucapiendi conditionem non tribuat
2 de re aliena, nec de propria dominij translationem, quod Bart.dixit.l.1.D.de nouat. & Ias.notat. d.l. is cui bonis in fin.Nam alioqui simplex legis prohibitio titulum nõ afficeret, nisi vltra ad annullationem procederet.Sed omnes eas cuiusque generis interdictio-
3 nes, quæ à iudicibus fiunt, antè publicè promulgari oportet, quam vim habeãt aduersus extraneos ignorantes, ex theoremate Bart. d. l. quemadmodum. C. de agric.& cens.nec scientia præsumitur.

DE EBRIIS, ET AN CONTRACTVS CVM EBRIO FACTVS IVRE CONSIStat, sitque idoneus ad præscribendum.

Cap. 16.

1 *Ebriorum voluntaria insania.*
2 *Ebriosi magni etiam viri.*
3 *An Ebrij titulum tribuant idoneum.*
4 *Contractus factus cum inebriato astutè an valeat.*
5 *Ebriorum diuersæ conditiones.*
Ebrij quidam incitantur ad meliora vino.

1 De ebriis & vinolentis ex iisdem fere causis dubitari solet, quia vt Seneca lib.xij.epist.1.scribit: Ebrietas voluntaria est insania, & in lib.de tranq. vitæ, hilarem vnius horæ insaniam appellat, extat etiam canon.31.distinctio. c. vinolentum, qui ebrietatem status mentis interuersionem vocat. Nec inutilis dubitatio quando talium hominum nimium hæ regiones feraces sunt, paulominus quam Alemanorum, & frequentes ex ea causa contractuum rescissiones tribunalibus nostris. Patrum memoria nulla admissæ cædis gratia ab Principibus obtinebatur sine ebrietatis professione & præfatione, nec adhuc meliorum admonitionibus id vitium ex toto conquiescit, quando ne externi quidem homines exortes eius sunt, & prouocatis satis strenue partes & ipsi suas
2 bibendo sustinent. Habent ipsi magnorum virorum exempla, Alexandri si non per vinum Clytum rectà A monẽtem occidisset, Catonis, M.Antonij & talium. Mirum vero magis in eo numero ab Seneca reponi Solonem tantum legislatorem, & Archesilaum. Et Catonis quidem ebrietatem Seneca excusat, & laudat, sed C. Cæsar exprobrat totis Anticatonũ libris. Poëtis etiam ad excitandum mẽtis furorem prodesse dicitur auctore facti Poëtarum maximo, Quãdo laudibus arguitur vini vinosus Homerus: sed vitij autores, & exempla conquiri non oportet, quando in quemlibet magnis viris vitia esse ista non desinunt: sed tamen tam altè hæsêre, vt frustra sit reprehensio. Quod nunc agimus, an tituli cum ebriis facti iu- 3
B re consistant, extat glos. c. vnusquisque 22. q.4. quæ valere eos non putat, & Lud. Rom. l.1.in princip.D. de verb.oblig.dubitat, an ipsi sibi stipulari possint. Id quidem etsi nulla l.traditur, tamen ex regulis vulgaris iurisprudentiæ probant talium contractus non valere, quia ebrij mentis compotes non sint. Quare dolo non carere eum, qui vocatum ad cœnam tam largè inuitauerit, vt ebrius factus suis conditionibus contraheret, quod glos.& Bald.dixere l.dolum.C.de 4 dol. Cùm ad verum vẽtum est, neque semper, neque vnquam ebriorum contractus nulli putandi sunt, sed
C id ab iudicij consistentia metiendum, quia vsu compertum est pleròsque ebrios, siue diffidentia sui, siue assuetudine vini, quamlibet madidos, cautiores fieri nec lubenter contractus inire, plerosque vero velut incitatis sensibus melius in vino rem gerere. Quare 5 neque omnimodo, nec semper indulgendum vitiosæ per se excusationi, si post vinum in noxam inciderint, quam culpa præcessit. & si delictorum pœnam ex ea culpa temperari vulgò volunt l. respiciendum. §.delinquunt. D.de pœn. Ergo si tam altè mẽti ebrietas insedit, vt iudicium moueret, perturbatâ ratiocinatione, deficiente consensu non valere contractus
D puto, sed tam vehementem oportet esse, quæ iudicium adimat. Quod si qui alio ingenio sunt, & iudicium consistat, aliud censendum, cùm & gradus quosdam ebrietatis esse constet, & quosdam madidos vino indormire, quosdam cùm incaluerint expergisci vehementius, & incitari; quod Seneca d.epistola scribit, & in lib.de tranq. vitæ aliquid etiam in eam rem Bald. data opera. C. qui accusar. non poss. Est etiam qui dixerit sobrium se nihil posse. Si qui igitur tales sunt, non rectè excusatione vini ad eludendos contractus vtuntur, quin & de re sua dominium transferant, de
E aliena, vsucapiendi conditiones, nec sinendi sunt culpam perfidiæ prætexere.

An titulus ab his qui in malos vsus consumpturi sint tribui possit.

Cap. 17.

Hoc eodem genere est, quod inquiritur de his titulis, qui cum his contrahuntur, qui in malos vsus consumpturi sunt, veluti si quis ab eo emat, qui pretium scorto daturus erat, quod exẽplum est l. si quis
F cùm sciret. D. pro empt. addo, & quod nuper tam frequens exemplum fuit eorum, qui ab his emerent, qui in vsum coniurati in regnum incœpti profusuri erant, aut quod frequentissimum in aleam. Et Iurisconsf. negat ex talibus causis, & titulis vsucapi posse d.l. si qui cùm sciret. si quidem vsus certus, & determinatus talis non nesciebatur ab emptore. Nam si adumbrari ignorantia posset prætextu incredulitatis, aliud senseretur: Neque enim quisquam curiosus esse debet, quid quisquã in re sua statuat, aut quomodo pecuniam suam locet, quod glos. dixit d. l. si quis

quis cùm sciret vbi Bart. & Angel. Bald. c. ex parte col.2. ext.de consuet. Abb. c.si diligenti. ext.de consuet. Alex. & Ias.d.l.is cui bonis. Sed ipsis inter se cõtrahentibus proditæ sunt rescissiones, quibus decennio præscribitur aduersus extraneos; certè non video, quare præscriptiones impediri debeãt, nisi cùm turpis est causa contrahendi, & damnatus finis, vt parricidij, perduellionis, & talium, cùm participato consilio emptio ea intentione fit, vt in eos vsus pretium consumatur. Sed semotis turpibus causis leges commerciorum obtinere necesse est, & de re aliena præscriptiones & approprimenta.

An titulus à procuratore alterius tribui queat.

Cap. 18.

Sed quoniam de earum personarum idoneitate, & titulis quæritur, quæ ipsæ per se contrahunt. De his quoque dubitari contingit, quæ alieno, veluti si procuratorio nomine quis alienum fundum vendiderit, nec de mãdato constet, & emptor ex tali titulo quindecennio possederit, An sic præscribere possit. Non hîc longè de iure ambages, quando diserta Iurisconsultorum ea de re extent respõsa. Si iusta opinione ductus emptor crediderit esse mandatum, præscribi posse. Quod procurator mandati fines egressus, aut fraudulente fecerit, vsucapiendi conditionem non tribuere l. qui fundum. §. procurator, & l. vlt. D. pro empt. Alex. l. Pomponius. §. cum quis. D. de ac. poss. num.11. Bartolus & Angelus l. cùm vir. D. de vsucap. Alexand. cons.1. vol.4. ad fin. Quod vt iure obtineat, moribus, & Consuetudine posse non videtur, per regulam *du saisy*. Nam cùm hîc agatur de præscribendo aduersum dominum rei, cuius nomine procurator non verus vendidit; nõn potest venditor videri, vt saisitus vendidisse, quod necesse fuit, cùm procurator non possideat, nisi domini, id est alieno nomine, ideóque vsucapiendi conditionem aduersus eum, qui dominus est, & cuius procurator nõ fuit, tribuere nequit, cùm possessor numquam fuerit: Aduersus extraneum vero procederet, non repugnante eo cuius nomine res gesta est. Hæc vera nec inaccurrata tractatio de titulis, quibus causæ insunt dubitandi ex consideratione personarum deductæ, aut ex forma conuentionum, & pactorum. Quas ideo per species sigillatim exequi consilium fuit, quoniam vniuersales regulas interdum malè ad suas species applicari contingit, & verò speciebus sæpè inest diuersi aliquid in materia iuris, quæ difficile regulis constringitur propter factorum immensam varietatem vnde euenit, vt etiam, quorum est hæc professa docendi, consulendíque opera, incogitantiâ, aut errore, plerumque fallantur, & subindè fallant ipsi, dum inter præcepta iuris, & experimenta fori fluctuant, incerti incertiores dimissuri litigantes, nisi si se Dux aliquis offerat cogitationum, & fontes aperiat dubitationum, quæ per omnes omnium libros sparsæ nusquam vno loco reperiuntur, & repertæ sæpâ inexercitatorum iudicia fatigant.

DE CAVSIS SVMPTIS EX CONSIDERATIONE REI.

Nunc de his causis agendum, quæ ex ipsis rebus præscriptibilibus dubitandi occasiones ingerunt, propter iuris afficientiam ipsis rebus inditam. Neque hîc de vitiis realibus disserere statui, quæ ante à nobis expẽsa sũt, habẽt enim illa suas cõsiderationes & effectus; sed de causis aliis, quæ ex conditione rerum ipsarum, aut de personalibus mixtarum ambigendi materiam ministrant, ex subiecti qualitate & vsu rei, & hoc differũt à realibus vitiis, quod rei præscriptionem non semper impediunt, aut præscribendi tempora prorogant.

Primùm,

DE DOMANIO CORONÆ, SEV REGNI: AN ILLVD PRÆSCRIPTIONI sit obnoxium.

Cap. 19.

1 *Domanium regni & Corona*
2 *Fisci & ærarij differentia.*
3 *Priuati & sacri patrimonij differentia.*
4 *Comes rerum priuatarum & sacri patrimonij.*
5 *Domanium regni inalienabile.*
Secus in priuato patrimonio. ibid.
6 *Casus in quibus alienari potest.*
7 *Domanij iudicium ad Cameram Thesauri pertinet.*
8 *Quod è confiscationis causa quæritur non semper fit domanium.*
9 *Priuatum domanium regul. præscriptionibus subijcitur.*
10 *De præscriptionibus rerum fiscalium in vniuersum.*
11 *Modi incorporationum.*
12 *Quantum tempus exigatur ad vniendum mensæ aut incorporationem.*
13 *Supremi imperij Symbola præscribi nequeunt, & nobilitates.*
14 *Albinagia, & deserentiæ nostræ quanto tempore præscribantur.*
15 *Immutatio veteris iuris in talibus.*
Malæ fisci causæ sub bono principe. ibid.
16 *Præscriptio de reliquiis publicarum rationem &* debets de comptes.
17 *Præscriptiones contra commissa.*

Hoc se primùm loco offert, hoc quidem regno, Domanium quod dicitur Coronæ, & regni, quod Imperatoribus sacrum patrimonium fuit. Et fuit in veteri Rom. rep. huius administrationis forma non vna, quando earum possessionum, quæ publicæ habebantur, destinatio, nec vnus vsus fuit, cùm aliæ ad fiscum principum aliæ ad ærarium pertinerent, stãte quidem populi imperio vnum ærarium fuit. Mutatã reip. formã Imperatorũ potestate, alia reip. administratio fuit. Imperatoribus suus fiscus, populo ærariũ aliquandiu mansit. Augusti quidem imperio fuere, & populo suæ prouinciæ, quę tributa in ęrarium deferrent, Imperatoribus etiam suę. Atque haud scio quãdiu ea forma valuerit. Nam cùm Imperatores posterius omnia in potestatẽ suam redegissent, verbis quidem ærarium esse passi sunt, cùm re ipsâ, vtroque, & fisco, & ęrario pro arbitrio vterentur, & primus C. Cæsar è Gallia Romam reuersus effregit ærarium in vsus belli, quo Pompeius abstinuerat, ipse quoque Augustus λόγῳ habuit ἔργῳ sustulit sicut Dion scribit lib.53. Id quidem antiquum fisci, & ærarij discrimen fuit, quod Iul. Frontinus indicat cum commoda publicarum familiarum ex ærario Cæsaris ex fisco dari scribit. Sub æquis tamen Imperatoribus mãsisse discrimẽ ostendit Plinij panegyricus: At fortasse (inquit) fiscum, quam ærarium non eâdem seueritate cohibes, imò tanto maiore quanto plus licere tibi de tuo, quàm publico credis; & Cornel. Taciti locus est. Signatum (inquit) argentum fisco vel ærario attinebatur, & Diõ in vita Adriani. Continuo (inquit) omnia debita condonauit, siue ea pertinerent regi siue ærario. Et Spartianus. Damnatorum bona (inquit) in

fiſcum priuatum redigi vetuit: ſed ea omnia in æra-
rium recepta. Meminit huius rei quoque iuriſ.l.2.§.
hoc interdictū.D.ne quid in loco publico.res fiſcales
(inquit)quaſi propriæ,& priuatæ principis ſunt. Sed
hæc differentia perpetuo propemodum in libris Iu-
riſconſultorum confunditur. Poſtremo cùm omnia
imperatores infractâ populi poteſtate obtinerēt, il-
lata mētio priuati,& ſacri patrimonij,tum rei domi-
nicæ,ſæpè etiam fiſci,vt tit.de agricol.& mancip.do-
minic.vel fiſ.vel rei priuat.lib.xj.Cod.quæ epigraphe
omnium nomina exprimit & tit. Cod. Ne rei dom.
vel templo, & tit.de fund. & ſaltib. rei domi. & alius
de fund.patrimonial.lib.xj. Fuit itaque in diſpoſitio-
ne principum aliud priuatum, aliud ſacrum patri-
monium,quod indicat l.apud Iulianum. §.1.D.de le-
gat.1. & fuit priuatum illud patrimonium communi
cæterorum hominum conditione,& lege ſubiectum
ordinario iuri, vt priuati cuiuſlibet ſubſtantia, quæ
diſpoſitioni Comitis rerum priuatarum ſubiacuit,de
quo,Palatiniſque eius qui Apparitores fuerunt cre-
bra mentio poſtremis libris Cod. & cum Theodore-
tus Græcus interpres dicit fuiſſe πιστευμένοι δίων βασι-
λέως χρημάτων quem inquit κομιτίῳ πριβάτων καλοῦσι. Di-
uerſa & ſub ſuo ipſa Comite ſacri patrimonij procu-
ratio de qua l.1. C. de indiction. lib.x.C.& l.vlt.C.de
vectigal. & commiſ. Hoc diſcrimen ne ſcholaſtici
quidem ſcriptores noſtri ignorauerunt. Cyn. & Iaſ.
l. procurator. Cod. de edend. Iaſ. l. 1. D. de off.pro-
cur. Cæſar. Alex. conſ.6.lib.4.Caſt.conſ.106.lib.j.ad
fin.Quæ eadem forma hoc ipſo regno obtinet. Nam
quod ſibi reges quoquo titulo priuatim quæſierunt
emptionibus,hæreditatibus,donatione, confiſcatio-
nibus, caducis, vt deſerentiis, & albinagiis, iure do-
manij non habetur, nec patrimonium illud ſacrum
eſt,de quo loquimur,ſed verè priuatum,quare com-
munibus commerciorum regulis talia omnia ſubia-
cent,& alienari communi iure poſſunt, & præſcribi
ſpatio regularium præſcriptionum, quod Molin. §.
30.in feud. num. 170. ſcribit. Diuerſum in illo ſacro
patrimonio, quod nos domanium appellamus, eo
ſcilicet quod ab regibus per manus traditum in ſuc-
ceſſores venit, non regnum, & hominum ſed regni,
& Coronæ, ſub dignitatis nomine propriū,inaliena-
bile, cuius etſi procuratio Regibus permiſſa eſt, ta-
men ſemper,& omni caſu alienatio interdicta eſt,nō
minus,imò multomagis quam prçlatis rerum Eccle-
ſiaſticarum,excepto extremæ neceſſitatis, & bellorū
caſu & fraternorū appagiorum, veteres etiam dota-
tionis Eccleſiarū cauſas excipiebant, quod huius ſe-
culi impietas, & ſacerdotij imminutio non admittit,
extātq; prçfatę ea de re Regū ord. nuperæ. Franciſci
I. anno 1539. Deinde & Carol. IX. qui nunc regnat.
Molinis anno 1566.quod nos Art.56.ſumus perſecuti
Hæc regni ſacroſancta lex,quæ reges ipſos,& Curias
Parlamentares ſacramento obſtringit,ne contra fie-
4 ri patiantur, nevé deſideriis regum obſequantur, ſi
quando contra ſtatuant. Huius æterna auctoritas, &
vendicatio ad procuratores Regios pertinet,immo-
ta,fixa,& indiſpenſabilis,nec contra regum auctori-
tas, aut vlla curiarum ſupremarum areſta valuerint,
nulla temporum curricula,nulla ſecula obtinuerint:
nulli contractus, nulla commercia. Non ingentia
principum obſequia, non quamuis onaroſæ contra-
ctuum leges poſt centum, & ſexaginta plus minus
6 annos Baugentiacum opidum, de Longouillanis
Ducibus euictum,poſt tam multos Caſtrumnouum,
& ſi de numerato pretio conſtabat, tam contagioſa
eſt eius rei poſſeſſio, & quo magis mireris, protinus
ab manus iniectione lis inſtituitur, poſſeſſor ſpolia-

A tur contra notas,& ciuiles regulas.l. res quæ in con-
trouerſia. D. de iur. fiſ.l.prohibitum.C.eod.tit.lib.x.
Neque eius reditus procuratio ad vnum quem-
quam,vt ſacri patrimonij Comitem pertinet, ſed re-
gum ipſorum diſpoſitionem & eorum,qui fiſco pro-
curant intendentes financiarum ex ord. quæ facta
eſt ab regibus *de l'apport des finances aux coffres du Lou-
ure, & l'eſpargne*, rationes ad auditores,& Cameram
computorum,diiudicatio ad Cameram theſauri per-
tinet.

Eadem lex Aragonū regnocuius Alber. meminit
prima parte ſtat.q.146.& Iaſ.l. filiuſf.§. diui num.60.
B D.de legat.1. Contra obtinet in his quæ priuato iure
reges habent ex his cauſis, quas ante diximus, veluti
& maternis hæreditatib⁹. Quare niſi principatus hic
noſter olim vnitus eſſet regno,quod anno 153. facti 3
eſt,hic Ducat⁹ ea lege nō teneretur,vt iure materno
in regiam Francorum deuolutus.Nec item quç con-
fiſcationibus reges obtinent, protinus in domanium
tranſeunt, etſi iure feudi & ratione domanialis re-
uerſionis,vt delata necdum agnita.Ideoque quod ex
ea cauſa regibus quæritur, alienari & donari ſolet,
imo & ſi mediatè ab rege beneficio habetur, alienā- 5
C di neceſſitas eſt. Et ſi in magnis feodis Ducatuum,
Comitatuum, Marchionatuum conſtitutum eſt ea
Dommanio vniri inſeparabiliter & cōſolidari, quod
nuper his tumultibus Franciæ eſt conſtitutum. Ideo-
que talia bona delata necdū agnita, & priuati patri-
monij omnia ſubiiciuntur communibus & regulari-
bus præſcriptionibus priuatorum, quod Bald. ſcribit
l.2. in princip. C. com. de vſucap. Sicuti & bona cle-
ricorū patrimonialia extra eccleſiarū bona regula-
ribus aliorum præſcriptionibus ſubiiciuntur, gloſ. c.
poſſeſſiones 16. q. 4. Rom. ſing. 4. Fely. c. eccleſiæ S.
Mariæ col. 4. verſ.& hinc eſt, vbi & Decius, tit. de
D conſtit.Iaſ.& Salic.auth. quas actiones. C. de ſacroſ.
eccleſ. in talibus igitur non habet locum ille titulus,
Ne rei dominic. vel templ. De ſacri patrimonij præ-
ſcriptionibus variæ ſententiæ: extat l. 1. d. tit. Ne rei
dom. quæ omnis temporis diffinitione ſummoti
principis patrimonio talia reddi iubet & l.2.eod.tit.
nulla longi temporis præſcriptione obſtāte fiſco res
reſtitui iubet. & l. vlt.de fund. & ſaltib. dom. lib.xi.
Quidam non niſi centenariam obeſſe putant nulla
lege vſquam nixi, niſi ex comparatione præſcriptio- 10
num eccleſiaſticarum in caſibus l.vlt.C.de ſacroſ.ec-
E cleſ.valde inconſequenter,& ſine vlla legis cuiuſquā
expreſſione.Quare iure ciuili veriſſima illa ſententia
regulam generalem & vniuerſalem, quæ tam in pri-
uatis quam publicis obtinet, hic quoque obtinere
debere, vt quadraginta annis dommanialia omnia
fundi, prædia præſcribantur, quæ diſpoſitio eſt l.
omnes. C. de præſcript.30. anno. & l.vlt.C.de fund.
patrim. lib. xi. auth. quas actiones. C. de ſacroſ. ec-
cleſ. & quos Panor. citat c.cùm à nobis ext. de præ-
ſcript. Angel. Aret. §. res fiſci inſt. de vſucap. Alex.
conſ. 81. vol.1. Platea l. 2. C. de fund. limitroph. lib.
xj.Matth.Afflictus lib.3. conſt.rub.31.§.quadragena-
F lem Aret. conſ.153. incipiente conſultatio, & Bot.
deciſ.264. niſi quidem in orientis partibus, vbi illa
prçſcriptio non recipiebatur l.nulli C.de fund.patri-
monial. Nec ignoro complures eſſe, qui cētenariam
exigant falsò, & quidquid ariolentur ſine vlla lege,
quos Aymo.Crauetta retulit in d.lib.de temp.in cap.
incip. Abſolutis parte 4. q. 9. num.35. & 36. & ſine
iudicio interpretantur d. l. vlt. habere ſolum locum
in ciuitatibus habentibus iura fiſcalia, & ſupremi ti-
tuli,vt eadem ratio de principe intelligatur, cùm illa
diſpoſitio ſingulare ius contineat, & in terminis ſuis
ſolum

ſolum intelligendum, cùm ſpeciales prouiſiones de
principum patrimoniis extent.d. l.omnes & d.l. fin.
C.de fund.patrimo.& d.auth.quas actiones. Et pro-
fectò mirifica quædam eo loco ſcholaſtici auctores
ſunt commenti, alii poſt alios è ſuo ſenſu texentes,
quod lex nulla exprimit inſcita comparatione ſacer-
dotij,& imperij,quæ nullam neceſſariam cōſequen-
tiam habet ad abrogandas diſpoſitiones, quæ de al-
tero ſunt cautæ in ſpecie,& diſertæ. Proinde noſtro
quidem regali iure non eſt in ea diſceptatione mul-
tum ponendum operæ, quando certum ſit nullius
cuiuſquam temporis præſcriptiones obiici poſſe de
dommanio antiquo,vel in lineam(vt loquūtur,com-
puti recepto diſceptantibus. Sed & ratio eadem eo
rum, quæ nuper in patrimonium, & dommanium
regale recepta ſunt. Cuius recipiendi duplex ratio
eſt, altera iuri quoque imperatorio vſurpata per in-
corporationem ſcilicet. de qua tit. iuris. C. de bon.
vac.& eorum incorporat.l.x. C. & l.ſi quando & l. ſi
vacantia.C.eod.tit.quę expreſſa principum pragma-
tica, aut iuſſione fiebat, nunc per reſcripta & literas
patentes,vt loquuntur, quæ ad Parlamenti curias &
computorum Cameras diriguntur, quæ delata bona
deſcribunt,& in regiam ſubſtantiā redigunt, & con-
corporāt indicta neceſſitate fruendi & rationis red-
dendæ coasctoribus regij patrimonij, & dommanij.
Deſcriptis prædiis vela regia olim, & cortinæ ſicut
Ambroſius appellat,nunc panoncelli affigūtur, quæ
ſigna ſunt ſacroſanctæ poſſeſſionis, ne cui liceat at-
tingere,de quib.lex.2.C.de aquæd. lib. xi. C. & alius
de his qui potent. nomine & alius vt nemo priuat.
reg.tit. Quæ eadem in priuatis dominis brandōnes
appellabant veteres. Deſcriptionis integra forma l.
ſi intra.C.de bon.præſcript & d. l.ſi vacantia, & l. ſi
quando.Sed alia accorporationis forma, vt Marcel-
linus hiſtoriæ ſcriptor loquitur, quæ ad ſuperiorem
ſe habet,vt tacita, cum res ad fiſcum ex confiſcatio-
nis aut alia cauſa delatæ appræhēſæ & poſſeſſæ ſunt
per manus regiorum receptorum, & ſcholā coacto-
rum reditus percepti, & toto decennio ratio reddi-
12 ta, qua ratione veluti in lineam computi vt dicere
ſolent ingreſſæ,domanio conſolidantur, & concor-
porantur, & conditionem omnem domanij aſſu-
munt,tam ratione impotentiæ alienandi,quam prę-
ſcribendi. Hanc verò tacitam lapſu ſolius anni fieri
Bart.putat d. l. ſi vacantia, & quidam eum ſequuti,
quidam triginta annos requirunt, Imolæ auctorita-
tem ſequuti in c.vt ſuper ext.de reb.eccleſ. non alie-
nand.qui putat non minori tempore rem ex emphi-
teoſi ad eccleſiam reuerſam,dici poſſe menſę prelati
reunitam,aut reincorporatam, ita vt amplius reem-
phyteoticari nequeat,veluti de menſa effecta. Nos
iure regio mediam viam ſequuti rem quæ decennio
toto ſic habita, culta, & in fructu habita ſit, reuni-
tam dommanio dicere, & cēſere ſolemus, & eodem
13 iure regere. Proinde cùm de fiſcalibus præſcriptio-
nibus quæritur, vltra dommanialia & incorporata,
vera eſt iuris ſententia noſtro quoque iure regni ea
quæ ſymbola ſunt ſupremi imperij, & ſupremæ re-
cognitionis, vt tributa, & cenſus impræſcriptibilia
eſſe. ex l. comperit. C. de præſcript. 30. anno.c.cum
non liceat. c. audientiam. vbi Fely. ext.de pręſcript.
14 Sed & quędam reſeruata principi in ſignum ſin-
gularis priuilegij, quæ nobilitates iure patrio con-
ſuetudo appellat, art. 56. vt legitimare, gratiam cri-
minis facere, & talia, quæ nos illo art. ſumus perſe-
quuti, & præſcriptibilia eſſe, & verò præſcribi im-
memoriali tempore putant c. ſuper quibuſdam. ſ.
præterea. D. de verbo. ſignif. & quos eo art. con-

A geſſimus. Sed iure noſtro ita quoque impræſcripti-
bilia ille articulus facit, nec officialium patientia,
aut conniuentia contra id valeret, de quo multa
controuertit Crauetta, vbi ſupra q.4. & Boer. d. de-
ciſ.264.

De eo quæritur, an cùm bona ad regem hæredi-
tate,cōfiſcatione,aut albinagio vacantia delata ſunt,
cùm ea in dommanio eſſe negauerimus ante incor-
porationem, quanto tempore præſcribi ea poſſint.
Nam vendi poſſe,& alienari diximus & Boer. d. de-
ciſ.num. 12. confirmat, cùm fiſco delata ſunt, nec à
B procuratore regis agnita,quo caſu ſolo quadriennio
præſcribi volunt, etiam ſine titulo l. 1. C. de quad.
præſc.l.1.§.diuus D.de iur.fiſ.Panor. vbi ſup. Angel.
& Bald.l.1.C.com.de vſucap.Aret.conſ.153. Dy. reg.
poſſeſſor Balb.parte 2.5.partis.q.1.Sin bona fiſco de-
nunciata non ſint, nec agnita tum ſine titulo proce-
dit præſcriptio viginti annorum,à die aut vacationis
aut confiſcationis,l.in omnibus.D.de perpet. & tēp.
præſcr.l.2.D.de req.reis,l.1.§. præſcriptio. D. de iur.
fiſ.Sin præſcribens titulum habet, non ante denun-
ciatis bonis regularis iuris communis præſcriptio
procedet,quæ decem annorum eſt l.quamuis. D. de
C vſucap.d.§. res fiſci. Nam fiſcus ſemper præſens eſt,
& contra eum regulari præſentium tempore præ-
ſcribitur ex gloſ.Iacob.de Rau.Cy.Angel. Alb.d.l.1.
C.de quad.præſ.Fab. & Salic. l.2. C. com. de vſucap.
Fab.& Angel. Aret.d.§.res fiſci, quia principum ab-
ſentia per præſentiam procuratoris cuiuſque fiſcalis
& regij ſuppletur. Atque iſta quidem de iure ciuili
compingere ſcholaſtici ſcriptores coacti ſunt, vt ve-
teris iuris ciuilis & imperatorij ſententias,reſponſa,
& conſtitutiones conciliarent; æternum alioqui pu-
gnaturas, quas Triboniani feſtinatio noſtris libris
inferciit,iuris merè poſitiui propemodum omnes,&
D in quibus deligendis iudicium illi defuit, quæ cauſa
fuit cur hic vſus, & gentium mores multa damna-
rent, & immutarent. Iam primùm illa ſolemnis de-
latio bonorum vacantium, aut aliunde fiſco compe-
tentium,de qua in tit. de delat.lib. x. C. & tit. de iur.
fiſci. D. & C. in totum exoleuit. & quod ea de re ad
fiſcum pertinet per procuratores regum expletur,
tum illa præſcriptionum tempora, quadriennij, vi-
cennij,decennij, quarum ſupra meminimus in lega-
libus diſpoſitionibus, cum de rebus ſoli agitur, nul-
lus prouincię Pręſes valere paſſurus eſt, cum alioqui
E futura ſit fiſci conditio deterior, quàm priuatorum
id eſt regis quàm cuiuſuis, quem nullum quadrien-
nium excludit agentem, nullum item tempus bre-
uius quadraginta annis ſine titulo repellit. Nec id
vnquam qui nunc viuunt, quomodo quidem viuen-
dum putant, admiſſuri ſunt, in re dominica excludi
regem delatâ confiſcatione prædiorum opimorum,
aut bonis vacantibus, aut talibus iuris immobilibus,
ídque ex negligentia officialium minori tempore
quam quo priuati quoque excluderentur. Cùm &
caſus quidam reperiantur quibus ipſo iure talia fiſco
deferantur,etiam ſi appræhenſa non ſint, & appræ-
F henſio exigatur, ſed ea conſequens eſt iuris quæſiti,
ipſa per ſe appræhenſio ius non quærit. Quare tam
bono iure tam breui tempore, atque adeo breuiori,
quàm vllum priuatum excludi fiſcum paſſuri non
ſunt:qui etiam in malis cauſis(ſicuti ille autor loqui-
tur) fiſco iudicandum putant: & qui ſe principibus
per auara obſequia inclementer venditant, & miſe-
rorum preces occluſis atriis faſtidiunt, in miſeranda
iſta penuria, quàm infanda, & effrenis profuſio ge-
nerat. Sed tamen veteres illi non putabant eum ma-
le iudicaturum, qui in dubiis contra fiſcum eſſet iu-

dicaturus l. non puto. D. de iur. fif. Cuius causam sapienter & moderatè alius dixit, nunquam malam esse, nisi sub bono principe. Quare necesse est multos non bonos videri, quando tam multæ fisci causæ, bonæ multis videri solent. Respondet Traianus imperator ad relationem quandam Plinij, non minus hominibus cuiusque loci, quàm pecuniæ publicæ consulendum, & alius lieni fiscum comparat, quo crescente cætera membra decrescant.

Qua temporum iniquitate factum videmus, vt quamlibet iratâ Themide, tam multi patrum, & auorum hæredes ad dicendas de ratiocinijs causas deuocentur, post multa temporum curricula, & regulares talium inductas iure præscriptiones, cùm ad rationes reddendas, aut dispungendas, aut retractandas reuocantur coactorum hæredes, aut illi omnino vlli, quibus illud (*Nota*) in margine paginæ ratiocinatricis impactum est de pecunia regia. Cùm certa sit iuris ciuilis dispositio de talibus actiones, si suis temporibus propositæ non sint, xx. annorum spatio excludi, quod d. l. in omnibus. D. de perpet. & temp. præscriptio exprimit, & l. si quamcumque. D. de req. reis. l. iustas. C. de iur. fisc. libr. x. quæ etiam iustas fisci actiones vult concremari, eo quòd suis temporibus propositæ non sunt, vt hoc exemplo priuati deterreantur suas intendere, quod etiam iustæ fisci actiones concremari præcipiuntur. Hæc vera est de ὀπισθελείων sententia quo nomine reliquiæ rationum omnes, *debet*, *Nota*, *depori*. continentur, denique quodcunque de regia pecunia apud quemquam superest. Neque enim tales actiones ad dommanii causam pertinent, mobiles scilicet, vt de re mobili, & pecunia competentes. Quare maligna istorum solertia, qui tanto post tempore pupillos hæredes ad rationes reuocant, & sepultas tempore actiones restituunt: magna multorum fraude, cùm morte, bellis, & tumultibus intestinis, & cæteris casibus, tam multa probationibus pereant, & tabulæ, & recauta intercidant, quę tamen tam acerbè exiguntur; vt vndecunque se præda ostendit, aures æquitati occludantur. Et fortasse ignoscendum erat publicæ necessitati, nisi hæc ipsa præda, vulgò ludionibus, mulierculis & propudiosis hominibus captaretur. Ne retractandis quidem, & (vt nunc loquuntur) reuidendis computis amplius tempus vicennio illa l. in omnibus, statuebat, & l. pen. D. de adm. rer. ad ciuit. pert. & verò mutata persona aduersus hęredes dumtaxat decennium. Extat ea de re Traiani responsio ad Plinij consultationem, quæ largitiones ab magistratibus ciuitatum de publico ambitiosè factas, & contra principum mandata post xx. annos repeti vetat, quia (vt ille ait) sic futurum sit, vt multorum securitates conuellantur, & congruit l. penult. sup. d. tit. de adm. rer. Quare apparet contra ius fieri, quod ad reddendas rationes de regiæ pecuniæ procuratione quisquam post lapsum viginti annorum compellitur, quantumlibet reliquator, cùm in eam operam tot extent magistratus, & cœtus, quos huc potius æquum erat incumbere, vt ius imperatorium sub bonis regibus oppugnarent vt planè iniquum, per quod res priuati à fisco vendita quadriennio præscribi statuitur l. 2. C. de quadr. præscr. nec actio vltra id tempus contra fiscum datur ad pretium repetendum, cùm eodem casu inter priuatos tricennium detur l. seruos. C. si vend. pig. agat. & alibi diximus de repetendo aduersus venditorem pretio rei alienæ, ex quo præscripta est ab emptore.

Atque hactenus de præscriptionibus rerum dommanialium, & fisci immobilium & patrimonii priuati regum. Nam in mobilibus regulares præscriptiones patiuntur triennij, quæ nobis decennales sunt, ex art. 272. Tum de actionibus personalibus fisci, ad rationes reddendas, aut quod reliquiarum nomine debeatur. Nam de specialibus quibusdam præscriptionibus eorum, quæ in commissum incidunt ob vectigal non solutum, aut de his quæ in crimine læsæ maiestatis contra mortuos confiscantur, suæ quinquennij præscriptiones sunt, l. 2. C. de vectigalibus. vbi Alber. Bald. & Saly. & de læsæ maiestatis crimine glos. l. 2. C. de apostat. & l. Manichæos. C. de hæret. Quid iure sit traditum, quid vsu receptum diximus, quid prisco iure, quid regio.

DE PRÆSCRIPTIONIB. ADVERSVS ECCLESIAM.

Primùm,

AN RES SACRÆ, RELIGIOSÆ PRÆSCRIBI POSSINT: AVT SALTEM res prophanæ, quæ sunt in Ecclesiæ patrimonio.

Cap. 20.

1 *Res sacræ imprescriptibiles, quia nec possideri possunt.*
2 *Res sacra quæ dicantur.*
3 *Possessiones ecclesiarum præscriptibiles.*
4 *Præscriptio quadraginta annorum recepta in rebus Ecclesiarum iure ciuili & Canonico.*
5 *Præscriptiones aduersus ecclesias.*
6 *Hospitalia & ecclesiæ paribus præscriptionibus vtuntur.*
7 *Breuiores quinquennalibus in suo statu durant.*
8 *Clericorum patrimonia communibus præscriptionibus subsunt.*
9 *Præscriptio mobilium.*
10 *An bona ecclesiarum approprimentis nostris subiaceant.*
11 *Realia ecclesiarum subsunt legibus & statutis.*
12 *Extranei possessores rerum ecclesiasticarum.*
13 *l. vlt. C. de sacros. eccl. vt inutilis tollēda & nu. 15. 16. 13.*
14 *Sine titulo 40. annis præscribuntur res Ecclesiæ. nu. 16.*
17 *Sententia doctorum de d. l. vlt. l. omnes auth. quas actiones & nu. 18.*
19 *Quatuor casus speciales iuris non admittit consuetudo.*

Hoc eodem genere, & iure sunt, res sacræ quibus æterna impræscriptibilitas indita est propter vsum ad quem destinatæ sunt. Nam simul atque à Pontificibus sunt consecratę humano commercio eximuntur, & in dispositionem hominum non cadunt, ac ne possideri quidem possunt. §. res sacræ inst. de rer. diuis. l. inter stipulantem. §. sacra D. de verb. obligat. l. apud Iulianum. §. vlt. D. de legat. 1. l. continuus. §. cum quis. D. de verb. obligat. l. in tantum D. de rer. diuis. vnde fit ex illa acquisitionis impossibilitate, & prohibitione alienationis, vt id quoque consequens sit vsucapi, & præscribi non posse, ex reg. l. cùm lex. D. de vsucap. l. vsucapionem D. eod. tit. §. sed aliquando inst. de vsucap. Quod enim possideri à mortali nequit, nec præscribi, quia possessio præscriptionis antecedens, aut adiunctum necessarium est l. sine possessione. D. de vsucap. & reg. sine possessione in 6. c. ex literis ext. de probat. Qua de causa, cùm reges nostri sui domanij impossibilem alienationem demonstrare vellent: nō alia melius comparatione id significarunt, quam rerum sacrarum iure haberi, quod ord. Caroli qui nunc regnat, expressit anno 1566.

Proinde

2 Proinde cùm sacras dicimus eas intelligimus, quæ
per Pontifices ritè consecrantur; & sacris vsibus ap-
plicantur, cuiusmodi ædes ipsæ sacræ sunt, cœmete-
ria, donaria, anathemata perpetuo vota. Instrumen-
tum sacrorum omne, vestes, aulæa quæ consecran-
tur, lintea, vela, cōditoria sanctorum cinerum, Mar-
tyrum memoriæ & reliquiæ, vasa de quibus l. nemo
3 martyres. C. de sacrosf. ecclesf. & d. §. sacræ. Nam prę-
diorum, & possessionum, quæ ad ecclesias, aut reli-
giosos locos pertinent, alia causa est, quia nec sacræ
sunt, nec inalienabiles simpliciter, quoniam, ex cau-
sa & ritu certo alienantur quod Ioan. Fab. dixit. §.
nullius inst. de rer. diuis. & Doct. leg. vltim. C. in qui-
bus causis in integ. restitut. non est necesf. Cano. cum
non liceat extra. de præscript. & hanc differentiam
attigit glosf. d. leg. vsucapionem verbo sacris, & §. &
quia authentic. de alien. emphyt. & expressius Fab. §.
religiosum inst. de rer. diuis. cùm inter sacrum, & re-
ligiosum & prophanas ecclesiæ possessiones distin-
guit. Igitur & præscribendi conditio dispar. Nam vt
res sacræ, & religiosæ in totum alienari nequeunt,
nisi redemptionis captiuorum causa, aut fame ex-
4 trema pauperum, ita res ecclesiæ profanæ, & alie-
nari, & præscribi possunt, & sua præscriptionum ha-
bent præfinita tempora quadraginta annorum, sci-
licet, visúmque non breuiori tempore res ecclesia-
rum præscribi, nec eas regulares præscriptiones pri-
uatarum rerum tenent, auth. quas actiones. C. de sa-
crosf. ecclesf. §. pro temporalibus auth. de ecclesia tit.
col. viii. l. omnes. C. de præscript. 30. anno. quod An-
gel. Aret. & cæteri notant. d. §. res fisci inst. de vsu-
cap. Quod ipsum Canonibus quoque receptum &
cautum est c. illud. c. de quarta, c. ad aures c. quia in-
dicante ext. de præscript. cap. vltim. de præscript. in
6. c. facultates 14. quæst. 2. idque verum in omnibus
omnino ecclesiarum possessionibus, etiam si in dote
sint ecclesiarum, id est, de fundatione, quod Felyn.
scripsit d. c. ad aures ex. Bald. Nouello libello de dote
parte 7. retulit Balb. in præscript. parte 1. quintæ par-
tis, ampliat. 1. Idque in omni ecclesia, & loco pio ob-
tinere putant d. §. pro temporalibus. c. à nobis. ext. de
præscrip. c. nemo 13. quæst. 1. latè Fely. c. ad audien-
tiam eod. titul. excepta quidem Rom. ecclesia. au-
thent. vt Rom. ecclesf. & d. authent. quas actiones, de
quo tamen posterius viderimus. eadem de locis reli-
giosis traduntur, ne præscribi possint. l. 4. D. de mort.
infer. §. si aliquando instit. de vsucap. l. monumenta.
C. de religio. Religiosum hoc significatu vocant,
quo mortuus illatus est, quod olim quisque vo-
luntate sua faciebat, nemo hodie sine Pontificum
autoritate.

5 Præter sacra, & religiosa loca possessiones eccle-
siarum præscriptionibus quadraginta annorum sub-
iiciuntur, siue priuatus aduersus ecclesiam, siue ec-
clesia alia aduersus aliam præscribat, siue prælatus
aduersus prelatum d. c. illud & d. authent. quas actio-
nes. glosf. d. §. pro temporalibus, d. c. de quarta d. c. ad
aures. Nam illa dispositio c. placuit. l. 2. 16. quæst. 3.
iuris antiqui per hec posteriora antiquata est, & ina-
ni labore Iaf. se fatigat in his conciliandis d. auth.
quas actiones.

Contra cùm ecclesia aduersus priuatum pręscri-
bit, quo casu iure communi, & regularibus præ-
scriptionibus vtitur, quod vulgò schola tradit. d.
authent. quas actiones Iohan. And. c. qui ad agen-
dum de reg. iur. in vi. Panorm. & Fely. c. sanctorum
ext. de præscript. Balb. vbi sup.

6 Eodem iure loci omnes pij, Hospitalia, & lepro-
sariæ & quæ constitutionis auctoritatem habent à
A Pontificibus, vtuntur d. cap. pro temporalibus, vel
pauperes incerti, quibus aliquid relictum est, quod
Panorm. & Fely. tradunt cap. 2. extr. de præscript. &
cap. 1. extr. de restitut. in int. Bald. l. genero. D. de his
qui not. infam. Fely. c. de quarta, cum in alienationi-
bus quoque eodem iure vtantur, quod Bart. & Bald.
dicunt auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosf. ec-
clesf.

Proinde etsi tricennariæ præscriptiones ad qua- 7
dragenarias producuntur aduersus ecclesias, vt item
decennariæ, & vicennariæ tamen quinquennales
omnes, & his breuiores in suo statu permanent,
B etiam aduersus ecclesias, veluti triennales, perem-
ptionis instātiæ, redhibitoriæ, prætoriæ annales om-
nes in quibus indulgentibus etiam Canonistis sua
tempora ordinaria permanent, etiam aduersus ec-
clesias, quod glosf. dixit verb. durantibus vbi Panom.
c. cum causa extr. de contract. empt. vulgo etiam d
authentic. quas actiones, & nouel. authent. Hæc
constitutio innouat x. col. Fely. d. cap. de quarta, & c.
si cautio. 2. regula extr. de probat. De cuius auth.
quas actiones sensu mox dicemus, & abrogatione. d.
l. vltim. C. de sacrosf. ecclesf.

C Enimuero cùm bona ecclesiarum dicimus, de his
intelligimus, quæ in dominio sunt ecclesiarum, nam
quæ prælatorum aut clericorum iure priuatorum,
sunt propria, ea non eodem iure habentur, sed in his
regulares præscriptiones seruantur, quæ inter pri-
uatos sunt constitutæ glosf. 16. q. 4. c. possessiones Pa-
norm. & Fely. c. 2. ext. de præscript. Idem Panor. c. si
diligenti q. vlt. ext. eod. tit. locus vulgatus c. ecclesia
S. Mariæ ext. de constit. Innoc. c. nouerit ext. de sent.
exc. Panor. & alij c. dil[illegible]ctus ex. de off. legat, Rom. sin-
gul. 451. Saly. & Iaf. d. auth. quas actiones.

Sed & mobilia quoque ecclesiarum non sacra, sub-
D iici patiuntur communi præscriptioni triennij, tex.
auth. cxi. in nouellis. Imol. & Panorm. Calder. c. 1.
ext. de rest. in integ. Fely. c. de quarta. Dy. reg. posses-
sor, vulgò Doct. de authent. quas actiones. Sed cùm
iure nostro patrio consuetudinario mobilia priua-
torum non minus decennio præscribantur, legale *Quinquennia art. 184. N.C.*
triennium exolescit, nec eo ecclesiæ tenebuntur, sed
iure communi vtentur, quia consuetudinis intentio
non fuit ius deterius statuere ecclesiis quam priua-
tis, de quo Panor. d. c. de quarta, Balb. 5. parte q. 1.
num. 8. Imol. c. illud ext. de præscr. & quos Bart. d.
reg. possessor. Hæc de multis compendio colligun-
E tur de rerum ecclesiasticarum præscriptionibus,
quibus id quoque addunt, titulum in his non requi-
ri, ne ab Canonistis quidem, quomodo nec iure ciui-
li, sed in hoc dissensio, quod ius ciuile bonam fidem
non exigit in quadragenariis, & tricennariis, cùm
nullam sine bona fide Canonistæ admittant.

Quare cùm hæc ita sunt, magna dubitandi occa- 10
sio relinquitur, an res ecclesiarum nostrorum ap-
proprimentorum legibus & iure teneantur, ita vt si
quisquam extraneus possessor earum aliquam ven-
diderit, cùm anno toto notorie possedisset, & subse-
quutis bannimentis prælatus, aut syndicus ecclesiæ
F non intercesserit, approprimentum perficiatur, &
emptor sit plena securitate defensus, vt tex. consuet. *& art. 174. N.C. vt vult ibidem auctor.*
loquitur. articul. 269. aut sine titulo articul. 271. vel si
etiam titulus proponatur quindecennali præscri-
ptione idem efficiatur. Hic planè, & iura, & iurium
auctores pugnant: Nam quid iure ciuili & Canoni-
co constitutum sit, ante docuimus & in eo vnus con-
sensus. Sed cùm iuris consuetudinarij perpetua, fixa,
& eadem in vniuersum regula rerum omnium præ-
scriptibilium sit constituta d. articul. 268. & seq. &

271. Hîc dubitatio, an idem in rebus ecclesiasticis consuetudo voluerit, deinde si voluit, an potuerit. Non voluisse fauor ecclesiarum suadet, & iuris ciuilis subintellecta dispositio exceptiua ab ordinario cæterorum hominum priuatorum iure: Non potuisse etiam magno aſſu Canonistæ sunt affirmaturi ex traditis d.c. ecclesia sanctæ Mariæ. Deinde rerum ecclesiasticarum alienationes nullas esse, quæ sine descripta iuris solemnitate fiunt: auth. hoc ius porrectum de sac.eccles. & c.hoc ius 10.q.2. Ideoque ex his titulum idoneum tribui non posse, hoc regibus ipsis, hoc regno placuisse & obseruatum vt aliter factæ alienationes non teneant. Et verò consensum, qui in præscriptionum patiētia, colligitur, non bene in prælatis colligi à patientia, quia nec tacitum nec expressum ipsi præstare queant, nec alienationis voluntas implicari possit in eo, qui velle non potest, nec permittitur iure, cùm vsum & procurationem tantum rerum ecclesiasticarum habeat. Quod si aliter admittitur futurum sit, vt dissimulatione, gratia, pecunia, sanguinis illecebris, ecclesiarum bona dissipentur & dilapidentur, quod nuper in votis fuit perditæ nationi, quæ ab obsequiis principis discesserat, cùm & ordinem illum, & ordinis opes omnimodo cuperent perdere, & ipsi eorum, quæ in potestate habeant, sacerdotiorum instrumenta interuerterent, venderent, abolerent, concremarent, possessiones distraherent, & miserè vexarent. Quod si præscriptiones breuiores admitterentur, non ante inchoari posse quam mortuo prælato, venditore, aut incurio & negligente quo patiente facta sit distractio, quia ante agi non possit, quod Bart. dixit l. qui fundum. §. si tutor. D. pro empt. Angel. Aret. §. 1. inst. quib. al. licet, glos. & Imol. c. vlt. ext. de præscript. glos. vltim. c. nihil ext. de præsc. Quæ non sine magna ratione dicuntur fateor, sed est quod respondeatur. Nam voluisse consuetudinis auctores præscriptiones legales & Canonicas tollere ostendit generalis, & sine exceptione dispositio, quæ ad omnes æquè ordines, & homines pertinet, quādo eius quoque ordinis consensus in statuendo hoc iure intercessit, fuerátque illis promptum, tum deinde reformatoribus siquid aliud intendissent, id nominatim excipere de ecclesiasticis rebus, cùm ius non ignorarent, & quid esset ea de re iure ciuili & Canonico constitutum. Id cùm non fecerint consulti & meditati aduocatis ordinibus omnibus videtur idem omnibus cuiuluis ordinis hominibus ius statuisse, & eadem lege teneri omnes quibus contradicere licuit, atque ita iuris exceptiones vno iure conclusisse, vt nimium multas, & perplexas, vt hominum omnium eadem esset securitas, qui scopus consuetudinis præcipuus fuit, cùm cuilibet liceat intercedere. Nam quod dubitatur an potuerint, & Canonistarum ea de re omnia placita, pronunciata, & oracula vna spongia deterguntur: Nihil scilicet illi ordini licere de realibus, de quibus absoluta, æterna, & illibata regum potestas sit, siue de quærendis siue de transferendis dominiis agatur, quod olim Augusti. dixit c. quo iure 8. distinct. & nos demonstrauimus fusè artic. 44. supra. Quare ea de re iudicum ciuilium & magistratuum omnem auctoritatem esse, & populi & gentis cuiusque, quid ea de re constituant, ecclesiis. Enimuero quod alienationes nullæ esse dicantur, quæ sine certa solemnitate fiant verum esse, non quia vitium reale vllum insit, aut res per se inalienabiles sint, quod ante docuimus, sed quia nisi solemnitas, & causæ intercedant alienandi, legi non satis fit. Sed hęc nullitas obest, cùm prælato, aut extraneo contrahenti, de re ecclesiæ, vt ecclesiæ propria. Nam si cum tertio contrahitur de re ecclesiæ vt contrahentis propria, in cuius possessione reperitur, non minus approprimentum procedere putamus quam de rebus minorum: quod in loco de minorum præscriptionibus diximus fusè per regulam *du saisi*, de qua ante suo loco, cui regulæ omnes dominiorum translationes, & securitates aduersus extraneos ita subiiciuntur, vt prælati qui sine intercessione ita transmittant, non possint supinæ negligentiæ culpam excusare, quos quidem ipsos per contractum titulum idoneum ad præscribendum non magis tribuere puto, quam ipsos minores. Sed alia causa est extranei possessoris, rem vt suam distrahentis, si tali alienationi à prælatis non est intercessum. Hæc est sententia ea de re mea, in qua Bartol. Chassan. amplius deliberandum putauit titul. *des forests*. §. viii. Sed nec hisdem moribus Burgundia regitur, & mouet absoluta, & indistincta consuetudinis dispositio, quæ distinctionem subintellectam non admittit, ex eo iure, quod corrigere voluisse putanda est, ex decis. Balb. c. cùm non liceat, ext. de præscrip. Nec ergo video hîc reformatorum operam, & industriam ex iure antiq. desiderari, nec id præstitisse quod poterant, & verò debuerant festinatione, aut incognitantiâ, & multos ecclesiarum fauor mouerit, sed multa sunt quæ contradici possint.

Igitur cùm asseruimus prædia & possessiones ad Ecclesiā pertinentes, nō esse sacras, ideoque ex causa, & ritu certo alienari posse atque etiam præscribi. Explodenda est illa scholæ controuersia, de intellectu & fine l. vlt. C. de sacros. ecclesi. quæ de præscriptionibus statuit aduersus ecclesias, ciuitates, & fiscum, cui tamen occasionem præbuisse videtur potest illa indigesta & dissoluta consarcinatio constitutionum, quæ sine ordine in Codicem Iustinianeum relatæ sunt, diuersorum temporum diuersæ, & repugnantes, nulla aliarum mentione factâ, vt nescias, de contrariis aut oppositis quæ quam alia aliam tollat, aut quam Rhapsodus ille obtinere voluerit, vnde mirandi illi conflictus opinionum, an auth. quas actiones eod. titulo & loco in ecclesia tantum Romana intelligatur, an casus l. vlt. Cod. eod. tit. parificatione expressione vnius, per d. auth. correcti intelligatur, & in correctoriis fieri extensio debeat à paritate, aut maioritate rationis. In quibus inquirendis illi militando sese dissidio implicuère, demum bene fatigati incerti incertiores legentes dimittunt. Mihi vero pro certa illa est, Honorij, & Arcadij constitutione, statuta & fixa regula l. omnes C. de præsc. 30. anno & l. vlt. C. de fund. patrimo. Omne ius scilicet siue publicum siue priuatum, quacumque de causa quadraginta annorum spatio præscribi, omnibus omnium anteriorum temporum disputationibus præcisis, sed quia illis legibus ecclesiarum expressa mentio facta non erat, ampliata ea dispositio, vt idem obtineret, & in ecclesiis quoque, ea auth. quæ est de ecclesi. tit. & relata in titulum C. de sacros. eccles. §. quas actiones, quam præscriptionem, & ius canonicum recepit, c. de quarta ext. de præscript. Quibus sic constitutis legem illam vlt. C. de sacros. eccles. omnino intercidere, & deleri oportebat, vt quæ anterior posterioribus sublata intelligi deberet, vt repugnans, & iuris diuersi, ipsámque auth. cui titulus vt Rom. eccles. quæ de ecclesiis orientis, & occidentis omnibus facta erat, quod ex ea apparet, licet vulgò aliter accipiatur, sed tamen hæ ipsæ pari inconstantia sublatæ sunt Nouel. cxi. nominatim, & alia anteriori 131. non expresse, quæ est de eccles. reg. cautúmque, vt per

vt per omnes xl. annorũ præſcriptiones valerent, & A
ius illud l. omnes & l. vlt. C. de fund. pat. confirma-
15 tum. Quare inutiliter l. illa vlt. & d. auth. noſtros li-
bros occupant, & negotium faciunt ſcholaſticis au-
toribus, cùm flagitio illæ ipſæ eſſent conſtitutæ, &
vide cur tanti faciamus huius imperatoris ſenſum,
illa ipſa centum annorum præſcriptio ab Emiſſena
eccleſia, corrupto pecuniâ Iuſtiniano, & quæſtori-
bus eius extorta erat, cùm ex perſona Mamiani cu-
iuſdam illa eccleſia hæres poſt tempora legitima
præſcriptionum excluderetur actionibus, fecerat il-
le pretio victus, ne opponi poſſet. Quod Suidas ſcri- B
pſit, cùm de Priſco Emiſſeno loquitur, idem id con-
ſequutus quod volebat eam conſtitutionem ſuſtu-
lit. Non eſt igitur non miranda inconſtãtia, aut per-
uerſitas in legibus ferendis in eo, qui ſic leges ſtatue-
ret, & qui Tribonianum haberet iuriſprudentiæ au-
torem, qui prætio ſubinde figeret, & refigeret, quod
16 autores hiſtoriæ de eo memorant. In legibus demum
Caroli, & Ludouici extat nominatim conſtitutum vt
xl. tantum annorum præſcriptio locis religioſis op-
poni poſſit non alia, idque etiam in legatis & hære-
ditatibus, quare nil eſt quod de eccleſiaſticis præſcri-
ptionibus amplius l. vlt. C. de ſacroſ. eccleſ. aut illa C
auth. (vt Rom. eccl. quam adhuc multi de noſtris
ipſique imprimis Canoniſtæ tuentur) retineri poſſit:
tametſi valere illam centum annorum, & adhuc ob-
tinere putant in relictis in redemptionem captiuo-
rum, quod Theodorus putat in lib. περὶ χρονικῶν διαστη-
17 μάτων in capite de quadragenaria. Sed quia ſcholaſti-
ci auctores nil eorum intercidere patiuntur, quæ in
noſtros libros relata ſunt, eo decurrere coacti ſunt,
vt dicerent, caſus illos quatuor d. l. vlt. legati, inſtitu-
tionis, venditionis, donationis, ſpeciales eſſe, ita vt
lex illa, omnes, regula ſit, illa auth. quas actiones am-
pliatio regulæ, illa demũ l. vlt. exceptio caſuum ſpe- D
cialium, cùm re vera illa l. vlt. abrogata intelligi de-
beret, vt quæ apertam ſpecialitatis rationem in illis
caſibus expreſſis nullam planè habeat, nec ſi habuiſ-
ſet, illo ordine ponenda fuerit ante d. auth. exceptio
ſcilicet ante regulam, idque ſine vlla alterius in alte-
ra mentione, quæ res manifeſtè & conſtitutionum
repugnantiam, & ſarcinatorum incogitantiam, &
ſcholaſticorum hominum inanem & ſine cauſa la-
borem prodit, quibus omnibus ingenuè fatendum
fuit, quod diuerſæ diuerſorum hominum, & tempo-
rum conſtitutiones contrariæ vna pagina compactæ E
18 ſunt, incogitantiâ factum. Quod ſi ratio vlla conci-
liationis apparere poteſt, ea ſic collocanda erit vti
ante ſtatuimus, vt regula ponatur in d. l. omnes, am-
pliatio d. auth. quas actiones, & quãdo ita placet ex-
ceptio d. l. fin. quatuor caſuum expreſſorum, & ſi
non appoſito ordine, nec congruè eam auth. inſeruit
Irnerius, & authenticæ conſtitutiones poſteriores
ſint. Sinendi igitur pugnare illi, quos congerunt d. l.
vlt. & Boer. deciſ. 264. Alex. conſ. 84. lib. 1. Aymo.
Craueta lib. de tempo. ſectione 4. cap. abſolutis nu.
19 35. Hæc etiam illo iure vera ſunt. Cùm ad ius patrium
veneris, etiam ſi ciuili iure eos caſus pro ſpecialibus F
& exceptis habeas, non vſquequaq; iure noſtro ob-
tinebit quando legati caſus deciſus eſt, ſpecificâ con-
ſuetudinis diſpoſitione art. 273. inſtitutio in totum
locum nullum habet, donationis & emptionis caſus
nihil rationis de ſpeciali iure habere videntur, quo-
minus his ſicuti cæteris quoque præſcribi poſſit,
communibus regulis d. l. omnes & l. vlt. C. de fund.
patrimo & d. Nouel. cxi. & tempore regulari perſo-
nalium actionum, aut certe hypothecariarum, ita
fiet vt in totum inutilis maneat illa l. vlt. de ſacroſ.
eccleſ. nec tribunalibus noſtris negotium faceſſat
amplius, vt omittam quod illos quatuor caſus etiam
iure ciuili locum habere volunt, in his tantum ciui-
tatibus, quæ ſummum imperium obtineant, cæteras
regulari iure teneri, quod Alex. dixit conſ. xvi. vol. 5.
num. 20. & eum ſequutus Raph. Cum Franciſ. Balb.
in præſcript. parte 3. partis quintæ, & parte item vlt.
caſu 6. & Angel. l. ſi finita. §. de vectigalibus. D. de pu-
blica. & iterum conſ. 113. Conſultatio propoſita.

DE SPIRITVALIVM PRÆSCRIPTIONIBVS.

Cap. 21.

1 *Spiritualia impræſcriptibilia, & quæ eiuſmodi ſunt.*
2 *Præſcriptionum ratio in talibus inter perſonas eccleſiaſticas, & ſeculares.*
3 *Spiritualium præſcriptionum exempla varia.*
4 *Titulus neceſſarius in his.*
5 *Laudabiles conſuetudines præſtationum ſeruandæ cum diſcrimine.*

Spiritualia per ſe impræſcriptibilia non ſunt, cùm
inter capaces talium perſonas agitur. Nempe inter
clericos qui beneficium, aut titulum eccleſiaſticum
habent, quibus talis poſſeſſio, & ius conuenire poſ-
ſit, & in quos cadere queat. Laïci igitur ex toto ta-
lium incapaces c. ſacroſancta c. Meſſana ext. de elect.
Ideóque talium aduerſus eos æterna auctoritas eſt,
& repetitio, quia poſſeſſionis incapaces ſunt, ſine
qua nulla præſcriptio, aut inchoari, aut perfici po-
teſt, vulgatâ regulâ, ſine poſſeſſione. D. de vſucap. &
eadem in vi. tex. c. cauſam ext. de præſcript. vbi doct.
de eorum præſcriptione tractant. Ioh. And. & Ioh.
Monach. c. 2. de præſcript. in 6. Panorm. c. vlt. ext. de
conſuet. Spiritualia appellamus iura omnia, quæ ra-
tione officij, dignitatis, aut perſonatus eccleſiaſtici,
aut tituli competunt priuatiuè, ita vt alteri conueni-
re non poſſint, qui eiuſdem ordinis non ſit, aut be-
neficium, & titulum non habeat. Archid. c. quod au-
tem 1. q. 1. Card. c. tria ext. de decim. Præpoſ. c. perue-
nit. 1. q. 3. Quare inter perſonas eccleſiaſticas ratione
titulorum ſuorum talium præſcriptiones admittun-
tur. Súntque vt cæteræ prophanarum poſſeſſionum
quadragenariæ, quod d. c. cauſam notant, idque con-
tingit non ſolum in iuribus quæ pertinentiæ eſſe ſo-
lent ad aliquod alterum caput, vt decimæ, primitiæ,
oblationes, procurationes, viſitationes, benedictio-
nes, vſus certarum ceremoniarum, aut veſtium in
aliena diœceſi, ſed etiam eccleſiæ ipſæ totæ cum ſuo
reditu ab aliis eccleſiis in totum præſcribuntur, &
quoad ſubiectionem, & quoad fructum, & quoad
vnionem, datâ (vt ante diximus) præſcribentium ca-
pacitate, quod Panor. dixit c. conſulere ext. de ſym.
Bald. l. 2. C. de ſeruit. & aq.

Ergo eccleſia vna aliam præſcribit. c. cura ext. de 3
iur. pat. idque quoad proprietatem gloſ. c. 1. verbo
menſam ext. de exceſ. prælat. Ioh. And. c. qui contra
ext. de reg. iur. Bald. d. parte 5. q. 10. Et prælatus infe-
rior intra metas prælaturæ ſuæ iura epiſcopalia po-
teſt præſcribere, & verò frequentes ſunt tales præ-
ſcriptiones in Archidiaconis, & cæteris dignitatibus
eccleſiaſt. c. auditis c. cùm olim, ext. de præſcript. idq;
priuatiuè ad Epiſc. quod latè Doctores tractant d. c.
auditis, aut etiam accumulatiuè. Tales præſcriptio-
nes crebræ in iuriſdictionalibus vſurpantur de co-
gnitionibus exceſſuum, aut cauſarum certarum, vt
matrimonialium, & aliarum, vt in Archidiaconatu

Dinanni contra Maclouiensem Episcopum, & crebra sunt talium exempla, qui cùm non habeant talia iura ab ordinario & scripto iure, necesse est eos iure præscripto fundari, quod priuilegia non ostendant, nec vlla habeant scripta. Proinde cùm id fiat contra ius scriptum titulum oportet allegari c. 1. de præsc. in vi. nec amplius possunt prætendere quam quantum possederunt; itaque ista ex possessionibus solent iudicari, in quibus quique reperiuntur, de quo nos alibi suo loco. Sed & præscriptiones secundum possessionis qualitatem, & terminos sunt accipiendæ, priuatiuæ si priuatiuè possederunt, quod in dubio casu præsumitur, quod Panor. dixit d.c. auditis, aut accumulatiuè c. irrefragabili c. pastoralis ext. de ord. Crebræ ob eas causas de procurationibus, & visitandi iure controuersiæ, deque talibus iuribus, quæ origine, & ordinario iure Episcopalia sunt, de quib. Fely. & Panor. c. cum ex officij ext. de off. ord. Balb. ib. q. 16. quas vna possessionum regula disterminat, si instrumenta titulorum ostendi nequeunt, quod per quàm raro fieri potest in tanta temporum vetustate, & mutatione prælatorum. Sed & iura instituendi in beneficio aduersus Episcopos ab inferioribus præscribi solent, & vniendi & auctorizandi permutationes (vt loquuntur) & conferendi certa benedficia, & ordinandi ad minores quidem ordines, si quidem talis prælatus sit, qui ordinare possit, vt Abbas suos religiosos, c. abbates de priuileg. in 6.

Vide Concil. Trid. sess. 24. cap. 10. & sess. 25. cap. 24.

Ius pœnitentiæ iniungendæ.

Ius habendi Baptisterium in ecclesia, quæ de iure non habet, ius excommunicandi, & absoluendi, interdicendi, si modo præscribens titulum habeat, à quo ista dependeant, & quæ plura d. c. auditis traduntur, & Balb. parte 1. 5. partis q. 11.

Sed verò quæ sunt ordinis Episcopalis, id est, quæ non nisi ab Episcopo conferuntur, vt maiores ordines, non possunt ab prælato inferiori præscribi, aut possideri, nec nisi ab alio Episcopo, id est, habente similem ord. c. quanto vbi Panor. & alij ext. de consuet.

Magis mirum, inferiorem titulum, exemptionem ab Episcopali iurisdictione præscribere posse, quod ataxiæ est, & perturbandæ disciplinæ initium. Ita vt immediate subsit summo Pontifici, quod Cano. notant. c. cùm non liceat ext. de præscr. c. cum olim c. cum personæ ext. de priuil. in 6. Balb. vbi sup. q. 12.

Hæc Exemptio sublata ordin. Anual. art. & Concil. Trident.

Quartæ Episcopalis, de qua in c. de quarta ext. d. præsc. nobis nullus vsus est, quando eam Episcopi nostri non percipiunt, & vsu sublata est.

Sed & parœcialia iura vna parœcia contra aliam præscribit, quod Balb. tractat. q. 18.

Et ius eligendi aut participandi electioni certi prælati præscribitur. Sed & libertas contra tale ius eligendi cœpta possessione præscribentis, per exclusionem prætendentis, de quo Anton. But. c. peruenit ext. de censib. Balb. q. 8. & hoc spatio xl. annorum. Nec fit distinctio de iuribus discontinuis, aut continuis ad discernenda præscriptionum tempora, quæ tum fit, cùm iura merè realia sunt, sed cùm à re personæ debentur vt ius præsentandi, & hoc ipsum ius eligendi, non tam diuturnum tempus ad præscribendam libertatem exigitur, quod Panor. not. c. cùm ecclesia Sutrina, ext. de caus. poss. & propriet. Bart. l. iussu. §. non mutat. D. de vsucap.

Ius patronatus, vsurarias cognitiones, testamentaria iudicia Cano. inter spiritualia, aut spiritualibus annexa reponunt, & magno conatu defendunt, Sed ista terricula nos pridem spreuimus, & quæ beneficè fecimus ecclesiis, iure, & ratione in cognitione ciuilium iudicum manere debere contendimus: & in commercio esse, & alienari prophanis conuentionibus posse. De vsurariis cognitionibus extant regum ordinationes, vt de testamentariis, imperatorum, & scriptæ consuetudinis art. 3. De iure patronatus magni conatus Archid. c. hortamur 71. distinct. Panor. disputatione incip. Augerio, & c. causam ext. de præscript. & c. querelam ext. de elect. Sed æquior Ioh. And. sententia c. quod alicui de reg. iur. in 6. qui ius formatum, & ad laïcum pertinens, præscriptioni subiicit alterius laïci & verum est. Sed contra liberam ecclesiam, quæ in nullius patronatu est, vt cuiusquam iuri subiiciatur id vero non posse, quod perquàm æquum est, & ea sententia magnam rationem habet. Fit verò, & completur ea præscriptio, quadraginta annorum lapsu. Sed tamen, & docendi adolescentes magnam præteriti temporis in ecclesiastica disciplina fuisse licentiam, multáque temporum lapsu, & incuriâ præscriptionum obtentu, esse inter ecclesiasticas functiones, & ministros perturbata, & traducta in non suum locum, quæ subinde Curiarum supremarum animaduersionibus reformari oportuerit, indormientibus quorum ea cura fuerat. Multa fraudulenter, & auarè induxêre, quæ prætextu laudabilium consuetudinum præscripta dicuntur, fatendúmque multorum auaritia & intempestiua pietate bonorum irrepsisse, complura magnâ ratione abroganda, & falsâ pietatis imagine adumbrata, ferendúmque fuerat ista reprehendi, nisi improbi ciues occasionem inde sumpsissent ad ipsa dogmata, & fixa de lege pronunciata conuellenda & infamanda, traducta censura de hominum vita ad religionis æstimationem. Sed iusta de talibus censura & querela extat doctissimi & piissimi viri Claudij Espensei cuius nuper prodière commentaria in epistolam ad Titum de αἰσχροκερδία.

Huius argumenti est quod inquiritur, an episcopus præscribere possit, ne teneatur capitulum requirere in alienationibus possessionum episcopalium, & vt solus ipse auctoritatem præstare possit, vel excessus clericorum corrigere prout iure debet c. quanto & c. nouit ext. de his quæ fiunt à prælat. Atque id quidem nunc magnam dubitationem non habent hoc quidem regno, quia episcoporum fortunæ, & possessiones in totum separatæ sunt ab capitularibus, vt econtra nec quidquam commune habent, siue in administratione, siue in fruitione, & vsu. Sed & inter eos ipsos inter se præscriptiones vsitantur, nec ferè alio iure crebræ eorum cõtrouersiæ terminantur, quàm possessione, & vsu, nisi cùm de alienationibus quæritur, quæ administrationis terminos excedunt l. fin. D. de curat. fur. Ne ingressus quidem Episcopus est in capitulum, aut tractationes negotiorum capitularium, quod capitula sedulo prohibent, nisi sint Episcopi, & ipsi Canonici. Id verò præscribi non posse glos. putauit clem. vnica de reb. eccles. non alien. quam Card. repræhendit, & cum eo sentiunt Ioh. And. & Innoc. c. pastoralis ext. de donat. & c. ea noscitur ext. de his quæ fiunt à præl.

DE DECIMIS, ET EARVM PRÆSCRIPTIONIBVS.

Cap. 2.

1 *Decimarum fructus temporales contractibus subijciuntur.*
2 *Decimarum origo & ius.*
3 *Terragia decimæ non sunt & laicis competunt.*

4 Ratio

4 *Ratio discernendorum terragiorum à decimis.*
5 *Decimarum infeodatio laicorum non est antiquior iure ecclesiastico.*
6 *Debita extraordinaria curatorum, & rectorum non carent ratione.*
Quod loco decimarum præstari solet seruandum est ibid.
7 *Laici incapaces decimarum.*
8 *Laici in decimis præscriptione vti non debent.*
Forma positionum in decimis petendis per laicos ibid.
9 *An laici exemptionem à decimis præscribant de tota aut quota.*
10 *An Ecclesia vna contra aliam præscribat.*
11 *Decimæ infeodatæ in totum iuris secularis naturam sumunt.*
12 *Retractus habet locum venditis decimis.*
13 *Decimæ infeodatæ etiam si ad ecclesiam redierint eodem iure habentur, & abrogatum c. prohibemus ext. de decim.*
14 *Cognitio ciuilium iudicum.*
15 *Præscriptio noualium.*

Consequens est tractatio de decimis, & præscriptionibus earum, quando hæ vsu hominum spiritalibus contribuuntur, cùm de iure quidem quæritur C Card.c.tria ext.de decimis idem cōs.62.tex.c.ad hæc
1 ext.de decim.vbi Panorm.Alb.l.mométi.C.de legib. etsi fructus qui inde percipiuntur, nō minus temporales sunt quàm quilibet reditus, ideo, & locari, & venire, & in commercia quamlibet prophana trāsire possunt, quod notant in c. vltim. de for. comp. in 6.glos.c.vt super, ext.de reb.eccles.non alien. Decius c.venerabilis ext.de confir.vtil.glos. Abbas. Anan.c. quærelam ext.ne prel.vic suas.Rom.cōs.266.Decius
2 & Ripa c.2.ex.de iud. De spirituali etiam appellatione non pugno, quando vsus obtinuit, nec hic ab origine inquirendum putamus, iurène diuino inductæ D sint, an verò prędiales demum an non item personales. An quod Theologis Thomæ, Hugoni & scholasticis video placuisse magis iuris positiui, & à Pōtificibus ecclesiæ Christianæ cōstituta præstationis necessitas, cùm ante legem consilij dumtaxat, in lege præcepti, sed translatione legis factâ iuris positiui fuisse multi confirmēt, & illud Christi seruatoris dictum, Hæc oportuit facere ex cōsideratione veteris legis dictū existiment, cum præcipere noua lege non instituerat. Id modo hîc agendum est, vt subiectum intelligatur, quid & quale sit, de quo quæritur. Nam E hic decimas accipimus eas præstationes fructuū, quę ad eam quotam præstantur rectoribus ecclesiarum, aut episcopis de prædiis intra cuiusq; diœcesim, aut paræciam sitis, pro salario sacræ operæ, & spiritualium officiorum semente, & pręstatione. Id ideo dicimus, ne quisquā decipiatur ambiguo, quia ex aliis etiam causis præstari quandoque eandem quotam contingit, non solum clericis, sed & laïcis quoque, quæ tamen cùm aliam originem & titulum habeant alium, in hanc disceptationem non cadūt. Quare ad ea discriminanda, in quibus identitas quotæ (vt aiunt) identitatem iuris arguit, sæpè opus est curâ, F & probationibus, etsi hæ desunt, præsumptionibus vtendum, sintne illæ quæ petuntur eius tituli, & causæ quæ solis clericis possint competere, & parochis debitæ, an etiam causam & constitutionem habeant aliam; Quæ tales sunt commerciis humanis non subiiciuntur. Quæ commerciis sunt quæsita hisdem amittuntur. Res exemplis patescet, vtitur hæc regio certo cōtrahendi genere, quod terragium appellant, latinè verbum pro verbo solarium dixeris, vsus est cùm prædia ferè inculta colenda certis

A colonis tribuuntur perpetuò, aut verò temporario iure, lege dictâ, vt in annos singulos decima fructuum auctori repēdatur, hic quota eadem, sed causa & constitutio de commercio, & contractu, nec quidquam cum ecclesiastica decima commune habet, itaque ius admodum diuersum. Sed tamen cùm 4
origo in incerto est constituti, non leuis causa dubitandi, cuius generis id debitum censeas. Pictones tales habent campipartus & complanctus, quod Tiraq. memorat in retract.§.1.glos.7.nu.32.& 38. Quin & sæpe contingit non decimā, sed aut duodecimam, B vidi & alicubi tricesimam aut leuius etiā aliquid parochis atq; adeo interdum laicis pendi, interdum, & eandē decimam inter plures aut parochos, aut priores diuidi adiūctis etiā in partem laicis. Hîc si de origine constitutionis cōstaret nulla relinqueretur dubitatio, re ambiguâ, & origine incertâ vidēdum quid è coniecturis, aut idoneis præsumptionibus colligi possit. Fuêre non ita pridem qui contenderent prius decimas infeodatas in dominio laicorū fuisse, quàm ecclesiasticæ decimæ essent illi ordini constitutæ, & è decima Herculiana, & Siciliensi probari volunt, quo tempore nec feudorū iura nec leges adhuc obtinebāt, cùm essent illa tributa potius superioris imperii & indictiones, nec vllus autor illorum quidem temporum è veteribus hoc genere infeudatarum meminit. Quod si verum esset inutiles essent, & concilii Lateranēsis, & aliorum, quæ ea de re subsequutæ sunt sanctiones, quando hoc iure fundata intentione laicorum, vt antiquiori, & meliore ex causa onerosa nitenti, nihil esset necesse anteriora concilii tempora repetere ad probandas infeodationes. Iniustæ etiam illæ concilii inhibitiones quæ tam antiquâ & bonâ præsumptione laicos excludunt, post subsequuta concilii tempora. c.prohibemus, ext. de decimis, & quæ etiam antiquiores vrbani sanctiones putantur, quando etiam præsumptio non minus valere debeat post concilium, si decimas ante in iure, & dominio laicorum fuisse credimus, quàm sint ab ecclesia parochis attributæ, cum illæ de alieno statuere nec potuerint nec debuerint, vel si æquè fundata esset laicorum intentio in his petendis per iuris prioritatē, malè ista inhabilitas in personis laicorum esset in totum constituta à Pōtificibus c.causam ext. de præscr. Quod si decimæ ante in iure laicorum erant, necesse fuit editis posterius sanctionibus ecclesiasticis, quæ de omni reditu præstari decimas ecclesiis volunt, de ipsis quoque infeodatis pręstari debuisse, quod tamen cum nemo faciat, argumentum est, illas ipsas quę à laicis teneantur easdē numero, & specie esse, quæ olim à clericis tenebātur & quæ eodem casu, & causa quo cæteræ, alienatę sint à clericis in manus laicorum propter transmarinas expeditiones scilicet. Nō sunt igitur quod illi putant laici, aut melius, aut æquè fundati in petendis decimis quàm clerici, Sed necesse habent presumptione illa cōtendere, de qua in d.c.prohibemus, & ad eā confirmandam possessionis diuturnitatem probare, quam Canones exigūt. Nec propterea periculū est laicis possessionibus (quod illi putant) quoniam possessionum diuturnitas sufficientem probationem inducit de titulo, quæ vera norma est talium diiudicationum, vt inf. dicemus. Denique non potest non inepta esse ratio, quæ in causa laicorum ab infeodatione petitur, quando omnium aliorum titulorum par & æqua conditio est, emptionis, permutationis, & aliorum quorumcunque itaque si primario, & antiquiori iure decimæ in bonis laicorum fuerunt, cur infeodationes potius allegātur pro titulis, rari scilicet ac pe-

nè inauditi illorũ temporum contractus, quàm ven-
A ditiones, censꝰ, emphiteoses, aut alij quilibet, lege
dicta soluendarum decimarum, aut alterius cuiussi-
bet quotæ? quos contractus multo frequentissimos
fuisse certum est. Apparet igitur infeodationem hãc
non esse absoluti illius, & primi dominij symbolum,
& notam, quod isti contendũt, poterat enim ista de-
cimæ retentio melius fieri emptionibus retento iure
decimæ, emphiteosi, aut talibus contractibus. Cur ad
solam infeodationem recurritur, veluti isto solo iure
quæri laicis decimæ potuerint? Quocirca si verum
amamus, fatẽdum est, cùm mentio infertur decima-
B rum infeodatarum de his intelligi oportere, quę pri-
dem cum in iure ordinis ecclesiastici essent, cõmer-
cio infeodationis sunt in laicos translatæ. Nec enim
ex hominis cuiusquam singularis opinione ista pen-
dent, cùm contrariæ extent sanctiones, vt diiudica-
tio ab vsu petenda sit. Quod si alia esse origo, & causa
debiti probari possit, planè aliud iudicandum, nec
quod de decimis origine ecclesiasticis cẽsetur ad eas
producendum erit, quæ à commerciis, & contracti-
bus prophanis originem ducunt, nec identitas quo-
tæ identitatem arguit causæ aut iuris. Hic tibi magna
C coniectura, quoties vna dumtaxat decima soluitur,
siue ecclesiæ, siue laico intra vnius parœciæ metas,
illam ipsam esse decimam origine ecclesiasticã, quia
cũ cuiuscumq; ordinis parœcianus decimas sine ex-
ceptione debeat, nisi priuilegio eximatur à Põtifice,
credi debet, illam ipsam esse eãdem numero, & spe-
cie, quæ regularis, & ordinaria sit, & necessaria est:
cum alterius generis omnes accidentales sint, & ex-
traordinariæ. Rursũ si plures quotæ sub nomine de-
cimæ soluuntur, vna rectori, altera, aut minor laico,
magnum argumentum quæ laico soluatur, non esse
origine, aut causa ecclesiasticam, quippe nec creden-
D dum grauius quidquam olim impositum oneris pa-
rœcianis quàm quod iure debeatur, sed vnam tãtum
decimam deberi, nec quemquam fuisse tam facilem,
vt aut duplũ aut grauius aliquid præstare ex eadem
causa vellet, aut exigi pateretur. Quare quod hoc
modo pẽdi solet commercio potius prophano laico
deberi iudicandum, quàm aut infeodatione ecclesia-
stica, aut iure ab ecclesia ducto. Quod si non tota &
integra decima rectori soluitur, & reliquum quod
eam totam impleat, laico vẽditur, eadem decima ec-
clesiastica origine putanda, sin minus decima solua-
E tur rectori, alteri nihil, sic habendum decimæ ius es-
se origine ecclesiasticum, sed reliquo præscriptũ es-
se, quia etsi non toti decimæ, tantæ tamen præscribi
potuit. Denique si rectori in totum nil soluitur sed
7 laico soluitur decima, planè hic crede ecclesiasticam
esse originem, & translationem factam feudi titulo.
Nam hic casus plerisque locis, & parœciis his regio-
nibus vsu sese offert, cùm in totum nil decimarũ re-
ctores percipiũt, cùm integræ in manibus sint laico-
rum, priorum, abbatum, vti & illud crebro videmus
accidisse, vt cùm alienatis ex toto decimis nihil reli-
quum superesset rectoribus ecclesiarũ ad vitam to-
F lerãdam, parœciani sæpenumero coacti sint, pia lar-
gitione intribuere, quæ sacram operam nauantibus
erogarentur. Inde illi infiniti tituli erogationum
mangers, deniers pascaux, pasti nuptiaux, & quæ variis vs-
quàm nominibus appellantur, quæ olim parœciani
sponte contribuebant ad alendos pauperes recto-
res, cùm nihil his superesset pristini iuris, quæ nunc
veluti per auaritiam expressa detrectãtur, sæpè per-
quam malignè alentibꝰ cõtumaciam his, qui nuper
eum ordinem excisum à radice volebãt, subinde ex-
candescentes, & illum articulum Aurelianensem de

A ecclesiasticis exactionibus inclamãtes, iusto quidem
patrocinio si aliunde est, ex testatis & solemnibus
debitis, vnde sese tolerent, sin nihil, aut non satis est
iniusta iracundia est, quam iniquitas generat, & quæ
ab negatione eius quod omni iure debeas, occasio-
nem quęrit ex aliena accusatione, quod Abbas tract.
c. causa ex. de verb. sign. & in rub. de paroch. Henr.
Boich. c. quamuis extr. de decim. Abb. c. 3. ext. de pi-
gnor. Host. in sum. de paroch. secus si aliũde possunt;
Abb. Aret. Fely. c. 1. ext. de testib. cùm alendi necessi-
tas indicta sit spiritualia metuentibus, cùm carnalia
seuerint, quæ lex est iuris diuini, & naturæ, & iure
B fieri testes sunt frequentes illæ erogationes, quæ in
ecclesias fiebant, iam tum cum Paulus verbum præ-
dicaret. Et profecto exigunt istæ Pontificũ, & regum
curam, vt exactius recognoscantur, & pro vt sua cui-
que rei sacræ nauata opera subueniatur, sed non te-
mere veteres possessiones vlla de causa mouẽdæ sũt,
nec cuiuslibet arbitrio, quando hæc ætas quæq; au-
daciã contemerat, sed iudicantibus constans, perpe-
tua, & æquabilis esse voluntas debet, ne se vllo mo-
do furore temporum aliorsum abduci patiantur,
quàm par est & paci conuenit, & reip. tranquilitati.
C Ergo cùm in materia, de qua tractamus cõuenit, de
his decimis agere nos quæ iuris ecclesiastici sunt, &
iure siue positiuo, siue diuini exẽplo illi ordini attri-
butæ, de his videndum est, an præscriptionibus sub-
iiciantur. Sed eius dubitationis multa sunt capita, &
de laïcis, & clericis item ambiguæ tractationes. Nos
capita receptarum vsu sententiarum colligemus.
Quod ad laïcos attinet, simplex, & absoluta sentẽ- 8
tia est in totum eos decimarum incapaces esse. Nam
cùm lex publica, & canonũ auctoritas principio ac-
quisitionis atque itẽ titulo & possessioni resistat, im-
possibile est præscriptionẽ procedere, quæ sine pos-
D sessione inchoari nequit, nec possessio sine titulo
propter repugnantiã iuris c. 1. de præsc. in 6. Hoc Põ-
tificũ decretum c. causam c. quamuis ext. de decim.
& c. quoniam 16. q. 1. Hęc fusa tractat. Card. Pan. Fely.
& aliorũ post glos. d. c. causam Host. in rub. de decim.
Duo casus excipiũtur, præter quàm si priuilegio cui-
quã laïco, aut concessione apostolica sint attributæ,
qui ferè eodẽ recidunt Pan. c. adhæc de decim. Card.
c. cũ apostolica. ext. de his quæ fiũt à prælat. Sed idem
nulla quàmlibet inueterata consuetudo præsumitur,
quod Panor. docet. c. vlt. ext. de cõsuet. Anchar. cõs.
E 196. q. 1. Steph. Bertrand. cõs. 14. vol. 1. Card. c. vlt. ext.
de paroch. à prædialibus quidem. Ergo quotiescun- 9
que laïcus suo iure decimas vendicat, non rectè præ-
scriptionem allegat, sed omnino titulo agendum est,
qui quia raro probari posset in tanta temporis diu-
turnitate, nitendũ est præsumptione, quam diuturni
tẽporis lapsus confirmat: iusta enim præsumptio est,
de eo, qui tam lõgo tẽpore, id est, immemoriali pos-
sederit, ex infeodatione ecclesiæ, id est, iure quo po-
tuit, eas retinere. Non igitur à præscriptione tribui-
tur vẽdicandi auctoritas, nec à temporis lapsu, sed à
titulo quem temporis lapsus inducit præsumptiue.
F Hæc sententia scholæ Ioh. Monach. Ioh. And. Dom.
& aliorum c. 2. de præb. in 6. Panor. c. vlt. ext. consuet.
Imol. d. c. cum apostolica Barbat. d. cons. 35. incip. sa-
pienter vol. 2. Balb. q. 7. ad fin. Hæc foro receptissima
via, sic patroni consulunt, sic iudicantes statuunt, etsi
si verũ amamus propemodum hæc verborum diffe-
rentia est, quando vnus temporis lapsus, & præscri-
ptionẽ, & præsumptionem æquè efficere potest. Hic
vero diuturni tẽporis lapsus cùm est probatus, col-
lectâ inde præsumptione allegati tituli, nihil est
necesse docere de concessionis forma, quod olim
quidam

quidam putabant. Namque de eo quod ante trecentos nonaginta amplius annos gestum est, id est, ante Alexan. 3. & Lateranens. concilij temporibus, quis rectè famæ probationem exigat, aut quis testis ea de re testimonium dicturus est? neque illa fama dicenda sit, de qua quisquam testari nequeat, nec aliud sit quàm auditio ab historia, sed quis tali ab testibus exigit? Rectè igitur negant id exigi, quod non vnus tamen de scholasticis auctoribus postulabat, quod Card. dixit d. c. cum apostolica Ias. cons. 156. vol. 2. Alex. cons. vi. vol. 1. Barbat. cons. 35. vol. 2. & cons. 48. lib. 3. Ergo sic stat sententia, laicum decimas nullo tempore præscribere posse.

10 Alterum dubitationis caput est, an cùm laicus præscribere decimas nequeat, exemptionem à decimis possit præscribere, & recepta sententia est, nec consuetudine, nec consensu, nec præscriptione acquiri posse exemptionem, etiam si totis mille annis, nihil esset solutum, quod Ant. Butrius dixit c. parochianos ext. de decim. Dom. c. 2. ext. de præbend. Barbat. d. cons. 35.

Id quidem de exemptione integræ decimæ, id est, ne in totum vlla soluatur, sed tamen pars præscribi potest, & quota, id est, non tota sed ne tanta soluatur, scilicet vt duodecima, vicesima, aut tricesima soluatur, nec amplior, sicut & multis locis præscriptum est, ne de certa specie frugum, aut specierum soluatur, hæc vulgo notant glos. But. & Panor. c. in aliquibus ext. de decim. & c. cõmissum c. dilecti ext. eod. Paul. Paris. cons. 25. volum. 4. etsi Fely. d. c. causam pugnat. Balb. in præscript. parte. 1. partis 5. q. 7. nec forum & tribunalia de eo dubitant, & vsu receptum est. Sed & decimarum reliquiis, vbi cesserunt, rectè præscribitur quod Anchar. dixit c. 1. de decim. in 6. Rota decis. 1. in antiq. Fely. c. si autem ext. de rescript. ego anno posse puto talibus præscribi ab eo tempore ex quo fruges sunt collectæ, imò & si eo tempore quo colliguntur petitæ non sint: Archid. dixit c. 1. de decimis in 6. Balb. d. q. 7. num. 12. Sed regum ord. denunciari volunt messem, & plures diuersam sententiam sequuntur, ne scilicet propter omissam petitionem præscribantur.

11 De ecclesiis vero ipsis, an alia aduersus aliam decimas præscribere possit, interdum ambigitur, in quo id primum intelligi cõuenit solos rectores ecclesiarum parochialium de iure communi fundatos esse in perceptione decimarum, intra fines suæ parochiæ. c. pastoralis ext. de his quæ fiunt à prælat. Steph. Bert. cons. 350. volum. 2. Fely. d. c. in aliquibus etiam aduersus alios clericos prædia habẽtes in sua parœcia. c. 2. ext. de decim. & illo titulo sæpè probatur, vnde fit, vt alij siue rectores, siue alij quicunque prælati qui intra alienos fines eas vendicant, docere ipsi teneantur de titulo cùm iure communi oppugnentur d. c. 1. de præscript. ext. inter tales tamen præscriptio procedit, & recipitur annorum quadraginta c. apostolicæ c. cùm contingat ext. de decim. glos. & Doct. d. c. in aliquibus. Host. in sum. de dec. & Card. cons. 88. si modo titulus probatur, sine titulo non alia, quàm immemorialis temporis d. c. 1. Hęc de ecclesiasticis personis recepta sententia, si modo ecclesias & titulos habent ratione quorum præscriptio formari possit, & causam ducere. c. placuit 2. 16. q. 1. not. in c. de quarta ext. de præscript. Pan. c. suggestum eod. tit.

12 Atque hactenus de decimis propriè acceptis, hoc est, quæ origine, & causâ ecclesiasticis titulis sunt attributæ, vt ab spiritualibus causis. De his verò, quæ infeodatæ dicuntur, olim ab clericis in seculares & laïcos, nulla in totum Pontificum iura recipimus,

Argentr. in Cons. Brit.

quin naturam ex toto mutant, & in prophana commercia transeunt, in totúmque priorem conditionem, & ius exuunt, nec quidquam de priori conditione retinent, nisi quod nominatio ipsa decimalis possessores grauat onere probationis tituli, aut verè, aut præsumptiuè. Huius rei perspicuæ in foro notæ & symbola traduntur.

Primùm quod in hoc ipso argumento præscriptionum, de quo tractamus, decimæ communibus & vulgaribus præscriptionibus subiiciuntur, inter laïcos inter se, cum tales esse, hoc est, infeodatæ probatæ sunt, vel titulo, vel præsumptione, quod an sint inter laïcos in contestationem venire nequit, alioqui negans, se ipsum, vt incapacem, intentione suâ excluderet. Ergo laïcus aduersus laicum, & edictalibus approprimentis decimas sibi acquirit & regulari omnium immobilium præscriptione quindecennali, quod ipsi quoque scholastici auctores tradere sunt ausi pridem, sed timidè, & pedetentim, & veluti ordinis illius iram deprecantes, Card. cons. 146. Raph. Cum. cons. 83. incip. quia causa Paul. Paris. cons. 25. vol. 4. & recitat Fely. d. c. causam Carol. Ruinus cons. 142. vol. 5.

Sed nec spoliato laico agenti possessorio recuperandæ etiam aduersus clericum, (nam de laico dubitatio nulla esse posset,) obstaret in nostro foro exceptio incapacitatis, aut præsumptionis, si infeodatæ allegarentur, etiam si contra statuat. c. ad decimas de rest. spo. in 6. & Doctorum sententiæ. Ant. & Abb. c. si diligenti ext. de præsc. Fely. c. ad petitionem nu. 17. ext. de præscript. Gozad. cons. 7. Rotæ decis. 59. in nouis Crauetę lib. de tempore parte 4. c. incip. materia num. 27. Nam cum talis qualitas, siue proposita, siue probata, interim sustineat laicum in possessione spoliari cum nõ oportet de facto, sed restitui ad eam possessionem, quam habet saluo iure, proprietatis aut possessionis, quod Bart. Brix. dixit 4. q. 1. c. 1. Papa decis. 288. de quo quidem dubitari non posset præsupposita spoliatione, ab æquè incapaci, vt laico, aut eo cui de iure communi decimæ non competunt, dubitatio maior in rectore ecclesiæ in sua parochia, de quo tamen idem statuendum, quia nemini sibi ius dicere licet, quæ distinctio ex parte placet Monach. & Dom. c. ad decimas de decimis in 6. 13

Ne illud quidem celebre Lateranensis Concilij decretum sub Alexand. 3. de quo in c. prohibemus ext. de decim. vsus, & tribunalia nostra recepêre, cùm vetat decimas à laicis in laicos transferri, quod iam olim Ioh. Fab. notarat. §. item seruiana inst. de action. & Ias. cons. 156. libr. 1. & fusè tuetur Claud. Sisellus in spec. feu. in fin. & Molin. retulit in feud. §. 46. qui eo loco boni dicti malam rationem affert, quia scilicet concilium de eo statuere non potuerit, post ius alteri quæsitum, quæ ratio maximè falsa putatur, cum ante id concilium non magis licuisse recepta sententia sit, neque ius quæri potuerit de re prohibita & inalienabili. Quare liberè veneunt, donantur, transferuntur à laicis in laicos, communi commerciorum lege, cum semel infeodatio posita est, & probata temporis diuturnitas, quo modo ante diximus. Et verò quod magis mireris semel tali initio alienatæ, & in commercia deductæ, etiam si quo casu ad ecclesias redierint, naturam non mutant, & in feudo, & prioris dominij conditione manent, nec à lege feudi laici eximuntur, contra Canonistarum omnium sensa, & eius concilij decreta, & quod extare Lud. ix. regis cõstitutio contraria dicitur, alium sensum habet sicuti Molin. diluit etsi interpretatione, vt verum dicere li-

ceat, forensi, & litigatrice, & verò libere tales decimas homines sacrati infeodant. c. 2. ext. de feud. & Ias. d. cons. 156. & c. 1. tit. qui feud. dar. pos. Quare illa Rebuffi non vera sententia, cùm scribit, & verò iudicatum refert cum sint in personam ecclesiasticam
14 translatæ decimæ, retractum sanguinis locum non habere, in libello de decimis c. 10. num. 2. & 28. Denique omnibus omnium commerciorum legibus subiiciuntur tales effectæ decimæ venditionibus, pignorationibus, donationibus, dotibus, transactioni-
15 bus, compromissis, infeodationibus, & ex toto etiam cognitiones laicæ, & iudicum ciuilium. Anch. cons. 34. Anan. c. post miserabilem in fin ext. de vsur. Nec priuilegium est, etsi eo nomine appellãt quod est ea de re olim à Philippo rege anno 1303. constitutum, ea ordinatione quæ extat, nota pragmaticis, cuius Benedictus meminit c. Raynutius, verb. si absque liberis 2. de subst. fideico. num. 45. Chass. in tit. *des Iustices* in §. 6. num. 30. Stil. parlam. titul. de priuileg. part. 3. artic. 15. & aliæ quædam, quod in ipsa quoque Hispania superstitiosa alioqui gente obseruari. Pet. Belluga doctus Hispanus scribit in speculo rub. 13. tit. de dec. §. restat. Vnde fit, vt cùm in foro infeodationis qualitas proposita est, ea protinus cognitio ad iudicem ciuilem ableganda sit, sufficiátque ad cognitionem iudici ciuili tribuendam, & inhibitiones faciendas iudici ecclesiastico qualitas deducta, ne ea de re cognoscat. Quare nuper cum ab vicario quodã perpetuo congrua portio peteretur, ab eo qui decimas infeodatas diceret esse, iudicatum est eam esse ciuilis iudicis cognitionem ex appellatione, tametsi reus clericus esset & vero abbatissa, & alioqui de cõgruæ portionis iudicio cognitionem esse ecclesiastici iudicis aduocatio fateretur, sed infeodatæ dicebantur, & beneficio secularium donatorum ad abbatissam peruenisse, ideóq; in conditione, & lege feudi mansisse, etiam in personam ecclesiasticam translatas.

16 In reliquum cùm de particularibus præscriptionibus quæritur, an præscripto decimarum iure, noualium quoque debeatur, traditur c. cùm contingat vbi Anchar. ext. de decim. an etiam de solo, quod arabile factum est, cùm ante vinea esset, vel arboribus consitum, aut sylua cædua c commissum vbi Butrius cod. tit. An præscriptis maioribus minutæ etiam præscriptæ sint, an in personalibus decimis præscriptio de persona ad personam extendatur, de quo Ias. cons. 81. lib. 3. & quæ Rebuff. eo libello q. 14.

DE LOCÒRVM PVBLICORVM, ET PVBLICI PATRIMONII præscriptionibus.

Cap. 23.

1 *Publica quæ dicantur, & eorum distinctio.*
2 *Quomodo, & qualia præscribantur.*
3 *Publica interdum in priuata rediguntur.*
4 *Publica pecunia xl. annis præscribitur.*
ibid. *Publica cum titulo xv. annis præscribuntur.*
5 *Quælibet ciuitas fiscum habet, quæ arcam habet communem.*
6 *Priuilegia ciuitatibus varia ab principibus conceduntur.*
7 *Resp. cuiusuis est ciuitatis, non Romæ tantum.*

1 De publicis eadem distinctio facienda, quæ antè à nobis de rebus sacris est constituta, quarum aliæ in vsu sacrorum sunt, aliæ in patrimonio ecclesiarum.

A Publicæ itidem aliæ sunt vsibus publicis deputatæ, aliæ in pecunia communi, & publica consistunt, sic enim iurisconsultus loquitur leg. sed Celsus, in princip. D. de cont. empt. in vsu publico sunt, quæ cuique de ciuitate, vniuersitate, aut collegio, aut corpore, patent ad vsum, æquo iure, cùm reliquo populo, communi scilicet & promiscua facultate vtendi, sed nullo cuiusque tamen proprio aut particulari iure. Hoc genere sunt basilicæ, fora, theatra, vici, campi suburbani, vrbibus quibusdam, vt Romæ Martius, deambulationes hypetræ, stadia, circi, quas licias vocant, thermæ sicubi in publico habentur, vt
B apud Prusenses ex epistola Plin. 24. lib. x. epist. & frequenter in Italia clibani, quibus omnibus quilibet de populo vtitur, sed nullo priuato aut proprio iure, ideoque talem vsum nec vendere alteri, nec cedere, nec emere quisquam posset, quæ omnia in vsu, non pecunia versari scribit tex. d. l. sed Celsus, & alio loco iure (inquit) ciuitatis ista non proprio cuiusquam habentur, & vsui sunt l. 2. §. publici. D. ne quid in loc. publi. talia extra omne priuatum commercium sunt, ideoque nec præscribi possunt, quantocunque tempore teneantur. Nec si quis centum
C totos annos in publico inædificatum habuerit, ideo acquirit locum, nec reficiet quod destructum fuerit nec in alium transferet. l. vltim. D. de vsucap. & d. l. 2. §. si quis id quod, tametsi cum tale ædificium est, ex quo publico non nocetur non protinus tolli conueniat, sed solarium imponi soleat, quamdiu ædificatum consistit d. l. 2. §. si quis à nemine, quæ vulgo cura est eorum qui generales financiarum appellantur, & olim præsidum, l. præscriptio. C. de op. public. Ergo nullo quamlibet longo tempore talia præscribuntur l. vsucapionem & d. l. vlt. D. de vsucap. & d. l. præscriptio. Præscriptio, inquit, iuri publico non debet ob-
D sistere, atque ideo diruenda sunt omnia, quæ per vniuersas vrbes vel in foro, vel publico quocumque loco contra ornatum, aut commodum, aut decoram faciem ciuitatis extructa noscuntur, & l. vlt. D. de vsucap. præscriptio, inquit, ad obtinenda loca de iure publica concedi non solet. & §. 2. inst. de rer. diuis. & l. 2. D. de via publica. Hæc quidem iure vera, quamquam reges vsurpant, tametsi nullo iure, vt prætextu protectionis eiusmodi omnia cum libertim priuata, & fiscalia commoda contrahant & sæpe talia, aut locant, aut in cẽsum dant, aut feudum, aut in-
E dicto solario alienant, atque ista regalia volunt esse. Existimauit doctus iurisc. Aymo Crauetta in lib. de tempore parte 4. capitulo incipiente materia nu. 79. talia etiam præscribi posse, si modo publicus vsus per hoc non impeditur, veluti si adhuc supersit latus viæ iter facientibus, aut agentibus, sed sine lege, quia publicorum vsus non solum ex commodo, sed ex ornatu etiam, & facie æstimatur d. l. præscriptio. denique non debet cuiquam priuato tantum licere, de quo longa tractatio est Bartol. Cepollæ tit. de seruitutibus viæ. q. ix. Nec negandum tamen, quin ista in priuatum vsum interdum à principibus ex causa re-
F digantur, quod tex. dicit dict. l. 2. §. si quis à princip. l. continuus. §. cùm quis. D. de verbor. obli. l. prohibere. §. planè. D. quod vi. aut clam. & l. seq. Quod & ciuitatibus quoque fieri solet, quæ nullius imperio subsunt, & suis legibus viuunt quod Bartol. notat l. 1. D. ne quid in loc. public. de quo idem tex. l. fin. C. de vend. reb. ciuit. lib. xi. Bald. l. 1. col. 5. vers. solet quædam. C. de seruis. fugit.

Alterius generis publica sunt, quæ in pecunia publica consistunt, reditus, prædia, portoria, salinæ, publicaria, clausularia, & quæ in reditu publico, & ciui-

tatum

tatum sunt: Nec enim ista in vsu sunt singulorum, sed ipsorum corporum in vniuersum, de quibus glo. l. inter publica. D. de verb. signif. & d. l. sed & Celsus, & §. vniuersitatum inst. de rer. diuis. l. in tantum. D. de rer. diuis. l. quod in littore. D. de acq. rer. dom. Horum nihil priuatus quisquam attingit, sed vsibus ciuitatum deputantur sartis tectis, munitionibus struendis, telis, armamentariis, iselasticis principum virorum, & talibus vsibus: Horum quoad præscriptiones attinet, diuersa est à superioribus natura.

4 Præscribuntur enim omnia talia quadraginta annorum spatio leg. omnes C. de præscript. 30. anno. lata tractatio l. vltim. C. de sacros. eccles. Alexand. consil. 1. vol. 4. iure consuetudinario nihil est ea de re specialiter constitutum. Quare regulis vniuersalibus hunc quoque casum comprahendi intelligimus, & regularibus approprimentis includi quindecennalium præscriptionum cum titulo, & quadragenalium sine titulo, quod in ecclesiasticis quoque patrimoniis censuimus propter verba vniuersalia, geminata emphaticè artic. sequent. *enuers tous, & du tout*, sine distinctione. Hæc vera est regula præscriptionum, quæ de publicis rebus, & pecunia sunt constitutæ, etsi Doctores quidam scholastici inepta quædam de rebus publicis ciuitatum sunt commenti, cum alias supremi imperij ius, & sui arbitrij remp. habere volunt, alias superioribus obnoxias, id quidem verè, sed id tamen falso quod supremitatem illam, (vt sic dicamus) imperij, ab fisci vsu metiuntur, & solas eas fiscum habere putant, quæ & summum imperium habeant, cùm fiscum habere tam vtrisque liceat, quæ corpora, & collegia habent, & arcam (vt dicũt)

5 communem. Non est igitur supremum imperium ab fisci vsu repetendum, cùm fiscus nil aliud sit quàm publica pecunia reposita. Itaque Apameorum colonia, & si imperatoribus & proconsulibus suberat, priuilegium tamen vt vetustissimum morem habere se contendebat, ne rationes publicæ pecuniæ ab proconsulibus inspicerentur, cùm arbitrium habere se dicerent rempub. suo arbitratu administrandi; habuit igitur fiscum, & colonia, Plinij epistola 48. libr. x. Ergo fatendum est non vno iure vti ciuitates & resp. omnes, sed quasdam sui arbitrij esse & summo imperio pollere, quasdam principibus subesse, & Dynastis vt huius regni omnes, præter admodum paucas in limitibus. Quæ sui arbitrij sunt augusta omnia, tam vsurpant quam principes cæteri, quod Bartol. dixit l. item veniunt. §. item senatus. D. de petit. hæred. Ideoque eodem iure & præscriptionum temporibus iisdem vtuntur. Cæteræ iure paulominus alio quam priuatorum, de quo glos. tractatio leg. vltim. C. de sacros. eccles. text. leg. cum qui. D. de verb. signif. Nec de fiscalibus principum priuilegiis quidquam attingunt, nisi quantum est priuilegio ab principibus, vel gentis moribus attributum l. 1. C. de reb. ciuit. lib. xi. l. simile. D. ad municip. Hoc genere priuilegia in plerisque ciuitatibus antiquis tabulis continentur ex principum concessione, vt in illa Plinij epistola. 48. Apameorum colonia, de rationibus suis non inspiciendis, id est, ne apud proconsules de pecunia, & denariis communibus computare cogerentur, vt loqui solent, de quo ipso nuper litigari cœpit æmulatione magistratuum, aduersus ciuitates, & alia epistola 71. de his qui nati expositi, & à quibusdam sublati essent, & in seruitute educati, & epistola 89. vt bona vendicare liceret eorum, qui intestati decessissent, quod Nicenses prætendebant, quod l. 1. C. de bon. vac. prohibet, lib. x. & epist. 97. vt ius protopraxiæ haberent aduersus suos

A debitores, contra l. Antiochensium. D. de priuileg. cred. & illa epistola 119. Bythinicarum ciuitatum lex, vt quos vellent in ciuitatem suam adscribere liceret. Quorum omnium nihil ciuitatibus licet, quæ alterius imperio subsunt, seruari tamen illis sæpe imperatores, & reges præcipiunt, vt d. l. simile & l. in bon. D. de priuil. cred. l. Lucius §. vl. D. ad mu. l. vl. C. de iu. reip. & l. prohibere §. plane. D. quod vi. aut clam. & ferè toto illo lib. x. epistol. nil aliud Traianus imperator agit ad Plinij Proconsulis relationes. Cæteræ quæ summum imperium habent, non nisi suis

B legibus tenentur, ideoque, non nisi, vt imperatores, & reges quadraginta annorum præscriptionibus excluduntur, sicuti in domanio regum statuimus suo loco. Proinde etsi sibi Romani imperij assecla iurisconsulti prolatione reip. & publici, Romanam dumtaxat remp. & Romanum publicum intelligi volunt, nec nisi abusiue ista ad alias ciuitates traduci, quod aiunt l. bona. D. de verb. signif. nota est priscæ arrogantiæ, & antonomasiæ, nec tamen non aliis quoque ciuitatibus, & imperiis suæ etiam respublicæ sunt, & verò lacerum iam illud imperium agnoscere cogitur, multas esse alias adque adeo po-

C tentiores, sed nec vigente quidem imperio in potestate habuere vt vocem, naturâ, & potestate indefinitam, & vniuersalem ad indiuiduum suum contraherent, & promiscuo in vsu fuit reip. significatio, quod frequentibus exemplis ille epistolarum Pli. liber x. ostendit cùm alibi Ponticarum & Bithynicarum ciuitatum resp. commemorat epistola 114. & Bizantinorum epistola 44. & alibi sæpe, & publicos debitores dicit, qui Apameorum reip. deberent, & pecuniam publicam quæ deberetur, & alias pecunia publica Claudio politanorum, venitque ad mu-

D nicipia vsque hæc vocis vsurpatio l. sed & hi §. 1. D. de publican. & l. 1. C. de debit. ciuit. lib. xi. & publici serui epistola 20. & l. 11. D. rem pub. sal. for. Denique promiscuæ istæ voces, & publici vsus sunt, non minus quàm aër, & elementa, quod glos. Saly. Aug. Ias. & cæteri etiam notant d. l. vlt. Itaque & publico teneri Suetonius dixit, eum qui reip. communitati teneretur, quo modo plerumque substantiuè ea vox vsurpatur, veluti cum pessimum publicum dicunt, & publicorum conductores, id est vectigalium & redituum communium.

E AN FACVLTATI PRÆSCRIBI POSSIT.

Cap. 24.

An facultati præscribi possit, & quid facultatis, quid item iuris appellatione contineatur, ante disseruimus, & Craueta longâ tractatione persequitur lib. de tempore, parte quarta sectione incip. materia fall. 9. nu. 98. Balb. in præscrip. quarta par. quintæ partis in princip.

DE PRÆSCRIPTIONE RERVM,

F QVÆ ALIENARI PROHIBENTVR.

Cap. 25.

1 *Probibitionum causæ diuersorum autorum sunt, legis, statutorum, consuetudinum, iudicum, contrahentium, testatorum.*

2 *Prohibitiones legum ex publicis causis præscriptiones impediunt.*

3 *Prohibita alienari priuatis, aut temporalibus de causis alio iure habentur.*

4 *Prohibitio alienationum ex defectu solemnitatis, quando impediat præscriptiones.*
5 *Iudicantium prohibitiones quid valeant.*
6 *Prohibitio legis, & hominis in totum inhibent alienationem, coniuncta.*
7 *Prohibitiones per contractum dominium, & præscriptionem non impediunt.*
8 *Testamento prohibita præscribuntur contra Doct. sententias.*
9 *Prohibitiones testatorum hæredes dumtaxat afficiunt.*
10 *Commendat auctor hanc de titulis tractationē absolutam.*

1 De his rebus quæ alienari prohibentur, admiranda est scholæ dissensio, dum cuiusuis sensu suæ cuiuis regulæ finguntur, quæ perquam sæpe in ipsa iuris principia & notissimas theses incurrunt. Nos sparsam materiam in sua capita colligemus, si qua fieri possit, vt quidpiam ad vsum comparari possit, & vsurpari foro, & res agentibus: in quo primum admonendi sumus, non vnius generis, aut eorumdem autorum prohibitiones iure proditas esse, nec vim aut autoritatem prohibentium parem. Quare separandi sunt casus prohibitionum, nec confusione casuum perturbanda est intelligentia, aut materiæ tractatio.

Quædam enim ex personis fundatas habent causas prohibendarum alienationum, vt cùm inter maritum & vxorem donationes prohibentur, inter patremf. & præsumptos hæredes, inter ægrotum & medicum, inter litigantem & iudicem, & si quæ eiusmodi sunt; cuiusmodi prohibitionum causæ sumuntur à personis & conditionibus earum. Sed hîc agimus de causis prohibitionum sumptis ab rebus ipsis. Fiunt vero ab lege, statuto, consuetudine, iudice, contrahentibus, testantibus sed effectu impari, Legalium, statutariarum, consuetudinariarum non dispar potestas, vt auctoritas prohibentium pene ex toto æqualis.

2 Hic regula traditur, quæ lege, consuetudine, statuto, alienari prohibeantur, ea nec vsucapi posse, si quidem ex publicis, & legalibus causis fiant, & remp. respicientibus, veluti vitio impræscriptibilitatis impresso propter prohibitionem legis, quæ commercium prohibet, & potentiam remouet ab agente. Huius rei vulgati loci. lege vbi lex. Digest. de vsucap. vbi Angel. & Bald. tota schola lege filiusfam. §. diui. D. de legat. 1. Iacob. de Arer. Bart. Bald. Angel. Raph. Fulgos. Cast. l. vlt. C. in quib. caus. in integrum rest. non est necess. Azo. in summa, de vsucap. tex. & glos. l. alienationis. D. de verb. signif. vbi Bart. vulgo. l. 2. C. pro empt. glos. l. non est incognitum. C. quibus caus. non obst. long. temp. præscript. Abb. & Felyn. c. cùm non liceat ext. de præscript. & quos congerit Corn. cons. 294. ad finem vers. his tamen non obstantibus, Balb. in tract. præsc. parte quinta, partis quintę q. item 5. Hoc genere sunt sacra, religiosa, publica, & talia de quibus ante sigillatim sumus loquuti, quibus infixa est publica causa impræscriptibilitatis.

3 Sed ea quæ à lege, vel statuto alienari prohibentur, temporalibus de causis, aut singulorum hominum respectu, aut locorum, determinatas vires habent ad suis causis, quare & his cessantibus, commerciis redduntur, & in cōtractus alienatiuos deducuntur, cùm priuilegia potius dici debeant, ideóque quod fundum dotalem alienari non posse putant, ac per id nec præscribi. l. si fundum. D. de fundo dotal. id verum est perstante dotis causâ, nam si desierit doti esse, & alienari, & præscribi poterit. Sed nec tales causæ personas prohibitas egrediuntur, nec extraneos obligant, quod Cor. persequitur d. cons. 304. num. 20. lib. 3.

Sunt & alterius generis prohibitiones aliæ, non 4 simpliciter per se, sed secundum quid, hoc est, quæ alienationes non infirmant simpliciter, sed ita demum cùm indictæ & descriptæ à lege solemnitates non intercessêre. Atque hæ non tam prohibitiones sint, quam iuris, vt ita dicam, non assistentiæ: Cæterùm res ipsæ per se inalienabiles non sunt absolute, tales sunt res minorum, ecclesiarum, publicæ quæ sine decreto, & certis solemnitatibus alienari nequeunt; sin interuenêre, rectè transferuntur, ideo & præscribi possunt, id quidem non passim, sed sicuti ante diximus loco ea de re proprio. Hæc vulgo Bart. Bald. Salyc. Cast. Cyn. d. l. vlt. C. in quib. caus. in integ. rest. non est necess. Alex. Ioh. Crot. Ferd. Loaz. d. §. diui, & vulgo d. l. vbi lex. Balb. vbi sup. Cor. cons. 117. vol. 1. Sed & hoc cùm prohibitio apponitur respectu minoris, sin cum extraneo contrahantur, ea prohibitio extraneum non arctabit etiam de re minoris, quod ante sumus persequuti, de quo & Cast. l. vlt. §. sed quia, col. 3. C. communia de legat. nisi denunciata sit homini, aut promulgata.

De magistratuum iudicantium prohibitionibus, 5 sic putant in totum eas non valere, nisi ex his causis fiant, quæ iuræ sunt expressæ, quia nemini rerum suarum arbitrium adimi possit, nisi aliqua iusta causa intercedat: Sed si cum lege esset alienatio prohi- 6 bita iudicantis etiam ex ea causa prohibitio intercesserit, putant omnimodo rem inalienabilem fieri propter duplex vinculum Imol. & Alex. d. §. diui nu. 19. & 29. Bald. l. acceptam in fin. c. de vsur. Ias. d. l. si cui bonis Bart. l. quemadmodum. C. de agric. & cens. Bald. l. ea lege. C. de cond. ob caus. Corn. d. cons. 294. num. 9. glos. auth. hoc ius porrectum C. de sacros. eccles. Nos ad hominis prohibitiones semper promulgationes earum accedere requirimus, quod supra diximus in loco de prodigis, & interdictis, alioqui extraneos, & ignorantes non arctant, quominus talia acquirere, præscribere, & appropriare possint, & Bart. docuit l. quemadmodum. C. de agric. & cens. lib. xi.

Quæ ex contractu alienari prohibentur, quomo- 7 do alienatio & dominii translatio in extraneum non potest impediri, ita nec præscriptio, quæ vulgata est tractatio l. ea lege C. de cond. ob caus. l. si ita quis. §. ea lege. D. de verb. oblig. l. 1. C. de reb. al. non alien. Castr. l. vlt. C. eod. schola tota d. §. diui. Retento tamen iure reali ab tradente ex forma earum clausularum, quæ vulgo traduntur d. l. ea lege & l. qui absenti §. 1. D. de acq. poss. & d. l. 1. Cod. de reb. alien. & Baldus lege vltima Cod. de pact. int. empt. dominij translationem impediri putant. Quod quidem verum est vsu nostro, intercedente tradente acquisitioni contractui emptoris, & bannimentis; alioqui quodlibet ius, retentio, & hypotheca tradentis eluitur quindecennali præscriptione titulata, aut edictali approprimento. Nec ea res dubitationem vllam habet iure quidem patrio: Nec enim rei ipsi afixa est impræscriptibilitas absolutè, vt ante docuimus, sed respectu personæ, quâ persequēte tum demum effectum suum prohibitio consequitur, extraneos alioqui non tenet, qui auctoritate legis suo sibi facto ius acquirunt, & confirmant etiam de alienis rebus.

De his quæ testamento alienari prohibentur magna dissensio, cùm plures putent dominium impediri, nec præscribi posse ratione vsi, quia testatoris voluntas & lex ipsa parem vim habeant ex §. dispo- 8 nat.

nat.auth.de nupt.per l.2.C.pro empt. l. pater filium. §.Iulius Agrippa.D.de legat.2.& l.peto.§.libertis eo. tit.Cast.& Cy.l. vlt. §. sin autem auaritiæ C.communia de legat. Bald. & Imol. d. §. diui. Bars.Imol.Cast. Angel. d. l. vbi lex Cast. d.l.1. C. de reb. al. non alien. Fely.d.c.cùm non liceat.Cor.cons. 294. lib. 3. & 504. eod.lib. Quidam inter scientes, & ignorãtes emptores distingunt. Quidam negant illam distinctionem probari iure vt Cor. d. cons. 294. & indistincte præscriptionem impediri cùm manifeste probetur l. vlt. §. vlt. D. de legat. 2. Sunt qui præscriptionem vicennalem non admittunt, de tricennali longissima aliud putent, nec impediri eam testatoris prohibitione, vt Ioh. Crot. Alex. & Ferd. Loaz. d.l.Diui.Cornæus.d. cons.294. Bart. vnum atque aliud sentit. in l.vbi lex. putat impediri in §. Diui non putat. quàm posteriorem sententiam Raph. Cum. & Alex. ibi sequuntur. Idem Alex.cons. 59. lib.3. Ias.mutat d. §. diui & l. cùm quid.D.si cert. pet. Ego etsi pluribus oppugnari meliorem sententiam video, tamẽ eam, quæ à vero stat, amplector, nec vlla testatoris prohibitione posse aut dominij translationem, aut præscriptionem impediri. Nam cùm hominis cuiusquam priuati, ac ne iudicantis quidem tanta auctoritas esse possit, vt rem commerciis eximat, cuius natura commercialis est, sequitur imprӕscriptibilitatis conditionem à nullo quoquam contractu, aut testamento, aut priuato facto imprimi posse, priuata quidem de causa & respectu, & quoad extraneum contractu non comprӕhensum, cùm nec præscriptioni renunciari possit, quod vulgo tradunt l.nemo potest.D.de legat. 1.quæ fauore publico ad stabilienda dominia reperta est. Inepta & puerilis ratio est, quæ de §.disponat, sumitur, veluti lex, & testatoris voluntas æquipolleant, quod per ἀξίωσιν dictum stulte scholastici autores exaggerant, cùm huius priuatæ legis longe alia conditio & vis sit priuati scilicet arbitrij, quæ publicam nec tollere possit, nec æquare, cui omnis priuatorum voluntas subiicitur, & paret d.l.nemo potest. Ideoque quodcumque legi publicæ collibuit, etsi durum, ferendum est, quod priuato testamento placuit, sæpe rumpitur, sæpe intercidit, plerumque sine effectu est, cùm in legem publicã incurrit. Deinde illa quantacunque legis potestas, de qua in §.disponat, non infinitæ est potestatis, sed eos demum tenet, qui hæredes futuri sunt, vel etiam honorati, in extraneos plane nil iuris sibi vendicat, cùm omnis legis potestas ab auctoritate conditoris vim & extensionem accipiat priuatam si priuati est, publicam & popularem si summi imperij est, quod recte Cor.aduertit & persequitur d.cons.304. num. 19. & 20.& d.cons. 38. vol.1. Bald.d.l.ea lege. Quare iuris principia repugnant, vt cuiusquam priuato arbitrio res imprӕscriptibilis fiat. Neque enim qui præscribit, id habet à iure prohibentis, sed ab lege & suo facto, atque adeo id contra ius alienum propter euitandam dominiorum incertitudinem. Quare vt demum colligam, quod verum est, nego contractu, testamento, vel vlla priuata iuris aut commercij potestate, publici iuris vim impediri posse, quo ad extraneos quidem, si non eorum acquisitionibus intercceditur, illámque solius, legis & consuetudinis potestatem esse puto, idque demum si publica & legalis, & vniuersalis est prohibitionis causa, de quo etiam disceptatio extat scholæ d. l. nemo potest.

10 Habes igitur de tota titulorum materia, & tractatione per species non indiligentem, sicuti existimamus, commentationem, & diiudicationem, ne posthac hærendum sit in regulis vniuersalibus, quando

A hæc specierum & indiuiduorum seria & singularis explicatio dubitationes de ea re disterminat: tum iuris consuetudinarij & patrij applicationem siue ex consideratione & iure personarum, siue rerum ipsarum prӕscriptiones laborare putentur, nusquam alibi loco, ordine, methodo tradita.

d [Ov contract.]

1 *Contractus & titulus diuersa sese excedunt & à sese exceduntur.*

2 *Quidam tituli vtiles, vsu tamen raro vsurpati vt pro hærede.*

3 *Hic de contractib. dominij translatiuis.*

Et si idem hoc loco reformatores fecisse videri 1 possunt, quod sępe iurisconsulti in nostris libris, cùm bis κατὰ τὸ αὐτὸ enunciant quod iurisconsult. ait l. 1. D. de ædil.edict.cùm scilicet, *tiltres & contracts*, coniunxère, tamen hæ voces non per omnia idem pollent, nec sine vsu sunt. Excedunt vero ipsæ sese mutuo, & ab sese item exceduntur. Nam in præscriptionum mate- 2 ria constat quosdam titulos esse idoneos ad præscribendum & receptos commerciis, qui contractus nõ sint, veluti pro derelicto, pro suo, pro hęrede, pro iudicato, tametsi in titulo pro hęrede nescio quid simile contractus argutantur l. apud Iulianum §. vlt. & seq.ex quibus caus.in poss.eat.notant in l.cum res. D. de legat. 1. vt in iudiciis quoque, l. 3. D. de pecul. Sed hoc ista quidem in materia non tale est, quando sententias ferri in inuitos certum est. Non igitur talis titulus ab consensu est, quando nemo inuitus contrahit, vulgata. l. nec emere. C. de iur.delib.cum similibus. Sed nec omnes contractus tituli sunt, cùm hoc 3 subiecto de dominij translatiuis tantum intelligatur, vt ante docuimus. Constat complures contractus, & esse, & dici qui dominij translatiui non sint, vt locati, depositi, commodati, pignoris. Atque hæc verborum conduplicatio ostendit, cuiuscunque generis titulos admitti, vt vtiles & quascunque conuentiones, modò ne de genere turpium sint, & rebus per se commercialibus. Quare magnus hactenus aut error aut incogitantia est pragmaticorum, qui ad hæc tempora titulorum pro hærede, & pro iudicato vsum non norunt, cùm inter optimos habeantur iure, & hac verborum conceptione auctoritatem habeant à consuetudine, valde vniuersali.

e [Qve ce soit.]

1 *An approprimentum de contractu non scripto procedere possit.*

2 *Contractus non scriptus quomodo insinuari possit.*

Id est quocunque. Quid igitur si scriptus non est 1 contractus, an nihilominus ex eo edictale approprimentum confici possit? Nam quin probari possit, & confici aliter quàm scripto non dubitatur l.cùm res. C.de probat.& l.non idcirco. C. de cont. empt. Quæ tamẽ libertas, etsi posterioribus ordinat.regum prӕsertim Molinensi, restricta putatur, tamen haud dubium est, quin quidam contractus etiam adhuc testibus probari possint, & sine instrumentis confici. Cuius generis si qui sunt, non dubito etiam promulgari, & approprimenta edictalia ex his fieri, & confici posse, cùm titulus idoneus sit, & suis partibus constet & approprimentum suis solemnibus, si modo vere & ex facto contractus substantia publicetur, vt in scriptis quoque fieri solet. Nec in eo quidquam in-

conuenit, ſicuti & inſinuationes fieri poſſe putant contractuum non ſcriptorum, inſinuatis teſtationibus teſtium, qui de his depoſuerunt, quod quidam è noſtris notant l. vlt. C. de edict. d. Adrian. tol. & per hoc ſatisfieri ordinationibus & ſtatutis, quæ inſinuationem exigunt. Sed ante tempus refundendi pretij non currit, quam iuſta probatione de pretio conſtiterit. Proinde notandum hac generali enunciatione correctam veterem conſuetudinem, quæ non ex omnibus contractibus bannimentorum ſolemnia exigebat ad approprimenta edictalia, cùm ea in quibuſdam inuſitata eſſent.

[f] [ET IL LE TIENNE ET POSSEDE.]

Naturales actus per hæc verba intelliguntur.

Hæc ſunt verba naturalium actuum, & corporalium ſignificatiua, qualia ſunt Theophili antecessoris in Græcis inſtitutionibus κρατεῖν καὶ φυσικῶς κατέχειν. Nam verbum poſſidere per ſe ambiguum eſt, quod ad ciuiles poſſeſſiones referri poſſet niſi tenẽdi verbum adiectum eſſet, quod eſt naturæ, & corporalis appræhenſionis, de quo nos ſup. diſſeruimus. Hæc ſerio inculcantur ne quis poſſeſſiones iſtas, de artificialibus & ciuilibus intellectu iuris inductis accipiat.

[g] [NOTOIREMENT.]

Notorium vulgato ſignificatu priſci iuris non eſt.
Notorium facti permanentis, aut momentanei.

Notorium iſto quidem in ſignificatu priſcis Latini ſermonis ſcriptoribus, quod meminerim, in vſu non fuit, ſed inclinantis imperij ſecula frequenter vſurparũt, pro eo quod publicè notum eſt, cuius ſpecies
2 duas faciunt, facti ſcilicet permanentis & momentanei: hîc de permanenti & ſucceſſiuo notorio accipit, cuius ignorantia nulli probabilis eſt, quod Bald. dixit auth. quod locum C. de collat. & vulgatum eſt. Hic vero accipit pro ſucceſſiua vſurpatione actuum poſſeſſiuorum, arandi, ſerendi, colendi, metendi qui præcipuus finis eſt, prout rei conuenit perceptio. Sæpe etiam vnicus actus idem efficit ſexaginta totis annis, vt in his quæ rariſſimè contingunt, de quo vulgatæ ſententiæ c. cùm eccleſia Sutrina ext. de cauſ. poſſ. & propriet. & nos in partagiis q. 23. notauimus. Ab tali poſſeſſore comparaſſe, valet ad approprimentum, ſi palam ille actus, & vſitato more vſurpatus eſt.

[h] [PAR L'ESPACE DE DIX ANS.]

Decennium vnde incipiat, & quando terminetur
Hic articulus tollit art. 701. infra inter deſcripta ord.

Hi anni à die certificationis edictorum inchoantur, vt in art. 269. patet, & currunt continuo vſque ad extremum diem decem annorum, qui ſi cœptus eſt pro completo habetur, recepto iure titulatarũ præſcriptionum, quarũ de genere hæc eſt & glo. text. & Bart. l. penult. in princip. D. de diuerſ. & temp. præſcript. Ex quo apparet deſcriptum illud de Ducis Ioh. ordinatione anni 1431. quod inſertum eſt in fine huius libri art. 701. inter cætera, ex toto delendum & expungendum vt mancum, & quod minus iſto continet, & de retractu tantum loquitur, cùm hic certificationem amplius exigat, nec tituli illud deſcriptũ

A mentionem faciat. Proinde de his verbis *par l'eſpace de dix ans*, ſi quis copiam, ipſa copia ingratam deſiderat, extat imperfectus fœtus Tiraq. tit. *des preſcript.* §. 1. etſi in eo multa extra carmen, & chorum quod dicitur.

[i] [ET IL EN AIT FAIT VNE BANNIE.]

1 *Bannimenta ſemper antecedunt certificationem.*
2 *Hæc præſcriptio aduerſus abſentes & præſentes currit.*
An quod vnum bannimentum præſtat duo eadem proportione faciant. ibid.
B 3 *Non fit extentio in ſtatutis à paritate rationis.*

Hic tu ne fallaris ordinem huius approprimenti 1
intellige. Eſt enim hoc ipſum pars approprimenti edictalis, quod tribus bannimentis conſtat. Quod in illo tria bannimenta præſtant, illud idem hoc ipſum vnicum præſtat cum decennij lapſu. Cæterum antecedere ſemper bannimenta intelligimus, dein non minus quam octo diebus interſtantibus certificationem in iudicio, demum decennij lapſum, nec idem præſtiterit bannimentum in medio aut fine decen-
C nij factum, quia inutilis eſſet curſus præteriti temporis, & ſera admonitio, cùm ad præteritum nulla ſit potentia. Hæc vero decennalis cum vno bannimento legalem ſuperat in eo, quod effectum habet tam aduerſus abſentes quam præſentes, cùm legalis præſentes dumtaxat reſpiciat. Quare hic quæri iure poteſt, an quod hic vnicum bannimentum præſtat, vt 2
de quindecennio quinquennium decurret, hoc item proportione ſimili, duo bannimenta efficiant, vt ſingula detractis quinquenniis totam quinquennalem præſcriptionem contrahant ad reliquum quinquennium; & ratio quidem intellectus à proportionis pa-
D ritate facit, vt id admittamus, cùm hanc ipſam proportionem, gloſ. ſit ſecuta in caſu ſimili l. ſi. mus. §. ſubſcriptionem verb. conſummationem C. de iur. de lib. Sed tamen iure aliud ſtatuendum eſt ea ratione, quia conſuetudo id non expreſſit, quod expreſſura erat ſi voluiſſet. Quare caſus omiſſus haberi debet pro omiſſo, quantumque par ratio videatur, quia in materia à iure ciuili, & patrio exorbitante non eſt facienda extẽſio ex paritate ac neramioritate quidem rationis, ſed in ſuis terminis ſeruari debet. Ex quo ſententia eſt Baldi l. quod eſt conſti-
E tutum C. ne de ſtat. defunct. quem Franciſ. Aret. retulit l. Pomponius. §. cùm quis. D. de acq. poſſ. quod ſtatutum inducens præſcriptionem in vno caſu ſingulari notabili, non debet extendi ad alium caſum quamlibet ſimilem, propter ſtrictam naturam ſtatuti, quod in ſuo tantum caſu obtinere debet, nec vltra progredi per extenſionem.

[k] [DONT IL AIT INFORMÉ.]

Ex forma præſcripta art. 268. infra.

F [l] [IL SERA DV TOVT.]

1 *Vis huius approprimenti & dominium, & hypothecas excludit.*
Omnino, penitus, prorſus, du tout, *pleni iuris approprimentum indicant. ibid.*
2 *Hac præſcriptione dominium quæritur.*
3 *Finis non recipiendi iuri ciuili litis finitæ exceptio eſt.*
4 *Exceptio litis finitæ ante omnia diſcutienda eſt, nec reſeruanda.*
5 *Etiam ad merita opponi poteſt.*

6 Que

6 *Quæ dicantur incontinenti probari.*
7 *Exceptionum litis finitæ materia & natura.*
8 *Nec debet procedi ad vlteriora tali exceptione contempta.*
9 *Certificatio merus actus est apparitoris.*
10 *Casus in quibus nulla præscriptio currit iure consuetudinario.*

1 Omnino penitus, prorsus, in totum, pleno iure, omnibus modis, quibus verbis in hoc ipso subiecto vtitur tex. c. volumus 16. q. 4. & si quid ἐμφατικώτερον dici potest, siue quoad proprietatem, siue hypothecas, siue iura quæcunque realia extraneis debita. Apparet igitur consuetudinem verbo infinitæ comprehensionis vsam, absolutissimè, & plenissimè, acquirentibus consulere voluisse, non solum expletâ solemnitate, & formâ extrinsecâ, sed & quoad materiâ & substantiam: Nam de personis subsequenti verbo agitur (*enuers tous*) Denique hæc vocabula iuris consummati sunt, & latæ sententiæ, quasi diceres ipso iure, cùm sunt verbo futuri temporis adiuncta, quod late Tiraq. persequitur l. si vnquam verb. reuertatur fall. 18. C. de reuoc. donat. & è veteribus Nellus de sancto Geminian. dixit tract. bannitor. part. 2. secundi temporis; & in hoc ipso præscriptionum subiecto voluit Fely. c. ad aures ext. de præscript. & putat adiectione vocis omnino idem statui, quod si diceretur ipso iure, & Bertrach. in Dictiõ. verbo præ-
2 scriptionis effectus. Igitur cùm pleno iure dominiũ acquiri statuitur hac dispositione, omnimoda proprietas, dominium, & fruitio intelligitur tribui quod Bald. dixit l. mater quæ defuncta. C. de rei vend. & l. fœminæ. §. illud C. de sec. nupt. Fely. c. auditis num. 6. ext. de præsc. Marian. in rub. ext. de caus. poss. & propriet. Succedit igitur illa scholasticorum autorum sententia, quoties scilicet lex vel statutum dictionibus præcisis vtitur, quales sunt istæ (*du tout & enuers tous*) toties denotari iuris ipsius consequutionem, quod Bart. notauit l. imperator. D. de iur. fisci. Ias. cons. 7. lib. 1. glos. auth. si qua mulier. C. ad velleian. Card. Flor. c. super literis ext. de rescript. Quare illa iuris dubitatio præcisa est, an qui hoc modo rem præscripserit, dominium directum assequutus sit, & ideo vendicare possit: an verò tantum excipere, an obligatio ciuilis, an vero etiam naturalis tollatur, de quo in art. 271. infra pluribus agemus. Namque directum dominium acquiri statutaria dispositione sub his verbis concepta, iam olim asseruerunt Bart. Angel. l. 2. D. de vsucap. Bald. vberius etiam c. cùm non liceat ext. de præscript. Fely. in rub. eod. tit. Idque etiam iure Canonico, quod Archid. ait c. 1. de præscript. in 6. Panor. c. ad aures ext. de præscript. Igitur non tantum exceptio dominij per præscriptionem acquisiti competet conuento rei vendicatione, & possidente, verum etiam si præscribens possessione exciderit, actio dabitur ad vendicãdum contra priorem dominum, & aduersus quamlibet alium. Sed exceptionis ius multo maximum, & certissimum: Namque opposita litis ingressum inhibet, quia litis finitæ est, vt dicere solent, éstque quod in foro dicere solemus, is potentissimus finis non recipiendi, nec minus quam transactionis, iudicati, iurati. Quamobrem cum opponitur, de ea protinus, è vestigio & ante omnia decernendum est, siquidem incontinenti probari possit, nec iniuria conuentus prouocat, si cum à data (vt loquuntur) tituli litis intentatæ, probari possit præscriptio, partes (vt loquuntur) appunctantur ad defendendum ad omnes fines, etiam reseruato, vt super fine non recipiendi ante omnia statuatur. Nam ea exceptio, quomodo cæteræ omnes

A litis finitæ, ad processum opposita omnimodo litis ingressum impedit, & contestationem non patitur de vendicatione, aut iure rei, quod Host. & Gem. dixit. c. 1. de lit. cont. in 6. nostri in l. vlt. C. de edict. d. Adr. toll. l. transacta. D. de verb. signif. l. 1. §. vlt. D. ad Tertul. Ang. §. æquè si. instit. de actio. Alex. cons. 213. vol. 5. Card. Alex. §. si quis per 30. tit. si de feud. fuer. cont. int. dom. & agnat. Corn. cons. 46. volum. 2. Bartol. Bald. l. fratris. C. de trans. Nam non dubitatur etiam ad merita in vim peremptoriæ opponi posse post contestationem, quod fit in l. emptor. C. de præscript. long. temp. Sed illa dispositio accipienda est
B illius temporis, quo reus probata demum intentione actoris suas exceptiones opponebat ex l. si quidem. C. de except. Sed iure nostro vno & eodem tempore exceptiones opponuntur, & vnica fit contestatio super actione, & exceptione, quod tum accidit, cùm præscriptionis exceptio incontinenti probari non potuit, quod Bart. in omnibus talibus exceptionibus litis finitæ probat. l. cùm quærebatur. D. Iud. sol. Bald. l. si quem C. ne de stat. defunct. l. emptor. C. de præsc. long. temp. Decius late cons. 22. Alex. & Ias. l. ait prætor. D. de iureiur. Quid verò dicatur incon-
C tinenti probari, in arbitrio iudicantis est, & Bart. l. is à quo. D. vt in poss. legat. eat. Bald. Salic. & alij l. 2. Cod. de edict. d. Adr. toll. & Cast. ab dilationum intercapedine, aut breuitate non male metitur, vnde fit, vt si exceptio ad manum est, protinus de ea oporteat iudicari, & agentem arceri iudicio, cùm de re præscripta lis vlla esse vetetur l. omnes. C. de præscript. 30. anno. Alex. & Ias. d. l. fratris, glos. c. 1. de lit. contest. in 6. quæ litis contestationem impediri, interpretatur reum non teneri respondere super principali, in vẽdicatione rei, aut contractus rescissione, si præscriptio completa est, de quo nimium indistinctè consu-
D lit Corn. cons. 46. vol. 2. & cons. 117. vol. 1. Decius d. cons. 22. & illa inanis verborum differentia, quam de ea re facit Bald. l. 2. C. de iureiur. mira ludificatione iuris, & sophisticè. Et verò de talium exceptionum 7
natura mirifica scholastici autores argutantur, vsu, & experimentis rerum destituti, docentes, docendi ipsi potius. Nam cùm in foro dilatoriæ, & peremptoriæ iure ciuili vsurpatæ in suis nominibus, & appellationibus maneant, quæ litis finitæ dicuntur nomen mutauêre, & in iudicijs fines non recipiẽdi dicuntur, quas quidem periti vsus solent ad processum (vt lo-
E quuntur) opponere ad merita, tum demum cùm aut per imprudentiam omissæ sunt, aut probari protinus non potuêre, & ideo post contestationem reiectæ in vsum peremptoriarum transierunt, cùm naturâ, & fine suo ad impediendam contestationem opponi debeant. Hæc illa differentia, quam scholastici autores innuunt potius, quàm explicant in c. cùm contingat ext. de off. delegat. Bald. l. 1. & l. si criminis. C. qui accus. poss. Imol. l. is à quo §. si de testamento. D. de legat. 1. Cast. & Ias. d. l. ait pretor, quo loco dicunt 8
processum esse nullum, cùm tali exceptione cõtemptâ proceditur ad vlteriora, hoc est, quod in foro di-
F cimus, cùm partes appunctantur super principali: Cur enim litis molestiam sustineat, qui habet paratum, quo litem strangulet? Quod si interruptio opponitur, rursum super eo solo fine, & diiudicatione interruptionis procedi oportet lite super principali inhibita. Nam cùm de exceptione constat ex lapsu temporis, cur actoris mora in replicando de interruptione noceret reo, cùm interim exceptio pro probata haberi debeat, etiam si ex parte agentis, facta (vt loquuntur proponantur? Quod si ex parte rei factorum allegatio moram facit iudicando, tum re-

seruato post contestationem fine non recipiendi, super principali procedẽdum est, ita vt quam primum quaque in parte litis is finis non recipiendi instructus, aut paratus reperietur, de eo protinus iudicandum sit abolitâ lite, & actis super principali, quod Doct. attigêre d.l. ait prætor Bart. d.l. si de testamento & l. eleganter §. si quis post. D. de cond. ind. in quo, & si à plerisque iudicantibus peccatur, cùm lites super struunt, hæc vera norma precidendæ litigiosæ materiæ, ne sinant in hydram excrescere. Nec perdendus est vsus tam bonarum exceptionum, nec socordiâ probandi patiendum, vt post contestationem reiiciantur, & naturam mutent, & in deterius degenerent, vt siligo in auenas. Sunt enim ad strangulandas protinus lites repertę, magno mortalitatis bono, si ista bona norint, qua de re expressa est ordinatio Carol. 7. art. 127. *des premieres* & aresta memorantur.

Præstat igitur hęc dispositio consuetudinis, & verborum emphasis omnimodam dominij acquisitionem, sic vt nemo conuentus ratione rei præscriptæ cum titulo, respondere, aut contestari cogatur. Nec
9 vero quod hîc dicit, *que par vne bannye certifiee on est du tout approprié*, vllam iudicis interfationem requirit, quod incauti faciunt, cùm certificatio merus actus sit apparitoris, & relatio in iudicio facta de eo quod egit, cuius inuenti pretextu nuper homines externi appellari ab talibus interfationibus reperêre ignotum priscis, & iuris patrij peritis, cùm id sit ab executore appellare. Sed est istud alterius loci.

Hæc volui de foro, quæ etsi quotidie occurrant, non omnes tamen intelligunt, quid & quatenus nobis cum iure conueniat, etsi multi sibi huius rei boni âutores videntur non mali fortasse futuri discipuli, quando ista experimentis potius discuntur, & Cast. d.l. ait pretor. acutius sibi cæteris videre visus, non multo melius vidit.

10 Magna igitur, & modis omnibus prædicanda verborum istorum *du tout* potestas & emphasis, quæ idem valet, quod sine exceptione, vt ita exceptiones limitationes, restrictionesque omnes, quæ externo iure, id est, Romano sunt traditæ, sublatæ in totum intelligantur, nisi quæ sunt ipsius eiusdem consuetudinis auctoritate constitutæ. Nam etsi iuris Romani magna sit auctoritas vt quidam dixit, tamen tanta esse non potest, vt consuetudinem vincat, aut mores. Procul igitur, perplexæ, sinuosæ, incertæ, & proinde infinitæ iuris illius exceptiones. Nec enim hæc tam præfracta dispositio subauditos de iure ciuili intellectus recipit, quod Corneus hoc ipso argumento dixit cons. 38. nu. 10. vol. 1. quo loco dispositionem vniuersalem negat distingui ab iure oportere, & idem Bald. dixit. l. cum ancilla C. de incest. nupt. & l. in fraudem. §. fin. C. de testam. milit. Per omnia igitur indiuidua valere Consuetudinis dispositio sinenda est, nisi si quid ab eadem auctoritate, id est consuetudine ipsa excipitur, quod fit articulis 56. 269. 277. 275. 273. 348. 357. 372. atque haud scio an pluribus etiã. Nam quæ natura & subiecti conditione impræscriptibilia sunt, sacra, religiosa, publica, dommanialia regum, talia manent, quoniam de materia alioqui habili statuisse consuetudo intelligitur. Ergo dominia, hypothecæ, seruitutes, iura realia omnia eluuntur hoc approprimento.

[m] [ENVERS TOVS.]

1 *Qualitates personarum contra quas hic præscriptio obtinet.*
2 *Contra absentes & ignorantes currunt præscriptiones.*

Superior dictio de materia, & subiecto intelligitur, vt tex. l. omnes. C. de præsc. 30. anno. in quacunque causa (inquit) vel quacunque persona, quę dictio æquipollet huic nostro *enuers tous*. Nam hæc ipsa vniuersalis personas comprehendit omnes, ipsorum primum contrahentium, deinde & externas, atque inter eas furiosorum, ecclesiarum, minorum, communitatum, & alias tales de rebus quidem ipsarum, quod cum externis contractum sit, vt sigillatim ante docuimus. 1

Sed & absentium, & ignorantium personæ comprehenduntur, de quibus pugnatur exertè apud Tiraq. in retract. §. 35. glos. 4. & Alex. Saly. Bald. l. quandiu. C. qui admitt. Sed iure patrio præcisas gratulandum est prisci iuris scriptoribus, de quo non est dubitandum ex dispositione artic. 269. etsi annus his producitur, & alio 288. cuius ratio vniuersalis est, etsi de retractu tantum loquitur. 1

Quod de absentibus dicitur, de ignorantibus dictũ intelligitur: Neque absentium ratio alia de causa habetur, quam quia ignorantes putantur eorum, quæ domi geruntur. Absentes vero intelligimus qui extra Britanniam peregrinantur.

Sed & qui experiri nequeunt, extra casus quidem comprehensos art. vlt. huius tituli & 545.

Denique vniuersalis enunciatio vniuersaliter accipienda vulgatis regulis.

Nec vlla restitutio speranda, de quo nos inf. art. 268. differemus. Nec item vlla vsurpara præcidenunciatio euangelica, de qua Bald. aut. ad hæc C. de vsur. quæ ipsa pridem exolœuit cum suo authore c. nouit. ext. de iud.

[n] [APPROPRIE'.

1 *Vis huius verbi,*
2 *Quale dominium præscribitur.*

De huius verbi potestate diximus in epigraphe, dominium quæri plenissimę securitatis, & optimi iuris, quod antiqui vocabant, id est, tale tantumque, quale, quantumque fuit apud eum cõtra quem prę scriptum, hoc est, directum si directum fuit, quale est domini feudi aduersus vassallos, vtile, si vtile fuit, quale vassalli erga dominum, vnde sæpè accidit directum aduersus dominum, vtile aduersus vassallum eodem præscriptionis lapsu quæri, de quo nos pluribus art. 271. infra. vnde euenit dominio sic quęsito, & in præscribentem translato. & deducto, vt necesse sit actiones omnes reales ad res vendicandas excludi, & aboleri. Nam ex quo dominium alterius cuiusquam esse incipit, relinquitur nullas actiones alteri ad id vendicandum tribui posse, quod tex. & glos. dixit l. nec mutui. C. quib. non obst. long. temp. præscript. Dominij enim acquisitio est alieni iuris extinctio, & translatio. Quare iam inde isto iure inutiles erunt disputationes scholasticæ, An per præscriptiones dominium vtile, directum, an exceptio tantum quæratur, an naturalis obligatio, an ciuilis tantum tollatur, an ista in omnibus præscriptionibus æque valeant, quæ mirificè scholasticos auctores fatigant. 1 2

[o] [ET

o [ET AVSSI SERA.]

Hæ voces indentitatem iuris ex diuersitate facti indicant,& parem vim approprimenti inducunt, ex dissimili forma,sine vllo scilicet bannimento.

p [DE QVINZE ANS]

1 *Quindecennali statutaria tollitur Legalis decennaria.*
2 *Diem vltimum cœptum sufficit.*

1 Hoc quindecennium ab die captæ possessionis incipit currere, & perficitur extremo die incepto: Eiusmodi autem præscriptio de vicennali legali quinquennium decurrat, & aduersus præsentes, & absentes æquè valet. Falsa verò est scholasticorum scriptorum sententia, cùm putant statuto quopiam eiusmodi quindecennalem præscriptionem inducẽte,non videri legalem decennalem, quæ inter præsentes obtinet,abrogatam,quod Cast.putat cõs. 229. lib.2. Bertach. in diction.verbo præscriptio quomodo num.40.Balb.in præscript. parte 5.partis 5.q. 7. Hoc enim iure legalis illa decennalis, quæ inter præsentes tantum obtinet, sublata est, & alia introducta superiori clausula, sed diuersi iuris illa, vt apparet ex his quæ diximus. Ne illa quidem illorum sententia vera,qui putent præscriptiones statutarias, quæ breuiores sunt legalibus constitut. ,naturam illarum seruare in quarum locum successisse putantur:quod nos etiam,alias cum occurret,ostendemus.
2 Porro hîc quindecimi anni diem vltimum cœptum esse sufficit l.in vsucapionibus.D.de vsucap. l.penul. D.de perpet.& temp.præscript.

q [PROVVANT LE TILTRE.]

1 *Canonistæ in præscriptionibus titulos non requirunt. Contra iurisconsulti qui etiam specificum exigunt. ibid.*
2 *Sed tamen generaliter deductus à probationibus determinatur.*
3 *Casus in quibus tituli ne iure quidem ciuili exiguntur.*
An idem præsumptus titulus possit,quod verus. ibid.
4 *Melius est non exhibere titulum, quam exhibuisse vitiosum.*
5 *Probatio quæ hîc exigitur,de vera intelligenda est.*
6 *Quare non idem præsumptio efficit.*
7 *Putatiui tituli explosi.*
8 *Ficti tituli an idem præstent quod veri.*
9 *Præsumpti tituli in præstationibus, quæ fiunt à persona.*
10 *Materia l.cùm de in rem verso,expensa.*
11 *Quæ ad eam requirantur.*
12 *Diuturnum tempus quale.*
13 *Præstatio debet esse singulorum annorum.*
14 *Solutiones debent esse ex causa vniformi.*
15 *Vtilitas possessionis in talibus,& cautio vtendi.*
16 *An illius l. cùm de in rem verso,dispositio habeat locum in petitorio quoque & num. 18.*
17 *Apocha recepti per manum publicam dandæ, ex consilio.*

Magnam,& acrem iurisconsultorum,& canonistarum pugnam hæc duo verba dirimunt, quæ probationis necessitatem de titulo per gerundiuum indicunt. Canonistæ nec allegationem, nec probationem tituli necessariam putant, quoniam ab sola bona fide præscriptionum vsum metiuntur, vno quidem casu excepto, cùm scilicet ius commune resistit præscribenti.c.1.de præscript.in 6.& c. si diligẽti ext.cod.tit.quod pluribus Bald. memorat. part. 3. princip.parte 2.q.6.

Contra iurisconsulti pugnant in præscriptionibus quidem titulatis, quæ cùm à titulis vim suam sumãt, & allegari titulum,& probari oportere,& ex eo bonam fidem præsumi,nec aliter fieri posse, quia tempus solum per se negetur esse modus tollendæ aut inducendæ obligationis l. obligationum fere. §. placet.D.de act. & obligat. Hæc etiam sententia est l. diutina & l.super longi.Co.de præscrip.longi temp.l. nullo.Cod.de rei vend. Noti ea de re scholasticorum autorum campi l.si certis annis. C. de pact. l. cum de in rem verso.D.de vsur.l.litibus.C.de agricol.& cens. lib.xj.& l.si filiusfam.Cod.de petit.hæred.alii l.qui in aliena. D. de acq. hæred. Butrig.latè c.peruenit ext de censib. Bart.q.7. inter suas quæstiones ea quæ incipit, Mulier habens Alex. cons. 113. vol.4.& cons. 218.vol.6.Gomes. in reg.de trienn.q.26.

Quidam è Canonistis solâ allegatione præscriptionis eiusmodi quę titulum requirat,titulum sufficienter allegatum,& deductum videri putant, vt Innoc. fraternitatis ext.de testib. Panor.c. vltim.versi.an sit necesse ext.de præscript.

Sed tamen vsque eò iurisconsulti contradicunt,vt non solum in genere deduxisse sufficere non putent, sed specificum,venditionis,donationis, aut alium de his quos memorauimus in specie deduci velint, vt Bald.& Ias.d.l.si certis annis.Quod ego quoque probo, vt eius nullitas aut validitas argui possit, quod alioqui non posset ad præscriptiones oppugnandas. Quare solemne est in foro, cùm generaliter deducuntur,instare agentes,vt in specie deducantur,probentur, & verò instrumentorum exhibitio fiat, atque adeo scripto;si res est magni momenti, nec tam iustam petitionem vllus iudex negauerit. vt Mol.q. 16.in fin.& q.20.in lib. de vsur. agnoscit. Nec tamen 3 negandum titulo generaliter deducto, si à parte nil oppositum de eo sit, procedere actionem posse, & obtineri, probato in specie posterius titulo, quia generalis,& indefinita petitio vbique à probationibus determinationem recipit, & per eas specificatur,vt per Bart.l.si rem D.de rei vend. & l.fin. Co.de annal.quod Panor.exequitur in c.2.num.8.& alij ext. de libell.oblat. Non igitur præsumpti de iure idem efficiciunt, solemne igitur, & necessarium est in titulatis præscriptionibus titulum deducere.

A qua regula excipiuntur longissimæ præscriptiones 30.& quadraginta annorum,vt art.271.inf. & l.si quis emptionis,C.de præscript.30. annor. in quo Canonistæ dissentiunt in casu c.1.de præscript.in 6.

Sed nec in præscriptionibus libertatis titulos exigunt, ex Bart.sententia. l. si ædes. D. de seruit. vrb.præd.glos.verb.credidit l. vlt. D. quemad.ad ser. amitt.

Nec in præscribenda,id est, inducenda consuetudine,sunt enim ista diuersi iuris, cùm præscriptiones priuatim,consuetudines in commune acquirant.

Nec in præscriptione seruitutum titulum exigunt,quod vulgò dicunt ex l. si quis diuturno 10.D. si seruit.vind.& l.seruitutes.2.D.de seruit.& l.2.C.de seruit. & aq. de quo nos posterius videmus iure consuetudinario,quale fit.art.271.verb. *sans tiltre.*

Est igitur,quod hic consuetudo statuit,probandus necessariò titulus ex natura gerundiui, cuius hic

præcisa & indispensabilis est necessitas, vnde iusta dubitandi causa nascitur, an quod vero titulo, id est, verè probato virium tribuitur ad efficiendum quindecennale approprimentum, id etiam titulo præsumpto tribui possit, quod ego non puto; cuius dicti maxima ratio est, quia cùm præscriptiones titulatæ ab titulis pendeant, totámque penè vim assumant ab eo vt necessario principio, facultas dominis rerum, contra quos præscriptum diceretur, tolleretur impugnandi titulum, & nullitatem, aut cætera vitia arguendi, ex quibus collabi, & labefactari solent, quod & in omnibus talibus allegationibus æquum est, & Bart. dixit d.l. si in rem. D. de rei vend. vt Molin. dis-
4 serit in lib. de vsur. q.16. ad fin. & q.20. num. 211. Cùm & in his quoque casibus, in quibus tituli præsumuntur legali præsumptione, sine alia probatione titulum ostendisse aliquem, qui vitiosus aspectu appareat, præsumptionem eluat, vt detectâ veritate, quā appertâ presumptiones facessunt, & actus annullantur, inde illud receptum theorema melius esse non ostendere titulum, quam ostendere vitiosum, quod Fely. dixit. c. illud num. 20. ext. de præsumpt. vulgo c. dudum 2. ext. de decim. Cassad. decis. 3. Bellam. decis. 287. late Craueta lib. de temp. cap. incip. materia.

5 Porro cùm probationes de titulo exigimus, vi horum verborum (*en prouuant*) directas, absolutas, & legibus descriptas intelligimus, cuiusmodi sunt per duos testes iure diuino, & humano, aut per instrumenta authentica, quibus leges plenam fidem tribuunt, vltra quas nihil requiritur c.2. ext. de probat. sunt enim talia instrumenta probatio probata, & veritas apparens, quod Bald. ait. l. quoties, C. de iud. & l.2. C. quand. fisc. vel. priuat. Nam cùm consuetudo probationis mentionem intulit, in potiori significatu dixisse intelligenda est, quomodo in statutis generaliter accipi conuenit, de plena scilicet probatione quod Dy. & Bart. dicunt l. Lucius. D. de cond. & demonst. & notat Hipp. Marsil. in rub. C. de probat. nu. 6. Et si enim inter probationum vulgarium species præsumptiones quoque numerant, & cæteras coniecturales, tamen propriè probationes non sunt, quod Bart. d.l. Lucius dixit, sed releuant a probando, non igitur probant ipsæ, quod Alex. dixit. l.1. C. de te-
6 stamen. milit. Cùm igitur consuetudo de probatione statuit, idem præsumptio non explet, in materia presertim in qua directæ & plenæ probationes adhiberi solent, vt in ista in qua solemne est, & vero fit à communiter accidentibus, vt instrumenta conficiantur, propter momenta actuum in quibus de transferendis dominiis agitur. Itaque cùm consuetudo ius ciuile auctoritate superet c. 2. ext. de cons. & c. 2. ext. de probat. nec quicquam præsumptiones de iure ciuili ei anteposueris aut comparaueris, cùm illa probationis mentione præsumptiones sustulisse intelligenda sit, isto quidem in subiecto tam momentoso, quam libet legales: Nam de præsumptionibus hominum ratio multo minor, vt queant exæquari. Non sunt igitur probationes illæ siue potius propensiones, quæ per indicia aut coniecturas quæruntur, formales, aut pleni nominis probationes, quia nec per se subsistunt, nec descriptiones vllas certas habent ab legibus, aut iure, nisi etiam iudicantes ad eas animorum suorum motus applicauerint, vnde sæpè euenit, vt ambiguè, & in incerto laborent prout ad eas magis, minúsve iudicantes assensum animi adiecerint. In quo sæpe accidit, vt vnus ait, alter neget, alter deliberandum putet, non minus quàm Terentiani patroni. Sed vero quæ probationes à lege de-

A scriptæ sunt, in potestate iudicantium non sunt, nec ab eorum arbitrio vires sumunt. Quod per duos testes probatum sit vel ex forma art. cons. 154. aut per ord. anni 1539. art. 65. & seq. non est in potestate iudicis, vt probatum neget, vel probantem excludat petitis, nisi litem suam velit facere, præsupposita quidem testium idoneitate, & depositionum concludenti tenore, de quibus iudicantium nonnullum est arbitrium ex illis verbis l.1. D. de testib. tu magis scire potes, vt in quæstionibus quoque. l. 1. §. cùm quis latrones. D. de quæstio. & Cic. orat. pro Fonteio persequitur. Sed præsumptiones plurimum ab arbitrio
B ducunt, & ab aliis indiciis aut contrariis, & fortioribus debilitantur, eleuantur, labefactantur quod vulgo notant. l. diuus. D. de rest. in integ. Quare sic denique statuimus verbis consuetudinis probationes exigentibus, de plenis & directis & legalibus accipiendum, nec præsumptiones legales vllas idem posse efficere, in materia præsertim subiecta quæ instrumentis probari consueuit, & vero debet propter momentum rei: & hoc ord. Molinensis posterior 7
adiuuat. Ex quo nos titulos præsumptos omnes putatiuos & opinatos omnes quos leges admittunt, fo-
C ro & tribunalibus eiicimus & proscribimus, & veras probationes poscimus de veris titulis, imo penè in totum tabulis.

De fictis titulis ante quiddam sumus loquuti, quo- 8
rum maior potestas, & vis est quàm præsumptorum, & ideo idem in casu ficto pollere dicuntur, quod veri in casu vero. Fictos dicunt, quos lex fingit, cùm constet re vera non esse, atque ita in casu certo, cùm præsumptio non nisi de incerto esse possit. Hoc accidit, cùm legi visum est propter certas causas, vt in eo qui sciens rem suam conducit ab alio, nam donationem lex fingit, cùm tamen contractum esse locatio-
D nis certum sit. Hic lex fingit super certo, vt & in casibus quos ante perstrinximus, ideóque cùm legis auctoritate inducantur nullius cuiusquam iudicis tanta auctoritas esse potest, vt eos reiicere possit, quod glos. dixit. §. sed hæc solemnia verb. quibuscumque. D. de verb. obligat. alij vulgo l. si quis pro emptore. D. de vsucap. & l. si quis in fundi. D. de legat. 1. Sicut nec probatio vlla recipitur, quod non veri sint, per gloss. c.2. de arbit. in 6. Fely. c. quanto ext. de præsum. Alex. consil. 158. vol. 2. Hanc fictorum denominationem & vsum Mol. exagitauit quo loco supra
E diximus, & si manifestè permultis exemplis in iure probantur præcipuè l.1. C. de rei vxor. act. Tales fictos consuetudo induceret, haud dubiè ex his approprimentum, & præscriptiones possent procedere propter similem auctoritatem legislationis, quam vbique habet, & vero legales admittendos ad eumdem effectum vix est, vt probem, nec si quis locationem rei alienæ domino rei factam promulgaret ex l. si aliquam. D. de acq. poss. ideo approprimentum proficeret, nec ficta dominij translatione, nec quindecennio præscriberet, quod idem in cæteris omnibus puto.

F Proinde cùm de præsumptis agimus, sciendum 9
non vnius generis præsumptos esse, sunt enim quidam rerum ipsarum dominij translatiui immediatè, vt in d.l. si aliquam, cuiusmodi omnes nos foro reiicimus in materia approprimentorum & præscriptionum. Sed sunt alterius etiam generis, qui in rebus soli & prædialibus vsum non habent, sed his tantum præstationibus, quæ ab homine homini debentur, siue ex obligatione personali siue, rei hypothecatæ, quorum propria est tractatio in leg. si certis

annis

annis C. de pact. leg. cùm de in rem verso. D. de vsur. l. litibus C. de agric. & cens. lib. xi. De quibus multa perplexè, & confusè ab scholasticis autoribus sunt tradita, intellecta per paucis, quæ ego paucis perstringere necesse habeo, cùm de præsumptis titulis mentio incidit. Retinendum est discrimen horum præsumptorum, quorum alij de dominiis rerum transferendis agunt, quos ablegauimus foro, hi vero non de dominiis rerum, sed iuribus incorporalibus, præstationibus, censu, reditu, annonis, pensionibus acquirendis struuntur contra quempiam. Clarum est discrimen, quia in præscriptione rerum res ipsæ corporaliter tenentur, possidentur à præscribente, in præstationibus contra fit, quia res non possidentur ab percipiente sed à possessore rei, quæ per se soluit. Ideoque multum pugnatum inter scholasticos autores, an ad inductionem præsumpti tituli in illis legibus, reum solum pati, an verò etiam facere oporteret, id est, debitum per manus suas præstare. Cuius pugnæ paria latè componit Tiraq. in titul. de præscript. §. 1. gloss. 4. versu & hoc quidem. Sed pugnent illi quantumlibet, nos solam patientiam dicimus sufficere, quod & Imol. vsu potius receptum iri scribit foro l. 1. & vltim. D. de aq. pluu. arcend.

10 Sed ea res nunc in controuersia non est, cùm id potius quærimus: An præstationes, quæ per eiusmodi siue factum siue patientiam fiunt, subinde repetite possint iure consuetudinario, sicuti iure ciuili titulos præsumptos inducere, ita vt necessaria non sit probatio, quam tamen hic articulus exigit.

11 Primùm hanc tituli præsumptionem iure ciuili tria omnino necesse est antecedere, diuturnitatem temporis decennalis scilicet, continuationem præstationum per singulos quosque annos, & identitatem, & vniformitatem causæ ex qua præstationes fiunt. Hæc cùm concurrunt, negant laborandum de probatione tituli, sed induci præsumptum qui allegatur, quæ singula expendamus.

12 Illud de primo in confess. diuturnum tempus in d. l. decennium intelligi. leg. si fideicommissoria. §. Aristo. D. qui & à quiq. Alex. l. sciendum. D. de verb. oblig. Doct. l. si filius C. de petit. hæred. Fely. c. sicut ext. de re iud.

13 Secundum, id est, continuatio præstationum: perpetua esse debet, & sigillatim singulis annis, vt per interualla repetitæ continuationem intentionis arguant. Itaque vno anno pro pluribus soluisse non sufficeret quod Cy. & Bald. dixere l. 2. C. de dot. prom. Bart. l. eum qui. D. de ann. legat. Alex. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. D. de op. no. nunc. Rom. cons. 427. Ias. d. l. si certis annis. c. accidentibus ext. de priuileg. quanquam Panor. ex solutione primi & vltimi anni videtur præsumere velle medium, quod regulare est in probationibus possessionum, & Cast. cons. 51. in casu spectabilium lib. 2. Melior ratio singulorum probationem exigit, cùm tanti sit præiudicij, vt non solum possessionem importet, sed etiam titulum.

14 Cùm præstationes dicimus, simplices solutiones intelligimus: Nam etiam si cum solutione recognitio debiti probaretur, fortior esset agentis intentio, quia etiamsi confessiones in realibus non disponant, nec faciant de non debito debitum, tamen probant intentionem agentis contra recognoscentem, ita vt si recuset, in posterum oneretur probatione indebiti, quæ repetita tractatio est, Mol. in feud. §. 1. gloss. 5. num. 32. & §. 7. nu. 22. & §. 35. q. 4.

A Tertium est causæ identitas, eiusque onerosæ, quia diuersitas causæ probationem vagam, & incertam redderet vt variam, vnitas confessionem de debito importat præsertim toties repetita, quæ tamen omnino præsumenda est, probatis solutionibus, si contra non docetur. Sed causa proxima id est obligationis allegatione in genere contentus est Molin. nec specificum titulum requirit exprimi in solutionibus prætensis, lib. de vsur. qu. 20. numer. 211. quod fortasse in possessorio ferri posset, in quo titulus non allegatur de necessitate in prophanis, quia nil commune habet cum proprietate l. naturaliter. §. nil

B commune. D. de acqu. poss. Sed in petitorio instante reo actor titulum in specie dicere, & edere cogendus esset, vt ipse Molin. agnoscit ibid. & q. 16. ad fin. alioqui defensionis facultas reo tolleretur, si titulum videre non liceret, & eum oppugnare ex nullitatis causis, quas tradidimus, & arguere, & conuincere, & diuersas, & varias solutionum causas proponere, & defensiones cæteras, quæ contra titulos dici solent, quæ ratio in omnibus libellis generalibus obtinet, ex Bartol. d. l. si in rem. D. de rei vend. 15

C Hęc omnia concurrentia volunt inferre sufficientem præsumptionem tituli, ne amplius in eius probatione laborandum sit, in præstationibus quidem, quæ homini ab homine fiunt, nõ in rebus soli, quam differentiam Bart. facit. l. solent. D. de off. procons. & l. naturaliter ad fin. D. de vsucap. Molin. §. 7. num. 19. quam scholastici autores vulgò incautè prætermittunt, & permiscent, quod si fit, necesse est totam pręscriptionum titulatarum materiam, & naturam confundi cum his de quibus illæ ll. specialiter loquuntur in suo casu

D Ex quibus iam inclarescit, vt existimo, per obscurè tradita veteribus materia, & planè vtilis cautio ad cauillosos debitores coercẽdos, cuius rei exemplum Cyn. adscripsit l. comperit ad fin. C. de præs. 30. anno. Rusticus inquit totis quadraginta annis certam pensionem nobili soluerat, sequenti anno recusabat, nisi titulus debiti ederetur, negabat se soluturum posthac, quod deberi non doceretur: Proinde si liberet, nobilis experiretur, iudicium se excipere paratum, & leges extare. Nobilis tabulas nullas, testes nullos habebat, & rusticus id erat subodoratus. Hic magnæ angustiæ; Cynus nobilem prouocatum iniu-

E riâ, ad vim animum contulisse & iure scribit, & poplites rustici succidisse, & tamen (inquit) iuris quoque auxilium non deerat. Nec dubitandum talibus indignitatibus interdum permoueri bonas mentes, & mitia ingenia efferari: Non tamen ferendum est quemquam sibi ius dicere, & nimium hodie talium est hominum. Ergo opportuno dd. ll. remedio vtendum, in quo non est fundanda (vt loquuntur) intentio in temporis lapsu, est enim decennium breuius, quàm vt sufficere possit ad præscriptionem implendam, sed verò potius in causa debiti & solutionibus continuatis, quod Bald. dixit d. l. si certis annis Bart.

F d. l. cum de in rem verso ad fin. & quos Mol. allegat. d. q. 20. nu. 201. Itaque in formanda intentione ex tali præsumptio dd. ll. inducta contrarium accidit, quam his qui præscriptionibus nituntur. Quoniam qui præscriptionem allegat contra dominum rei, fatetur sese à non domino comparasse, sed temporis lapsu venientem serius excludit, Contra in dd. ll. quia qui agit titulum à domino allegat: Nec enim probari posset intentio eius, qui decem annua super fundo Titij peteret, ex ea constitutione quam Sempronius

non dominus fecisse diceretur. In præscriptionibus A tituli à dominis non prætenduntur, alioqui si transferentes domini essent, dominium protinus transiret, nec opus esset ante præscriptionem consummatam. Et verò frustra deduceretur iure nondum perfecto, sed si lapsus decennalis est, sufficeret ad præsumptionem debiti veluti creati ex causa prætensa, sed ius non erraret. Ergo vtilissimum hoc iuris subsidio vti, & ad probationem singularum pensionum notarios adhibere, vt probatio extare possit actus per se momentanei: laudandaque hominum ecclesiasticorum sedulitas, quam odiosè Molin. inuidia il-
17 lius ordinis, auaritiæ nomine compellat, qui cautiones, B & recauta adhibere solent per manus publicas, vt sit vnde testentur, ne necesse habeant incerta testimonia conquirere, quod diligentissimus quisque paterfam. in re sua facit, & facere expedit ad euitandos circuitus inductos, per l. plures apochis. C. de fid. inst. & consequendos fines, quos illa lex intendit. Vtilis igitur illa cautio, quam omnes æque vsurpare conducibile est, ecclesiasticos homines eo magis, quo rei commendatæ procuratores sunt potius, quàm rei vt propriæ arbitri, præsertim in tanta debitorum perfidia. C

Certa est igitur de iure sententia, & praxis tradita ex illis legibus, si certis annis, præsumi titulum ex præstationibus, nec vero in possessoriis tantum, sed quod magis mireris in petitoriis etiam iudicandis, quod Specul. dixit tit. locat. §. nunc aliqua qu. 63. & tit. de feud. §. quoniam quæst. 3. & §. vltim. versicul. cæterùm si homo meus. Cast. leg. sicuti. §. sed si quæratur. D. si seruit. vend. & Molin. idem putat d. quæst. 20. num. 209. per d. l. litibus vbi dicit esse casum rotundum, Addo Ioh. Fab. inst. de iure personarum. §. seruitus, vers. Sed an per cursum, Bald. l. 1. col. 3. vers. pone quidam soluit ecclesiæ, C. de fideicom. & l. 1. quæst. D 4. D. de rer. diuis. Idem d. l. si certis annis col. 3. vers. ista sunt multum notanda, & ibi Ias. col. 3. verso. 4. facit Alexan. cons. 113. lib. 4. & cons. 50. lib. 5. & 124. lib. 5. Decius c. bone col. 7. vers. contra ipsum ext. de appel. Hoc etsi iure verum sit ciuili quidem, contra in petitoriis iure patrio iudicandum puto, per eas rationes, quas initio dixi de probandi necessitate, per quam titulorum omnium præsumptionem reiicere videtur, tum quia subiecta materia suadet, cùm tanti momenti sit, & vero fieri soleat, vt probationes directæ admittantur, & adhibeantur, tum per locum à speciali in art. 227. qui cùm specialiter in illo casu sta- E tuat, contraria esse regularis dispositio videtur, vt ibi dicemus. Itaque cùm reus victus in possessorio negatoriam intendet, aut probandum erit de titulo, aut actor succumbet, in quo de proprietate, & iure constituti reditus agetur, sine restitutione fructuum tamen propter bonam fidem percipientis, & præsumptionem legis sufficientem ad excusandum agentem, nisi quidem positiua mala fides probaretur, quoniam eius quamlibet legalis præsumptionis contrariam probationem etiam iure ciuili admittunt de rei veritate scilicet, quod vulgò in illis legibus notant, F & vero Ias. d. l. si certis annis xij. limitationes colligit ad superiora, & contra illam præsumptionem, veluti cùm quisquam soluisse dicitur contestatus metu se exequutionis facere, protestatur de repetendo. Sed hæc Ias. fusè.

Quin etiam an vltra illam præsumptionem legalē requiratur etiam partis iuramentum, multa Tiraq. colligit d. tit. de præscript. gloss. 8. §. 1. Sed nos eadem opera ista omnia reiicimus, quæ consuetudo non agnoscit, vt sua.

[e] [Sans bannie.]

Hæc vera præscriptio de decennali, & vicennali mixta.

[f] [S'il n'y a eu.]

Hæc dictio idem pollet quod latinum nisi, quod sua natura includit dispositionem aduersatiuam præcedentis clausulæ, vt quod superior agit de confirmando approprimento in suo casu, hæc tradat de eo B infirmando in casu interruptionis, de qua in l. naturaliter. D. de vsucap. l. cùm notissimi. §. imo. C. de præscript. 30. an. c. illud c. auditis ext. de præscript. gloss. post. 16. q. 3.

DE INTERRVPTIONIB. PRÆSCRIPTIONVM SERIA TRACTATIO ad vsum.

Etsi immensa est huius loci materia, & argumentum ingens, quod debitam & propriam operam desiderat, vt male compacta in nostris libris, tamen C quia per quam necessaria est ad vsum, eoque magis quòd interruptionis causas, neque modum consuetudo attigit, quæ à iure ciuili peti oportet rerum, & materiæ capita colligemus sub vnam faciem, sparsa passim in libris iurisconsultorum, & tractationem cogemus in locos, vt ordine, & methodo accipiatur, deinde vsum demonstrabimus, & fori cum iure Romano sicubi incidet dissidium, quod solemus.

QVID EST INTERRVPTIO IN PRÆSCRIPTIONIBVS.

Cap. 1.

1 *Interruptio, Vsurpatio, dormitio.*
2 *Differentia harum vocum.*
3 *Dormitionis casus quidam.*

Interruptionem iurisconsulti appellant abruptionem 1 cursus temporis à lege, vel consuetudine ad præscriptionem perficiendam diffiniti, per modos à natura petitos, vel à iure traditos; quam veteres E vsurpationem appellabant, l. 2. D. de vsucap. qui titulus vsurpationis quoque epigraphen præ se fert, voce per quàm raro ipsis etiam iurisprudentibus vsurpata, & infrequenti eo quidem significatu. Dormitionem nouitia iurisprudentia repetit, pro interquiescentia & αἰαπαύσει in eodem statu, indito nomine ab vsu, & rei effectu. Quarum vocum hæc 2 differentia est, quod interruptio priorem temporis cursum in irritum reducit, ita vt id iam inde in temporis cursu computationem nullam habeat, sed volenti præscribere, necessaria sit totius temporis redintegratio, veluti nullum in totum antè cucurrisset; ita euenit, vt si quinquennium occeperit de F quindecennali præscriptione, de qua hic agitur, si interruptio intercurrerit, nil in totum lapsum ante quinquennium tempus loci in computatione quindecennij obtineat, sed denuo ex integro totum quindecennij tempus inchoandum sit, nunquam enim fit accessio possessionis interruptæ ad aliam l. si is qui pro emptore. §. si quis bono. D. de vsucap. vbi Bart. Idem tamen dormitio non effecerit, quæ cursum quidem præscriptionis sistit, sed ita ne tempora iam elapsa pareant, sic vt dormitionis causis cessantibus, priora

priora tempora cum posterioribus coniungantur, A
3 & de duobus vna fiat præscriptio. De qua multa Doct.l.vlt.C.in quib.caus.in integ. restit. non est necess.& l.sicut.C.de præs.30.ann.& huius exempla extant, c. auditis. c. de quarta, c. ex transmissa ext. de præscr.Bald.& alij l.cum notissimi.§.imo.C.de presc. 30.ann.Bartoli quidem sententia est l.naturaliter. D. de vsuc. nullo casu præscriptionem semel cœptam dormire in iure reperiri, præterquam in casu l. sicut C.de præscr. 30.ann. quod Cast. arguit vt falsum l. contra maiores C. de inoff. testam. & d.l.naturaliter plures casus allegat. Sed tamen Bart. casum mortalitatis, transitus exercitus, & iustitij recipit, inter dormitiones præscriptionem & vacantis ecclesiæ,& imperij Saly.l.sicut in fi. C.de præscr. 30. ann. sed & Ias. l.scimus. §.licentia casum dormitionis assignat, cum inuentarij confectio pendet, dormit enim præscriptio aduersus legatarios, & creditores. C. de iur.delib. Balb.plenè 2.par.6.part. B

QVIS EST EFFECTVS INTERRVPTIONIS.

Cap. 2.

1 *Interruptio abolet prorsus præscriptionem.*
2 *Interruptio aut naturalis aut ciuilis.*
3 *Citationes interrumpunt longißimas præscriptiones.*
4 *Litis contestatio interrumpit breuiores præscript.*
5 *Statutariæ præscriptiones loco legalium.*
6 *Jnterruptio non agit in titulum sed in poßeßionem.*

1 Effectus interruptionis est, quod per eam præscriptionis cursus non solum sistitur, & impeditur currere, sed etiam quòd ante interruptionẽ lapsum est, ad initia reuoluitur & in irritum recidit sine vllo effectu, ac si nunquam cœpisset, nec vllum gradum aut numerum in computatione annorum facit, ad inchoandam vel perficiendam præscriptionem l.si ædes.§.libertas vbi Bart.& Flor. D. de seruit. vrban. præd. Quamobrem qui præscribere volet post interruptionem, totum quindecennium redintegrare habebit necesse,in ciuili quidem, ab eo tempore incipiendo, quo litis prosequutio desierit, id est, (vt forum loqui solet) ab vltimis arramentis litis; in interruptione naturali à die recuperatæ possessionis, de quo vulgata tractatio Doct.d.c. illud numer. 14. Balb. in præscrip. tertia parte sextæ partis vers. & primo quæro numer. 42. Alex. Angel. Bald. l. vltim. D. de eo per quem fact. erit. Idem l. si seruum.§.sequitur.D.de verbor. oblig. cæteri post gloss. verb. solam conuentionem d. l. cùm notissimi. D
2 Porrò cùm duobus modis fiant interruptiones, iure scilicet aut natura, quæ ideo ciuiles, & naturales dicuntur; Ciuiles item duobus modis fiunt, cita-
3 tione scilicet aut contestatione, Citationes in longissimis omnibus,id est, tricennariis,& quadragenariis vsurpantur: quia cùm eiusmodi præscriptiones veluti odiosæ, & cum mala fide currant, citationes satis virium ad eas interrumpendas habere putantur, cùm sine titulo currant l.sicut & l. cùm notissi-
4 mi.C.de præscriptione 30.annor. Cæteras breuiores annales,decennales,quindecennales, quæ cum titulo currunt, & fauorabiles, & boni iuris, negant aliter intetrumpi posse quàm per contestationem, quod Imol. scripsit d. c. illud, & idem in l.2.§.si rem. D.pro empt. vbi negat vllam tricennariã breuiorem posse aliter, quam per contestationem interrum- E F

Argent.in Consu.Brit

pi. Idem quoque in statutariis putant, quæ legalium loco subrogantur, & earum naturam sequuntur, quod latè Tiraq. persequitur in retract. §.1.glos. 10. numer. 73. Socin. in cons. 180. vol. 3. Sed cùm nulla interrumptio actiones perpetuet, sed interrumpat tantum contestatio, vt potentior vtrumque facit in omnibus præscriptionibus, hoc est, id efficit; vt quæ 30. annor. est in quadraginta producatur l. vlti. Cod. de præscript. 30. annor. Sed ista posterius cùm de perpetuatione incidet disserere. 5

Porro quod in præscriptionibus, & possessionibus interrumpendis diximus, non est ad titulos producendum. Nam quantumlibet interrupta præscriptio redintegrari poterit ex eodem titulo, ex quo anterior cœpta erat, cuius vis, & effectus idem manet & perstat,afficit enim interruptio possessionem,& præscriptionem,sed in titulum nil agit,quod glos.& Bart.dixit leg. si quis pro emptore. §. si quis bona fide D. de vsucap. Idem l. naturaliter & l. cum notissimi.Idem Bald.in rub. de præscript. ext. Arch.c.1. de præscript. in 6. Alexand. leg. Pomponius.§.si quis legatario. D.de acq. poss. Quod tamen ad putatiuos titulos producere nolunt, quorum effectum putant interrumpi interruptâ præscriptione, nec ex talibus posse redintegrari præscriptiones,tex.singulari d. l. cum solus quem Bald. memorat d.l.cum notissimi.§.imo.Balb.parte 3.parti sextæ. 6 C

INTERRVPTIONIS EFFECTVS IN QVIBVS PRODVCITVR.

Cap. 3.

1 *An effectus interruptionis de persona ad personam porrigitur.*
2 *An de principali aduersus fideiussoriam.*
3 *An de vno correorum ad alium.*
4 *An de vno ex pluribus coobligatis.*
5 *An in obligationibus subordinatis.*
6 *An de directa ad vtilem.*
7 *An de re ad rem fiat interruptio.*
8 *An actionis ad actionem.*
9 *An hypothecariæ per principalem.*
10 *An vendicationis ad hypothecariam.*
11 *Albericus notatus.*
12 *An per bonorum poßeßionem vnius loci ad alium.*
De nostris manus leuationibus & deferentiis. ibid.
13 *An in vendicatione per actionem ad exhibendum.*
14 *An rescissorij per rescindens.*
15 *An præparati per præparatorium.*
16 *An quantitatis ad quantitatem aliam.*
17 *An petitorij per possessorium.*
18 *An de tempore ad tempus.*
19 *An ad totum per partem.*
20 *An loci ad locum.*

Cum quæritur, an præscriptionis effectus contra vnam aliquã personam perfectus aduersus aliam porrigi possit, distingui in eo oportet ex obligationum conditione, & qualitate. Sunt enim quædam principales, quædam ad alias accessoriæ. Quæ principales sunt aduersus obligatos, æquè principaliter suas quæque præscriptiones requirunt, nec quod aduersus vnum præscriptum sit,aut quod ex debito- 1

ribus vsus prescripserit, ad alium porrigetur, nisi quidem correi sint.

2 De his quæ accessoriæ sunt, ad alias vt fideiussoriæ, non consentitur, & Accursius sibi non constat, cùm in l.cùm quis §. si quis pro eo. D.de solut. negat interruptionem factam aduersus reum principalem fideiussori obesse, quominus ipse è suo capite præscribat suæ obligationi, quam glos. Bartol. sequitur & Alex.l. mora rei. D. de verb. oblig. & ibi Alciat. etiam si quo ad periculum interitus rei transferendum interpellationem reo principali factam fideiussori obesse volunt, l. si seruum §. sequitur & §. nunc videamus D.de verb.obligat. Angel.l.grege.D.de pignor.Bald.l.tam mandatori. C. de non nu.pec. Fely. c.illud.conclus.9.Alber.l.fin.C.de annal.except. Rationem adferunt, quia cùm non eâdem specie obligationis teneantur, neque æquè principaliter, diuersis etiam interruptionibus opus habeant. Contradicit alia glos.l.si fideiussor. §. vlt. D.mand. & interruptionem contra principalem factam nocere fideiussori. Quam pugnam sic conciliant, vt dicant priorem sententiam in fideiussore contractus veram esse, duabusque interruptionibus opus esse, posteriorem in fideiussore iudicatum solui. Hæc conciliatio magistrorum est, cùm nullo responso statuatur: Sed eam probant Bart.l.vlt.C.de duob. reis & ibi Cyn.Bald.& Angel. etsi Iohan. And. ad Spec.tit.de fideius. vnam indistinctè aduersus ambos sufficere putat, quia ex eodem fonte obligatio descendat. Ratio potior suadet, cùm duæ sint obligationes diuersæ natura & exercitio, & subordinatæ, cum discussio exigatur principalis, personæ aliæ sint, interesse suum cuique, diuersas etiam intelligi præscriptiones oportere, quod Imol.putat.d.l.naturaliter Balb.part.2.

3 De obligationibus correorum ante quiddam attigimus. Sunt enim duo correi vna obligatione constricti, atque adeo qualitatis eiusdem, ideoque interruptio aduersum vnum facta alteri nocet, & prescriptionem interrumpit pro tota obligatione: casus est l.vlt.C.de duobus reis.Bart.l.ex duobus. D.de duob. reis. Alex. l.si seruum §. sequitur.D.de verbor. oblig. & ibi Ang. & Imol. idem l. naturaliter. Cyn.l.fin.C. de annal.excep. Ang.côs.32. incip. Quidam Andreas. Alex.l.duobus.§.ex duobus.D.de iureiur.quamuis in mora committenda aliter statuant. l. mora vbi supra.

4 Ex eadem causa plurium coobligatorum ex vna obligatione, censent plures tutores vnius pupilli, vnius interpellatione vsucapere aut præscribere obligationi, aut actioni tutelæ non posse. Bartol. d.§. si quis pro reo per l.si pupillus.D.de admin.tutor.vbi Angel.& Imol.

5 Non eadem ratio obligationum subordinatarum, veluti earum quæ aduersus nominatores, aut magistratus competunt, in quibus primû tutores, aut gestores conueniendi sunt, vel cùm plures subordinatæ sunt tali nexu obligationis constricti. Nam contra vnum interrupisse, aduersus alterum non prodesset, possetq; præscribere cui nil esset denunciatum, quia eadem obligationis qualitas non est, quod vbi supra Doct.tradunt per l.1.D.de magist.conu.Imol.& Angel.vbi supra.

6 Sed & cùm directa, & vtilis obligatio ab eadem causa menat vt l.cùm hæreditas.D.ad Trebel.l.actio. D. act. & obligat, interruptio aduersus vnum facta, aduersus omnes prodest, quod Bart.ait d. §. si quis pro reo Imol.d.l.naturaliter. Nec interruptio facta ab domino indirecta prodesset vtili, Imol. Ibid.Angel.

A Igitur à persona ad personam non fit interruptio, actiuè, nec passiuè, nisi quidem duo rei credendi essent, ratione correlatiua superius dicta l. fi. C. de duob.reis Angel.d.l.naturaliter.

An effectus interruptionis factæ inter easdem, vel diuersas personas de vna actione, aut negotio in litem deducto, vim interruptionis porrigat ad aliam causam, vel litem, & facilis est responsio non porrigere, ne si ab vna quidem causa obligationes profluant, de quo tex.gloss.Innoc.& Pan.d.c.auditis ext. de præscr. glos. verbi interrupta & c. cùm olim eod. tit.& Aret.cons.132.incip. In causa vertente, etiam in

B consuetudine gloss. leg. Iulianus. §. quantum. D. ad exhib.

Nota est regula, quam prolixè Fely. persequitur d. c.auditis & Balb. in tract. præscript. parte 2. principali effectu tertio, non esse ampliandas præscriptiones de re ad rem, quod ratio indicat, cùm ad iuris alieni diminutionem tendant. Sed tantum præscriptum videri, quantum sit possessum, nec amplius in separabilibus quidem aut his, quæ sibi consequentia, aut accessoria non sint. Sed quia hanc sententiam prolixè persequuntur summa tantum receptarum

C opinionum hic describenda est, cùm loci pateant, & alibi locus fortasse dabitur.

Sed accessoria, & connexa omnia principali, inseparabilia quidem, quę tum erant cùm prescriptio inchoaretur, prescribi patiuntur vnica eademque prescriptione l.eos cum glos.C.de vsur.vbi Bald. Itaque præscripta obligatione sortis vsuræ quoque præscriptæ videntur, quod Fely.persequitur & Balb.d. part. 2. effectu.3.num.12. & 14. Nam de adiectis & separabilibus aliud iudicant.

Scitum est de actione separata ad aliam illatio- 7
nem fieri non posse etiam inter easdem personas d.

D c. auditis gloss. d. l. Iulianus. §. quantum verb.interationem. D. ad exhib. Sed de his quæ se habent ad esse vt accessoriæ, & principalis, vt personalis, & hy- 8
pothecaria iusta dubitatio esse posset, nisi expressè de eo esset constitutum l.fin. C. de annal. excep. qua traditur, vna contestatione, aut citatione in altera, fieri in vtraque interruptionem, de quo Imol.l.naturaliter D.de vsuc.post Angel.Sed etsi in isto est aliquid, tamen in eo non sunt omnia. Nam cum hoc sic statuitur, præsupponitur personalem & hypothecariam aduersus eandem personam competere, & ideo

E alteram alteri disiunctam accessoria ex causa debiti eadem, etsi diuersæ qualitatis obligationes sunt. Secus accidit, cùm personalis in persona obligati aut hæredum resedit, & hypotheca in extraneum translata est, quo casu dubium non est, vtramque per se principalem esse, vnde euenit, vt præscriptionis tempora non sint eadem, sed quod principaliter obligatus minus quadraginta annis præscribere nequeat, hoc extraneum solis xxx. annis facere, l. cùm notissimi.C.de præscript.30.anno. Ideoque apparet mutatione personæ mutari præscriptionum conditiones, & extraneum de facto suo non teneri, sed

F in rem persecutionem esse, & quæ aduersus eum actio intendatur, non esse amplius accessoriam ad personalem. Quare hoc casu censeo, quod interruptum fuerit aduersus principalem, extraneo non obesse, cuius aliud ius & causa est, & posse è capite suo præscriptionem perficere, quod Alber. attigit dict.leg.vltim. & Saly. manetque ista vt ciuilis interruptio, quæ personam non egreditur conuenti, quod & Ioh.Fab.notauit, d.leg. cum notissim. Cy. d. l.fin.

Inde illud quæsitum, cùm quis vendicationem re-
velle

vellet intendere,& ſubordinatè hypothecariam. An deducta vendicatione, hypothecaria quoque non deducta interrupta videatur. Hanc ſolus Alber. attigit, d.l. fin. & interrumpi cenſet, quia rei vendicatio de re intendat, atqui rei appellatione iura quoque hypothecas & ſeruitutes intelligi, l. rei. D. de verb.
11 ſignif. qua ſententia nihil ineptius dici poteſt. Nam etſi rei appellatione generaliter de ſuo ſignificatu talia ac multoplura poteſt comprehendere, tamen cùm ad ſingularia petita applicatur, id tantum ſignificat, quod petitur, & in ſingulari corpore conſiſtit, itaque rei vendicatio cùm ius ſingulare contineat,& iudicium ſit particulare, id tantum continet, quod nominatim ſit petitum,& deſignatum : Neque quiſquam id poſſet vendicare, niſi id quod petit, exprimat,deſignet, & deſcribat quid,quale, quantúmque ſit, eſt enim ſingularium rerum petitio. l.1. D.de rei vend. & l. ſi in rem eodem titulo. Itaque appellatio rei hic non genus ſed ſpeciem ſignificat, vt ibi iuriſc. dixit, contra quam Alber. putat. Igitur interruptio in vnius rei petitione facta, in alia non interrumpit, gloſ.verb.Intentionem.l.Iulianus. §.quantum. D. ad exhib. itaque cùm alia ſit vendicandi cauſa, alia hypothecæ, imo contrariæ ſint, nec niſi ſubordinatè deduci,conſequitur diuerſos fines eſſe,nec per aliam in alia interruptionem fieri. Itaque vbi citatione interruptio fit, pro vtraque citatio emittenda eſt, vbi conteſtatio ſuper vtraque conteſtari oportet, quod & alibi dicemus inferius in actionibus ſubordinatis. Quod ex eo clarius patere poteſt, quod per hypothecę intentionem res ipſa litigioſa non fit,ſecus per rei vendicationem, quod traditur Nouel. de litigioſ. & Bart.l.1.C.de litig.inde etiam accidit,vt ſcientia, & cognitio de hypotheca malam fidem non inducat in re præſcribenda l. ſi quis fundum, & ibi gloſ. l.vlt.D. de acq.poſſ. gloſſ. l. ſicut verb. poſſidente C. de præſcript.30.annor. Spec.tit.de præſcript. parte 4. prope finem. Balb. in præſcript. parte 2. tertiæ partis q.4. ſunt igitur iſta diuerſa.

12 Succurrit hoc loco inquirere, quid in bonorum poſſeſſione petenda cenſeri debeat, cùm in vna eadémque hęreditate plura prædia proponuntur eſſe. ſed diuerſarum iuriſdictionum, vel territoriorum. An petitionem intendiſſe pro his, quæ in territorio Rhedonenſi ſita ſint, & interrupiſſe præſcriptionis curſum, ſatis ſit ad interrumpendam præſcriptionem, quæ in Nannetenſi territorio cœpta eſt, hanc quæſtionem mouit gloſ. dict. leg. vltim. C. de annal. except. quæ negat interruptionem in vno factam ad alterū territorium produci. Scholaſtici auctores putant,quod in loco domicilij defuncti interruptum ſit per actionis intentionem vbique ſufficere, quia vnica actio ſit,& vniuerſalis,in qua de ſingularibus corporibus non agitur,ſed de iure,quod vulgo notant l. 2.C.de edend. Neutra ſententia medium feriit:Nam quod actio de hęreditate ſiue bonorum poſſeſſio vniuerſalis dicitur, reſpectu eorum qui ab inteſtato veniunt, eóque de toto iure controuerſiam facere poſſunt iure ciuili dicitur, aut eorum qui ex teſtamento heredes ſcripti ſunt,quia hereditas ius eſt per ſe vniuerſale. Cæterum in noſtro caſu longe diuerſa ratio eſt : Nam cùm domini territoriorum domaniali iure ex infeodatione ab ſe aut prædeceſſoribus ſuis facta, fundati ſint ex lege ſcilicet conuentionis facta vaſſalis ſub verbis (pro eis ſucceſſoribuſque eorum vniuerſalibus & particularibus) relinquitur, quoties vaſſalus quiſquam ſine herede decedit, aut ſingulari ſucceſſore exiſtente tenore inueſtituræ, rem redire, & (vt loqui ſolent) reuerti in ius domi-

A ni feudúmque aperiri, quomodo noſtris deſerentiis locus fieri ſolet. Itaque quoad ſingulos dominos actio vniuerſalis non eſt, ſingularium rerum petitio. Neque enim dominus agenti iure hæreditario hæredi de eo controuerſiam facit, quæ ratio eſt, cur dici ſoleat petitionem hæreditatis non dari aduerſus titulo poſſidentem. Nam dominus quiſque feudi ſuo priuatim iure, ex lege feudi non ſucceſſorio res quaſque feudales vendicat. Itaque illa actio quamlibet vniuerſalis reſpectu agentis,quæ aduerſus alium de hæreditate controuertentem intentata in domi-
B cilij loco pro tota hæreditate (quæ ſcilicet ius eſt nullo loco ſitum) interrumperet,aduerſus cuiuſque particularis rei feudalem dominum particulare iudicium eſt, nec interrumpit, quia dominus quiſque ex conſolidatione rem retinet, & poſſidet. Ideoque vere hic locum habet, quod ante diximus, hîc fieri non debere extentionem præſcriptionis aut interruptionis de re ad rem,aut perſona ad perſonam : ſicuti in contrario caſu vnus ex dominis pro altero non præſcribit, ſed : ſeparatiſſima eſt cuiuſque cauſa, eſt igitur titulus actoris vniuerſalis, ſed tum demum, cùm de iure hęreditatis quęſtio eſt,& dubita-
C tur de iure ſuccedendi. Nam ſi iure agentis confeſſo agi cœperit aduerſus ſingulos, qui ſuo iure res quaſque vendicant, iudicium particulare eſt, quod aduerſus quemque vel titulo poſſidentem dari poteſt, quod intendi debet vbicumque res ſitæ ſunt, nec conſequentia fit de vnius lite ad aliam. Quæ valde notanda ſunt,pro his quas deſerentias, & caduca iure vocamus, ne quod in alio territorio interruperis, putes protinus producendum ad aliud, cùm ſeparatorum ſeparata cauſa ſit : Nec hunc illa gloſ.l.vlt.caſum præſuppoſuit,ſed alium à reſpectu iuris vniuerſalis hęreditarij,quod à loco domicilij Doctores me-
D titi ſunt.Cy.& Saly.

An interruptio ſuper actione ad exhibendum, ad 13
finem vendicandi interrumpat in vendicatione, ita vt lite finitâ ſuper exhibitione, & tempore vendicandi, præſcriptio vi interruptionis factæ in actione ad exhibendum poſſit vendicatio intentari, tex. negat interruptionem porrigi ad vendicationem. dict. leg. Iulianus. §. quantum. D.ad exhib. & ibi gloſſ. & Bart.& Fulgoſ.Iohan. Fab.dict. leg. cum notiſſimi & generaliter Bald. dict. leg. final. ait nullam interruptionem factam in actione præparante porrigi ad
E actionem præparatam, quæ ſententia valde notanda,eſt.

Ex illa Baldi ſententia conſequitur actionem in 14
reſcindente remedio conteſtatam, non interrumpere in reſciſſoria,id eſt,quæ reſcinditur, quod & Saly. notat. l.vlt. C. ex quib. cauſ. maior. & oppoſ.x. & iterum. l. quod tempore. C. de reſtit. milit. verſ. ſed nunc quæro, vbi & Caſt. Itaque qui ſuper literis reſcindentibus eſſet litem conteſtatus tempore reſciſſoriæ, interim lapſo, non admitteretur ad intentandam actionem, quæ petitur reſtitui. Sed ea ſententia accipienda eſt, vt illius iuris, & tem-
F poris, quo vtraque actio reſcindens, & reſciſſoria ſimul cumulari nequibat. l. in honorariis. §. ſed cùm reſciſſa. D. de act. & obligat. Nunc vero cùm per ordinationes regias vtrumque ſimul intendi neceſſe ſit, conſequetur conteſtationem, aut citationem æquè in vtraque interrumpere. Quod ſi quo caſu contingeret diuerſis temporibus intendi eas, quod ſæpe fit, cùm litigantes directo vendicatione, aut alia prima actione agunt, deinde exceptione, aut emptionis, aut tranſactionis repulſi, per viam replicationis reſcindentem inten-

dunt ex reſcripto, hîc inquam contingeret, ſi finitâ lite reſcindentis tempora ad reſciſſoriam intentandam præſtituta lapſa reperirentur, euaneſcere actionem reſciſſoriam, nec per vendicationem, aut actionem quæ reſtitui petitur interruptionem fieri, lapſo ſcilicet decennio ante literas obtentas, ſic enim loquuntur. Sed hoc alibi quoque incidet: de quo & Caſt. l. 1. num. 9. C. de inoſ. donat.

15 Ex eadem regula præparatorij ad præparatum eſt, quod cùm quærela inofficioſi ſit præparatoria ad intentandam petitionem hæreditatis, l. qui de inofficioſo. D. de inofficioſ. teſt. interruptio facta in quærela inofficioſi non interrumpet in petitione hæreditatis quod & Bald. dixit, l. vlt. C. de annal. except. Hæc regula poteſt eſſe vera, quoties actiones pugnantes non ſunt, & ſimul poſſunt intendi, veluti Caſt. exemplificat in l. 1. num. C. de inoff. teſt. in filio, aut hærede, qui inofficioſæ donationis querelam intendere poteſt, & eodem libello concludere ad reſtitutionem rei, hîc cùm actor in facultate habeat vtramque intendere, quod ſemper in foro facimus, non mirum ſi præſcriptio currat in ea, quæ omiſſa eſt cùm intendi poſſit, & interruptionem in vna factam, in alia non prodeſſe, arg. gloſ. fin. l. contra maiores. C. de inoff. teſt. & ibi Doct. Caſt. Saly. l. ſcire. §. ſcire D. de excuſ. tutor.

Contra argui poſſet in his, quæ tempora habent ſubordinata, veluti cùm teſtamentum nullum dicitur, quinquennium quod ad querelam inofficioſi intentandam præfinitum eſt, non currit, quia de inofficioſo agi nô poteſt, antequam ſuper nullitate pronunciatum ſit, l. contra maiores. C. de inoff. teſt. vbi Doct. idem dicendum in his, quę cumulationem non admittunt. Sed hæc intelligenda ſunt, ſi nihil imputari poſſit moranti, Bart. Bald. Caſt. Saly. dict. leg. contra maiores, etſi priore lite non excidit, de quo Tiraq. in retract. §. 1. gloſ. 10. q. 7. & §. 12. gloſ. 2. nu. 5. & 6. & quidem in oppoſitionibus ad approprimenta, quantumcumque non cumulabilibus contra obſeruamus, vt ſuper omnibus actionibus quantumcumque ſubordinatis interrūpendæ ſint actiones intra annum, ab eo die quo emiſſæ ſunt oppoſitiones, quod contra Ioh. Fab. dixit, d. l. contra maiores. Itaque interruptio facta ſuper vendicatione, aut hypotheca, in retractu non prodeſſet, nec è contra quantumcumque deducta, & non conteſtata ſuper ſingulis petitione. Et hoc iure vtimur foro.

16 An quantitatis actione propoſita, ſuper alia interruptio proſit. Hæc quæſtio etſi vulgo fit d. l. fin. in his terminis, tamen ſub loco potius de cauſa ad cauſam facienda fuit. Nam de eadem ſumma, quæ ex diuerſis cauſis debetur, non fit interruptio ad aliam, ſi proſequutio vnius cauſæ in ſpecie facta ſit, etenim actio quæ de decem intendit ex cauſa mutui, non interrumpet in ea, in qua decem petuntur ex cauſa locati, generalis enim petitio reſtringitur ad ſpecificata, ita vt generalis oppoſitio, aut actio ad ſpeciem redigatur, & id tantum petitum videatur, quod proſequutio particularis demonſtrat: etſi verum eſt generali petitioni τῶν decem, cùm duæ tales ſummæ deberentur ex diuerſis cauſis, poſſe quam voluerit proſequi eum, qui petitionem generalem intendit intra annum, poſt annum non poſſe quo iure vtimur, quia niſi actio ſubiiciatur intercidit oppoſitio, & ſuper actione oportet conteſtari, quæ intenditur de certo. Hæc tractatio dict. capit. 2. de libel. oblat.

17 An interruptio facta in poſſeſſorio, eo finito, ad petitorium porrigatur & Iohan. Faber. negat. l. cùm notiſſimi num. 18. C. de Præſcript. 30. anno. ſunt enim fines valde diuerſi, nec quidquam commune habere, l. naturaliter. §. nil commune. D. de acq. poſſ. & l. permiſceri eod. tit.

Quæ cùm bona ex parte ab Doctoribus dicantur de præſcriptione, ſumi tamen poſſunt ad determinationem caſuum interruptionum, propterea quod interruptio oppoſita eſt præſcriptioni, quare quibus caſibus præſcriptio locum habet ſiue directè, ſiue per extentionem, his omnibus vſus eſſe poteſt interruptionum. Nam his quibus, non præſcribitur, non opus eſt interruptionibus.

De tempore ad tempus, an præſcribi poſſit, iidem 18 inquirunt, & negant, itaque de iuribus præſentibus ad futura ſimilia præſcriptionem non extendi, c. cùm contingat, ext. de decim. Inde non putant præſcriptionem noualium præſentium, ad futuros extendi, Panorm. dict. cap. cùm contingat, Bald. l. fin. C. de emancip. lib. Interruptio igitur ad præſentia tantum obſtabit, & alia opus erit in futuris præſcriptione ſuper his inchoanda.

Partis quidem indiuiduę petitioni ſuper toto præ- 19 ſcriptionem interrumpi putant, Innoc. in c. dilectus ext. de capel. monach. Bald. cap. 1. §. quid ergo titul. de inueſt. de re al. fact. Quod ego ſic accipio, cùm pars vt pars petitur, ſecus ſi vt vnum totum integrale, item ſi pars petitur ex eadem cauſa, ex qua totum petitur, quod gloſ. intelligit, l. cùm notiſſimi. §. imo verb. innouata. C. de præſcript. triginta annorum. Nam totum vt petitum, & cauſa petendi diuerſa, aliam, & diuerſam rem faciunt, quod vulgo putant quinquaginta, & quinquaginta per ſe vt integraliter ſumpta, non facere centum, quod illi diſſerunt. l. 1. D. de verb. obligat. quod & in interruptione quoque accipitur, quæ fit per agnitionem debiti vt integralis, quæ non interrumpit, vt partem petituro.

20 Pari ratione qui in parte locum præſcripſerit, eiuſdem loci quidem partem aliam præſcripſiſſe videtur, ſi locus pars totius eſt, ideóque qui decima præſcripſit in parte inculti fundi, in alia quoque præſcripſiſſe videtur, cùm coletur, quod Panorm. ait conſ. 71. vol. 2. Ioh. And. Ant. But. c. cùm in tua extra de decimis, ergo qui in parte interruperit, ſuper toto interrumpit. Id verum eſt, cùm pars eſt in toto, & vt particulare ſub vniuerſali, ſecus ſi ſeparata pars eſt, quod ibi But. dicit, & Balb. d. parte 2. Ideoque Alex. in conſ. 16. lib. 5. negat præſcripta iuriſdictione in homines vnius loci, alterius loci homines præſcriptos videri, de quo nos art. 277. quod quidem in acquirendo verum eſſe poſſet, in retinendo ſecus eſſet, vt eo loco dicemus. Sic nec partis interruptio prodeſſet aliis, niſi quidem vt totum vniuerſale præſcribi intenderetur, quo caſu pars vniuerſi interrumperet.

DE INTERRVPTIONE NATVRALI PRÆSCRIPTIONVM.

Cap. 4.

1 *Interruptionum ſpecies aut modi duo.*
2 *Ciuilis & naturalis effectus & vis.*
3 *Ciuilis poſſeſſio ad præſcriptionem ſufficit.*
4 *Ciuilis retentio operatur interdicti poſſeſſorij intentionē.*
5 *Præſcriptionum ſubſtantialia vitiata vitiant actum.*
6 *Titulus reſolutus an valeat ad præſcriptionem.*
7 *Secundum ſubſtantiale in bona fide, & quid de mala ſuperueniente.*

8 *Tertium*

8 *Tertium substantiale in possessione.*
9 *Tituli relatiui sunt ad suas nullitates.*
10 *Naturalium interruptionum exempla.*
11 *Parietinæ, pali, & sublicæ possessionem retinent diruto ædificio.*
12 *Columbarij possessio retinetur per ruinas extantes.*
13 *Stagni item.*
14 *Interruptiones à rerum conditione.*
15 *Feudum nobile ab ignobili præscribi potest.*

1 Nihil vulgatius est, quàm quod iure ciuili traditum est species interruptionum duas esse, l. naturaliter, & ibi tota schola. D. de vsucap. & l.cùm notissimi.§.imo & illud. C.de præscript. 30. annorum, sed & quique interruptioni sui sunt proprij interrumpendi modi. Quæ naturalis dicitur, sic habet, vt quomodo naturalem possessionem dicimus corporalem, & realem detentionem rei, sic interruptionem naturalis corporalem item & naturalem occupationem contra possessorem ab alio quouis factam. Ciuilem quæ per ciuiles modos citationem, contestationem, & iudiciales interpellationes fit. Effectus
2 sunt, quod naturalis pro omnibus æque interrumpit, qui vsquam interesse habent, etiam si ab vno tantum facta sit; ciuilis vt iudicialia omnia ei tantum, qui litem intendit, prodest d. l. naturaliter, & vulgata tractatio, d.§.imo & illud, ratio ex Bart. petenda, quia possessio vniformis est quo ad omnes, & vniuersos respicit, nec nisi vna est, ideóque interrupta pro omnibus interrumpitur; sed ciuilis actus ex reg. res inter alios acta &c. ei tantum prodesse potest, qui eum exercet. Est igitur interruptio naturalis possessionis priuatio, quod de ciuili intelligunt, quæ sola necessaria est ad complendam præscriptionem, etiam si naturalis actu amissa sit, si modo recuperandi animus non desit, & ad hoc se possessor comparet, id vero quale sit foro posterius videri-
3 mus. Amittitur vero cùm eripitur, subducitur, interuertitur, occupatur ab alio, l. eia quo. D. de acq. poss. Perditur cùm possessor cuiusquam rei possessione decidit eo animo, vt desinat possidere, l. si quis vi.§.vltim.D.de acquir.poss. perditur & transfertur, cùm alteri traditur, l.quod meo.§.1.eodem titul. eripitur cùm quis vi deiecto possessore eam ingreditur, l.rem quæ nobis.D.de acq.poss. subducitur, cùm quis clam ingressus, venientem possessorem non admittit. dict. leg. rem quæ nobis & l. clam possidere eod. tit. interuertitur, cum commendata custodiæ coloni, aut alterius ab eo intercipitur, de qua l. vltim.C. de acq. poss. & nos supra loco proprio. His omnibus casibus amittitur naturalis actu, sed tamen ciuilis si retinetur, id est, si animus recuperandæ non
4 despondetur, si ratio recuperandæ, aut lis, aut interdictum possessorium intenditur, id quidem intra annum, post quem intendi interdicta nequeunt, illa quàmlibet actu amissa posterius recuperatâ possessione ciuili, interim perficiet præscriptionem, nonobstante reali alterius occupatione, quod sic accipi conuenit, sicuti è foro antea tradidimus, & notant, l. 3.§.ex contrario vt.§.Labeo.D.de acq.poss. Cæterùm vltra eos modos quos ante retulimus, alij quoq; traduntur interruptionum naturalium. Interruptiones intelliguntur cœptarum præscriptionum; nam ante incœptas non dicitur interruptio; sed defectus sub-
5 stantialium ab initio. Substantialia sunt in titulatis quidem omnibus, titulus, possessio, & bona fides, ab initio, id est, possessionis tempore, cùm inchoatur: horum aliquod si deest initio, præscriptio non procedit iure ciuili. Sed quærimus, quid si cum initio es-

A sent ea, ex post facto in aliquo eorum defectus interuenerit, an sicuti inchoari initio non potuit, si id accidisset, sic ex postfacto interrumpatur cœpta. Cùm primum de superuenientia defectus tituli quæ- 6
ritur, Bart. exemplum ponit in eo titulo, qui resoluitur sub conditione ipso iure, quod in pacto commissorio, aut adiectione in diem putatur, aut actione vi pacti reuendendi, vt in l.si hominem.D.de vsucap. an tum præscriptio titulata impediatur in persona acquirentis, ne possit sic resoluto titulo præscribere, & an interrumpatur cœpta; Bart. negat, nisi dominium ex natura actus ipso iure retransferatur in tradentem, aut alium, veluti in legatarium, præscriptionem interrumpi, quia præcedentis tituli effectus maneat, & vsucapiendi conditio, ex quo contingat, contractu ex conditione redimendi resoluto, quia ista resolutio non fiat ipso iure, sed per actionem restitutoriam, vt possit nihilominus emptor præscriptionem continuare. Quod si ipso iure dominium retransferatur, vt in duobus casibus adiectionis in diem, & legis commissoriæ, qui extinctiui sunt tituli de sua natura, & causæ ad non causam reductiui, tum inhiberi præscriptionem propter tituli extinctionem, sed non simpliciter sed respectu eius, quem talia pacta respiciunt, & qui sic stipulatus est. Itaque siquis vendidit sub pacto legis commissoriæ, aut emptionis in casu certo, eo existente titulus euanescit, & dominium retransit ipso iure, nec potest ab tali emptore res vsucapi aduersus suum venditorem, aut legatarium. Sed aduersus omnes extraneos sic, respectu quorum titulus, & vsucapiendi conditio remanet. Hæc recepta sententia Bart. quam Ang. Imol. Cum. confundunt potius, quam explicant, idem Cum.l.si hominem eod.tit. Sed res ex his, quæ dicimus, elucet, & quædam diximus in loco de titulis conditionalibus, & Saly.d. §. imo & illud, Pan.c. illud.nu.10.ext.de præscript. Et hæc in interruptionibus accidentibus in titulis post præscriptionem incœptam, quas non satis intelligo, cur illi inter naturales reposuerint, quarum natura est interrumpere pro omnibus, cùm istam ex superioribus pateat non interrumpere, nisi pro eo in quem dominium retransfertur; quod & Bart. ipse notat. d.l. naturaliter, nu.14. & inferius dicemus.

Secundum substantiale præscriptionum posuimus in bona fide: In qua vna est iurisconsultorum 7
conformis sententia, ex superuenientia malæ fidei in acquirente non contingere interruptionem, l.sequitur.§.de illo, l.iusto.§. etsi possessionis. D. de vsucap. nisi quidem sit de re furtiua, l. si ancillam. D. pro suo, etsi initio præscriptionis necessaria sit; hoc ipsum exprimitur, l.1. C. de vsucap. transf. Hanc sententiam Canonistæ improbant, & nostri agnoscunt his ea quidem in re pareri oportere. Quid demum iure patrio censendum & sequendum sit, in loco de bona fide expendemus. Nunc id tantum dicemus non esse in nostris approprimentis necessitatem bonæ fidei vllam.

Tertium est, quod exigitur ad substãtialia præscri- 8
ptionum possessio, qualem quidem ante descripsimus, id est, ciuilem cum naturali protinus recuperanda, quod Bart. notat d. l. naturaliter num. 12. & idem, l. si is qui pro emptore. §. si quis bona. D. eod. tit. eius defectus in totum, & quoad omnes siue in principio, siue in medio superueniens præscriptionem interrumpit, & naturalem interruptionem facit. Cur ita in possessione accidat, in titulo, & bona fide rationem adfert Bart. bonam d.l.naturaliter d. num.14. Quia titulus, & bona fides non sunt vnifor-

mes, ſed tituli plures ab pluribus haberi poſſunt, &
alij alios reſpiciunt, & eorum reſpectu quidam defi-
ciunt, qui idem reſpectu aliorum ſubſiſtunt, vt &
bona fides reſpectu cuiuſdam eſt, quæ mala alterius
9 reſpectu eadem eſt. Itaque nec tituli defectus, nec
bonæ fidei contra omnes poſſunt interrumpere,
quia ſunt relatiui ad ſuas nullitatis, aut reſolutionis
cauſas, & perſonas reſpectas, nec eas excedút. Quod
ſecus accidit in poſſeſſione, quæ vniformiter, & in-
definitè vna eadémque omnes reſpicit, vna enim
poſſeſſio non plures, licet ex pluribus cauſis, poteſt
contingere, l. 3. §. ex pluribus. D. de acquir. poſſeſſ.
Quare omnino ſine interruptione cótinuari debet,
nec ſequenda quorumdam ſententia, qui putant ſi
paruo aliquo tempore, veluti decem dierum, inter-
ruptio contigerit, dari reſtitutionem ex l. rerum
mixtura. §. Labeo. D. de vſucap. Sed in acquirendo, &
lucro captando non placet dari reſtitutionem cum
aliena iactura, & gloſ. dixit, l. ait prætor. §. ſi vi. D. ex
quibus cauſ. maior. Alex. Rom. Aret. l. 3. §. Labeo. D.
de acquir. poſſ. Bald. l. ſeruitutes, *la grande*. D. de ſer-
uit. Felyn. c. illud ext. de præſcript. Bald. in præſcript.
parte tertia ſextæ partis. q. 1. nu. 9. Tiraq. in retr. §. 36.
gloſ. 2. num. 7. & 29.

Et quoniam de naturalibus interruptionibus lo-
10 quimur, volumus exempla quædam earum vtilia ad-
ſcribere. In his illud cùm flumen, mare, vel eluuies
exundauit, & prædia ſic inſedit ne pedibus iri poſſit,
quod perquàm ſæpè accidit in paludibus Dolenſi-
bus l. 3. §. Labeo, l. qui vniuerſas. §. item quod à mari.
C. de acq. poſſ. Quod intelligitur, cùm tam diutina
eſt, veluti anni, vt frui non liceat: quem ipſum ca-
ſum in plures varios Alex. & Iaſ. d. §. Labeo diſtin-
gunt Fely. d. c. illud. Hoc cùm accidit, naturalis poſ-
ſeſſio perditur, præſcriptio interrumpitur, ita vt ſer-
uitutes amittantur ſuper his debitæ, ſi legitimum
non vtendi tempus tranſierit, l. ſi locus. D. quemad.
ſeruit. amitt. l. vnius. §. vlt. & l. ſeq. D. de ſeruit. ruſtic.
prædior. etſi dari reſtitutionem æquum cenſet iu-
riſconſ. l. & Attilicinus. D. de ſeruit. ruſt. prædior. Ta-
lis caſus cœptam præſcriptionem interrumperet,
poſtea impletam ius non adimeret, ſed vſum & poſ-
ſeſſionem vt rei cuiuſlibet propriæ & priuatæ. Aquæ
tamen vſus per inundationem non perditur, quia nil
tale additum tali mutat eius naturam, quod Bald.
ait, l. 1. verſ. ſed nunquid poſſeſſor nu. 39. C. de conſ.
Sed iſtud intelligitur, cum nil aliud quàm innunda-
tum prædium proponitur, nam ſi etiam in prædio
inædificatum eſt, ſubmerſione repentina poſſeſſio
non amittitur ædificij, ſi non ex toto dirutum eſt, &
quandiu aut maior pars aut quidquam ædificij ſu-
pereſt, veluti videmus accidere in molendinis, quæ
in littore maris ſita ſunt, & verò in fluminibus fere
quotannis, quorum temporales ſummerſiones poſ-
ſeſſiones non dicuntur interrumpere, ne ſi molendi-
na quidem diruantur, quandiu quædam de priore
materia ſuperſunt, pali, ſublicæ, trabes, parietinæ,
quæ ſymbolo & notæ eſſe poſſint prioris ſtructio-
11 nis. Hæc enim ſigna cùm ſint temporis ſucceſſiui, &
permanentis, ſignatum retinent in poſſeſſione iuris,
l. ſtigmata. C. de fab. lib. xi. Quare cùm iſta accidunt,
hæc cautio datur, vt proteſtatio fiat de iure ſuo apud
iudicem, & in ſignum iuris pali & perticæ inſigan-
tur, quod Cepola cautelis ſuis inſeruit. Cautel. 235. &
rurſum in tract. de ſeruit. tit. de ſeruitute aquæ du-
ctus, q. 9. principali & rurſum, c. 20. num. 9. Curtius
ſenior conſ. 26. incip. Quidam habens molendinum,
Bald. Angel. Floria. l. ſeruitutes. D. de ſeruitut. Bald.
l. Item lapilli. q. v. D. de rer. diuiſ. Bart. Angel. Imol.
Cum. Caſt. l. vlt. D. de vſucap. Præpoſ. Alex. tit. de
contro. inueſt. §. ſi quis de manſo, iſta, inquam, & ſu-
perſtantia fundamenta poſſeſſionem interruptio-
nem impediunt. Hæc dicuntur vtiliter ad vſum, quæ
tamen intelligenda ſunt, niſi diruto ædificio vicinus
prohibuerit ædificantem, & tali prohibitioni parue-
rit prohibitus, tum enim prohibens incipit præſcri-
bere libertatem loci, quod fit in omnibus iuribus
negatiuis. l. hæc autem iura. D. de ſeruit. vrb. præd. &
alibi diximus.

Par ratio & in columbario, quod ſi dirui contige- 12
rit, quandiu parietinæ & veſtigia reſtabunt, poſſeſſio
retinebitur; etiam ſi ante centum annos in eo nulla
columba reſederit, eoque iure vtimur, & perquàm
frequenter accidit vt vſus ſit, vt & in maſſis quoque
moledinorum flatilium, quæ poſt multum annorum
tandem à patribus fam. reſtitui, & inſtaurari poſſunt,
quod nemo rectè prohibere poſſit, quia veſtigia poſ-
ſeſſionem retinent.

Sed contra & ſtagni, ſiue lacus poſſeſſionem inter- 13
rumpi tradunt: quod tex. tradit. l. vnus. §. vlt. & d. l.
ſi locus. Quod ego intelligo, cùm ſtagnum aliena
prædia alluit, aut influit: Nam exſiccatio libertatem
dominis prædiorum reſtituit, & poſſeſſio tum ve-
rè interrumpitur ante præſcriptionem completam,
ea completa non vtendo amittitur, d. l. vnus. §. fin.
Sed nec ſimplici exſiccatione interrumpi putat Fe-
ly. d. c. illud, niſi agger quoque ſtagni dirutus ſit, ita
vt aquam retinere non poſſit, veluti aggere ipſo re-
tinente poſſeſſionem vtendi cùm libuerit, ſi nullus
actus prohibitorius interuenit. Sed ſi in ſuo domi-
nus ſtagnum habeat contra eſt: Namque per fundi,
& lacunæ vſum retinet ius & proprietatem, nec ha-
bet de iure ſuo proteſtari, niſi cùm quid in vicini
proprium reſtagnat, quod ius ſeruitutis eſt, & non
vſu amitti poteſt.

Sed & quod chaſmate perierit, cùm terræ motu
ſolum deſedit, amittitur, & interrumpitur naturali-
ter.

Quod hoſtis in tranſitu cum exercitu, aut obſidio-
ne, ſoli noſtri inſederit, eius poſſeſſionem non putat
Bart. interrumpi, ſed interim dormire, quoad fini-
bus exceſſerit, & ibid. Caſt. idem putat. Panormi. &
Fely. d. c. Illud, aut quod tempore ſchiſmatis aut va-
cantis eccleſiæ, aut iuſtitij poſſideatur, dormitionem
præſcriptionis putant non interruptionem. Itaque
cùm Annibal in obſidio Romæ tabernas, quæ in fo-
ro Romano erant, venderet, meliore iure prædium
quod inſederat vendidit dominus Romæ. Liuius fa-
ctum memorat. De quibus omnibus Hoſt. in ſumma
tit. de præſcr. verſ. quibus modis, & verſu quæ res
præſcribi poſſunt.

De his rebus quæ applicatione alterius corporis
immutantur, ſcripta eſt l. rerum mixtura. D. de vſu-
cap. Et nos alio loco ſcripſimus ex corporum com-
poſitione & conditione diiudicandum, an interru-
ptiones fiant.

Sed nec ſolæ illæ rationes ſunt interrumpendarum 14
præſcriptionum naturalium, ſed quædam à rebus
ipſis, quædam à perſonis præſcribentibus ſpectantur,
cùm cauſæ impediendarum præſcriptionum inter-
currunt. A rebus ipſis, cùm res conditionem mutat,
in ſtatum præſcriptionis non ſuſceptibilem, veluti
cùm ſacræ fiunt religioſæ, publicæ; à perſonis, cùm
res incidunt in perſonas incapaces, vt ſi mancipium
Chriſtianum legato, aut vllo titulo deueniat ad Iu-
dæum, præſcribere non poterit, & interrumpetur
præſcriptio, quia Iudæus incapax eſt talis poſſeſſio-
nis. Sic vt de iure patrio dicamus aliquid, ſi feudum 15
nobile

nobile deuenerit ad ignobilem personam, præscriptio interrumpetur, nec perfici poterit, propter incapacitatem possessoris, sed id intelligitur quo ad principem, quem istud interesse respicit. Nam quo ad extraneos nihil vetat quominus res præscribi possit glo. l. & his consequenter in simili. D. famil. herci sc. Sic si res donata est ab homine mulieri, aliena quidem, & postea acciderit mulierem donatariam vxorem fieri domini rei, ante completam præscriptionem, ea interrumpetur l. si sponsus. §. si donator. D. de donat. int. vir. & vxorem. In quo Imol. rectè Bartoli sententiam intelligit, quàm malè Angelus reprehenderat d. l. naturaliter, sed in hoc casu etiam mixtus est defectus tituli.

Ad interruptionis naturalis modos illum quoque adiiciunt, cùm dominus scienter rem suam ab alio conducit, Bart. l. ei à quo. D. de acqui. possess.

De interruptione verò, quæ ex defectu bonæ fidei traditur in d. l. naturaliter, plenissimè dicemus in loco de bona fide.

Atque ista & hactenus de interruptionibus naturalibus.

DE INTERRVPTIONE CIVILI: ET PRIVS DE EXTRAIVDICIALI, vt de intercessionib. seu oppositionibus.

Cap. 5.

1 *Extraiudiciales interpellationes nunquam interrumpunt.*
2 *Exceptiones ab eo.*
3 *Interruptiones conuentionales, & earum exempla.*
4 *Oppositiones interrumpunt.*
5 *Plegiamentis nobis omnis interruptio fit.*
6 *Oppositionum consideratio per totum, siue iudicialium siue aliarum.*
7 *Oppositio non requirit commissionem iudicis.*
8 *Iudicialium & extraiudicialium nullum discrimen contra pragmaticos.*
9 *Præsentia iudicis actum non facit iudicialem simpliciter. Oppositio est actus partis, ibid.*
10 *Oppositio non habet vim citationis.*
11 *Actio, & oppositio sunt separata.*
12 *Oppositiones vtriusque generis sunt annales ad prosequendum, & ratio.*
13 *Oppositiones adiecta causa pro actionibus non habentur simpliciter.*
14 *Defectus obtentus super simplici oppositione non interrumpit in actione.*
15 *Oppositiones in præscriptionibus titulatis contestationem exigunt ad interruptionem.*

1 Nunc de ciuilibus dicendum, hoc est, quæ à iure ciuili originem, authoritatem, & vsum habent, non à natura vt superiores. Rursum ex his quæ ciuiles appellantur, aliæ iudiciales sunt, aliæ extra iudicium fiunt & exercentur. De extraiudicialibus absolutum responsum iurisconsultorum traditur, nullam præscriptionem, quæ cursum inchoauerit, per eas interpellari l. alienam. D. pro empt. Hoc genere sunt summationes, denunciationes, interpellationes, intimationes, significationes, quę extra iudicium fiunt, sine citatione, & conuentione iudiciali, quarum nulla præscriptionem semel cœptam interrumpit. Itaque quod quis extra iudicium debitorem appellauerit, conuenerit, rogarit ex consilio l. quidam Hiberus. D. de ser. vrb. præd. etiam per apparitorem Bart. d. l. alienam, quod ex occursu dixerit, non valebit ad interrumpendum; siue ea legalis sit præscriptio siue statuaria, siue longi temporis, sit & titulata, siue longissimi temporis vt quadragenaria, aut tricennaria quàm libet odiosa, quod ait Bart. l. diutina. C. de long. temp. præsc. Bald. & Angel. l. super longi eod. tit. Panor. & Fely. c. nihil & c. illud ext. de præsc. Bart. Cum. Lud. Rom. Cast. Imol. d. l. naturaliter. Alex. ibi. add. ad Bart. verb. Interrumpatur, allegat Imol. l. si seruum. §. sequitur. D. de verb. obligat. Balb. 3. parte 6. part. qu. 4. num. 19. Boer. decis. 333.

Ab hoc regulari theoremate excipiunt præscriptiones conuentionales, id est, quæ ex conuentione currunt. Nam eas putant extraiudiciali interpellatione interrumpi l. si mandato Titii. §. penult. D. mandat. & Fely d. c. Illud, quæ valdè notanda est animaduersio. Et illam l. si mandato, ad hoc expendit Cast. l. eum qui ita. §. qui ita 1. D. de verb. oblig. Balb. in præsc. tertia parte sextæ partis q. 4. nu. 21. Quanquam id mihi non probat is tex. Boer. decis. 333. 2

Sed & aliam exceptionem adferunt, vt interpellatio, aut denunciatio, aut protestatio extraiudicialis sufficiat ad interrumpendum, cùm nondum cœpta est præscriptio, id est, ante adeptam possessionem: Quia denunciatio talis, re integrâ, sufficiens causa sit ad inducendam malam fidem, & impediendum principium l. si fundum. C. de rei vend. Sed hoc non simpliciter accipiendum est de simplici & nuda denunciatione, cui nec quisquam protinus tenetur credere, ne cuiuis, sed ita demum, si documenta legitima ostendantur, & testationes, aut idonea causa probetur. Quod Fely. d. c. nihil ad fin. & Panor. ibid. nimium indistinctè pronunciant. Et Bald d. l. si fundum, etiam nudæ credendum putet post glos. in l. si maior. C. de rescind. vendi. Fab. l. cum notissimi nu. 17. C. de præscr. 30. anno. Boer. d. decis. nu. 4. Bart. l. 1. D. de op. no. nunc. in princip. Alex. cons. 26. vol. 6.

Sed & cùm iudex abest, nec copiam sui facit, idem valere extraiudicialem denunciationem putant, ex ratione l. vt perfectius. Cod. de annal. except. aut cùm pars abest, aut vagatur sine domicilio, quod Fely. notat d. c. illud, & Balb. vbi sup. Bald. l. Cùm notissimi. §. imo. §. potest. 16. q. 3. Panor. & Cano. d. c. nihil, similis casus est l. si præsens. C. de Episc. audi. quem Io. Fab. allegat. d. l. Cùm notissimi nu. 17. Et alius l. 2. C. de eo qui per met. iud. & l. de pupillo. §. si quis ipsi pretori. D. de op. no. nunc. Collegit & alios Fely. d. c. nihil.

Cæterùm, vt ista iure ciuili vera sint, iure patrio in approprimentis edictalibus procedere non possunt, tum quia in malæ fidei præsumptione fundantur, quàm nos eluimus promulgationibus, & edictis, vt alibi docebimus, tum quia fortior præsumptio est de non iure denunciantis, qui toties admonitus publicè, non intercessit, quàm de scientia rei alienæ in acquirente, qui nec temerè credere debuit, & toties euocauit eos, quorum interesse poterat, & edictis purgauit malæ fidei opinionem (si quæ erat contracta ab alieni iuris denunciatione) itaq; ad interrumpendum omnino necessaria est formalis intercessio, hoc est, oppositio in forma: Nec enim protestatio eneruat titulum, quod Bald. ait d. l. si fundum.

Sed & extra iudicialium interruptionum ciuilium præter superiores, alij quoque modi iure ciuili traduntur: Sunt enim quidam conuentionales, hoc est, qui à conuentione partium descendunt, & tacito, vel expresso consensu cuiusque præscribentis, qui ius alienum tacito, aut expresso facto recognoscit, fictè, verè, vel implicitè. 3

Cuiusmodi est, cùm obligationi pridem contractæ adiicitur fideiussor l. Cùm quis. §. si quis pro reo. D. de

fideiuss. glos. Salv. Ioh. Faber. d. l. Cùm notissimi. §. imo & illud, vel si pignus datur vt ibid. Ioh. Fab. Boer. d. decis. 333. [A]

Sed & debiti agnitione præscriptio interrumpitur, glos. d. l. cùm notissimi; Agnoscitur autem etiam epistola, cuius rei exemplum ponit. Boer. d. decis. 333. ante perfectam eam quidem: Nam post perfectam nihil prodest interruptio, vt ibid. scribit. Interrumpitur item, cùm dilatio petitur ad soluendum l. ad solutionem. C. de vsur. rei iudic.

Quid vero si debitum sub conditione agnoscitur, quod vulgo maligni debitores faciunt, cùm grauari [B] confessione metuunt, sub his verbis *A la charge de cinq solz de rente, si deuz sont.* Hanc quæstionem facit Ioh. Fab. d. l. cùm notissimi num. 10. Et videtur tenere non prodesse, nec operari interruptionem, quia incerta sit confessio, & de incerto; quam ego quidem puto, quo ad probationem debiti veram esse, nec per talia verba debitum probari, quia substãtia obligationis in conditione ponitur, quæ de se nil ponit. Sed quo ad interruptionem probato debito, & intentione agentis, puto talem confessionem interrumpere præscriptionem: Ita vt si nihil opponitur præter præscriptionem, obtinere actor debeat, [C] quia confessionis veritas, & debiti substantia determinatur per probationem, & consequenter agnitio debiti. Ergo qui agnoscit debitum sub his verbis (si probabitur deberi) eo probato non summouebit præscriptione agentem, quia ab eo tempore interrupta est, quo debitum est agnitum, conditione enim agnitionis impletâ per probationem, agnitio pura videtur fuisse ex die retroacta, quod in dispositionibus conditionalibus postea purificatis supra docuimus, quod notandum est.

Si præteriti debiti vsuræ, vel arreragia soluantur, fit conuentionalis interruptio d. l. si quis emptionis. [D] Ioh. Fab. d. l. cùm notissimi, Panor. d. c. nihil.

Si item hypothecata res ob debitum volente debitore appræhenditur glos. d. l. cùm notissimi.

Iidem cùm secunda cautio emittitur *qu'ils appellent renforcer de cautum*, vel nouatio fit debiti, aut transfusio in aliam obligationem d. l. cùm notissimi. Panor. vbi sup. & ibi Iohan. Fab. vetus consuetudo art 256. Quod ego verum puto, etiam si obligatio renouata, aut in transactionem redacta rescindatur aliqua de causa, manent enim confessiones, & restituuntur actiones, vt agnitæ contractu quamlibet rescissibili, [E] quod Bald. dixit l. si absentis. C. si cert. pet.

Sed & si consensu partium res sequestro deposita sit, fit interruptio l. interesse puto. D. de acq. possess. Panor. & Fely. d. c. illud.

Si testator summam legat, vt debitam creditori, aut speciẽ, debiti agnitione præscriptionem interrũpit: quod Bald. dixit l. 1. col. 6. vers. sed nunquid. C. de furt.

Si colonus in iudicium vocatus, super vendicatione rei dominum in iudicio nominauerit, & lis denunciata sit, ex forma l. vlt. C. vbi in rem act. fit interruptio. Bald. l. 1. d. tit. vbi in rem act. Abb. & Fely. d. c. illud. Abbas c. quoniam frequenter. §. quod si super ext. vt lit. non contest. [F]

Denique, quotiescunque actus tacitam, aut expressam, vel præsumptam iuris alieni, aut debiti confessionem implicat, toties fit interruptio ciuilis d. l. cùm notissimi.

Sed & inter extraiudiciales ciuiles interruptiones, connumeranda est intercessio, quam nos oppositio-
4 nem solemus appellare, ab quâ approprimentorum omnium progressus inhibemus. Nec mirari quisquam debebit, si hanc inter extraiudiciales interruptiones reponimus; quia natura oppositio actus extraiudicialis est, quod si quando in iudicio interponi contingat, id fit per accidens præter actus conditionem, nec iudiciali modo, aut iure. Intercessiones latini appellabant nimium notas Romanæ historiæ, tribunis plebis olim familiares aduersus senatus consulta, rogationes, leges quæ postea sublata populari potestate ab imperatoribus sunt sublatæ: nostri plegiamenta eodem significatu accipiebant, voce ne Francis quidem incognita, ex eo dicta quòd intercessores, vades dare, id est, *pleges*, ferè semper adigebantur ex natura formulæ solemnis. Vtramq; oppositionem scilicet, & plegiamentum pragmaticorum ταυτολογία solet coniungere bis scilicet κατὰ τὸ αὐτὸ vt iurisconsl. loquitur l. 1. D. de ædilit. edict. vsus intercessionum oppositionum & plegiamentorum in subiecta quidem materia, cùm actus aliquis geritur, siue contractu, siue iudicio ab alio qui obsit intercessori, & eius præiudicio fiat, ne alius res intercedentis proprias, pignoratas seruituti, aut cuiquam iuri obnoxias distrahat, alienet, auctioni subiiciat, seruitute liberas emat, sibi habeat, aut quocunque modo in alienum mancipium transferat, quod fraudi, præiudiciòve sit intercessori per approprimenta, denique de eo omni quod sibi dari, fierìve quisquam de re aliena oportere contendat, quod forum dicere solet, opponere sese in præiudicium iurium suorum. Nam omne fere approprimentorum impedimẽtum ab oppositione inchoatur. Ea verò, aut generaliter, & indefinitè, aut specifica expressa causa concipi solet, crebrius quidem indeterminatè, & vim suam ex 5
eo die, quo parti denũciata est, accipit, ex qua interruptio fit in annum. Quæ parti, aut ad domicilium denũciatur, sine periculo est, cùm expressam auctoritatem habeat ab ordinationibus regum. Cautius omnino agendum in his, quæ apparitori inter ipsos actus bannimentorum denunciantur, quia nisi inter ipsos actus, non valent, nec auctoritatem habent: Cùm verò ipsi apparitori edicta promulgãti denunciantur, tenetur ipse in sua relatione mẽtionem oppositionis facere, quæ vicem denunciationis, & intimationis hoc modo facta obtinet. Nec probanda sententia Baldi, quo loco Balbus eum allegat. parte. 3. sextę partis q. 4. principali, amphat. 4. vbi aliud sensisse Bald. scribit, & alibi denunciatam intercessionem, quam in domicilio interrumpere, quod quidem vsus non est admissurus, nisi quidem in casu l. vlt. C. de annal. except. tametsi aut rarò, aut nunquam posset id hoc regno contigere. Sed nec iudici 7
iussum aut mandatum aut (vt loqui solent) commissionem oppositionis substantia requirit, sed priuatæ facultatis & arbitrij est l. 1. §. nunciatio. D. de op. no. nunc. Nunciatio (inquit) necessariam non habet prętoris aditionem: ideoque cùm necessaria non sit, vitiosè adhibuisse, vel ex iudicis incompetentis autoritate non nocuerit, quod alioqui nimium indefinitè Angel. dixit l. si vacantia. Cod. de bon. vac. quam dubitationem latè Tiraq. exercet in retract. §. 1. glos. 9. num. 82. & 83. Nec tamen negandum quin in iudiciis quoque intercedi, & possit, & soleat inter ipsas certificationes, qui actus approprimenta solet claudere, *en l'endroit des obeissances*, aut missione factâ intra eandem audientiam, *apres le congé en la mesme audience.* Id enim admittimus, veluti parum exaudita voce præconis ex l. diuus. D. de restit. in integ.

Sed in vi oppositionum disterminanda, quæ in iu- 8
dicio vel extra iudicium fiunt, valde à pluribus erratur, cùm prosequutionis tempora alterius alia esse putant, & iudicialium longiora. Quę opinatio manifesta

A festa ratione oppugnatur : Nam cùm oppositio aut
plegiamētum conditione, & materia sua nihil aliud
sit quàm testatio voluntatis prohibitoriæ eius actus
qui geritur,& repugnantis intentionis indicatio, de
eo quod opponentis prӕiudicio fiat,par effectus eius
est, quocunque tandem loco fiat, nec iudicium aut
iudicis præsentiam actus natura desiderat; est enim
oppositio merè actus partis,non minus quam actio-
nis intentio, & à mera, & libera voluntate agentis
dependet,nec iudicis autoritatem requirit.d.§.nun-
ciatio. Quod si in iudicio fieri contingat, id habet ab
accidenti,non ab natura,aut substantia actus, quare
B à iudicio nihil accipit, id totum quod habet ab parte
habet, nec loco naturam mutat, nec ideo magis
actus iudicialis dicitur, aut censetur, quod contin-
genter in iudicio fiat, cùm in totum pēdeat ab agen-
te, quo ad formationem quidem, & si prosequutio
sine iudice fieri non possit, re quidem in controuer-
9 siam adductâ. Sunt enim illi propriè actus iudiciales
dicendi,qui actore,reo, & iudice inter repugnantes
cognoscente exercentur : nec præsentia iudicis, nec
locus tales facit, si non cognitionaliter proceditur,
quod Bald. Salyc. Alb. pronunciant l. interrogatam
& l.iubemus.C.de lib.caus.& schola l.1.C.de confes.
C Quem locum Tiraq.exequitur in retract.§. 36. glos.
2.num. 55. Idcirco cùm in iudicio fit,tam actus partis
est, quàm extra & priuati est arbitrij, iudex non in-
terfatur, potestatem suam non accommodat, nec
cognoscit,ac fortasse ne audit quidem, aut intelligit
intercedentem, nulla allegatio,nulla conclusio per-
sæpe fit, quorum nihil est necesse facere in opposi-
tione quidem formanda,sed interesse sufficit. *Pour les
causes que l'opposant deduira lors que mestier sera.* Nec calor
iudicialis,cui vulgò tantum tribuitur,hîc sese exerit,
quia talis caloris fomes non ab simplici,aut nuda, &
D quasi statuaria iudicis præsentia tribuitur, sed ab in-
tentione iudicis officium, & cognitionem contradi-
centibus aduersariis accommodantis, & ab cogni-
tionali auctoritate. Neque enim omnis actus iudicis
iudicialis est,nec si pro tribunali quidem geratur,sed
tum demum, cùm cognoscit, cùm officio fungitur,
oppositio ad sui formationem nihil eorum requirit,
sicut nec interpellatio, denunciatio, protestatio.
Quare si in finibus oppositionis actus constitit, nec
vltra ad dicendas causas, & cognitionem est proces-
sum, nihil plus habet virium, quod intra iudicium
E factum est,quàm quod extra, vtrumque enim æquè
pendet ab eadem eiusdem agentis potestate. Quod
vetus consuetudo satis indicabat c.256. nam aures,&
oculi,quæ organa sunt sensuum,si non intendunt ad
obiecta,nec vires applicant,nihilo plus agunt,quàm
saxa, sicuti olim Liuia Augusti dixit, cui cùm homi-
nes nudi occurrissent, & ideo eos mori oporteret,
vetuit illa, nihil enim illos ait differre à saxis, probis
quidem fœminis. Ideo quod iudex præsens sic aspi-
cit, sic audit vt non intendat, nec videre, nec audi-
re dicitur, ergo nec officio fungi non magis quam
dormiens, nec magis pro iudice accipiendus est,
F quàm pro stipite,aut surdo & muto: iudicis enim of-
ficium est totum in cognitione, & tum demum iu-
dex dicitur, cùm iudicat, non cùm dormit, aut am-
bulat, aut aliud agit. Cognoscere verò non potest,
cùm causa nulla proponitur iudicanda,vt in illa for-
mula. *Pour les causes qu'il dira.* Nam etsi interdum ac-
cidit, & frequentius in iudiciis causas oppositionum
edi,& subiungi actiones, tamen cùm id fit, atque in-
de iusta interruptio per cognitionem generatur,
non est oppositioni per se consideratæ tribuenda in-
10 terruptionis causa,sed prosequutioni; nec oppositio
per se citationi æquipollet. Recte Catel.Cotta verb.
statuto, seu decreto ait contradicentem non dici
agere, nisi addatur prosequutio, si dies ad iudicium
dicta non est. Sed cùm causæ eduntur, & concludi-
tur dari, fierive, fit in actionem transitus, nec intra
fines oppositionis residetur. Quæ causa fuit erroris
pragmaticorum, cùm in iudiciis vrgeri spontaneos
intercessores viderent ad proponendas actiones; id
oppositioni tribuerunt, quod erat actioni tribuen-
dum, & terminos confuderunt promiscuâ acceptio-
ne. Et quia accidit subiectis actionibus iustas inter-
ruptiones fieri in quindecennium alterum,putarunt
iudiciali oppositioni vim esse maiorem, cùm extra
iudicialem non amplius anno durare faterentur, *Art. 178.*
cùm vna vtriusque natura, & potestas sit, & eadem *N. C.*
tempora prosequendi,& vtraque anno æquè consu-
matur. Quia simplex oppositio non est reperta ad
implendam vim actionum, ne oppositio per se dari
fierive quidquam exposcit, nec res vendicatur, nec
debitum petitur, cuius substantiam oportet præexi-
stere ad præbendam materiam oppositioni,quæ sine
aliqua ante nata, & præexistente causâ sustineri non
posset;sed vbi subest, iam oppositioni causam mini-
strat,per quam quisque,vt ius suum saluum sit, pro-
testatur,sed actionem nondum intendit. Non nasci- 11
tur igitur actio ab oppositione,sed ante nata conser-
uatur, ne patientiâ, & solemnibus bannimentorum
excludatur. Imprudens igitur illa iudicatio,quę alte-
ram ab altera non secernit, & effecta confundit vsu,
cum per oppositionem id dumtaxat agatur,vt agen-
di facultas conseruetur per actionem,vt id cōsequa-
mur quod nostrum est,aut nobis debetur. Fines igi-
tur diuersi, quod vetus consuetudo conata est expli-
care art.52.sed vt rudi seculo, nō satis fœlici demon-
stratione, sed id iuris quoq; ciuilis auctoritas sic ex-
pressit, vt ad hoc ipsum probādum facta videatur. Si
quis (inquit text.) interdictum efflagitat, inter ipsa
cognitionum auspicia actiones exprimere, & suas
allegationes iubeatur proponere l. vlt. C. de interd.
quem glos. non intellexit,& aliorsum detorsit. Ergo 12
consequitur oppositionum siue iudicialium,siue ex-
traiudicialium,eundem vt finem,sic tempora prose-
quutionum eadem censenda, hoc est, anni vnius à
die denunciatæ oppositionis, quod vetus consuetu-
do expresserat,art.48.& art.220. Et forum in extra-
iudicialibus indubiè obseruat; in iudicialibus pede-
tentim, & nutanter. Mirúmque tam vtilem & mo- *Hinc art.*
mentosam cautionem ab reformatoribus esse omis- *178. N.C.*
sam,sed maluisse vagis cuiusque iudiciis permittere,
quod lege erat diffiniēdum, quod veteres tam enixè
seruabant,vt intentato plegiamento, etiam *qu'il fust
iuge à tenir*, vt tum loquebantur, id est, interim ob-
tinere tamen interrumpendi vim non haberet, nisi
sequuta iudiciali cōflictatione, aut vna aliqua de his
interfationibus, id est, appunctamentis, quibus in-
terrumpendi vis vsu fori tribuebatur, *comme iour iuge*,
vt tum vsus erat: & nisi prosequutione tali sequuta
plegiamentum intercidebat, *& s'en alloit hors, & se
trouuoit l'acquereur approprié.* Cui vtentium auctoritati
illam rationem adiiciebant veteres ex communiter
accidentibus,quod aliter vsurpantibus & oppositio-
nes post annum recipientibus, futurum erat vt nihil
facilius foret, quàm venalem aliquem apparitorem
reperire, qui falsâ oppositionis schedâ, vt loqui so-
lent, *par vn exploict faict par sus la haye*, insidias strue-
ret alienæ securitati, & commerciis; incauto, & in-
sciente acquirente, si simplex oppositio prosequēdi
facultatē in integrum quindecennium reiiceret,non
minus quàm actio contestata, si forte rancida aliqua,

aut verò recenti fuligine oblita perfidi apparitoris A syngrapha, vt vetustatem mentiretur, prodiret ab arca, vt occultus è specu latro, quæ incautos, destitutos, & fortè minores acquirentis liberos inuaderet rei gestæ inscios. Quis non videt, si hoc admittitur, tanto rerum, & commerciorum momento futuros qui grādi pretio tales apparitores, & syngraphas redimere velint; & verò fore multos, qui magnitudine pretij redimi se patiantur. Cui malo veteres occurri putabant, si anno vita cuiusque oppositionis finiretur, nec porro liceret protēdere, dum res calet, probationes extant, & licet refellere. Cuius rei rationes etiā aliàs vetus consuetudo adferebat: quia iusta præsumptio esset, cessante intercessore post oppositionem, aut litem sponte remissam, aut transactum esse, aut actorem conscientia impulsum ab iniusta lite discessisse, quæ non planè inciuiles rationes sunt. B

Quare magna ratione silere tales oppositiones vsus & tribunalia voluerunt, & vsus obtinuit, si anno toto prosequutio nulla sit facta, id est, si actio nulla proposita est.

Nec diuersus est tamē generalis Franciæ stilus, qui oppositiones omnes anno finit, etiā contra quascunque executiones, & prehēsiones in terminis, & qualitate reorum, & post annum persecutionem non permittit in eadē qualitate, nec vi oppositionis formalis, sed per actionem petitur directo cassari actus, & opponens fit actor. quod Mol. scribit. §. 52. glos. 1. num. 148. Sed hanc actionem temporum lapsus, post annum non admittit. Nec iudicialis autoritas prosecutionis necessitatem in oppositionibus iudicialibus supplet, aut negligentibus indulget, & si plenius falsitatibus occurrit, propter lucem iudiciorum, & te- C
13 stationum fidem. In quo plerumque in dubitationem venire memini, cùm sic oppositio concepta esset, vt causa actionis intelligi posset, an satis esse videretur ad interruptionis effectum, veluti cùm quis sic oppositionem cōcepit *il s'oppose en preiudice de promesse, ou d'hypothecque, ou de seigneurie.* Namque hîc videri potest admixtam esse actionem, vt interrumpi approprimentum debeat, & vulgò dicitur libelli aut actionis conceptæ voces impropriari debere, vt intentionis agentis seruiant l. si quis intentione. D. de iud. cùm præsertim de damno vitando agitur, & conseruando iure. Sed mihi videtur tali cōceptione non satis esse factum, vt actio proposita videatur, nisi & allegatio, & conclusio subsequuta sit. Neque E enim, qui sic oppositionem concipit, intendit actionem neq; agit, sed agere vult, quod Bart. dixit l. amplius non peti. D. de re rat. hab. Bald. expresse l. fin. §. illud in princip. C. de temp. appellat. de quo in præscriptionibus quidem titulatis dubitari non posset, propterea quod hę præter actionem intētatam contestationem etiam exigunt. In cæteris in quibus citatio dumtaxat sufficit, dubitatio maior: Sed ego, nisi dies ad iudicium dicta sit, & res expressa quæ petitur, & causa petendi, nec citationem valere puto, nec interruptionem fieri, quia ord. regum expressum est, citationes omnes libellatas esse oportere, id F est, libellum inseri, alioqui nullas esse. Constat autem libellus expressione rei petitæ, & causâ petendi, & conclusione, quæ hoc casu nulla dum capitur. Quare non amplius anno durare, sic conceptam oppositionem puto, si nihil amplius progressum est: Multominus si opponens aduersarium vocauerit ad procedendum super oppositione, nisi etiam causam petendi, & actionem subiecerit.

14 Nec eremodicium, aut defectus super tali citatione effectum habent interrumpendi, quia defectus obtentus super causa oppositionis, non posset vim obtinere contestationis super actione nondum dictata, ita vt lapso interim anno approprimentum absoluatur, quia post eum lapsum tempora non largiuntur, vt actio institui possit. Erit igitur hic ordo explicandæ litis, cùm oppositioni subiicitur actio, & obiicitur exceptio præscriptionis, & approprimenti, id est, finis non recipiendi.

Aio te fundum Cornelianum, quem de gentili meo emisti, qui mei item stemmatis est, restituere mihi oportere, restituto pretio, & impensis.

EXCIPIT REVS.

Nisi bannimentis, & ritu consuetudinis solemni exclusus es, & ego hunc fundum mei mancipij iure optimo feci.

REPLICAT ACTOR.

Atqui ego intercessi.

DVPLICAT REVS.

Illa inutilis intercessio est, quæ anno toto intercessionis causam nullam edidit, actionem nullam dictauit.

Hic status litis iudicialis est, & iudicis partes agentem excludere, si nō docet actionem intentatam esse: atque etiam in præscriptionibus titulatis contestatam litem. Euanescūt enim anni lapsu oppositiones, vt vina quæ ætatem non ferunt, atq; ipsæ actiones clauso semel approprimēto excluduntur, nisi intra annum contestatio super his fiat, quod secus est in his actionibus, quæ nullo approprimento retro excluduntur, quoniam etiam interruptione abolita per peremptionem instantię durare possunt temporibus suis legitimis, & redintegrari; sed vbi semel approprimentum consummatum est, proposita actio ad id interrumpendum contestanda est, alioqui approprimentum recōualescit. Ista veterum obseruatio, & vsus, quod ego pluribus ideo necesse habui explicare, quia cognoscente me magnas sæpe controuersias agitari memini, & personare pluteos, cùm ea de re contenderetur, nec fines cuiusque formulæ intercessionis, aut actionis satis ab patronis secernerentur, nec vllus medium feriret. 15 D

DE INTERRVPTIONIB. IVDICIALIBVS: ET PRIMVM per citationem.

Cap. 6.

1 *Interruptiones iudiciales.*
2 *Interruptionum ciuilium modi.*
3 *Citationum interruptio.*
4 *Citatio, vt quis veniat de iure responsurus, non interrumpit.*
5 *Citatio indeterminata interrumpit super omni causa.*
6 *Citatio debet esse libellata.*
7 *Actiones vniuersales & generales interrumpunt generaliter intentata.*
8 *Particularia iudicia.*
Oppositiones generales recipiuntur sine expressione causæ. ibid.
9 *Nunciatio noui operis causam non requirit.*
10 *Citatio restringitur ad specificata.*
11 *Generali oppositione totum ius consumitur.*
12 *Clausula in libellis* sauf droict d'autres conclusions, *quid valeat.*
13 *Citatio inualida.*
14 *Assignatio intra tempus incidens post tempus completum, an valeat.*
15 *Quid* si la cause ne vient au roolle dedās le temps.

16 *Citatio*

16 *Citatio & renunciatio an interrumpant.*
17 *Citatio non requiritur peremptoria.*
18 *Citatio sola præscriptiones longißimas interrumpit.*
19 *Salariis Aduocatorum & Procuratorum præscribitur.*
20 *Pretoriarum actionum præscriptio.*
Statutariæ præscriptiones. ibid.
21 *Canonistarum opinatio de interruptionibus.*
22 *Mala fides non manet perempta instantia.*

1 Superest, quæ pars altera est diuisionis nostræ, vt de iudicialibus interruptionibus dicamus, quæ ipsæ merè ciuiles sunt: Ideoque non nisi suis auctoribus & agentibus prosunt, externis minimè, qua natura est ciuilium actuum ex vulgaribus regulis; res inter alios actas, &c.

Fiunt vero eiusmodi interruptiones, per Citationes.

2 Libelli præsentationem,
Contestationem,
Rescripti denunciationem,

De quibus singulis sigillatim etiam nobis dicendum est, vt tradita ab scriptoribus iuris confusè materia, ordine, & methodo accipiatur, & melius hæreat memoriæ, quod hoc modo ea de re tradetur, obseruatúsque vsus fori in iuris ciuilis dispositione mutauit.

3 Et Citationes quidem primo ordine iudicialium interruptionum posuimus, quia & si in iudicio non fiant, ad iudicium tamen euocant ipsæ, & inde primus progressus fit ad cognitiones. Nã nisi vocationem in ius, citationes continerent, vim potius simplicis intimationis, aut denunciationis obtinerent, aut interpellationis, ideo aiũt citationem sine termino non valere. Bald. l. 2. C. vbi in rem act. Cy. & pet. l. Dies festos. C. de fer. Nec hic nobis instituenda disputatio, an citatio actus sit iudicialis ad subiectam quidem materiam, etsi de eo vulgò litigant scholæ. Sed vt non sunt vnius generis citationes, ita non eodẽ effectu fiũt; sũt enim libellatę aliæ (vt loqui forum solet) id est, libellorũ materiã, & formã inclusam habent quæ formã, propositione causæ & conclusione constãt; aliæ non itẽ, aliæ rerũ particularium, aliæ generalium, aut vniuersalium petitionum, aliæ peremptoriæ, quædam non item, aliæ indefinitæ. Tales voco, quæ nec rem petitam exprimũt, nec petendi causas, sed diem dicunt ad iudicia, veluti cum quis euocatur de iure responsurus ad petenda. De quibus hic multum non est laborandum, quando hoc genere vitiosas esse, & sine effectu verè putãt, quod glos.
4 Bart. Cast. Angel. Salyc. Alber. & cæteri putant. l. vlt. C. de annal. except. Alexander. Ias. & Angel. l. 1. D. de in ius vocando. Iidem. l. vlt. C. de eo per quem fact. erit glo. Imol. Card. clem. 2. vt lit. non. cõtest. & quos Tiraq. d. §. 8. glos. 2. num. 5. Nec aliter sensisse putandus est Bald. cõs. 299. lib. 2. Nam l. vlt. C. de annal. quæ generalẽ citationem ad interruptionis effectum admittit, vt & Bald. d. cons. de generalitate causæ intelligẽda est; ita tamen vt res petita certa sit, veluti cùm quis quinquagena sibi deberi contendit, nec causam debiti expressit, satis dixisse videtur ad interrumpen-
5 das præscriptionis causas omnes. Ita vt sit quinquagena debeantur ex mutuo, legato, pollicitatione, aut alia causa interruptio fiat, ex qualibet æquè causa, quoniam omnes omnino debendi causas deduxisse in iudicium actor videtur, genericã conceptione debiti. Ita fiet, vt in prosequutione, quam voluerit actor earum causarum possit intendere, nec obiici præscriptio queat; nec negandum tamen, quin reus agentem ad specificam expressionem causæ possit adigere, si velit, ex sententia Doct. c. 2. ext. de lib. oblat. Et si non satis intelligi potest, quod eadem. l. vlt. statuere videtur, vnius specialiter causæ expressione factã, in omnibus causis interruptionem fieri, quod perspicuè falsum est, & principia ciuilia repugnant, vt inferius dicemus. Quod obiectum glos. vt diluat, pro causa, rem potius, & quantitatem petitam intelligit, vt ea sententia sit, rei expressione generaliter fieri interruptionem omnium actionum, ex quibus res peti potest, quæ interpretatio, etsi apertè vim affert verbis, tamen omnino accipienda est, alioqui sustineri ea dispositio non posset, quę per vnius causæ debiti expressionem in omnibus aliis interruptionem fieri statueret, quia traditio est manifesti iuris, expressionem causę in suo tantum casu valere. l. si ex testamento. C. de excep. rei iud. & l. licet. C. de iud. c. Abbate, de re iud. in vj. Proinde cùm ad 6
forum veneris, quædam de iure dediscenda sunt. Est enim illa sententia tradita, non esse necesse libellum citatione includi, quod Bart. dixit l. si finita. §. Iulianus. D. de dam. inf. Idem Bart. & Imol. l. inter accusatorem. D. de public. iud. valueratque vsu illa maiorum traditio, vsque ad annum 564. Cum etiamnum anno 1539. Leges Regiæ in arbitrio agentium ponerent, facere ne vellent libellatas citationes. Sed illa Caroli qui nunc regnat anni 1564. Art. 1. necessitatis facit, quod ante arbitrij fuerat, vnãque omnes lege adstrinxit, vt libellatæ essent omnes in posterum citationes, pœnã nullitatis adiectã si contrà fieret. 7
Quare contra descriptam à lege formam factæ inutiles sunt, quod Bald. dixit. l. nõ sunt liberi. D. de stat. hom. & quos Tiraq. aceruat in tit. de retract. §. glos. 2. num. 3. Cùm igitur quæcumque citatio formalis, & specificæ causæ esse debeat, hoc est, eadem contineré quæ & libellus, fiet vt aliter facta non interrumpat. Quod idem Tiraq. fusius exequitur, d. loco.

Sed tamen iudicia cuiusdam generis occurrunt interdum, quæ specificam cuiusdam rei expressionem in citationibus non patiatur. Cuiusmodi iudicia vniuersalia sunt, aut generalia, Quorum differentias & descriptiones schola agitat post glos. l. 1. D. de edend. & l. edita. C. eod. tit. Spec. latè tit. de iudiciis, glos. c. cũ ecclesia ext. de caus. poss. & propriet. glos. l. sicut. C. de præs. 30. ann. glos. & Doct. c. 2. ext. de libel. oblat. veluti cùm hæreditas petitur, id est, ius succedendi cuiquam in cõtrouersia est, vel familiæ herciscundæ iudicium intenditur: id est, de quota cuiusque portione in hęreditate capienda, nulla singularium corporũ fit expressio, & intẽpestiua est rerum specificatio, propterea quod ante de iure hęreditatis controuersio statuendũ est; id est, an litigantes hæreditatem capiant, quàm quid quantumve sit quod capere debeãt: ante an hæredes sint, quã illud, illudve prędium hæreditarium petere, quę cognitio in foro & vsu reiici post iudicatum in executione & solet, & debet, sicut in genericis quoq;, vt tutelæ, pro socio, & aliis. In quibus id agitur primum vt ratio reddatur: deinde cùm id decretum est, quid quãtúmve in rationem veniat. Quod Panor. & Fely. tractant, c. 2. ext. de lib. oblat. Idem Fely. cap. in præsentia ext. de probat. Bald. l. 1. C. de fruct. & lit. expens. Alex. & alij dicta l. 1. D. de edẽ. Ergo in istis causæ expressio sola, in citatione, expressa, iusta est interruptio, ne vlla earũ rerum indiuiduorumve præscribi possit, quod includi in vniuersitate actionis possit, nullum corpus hæreditarium, quandiu hæreditas in controuersia est, ab eo quidem qui demũm iudicio vniuersali victus sit, interruptum enim genus in omnes species agit.

Particularium verò iudiciorum alia causa est, in quibus ad interruptionem ea exprimi oportet, quæ in libello ex d.Ord.anni. 1564. potestque per eam videri abrogata.d.l.vlt.C.de annal.except.quę rei petitione, sine vlla causæ adiectione interrũpi ex omnibus causis statuit. Est igitur animaduertẽda comprimis oppositionum,& citationum, siue actionum natura; quod vsus oppositiones generales recipit sine vlla, aut causæ, aut rei petitione sub illis verbis. *Pour les causes, & raisons qu'il deduira lors que mestier sera.* Idque etiam magis, quàm in operis noui nunciatione, quæ causæ expressionem non requirit, nisi petatur,
9 de quo differit Bart.l.1.q.2. D.de op. no. nunc. Nos istam ipsam nũciationem via oppositionis prosequi solemus, quæ quidem in ipso actu nunciandi causam nõ requirit vt ait Dy.sed prosequutio sic.Quare illa nũciatio, de qua Bart.ibid.quæst.sexta, multomagis esset recipienda sub his verbis (causa iuris mei conseruandi) nec aliud dixisse putandus est, cùm q. 2. admiserit eam sine vlla causa, quæ in prosecutione reiicitur deducenda.

10 Sed alia citationum conditio, quæ amplius aliquid, & determinatum resonare debent, imò verò certum exprimi.l.si in rem.D.de rei vend. quod tam in realibus quàm personalibus verum est. Quod glos. d. l. docet. & §. Ad excludendas auth. de litig. col. viij. vnde euenit, vt siue oppositio generalis initio in processu specificata sit, siue ab initio specificata sit, vt ad specificatum astringatur, in eòque tantum interrumpat, quod specificatum sit, veluti id quod expressum est, vna, & sola fuerit materia, & causa oppositionis, quod ante docuimus.l.licet.Cod.de iud.& l.si ex testamento.D.de except.rei iud. Ita etiam accidit, vt contestatio super vna re, aut causa viã claudat, & obstruat omni alij petitioni aut actioni, siue eadem de re, siue alia de causa, quod ibid. Bart. expresse dicit q. 9. Id sequuto quidem anni lapsu, quia post id tempus vis approprimenti consumatur, oppositio in capitibus, aut actionibus non prosequutis euanescit: nec post id largiuntur tempora, vt ad alias redeatur.l.accusaturus.D. de adult. vbi Bart. quia in interruptionibus non fit extensio de re ad rem, aut
11 causæ ad causam, quod ante docuimus. Ergo si quis cùm vi generalis oppositionis possit, aut actionem in rem intendere, aut personalem, aut hypothecam, aut ius seruitutis, vnum aliquod ex his præiudicium (vt loqui solent) aut litem intenderit, & contestatus sit, totum ius suum consumit, anno quidem postea lapso, nec post id ad aliud redire potest, quod ait Bart.d.qu.9. Tametsi non insolens est foro ex Regio rescripto alias quoque causas præter deductas adiungi, & alias conclusiones subiici, aut alias oppositionis causas dici: Sed id intra annum dumtaxat, id est, quandiu tempora largiuntur, vel si prosequutis exclusus sit sententiã actor ad alias actiones rediri. l. minor. §. si seruum. D. de euict. quem locum explet Tiraq.in d.retractu.glos.7.num. 3. & seq. Nam ante contestationem regulari iure correctio, mutatio, & interpretatio libelli permittitur. Quæ disceptatio est scholæ.d.l.edita, & d.c.2.

12 Ex quibus apparet, quid de ea clausula censendum sit, quæ tribunalibus nostris omnibus libellis subiici solet, *sauf droict d'autres conclusions*; quod veteres dicere solebant, saluo iure addendi, vel minuendi. Nam præterquam quod super petitis intelligitur, nec de diuersis actionibus, aut causis, id etiam habet quod nihil operatur vltra ius commune. Itaque non potest tempora prosequutionum à iure præfixa, vltra ea producere, aut prorogare, cùm id in potestate partium non sit, nec aliud ius tribuit, quam quod ab ipso iure habetur, id igitur conseruando quòd ius tribuit, id obtinet, vt ad alias conclusiones aut oppositionis causas rediri liceat: Sed eo modo, & intra id tempus, quo iure, & consuetudine licet. Quod glos. & Innoc.dixit.c.inter dilectos extra de fid.instr. Bar. l.Nesennius.D. de negot. gest. Pet. Ferr.in pract. in forma libelli in actione reali, super hac ipsa clausula. Panor.c.2.ext.de libel.oblat.vbi & Ecly. latè. Quare rectè est nuper à nostris iudicatum *entre Merault & Boulanger*, cùm actor exclusus iudicio, actione intentata redire vellet ad aliam, vi reseruatricis clausulæ, idque post annum, quod non est permissus facere, nec verò debuit.

Atque ista hactenus de interruptionibus ciuilibus 13 vi citationum, singularium, vniuersalium, generalium: quibus id quoque adiiciendum, præsupposita validitate oppositionis nihil obesse, quod citatio ad non suum iudicem, aut alioqui nulliter facta sit, si modò error congruo tempore emendetur, & intra tempora legitimi anni alia citatio redintegrata sit. Sunt enim separabilia oppositio, & citatio, nec alteri per alterum vitium affertur, quominus id malum curari possit, sed maturè, & suo tempore; quod & in iudicatis quoque dicendum, cùm quis sententia à petitis est exclusus intra annum, & oppositio generalis fuit, quod Tir.exequutus est.d.§.viij.

Sed prosequutionis annalis necessitas nos admo- 14 net, vt de eo dicamus, quod in controuersiam quandoque venire videmus: An si citatio intra tempora anni facta sit super specifica causa, sed assignatio, siue dies dicta incidat post annum, idonea interruptio facta videatur, quod ipsum in omnibus æquè præscriptionibus quæri potest. Et scio scripsisse Tiraquellum idoneam interruptionem videri. d. §. 8. glos.2. num. 2. & 7. sed sine auctore, & localima gis Consuetudine quàm iuris auctoritate nixum: Dicit enim ille tantùm eo loco, non etiam de iure demonstrat. Nec etiam ignoro ex ea sententia quandoque esse iudicatum, & verò etiam ab eruditis responsum; Cùm vltimo decennij die in actione rescissoria diem dixisset aliquis reo in subsequentem totum mensem. Sed vix est, vt probem tam socordem actorem.

Atque hactenus de præscriptionibus, quæ aduersus actiones opponuntur, & sine titulo currunt. De tricennariis nostris maior potest esse dubitatio, propterea quod constat eas solà citatione interrumpi. l. sicut. l. cùm notissimi. Cod. de præscript. 30. annor. An citatio idonea sit, quæ intra tempus præscriptionum emittitur, cùm dies dicta post tempora legitima iecidit, aut reiicitur. Quod ipsum non simpliciter, aut absolutè Tiraquel. probat, vt nec illæ Cõsuetudines quas allegat: Sed ita demùm, si in breuem aliquam diem post lapsa præscriptionum tempora incidat, quod arbitrio iudicis æstimari debeat. Nam si vagæ & infiniti temporis admittuntur assignationes, quis non videt manifestas fraudes legibus fieri? Et futurum, vt quas quisque sibi velit inducias, & dilationes tribuat in actionibus intẽtandis, & temporibus legalibus præscriptionum prorogandis, veluti in retractu aut aliis talibus, si vnicuique liceat tempus vadimoniorum pro arbitrio figere, etiam post tempora præscriptionum consummatarum. Nec huic rationi idonea est responsio, quod in potestate sit rei conuenti, vadimonij diem contrahere, & citatione alia anteuertere, quia actoris est suas partes implere, nec reo imputare potest, quod nõ anteuerterit ipse: Quando agenti, non reo præscriptiones opponuntur,

opponuntur, & tempora præstituuntur. Deniq; nimium quàm absurdum est, tempora legalia à iure præfixa prorogari facto partium posse, quod ipsum in subiecto, & restitutionibus, & rescissionibus petendis fieri non posse textu cautum l. petendæ. C. de temp. in integ. restit. pet. l. nemo. C. de temp. appel. quem locum Tiraq. explet. d. §. glos. 2. num. 14. Itaq; quod directo quisquam non possit, nec per indirectum poterit, collatâ die post tempora à lege præfixa. Accedit quod non potest non manifesta culpa videri eius, qui tantum se arctauit, vt vltimo demum die aut paucos ante citationem intendat, cùm in potestate habeat maturare; ex qua ratione illud in iure theorema traditur, in pari esse non fieri actum, aut fieri quidem sed in illud tempus conferri quo fieri nequeat, atqui fieri citatio nulla potest sine diei dictione, id est, sine assignatione. Sed illa iusta diei dictio legitima non est, cuius totus effectus confertur in id tẽpus, quo ipsa citatio fieri nequit. l. quod sponsæ. C. de don. int. vir. & vxor. l. bonorum. D. rem rat. hab. qui locus latè exercetur ab Tiraq. §. 1. glos. 10. n. 85. in retr. Nam cùm citationis is vnicus finis sit, vt partes audiantur, intra legitima tempora fieri oportet, præscriptione verò completa tempora non patiuntur, quod vetus Consuetudo expressit: & est ab reformatoribus perquã neglig̃eter omissum, vt non aliter interruptio per euocationem, aut citationem fieri putaretur, quàm si iudicialis congressio eiusmodi sequuta esset, quæ mereretur dici, *Exploict de Cour*, hoc est, quæ semotis dilatoriis de re ipsa principali contenderet, quod ipsum iure quoque veteres probarunt, ne interruptio vi citationis aliter affectũ habere iudicaretur, quàm actor iudicialiter comparuisset, & absentiam rei accusasset, & fidem iudici fecisset de relatione. Quod Alex. & Ias. notant. l. vlt. D. de eo per quem fact. erit, qui locus est apud Tiraq. §. 8. glos. 2. sed eam post tempora præscriptioni præfixa fieri nullo modo ferri debet, quoniam interruptionis effectus cõsummari debet intra præscribendi tempora. Quod si præscriptio impleatur, frustrà de interruptione quæritur præscriptione consummata, quod manifestam rationem habet ex illa. l. quod sponsæ. Namq; effectus citationis totus in auditione partium positus est, alioqui sine vsu, & inutilis est citatio, vicem dumtaxat simplicis intimationis obtenturã. Fieri igitur citatio debet cum suo effectu intra tempora præscriptioni præstituta, ad interruptionis vim efficiẽdam, alioqui intercurrens vis præscriptionis completæ impedit coniunctionem extremorum, id est, citationis, & auditionis partium. l. qui sella §. vlt. D. de ser. rust. præd. Quod si qui contra putant, negligentiæ fauent, & dominiorum securitates labefactant, & commercia perturbant.

Sed & id quoque in eo genere me cognoscente quæsitum memini, cùm quidam aduersarium in ius vocasset, diémque intra legitima tempora dixisset, contra quàm in priori casu, sed lite in numeros relata, postulationum multitudine factum erat, ne partes audiri & euocari possent, id est, quod dicere solent, *la cause mise au rolle n'auoit peu estre appellee dedans le*
15 *temps de la prescription.* Hic casus non idem est cum priori, & multo maiori æquitate nititur. Quare iudicatum est videri legitimè interruptam præscriptionem, siue citatio, siue etiã contestatio ad eam necessaria esset, tex. aperto. l. 2. §. dies. D. quis ord. in bonor. possess. seruet. Dies (inquit) in petẽda bonorum possessione vtiles sunt, & sessionum tantum computantur, quibus Iudex pro tribunali sedit, si tamen sedit, sed postulationibus non vacuit, vt aliis rebus occu-

A patus, tempus currere non videri. Sed nihil est quod parti imputetur, ad quod facit sententia Balb. auth. Item si. C. de temp. appella.

Sed non eadem ratio eius qui citauit, deinde re- 16
nunciauit citationi, quia renunciando omnem interruptionis effectum ad nihilum reducit, quod Tiraq. rectè notat in retract. §. viij. glos. 2. quæst. penult. num. 15. Bald. 3. parte vj. partis in quarta parte dictæ tertiæ num. 45.

Denique illud quoque adiicimus non esse necesse 17
ad effectum interruptionis, quæ per citationem fit, vt ea peremptoria sit: Nam quæuis citatio sufficit, B etiam si plures lex sed alio fine fortasse exigat; Quod Ias. & Alex. notant. d. l. vlt. D. de eo per quem fact. erit, Bald. tertia parte sextæ partis q. 4. num. 14.

Sic igitur explicitis citationum qualitatibus, & ef- 18
fectis quantum quidem ad approprimentorum solemnia pertinet, nunc videndum cuiusmodi præscriptiones tali ratione, & citationum interrumpi possint: Nec enim earũ infinita potestas est, nec omnes præscriptionum species per citationes interrumpũtur. In quo traditur regula: Omnes omnino præscriptiones, quæ cum mala fide currunt, sola citatione C interrumpi, quàm executoris missionem alio modo vocare solent ex d. l. sicut. Nam cùm odiosæ sint, & ex negligentia cũctantis currant, satis idoneus actus visus est in citatione ad eas interrumpendas, tales sunt tricennariæ omnes legales, & iure consuetudinario quadragenariæ realiũ, quæ sine titulo, & cum mala fide currunt. Proinde aduersus titulatas præscriptiones citatio nihil habet virium ad interruptionem efficiendam. Hæc vulgata tractatio d. l. cum notissimi d. l. sicut & l. vlt. D. de eo per quem fact. erit Bart. & aliorum l. 2. §. si rem D. pro empt.

Tales sunt, quę ordinationibus regum, aut consue- 19
D tudine ab regibus approbata inductæ sunt, veluti de salariis aduocatorum, procuratorúmve intra biennium, de salariis famulorum intra annum, aut sex menses mercenariorum, mercatorum serici, aut stipendiis militum sunt constitutæ, & eius generis omnes, quibus cauetur excludi actiones, nisi intra præstituta intendantur. Nam in his omnibus cùm præscriptiones currunt sine titulo, sine bona fide, sine possessione præscribentis, sufficiens est interruptio per citationem: hæc sententia Bart. l. 2. §. si rem. D. pro empt. & quæ Balbus tradit. d. parte. 6. q. 4. num. E 10. Tametsi non idem Bart. putat in prætoriis, quibus comparat Comitum & Ducum & populorũ statuta, qui superiorem recognoscũt, quippe tales non nisi contestatione interrumpi cùm annales sint. l. 1. & 2. C. quando libel. princip. datus, & vulgo. l. 5. D. de 20
verb. oblig. Sed ista sunt Romani iuris ludicra, neque enim vllæ sunt nobis actiones annales, quæ vita cuiusque magistratus, aut finito imperio finiantur. §. 1. instit. de perpet. & temp. act. Sed omnes perpetuæ, & à lege & principe non ab auctoritate magistratus datæ, nisi quidem descripta habeant breuiora tempora. Ideóque quæ à consuetudine actiones dantur, F perpetuæ & ipsæ sunt, licet Bart. de statutariis aliter censeat. d. §. si rem, nisi ab ipsa Consuetudine circuncidãtur, vt quæ sunt infra, Art. 179. traditæ, quia non quomodo statutariæ, de quibus Bart. loquitur, sunt cõstitutæ ab potestatibus superiorem recognoscentibus, quæ ratio est, cur veluti in prætoriis contestationem requirat, sed præter populi consensum accessit, & regia, & Ducalis suprema auctoritas; ideoq; non vt de prætoriis iudicandum. Quare cùm omnia sua Rex aut Imperator faciat, cùm authoritatem facientibus impertitur, sequitur Consuetudinem

Intra triennium art. 101. N.C.

eius autoritate, & comprobatione reformatam, non A iuris prætorij esse, sed principalis, & imperialis potestatis, ideóque perpetuas esse actiones, quæ ab ea tribuuntur, & solâ citatione interrumpi. Hæc animaduertenda, ne quem Bartoli non intellecta sententia fallat vsu, non percepta dicti causa.

21 Hæc vera sententia est. Nec recipimus Canonistarum opinationes, qui putant omnem omnino præscriptionem citatione interrumpi, quia inducat malam fidem, quod Bald. putat. l. 2. C. de seruit. & acq. nu. 7. Dynus Reg. possessor. & Francisc. Cremen. pro magno notauit, sing. 101. Repugnant enim ista iuris ciuilis principiis & Iurisconsultorum sententiis, qui non B putant propter superuenientiam malæ fidei præscriptionem incœptam interrumpi. l. 1. C. de vsuca. transfor. Bart. l. naturaliter. D. de vsucap. Tum quia nemo de iure suo alteri affirmanti, aut neganti temerè credere tenetur: & multæ, & magnæ sæpè causæ sunt possessoribus, quibus aut non credere ageti debeant, aut aliter credere; pleræq; etiam, cùm præsertim alteri succeditur, iustissimæ ignorantiæ causæ, ne magis reus actori credat, quàm actor reo neganti, quod Ant. But. & Panor. disserunt. Et auctoritas probabilis adfertur ex l. si quis solutioni. C. de vsur. rei iud. si C quis, inquit, soluendi moram fecerit, iudicium autem accipere paratus sit, moram fecisse non videtur.

22 Quin ne contestatione quidem facta, & perempta instantia manere malæ fidei effectum putant, quia mala fides, quæ contestatione fit, interpretatiua est, cuius idem effectus esse nequit, qui veræ & positiuę, quod Panor. arguit. d. c. illud. Saly. l. 2. C. de seruit. & aqua Balb. d. parte 3. vj. partis. q. 4. num. 38. Quare nec citatio id præstare poterit, in his quidem præscriptionibus, quæ ex titulo currunt, & hæc sententia Canonistarum merito in foro ciuili est repudiata.

DE INTERRVPTIONE PER LIBELLVM.

Cap. 7.

1 *Libellus an interrumpat.*
2 *Libellorum mutatione an fiat interruptio.*
3 *Emendari libellum quid sit.*
Mutare quid. ibid.
4 *Mutatio Carinæ nauem aliam facit.*
5 *Declarare quid.*
6 *Libellus post contestationem non mutatur.*
7 *Detractio qualitatis.*
8 *Actionum nomina hodiè non est necesse exprimere.*
Qualitas mutari potest. ibid.
9 *Emendatur libellus vsque ad sententiam.*
10 *Ex superueniente iure quis vincere potest.*
11 *Emendare libellum quandiu liceat.*
12 *Mutare quamdudum liceat.*
Anno lapso nec mutari nec subordinari actio potest.
13 *Actio retractus subordinata vendicationi vno & eodem tempore excluditur.*

1 Sequitur citationem ordine iudiciali libellus, qui ipse in præscriptionibus longissimis interrumpẽdis, & quæ sola citatione interrumpuntur, necessarius non est: quod Bald. Alex. & Ias. notant. d. l. vlt. D. de eo per quem fact. erit. Fely. d. c. illud. Ideóq; tali casu vitiosè conceptum esse non nocet: quem locum explet Tiraq. in retract. §. 1. glos. 9. num. 83. & iure reprehensa est Angeli sentẽtia diuersum existimantis. §. illud auth. de exhib. reis Bart. priorem confirmat. l. accusaturus. D. de adult. Alex. l. iuste. D. de acq. possess.

A Traditur exceptio specialis in casu. l. 2. C. quando libel. princip. datus. in quo libelli porrectio litis contestationem faciat. Sed regulari iure libellus non interrumpit per se, nisi ex eo sequuta sit contestatio.

Enimuero, quia plerumque mutari, corrigi, distin- 2
gui libellos contingit, videndum id quando, & quatenus liceat, & quem effectum habeat mutatio, aut correctio in interruptionibus, quando hoc argumentum variè, & dissidiosè est ab posteriori iurisprudentia tractatum, & verò ab multis inscitè, qui vsu fori defecti alios docere instituere, docendi ipsi potius. Hæc palæstra est scholæ in l. 2. C. de edend. &
B Canonistarum in cap. 2. ext. de lib. oblat. Multa hic contra rationem dicuntur ab Doctorib. vt non immeritò etiam vsus ea mutauerit. Quod Pet. Ferrar. rectè dixit in pract. in for. libel. super actione reali, verb. saluo iure addendi. Ac primùm intelligi vim verborum oportet, ne aliud pro alio accipiatur: Sunt 3
enim significatus varij. Emendari, aut quod idem est corrigi libellus dicitur, cùm id dictum est in libello, quod actoris intentioni non conuenit, aut malè locatum est, & suo loco inseritur, aut castigatur, aut erratum in re, in nomine, in facti narratione, sed in
C emendatione manere rei substantiam integrã oportet, & correctionem circa accidentalia fieri; hoc est, causas personas agentis, & petentis easdem persistere. l. actorum. D. de re iud. & vulgò notant. d. l. 2. & Panor. d. c. 2. de libell. oblat. Nam cùm in causa petendi, aut re petita, aut personis actoris, aut rei alteratio fit, non est istud emendare, aut corrigere, sed verè mutare. l. Atteius. D. de aq. pluu. arcend. l. denunciasse. §. quid tamen. D. de adult. Cum Dionysius Syracusanus compositam à se fabulam Epicharmo poëtę nobili corrigendam commendasset, Epicharmus inscitam compositionem calamo à capite ad calcem tra-
D duxit continuâ liturâ. Non fuit istud quod iussus erat emendare, aç ne mutare quidem, cùm nihil reponeretur, & tota rei substantia obliteraretur. Cùm Homeri poëma Aristarchus Grammaticus recognosceret, & versus alios pro aliis reponeret, aut interpungeret, cùm negaret germanos poëtę versus esse, quos ipse non probasset, aut agnouisset pro Homericis. Hoc fuit Homeri poëma emendare, cũ manẽte poëmatis substantia, versus suo ordine collocarentur, etiã si quidam ex toto, vt supposititij tollerẽtur, manẽte poëmatis argumẽto. Sicuti & in cõpingẽda, aut 4
reformanda naue accidit, quæ mutatione carinę alia
E fit, & ex toto mutatur, manente eã reficitur, nõ mutatur sed corrigitur l. proponebantur. D. de iud. l. quid tamen. §. si nauis. D. quemad. vsuf. cau. l. inter stipulantem. §. si nauis. D. de verb. obligat. Manere igitur oportet rei substantiam vt emendari dicatur, si quid in ea alteratur mutatio fit, non emendatio. Cum olim nobilis quidam artifex vitreum vasculum Imperatori obtulisset, casu cõtusum producto malleo correxit: Correctio illa fuit, manente vitri substantia. Mutatio igitur ad substantiam refertur, cùm alia res pro alia reponitur: veluti si quis decẽ petierit ex causa mutui, nũc ex causa locati petat, aut cùm
F à Titio petiisset, nunc petat à Caio, his casibus nec causa eadem, nec iudicium esse, aut dici queat, & si traditur eum qui decem petat, cùm ante viginti petiisset, sed ex eadem causa, idem iudicium persequi, & ex eo sequi condemnationem posse in eadem instantia, propter identitatem causæ l. apud Celsum. §. item quæritur. D. de dol. except. §. si minus instit. de act. Et si multa super sensu eius. §. doctores sũt com- 5
mẽti. Declarare, distinguere, addere, detrahere, supplere, restringere suos, & ipsa significatus habẽt, qui

declarat,

declarat, nil mutat in substantia, nec qui distinguit, A qui addit, aut detrahit, aut restringit, substantiæ adiicit, qui simpliciter declarat nil addit l. hæredes palam. §. qui post. D. de testam. Distinguit qui implicita, permixta, cõfusa, perturbat, ordinat, & clausulis suis & oratione coërcet, aut confusam materiæ syluam distribuit in locos, restringit, qui vniuersalẽ, aut laxiorem orationẽ adigit ad pauciora vel species. Sed verborum emendandi, & mutandi tam generalis significatio est, vt alia omnia possit compræhendere, vnde accidit, vt his scholastici autores sæpè confusè abutantur promiscuo vsu. Quo rectè Angel. Aret. B aduertit, d §. Si minus. Declarandi, supplendi, distinguendi, restringendi verba, magis sub emendationis verbo intelliguntur, addendi, & detrahendi, siquidem substantia attingitur, sub verbo mutandi, quod Bart. attigit. §. quibus, in prima constit. digestorum.

6 Quamobrem facilis hic lapsus. Ergo cùm de effectu interruptionis quæritur ex libello mutato, sic habendum. Nec mutari nec emendari circa substantialia quidem libellum posse vltra contestationem, hic peremptorius, & exclusiuus terminus est omnis mutationis l. non potest. D. de iud. Doct. d. l. edita Aret. d. §. si minus, vers. secundo casu Bart. d. l. 1. q. C 10. de op. no. nunc. Canonist. c. ij. de libel. oblat. Nec addi quidem quidquam potest, quod prima causa rei petitæ non cõtineatur genericè, aut accessoriè, quod vulgo notant l. scire debemus. D. de verbo. obligat. detrahi tamen potest l. quidam æstimauerunt. D. si cert. pet. quod cùm fit non sufficit desistere à parte petita & detracta, sed iudex protinus per declarationem partis, debet à parte detracta absoluere cum expensis. Quod Bald. dixit auth. contra qui propriam. C. de non nu. pec. Ias. l. postquam liti. C. de pact. Panor. d. c. 2. Nec in eo vsus variat.

7 Secundus casus est, cùm adiectio fit, aut detractio, D non substantiæ sed qualitatis. In quo sic statuunt, si qualitas causa est actionis, vt vis in actione vi bonor. rapt. aut armorum vsus in cæde hominis, vt in casu l. prætor. §. docere. D. vi bonor. rapt. Aut in nostris casibus priuilegiatis, posse adiici aut detrahi talem qualitatem iure ordinario ante litem contestatam, post eã non posse. Sed ne adiectio qualitatis, factum diuersificat l. denunciasse. §. quid tamen. D. de adult. Quod si nec qualitas mutationem actionis inducit, nec factum diuersificat, quocunque loco admittunt detractionẽ, aut adiectionem l. in noxalibus. §. si de- E tracta. D. de noxalibus. Bart. d. l. 2. vers. quandoque volo. D. edend. Aret. d. §. Si minus vers. 3. casu Panor. d. c. 2. Sed ea vt iure vera sint, nos in foro tam scrupulosi non sumus. Nam cùm actionum nomina exprimi in prosequutionibus nihil necesse sit, vt ambages illæ iuris, & descriptiones euitẽtur, quæ sunt anxiè à
8 iure traditæ, in quo Canonicam æquitatem sumus sequuti, c. dilecti ext. de iud. ex sola facti narratione, & conclusione intentionẽ agentium cõcipimus, & re probatã iudicamus, pro vt melius ex æquo, & bono possumus, reiectis descriptionibus actionũ, quas additione, aut detractione qualitatis, alias, atq; alias F in iure tribuunt. Itaque qui bona sibi ablata per vim dixit, etiam vi non probata, si ablatio probatur, id consequetur, quod simplex ablatio sine vi obtinere debet, iure ciuili, & iudicio, & instantia excideret actor, ob nõ probatam violentiæ qualitatem l. accusaturus. D. de adult. refusis quidem expensis, si reus in defensione qualitatis subsistere coactus est, nec quisquã bono iure excluditur, si totum quod intendit non probauit, sed in eo obtinet quod probauit. Sicuti & cùm beneficio rescripti qualitas adiicitur post contestationem, expensę retardati processus, & probationum contrarij facti dependi solent. Atque hos casus priorem dico, de mutatione, & hunc secundum de adiectione qualitatum Angel. prosequitur d. §. si minus. Sed (quod ipse in aliis reprehendit) confusè, verbis, ipsáque adeo materia perturbata, dum proprietatem verborum non retinet.

Tertius casus est de emendatione libelli, sic qui- 9
dem sumpta, vt ante diximus, quæ scilicet fit manente substantiâ. Hanc nos quandocunque, id est, vsque ad sententiam fieri posse censemus, c. literæ ex. de dilat. l. qui fundum vbi Bart. D. de cond. empt. l. mariti in fin. D. de inoff. testam. & vulgo illa l. 2. id quidem refusis expensis. Quia nulla erroris correctio fieri potest, nisi refusis expensis l. 1. C. de error. aduocat. l. rura. C. de om. agro. deser. lib. 11. & retardati processus l. 1. D. de al. mut. iud. caus. fact. Et fuit veteri iurisprudentiæ tam anxia actionum descriptio, vt eius inobseruatio in totum agentem excluderet, instantia re salua manente & per actionem aut inductas formas redintegranda l. libellorum. §. quod si. C. de accusat. & d. l. accusaturus. Sed res spectantibus potius quam artem, si quid in forma intẽtionis peccatum est, curari rescriptis solet, & reparatur. Cuius errati prudentes, & æqui iudices sæpe admonere litigantes solent, ne bono alioqui iure excidant ob inobseruationem formarum, & incogitantiam, in quibus humana, & sophistica prudentia versatur, sed bonum, & æquum anteferri conuenit. Itaque cura- 10
to errore ex eadem instantia, & iudicio sequi condemnatio solet, quia incertitudine actionis res non perimitur. l. sed & si pupillus. §. si institoria. D. de inst. act. vbi Bald. & Alberi. & Saly. Anchar. c. coram ext. de resc. Signorol. conf. 142. veluti qui ob non impletam conditionem repulsus est, ea postmodum impleta denuo aget l. si mater. §. eundem. D. de except. rei iud. l. grege. §. sub conditione. D. de pignor. l. bouem. §. si sub conditione. D. edilit. edict. & vendicatione exclusus, quia reus non possidebat, reo incipiẽte possidere iterum aget l. si à te l. si rem meam. l. si quis ad exhibendum. D. de except. rei iud. l. procurator. D. rem rat. hab. l. quoties. §. vlt. D. de noxalib. & qui vt hæres egit exclusus, hæres factus rectè aget l. hæreditas. C. de petit. hæred.

Sed hæc theoremata, vt propius ad hanc tractatio- 11
nem interruptionum applicemus, hic locus postulat. Sic habẽdum. Cùm emendatio simplex fit, id est, quæ nil addit, aut detrahit substantiæ libelli, omni in litis parte fieri, vt quę adueniat priori materiæ & nihil per se agat, sed si veluti qualitas in subiecto, nihil vitij afferens libello quominus interrumpat, illis quidem casibus quibus libellum interrumpere diximus: vt in casu l. 1. & 2. C. quan. libel. quod si super tali libello contestatio facta sit, non eo minus interruptio procedet, quia emendatio sequuta sit, quia interruptio vim suam capit à petitione rei subiectæ, 12
cuius substantia aut causa nihil immutari pręsupponimus.

Sed cùm de mutatione libelli agimus, id est, de sufficienda vna actione pro alia, vel de subordinatione nouę actionis ad priorem, vel de accumulatione collectiua, tum nullam talem admitti patimur post contestationem, sed lis prior instituta suo marte currere debet, & super ea iudicandum, & reus absoluendus actore non probante, quia per cõtestationem actor ad prosequutam actionem adstrictus est. Quod si annus à die formatæ oppositionis effluxerit, non poterit actor, virtute quantumcunque generalis oppositionis, institutam actionem in aliam mutare, aut

aliam accumulare, aut nouam ſubordinare, quia anni tempora lapſa non largiuntur, vt redintegretur petitio ſuper noua actione, quod tamen intra annum fieri admitteremus ex reſcripto. Sed anno lapſo reus acquiſitor plenam ſecuritatem conſequutus ab omnibus omnium actionibus, præterquam à proſequutis, & conteſtatis, nullo modo inquietandus eſt, ſiue per mutationem, ſiue per accumulationem, ſiue per ſubordinationem nouæ actionis, ex his quæ ante diximus, & diſpoſitione d. §. quod ſi & d. l. accuſaturus & l. Titia. D. de accuſat. l. quinquennium. D. de adult. Bald. in l. Bebius. D. de pact. dotalibus. Ang. l. Claudius. D. qui pot. in pignor. habe. Ergo ſi in forma ſiue in materia peccatum eſt in inſtituẽda actione, intra annum curari poteſt beneficio principis d. §. quod ſi, vi generalis oppoſitionis, ſed poſt annum approprimento vim ſuam conſequuto, plena ſecuritas acquirenti quæritur, & exceptio litis finitę certiſſima. Quare videre imprimis actor debet, ne mala lite inſtituta tempus inutiliter conſumat, aut extrahat in ea proſequenda: Nam ſi poſtea victus, aut errore detecto, ſiue beneficio reſcripti, ſiue aliter redintegrare velit litem, noua inſtituta reperiet ſeſe tempore excluſum, & elapſa tempora, & approprimentum confirmatum, nec de lite mortua aut male inſtituta vllam conſequentiam fieri ad vim interrumpendi. Quod nos pluribus rationibus confirmamus, & ſimilitudine exemplorum §. ſeq. tit. 1. Idem cenſendum in ſubordinationibus actionum: Veluti cùm quis vendicationem intendit, & ſubordinate hypothecariam, demum & retractum, nam ſuper his omnibus, & ſingulis fieri conteſtationem oportet ad effectum interrumpendi: Alioqui anno elapſo in non conteſtatis approprimentum reualeſcit in titularis quidem, in quibus conteſtatio exigitur. Neque Ioh. Fab. ſententiam recipimus aliter exiſti-
13 mantis in l. contra maiores. C. de inoff. teſt. Et melius ſenſit Guido Papæ. deciſione 436. de quo locus eſt Tiraq. in retract. §. 1. gloſ. 10. q. 7. Vnde ſæpe accidit, vt emptor qui acquiſiuit à poſtrema actione ſubordinata incipiendo retrahentem agnoſcendo, eum in magnas anguſtias compellat, niſi quia intra ogdoadem pretium refundat, excluditur retractu, ſoláque illi prior aut poſterior actio id eſt vendicatio, & hypothecaria perſequenda. Quod ſi pretium reſtitutum ſit retractu effectum ſortito, ad onus (vt loquuntur) actionum, proſequutio retrahenti reſtat aduerſus venditorem.

DE INTERRVPTIONE PER LITIS CONTESTATIONEM, AVT contumaciam: Et an perempta inſtantia effectus interruptionis duret.

Cap. 8.

1 *Conteſtationis interruptio.*
2 *Conteſtatio interrumpit titulatas præſcriptiones.*
3 *Mobilium vſucapiones iure non interrumpuntur conteſtatione.*
4 *Conteſtatio defunctoria ſine perſequutione.*
5 *Conteſtatio apud arbitrum.*
6 *Reſcripti impetratio an interrumpat.*
Reſcriptum ad examen ab futurorum teſtium, an interrumpat. ibid.
7 *Interruptio aduerſus abſentes per contumaciam.*
8 *Actor non excluditur vno defectu.*
Nec duobus anno quidem durante poſt oppoſitionem. ibid.
9 *Vnus defectus interrumpit.*
10 *Perempta lite an interruptio duret.*
11 *Perempta inſtantia fructus non debentur.*
12 *Peremptio inſtantiæ veteri foro ignota.*
13 *Perempta inſtantia manet actio.*
Præſcribitur tamen indirectè. ibid.
14 *Actioni præſcribitur, ſi eam intentari tempora non largiuntur.*
15 *An peremptiones producantur ad caſus præteritos.*
16 *Perimitur inſtantia etiam poſt productionem.*
17 *Iudex non tenetur iudicare niſi requiſitus.*

Sequitur ad effectum interruptionum ciuiliũ con- 1
teſtatio multo quidem potentiſſima, ea verò reperta eſt ad interrumpendas præſcriptiones, quæ cum titulo currunt, quæ cùm mixtam habeant fauoris cauſam propter titulum, & odij, propter negligentiam non petentis domini conteſtatione interrumpuntur. Tales ſunt legales decennales, & vicennales, & 2
noſtræ quindecennales, quæ nec citatione nec libello interrumpuntur, niſi ſequutâ reſponſione, id eſt, conteſtatione, quæ fit ex conflictu intentionis, & depulſionis. Sed eodem loco longiſſimas ponunt, ſi bona fides comitatur, de quo Panor. d. c. illud improbata ſententia Ant. But. Quia tum dominium quæritur, non ſimplex exceptio de iure, quem locum tractat Balb. d. parte 6. tertia parte 4. quæſt. principali num. 7. Hęc igitur niſi intra annum fiat vi oppoſitio- 3
nis, reualeſcit approprimentum. Nam iuris ſubtilitates hîc omittimus, cùm vſucapiones mobilium quæ triennij ſunt, nobis decennij, ne conteſtatione quidem putant interrumpi l. ſi poſt acceptum. D. de rei vend. l. 2. §. vlt. D. pro empt. l. Iulianus. §. quantum. D. ad exhib. Bald. l. 1. C. de vſucap. transfor. ſchola vulgo l. vlt. C. de edict. d. Adr. toll. & quos Balb. parte 3. ſextæ partis q. 4. numer. 31. Omnes enim æquè interrumpuntur conteſtatione in foro, nec vlla excipitur quantumcunque fauorabilis.

Sed cùm de conteſtatione loquimur, de ea intelligimus, quæ ſerio, id eſt, animo proſequendæ litis fiat. Nam ſi dicis gratia (vt loquuntur) fini tantum defunctoriæ proſequutionis factam appareat, vt præſcriptione interrupta à lite ſuperſederetur, & ſuſpenſio tantum litis fieret, ea non proderit, quod tex. l. vlt. C. de præſ. 30. anno. exprimit & gloſ. c. placet 16. q. 3. Panor. & Fely. d. c. illud, & vetus conſuetudo expreſſerat in c. 266. Itaque ſi poſt conteſtationem à lite ceſſatum eſſet triennio, etiam ſi inſtantiæ peremptio nulla inducta eſſet, iuſta præſumptio eſſet interruptionem, & conteſtationem defunctoriè factam eſſe, nec vim veræ conteſtationis obtinere debere. Quod & Hoſt. in ſumma notat, in tit. de præſcrip. in 4. requiſito, num. 5.

Addimus, cùm de conteſtatione loquimur, id quo- 5
que exigi, vt valida ſit, & ordinata, qui locus à Tiraq. fusè exercetur in retract. §. 1. gloſ. 9. num. 83. & §. 8. gloſ. 2. num. 3. Sed nec refert, fiátne apud iudicem, an lectum arbitrum cognitionaliter procedentem, vt in iudiciis, ad quorum inſtar redacta ſunt arbitria L. 1. D. de arb. Hæc ſententia Bart. & Bald. l. cùm antea. C. de arbit. Quod de vera, & abſoluta conteſtatione dicimus, de quaſi conteſtatione dictum etiam volumus, quæ fit in cauſis ſummariis, in quibus propter celeritatem non expectatur vera cõteſtatio. Sed primus actus, qui coram à partibus fit apud iudicem, habetur pro conteſtatione; de quo Bart. ext. ad reprimendum verb. & ſine forma. Quod Ang. confirmat conſ. 30. Doct. clem. ſępe ext. de verb. ſignif. Bart. l. 4. §. hoc autem. D. de dam. infect. Alex. l. 1. D. de edend. Fely. c. 1. ext. de lib. oblat. Ioh. Fab. d. l. cùm

notiſſimi,

notissimi, numer. 16. Cor. cons. 180. vol. 3. Ergo si quæ eiusmodi causæ occurrent, quasi contestatione præscriptiones interrumpentur. Hosti. vbi sup.

6 Ad ciuiles vero interruptionum modos, citationem, libellum, contestationem, rescripti quoque impetratio adiicitur, quam rectè negant interrumpere, nisi ipsum rescriptum parti denunciatum sit, & citatio super eo facta tex. l. sicut. C. de præscript. 30. anno. idque intra pręscriptionis tempora & antea ea completa, nec vllo casu rescriptum per se interrumpit, nisi in casu l. 1. quando lib. princip. dat. de quo ante diximus, quid esset sentiendum. Vnde non sine causa incidit dubitare, an impetratio rescripti ad examinandos testes ab futuros, valetudinarios, senes ex forma c. quoniam frequenter ext. vt lit. non contest. testibus auditis, vocatâ parte, vim interrumpendi habeat, & plures negant vt But. & Panor. d.c. quoniam frequenter. §. in aliis Fely. d.c. illud. 13. conclus. Balb. 3. parte sextæ partis 1. quæst. in fin. vers. quæro igitur. Ex quo non pridem fœlici iactu iudicatum anno. 1566. mense Martio rescriptum, quod intra tempora obtentum esset; Sed post tempora denunciatum vim interrumpendi non obtinere.

7 Et hæc hactenus de interruptionibus iudicialibus, earúmque modis, quæ ciuiles sunt omnes, & fiunt pugnantibus coram partibus. Restat pars altera cùm per contumaciam absunt. Accidit vero contumacia tam ex persona agentium, quàm reorum, ab actore si ad diem quam ipse dixit, vel etiam reus dictauit, abfuerit. Nec iure dubitant si actor abfuerit interrupisse non videri, & circumducto edicto citationis effectum excidere: Cuius sententiæ auctoritates plenè cumulat Tiraq. in retract. §. 8. gloss. 2. num. 8. Hippol. Marsil. singul. 291. & vetus consuetudo expresserat c. 38. vsus quiddam diuersum obseruat, ne actor oppositione semel formatâ excludatur per vnum defectum, vt loqui solet, quamdiu oppositionis prosequendæ tempus durat, id est duran-
8 te anno. Nam refusis expensis, vt præiudicialibus actor ad prosequendam actionem, & oppositionis causas admittetur intra annum, ait Tiraq. d. §. 8. gloss. 7. ad fin. Quo elapso excluditur, tam vi defectus, quâ oppositionis vita finiête. Intra annum non nisi duobus defectibus excludi potest, regulari scilicet iure, imo etiam post binos defectus rescripto restituitur ad dicendas oppositionis causas, sed non nisi intra annum. Quod si is ab defectum concessione appellauerit, si defectus rectè concessi reperiantur, & interim annus labatur, excludetur oppositione: nec poterit iudex appellationis restituere ad prosequutionem, imo ne princeps quidem rescripto, post ius quæsitum scilicet, & approprimentum consummatum, per ea quæ ante diximus, & notauimus, art. 32. veluti abolitâ in totum oppositione. Quia tempora legalia non sunt in iudicis potestate, sed legis, ideóque nec prorogari, nec contrahi possunt, quod Pet. & Cy. notant l. 1. C. de dilat. Bald. auth. iubemus. C. de iud. Imol. Cum. Ias. l. 2. de re iud. Fely. d.c. illud conclus. 14. in hoc ipso interruptionũ argumento; quamquam hîc multa peccari non ignoramus ab his, qui sibi licere omnia volunt, nec legibus teneri se patiũtur, magna publici, & reip. fraude, quos ab principibus coerceri, & in ordinem rationis scriptę cogi perquam necessarium est. Quod tamen tum admitti æquum est, cùm defectus non ritè concessi reperiuntur: Tum enim, qui iniquo iure exclusus est ab dicendis oppositionum causis, vbi appellatione vicit, rectè restitui se petet ad tãtundem temporis, quanto iniquo iudicio exclusus est, per eas rationes, quæ copiosè ab Tiraq. traduntur in casu simili. §. 12. glos. 2. in retract. Nam vt qui solutioni moram facit, si iudiciũ accipere paratus est, moram fecisse non videtur, vtique si iustè ad iudicium prouocauit l. si quis. D. de vsur. sic qui oppositionem prosequi voluit, & per iniuriam admissus non est, excludi non debet l. 3. §. si quis paratus. D. quod vi aut clam. De reorum contumacia, aut eremodiciis paulò aliter cõstituitur. Nam 9
etsi contestatio regum ordinationibus, non aliter facta intelligitur, quàm post duos defectus, tamen id intelligitur respectu ordinationis litis, ne scilicet ante probationes agentis recipiantur, quàm excluso reo defensionibus, & exceptionibus, quod aliter fieri non potest, quàm binis defectibus. Sed quo ad conseruationem actionis per interruptionem sufficit vnicus rei defectus, quia si adfuisset, futurum erat vt lis contestaretur, & actor in integro statu esset, cui per contumaciam rei præiudicium fieri nequit, agenti quod in se est, quia reus prima statim assignatione tenetur defendere, & litem contestari ord. Francisc. I. anni 1536. & Caroli anni 1564. quod Baldus hoc ipso casu decidit l. vl. D. de eo per quem fact. erit, & vulgatum alioqui iuris theorema est, cùm per aliquam ex partibus factum est quominus lis contestaretur, eam haberi pro contestata l. si eum. §. qui iniuriarum. D. si quis caut. vbi Bald. Alb. Fulgos. Rom. Alex. Lud. Bolog. & quos Tiraquel. §. 15. glos. 2. num. 5. cumulat. & Balb. parte tertia sextæ partis vers. circa tertiam.

Huic dubitationi consequens est illa nobilis, quam 10 *Vide art. 278. N.C.*
sæpè forum agitat, si approprimento consummato sed lite semel contestata, actor ea toto triennio destiterit, an interruptionis effectus duret perempta instantia, An vero si peremptam instantiam præsupponimus, quę nihil aliud est quam litis textura & ordinatio, redintegrari noua lis super veteri oppositione, quæ formata manet, & actio possit. Et iure quidem ciuili non multùm hæc quæstio haberet dubitationis, quando receptis sententiis eo decursum est, perempta instantia effectus contestationis manere, tam respectu interruptionis, quam malæ fidei, quod gloss. Bart. & Ias. tradidêre l. properãdum. §. & si quiquidem, verb. iudicij. C. de iud. & l. vltim. vbi scholà. C. de præscrip. 30. anno. Bald. l. vlt. C. si tut. vel curat. Bald. Alex. Ias. Dec. l. 2. C. de edend. Raph. Cum. cõs. 42. Philipp. Francus. c. vt debitus ext. de appel. Socinus c. venerabilis ext. de iud. Balb. d. parte 3. sextæ partis q. 2. Tiraq. in retract. §. 1. glo. 9. nu. 81. vti & effectus quoque qui personas litigantium spectant, sed non qui rem respiciunt l. 1. C. de pręscrip. long. tẽmp. Bart. l. 1. §. vlt. D. de litigios. de mala fide an perduret, litigant, l. 2. C. de edend. & l. 2. C. de fruct. & lit. expẽs. glos. & Saly. ita malæ fidei effectum elui putat, vt fructuum restitutio nulla amplius peti possit post peremptam instantiam. Cùm. & Bart. contra putãt. Sed 11
Panor. glosæ opinionem tutiorem Bartoli veriorem putat in c. illud ext. de præscrip. Sed glosæ opinio tenenda est, quam & Parisiensis Curiæ aresta confirmant, quæ Tiraq. recitat in retra. §. 15. glo. 2. nu. 18. ne perempta instantia, imo ne rescripto quidem aduersus peremptionem impetrato, fructuum illa restitutio peti possit, quod & Mol. in feud. alicubi sentit.

Hæc quidem iurisconsultorum de iure Romano pugna est. Nostra certe Britannia auorum memoria instantię peremptionem nullam ex toto norat: Nam intra trigesimum annum personales actiones resumi, intra sexagesimũ reales erat vsitatissimum ex eadem instantia, cùm semel erant institutę. Franci peremptionibus vtebantur, sed quas tamen possim elu-

derent rescriptis & releuamentis, vt loqui solent. Ita vt hæ nil aliud quàm verborum essent, cùm re ipsâ ex toto inutiles essent, quo ad ordinatio prodiit Regis Franc. anno. 1539. quæ peremptiones stabiliret. Sed ea non temerè in Britania obtinuit, & rarissima sunt exempla quibus obtinuisse dici possit, si tamen vlla sunt, Certè tribunalibus omnibus spreta mansit peremptio. & ipsi quoque supremæ Curiæ ad annum. 1564. cùm ex ordinatione Regis, art. 15. pręfractè peremptiones confirmatæ sunt, ne vlla omnino suscepta lis & triennio intermissa resumi posset. Atque vt illam quoque iuris dubitationem præcideret, statuit; ne vllus omnino contestationis effectus relinqui aut superesse dici posset, perempta instantia. Quod si verum est, relinquitur in præscriptionibus titulatis, quæ non nisi contestatione interrumpuntur, sublata, antiquata, & in totum extincta cõtestatione cum suo effectu, nil superesse quod interrumpat, & approprimentum ita retro confirmari, ne rediri ad nouam actionem possit, quia oportuit super ea contestari intra annum, quod factum non est, aut si factum est, ad nihilum actus reductus est per peremptionem instantiæ. Itaque & instantiæ directò & actioni indirectè præscribitur, quia eius prosequutio fieri nequit, nisi intra annum reperiatur contestata in titulatis præscriptionibus, in non titulatis citatio, morte
13 instantiæ perimitur cum suo effectu, vnde fit vt nullus actus interruptionis supersit, imo ex toto extinguantur omnes omnino litis actus. Præscribitur itaque actioni effectu, non directo, sicut in iure dicimus vsucapionem non interrumpi contestatione, vi quidem contestationis, sed effectu, quia iudex rem restitui iubet ex iudicio contestato: de quo l. si post acceptum de iud. D. Itaque non est cur semidocti mirentur, quod obiicere solent etiam perempta instantia manere actionem, ideoque nil obesse quominus deintegro perempta instantia redintegretur, nec posse actioni tam breui tempore præscribi, & diuersa esse actionem, & instantiam, litem, causam: de quo in l. causas. C. de transact. & l. post quam liti. C. de pact. Nec peremptione instantiæ actionem perimi, quod & nos agnoscimus directo quidem, & vi peremptionis instantiæ, sed obliquè, indirectè & effectu impeditur actionis exercitium, propter ea quod approprimentum perficitur, nec aliter per oppositionem aut actionem interrumpitur, quam si intra annum super actione sit cõtestatum computando annum à die formatę oppositionis. Sed hoc casu cõtestatio abolita reperitur cum toto suo effectu, nec tempora amplius largiuntur, vt
14 super alia aut eadem fiat cõtestatio. Ideóque sine viribus, effœta & inanis manet illa actio, ne rursum redintegrari possit obstante lapsu annalis temporis l. accusaturus. D. de adult. Quod nos ante fusè sumus prosequuti. Hæc vera est sententia, quominus iam semidocti & perturbentur talibus obiectis, & iurisconsultorum sententiis, quas regum ordinationes in totum sustulère, & forum non recipit, & certissimæ vsus rationes oppugnant.

15 Sed ex eiusdem ordinationis occasione, quam anno 1564. editam esse diximus, nata est sæpenumero cognoscente me magna pugnandi materia, cùm manifesta ratione homines suo iudicio sapientes niti viderentur, ex eiusmodi causis. Nam cùm ante illius ordinationis tempora, iuris traditio, quæ habet dirempta instantia effectum interruptionis durare, obtineret, demum superuenientia illius ordinationis contrarium statutum sit, id est, perire omnem interruptionis effectum. Magna dubitandi causa obla-

A ta est, de his præscriptionibus, quæ ante ordinationis tempora essent interruptæ, an is effectus noua ordinatione sublatus videretur. Erant enim qui vetera iura nouæ legis dispositioni subiici nollent, & illud è triuio leges futuris dare formam negotiis, nec ad præterita porrigi, aut retro agi quæ suo iure decidi debét, quod tum valuit cùm actus gereretur. Itaque consummatum interruptionis effectum superuenienti legi non subiici, quæ ratio placuit Bart. l. 2. C. de fruct. & lit. exp. & Saly. eandem retexuit auth. offeratur. C. de lit. contest. Sed illa etiam multo speciosior ratio, ius quæsitum interruptione ad conti-
B nuandam actionem, & ius conseruandum adimi cuiquam per nouam legem non posse. Et dicuntur ista quidem probabiliter in speciem, sed subiectæ materiæ mirè quam parum conueniant, & quam incautè applicentur. Nam etsi verum est leges futuris dare formam negotiis, nec ad præterita referri, falsum est in casu proposito quod assumitur, id ita futurum, si ordinatio antecedentem interruptionem tollat, cùm plusquam manifestum sit id non fieri, sed ad futura in totum hanc ordinationem porrigi. Quia hæc peremptio instantiæ, quæ fit per triennium post
C ordinationem lapsum, non agit in præteritum, sed in futurum, & de futuro temporis cursu statuit, totúmque suum effectum tribuit futuro triennio. Quo fit, vt si integrum triennium lapsum reperiatur post ordinationis promulgationem, incidatur in eius dispositionem. Exemplis res fiet illustrior. Quo tempore lex lata est, ne famulantium salaria post sex menses peti possent, aut procuratorum honoraria post biennium, perpetua lege & iure erat actio personalis ad ea petenda. Sed quis ambigit, si totum semestre aut biennium lapsum sit post eius ordinationis tempora, futurum vt actio ante perpetua, in totum tollatur
D lapsu sex mensium. Quo tempore consuetudo reformata est, de rebus soli actio sexagenaria erat, per reformationem quadraginta annorum effecta est. Quis ambigit si à die reformationis, hoc est anno 1539. quadraginta anni labantur, quod fiet anno 1579. omnes omnino res soli præscriptum iri non expectato sexaginta annorum lapsu, etiam re ante annũ 1539. præscribi cœpta, & quæ sexaginta annorum futura erat, nisi reformatio consuetudinis superuenisset; etiam si tum lis esset contestata, quadraginta solum annorum futuram, propter cursum totius no-
E uati temporis post legem reformantem lapsi. Hæc ratio perspicuè aduersarias omnes tollit, quæ de legibus litigant, quæ præteritis negotiis formam dare nequeunt, cùm hoc casu non aliud fiat, & de futuris agatur. Sed tamen ne auctoritate magnorum quoque virorum deficiamur; extat pro hac sententia Bart. in indiuiduo iudicium l. omnes populi col. 16. vers. alia quæstio, quod omnem hanc dubitationem præcidit; si statutum (inquit) fiat quo bonæfidei possessor quinque annis præscribere rem soli permittatur, tempus quidem quod ante statutum decursum erit, non coniungi cum eo quod statutum
F subsequitur ad faciendum aut complendum quinquennium statuto superuenienti præfixum, si tamen totum quinquennium à statuto pręfixum currat post statuti datam, præscribi actioni siue natura ante perpetuæ, siue aliundę interruptæ, quod ideo addo, quia interruptio nihil amplius habet quàm natura. Namquę personalis est, & natura sua durat, in triginta annos, non minus pollet quàm interrupta ciuili modo, ideoque tam vtraque tollitur superuenientia nouæ legis tempus contrahentis, coniuncto quidem lapsu sui temporis. Hanc Bartoli sententiam cæteri scriptores

ptores eodem loco sequuntur, & è Canonistis Fely. c.vlt.fall.6. ext. de constit. & ibid.Imol. vbi regulam conficiunt: quoties scilicet lex superueniens det exceptionem, toties extendi ad præterita, quod hîc fit. Tollit igitur lex superueniens certi temporis præscriptibilis de futuro inductiua, omnem vim actionis antea vt dixi, perpetuæ aut perpetuatæ per contestationem, & ad suum tempus, quod minus est, contrahit & coarctat vitam, & exceptionem acquirit litis finitæ, in terminis illius regulę per lapsum noui temporis. Nam illa non valida ratio, quæ de iure quæsito obiectat, cùm ista ipsissima sit omnium præscriptionum natura, vt in confesso alienum tollant, & præscribenti applicet. Quis enim suum præscribit? Quare qui post ordinationem conditam triennium labi patiūtur, sine excusatione sunt, cùm persequi libuerit litem institutam, & defunctoria illa contestatio videri debeat, quæ toto triennio intermissa est, quod l.fin.C.de præs.30.an.damnat. & ante notauimus: Et propemodum alienasse ipse videatur, & defensionis necessitatem totámque litem remisisse, qui tamdiu ab eius persequutione destitit. Quare iura quantumlibet antiqua acquisita, propria, actiones perpetuatæ contestatione, aut natura perpetuatæ, superueniētia talis ordinationis de futuro statuentis tolluntur, si tempora labi rei aut actionis dominus patiatur. Nec id mirum data patientia eius amitti actiones, quod in omnibus præscriptionibus æquè fit, ex interpretatiuo consensu, quod sæpe disseruimus. Nec iā hinc causa vlla esse possit, cur imperiti ignorantia, eruditi incogitantia labantur, à quibus talia sæpe agitari cōperimus non prono. Erit igitur huius sententiæ & considerationis summa.

Per ord.anni 1564. & lapsum triennij ab ea præfixi omnes omnis generis instantias perire, ante ordinationis tempora institutas, siue perpetuæ actiones sint natura, siue contestatione, atque inde consequi, ne actiones ipsæ redintegrari possint obstātibus approprimentorum solemnibus, propterea quod & citationis & contestationis effectus peremptione instantiæ eluuntur, & oppositiones exclusæ ob defectum contestationis & citationis reperiuntur, atque ita approprimentum reualescere.

Tolluntur itaq. actiones non vi peremptionis instantię, quippe ista diuersa sunt, nec peremptio instātiæ vim suam exerit in actiones, sed per consequentiam & effectu, quia nisi intra annum cōtestatę repeɾiantur, exerceri amplius nequeūt, atqui peremptio contestationem sustulit, sublata igitur causa, sine qua non (vt dicere solent) tollitur & effectus.

Idem accidit, cùm actor male instituta lite victus, denuò magis idoneam vult redintegrare: Nam si annus lapsus est, id facere nō permittitur, quia tempora agentem excludunt, antecedente quidem approprimento, quia mala lis non interrumpit, & interim agendi tempora consumantur, vt ante docuimus.

Sed cùm res agentibus subinde aliæ ex aliis dubitationes occurrunt, veluti Hydræ capita, quas præcidere hominis est in iure & fori experimentis versati, neque enim nihili de iure disputationes, & otiosas scholasticæ vmbræ conflictationes consectari instituimus, si nihil valent ad vsum, & inutiles tractant χαμαχίας. Cùm duo litigantes non solum litem esſent contestati, sed totam litem instruxissent, imo etiam instrumētum omne apud actuarios edidissent, & iam inde toto triennio siluissent. Dubitatum an tum quoque perempta lis & vitiata interruptio existimari deberet, cùm litem resumenti reus de perempta lite præscriberet sine (vt loquuntur) non recipiendi, actor responderet, quod in se fuisset fecisse, litem ad calculum perduxisse, instrumēta consignasse; iam inde nihil esse, quod sibi imputari deberet, vt lis perempta dici posset, & solius iudicis in reliquum in iudicando partes fuisse; & erant è doctis, qui eam sententiam probarent, & Bart. non longè ab ea iudicium adferri potuit in l.mora. D. de vsur. Idem in l. Titia Seio. §.vsuras. D. de legat.2. vbi dicit, si statuto perimatur instantia ob cessationem triennij, non videri cessasse actorem, qui semel tantum iudicem interpellauit vt ius diceret. Et hæc sentētia multis aliis casibus præter propositum in vsum venire potest: vt cùm intra certa tempora litigantes litem prosequi iubentur indicta pœna, aut iuris alicuius amissione, multum interest scire quatenus ista prosequutio dicenda sit, sed ego tamen dixi contrariam mihi probari & iure meliore deffendi. Primum enim negari non posse eam litem aut instantiam dici pēdere, quæ nulla diffinitiua sententia terminata sit, sed litis pendentiæ, vti loquūtur, effectum omnem triennij lapsū ad nihilum redigi, nisi intra id terminetur. Nec probabiliter obiici, quod per iudicem steterit, quod perquam falsum est: Cùm etiam edito litis instrumento & productione facta (vt loquuntur) restent quædā antecedentia facienda, contradicendum, forclusiones obtinendæ interdum, & de nouo producendum, vtamur enim verbis fori pingui Minerua, denique multa omnino occurrunt, cur iudex non petentibus aut cessantibus partibus non temere operam suam ingerere, aut obtrudere debeat. Est & cùm in transactione decisa reperitur, aut cùm cōpromissum suspendit cursum, inutili futuro vltroneo iudicato importuna sedulitate iudicantis. Quare & tum demum officium non fecisse iudici imputatur, de eo quidem quod priuatorum interesse respicit, cùm monitus & interpellatus non fecit: de quo text. expressus l. 1. §. magistratibus. D. de magist. conueni. magistratibus (inquit) imputatur, non si omnino tutor datus non sit, sed ita demum si moniti non dederint. Neque enim partium vtilem curam in lite instruenda oportet anteuerti præcipitata iudicantium festinatione, veluti sera futura sint honoraria & sportulæ. Hincque recepta illa sententia, iudicem qui intra certum 17
diem iudicare teneatur, in reposcenda ratione finiti officij, quam syndicatum vocant, non teneri nisi rogatus, & sępius interpellatus contempsit, cuius sententiæ locos scripsimus art.31. tit. 1. huius consuet. Denique extat hæc dubitatio ab Baldo decisa auth. Item si.C.de temp.appel.cùm sit sentit, post conclusionem in causa factam, in causa appellationis qui extremus instruendæ litis actus olim fuit, currere nihilominus fatalia prosequendarum appellationum tempora, quia etsi dici possit quod à modo per iudicem stat, in terminis l.properādum.§.sin autem vterque.C.de iud.tamen id restat adire iudicem & (vt ille loquitur) protestari quod expediat causam; Quod si hoc pars non faciat, non implet partes suas, & currunt tempora, quia organa iudiciorum interquiescunt non instante & quiescente parte. Itaque litem expediri peti oportere eadem instantia, qua apostoli petendi sunt: quod l.vltim.§.illud. C.de temp.appel. præscribit. Ideóque Bald. Bartoli sententiam improbat d.l.mora, qui vnica interpellatione iudicis contentus est, cùm summa ope niti litigator debeat, vt iudicium auferat: quas sententias comparat, Alex. conf.l.vol.4.col.2.vers.qui ergo.Roman. & Imol.d l. Titia Alex.l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.D.de op. no.nunc.Rom.conf.427.Saly.d. l.vltim. §. illud.C.de temp.appell. Sed illorum nemo negat, non sufficere

conclusionem, aut renũciationem in causa, aut productionem, nisi & iudicis interpellatio cum instãtia fiat: quia superior aliter in mora cõstitui non potest, & plerumque postulationum multitudo facit, & aliꝫ reipub. occupationes, ne singulorum desideriis intendi possit, quæ tamen tantæ esse non possunt, vt toto triennio iudicio differri possit, si petatur. Quare sufficiens est præsumptio de actoris negligentia, qui tanto tempore siluit. Nam illæ vulgatæ comparationes de quibus Ioh. Monach. c. 2. de rest. in integ. in 6. & quæ alia in eandem sententiam Felyn. allegat. c. cùm dilectus ext. de fid. inst. paria esse iudicatum & conclusum esse in causa, fallacia sunt, & alio fine dicuntur, ne scilicet post cõclusionem quidquam partibus liceat, & cùm nulla tempora præfinita sunt iudicando. Hic diuersus casus est. Quare sic denique censeo non minus peremptam instantiam censeri debere, quia (vt loquitur forum) partes produxerint instrumenta sua, & tabulas apud iudicem, si triennio toto post productionem siluerint, & mortuas per se tabulas non excitarint, inducto prosequutionis spiritu, & palam est sic sensisse Baldum auth. Item si, quam supra citauimus. Etsi supremis quidem Curiis vsurpari non ignoramus, ne peremptio instãtiꝫ vsurpetur, & arestum eruditus quidam memorat. lib. de doman. 3. c. 26. nu. 35. etsi de lite in prima instantia instituta in illis ipsis curiis aliter iudicent; & hoc ipso iure regem Blesorum comitatum obtinere, vt ille ait lib. 3. de priuil. rust. c. 2.

DE INTERRVPTIONIBVS PER RESCRIPTI DENVNCIATIONEM.

Cap. 9.

1 *Rescißiones & restitutiones quo tempore præscribantur.*
2 *Restitutionum & Rescißionum differentia.*
3 *Quadriennium Restitutionibus præfixum iure ciuili.*
4 *Rescißionib. decennio præscribitur.*
5 *Rescißiones citatione interrumpuntur.*
6 *An actiones per modum exceptionis opposita, interrumpant.*
7 *Contra impeditum facto tertij an præscriptio currat.*

1 De restitutionibus in integrum, & rescissionibus contractuũ, rescissoriis etiam actionibus quãto tempore durent videbimus inf. art. 283. Nunc id dicendũ est quomodo præscriptiones aduersus eas interrumpantur: Neque enim omnibus obuiũ est, vt se hac dubitatione explicent. 2 Restitutiones in foro nos ferè releuamenta solemus appellare: Rescissiones nomẽ suum retinuerunt. Restitutiones ferè ex inopinatis causis, quæ quémq; impediunt, quominus agere aut ius suum persequi possit, concedi solent. Causas intelligimus eas, quæ sine dolo aut facto aduersarij occurrunt, vt morbus, absentia, ignorantia, carceratio, principis iussus aut prohibitio, & si quæ similes sunt sub titulis, ex quibus caus. maior. ex clausula si qua mihi causa videbitur, ex quibus tam maiores, quam minores restitui solent, sed minores potius, cùm scilicet ad causæ necessitatem adiicitur & personꝫ consideratio. Ex diuerso, rescissiones ob factum aliquod aduersarij dantur, qui dolo, fraude aut malo aliquo ingenio aduersarium decepit, de quo statuit art. 283. & Ord. Ludo. XII. & iuris loci sunt l. 2. C. de rescind. vend. l. 3. C. de eo quod met. caus. l. vlt. C. de temp. in integ. rest. l. in contractibus. C. ex quibus caus. maior. cap. 1. de rest. integ. in 6. vbi Doct. & clẽ. 1. eo. tit. Itaq; sicuti restitutiones, & rescissoriæ actiones principia habent diuersa & causas non easdem, ita etiam prosequutionis modos, & prosequendi tempora diuersa & interruptionis rationes alias. Quæ enim restitutiones dantur ex illa clausula si qua mihi iusta causa, &c. citra factum aduersarij, officio iudicis nobili (vt loqui solent) conceduntur, non actionis cuiusquam iure. 3 Itaque non amplius quadriennio viuunt, quod maioribus computatur à die cessãtis impedimenti, reuersionis si absentia fuit, scientiæ si ignorantia, sanitatis receptæ si morbus fuit, minoribus à die finitæ minoritatis, propter impedimentum in persona iunctum cum accidentali causa d. l. fin. C. de temp. gl. fin. l. 2. C. de rescind. vend. glo. c. cùm dilecti ext. de emp. & vend. omnes l. 1. C. de iud. latè Angel. Ioh. Fab. Ias. §. rursus inst. de act. & quos Ias. allegat. Et vero hoc quadriennium à principio vtile, in cursu continuum sic vt non solùm litem contestari oporteat super restitutionis causis, sed & litem in totum finiri, quæ expressa est dispositio d. l. vlt. C. de temp. in integ. restit. gl. verbi finiendum, & verbi in minorum Bart. l. 1. C. de iud. glo. d. c. 1. Ita vt contestatio certissima alioqui omnium idterruptionũ nota, hîc nihil proficiat ad interrumpendum, nisi & lis in totum finita sit. Hæc quidem iuris ciuilis dispositio, & eorum qui illo iure reguntur. Nam iure nostro consuetudinario restitutiones aduersus præscriptiones dari ex talibus causis desitum est, quod alibi demonstrabimus, & in totum sublatas oportuit, aliter nihil vnquam in rebus acquirendis certi futurum est. Supersunt igitur vsu solæ rescissionum causæ, quæ ex facto aduersarij dantur, quæ quia ex ipso contractu oriuntur, personales sunt, Ideóque vt personalibus præscribitur, & vt personales interrumpuntur, id est citatione, quod ait glo. d. l. 3. C. Quod met. caus. & d. l. 2. d. l. ex contractibus, & d. l. fin. glo. d. verb. finiendum. Et Balb. persequitur, parte quarta quartæ partis q. 29. Hoc non 4 minus consuetudine quàm iure scripto obseruatur, etiam si tricennalia rescissionum legalium tempora ad decennium contracta sunt legibus regum. Ergo 5 citatione tales præscriptiones interrumpuntur: Nec sufficeret regium rescriptum impetrasse, nisi & denunciatum esset, quod ante docuimus ex l. sicut. C. de præs. 30. anno. Hæc diligenter animaduertenda sunt, & origines causarum notandæ, ne confusione materiæ, & rerum per se diuersarum, præscribendi tempora, & interrutionum modi confundantur, cùm sint ab scholasticis scriptoribus perplexè tradita & obscurè. Nec regum ordinationes quidquam, nisi obiter de restitutionum temporibus statuunt, cùm de rescissionibus extent preclarè, & disertè constitutæ.

SVMMA IGITVR HÆC.

Restitutiones quæ officio iudicis dantur, quadriennio excludi, nec contestatione interrumpi prꝫscriptiones. Sed tales vsus reiecit noster quidem patrius.

Rescissiones citatione interrumpi. 6

Digna vero inquisitione etiam illa dubitatio: An vllæ ex his actionibus quæ interrumpunt, cùm sunt intentatæ, propositꝫ per modum exceptionis aduersus agentem interrumpant, veluti si quis ex eo contractu conuentus qui dolo initus erat, vel vim passus, agenti præscripserit de dolo aut vi, & in ea lite decennium consumptum sit, ita vt amplius rescissoria actio proponi non possit, an per exceptionem interrupta

rupta dici possit præscriptio, ita vt agentem admitti oporteat.

Hanc dubitationem mouit glos. c. 2. verb. in modum excepitonis ext. de ord. cognit. & recepta est sententia per talem exceptionem præscriptionem aduersus actionem rescissoriam non interrumpi, Bart. l. si auté. §. vlt. D. de neg. gest. & l. omnes actiones D. de reg. iur. Ioh. Fab. l. cùm notissimi. C. de præscript. 30. anno. vbi & Bald. §. Imo. & Angel. Bald. l. 1. ad fin. C. de ædilit, act. Abb. & Fely. c. illud ext. de præscript. num. 12. Alex. l. vlt. D. de eo per quem fact. erat. Salyc. quod tempore. C. de temp. integ. restit. Ita accidet, vt qui super tali exceptione contestatus sit, B & litigauerit, sic vt decennium à die contractus dolo facti transierit, lite finitâ intentare amplius rescissionem nequeat, idq; multomagis vsu quia sine rescripto nulla rescissio intéditur, idque via actionis. Excipiunt casum, cùm exceptio proponitur per modum actionis, veluti si compensatio peteretur, vel reus ex aduerso suum, & ipse libellum ederet, & concluderet ad rescissionem, quod Bart. ait, d. l. omnes actiones Balb. d. parte tertia sextæ partis vers. circa tertiã num. 38. Cùm scilicet reus non contentus excepisse, sese actorem constituit, & conclusiones capit de rescindendo contractu, ex quo actor actionem fundat, quod per quàm sæpe accidere solet vsu. Quod cùm occurrit, vterque suo respectu actor, & reus, terminandúmque vnâ sententiâ rescindens, & rescindendum.

7 Et quoniam de interruptionibus ad plenum disseruimus, non ignaua illa dubitatio occurrit. Cùm quidam aduersarium in ius vocasset, aliquis externus vocantem vi vel fraude attinuit quominus in iudicium iret, præscriptio completa est. Quæsitum qua ratione succurri posset impedito, tex. expressus decidit hunc casum l. vlt. D. de eo per quem fact. erit, & D præscriptionem perfici præsupponit, sed actori dari actionem ad interesse aduersus impedientem, si soluendo est, sin minus restitui actionem aduersus prescribentem. si citra factum præscribentis impedimétum processit. Bald. in margarita verb. præscriptio si dolo. & quos Tiraq. in retract. §. 24. gl. vnica nu. 4. §. 35. glo. 4. nu. 32. Nam si factum eius aut participatio probaretur, non dubium interrumpi præscriptionem l. 1. in princip. D. de eo per quem fact. erit, per regulam l. si eum. §. qui iniuriarum. D. si quis caut. Sic qui vi deiectus est, non potest negare extraneo agente, interruptionem præscriptionis esse factam. Ideoque E magno in interesse versatur, Sed quod sic accidit, damnum ab deiiciente consequitur, manente præscriptione naturaliter interrupta, quæ tamen interruptio, si facto aduersarij accidisset, restitutâ possessione, ex sententia daretur accessio, restituto etiam eius temporis quo res apud aduersarium fuisset, l. Pomponius. §. si iussus text. valde notando. D. de acquir. possess.

AN MISSIO IN POSSESSIONEM EX PRIMO DECRETO, INTERRVMPAT præscriptionem: Aut vero manus iniectio, præhensiones, & auctiones.

F

Cap. 10.

1 *Vsus primi decreti iure antiquo.*
2 *Missio ex secundo decreto.*
3 *Primum decretum non interrumpit & num. 8.*
4 *Is contra quem fit missio, possessionem non amittit.*
5 *Missus aliis quoque creditoribus negotium gerit.*
A 6 *An possessio interrumpatur ex primo decreto.*
7 *Primi & secundi decreti mentio abolita vsu.*
8 *Executionis formæ differentia à veteri.*
9 *Vno creditore dimisso alij succedunt.*
10 *Manus regia neminem spoliat.*
11 *Per saisinam & cridas non perditur possessio.*
12 *Quid si commissarij non exequuntur commissionem, an interruptio fiat.*

Sed occurrit alia comprimis nobilis dubitio, An missio in possessioné ex primo decreto prescriptionem interrumpat, eius cótra quem missio fit. An vero, quoniam primum decretum exoleuit, nostra manus iniectio, auctiones, & quas cridas vocamus idem efficiant. An domini, an alterius qui dominus non erat, sed tamen possidebat. An sequuta addictione, id est, adiudicatione per decretum, detur accessio emptori ex persona debitoris, cuius res addicta propria fuit. An ex eius prædij emptione, quod pignoratum erat hoc est saisitum in manu regis, approprimentum possit cósistere, si id extraneus ab debitore emerit vel sciens, vel ignorans, *pendant la saisie ou criee.*

Non ignaua ista inquisitio, nec fortasse cuiusuis arbitri ista fuerit censura, in qua primùm id docédi sumus, à prisci iuris traditionibus multa vsu fori, & tribunalium hoc quidem in regno aliorsum diducta esse obseruatione recepta. Ac de primo decreto quod 1 ius ciuile repererat, sic traditum veteres Pop. Rom. magistratus pridem, cùm rei in ius euocati nó defenderentur, missiones in bonorum possessionem vsurpasse, tribus ferè de causis, quæ ab iurisconf. memorantur l. 1. D. ex quib. caus. in poss. eat. rei seruandæ causa scilicet, legatorum nomine si non cauebatur, & ventris causâ, de quibus extant in nostris libris tituli singulares, addita & damni infecti causa, quæ tamen ab superioribus discrepabat, quod ex illis missi in vniuersa reorum bona mittebantur d. l. 1. & l. à Diuo Pio. §. in venditione. D. de re iudic. ex causa damni infecti missio in ea tantum fiebat, quorum nomine caueri postulabatur; quod ius ipsum posterius ad superiores quoque causas, & missiones productum est, ne debitoris iniquissima esset conditio l. aut. ei qui iurat. C. de bon. auth. iud. possid. quo iure fieri missiones cœperunt pro rata dumtaxat debiti. Fuit vero ea magistratuum Rom. auctoritas, nec idem duum viri, defensores ciuitatum, aut alij municipales potuerút l. iubere cauere. D. de iurisdict. omni iud. l. ea quæ. D. ad municip. inductúmque, ne nisi magistratuum iussu fierent præmissâ citatione, & verò etiam peremptoria l. 2. D. ex quib. caus. in poss. eat. Bart. l. si finita. §. Iulianus. D. de damn. infect. l. hæc autem. §. 1. D. ex quib. caus. in pos. eat. finis & intentio missionis fuit, vt reus molestia affectus tandem iudicio appareret, & defenderetur l. is cui. D. in pos. legat. eat. causa mittendi sola cótumacia, sic missi in possessione rei missi esse dicebantur ex primo decreto, possidere non putabantur. Cuius formulæ crebra mentio libris nostris, & vero molesta, & Ciceroni oratione pro Quintio: Sed & de ea specialem tractatum edidit Speculator. Quod si ne sic quidem reus defendebatur, & 2 perstabat latitare, missio ex secundo decreto ab iudice postulabatur, quæ intensa contumacia missum possessorem constituebat, quod Bart. exequitur. d. §. Iulianus, l. prætoris. D. de dam. infect. Bart. exequitur d. §. Julian⁹, & vsucapio ex eo possessori procedebat, quod Bart. ibi tradit. num. 51. & 53. l. 3. §. vlt. D. de acq. poss. l. 2. §. vlt. D. si ex noxal. caus. agat. Inde eueniebat, vt ex primo decreto missus possessionem non interrumperet eius, contra quem missio fiebat. Imo

nec fructus ſuos faciebat, quod Bart. Bald. Alex. Lud.
Arct. perſequuntur. §. Iulianus. Alex. latè l. iuſte poſ-
ſidet. D. de acq. poſſ. Imo vero nec is cōtra quem miſ-
ſio fiebat, decedere poſſeſſione cogebatur l. prætor.
§. 1. D. de dam. infect. d. l. ſi finita. §. ſi plures. & §. ſi an-
te l. 1. D. de fund. dotal. Sed ſola cuſtodia miſſo tribue-
batur l. cùm legati. D. ex quib. cauſis in poſſ. eat. l. miſ-
ſio. D. pro empto. glo. l. item ſi fundum. D. de publica.
quod ſi fundum locatum reperiebat, locare non po-
terat ipſe, aut antecedentem locationem reuocare l.
4 in venditione. D. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. Quare
nulla mutatio contingebat in poſſeſſione, cùm in ſuo
ſtatu remaneret apud eum, contra quem miſſio facta
erat. d. l. ſi finita. §. is cui, &c. quoniam frequenter ext.
vt lit. non conteſt. Magis mirum, quod ne decedere
quidem poſſeſſione, aut cedere miſſo cogebatur, ſed
vna cum eo in ea manebat, niſi iudex expreſsè ex ali-
qua cauſa iuſſiſſet, ex l. Fulcinius. D. quib. ex cauſ. in
poſſeſſ. eat. Alex. d. §. Iulianus. Sed & agrum colere, &
fructus percipere poterat; quos tamen miſſus cuſto-
diebat; quod Bald. ſcribit. d. auth. ei qui iurat. Nec
verò hoc modo miſſus ſibi ſoli negotium gerebat,
ſed cæteri quoque creditores etiam poſt miſſionem
orti, ad miſſionem vocabantur. l. cùm vnus. C. de
bon. auth. iud. poſſid. l. vlt. C. eod. tit. Itaq; proſequu-
tionem ab alio cœptam alius perficere poterat, dum-
modo intra ſtatuta tempora veniret, quod hodie
quoque fit in auctionibus. Ex hoc itaque decreto pi-
gnus prætorium conſtituebatur, quod tum contra-
hitur, cùm iudex motu ſuo rem aliquam iubet poſſi-
deri, quomodo Bart. deſcribit d. §. Iulianus. num. 47.
& l. 2. C. de prætor. pig. & l. ſed & ſi iure. D. de pignor.
act. quod malè quidam cū iudiciali confundunt, cùm
tituli extent ſeparati. C. de præto. pig. & alius ſequēs,
ſi in cauſ. iudic. & diſcrimen Bart. agnoſcit. d. l. à diuo
6 Pio. §. ſi ſuper rebus. His poſitis cùm quęritur, an miſ-
ſione facta ex primo decreto, poſſeſſio eius interrū-
patur contra quem miſſio fit, ſic habendum; cùm ex
ſuperioribus pateat miſſum non poſſidere, neceſſa-
rio dicendum poſſeſſionem apud priorem manere:
Ergo nec interruptionem fieri, quominus cœptam
de re aliena præſcriptionem perficiat. Sed anceps
dubitatio eſſe poteſt, an ſcilicet creditor per talem
miſſionem interrumpat. ne debitor præſcribere poſ-
ſit actioni ad debitum: An item è contra debitoris
cuius in poſſeſſione res eſt, præſcriptio interrumpā-
tur. Authores ſcholaſtici in hoc variant; ſed quātum
ad priorem dubitationem, iuris principia cogunt
credere præſcriptiones omnes, quæ citatione inter-
rumpuntur, vt perſonalium actionum, interrumpi
ex parte creditoris per talem miſsionem. Nam cùm
miſsio fieri nequeat niſi præcedente citatione, atque
adeo iudicis iuſſu, conſequitur fieri interruptionem
pręſcriptionis aduerſus perſonalem creditoris actio-
nem, quod rectè Fely. docet. c. illud col. vlt. ſexta cō-
cluſione ex dereſcript. Rom. conſ. 38. Bart. l. is qui. D.
ex quib. cauſ. maior. Bald. l. conſentaneum verſ. ad
ſecundum col. 6. C. quom. & quand. iud. Sed & in his
quoque, in quibus conteſtationem requiri diximus
aduerſus titulo poſsidentes ſcilicet, interruptionem
fieri probabile eſt, propterea quod reus euocatus
qui latitat, & ideo miſsionem ex primo decreto pa-
titur, in cauſa eſt ne conteſtatio fiat: atque ideo con-
teſtatio pro facta haberi debet, reg. ſi eum. §. qui in-
iuriarum. D. ſi quis caut. de qua ante regula prolixè
egimus. Sed cùm in conuerſo caſu agimus, an pro-
pter miſsionem interruptio fiat poſſeſsionis eius qui
rem tenebat, in qua miſsio fit, concludimus non fieri,
per ea quæ ante diximus, & probat tex. l. miſsio. D.

Cuiac. in l. pen. D. pro empt. & lib. obſ. 5. cap. 30.

A pro empt. l. 3. D. pro hæred. l. is qui. D. ex quib. cauſ.
ma. d. l. cum legati l. 3. §. vlt. D. de acq. poſſ. l. ſi duo. §.
creditores. D. vti poſsid. etiam ſi miſſio fieret iudicia-
lis pignoris cauſa, de quo vulgo ſchola litigat d. §. ſi
ſuper rebus. Tum quidem cum miſsio fit pro perſo-
nali debito: nam ſi fieret, vt in rem propriam agen-
tis, & vt ſuam ei adiudicatam, haud dubiè & poſſeſ-
ſio, & dominium, & vſucapiendi conditio in ſuo ca-
ſu tribueretur l. Pomponius. §. ſi iuſſu. D. de acq. poſſ.
ſecus cùm fit pro ſolutione, & executione debiti mo-
bilis perſonalis. Et iſta quidem iure Romano & ciui-
li. Nam vſu recepto & Franciæ iure primi & ſecundi 7
B decreti materia in totum exploſa eſt, & vero expreſ-
ſa Ord. Regum articulo Molinenſi 49. Nec immeri-
to tam lenta remedia, & licentioſa reorum effugia
vſus repudiauit, & has miſsiones omnes quæ alio fini
fiunt, & ab litigantibus exercentur, quod ſi hodie
fieret, & vtriq; parti in poſſeſsione eſſe liceret, nulla
poſſeſsio non maderet cædibus, & pugnis, & ſi qui-
dem in præhenſionibus capitalium cognitionum
non alius fere finis, quàm vt reus appareat, & ſeſe iu-
dicio ſiſtat.

Sed nunc de ciuilibus agimus, in quibus & illam 8
C ambagioſam dominij impetrationem inſolens Iuſti-
niani inuentum reiecimus, vt & illas ex iudicati cau-
ſa pignorationes, ex tit. ſi ex iud. cauſ. Sed quoties ac-
cidit, vt ſiue ex iudicato, ſiue inſtrumēto garentigia-
to, perſonali obligatione quiſquā pecuniam debeat
dare, interpellato debitore, & ſummatione factâ (vt
loquimur) ſine vllo omnino iudicis decreto, manus
in prædia debitoris publicè iniicimus per apparito-
res, eadem publicè poſsidentur, ſine diuerſo quàm
aut ex primo aut ex ſecundo decreto. Nec enim ideo
fit, vt res præhenſa iudiciali pignore habeatur, nec vt
creditor in poſſeſsione ſit, aut poſsideat, ſed vt re in-
D terim ſequeſtro depoſita, per curatores auctoritate
publicâ adhibitos, fructus rei colligantur, & auctio-
nes fiant, & creditores audiantur, ſi qui ſint, dum de
iure protopraxiæ cuiuſque inquiritur. Nec cuiuſquā
præhendentis melior conditio eſt, quod præhenſio-
ne anteuerterit, quod è pragmaticis Magiſt. lib. *des
criees*, notat c. 32. Quod contra in prætoriis pignoribus
iure ciuili fiebat, ſed omnia creditorum iura à con-
uētionalibus cauſis, & hypothecarum vel legalium,
vel conuentarum temporibus tribuuntur in hypo-
thecis quidem, quocirca fruſtra illæ iuris dubitatio-
E nes de quibus l. ſed & ſi iure. D. de diſtr. pig. l. 1. C. de
pact. pignor. l. cùm rem C. qui potior in pign. hab. nec
plures ab pluribus præhenſiones fieri poſſunt, quod
vulgò dicere ſolent (*ſaiſie ſur ſaiſie ne vaut.*) Sed vna
ſemel excitata cæteri creditores, aut quorum inter-
eſt iure aut anteriori, aut poſteriori, ſibi debent per
viam oppoſitionis ſuccurrere. Quod ſi contingat 9
priorem creditorem dimitti, cæteri omnes ſuo quiſ-
que gradu, ordine aliis ceſſantibus rectè petunt ſe in
proſequutione rei ſaiſitæ, & cridis ſurrogari d. l. cum
vnus & l. pro debito. C. de bon. auth. iudic. poſsid. l.
ſciendum. §. qui autem. D. quæ in fraud. cred. Bartol.
F d. l. ſed etſi iure. His aſſumptis quæritur, An per no-
ſtras præhenſiones, quibus ſic vtimur, *& ſaiſies*, poſ- 10
ſeſsio debitoris, contra quem fit præhenſio, inter-
rumpatur, ne ipſe inchoatam præſcriptionem de re
ſi aliena eſt, poſsit perficere, néve alij vendere aut
titulum tribuere queat. In quo ſcribenda primùm du
foro regula, quam ne priſci quidam ſcholæ ſcripto-
res ignorauêre, per manum regiam neminem ſcili-
cet deſſaiſiri. Cuius Pet. Rauennas & Cy. meminêre.
l. 1. C. de prohib. ſeq. pec. & ibi latè Franciſ. Curtius
Bart. d. §. ſi ſuper rebus per d. l. miſſo. & quos Molin.
allegat.

allegat. tit. de feud. §. 1. glos. 4. q. 2. Boerius decis. 172. A Ex quo consequens est, vt rei possessor non minus perficere præscriptionem possit post prehensionem, aut inchoare etiam, propterea quod intentio & animus prehendentis non est possidere rem vt suam, nec commissariorum qui fructus colligunt, quorum
11 opera & intentio vt de re aliena cogitat. Quare rei hoc modo prehensæ posset dominus vendendo dominium transferre, quod expresse Bart. ait. l. Celsus num. 14. D. de vsucap. quo ad contrahentes quidem licet creditores, & intercessores omnes pro suo quidem interesse talem trāslationem possint impedire, B sic tamen, vt emptor qui illis satisfacere volet, ius habeat offerendi crediti, & retinendæ rei ex suo titulo. Nam & si creditor dicatur pignus possidere, tamen debitor, quo ab vsucapionem perficiendam, possidere intelligitur, etiam tradito realiter pignore creditori. l. 1. §. per seruum corporaliter. D. de acqu. posses. l. serui nomine. D. de vsucap. l. nec creditores. Cod. de pign. Accedit iuris ratio, quod commissariorum deputatio, nihil aliud est, quam sequestri necessarij cōstitutio, quod neminem possessione priuat. l. interesse puto. D. de acq. poss. vbi Bartol. & alij. d. l. 1. C. de prohib. seq. pec. Ideoque commissariorū C intentio semper implicitam possessionis alienæ cognitionem habet, nec sibi possident, etiam si mille annis possessionem tenerēt. Ex quo apparet non immerito reprehendendam illorum sententiam, qui putarunt commissarios, aut missos in possessionem, post triginta annos non posse in ius vocari, vt prehensio reuocetur, & possessio restituatur, tanquam præscripserint, de quo glos. l. 2. C. vbi in rem act. & d. auth. ei qui iurat. Bart. & Paul. d. §. Iulianus vbi & Alex. Cùm & defectus possessionis obstet, & causæ alienæ implicita agnitio, quæ perpetuo obstat. Nec sine causa illam improbarant Cy. & Ioh. Fab. d. l. 2. D Ioh. And. & Panor. c. quoniam frequenter. §. vlt. ext. vt lite non contest. Mol. §. 52. glos. 1. num. 32. Ergo possessio debitoris non interpellatur per prehensionē & ipse cœptam præscriptionem aut approprimentum posset perficere, & alteri titulum tribuere. Ex quo fit, vt si pendentibus auctionibus rem vendiderit, auctionibus ex quacunque causa cassatis, aut annullatis, titulus quem emptori tribuerat ante dubius propter auctionum euentum, reualescat, & approprimentum confirmetur. Quod si ipse non vendiderit auctionibus itidem reuocatis, aut soluto debito, E accessio detur prioris possessionis ad eam quam recuperauit, quia etsi accessio diuersarum possessionum non fit, tamen hoc casu fit potius continuatio possessionis, quàm coniunctio diuersarum per separationem, aut intermissionem nonobstante præhensione, cuius effectus in totum excidit. Itaque resolutis auctionibus retro rei possessor semper in possessione fuisse videtur, tam ad vtilitatem suam, quam eius qui ab eo causam habet, licet pendentibus auctionibus creditores alienationem possint impedire, si tamen resoluantur vt inutiles, inutilis & ipsa prehensio non impedit dispositionem de re, post quam F talis declarata est, nec habet effectum interruptionis quod præcipuè in hac quæstione intendimus, & pluribus demonstrandum fuit, propterea quod etiam hic doctos hærere vidimus, propter auctionum & manus Regiæ auctoritatem. Sed possessione non vacua non impeditur dominij translatio, & si in re aliter occupata ab alio aliud sit, quod nos prolixè suo loco demōstrauimus. & Bart. scribit. d. l. Celsus n. 14. Mol. d. §. 52. num. 27.

Sed & eadem censemus, cùm prehensio verbalis 12 tantum fuit, & commissarij in possessionem non venerunt, nec realiter munus sunt exequuti, & contēpserunt aut noluerunt, & debitor semper in possessione mansit: Nam si rem vendiderit, emptor dominium consequitur, & appropriare poterit ex tali titulo, verbali prehensione realem effectum non sortita. de quo text. l. non mirum. D. de pign. Bart. d. l. si finita. §. Iulianus.

Quæ in prehensionibus creditorum diximus, eadem & in prehensionibus dominicis obtinere Molinæus putat: ne scilicet possessionem vassalorū interrumpant, sed maneant possessores, de quo ille d. §. 52. gl. 1. nu. 28. 29. & 30. Ergo & præscribere possunt nonobstante prehensione. art. 336. & 338.

DE INTERRVPTIONIBVS PRAESCRIPTIONVM IVRIVM incorporalium.

Cap. II.

1. *Rupta patientia seruientis interrumpitur præscriptio.*
2. *Interruptiones naturales in præscriptione seruitutis.*
3. *Ciuiles interruptiones in incorporalib.*

Contingit in incorporalibus quoque & iuribus fieri interruptiones, quæ tamen incorporalia, quia verè, & naturaliter non possidentur, sed quasi possidentur, sicuti ante annotauimus, nec realem traditionem nec visibilem recipiunt: Ideo nec vere reales, & naturales interruptiones fiunt. Sed tamen quia 1 substantialia possessionum, à quibus præscriptiones ducuntur, sumuntur à patiētia seruientis, aut aduersarij cuiuscūque, eadem rupta fiunt interruptiones; ac sicuti incorporalium possessio retinetur per eos actus qui rei conueniunt, eundi, agendi, eligendi, & talium, ita amittitur prohibitione & impedimento eorum actuum, si eos aduersarius exerceri prohibet & acquiescitur. Sunt vero tales interruptiones naturales, cùm quis de facto actus possessorios exercere 2 prohibetur, quod interdum fit principaliter, interdum per consequentiam. Principaliter, cum palam, & in caput obsistitur, & quisque ire, agere, electioni interesse prohibetur; per consequentiam, cùm quis proprietatem fundi dominantis amittit. l. si ædes. D. de seruit. vrb. præd. Bart. l. naturaliter vers. qualiter. D. de vsucap. Ant. But. Panor. Fely. d. c. illud. Quod si quis semel, & sæpius vti prohibitus, recurret & aliquando ierit, elegerit intra tempora præscriptionis, fit interruptio etiam vnico actu. c. auditis, quod Bar. allegat. d. l. naturaliter ext. de præscrip. Bart. l. seruitutes. D. de seruit. Ioh. Fab. d. l. cum notissimi. Cod. de præscript. 30. anno. Hæc de naturalibus quidem interruptionibus. Nam in incorporalibus suæ sunt 3 etiā ciuiles interruptiones, videlicet in titulatis seruitutibus, aut iuribus per contestationem, in aliis in quibus titulus non est per citationem, quæ distinctio est Bart. l. 2. de ser. & aqua. Quod ibi glos. sine distinctione pronunciarat, & Bart. sequitur. Bald. Ang. Saly. d. l. 2. Aret. cons. 30. Cæpola tract. seruitutum vrbanarum. cap. 20. Balb. in præscrip. 3. parte sextæ partis vers. circa tertiam, num. 40. Sed & cùm libertates quoque præscribantur aduersus seruitutes, præscriptiones earum interrumpuntur vtendo, aut resistendo prohibitioni, quam facit qui libertatem asse-

rit. Quod Bartol. scribit d. l. naturaliter. l. arboribus. §. item constat. D. de vsufr. Panor. d. c. Illud. col. vlt. Bald. l. cùm notissimi. §. imo. vbi & Ang. Bald. d. l. 2. nos inf.

DE INTERRVPTIONIBVS IN PROSECVTIONIBVS CRIMINALIBVS.

Cap. 12.

1 Occurrunt hîc & criminales quoque prosequutiones, in quibus & ipsæ leges, & mores gentium suas præscriptiones admisere, per temporis lapsum ab iure inducti. Post quod nec publicè inquiri de crimine, nec priuatim actionem intendi passa sunt iura: de quibus præscriptionibus agit. l. querelam. C. de fals. & sua sunt quibusdam criminibus persequendis tempora, in adulterio quinquennium. l. mariti. §. quinquennium. D. de adul. & tẽpus idem in peculatu prosequẽdo. l. peculatus. D. ad l. Iul. pecul. Idẽ quinquenniũ generaliter omni criminali prosequutioni præfixũ est ad Consuet. Art. 274. infra: vnde cõsequẽs fuit, cùm præscriptiones admitterẽtur, inter-
2 ruptiones quoque admitti. Sunt vero interruptiones omnes ciuiles. In criminalibus naturalis nulla esse potest, quia nemini suæ iniurię vindicta tribuitur, vt naturaliter se vindicare possit. l. non est singulis. D. de
3 reg. iur. Cæterũ diuersum id quoq; est, quod in ciuilibus quibusdam cõtestatio necessaria est, in criminalibus nusquã; de sola citatione, & libelli oblatione litigatur vtra requiratur. Inter scholasticos autores primus Bart. solà libelli oblatione interrũpi præscriptiones criminales putauit, per l. miles. §. sexaginta. D. de adult. quę de interruptione nõ loquitur, sed de tẽpore porrigẽdi libelli, id sensit. l. naturaliter in fin. D. de vsuca. & l. maritus. §. quinquenniũ. D. de aduult. Sed in hoc argumẽto vehementer est à postrema nostra iurisprudentia deerratum à recto verborũ sensu: Atque is error mirificas dubitationes peperit, cum quidẽ percepta verborum vi de rebus dubitãdi nulla
4 probabilis ratio esset. Est quidem libelli significatio πολύσημος pro scripto omni, quod cuiusquã animi conceptum cõtinet. Quod adijcitur significatum distinguit. Hinc libelli memoriales Suetonio in Iulio, libelli insidiarum eodem Iulio: libelli supplices in Domitiano, cuiusmodi fuisse credendi sunt, cùm naue Iulius excidit in litore Alexãdrino, cùm tranãdo eos teneret, ne madefierent, vel libelli indices consiliorum, & rerum quæ vsquã gererentur, libelli famosi infamandi cuiusquam causa, toto titulo de iniur. noto significatu, libelli appellatorij, quam nunc chartã appellationis vocãt, l. 1. §. libelli. D. de appel. & libelli dimissorij, quos posterius apostolos vocauerũt, libelli repudij, libelli professorij rerum transuehendarum, quæ nunc est charta partita. l. si publicanus. §. 1. D. de publican. & si qui tales ab adiectis designantur.

Sed notæ significationis, & crebrius iurisconsul- 5
tis vsurpatæ tres fuère, de quibus nobis dicendũ supplices scilicet, qui principibus, aut magistratibus porrigebãtur, de quo genere Sueto. in Augusto. Quemdam (inquit) corripuit, quod sic ei libellum porrigeret, tanquam stipem elephanto. Et alibi, in libellis (inquit) signandis sphinge vsus est, vt hinc etiam intelligas, quæ principes rescriberẽt ad libellos, signari solita. De quibus & Plyn. Sedeo, inquit, pro tribunali, sub noto libellos. Et ille Poëtæ versiculus. Sed iam supplicibus dominum lassare libellis desine, quibus, qui suscribebant à libellis dicebãtur, vt qui nunc apud summos Pontifices præsunt signaturis, cuiusmodi in ministerio veteres Romani fere libertos habuêre; Sueton. Epaphroditũ, inquit à libellis capitali supplicio damnauit. Et olim in Palatina Sacri scrinij militia multi tales fuere; quod apparet ex tit. C. de prox. sacro. scrinior. qui & libellarij dicti, & libelliones Varoni pro tabellionibus, & id muneris exercuisse Papinianum Iurisconsultum apud Imperatorẽ apparet ex l. rescriptum. D. de distr. pig. Et Spartianus in vita Nigri, Pauli, & Vlpiani meminit, quorũ alter à memoria, alter à libellis Imperatori paruisset. Extat epigraphe. l. 1. C. de off. præf. præto. ad Arcadiũ libellorum magistrum. Cuiusmodi munere sunt etiamnum, qui apud Reges nostros funguntur: Quãquam longe imminuta ab illis Imperatorijs dignitate. Plautus libellum ferentarium appellat, qui cum scripto supplici cupedias ferat. Talem libellum posterior iurisprudentia ex re ipsa supplicatorium, & requestam appellauit, vt gl. l. libertus aduersus. D. de in ius voc. Bar. & Bald. l. 1. Cod. quando libel. prin-
cip. dat Spec tit. de libell. con. Atque is ipse libellus 6
est, de quo in l. nec quicquam. §. vbi decretum. D. de off. proconf. l. omnia D. de reg. iur. & l. minorum Cod. de præd. min. quarum legum intelligentia non ita pridem valde vexauit bonos Iurisconsultos, planè sine causa, cum earum simplex, & planus sensus esset, ea quæ sine causæ cognitione explicari non possunt, non posse per simplicem requestæ responsionem expediri, quia cùm contineant

solas

solas præsentium de absentibus expostulationes, iniquum est ex his quidquam aduersus inauditos statui. Quare nec magistratus ex his aliud quicquam fere decernere solent, quam partem vocari, vel cùm præcipiunt clausulam adijcere solent in casu oppositionis vocari intercessorem, quod responsum, præceptum in simplicem actionem resoluit, nisi cum adijcitur manu garnita ex vi authentici instrumenti aut
7 iudicati. Sed qui libelli principibus porriguntur, & si generis eiusdem sunt supplices scilicet, vt potestate maiore, ita amplius auferunt, quia per responsa sæpè ex his ius constituitur, quoniam Principes olim in iure dicendo periti, non solùm ad speciem propositam, sed plerumque de iure vniuersaliter respondere solebant. Cuiusmodi sunt quæ in Codice nostro Iustiniani extant ferè omnia, responsiones scilicet ad libellos, & tales omnes decreuisse Macrinum Imperatorem abolere Capitolinus scribit, quia pleraque talia responsa ad gratiam facta constaret, & nefas esse Commodi & Caracallæ improborum scilicet hominum voluntates pro legibus haberi dicebat. Et Neronem quamdiu sapuit non temere postulationibus respondisse, nisi sequenti die per libellum Lamprid. scribit. Et Commodi tarditati attributum, quod omnibus libellis eadem responderet: libellis vero omnino non respondisse Trajanum Capitolinus scribit, ne ad alias causas rescripta eius transferri cótingeret, quæ ad gratiam essent composita. Tales libellos interdum preces & nonnunquam desideria Imp. appellabant, quos festo feriatóue die porrigi nihil vetat, cum sint actus mere extraiudiciales, & partis actricis, quæ cum magistratu aut principe agit. l. 1. D. de fer. l. 1. D. de in ius vocand. Nec Bartol. aliter rectè sensit. d. §. ne quicquam. Nec Bald. & Saly. in rub. Cod. de in ius voc. & vulgò Can. c. vlt. ex. de iud. Quibus locis hâc libelli supplicatorij speciem malè cum his qui conuentionales dicuntur cófundunt: Et sententias suas fundant ind. §. sexaginta, qui de alia item libelli specie loquitur, & tamen de plano porrigi illum statuit, hoc est vbicunque Iudex aut magistratus copiam sui adeundi fecerit, à quo
8 alij dissentiunt. Sed huius libelli supplicatorij siue requestæ tanta potestas non est, vt lis per eum mota videatur, aut litis pendentia, aut contestatio inducta, aut iudicialis texturæ quicquam, aut interruptio, si denunciatum non est parti responsum & citatio sequuta; quod l. 1. C. de lit. contest. indicat, & l. 1. Cod. quand. lib. princip. dat. Imol. & Fely. c. 1. ext. de libel. oblat. Nc si rescriptum quidem ex eius forma dictatum & impetratum sit, de quo tex. expressus d. l. c. Sicut, vno casu. d. l. 1. C. quand libell. excepto, in annalibus & prætorijs. Nam & parti impetranti supprimere licet quod ita obtinuerit sine noxa, & abolere si sibi videat non expedire, antequam aduersario denunciet, neque ita lis vlla instituta, aut pédere adhuc videri debet.

9 Sed alia libelli forensis significatio etiam Iurisconsultis obseruatur, quæ propositione facti intentione actionis, & conclusione constat, quem posterior iurisprudentia non malè conuentionalem vocat, hoc est, qui conueniendi cuiusquam in iudicio forma & principium est, quem sic glos. appellat. §. Si vero auth. de litigios. & l. 2. Cod. de annal. except. & libertus aduersus. D. de in ius vocand. §. illud auth. de exib. reis de quo text. d. auth. offeratur. Hic contestationis initium est, quæ responsione consummatur, & litis formam præformat, & quid petatur ostendit, & quo petatur, & causam petendi, & quis petat,
10 quem ineptè cum priore Doctores confundunt. De
A hoc, cùm de interruptione quæritur, planum est non interrumpere per se, nisi responsio conflictu perfecta sit contestatio, quod ante diximus. Sunt enim hi per se ciuilis interruptionis modi citatio & contestatio, medius libellus, neque sine citatione quicquam effecerit nec adaptari posset, vbi citatio requiritur, nec ad contestationem satis est, si non est responsum. Hæc libelli species in suo nominé in Francia mansit, prior requestæ nomine intelligitur. Nec iam vllus tyro dubitat, an libellum præ- 11
cedere citatio debeat aut possit, an etiam subsequi, de quo schola litigat. Imò vero citatione sæpe li-
B belli includuntur, & vero includi cautum Ordinationibus Regum, sicuti ne de eo quidem quod illi ambigunt, an festo die feriatóve porrigi possit. Nam exoleto vsu iudicialis porrectionis, cum parti ab parte quouis loco porrigi inductum sit, frustra de temporis circũstantiis quæritur. Cuius rei partium est arbitrium quid statuant, neque iudicis auctoritatem aut præsentiam hic actus exigit, licet illi ambigant. d. l. 1. D. de fer. & can. c. 1. de libel. oblat. & l. 1. §. nunciatio vbi Alex. & alij. D. de op. no. nunc. Bald. l. 1. Cod. qui admitti. Est enim porrectio per
C se actus extraiudicialis, quo iure vtimur, & procuratorius, & si ab iudiciali ordinatione pendeat, quæ quidem Ordinatio iudicialis est, nec tamen iudex alibi quam in tribunali & causâ cognita posset statuere. Quod Bart. rectè dixit. d. §. sexaginta. Dari itaque ab parte parti potest vbicumque, & quandocumque, sed in repugnantes, vt detur statui ab iudice nequit, nisi in tribunali & causa cognita. Talis libellus nõ interrumpit eas præscriptiones, quæ non nisi contestatione interrumpuntur. Sed quæ etiam citatione interrumpi possunt, idem & libelli oblatione consequuntur, cùm libellus citationi mixtus
D est, nec aliter.

Tertia libelli forensis species illa, quæ in accusa- 12
tionibus publicorũ iudiciorum instituendis olim veteri Romano iure vsurpabatur, cuius forma expressa est. l. libellorum. D. de accu. quæ professioné accusationis subscriptam continet, quis, & quâ lege accusetur, cum inscriptionis periculo hic libellus etiam de plano iudici porrigitur. d. §. sexaginta. Et simili supplicio obstringit. l. si cui. D. de accus. & porrecto tali libello desisti nequit sine Turpilliani periculo. Merito igitur talis libellus interrumpit præscriptio- 13
E nem criminalis actionis, quod Bart. rectè putat. d. l. naturaliter, in fin. & l. mariti. §. quinquennium. D. de adult. Quippe solemnis professio apud præsidem & inscriptio, nullum regressum patitur, & iacta alea omnino progrediendum est, cùm ordo is sit persequendorum publicorũ iudiciorum, de quo nos sup. disseruimus. Sed malè & perperam doctores omnes, cùm de aliis libellorum speciebus inquirunt, diffiniunt dubitationes, per eas leges, quæ de hac specie statuunt à valde separatis inferentes. Cùm itaque 14
quæritur de libello supplici, aut conuentionali in ciuilibus an interrumpat, perperam respondetur de
F d. §. sexaginta. Qui longissimè dissidet, & diuersus est ab superioribus, & commune nihil habet, & longe alium habet finem, & solemnia alia longe magis momentosa. Itaque multi cùm non probarent Bartoli sentẽtiam, qui ex illo §. Sexaginta interruptioné fieri putauit, in criminalibus, suppleuerunt ad dictũ. §. citationem etiam interuenisse vt glos. l. exquacunque §. vl. D. Si quis caut. glo. c. placita 15. quæst. 4. Bald. l. fin D. de eo per quem fact. erit. Sed non fuit necesse, illo quidem in libelli genere tam efficaci qui per se id potuit, adeò vt inter reos recipi accusati no-

Argent. in Cons. Brit

men oporteret, antequam dies diceretur, id est, citatio fieret, illo quidem ordinariorum iudiciorum vsu veteri, quod nostri doctores non intellexerunt: quare itidem imperitè illorum iudiciorum solemnia, ad nostras criminales prosequutiones protraxêre, in quibus pridem desitum est vti tali libellorum genere. Quod Itali quoque scriptores de suis tribunalibus testantur: cùm nullū illa professione accusatoria,
15 nullum inscriptione talionis pœna vtatur. Itaque
quod ille libellus olim valuit & potuit, nullus posset, ordine hodie, solemnibus & fine dissimili, abolito etiam in totum ordine prosequendorum publicorū iudiciorum, quem illa iam tum tempora exolescere
B patiebantur l. hodie. D. de pœn. l. ordo D. de publ. iud. Successit itaque prosequutionis forma, longè alia per inquisitionem, in qua libelli nulla forma, nisi quod expostulationem continet criminis admissi,
16 fini vt quæstio decernatur; Neque enim adhuc tum
de damno dato vlla conclusio, quæ post inquisitionē, & interrogationem reorum reiicitur. Atque etiam tum sic demum admittitur, si reus factum agnoscit, negante eo admissum probandum, & cōclusio actoris lite demum peracta, & confectis omnibus expe-
C ctanda, ordine ex toto ab illo veteri inuerso; Nam huic libello reus per attenuationem tantum respondet, demum pronunciatur ex eo quod probatum est. Quare inscitæ illæ allegationes, quæ veterem, & abrogatum pridem morem in prosequutionibus criminalibus, in mores nostros transferunt, & illius tēporis legum autoritate nituntur ista statuere, quibus
17 vtimur. Nec igitur criminalium prosequutionum
interruptio fieri rectè dicitur ex veterum libellorum vi, & forma longe alia, & fine alterius, & merus paralogismus quod quisquam dissimilia confundit, & ab aliis in alia transfundit. Quare melius omnino
D Bald. vidit in d. l. 1. quand. libel. qui non putat per libellum expostulatorium criminis, ac ne per inquisitionem quidem, quod prisci elogium vocabant (nos informationes) vllam præscriptionem criminalem interrumpi, nisi etiā citatio accesserit, quod nos decretum solemus appellare. Addo ego, nisi & denunciatum sit, & (vt loqui solent) exequutum ad personam, aut domicilium, quod idem ille putauit d. l. vlt. D. de eo per quem fact. erit. Quam sententiam Angel. confirmat. l. 1. C. de iud. sequitur Fely. c. illud nu. 12. ext. de præscrip. Alex. in rub. Cod. de in ius voc.
E Iaf. d. l. 1. quando libell. Atque ita semel atque iterum iudicatum à magnis Iurisconsultis Bononiæ Ang. illis locis scribit Boërius decis. 26. Nec fuit causa cur de eo Lud. Rom. magnus Iurisconsultus dubitaret. l. 1. D. de arbit. Nec quisquam fori peritus de eo iam ambiget re intellecta, & vsu diuerso, cuius inobseruatio
18 Bartolum fefellit. Quæ non solum vera sunt in inter-
rumpendis præscriptionibus, sed & cùm de præuenienda, aut anticipanda (quod aiunt) iurisdictione aut cognitione inter plures magistratus quæritur, cùm ex præuentione iurisdictio tribuitur: de quo nos abundè super Art. 12. & Bartol. Bald. Cast. Angel. Rom. notāt. d. l. libertus aduersus. D. de in ius vocād.
F & vulgo schola. l. si pluribus. D. de legat. 1. Siue etiam cùm de deuolutione iurisdictionis quæritur ad superiorem, ob negligentiam iudicis. de quo nos itidem Art. 31. sup. & Iaf. latè consf. 31. vol. 1. aut cùm de transmittendis actionibus criminalibus ad hæredes, de
19 quo inf. Art. 274. Hæ enim dubitationes omnes, si
quando occurrent, ab decreti executione dijudicandæ sunt vnde improbanda Baldi sententia, qui putauit citatione reali, id est præhensione, & captura rei ex decreto, non idem contingere, nec præscriptio-

A nem interrumpi, quod perquàm falsum est, cùm talis executio decreti, potentior multo sit verbali, per quam iudex saisitur (vt loqui solent) de subiecto, & persona delinquentis. Et merito eam Iaf. reprehendit. l. vlt. D. de eo per quem fact. erit, & si Fely. d. c. illud. Baldi sententiam recitat, incogitanter loquitur, de quo & Balb. in præscript. part. 3. partis 6. quæst. 4. principali, num. 29. quin & reali anteuerti verbalem Ang. putauit, in malef. verb. commisit, & si non probat Ariminensis.

Hæc nos de interruptionum vsu, causis, & fine, 20
quæ diceremus, habuimus, nusquam vno loco tradi-
B ta, quo materia in suos locos distributa melius perciperetur, & ad vsum, & fori, & tribunalium recepta sensa congrueret. Nec (quantum iudicamus) indiligens hæc opera, aut sine fructu videri debuerit res agentibus, & vehementer approprimentis, & materiæ quam tractamus, conuenit ad controuersias his de rebus diiudicandas, aut dirimendas, quæ quamlibet peritos iuris fatigare possunt.

DE PERPETVATIONE ACTIONIS AFFINE INTERRVPTIONI.

C

Cap. 13.

1 *Perpetuatio quid & quo auctore inducta.*
2 *Cuiusmodi actiones perpetuatio perpetuet.*
3 *Perpetuatio non recepta Consuetudine, & nu. 5.*
4 *Perpetuatio an sublata sit per Ordinationes Regum.*

Restat vt de perpetuatione quoque dicamus, quæ 1
interruptioni vicina est, nisi quod eam sola conte-
D statio gignere potest, citatio non item, ea priscæ iurisprudentiæ ignota Iustiniani lege inducta est. Inutile inuentum quæ est. l. vltim. Cod. de præs. 30. anno. vsu quod ego iudico, minime necessario. Nam si bono publico repertæ sunt præscriptiones, adiectis interruptionibus quibus aduersus eas succurreretur, quid expediebat contracta hominum vita, produci etiam perpetuationes, quæ per contestationem decem annos adderent vitæ actionis lege diffinitæ; cùm satis esset contestationi suum interruptionis effectum esse attributum. Nam persona-
E lium actionum tempora, cùm veteri iure æterna essent, & sine vlla præscriptionis lege, Iustinianus ad 30. ann. contraxerat. l. 1. C. de annal. except. l. omnes. C. de præscript. 30. ann. 40. annis, omnem omnino de re quacumque prescriptionem finierat, quid attinebat ex contestatione addi decennium personalibus ex illa. l. fin. Nam perpetuatio nil aliud est, quàm additio decennij ad tricennium, cùm interruptio sit reparatio eiusdem temporis, decennij ad aliud decennium: Quod ante fusè sumus prosequuti. Sed cur decennium addi placuit tricennio, cùm ab initio liberum esset omnes quadragena-
F les facere, vna interruptione intercedente. Hanc differentiam interruptionis & perpetuationis faciunt, Bart. & cæt. d. l. vlt. Bartol. Balb. Alex. Iaf. l. vlt. D. de eo per quem fact. erit. Bart. Bald. Iaf. l. 1. C. quand. libel. Iaf. & Ang. l. ait prætor. §. si is qui temporali. D. de iureiur. glos. & Doct. l. vlt. C. de tempo. in integ. rest. gl. l. vlt. C. de dol. Ang. & Im. l. 2. §. si rem. D. pro empt. glos. l. 1. verbo exceptio. C. de an. except. Ang. & Imol. l. si seruum. §. sequitur. D. de verb. oblig. glos. §. præscriptionum 16. q. 3. Cast. Imol. & alij.
d. l. naturaliter. Sed hîc dissidium, quod cum. l. illa 2

vlt.

vlt. Cod. de præscript. 30. anno. de tricennali tantum præscriptione loquatur, cui ex contestatione vult addi decennium, & vitam in quadraginta annos produci, schola ad omnes omnino produxit præscriptiones; adeò vt quadragenales omnes sine discrimine vellet esse actiones, in quibus contestatio interuenisset; Ita vt annalibus hoc modo 39. anni adderetur, quinquennalibus trigintaquinque, decennalibus 30. vicennalibus 20. tricennalibus decem: in quo solo casu l. illa vltima disponit, cuius dispositionem sine lege, & auctore, ad ceteras non expressas producunt. Excipiunt actionem de dolo, & quinquennalem ad agendum de statu defuncti, quas negant perpetuari. Hanc sententiam plures auctoritate, & numero superiores sequuntur, præter superiores etiam Cor. cons. 180. vol. 3. Balb. ad finem sextæ partis q. vlt. Sed Ang. d. §. si rem. l. sicut, & l. vlt. Saly. l. cum notissimi, omnino huic sententiæ obstant, & proportionem arithmeticam sequuti, cuique præscriptioni in sua specie, decem tantum annos, ex cōtestatione ad perpetuationem addendos putant, vt sint vndecim annorum quæ ante annales erant, 12. quæ ante biennij, viginti annorum, quæ ante decennales, quæ sententia, etsi ratione proportionis meliore nititur, quàm illa prior, tamen legem non habet, cùm de sola tricennali sit constitutum, nec cur extensio fiat ad ceteras satis causæ dici posit, præter casum expressum legis, nec istas breuiores produci ex mente fuit Imperatoris, qui de eo nihil statuit, cùm suas causas habeant contractioris vitæ. Quare Francisci Conani ea de re sententiam probo. lib. 3. comment. c. 12. Siquidem in non expressis perpetuatio admittitur. Sed vt
3 habeat res Romano iure, patriis legibus, & consuetudinario iure totam perpetuationis materiam explodendam vsu puto, cum suis controuersiis, vt inutilem, & rixosam. Quia cùm Consuetudo nusquam perpetuationis mentionem faciat, probabile est interruptione contentam, contracta hominum vita, inutile argumentum in totum repudiasse, cùm ex eadem causa præscriptiones penè omnes reformata ex veteri contraxerit, sexagenaria ad quadragenariam contracta. Nam quis sanæ mentis putet eam præscriptiones annales de focariis, & aliis de quibus Art. 179. quadragenales facere voluisse, cum peculiares habeât causas breuioris vitæ, ne odiosis debitis homines tacito annorum lapsu exhauriantur, nec tanti sit vlla contestatio, si prosequutio litis facta non est ad suam metam, quod & illa l. vlt. perstringit. Deinde quę vnquam securitas futura est commerciorum aut
4 dominiorum, si hoc admittitur. Peperit tamen ista dubitatio magnas pugnas in Curia Parisiensi in causa Reginæ matris & Ducis Montispenserij, de Auernorum comitatu anno 1574. Feb. mense, cùm Reginæ aduocatus peremptione instantiæ niteretur, aduersarius sublato interruptionis effectu non esse sublatam perpetuationem contenderet: visàque tam probabilis dubitatio, vt regiam cognitionem, aut legem exposceret, & ideò in cōsilium missa. Mihi quidem si dicere liceret, non tanti visa, quæ tam exercitata ingenia, & tam magnos cœtus remoraretur: Cùm sublato interruptionis effectu herere in perpetuatione, quæ diuturnior est, parum fuerit probabile, & mens ipsa ordinationis, & verba sint expressa, quæ disertissimè obstant perpetuationi, effectu toto contestationis annullato, in qua tota materia perpetuationis sita est. Sed audio, à causis principum callentissimi rerum, mussare solent non tutò quæri rerum præiudicatarum exempla. Sed ne autoritate deficiamur, autorem habemus nostræ sententiæ Baldum c. cùm non liceat ext. de præscr. qui putat, si statutum de præscribendi temporibus statuat, aut de interruptione, nec vllam perpetuationis mētionem faciat, videri recessum à iure communi, & perpetuationem omissam, nec eam supplendam ex iure communi, quod sublatum apparet statuto, quod corrigere potius intelligendum sit, quàm interpretationem ex iure requirere. Itaque illo Baldi pronunciato in totum tolli putamus perpetuationis nomen & vsum, ne deinceps eius ratio habeatur, aut mortua reuocetur ad interpellanda præscriptionum remedia bono publico reperta protelatis litibus. Quod enim consuetudo detrahit iuri communi, ius consuetudinarium efficitur, nec interpretationem, aut subauditum intellectum recipit a iure communi, quia (vt ille ait) lex quæ aliam corrigit, eam non interpretatur, nec ab ea intellectum mutuatur, aut recipit. Quæ valde notanda sententia est, & sæpè repetenda occurrit in consuetudinarij iuris interpretatione, quam & Alex. recitat, & probat cons. 227. col. 2. lib. 6. & rursum cons. 249. eod. lib. Ne iam nobis molestæ sint aliæ super alias, sine modo aggestæ Imperatorum sanctiones, quas iuri consuetudinario inferri non expedit, nec iam illud inquiri, an iuramento, an contestatione, an quasi contestatione, an fideiussionis datione perpetuationes fiat, quibus operosæ illæ iuris dubitationes texuntur, magna mortaliū cruce, quorum valde interest ista cum suis auctoribus sepeliri nimio ingeniorum acumine, & noxio reperta. De quibus Balb. prolixè satis d. parte vltim. sextæ partis; verum illa regis ordinatio hanc crucem sustulit sepultâ perpetuatione. Sed litis interruptio naturaliter non perpetuat, vt contestatio; de quo Bald. l. cùm notissimi. §. imo. Co. de præscript. 38. anno.

Article CCLXVII.

ENTRE [a] freres & sœurs [b] & autres coheritiers, [c] le detenteur d'heritage partagé entr'eux, [d] est approprié, par an & iour, [f] sans bannie [g] au regard de ses coheritiers. Artic. CCLXVII. Novae Cons.

Inter [a] fratres, & sorores [b] alió sve coheredes [c] detentor partis hereditatis iam inter eos diuisæ [d] fit suæ portionis dominus & appropriatus [e] per lapsum anni & diei [f] absque vllis bannimentis [g] respectu quidem suorum coheredum.

1 *Duæ viæ consulendi sibi aduersus partagium factum.*
2 *Enormis læsio etiam partagia irritat.*
3 *Mediocris læsio partagiorum reuisioni locum facit.*
4 *Hæc dispositio habet locum inter omnes cohæredes.*
5 *Cohæredes non sunt, qui à diuersis lineis succedunt:*
6 *Ideo inter hos nō habet locum reuisio, aut famil. hercisc. actio.*
7 *Cessiones actionum transferunt possessionem in fam. hercisciscunda.*
8 *Partagium factum cum minore, an approprietur lapsu anni.*
Prouocatio ad diuisionem in minore læsio non est, vt olim iure Rom. ibid.
9 *Minori quantum tempus detur ad petēdam reuisionem.*
10 *Legitima est de iure naturali, quota positiuo.*
11 *Reuisio de æstimatione est, de iure tantum statuit, non de mensura.*
12 *Modus agro dictus supplendus.*
13 *Supplementum in prærogatione portionis non excluditur anno.*
Nec in transactione aut sententia, ibid.
14 *Res propria vnius quandocunque vendicari potest.*
15 *Supplementum an in pecunia fieri possit.*

Nusquam iuris ordinem, ac ne naturę quidem, reformatores consuetudinis in ea scribenda sunt sequuti, ante hūc articulum scribi debuit is, qui est inferius ordine 275. Ille enim statuit de præscriptionibus inter cohæredus ante diuisionem factam, hoc articulo deciditur de his quæ post diuisionem contingunt. Prius igitur naturæ ordine fuit de illis constituere, posterius de his. Sed vt accipiamus quod datur, vterque articulus agit de rebus hæreditariis inter cohæredes præscribendis.

1 Iure consuetudinario facta diuisione aut partagio,
duæ omniuo reclamandi viæ cohęredi relinquuntur,
si deceptio incidit. Nam cùm incidere possint minutæ quædam, aliæ enormes; minutæ & leuiores locum faciunt reuisioni huic, & retractationi quam reformationē text. vocat. l. maioribus. C. communia vtriusque iud. Quod ipsum non est proprium aut priuatiuum remedium iudicij fam. herciscundæ aut diuisionis, sed omni æquè diuisioni rei quomodocunque communis congruit, cum ęstimationis iniquitas proponitur. Quod patet ex art 260. & 566. Hoc remediū anno durat, & expirat. Altera via prodita est iure, cuius hic text. non meminit ex l. 2. C. de rescind. vend. & d. l. maioribus, cum scilicet enormis læsio vltra dimidiam debitæ portionis proponitur, quæ regulari rescissionum aliarum tempore durat, id est, decennio. Nec enim est, quod quisquam id remedium excludi hoc articulo putet, quod in omnibus aliis contracti-
2 bus admittit art. 282. & 283. Nec enim melior titulus
est diuisio, quam emptio, aut permutatio, aut quilibet alius de onerosis, qui omnes rescissiones admittunt ex enormi deceptione, quæ prolixa est tractatio scholæ d. l. 2. C. de resc. vend. Itaque par est, sicuti cæteris omnibus titulis sic huic quoque obstare hoc remedium, si causa subest, & vulgò scholæ est sententia d. l. maioribus, & d. l. 2. Ioan. And. ad Spec. tit. de iudic. §. sequitur videre verb. item hæredes. Itaque alia atque alia diuisionis deceptio locum illi, aut illi remedio facit, reuisioni si tenuis est inæqualitas, & deceptio rescissioni si enormis, & metæ præscriptionum diuersæ pro cuiusque causæ momento, & pondere, & hic articulus casum suum modicæ læsionis non egreditur. Ratio talium dispositionum est, quod in diuisionibus partes non intendunt alienare, sed diuidere, & æquam portionem accipere pro alia separatim: Ideo quod aliter euenit, fit præter intentio-

A nem partium. Itaque etiam modicę inęqualitates locum faciunt huic remedio, cum accepta portio non vsquequaque respondet datæ, quod aliter fit in contractibus purè dominiorum trāslatiuis, in quibus incertitudo valorum inæqualitatem permittit citra ruptionem contractus intra dimidiam, quod Mol. respondet in feud. §. 22. nu. 42. Diuersi fines igitur diuersarum causarum.

[a] [FRERES ET SOEVRS.]

B Hunc gradum personarum expressit ex frequen- 4
tiori vsu diuisionum inter tales, quare non limitationis causa expressio facta est, nec per hanc expressionem dispositio restringitur, quæ inter omnes omnino cohæredes locū habitura sit, ex theoremate quod traditur in §. gallinarum inst. de rer. diuis. Sed hanc dubitationem eximunt sequentia.

[b] [OV AVTRES COHERITIERS.]

Cohæredes dicuntur, qui eodem iure succedunt in 5
omnē hæreditatem: Quare qui bonis maternis suc-
C cedunt, ex causa stemmatis materni, patrisfam. sine liberis mortuo, non sunt putandi cohæredes eorum, qui paternis succedunt, quia diuerso iure succedunt, & inuicem extranei sunt. Itaque inter eos nulla fit coniunctio. quod tex. singulariter dicit. l. fin. C. si minor ab hæredi. se abst. quare sua quemque debita sequuntur actiuè & passiuè ratione immobilium, priuatiuè ad alias lineas, vt ne quidem mobilium cohæredes dici possint. Ideoque ab creditoribus conueniri possunt pro solido, ita demum si alterius stemmatis hæredes soluēdo non sint, de quo nos art. 219. Vnde consequens est, vt si tales bona defuncti inter se
D partiti sint habeat quidem locum reuisio, quod accidit in conquestibus. Sed hæc dispositio, quæ de præ- 6
scriptione annali loquitur, locum non habebit, quia cohęredes non sunt, nec famil. herisc. iudicium competet, in quibus consistit hæc dispositio; si ergo verba non conueniant, nec dispositio conueniet, ex vulgatis regulis, nec potest protendi statuaria dispositio ad alias personas quam expressas, quia de persona alia ad non expressam non fit extensio, quod alibi dissermus, cùm & hoc ius singulare sit contra communes approprimētorum regulas. Quod extensionem non
E recipit extra suum casum.

[c] [LE DETENTEVR D'HERITAGE PARTAGE.]

Id est, cui ex diuisione portio sua obuenit, *par lotties choisies.*

[d] [EST APPROPRIE' PAR AN ET IOVR.]

Hic annus & dies cōputatur à die *de la choisie des lo-* 7
ties. Etiam sine alia specifica rei traditione, quoniá ex eo tempore cessiones cohæredū factæ, suæ cuiusque portionis intelliguntur, alteri ab altero, quia cuiusq;
F dominiū sit pro virili sua, possesionis incertitudo per separationem corporū liquidatur, & quæ quotę erat certę, sed loci incerti, loco applicatur. Itaque beneficio consuetudinis, quę quemq; de portione sua saisit in linea directa, manet quisq; ex cohęredibus in possessione, quę continuatur potius quá transfertur per portionis liquidationem & discretionem. Quare ius quod ante vagum erat affixum omni glebę & atomo rei cōmunis & incerta possesio, consistit & arctatur ad locum ex portione attributū, & l. 3. §. incertá, & l. loci. D. de acquir. poss. Ideoque & actiones actiuæ & passiuæ

passiuæ ratione earũ rerum, quæ ante indiuisæ erant consolidantur in personis eorum, quibus quiddam accidit ex diuisione earum rerum per text. l. in iudicio. D. famil. hercisc. salua auctoris laudatione, ei cui res obtigit, si amplius ab eo sua virili petatur.

8 Verificantur igitur hæc verba, *heritage partagé, du iour de la choisie des loties*, quia & dominium & possessio legis ministerio vno & eodem tempore resident, & arctantur ad corpora ex diuisione attributa. Vetus consuetudo huic tali approprimento tales vires tribuebat in duobus casibus tantum, *quand le partage estoit faict par court, ou par serment*.

Sed quæritur, si cũ minore facta sit diuisio, an hæc annalis præscriptio contra eum currat, ita vt si deceptus sit intra dimidiam, tamen reuisionem post annum petere nequeat. Neque hîc differimus, an prouocatus sit, an vero prouocauerit ad diuisioné, quod vltimum veteres iurisconsulti in læsione ponebant, si scilicet prouocauerat l. & ideo. D. de cond. furt. l. penult. C. de præd. minor, l. Lucius D. famil. hercisc. Quod discrimen hodie contemnimus, & prouocantes atq; prouocatos æquè admittimus. Nec dubium iure ciuili dari restitutiones d. l. maioribus. & quidem intra tempora constituta, id est, quadriennium l. fin. C. de tem. in integ. rest. à die maioritatis computandum glos. l. nã & postea. §. si minor. verbo statutum. D. de iureiur. Nos ex læsione enormi per cõtractum diuisionis cum minore factæ restitutionem daremus intra decennium à maioritate, ex regum ordinationibus, quod loco legalis quadriennij hodie successit, sed continuum pro vtili. Sed magna ratione contendi potest annum dumtaxat similem dari post maioritatem ad reuisiones quidem, licet ad deceptiones vltra dimidiam id decennium competeret. Nam minori maiori effecto eiusdem temporis, nec longioris præscriptiones currunt, quàm quæ & maioribus.

e [PAR AN ET IOVR.]

Concluditur ergo hac dispositione anno præscribi inter cohæredes actioni ad petendum supplementum legitimæ. de quo schola litigat; & quidam impræscriptibilem ex toto actionem faciũt; Cæteri qui præscriptibilem putant, de tempore præscribendi non conueniunt, & legitimam putãt esse de iure naturali, sed quotam de iure positiuo, hic locus in l. si quis filiũ & l. omnimodo. C. de inoff. test. Bart. quinquennio hanc præscriptionem metitur d. l. si quis filium Bald. l. adolescentiæ. C. de inoff. test. & quos Tiraq. congerit in retr. §. 36. glos. 2. num. 37. Alij non minus triginta annis posse tali actioni præscribi putant, quos item Tiraq. cumulat. rep. l. si vnquam verb. reuertatur num. 366. & Balb. in præscript. 4. parte quartæ partis qu. 23. Hoc articulo lis ista deciditur, ne post annum peti possit vllum supplementum, nisi quidem læsio dimidiam excederet.

Proinde cùm reuisionem excludi anno dicimus, de ea intelligimus, quæ causatur ab inæqualitate valoris rerum propter malam æstimationem. Quia de re eadem sępius quæri consuetudo noluit, cum temporibus mutari eas contingat, nec diuersorum æstimatorum iudicia fere conueniant, ne in infinitum de iure suo incerti essent possessores, & sępius retractari portiones contingeret. Sed si in mẽsura agri error est, cùm minor sit quam dicta est, & æstimatio facta est per iugera, æquum ęst dari actionem vel ad trigesimum annum, sicuti in errore calculi diximus l. calculi. D. de admi. rer. ad ciuit. pert. Error enim consensum excludit, præsertim cùm ab alieno facto, id est,

A æstimatorum procedit, cùm probatio ad oculum pateat, & eadem decempeda detegi possit, & mera iniquitas eius detegitur, qui iterum admensionem recusat. Ideoque Bald. scribit in rub. de probat. C. nulla legis virtute fieri posse, vt excludatur probatio, quæ fit per rerum euidentiam. & Alex. repetit cons. 408. & 116. lib. 1. Itaque si hoc modo dictum sit, huic portioni cædent quatuor iugera in fundo Corneliano, si quid deerit, suppleri oportebit, sicut & in venditionibus l. si seruum. §. si modus vbi Fulgos. & Castr. l. si in qualitate fundi, & l. si duorũ fundorum. D. de act. empt. per c. tuas vbi glos. Anchar. & Imol.

B ext. de donat. Secus si à denominatione fundi incipiat articulus, vt sic dicatur, fundus Cornelianus qui est quatuor iugerum, nec enim suppleri, si quid deest, debet, nec repeti si plus est, quia corpus ipsum in portione ponitur, & mensura demonstrationis non limitationis causa adiicitur, quæ latè Boër. exequitur decis. 50. & valdè notari conuenit. Et hoc dictum sit vice limitationis ad hunc textum.

Secundo etiam limitanda hæc dispositio, si per arbitros, vt iurisconsulti loqui solent, vel vt facere solemus per æstimatores & appreciatores, portiones

C discretæ sunt: Nam reuisio excluditur anno, qui casus est huius articuli. Sed si non hæc forma, sed (vt loqui solent) prærogationis modo, *comme à valoir sur son partage ou baille à vn coheritier:* Illa conuentionis forma contineret in se interruptionem; Et ideo pro reliquo competeret actio ad supplementum vsque ad quadraginta annos ex iure patrio, sed in eo quod datum esset, si quidem æstimatum esset, obtineret hæc dispositio, nec reuisio ob malam æstimationem admitteretur eius, quod sic datum esset post annum.

Limita etiam hunc art. Cùm transactione citra operam æstimatorum res inter hæredes trãsacta est,

D quippe læso non hoc remedio succurreretur, sed rescissoria agendum esset propter vim transactionis.

Limita item, cùm per sentẽtiam probationes adiudicatæ sunt. Namq; appellandũ erit, nec hac via succurreretur, quod Cy. Alb. & Bald. dicunt d. l. maioribus d. l. cùm putarem. D. famil. hercisc. Quod ego intelligo, si lata sit sententia non vi æstimationis per æstimatores factę, sed aliter veluti si ab iudice portiones discretæ sint: Nam si vi æstimationis diuisæ sint per iudicem aut arbitrium portiones, prouocãdum quidem erit, vt locus fiat huic reuisioni, per quam succurretur decepto citra conturbationem portionum.

E Nec vero reuisionem impediet, quod per sortem portiones cuique obtigerint; & si ab iudicio sortis negent appellari posse, sed vitium hic & læsio non à sorte proueniunt, sed ab inæqualitate æstimationis; Ideóque huic remedio via non clauditur, quod ex Bald. Philip. Franc. notat. in rub. de appel. in 6. Bald. l. 1. Cod. communia vtriusque iud. & d. l. maioribus.

f [SANS BANNIE.]

F Id est, solo temporis cursu inter cohæredes. Nam alioqui legitimus titulus est diuisionis, ex quo sequutis bannimentis quisque vt ex alio quolibet titulo potest appropriare aduersus quoscunque & si rarum est vt quisquam ex tali titulo bannimentis vtatur. Quod si ex tali titulo quisquam bannimentis vteretur cohæredem excluderet reuisione etiam ante annum, & protinus à die certificationis. Nec hic text. contra statuere putandus est, qui in suo casu intelligendus est, id est, cùm nulla bannimenta intercesserunt; Quod si intercedant, non dubitandum, quin regularia omnium cõtractuum approprimen-

ta, hîc quoque valeant, cùm text. disponat per hæc verba *à quelque tiltre que ce soit*, sup. art. præcedenti. Quicunque igitur volet cohæredem excludere reuisione & diuisionem banniat, nam certificatione sequuta cohæres excludetur, nisi intercedat in præiudicium (vt loqui solent) reuisionis.

g [AV REGARD DES COHERITIERS.]

Namque limitata causa limitatum parit effectum: Hæc enim præscriptio statuaria inter cohæredes tantum comparata est. Sed regulari aduersus extraneos præscriptioni quindecennali cum titulo nihil detrahitur. Est autem diuisio titulus habilis ad appropriandum.

Proinde quod de cohæredibus statuit, necessario hîc etiam implicat agi de rebus hæreditariis. Nam in his quæ hæreditatis non sunt, cohæredes dici nequeunt. Ideo si fortè res alterius propria in terminis l. cum putarem. D. famil. hercisc. vel l. hæredes. §. qui pro emptore, eod. tit. vel aliena quæ restitui petitur, vel alteri adiudicata in portiones computata est, aut euicta vni ex cohæredibus, is rem suam vendicabit à cohærede, & pro euicta de euictione aget à die rei euictæ vsque ad quadraginta annos regulari iure l. si famil. hercisc. ex quo apparuit hæreditariam non esse l. empti. D. eod. tit. vbi Saly. D. de act. empt. d. l. cum putarem. & vetus consuet. c. 40. expressè hunc casum rei alienæ excipiebat.

Hæc igitur actio cùm annalis sit ad reuisionem, præscribitur anno, quæ præscriptio interrumpitur intentata condictione ex hoc statuto, aut sicuti doctores volunt. Alb. Bald. Ioh. Fab. condictione ex illa l. maioribus, per citationem scilicet, sicuti cæteræ rescissiones omnes, quod ante fusè sumus prosequuti. Sed quia hic portiones reformari consuetudo statuit ex deceptione, id quoque non inutile fuerit, an deceptione probata suppleri pecunia debeat quod deest, an vero restitui in specie quod plus est. Ea quæstio diuersorum auctorum, diuersas etiam habet sententias, Bald. d. l. maioribus, conclusionem alter-

A natiuam hoc casu admittit, aut diuisionem cassari, aut valorem suppleri. Quod & Ioh. And. ad Specul. probat. tit. de iudic. §. Sequitur videre vers. Item hæredes, ex quo illa Cancellariæ consueta clausula in talibus de restituenda re, aut supplendo pretio. Contra tamen Cyn. Pet. Fab. Saly. Alb. d. l. maioribus putant. Et Cy. l. 2. de rescind. vend. ac precisè rei restitutionem in obligatione esse putant, quos Mol. sequitur tit. de feud. §. 22. nu. 42. Ego priorem sententiam probo: Nec me mouet, quod illi aiunt hoc modo fieri, vt quis cogatur rem suam vendere, quod quidem directò in contractibus non admittitur. Sed alia conditione

B sunt iudicia diuisoria, in quibus cùm ex toto æqualitas seruari nequit, quia portiones portionibus non ex omni parte respondent, æquum est supplationes fieri quoquomodo arbitrio æstimatorum in pecunia, aut vero in reditu, quod sæpius fit, sine rei restitutione, cùm sæpè ex diuisionis impossibilitate accidat rem solidam vni adiudicari, & alteri solam pecuniam l. ad officium C. communia vtriusque iud. l. si familiæ quæ est antepenult. D. famil. hercisc. Quod ex impossibilitate accidit, ex difficultate tribuitur d. l. si familiæ, si non in totum, certè per sup-

C pletionem partis supergressæ, nam vtrobique quis cogitur vendere auctoritate legis, quod illi absurdum putant, & cum impossibilis est partitio, in totum fit venditio, cum in parte difficilis est, partis dumtaxat, quod æstimatorum, & proborum virorum est arbitrium, an fieri debeat, ex circumstantiis ad dissoluendam communionem, & partes pacandas. Quo fit, vt eiusmodi reformationes portionum fieri debeant, vt loqui solent (*sans lotties changer*) id est immotis portionibus, supplendo dumtaxat id quod ad iustam æqualitatis rationem deest, non etiam diuisionem cassando, aut portiones perturbando,

D quod nimis onerosum esset, & sumptuosum; & si non nego talem casum dari posse, in quo in totum irritari, & portiones ex toto reformari æquum esset, sine vllo respectu diuisionis prioris. Sed hæc sunt alterius loci, & incidit vt tractemus.

ARTICLE CCLXVIII.

ARTIC. CCLXIX. ET CCLXX. NOVAE CONS.

[a] EN [b] tous autres contracts d'heritage, on se pourra approprier [c] selon la forme dessusdite. Et [d] en toutes appropriances [e] y aura lieu d'opposition, [f] iusques à l'information & [g] certification [h] des bannies, [i] qui ne se pourront faire [k] plutost que [l] huitaine apres la derniere bannie [m] en iugement, [n] aux prochains [o] plaids subsequens les bannies [p] en l'endroit de l'obeissance du fief, [q] si obeissance y a. [r] Apres laquelle certification, [s] ne sera aucun receu opposant, [t] ains sera l'acquereur approprié.

[a] IN [b] *omnibus contractibus aliis rerum soli, & immobilium, poterit acquiri dominium, seu appropriari* [c] *ex superiùs præscripta formula,* [d] *& in omnibus approprimentis,* [e] *admittetur plegiamentum, siue oppositio,* [f] *vsque ad informationem,* [g] *& certificationem* [h] *bannimentorum,* [i] *quæ renunciationes peragi non poterunt,* [k] *citiùs, quàm* [l] *octiduo secuto post nouissimum bannimentum,* [m] *iudice pro tribunali sedente,* [n] *proximè sequentibus* [o] *placitis, bannimentis celebratis,* [p] *eo die quo illi ditioni ius esse incipit,* [q] *si ditio iuri sibi dicundo stata tempora habeat,* [r] *post quam testationem* [s] *omnis excludetur intercessor,* [t] *illibatumque ius acquisitoris remanebit.*

a [EN

a [EN TOVS AVTRES CONTRACTS.]

Ne hic quidem articulus suo loco positus est, quod (&) coniunctio indicat, quæ hunc voluit & debuit adiungere immediatè post 266. & ineptè & inordinatè est insertus inter ambos is qui hunc præcedit, qui materiam connexam interturbat, importuna insertione alienæ materiæ. Debuit igitur hic subiungi.

b [TOVS AVTRES.]

Hæc clausula in totum expungi debuit nam ταυτολογεῖ & actum agit. Repetit enim semel iam statuta d. art. 266. & cum ibi dixerit (*à quelque tiltre que ce soit*) quid voluere reformatores, cùm subiiciunt *tous autres contracts*? non minus ineptè quam si quis diceret, omnes & plures alij. Nam infinita oratio infinite agit, vltra quam nil potest intelligi in natura in eodem genere. Proinde repetendum est, quod alibi diximus, postulantibus ordinibus hanc vniuersalem enunciationem sic conceptam esse, vt vna omnibus omninò contractibus lex appropriandi posita noua lege intelligeretur, cùm veteri diuerso iure vteretur.

c [SELON LA FORME SVSDITE.]

Art. 266. scilicet, & art. 265. qui primus est. Hæc relatio arguit anteriorem articulum interiici non debuisse.

d [EN TOVTES APPROPRIANCES.]

Qui se font par bannies & certification.

e [Y AVRA LIEV D'OPPOSITION.]

Verus crebrius verbis plegiamenti vtebatur, de quo nos anterius prolixe, interdum & oppositionis vt c.220. late c. 52. sed ruditer & inscite.

f [IVSQVES A L'INFORMATION.]

Inclusiuè, id est, inter ipsos actus informationis & certificationis. Informatio constat testium interrogatione, qui asserunt se bannimentis interfuisse illo die, loco, tempore. Fit autem iudice sedente pro tribunali per antestatorum depositionem, quos recordatores vocant.

g [CERTIFICATION.]

1 *Certificationis origo & auctor.*
2 *Certificatio actus apparitoris.*
3 *A certificatione non est recipienda appellatio.*
4 *Certificatio in auctionibus diuersi iuris.*
5 *Octiduum quot dierum accipi debeat late.*
6 Obeissance, *quid sit.*
7 *Placita proxima dicuntur etiam, si cœpta sint vniuersa.*
Approprimentum perficitur à l'obeissance *etiam* que les pleds soient commencez.
8 S'il n'y a obeissance où se faict l'appropriment.
9 *Plenißima securitas quæritur approprimentis.*
Auctoritas ea de re, ibid.
10 *Restitutio aduersus præscriptiones non datur, latißime.*

1 Certificationis vetus consuetudo meminit d. art. 40. Tametsi foro veteri non vsquaque vsurpabatur ante constitutionem quandam Ducis Ioannis anni 1424. qua cautum est, vt hæc certificatio in posterum

A seruaretur ad euitandas clanculatias confictiones. Est vero certificatio apparitoris renunciatio de eo, quod egit lege, apud iudicem, quod professione iudiciali consuetudo fieri voluit, de eo de quo mortuæ apparitoris relationi credi nollet, in re tam momentosa, idque sacramento, quod scholastici auctores dicebant referre iudici de citatione. Quod si ille morbo aut absentia facere nequit, testatione facta de apparitoris manu res in acta redigitur antestatis factum testantibus. Quanquam & ex forma, l. sed si quis. D. quemadmodum testamen. aper. procedi. l. potest vel ex cùm ab initio eodem titulo; id quidem

B sæpius in apparitoribus, & ministrantibus officio. Est 2
vero certificatio actus apparitoris simpliciter, nec iudicis vlla interfatio adiici debet, cuius nullæ sunt partes, nisi in interrogando, vt actuarij in scribendo.
Quare hìc admirari subit hominum externorum in- 3
sipientem sapientiam, qui nuper suo iudicio sibi magni artifices visi, ab talibus certificationibus appellari reperêre, inaudito nobis ac veteri foro exemplo, quod nefando quidem vnquam auditum esset tribunalibus nostris, cùm id vere sit ab executore appellare contra, l. ab executore. C. quor. appell. non

C recip. Est enim (vt ante diximus) hic merus & simplex actus apparitoris, qui de facto suo testatur apud iudicem sine vlla iudicantis interfatione. Quod si etiam iudex interloquatur rite facta videri bannimenta, id pro decreto haberi non debet, nec per id quicquam additur ad veritatem actus, neque de non vero facit verum, sed declarat tantum id quod res ipsa continetur. Itaque in appellatione ab eiusmodi interfatione nihil deduci posset, præter solemnitatis defectum, aut non solemnem promulgationem, aut non verum esse, quod apparitor retulit. Sed isti cùm

D prætextu talium appellationum, de substantia contractuum, aut nullitate, vel inualiditate cognoscunt, imperitè faciunt, & iniquè, quia in appellatione à sententia, quæ de ritu pronunciat, id est, forma accidentali, nihil deduci potest pro grauamine (vt forum loquitur) nisi quod ritum & formam spectet. Hoc cùm constat, si apparitoris relatio vera reperitur, & bannimenta suo ordine facta, planè inutiliter appellatur: quod si eo defectu laborant via nullitatis ipsa per se concidunt. Itaque non fuit antehac eruditis iudicibus vsurpatum, vt ad relationem seruientis interfationem adiicerent. Quare ridicula est curiosa

E istorum hominum solertia, qui plus in alieno iure se vidisse putant, quàm patrij iuris, & moris peritos, imperiti ipsi & experimentis talium defecti, magni
tamen sibi autores visi, innouandi prisci moris, ex eo 4
quia in auctionibus eius generis appellationes vsurpant à certificatione actionum scilicet, re planè diuersa & longe alia, vt quæ in forma cognitionis contentiosæ inter repugnantes interponitur, cùm hæc voluntaria sit, & nullo aduersario obstante. Ideoque quilibet intercessor, post, tales certificationes bannimentorum, intra decimum quintum annum, tam 5
admittitur ad nullitates eorum deducendas, & op-

F ponendas per viam nullitatis, quam si inter ipsos actus certificationis intercessisset, nec obstat iudicis interfatio aduersus absentem, quod contrà fit in illa auctionaria certificatione, quæ non nisi præsentibus aut vocatis partibus interponi potest. & ideo si interposita sit iudicialiter, necessariò ab ea est appellandum. Cùm id quoque perspicuum sit, bannimentorum solemnia vim suam non ducere ab actu iudicis, sed solius apparitoris agentis, & postremo de actu suo renunciantis apud iudicem præsentem, etiamsi in totum mutus esset: quia opera eius non

desideratur, iudicatoria quidem & cognitoria, sed sensuum dumtaxat, auditus scilicet, linguæ officium non est necessarium si sponte apparitor post lectionem renunciationis esse verum, quod scriptum est, testatur, etiam non interrogante iudice. Quare valeant hi acuti scilicet homines, sed qui iudicio deficiuntur, nec fines rerum intelligunt, & toti sunt in infringendis rebus benè, & sapienter constitutis, vnde hanc rerum perturbationem, quæ vbique est, accidere fuit necesse.

[h] [DES BANNIES.]

Ou bannie, in casu articuli 266. supra.

[i] [QVI NE SE POVRRONT.]

Quelles certification & information, si contra fit, pœna est nullitatis actus, & irriti approprimenti ex natura verbi non potest, & quia peccatur in forma substantiali, qua vitiata actus corruit.

[k] [PLVSTOST QVE L'HVITAINE.]

Veteri consuetudine, c. 45. & 46. approprimenti solemnia vltimo bannimento claudebantur sequutà ogdoade, sed addita per reformatores ad cætera solemnia certificationis necessitate, ab ea consequens fuit approprimenta consumari.

[l] [HVICTAINE.

Quid est ogdoas, & quot dierum est.

Hic quoque subit admirari eorum iudicia, qui veterem, & vsitatum computationis morem nouatione inutili, & proinde periculosa nuper adorsi sunt conuellere, cùm veteribus in foro atque omni commercio receptum esset ab octauo ad octauum octiduum conficere, hoc est à dominico ad alium dominicum, nec dies octo integros exigere, sed sufficeret cœptos, quod ipsum in consuetudinariis & iudicialibus omnibus vadimoniis, assignationibus, & dilationibus ad patrum memoriam sic erat vsitatum vt dubitasse flagitiosæ imperitiæ tribueretur, quod articulus huius tituli primus sic conuincit, vt mirandum sit, quid in mentem venerit diuersum arbitrantibus, & nos articul. 25. attigimus. Quare cur hoc octiduum temporis alterius statuendum esse putarint, ratio nulla apparet, materia, subiecto, & causa statuendi plane eadem, cùm indictæ solemnitatis, & formæ partem faciat extremum hoc octiduum, nec separari ab priore sui parte possit. Cur enim alia edictis alia certificationi tempora statuerentur? Cur descripta suis numeris approprimentorum, & dominiorum solemnitas diuerso iure censetur contra regulas? Cur si diuersum sensit consuetudo non expressit? Cur hisdem & totidem verbis octidui intelliguntur diuersa? Cur eadem verborum conceptio? imo verbum idem octidui, aliis nouem, aliis octo, aliis decem dies putatur significare, & interuallum aliud. Dispiciatur quod vsquam consuetudo de octiduo statuit, si non octauus ad octauum intelligitur, idque non ab diei consummatione, & momentis perfecti, sed ab actus potius qui geritur momento, id in approprimentis edictalibus, idem in actionibus, & cridis, idem in proscriptionibus & bannis capitalibus: in reformationibus professionum feudalium (rotulos appellant) in bonis vacantibus & repertis, *en espaues*, in confectione inuentariorum, in excludendo retractu, quæ omnes dilationes & vadimonia mensuram capiunt à dominico ad dominicum, *& de iour à iour.* Hoc idem in assignationibus omnibus iudicialibus vetus forum vsurpauit, idem Curia Parisiensis matrix cæterarum, idem reliquæ. Cur vetera subinde mutando, vertendo, versando, rotando, malumus insidias struere commerciis in re tam momentosa, quàm ea rata esse, quæ ordine, & tempore semper eodem omnibus olim tribunalibus valuêre, cùm veterum vsum indubitata obseruatio etiamnum testetur nouã, nec sciat pene quisquam, nec fidat repertæ. Quid enim? Cur agentibus manus porrigimus ad subuertẽdas reorum securitates moribus nixas, & vsu hactenus tam certo quam diuturno. Nam vt Iurisconsultus loquitur, cùm de damno quæritur, & par vtriusque conditio est, quare non potior sit qui rem tenet quàm qui persequitur, l. si seruum. §. sequitur. D. de verb. oblig. Hæc scilicet præclara huius temporis sapientia est, non mouenda subinde mouere, de certis facere incertissima, fixa refigere, & quadrata mutare rotundis, cùm libeat vti præceptis & receptis. Sed, ô moribus antiquis res stetit Romana, decusque. Hic quisquam malit alterius temporis esse octiduum, quam stati & ab æuo per omnia fora recepti & vsurpati, fini scilicet vt diecula captetur ad subuertenda aliena commercia. Namque hic non libet recudere rixosas dissertationes de illo, an dies termini computetur in termino, quod alij plena manu ante versauêre, sed ita vt compositis, comparatisque sententiis opinantium, nihilo doctiores legentes remitterent, quos docendos susceperant, & si verum fateri volumus è iure nostro non habuerunt, vnde facerent, quando vnum atque alterum non plures alterius opinionis auctoritates habet. Triginta aut paulo plures sententiæ eiusdem heroes in partes duxeris, alterius non pauciores, atque ex his plus minus viginti, non solum emansores, sed & apertè desertores, aut desultores, qui cùm in suis castris non diu steterint, mox in aduersaria dilabuntur, hoc est vnum atque aliud sentiunt. Cæteri boni scilicet pacificatores limitando, distinguendo, excipiendo, dum dissidium volunt componere, classicum canunt, bellum incẽdunt. Inter hos meandros & labyrinthosa diuortia viarum, cur non inceditur basilica, si quid in nobis mentis est? Cur subinde mutare placet, quæ interpretationẽ semper certam habuerũt ex vsu: an vllus certior interpres consuetudine vtentium? Quid an non testari possumus & bonâ fide intra 30. hos annos, quatuor amplius millia approprimentorum tali octiduo valuisse, cuius certissimi sunt testes hi oculi, & aures? Quod idem cætera tribunalia obseruauêre. Nec dubitandum, quin vtilitas obseruationis maior & certior sit, quãdo sic obseruantibus nullum ab nullitatibus periculum futurum sit, diuersum sequentibus vnius dieculę captatio omnes omnium penè securitates in casum datura est. An hoc docuit ciuilis sapiẽtia eam partem tueri, per quam actus periret potius quam valeret contra regulas, l. quoties. D. de verb. oblig. ad architectandas & moliendas nullitates, quas insidiosus quisquam alienæ conuentionis speculator nectat bonâ fide agentibus. Quid igitur verba valeant, quid antiquitas in vsu certo habuerit non est obscurum, quid identitas rationis & dispositionis paritas nemo non videt. Perge porro exquire à magistris artium, idem ipsum in sua quaque arte magister quisque respondeat; incipe à Theologis, Cùm tertiæ diei fit mentio, tertia intelligitur quæ secundam subsequitur,

Tiraq. de retr. §. 1. gl. xi. nu. 17. in ver. & ur.

tur, Cùm Christus dicit in Euangelio, soluite templum hoc, & post tres dies reædificabo illud. Et alibi: Generatio praua & adultera signum querit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ, quæ de resurrectione dicebantur, atqui constat pridie parasceues crucifixum, parasceue tota iacuisse, postridie resurrexisse, idque bene mane, quod August. lib. 4. de doctr. Christiana annotat. Eadem sententia alterius loci Euangelici, quem alioquin pugnantem cum alio Epiphanius conciliat. libro 2. Panna. Quid Medici cum tertio die moueri bilem dicunt, & existere tertianas, an quisquam ita insanit, vt quartum pro tertio intelligat: talem censorem si febris illa corripiat discat vel inuitus suo malo non esse quartum, quo febris recurrat, quod Hipp. deffinit apud Galenum, lib. 4. de morbis vulgaribus. Quid in hac mundi fabrica nonne sex diebus opus omne creatoris perfectum est, septimus quietis fuit, hinc hebdomadas Mathemathicis & Astronomis & agricolis septem diebus constat, in his vnus dominicus si quem addideris, is necessario octauus erit alius scilicet dominicus, adiice alium is nonus erit, si quidem monas addita octonario nouennarium facit. Atqui consuetudo octauum tantum desiderat, eratque haud dubie in certificatione expressura, quod in bannimentis disertè erat cautum, nisi quia dominica certificationem, actum scilicet iudicialem, non poterat admittere, sicut edicta, id est, bannimenta dies dominici admittunt. Nam quod de verbis argutantur, *huictaine apres*, sedulò nugantur, veluti octo dies post vltimam edictorum dominicam exigantur, scitum est tria edicta interuenire debere, *par trois Dimanches l'vn apres l'autre*, nec hîc verbum *d'apres* facit, vt dominicus prior non computetur in termino. Nec enim rectè percipientibus vox, *d'apres*, intelligenda est à fine diei, sed à fine actus qui geritur, hoc est ab ipsis bannimentis quæ fiunt matutino tempore intra sacra, reliquum diei rebus agendis inutile est, ideóque ratio eius non habetur, sicuti, & cum placita habentur, hîc omnis actus certificationis exercetur, quod de die superest inutile est ad actus rerum, ideoque sine computatione est. Quare desinant ineptire. Sed fuit intra viginti hos annos hæc seculi labes, ne quid homines de solitis manere vellent, non in disciplinis, non artibus liberalibus, non in externis hominum actionibus, non victu, non incessu, habitu, ædificationibus, supellectili, non denique vllo quod veteres vsurpassent, atque ita efficere omnia sibi acutius vidêre visi, vt cœlum terræ misceri & videre & pati cogeremur. Nam siderum positus varij nec æstates, nec hyemes prisca vsquam vbertate fluere patiuntur.

hodie tamen exiguntur art. 269. in fine. n.c.

m [EN IVGEMENT.]

Neque enim alibi certificatio fieri potest, idque iudice sedente pro tribunali, & cognitionibus vacante.

n [AVX PROCHAINS PLETS.]

Proxima placita sunt, quæ nulla alia antecedunt, quæque immediatè sequuntur vltimum bannimentum, nec alia intercedunt, l. 2. §. hæreditas & §. legitima. D. de suis & legit. l. proximus, & l. proximi. D. de verb. signif. Quare proximis non certificasse, nullitatem importat approprimenti. Nec vlterioribus fecisse profuerit, alioqui homines, quorum interest, circumueniri contingeret, aut magna molestia affici obseruatis omnium temporum placitis omnibus. Námque postrema dies bannimenti quasi vadatio est omnium, quorum interest ad proxima & instantia placita.

o [PLETS.]

Placita posteriora tempora appellauerunt, voce Canonistis quoque vsurpata, quod nos articul. 1. consuetud. notauimus. Sed nec quæuis placita intelligenda sunt, sed ea tantum in quibus de rebus soli agitur. Excludit itaque, *plects de meubles ou deliurances.* in quibus de rebus soli nihil agi potest, sed de rebus mobilibus dumtaxat, aut personalibus actionibus.

p [EN L'ENDROIT DE L'OBEISSANCE DV FIEF.]

Est hîc aliquid quod de iure patrio, & Britanniæ proprio intelligi conueniat. Rectores prouinciarum Britanniæ non solent placitorum causa quoquam demigrare, nec sicuti in Francia, inferiora tribunalia obeunt ad assisias (vt loquuntur) tenendas, sed ditionibus quibusque, & inferioribus dominiis ius dicunt in sua primaria sede, nec id tamen passim, aut omni tempore, sed sua ditione quæque tempora stata habent, quibus agere, & conueniri apud rectorem prouinciæ possint, *qu'ils appellent, congez, menees, & obeissances*, non diuerso iure quàm quo Franci olim apud Parlamentum vtebantur, nunc penè obliterato, cùm sui cuique bailliagio dies stati essent. His conueniri, & cum his agi per eos dies potest apud Rectorem prouinciæ, extra eos respondere non coguntur. Exemplis res fiet illustrior. Parent Rhedonensi præsidi Vitreium & Filicerium die primo placitorum. Castrobrientium vii. Guarcia viii. Hedeum, ix. Mõtfortis decimo. Hic cùm de hac ogdoade, de qua hîc loquitur, statuẽdum erit, interest quid agatur. Nam cùm duo termini considerandi sint, à quo scilicet, & ad quem, terminus à quo certus est, ab vltimo scilicet bannimento, de termino ad quem quidam dubitarunt. Nam cùm, vt ante diximus, placita Rhedonensia Vitreium auspicetur, quidam putabant, etiam si de re Castrobrientio subiecta ageretur, terminum ad quem metiendum ad primum placitorum diem, quo die cum Vitreis ageretur, quod perquam falsum est. Neque enim respectu Castrobrientij placita dicuntur inchoata, ex eo quod cum Vitreis agitur. Neque enim Castrobrientianus vllus agere aut conueniri his diebus potest, quibus cùm Vitreis ius est, sed suis dumtaxat, hoc est Castrobrientij diebus. Quare hæc ogdoas computanda est ab vltimo bannimento ad septimum placitorum diem, quo die cum Castrobrientio ius esse incipit. Et hoc est, quod hic dicit, *en l'endroict de son obeissance. Et ne se peut on approprier d'vn heritage de Chasteaubriant, ou autre menee, qu'en l'endroict de son obeissance, & de ses iours. Et ne se doiuent dire les prochains pletz, qui se tiennent pour Vitre, ne iceux encommencez: car les plets de Rennes ne se commencent pour le regard de chacune iurisdiction inferieure, que par la tenue de l'obeissance particuliere de chacun siege, ou iurisdiction inferieure, dont est question.* Facit quod in simili Boër. ex Castrensi recitat decis. 40. num. 6. Quod cùm statuto Brixiæ alio die ius diceretur ciuibus, alio forensibus, aut vt alicubi apud Francica tribunalia, alio nobilibus, & item ignobilibus alio, eos dies per quos ciuibus ius diceretur, non computari in præscriptione perficienda forensibus, quia perinde habendum esset, quo ad forenses, ac si om-

nino ius non diceretur. Itaque illos sessionum dies forensibus non computari, quibus iudex postulationibus forensium non vacaret. l. 2. §. dies. D. quis ord. in bonor. poss. ser. Sic Castrobrientio dies computari non oportet, quibus Vitreio dumtaxat ius dicitur, idque priuatiuo iure, veluti etiam Parisiis olim cùm
7 Parlamenta essent annua, & quotannis regio rescripto euocarentur, etiam si Parlamentum cœptum erat à diebus præpositatus Parisiensis, poterat nihilominus assignatio dari alicui de Bailliagio Artesij, aut Campaniæ ad dies sui bailliuatus, modo superessent adhuc octo dies vsque ad eos, qui casus est noster formalis, & habetur in stylo parlam. tit. *des adiour.* §. 7. Nam stylus erat ad proximos dies sui bailliuatus quemque citari in his terminis, quibus hæc consuetudo vtitur. Reddi enim oportet singula singulis, cùm non potest fieri relatio ad omnia, vt Angel. dicit, l. 1. §. dolum. D. de dolo. glos. l. qui in futurum. §. 1. D. de pact. veluti si quis diceret, homo, bos, aquila, ratiocinantur, volant, cornuta sunt, nemo tam insanus reperiretur, qui volatum referret ad bouem, aut cornua ad aquilam, aut ratiocinationem ad vllum ex duobus postremis. Sic cùm placita Rhedonensia dicuntur, si cum Vitreio rem habes, de Vitreis intelliges, si cum ciue Castrobrientiano, aut re eius soli, omnino illi dies spectandi, nec placita Castrabrientiano cœpta dicuntur, quia Vitreio ius dicatur. Sunt enim ista diuersa, & si nomine vniuersali
8 compræhendi possunt singula. *Pourquoy les prochains pletz de Rennes pour vn heritage de Chasteau-briant ne commencent pas aux iours de la menee de Vitré, mais du septiesme iour des pletz, & se doit la huictaine, dont il est parlé icy, compter au iour de l'obeissance.* Hæc leuicula videri possunt, nisi grandes sæpe tragœdias prætextu tantulæ dubitationis pridem excitari comperissem vsu, atque adeò imperitorum iudicia impulissent in deterius vecordia iudicandi, quin etiam causam quærentibus parua etiam pro valde momentosis obiici nimium quam sæpe animaduertissem. Sed ista discrimina dierum, & ditionum scio in quibusdam tribunalibus rescriptis regum esse sublata: Nostrum quidem ea etiamnum retinet, sine quibus facile est fallere in approprimentis.

[q] [EN L'ENDROIT.]

Tellement que s'il y a plusieurs obeissances expediees en vn matin, depuis que l'vne aura eu congé, il ne se peut plus rien plaider, ny approprier d'heritage par ladite menee; Summo quidem iure, cùm illa missionem obtinuit. Receptum tamen est æquitatis obtentu potius quàm summo iure, vt in eadem audientia venientes audiantur, si intercedunt.

[r] [SI OBEISSANCE Y A.]

In quibus tribunalibus is mos receptus est, non omnes tamen ditiones aut inferiora tribunalia eo iure vtuntur, est enim præscripti iuris aut priuilegij authoritate principali concessi *d'auoir obeyssance.* Qui communi iure vtuntur, quouis tempore euocati respondere coguntur saluo remissionis iure ad suos ordinarios, *qu'ils appellent suiects en chef, & des heritages qui sont en tels fiefs comme communement sont fiefs amortis, & enclauez on s'approprie à tous les iours, car ils n'ont point de particuliere obeissance, ou de iours propres & priuatifs pour eux, pourueu qu'il y ait huictaine entre la derniere bannie, & l'appropriement par certification.* Cæterum nihil hîc expressum est de apparitoribus per quos bannimenta fieri debeant, cùm veteri foro certissima esset regula per ordinarios cuique dictioni attributos fieri debere, *qu'ils appellent ameneurs.* Quod nuper innouatum est quodam iudicato, inductúmque vt suum cuique ea de re esset arbitrium, cùm maiores nostri nullum omnino actum de re soli admitterent, qui non esset per ordinarios apparitores confectus. Quod & in vocationibus in ius etiamnum manet. Sunt quibusdam sui viatores per quos ista iure patrimoniali exercentur, quos vocant *voyers, & banniers.*

[s] [APRES LAQVELLE CERTIFICATION.]

Est enim hic vltimus actus approprimenti, inter præsentes quidem: Nam de absentibus sequenti articulo statuitur. Audiri tamen intercessores tum, quoque receptum est, cùm adhuc iudex sedet pro tribunali.

[t] [NE SERA AVCVN RECEV.]

Perspicuè hîc apparet exceptionem litis finitæ dari aduersus seros intercessores, in qua id tantum quæritur, an appropriatum sit, de quo scripto omnino doceri oportet, quod cùm est factum, & solemnia constant, protinus occludi omnis iudicialis quæstio debet, & actor excludi: de quo fine nos satis multa diximus art. 266. verbo, *du tout.*

[u] [AINS SERA L'ACQVEREVR APPROPRIÉ.]

Hîc quoque verba (*du tout & enuers tous*) inseri debuerunt, quæ sunt dict. articul. 266. expressa, perquæ ius omne eius contra quem præscriptum est, in præscribentem approprimento transfertur sublata obligatione omni ciuili & naturali; de quo Bart. l. sequitur. §. si viam. D. de vsucap. & Ang. l. 1. C. de iud. glos. & Ang. l. cùm notissimi. C. de præscript. trig. Sed hæc alibi, cùm etiam de illa fallaci Bartoli obseruatione, de directione verborum ad præscribentem aut agentem, aut in rem conceptis verbis disseremus, de quibus locus apud Felyn. c. quoniam ext. de præscript. Balb. in præscript. 2. parte tertiæ principa. q. 14.

ARTICLE CCLXIX.

Artic. CCLXXIV. Novae Cons.

ELVY qui est approprié [a] d'heritage, par bannies [b] en la forme susdite [c] est defendu [d] contre tous ceux du Duché, [e] & contre ceux qui sont hors le Duché, il conuiendroit [f] que l'acquereur les eust tenus par an & iour, [g] apres l'information & certification faicte desdictes bannies, [h] sans empeschement, [i] s'il n'y auoit dol, [k] ou fraude [l] au contract, [m] ou aux bannies, [n] auquel cas [o] competeroit action, nonobstant lesdites bannies & certification d'icelles, [p] iusques à dix ans [q] apres ladite certification.

Qui

QVi sibi acquirit[a] *res soli, per bannimenta*[b] *ex præscripta solemnitate,*[c] *securus est*[d] *aduersus omnes, qui in Ducatu domicilium habent,*[e] *sed qui extra Ducatum constituti sunt; oporteret,*[f] *vt acquisitor illas realiter, & naturaliter possedisset,*[g] *post informationem, & certificationem ritè factam prædictorum bannimentorum,*[h] *absque vlla interruptione,*[i] *si non dolus,*[k] *aut fraus,*[l] *contractui,*[m] *aut bannimentis intercessisset,*[n] *quo casu,*[o] *competeret actio, nihil præfatis bannimentis obstantibus, eorúmque denunciationibus,*[p] *vsque ad decennium,*[q] *à delata certificatione.*

[a] [D'HERITAGE.]

Vbique ferè hæc vox repetitur, vt intelligatur hoc genus approprimenti conuenire rebus soli, quæ propriè & substantia tales sunt, non iuris fictione, de quo ante disseruimus, art. 266. verb. *d'heritages.*

[b] [EN LA FORME SVSDITE.]

Per articulos 265. 266. 268.

[c] [EST DEFENDV.]

Plenißima securitas approprimentorum.
An restitutio detur aduersus ea.

Quod Iurisconsulti dicere solent, tutus est, & securus omnimoda securitate; & quod text. exprimit, l. omnes. C. de præscript. triginta annorum. Omnis (inquit) actio quadraginta annorum curriculis sopiatur, & nullum ius priuatum publicúmve, in quacumque causa, vel quacumque persona quadraginta annorum extinctum iugi silentio moueatur; & infra, sit liber (inquit) & plenissima munitione securus. Plenissimæ securitatis vox repetitur, & leg. vltim. C. de edict. d. Adria. toll. Itaque sicut Salyc. ait in leg. Sicut eod. titul. plenissimè verbum ponit rem in termino vltra quem non est progressus, vt superlatiuum, & leg. vltim. C. de fund. patrim. lib. 11. nullam molestiam, nullam actionem, nullam inquietudinem formidare debet, qui tanto tempore possedit, & dict. leg. sicut, post hanc (inquit) temporis diffinitionem, nulli vlterius mouendi facultatem patere censemus, etiam si legis ignorantiam excusare tentauerint & c. ad aures in fin. extr. de præscript. vbi præscriptio quadraginta annorũ omnem prorsus actiouem excludit & c. volumus, 16. quæst. 4. quietem (inquit) eorum omnibus modis procurate. Itaque Ang. l. Papinianus. §. si quis mortis. D. de inof. testam. scribit cui à lege detur securitas, nec directè nec indirectè vexari posse. Quare omnino admirari non desinam, post tantas verborum exaggerationes, quæ tam disertè de Imperatorum, & iuris intentione testarentur, extitisse vllos homines, qui verbis hanc ipsam securitatem extollerent, re tollerent reperta ratione, vt sibi videbantur acuta, qua tanta verborum pondera eluderent introducta restitutione in integrũ aduersus perfectas tempore præscriptiones, idque ex vulgaribus causis absentiæ, ignorantiæ, & talibus. Diximus paulò ante, cum de interruptionibus commentaremur, esse restitutiones quasdam, quæ actionis iure peti possent, quasdam quæ iudicis officio, atque ideo præscriptionum tempora diuersa esse; quia quæ officio iudicis peterentur, quadriennio expirarent l. vlt. C. de temp. in integ. rest. pet. c. 1. de restit. in integ. lib. 6. Hoc posito mira inter scholasticos auctores pugna incanduit, an perfectæ præscriptiones per restitutionem in integrum infringi possent, ex aliqua earum causarum ob quas concedi solent, veluti ob absentiam aut igno-

A rationem & tales, de quo vbique pugnatur in nostris libris, vt non immerito Aymo Crauetta vir eruditus epiphonemate miseros litigantes exclamet, quibus in tales controuersias incidere contigit, de quibus nihil certi esset iure constitutum, & quod ab arbitrio cuiusque & opinatione potius penderet, quàm à certis vllis regulis. Sunt vero controuersiæ capita. Etiam completa præscriptione longissima quantalibet exaggeratione verborum Imp. vtantur d. l. vltim. C. de fund. patrim. & talibus dari tamen restitutiones ex capite ignorantiæ rei Domino. Huius sententiæ auctores, ne prolixior sim coëgit. Tiraq. in retract. §. 35. glos. 4. numer. 37. Franc. Balbus part. 4. quartæ partis q. 2. 9. Aymo. Crauetta lib. de tempore parte quarta, incip. materia. num. 50. Nec putat

B Crauetta vllam tantam vim verborum esse, quæ restitutionem possit tollere, idque tam in vincennaria quam tricennaria. Hæc sententia manifesto iure oppugnatur leg. final. C. de præscript. long. tempor. cùm dicit, nulla, vel scientia, vel ignorantia expectanda. Ridicula est enim solutio Bart. l. 1. §. si quis propter. D. de iti. act. quæ priuat. textum intelligit ipso iure, sed effectu non item, quæ opinatio plane illudit sensibus & sophisticam spirat. Quare plures negant in vicennaria dari restitutionem, quos Tiraq. colligit ibid. numer. 42. quia illa l. vlt. ignorantiam non patitur illi obiici. Sed iidem qui de vicennaria negant, de tricennaria admittunt, quia de tali d. l. vltim. non loquitur. Iidem contra quadragenariam re-

C stitutionem nõ recipiunt propter d. l. omnes, vt Alex. cons. 2. vol. 3. Bart. l. 1. §. si quis propter. D. de itine. act. quæ priuat. Decius cons. 29. Crauetta vbi sup. numer. 56.

Quidam neutrobi admittunt, quos Tiraq. colligit numer. 37. Sunt qui minoribus, & Ecclesiis restitutiones largiantur, absentibus & ignorantibus denegent, quos Tiraq. num. 47. Crauetta cons. 49. Anchar. cons. 170. Quidam ignorantiæ, & absentiæ causas minoritati anteferunt, quos Tiraquell. recenset num. 48.

Quidam alio atque alio loco diuersum sentiunt, & inconstantia iudicij mentis errorem produnt, vt omnino admirabilis videri debeat iudiciorum diuersitas, aut principum socordia, qui de his tamdiu

D patiuntur dubitari, de quibus vno verbo constituere poterant.

Quo magis amplectenda est hæc consuetudinis dispositio vniuersalis (*de defendre contre tous ceux du Duché.*] Et illo art. 260. *enuers tous & du tout.* Qua ratione istæ omnino opinionum symplegades sublatæ intelligi debent, & in totum præcisæ. Nam (vt verum agnoscamus) cuiusmodi iudicia eorum videri debent, qui post tam apertas imperatorum constitutiones, post tantam verborum vehementiam, & pondera, illudunt menti, & intentioni constituentium detorta sentẽtia, & indirectè admittunt, quod auctores legum exclusum voluerunt, & cùm securitati contrahẽtium principali authoritate quæsita sit securitas,

priuata interpretatione concedunt restitutionem, & A fenestram aperiunt, qua recrudescant controuersiæ de dominiis rerum sopitæ tempore, & vt Impp. loqui solent, extinctæ. Nam si nullam molestiam, nullam inquietudinem, nullam actionem formidare debet, qui præscripsit, quod in ipsis patrimoniis principum l. vltim. C. de fund. pat. statuit, quid est quod sentiunt, qui ter repetitæ emphasis verborum vim excludunt, & verbalem volunt esse securitatem? cum data restitutione actiones ad dominium rei pręscriptæ vendicandum restituunt, & redintegrant lites, quod rectè Anchar. improbat d. cons. 170. ex illis verbis l. vlt. (ne alia inextricabilis dubitationis occasio oriatur.) B Nam quis hic non videt litem gigni de prioris litis materia; cùm ratio reperitur restituendæ prioris litis. An non quod Anch. ait, istud fuerit verbis cauisse, re ipsa illusisse, si restitutio ius extinctum ex toto reparat, & instaurat? Nam quis neget molestia eum affici, aduersus quem post tanta temporum interualla restituuntur actiones, vt iterũ de rerum præscriptarũ dominio periclitandum sit, cùm præscriptio finis esse debeat laboris, & periculi, quod Bald. ait l. 1. C. de nund. Cast. cons. 204. col. 2. lib. 1. & negata actione restitutio in integrum negata videatur, quæ C & ipsa inter actionum nomina haberi debet, quod Bartol. & Bald. aiunt l. 1. D. de iurisd. om. iud. l. actionis verbum. D. de oblig. & act. Quod si bono publico repertæ sunt præscriptiones, cuius ingenij est eas modis omnibus eludere, & vim earum ita dilutam reddere, vt res inanis sit, nec alia quam verborum, vt cùm te putes Anchisem totum tenere nihil teneas præter vmbram, quæ tenues vanescit in auras, & quæ illa est toties decantata plenissima securitas, quam obuia cuilibet restitutio excutit? quod verè glos. dixit l. ait prætor. §. permittitur, verb. imputandum. D. de minorib. & Baldus leg. 1. Cod. si aduers. solut. Et tamen D ius omne publicum, priuatum, patrimoniale principum vna 40. annorum præscriptio extinguit, ex quacumque causa, aut persona d. l. omnes dict. leg. vltim. C. de fund. patrim. Quid amplius dicere lex potuit? quàm cùm quamcumque causam dixit, & quamcũque personam, cùm circa ea tota iuris ciuilis materia versetur. Nam & leg. sicut, litem mouendi facultatem aufert, atqui in restitutione lis est, & litem priorem, renouat. Quæ sunt ista legum, aut interpretationum ludibria, cùm antico obdideris pessulum, postico admittere amatorem, fronte obsistere E cùm manu post tergum reducta deducas, veluti in obsidionibus vrbium qui cuniculos agunt, cùm vim tantam pulueris ingesserе, vt montes ipsi in altum tolli possint, occurrerit aliquis ex aduerso, qui cuniculum deprehensum pertundat, tota illa vis in efflatum abierit. Sic cùm leges plenam & plenissimam securitatem statuère, restitutione eludere, irrisisse est, & miserè mortalitati verbis inanibus illusisse. Quis hîc non percipit scholasticorum hominum cautionem, qui experimentorum imperiti sua somnia proponunt mundo, lites intendunt, & resp. conturbant perturbatione dominiorum, & maligna sapientia effi- F ciunt, ne quid sit in rebus aut certi, aut constituti? Quid senserit Crauetta, quid Boër. decis. 39. quid Tiraq. obuium est, & loci patent: laudãda modis omnibus ingenia, quæ lites detestata possessiones moueri post longa tempora non putant, salua repub. posse, neque de scholasticorum hominum sensu tantas res constitui posse, quæ experimentis & actionibus rerum discuntur, & ipsos rerum moderatores sapienter prospexisse apparet, si non ista inani philosophia, & argutatrice sensa eorum eluderentur.

Magis vero admirandum eo progressos præposterè sapientes homines, vt hanc ipsam restitutionem, quam completa præscriptione tribui volunt, non ante inchoari putent quam à die scientiæ. Ex quo scilicet quisquã intellexerit quadriennium sibi competere, sic fieri, vt ne centum quidem annis res vlla præscribi possit. Atque hoc quidem tale apotelesma sequi necesse fuit talibus assumptis, hoc est absurdum illatum ab absurdis principiis. Hoc vehementer contendit Crauetta, & quos Tiraq. vbi sup. numer. 43. & Canonist. c. vigilanti ext. de præscrip. & quos Rebuf. tit. de restit. artic. 2. homines crudeliter humani dum affixi in diuiduorum consideratione publicam securitatem, & rerum dominia in totum conturbant, & tribunalia implent clamoribus, familias furiis litium. Ista homines imperiti in angulis studiosi secessus docent, mali præceptores quando finem, & vsum talium non norunt. Quid cùm ad imperatoria iura etiam populorum consensus, quem consuetudinis appellatione intelligimus, accessit, cùm his verbis pronunciat? *Il sera du tout & enuers tous approprié.* Et alibi, *Nul ne sera receu opposant.* Et hoc articulo. *Est defendu contre tous ceux du Duché.* Et alibi, *Droiture & seigneurie est acquise.* Nunc tu puta pone stare Momum, qui ad tanta verborum tonitrua vel ruptæ vesicæ crepitacula rumpatur risu vna modo restitutionis mentione facta, quæ ista exibilet in fumos. Sic igitur censendum legitimo præscriptionum quarúmvis tempore decurso, in totum restitutiones excludi quauis ex causa, quæ nulla tanta esse potest, aut debet vlla in specie, vt ius bono publico repertum violetur: Quas ne minoribus quidem concedendas puto, si præscriptiones cum maioribus sunt cœptæ, nec alia de causa est quàm ætatis. Sint itaque, quod esse debent, pręscriptiones finis litium, & dominiorum secura patrocinia, aut vt Cicero loquitur, finis metus & periculi.

Ex qua ratione rectè etiam illam Ecclesiasticæ denũciationis formam ciuilia tribunalia reiecère, quam Canonistæ repererant, qua de rebus omnibus arbitrium sibi olim sumpserant ex c. nouit. ext. de iud. Sed nos id pridem excussimus; de quo tamen vsque Cor. laborat cons. 151. vol. 3. & cons. 145. vol. 2. Bald. auth. ad hæc C. de vsur. Balb. in præscript. parte 2. tertiæ partis q. 10.

d [Contre tous ceux du Duché.]

1 *Absentes à Ducatu qui dicantur.*
Absentia domiciliariorum intelligitur. ibid.
2 *Differentia huius art. & 288. in retractu.*
3 *Priuata denunciatio non æquipollet certificationi Consuet.*
4 *Absfuturi debent procuratores dimittere.*
Affectata absentia non prodest.

Hæc dispositio sumpta est ex l. vlt. C. de præscrip. 1 long. temp. quæ de pręscriptionibus aduersus absentes statuit, & eadem opera absentiam & præsentiam cuiusque diffinit. Quare non est hæc verborum conceptio *ceux du Duché*, sic accipienda, vt quæuis pręsentia aut temporalis habitatio faciat locum huic dispositioni, vt dici possit *de ceux du Duché*, sed his verbis intelliguntur hi duntaxat, qui domicilium in Ducatu habent, hoc est qui perpetuò præsentes sunt facto & animi destinatione, aduersus quos hæc dispositio facta est, quæ approprimentum certificatione claudit. Quamobrem & si negotij causa absentes sint, aut peregrinentur temporaria absentia, non

minus præsentes intelligendi sunt quo ad approprian-di effectum in terminis huius textus, qui nisi intra certificationem intercedunt, haud dubiè excludun-tur. Ratio in promptu est, quia cùm procuratorem dimittere potuerint, & debuerint, pro præsentibus habentur, cùm domicilium temporaria absentia non mutetur. Est igitur quod imputetur hoc modo ab-senti, etiam si absentia necessaria sit; Quod Bart. dixit l. Papinianus exuli. D. de minorib. siue etiam sit probabilis, aut alia de his, quas Bart. & cæteri distin-gunt l. vlt. D. ex quibus caus. maior. Notandáque ad hoc Baldi sententia l. ab eo. C. quom. & quand. iud. quod qui absens futurus est, semper procuratorem dimittere debet, ad interrumpendas præscriptiones. Nec sine causa igitur est, quod ante resoluimus, sta-tutarias præscriptiones omnes currere aduersus ab-sentes qualibet absentia, nec restitutiones dari, cùm sibi prospicere potuerint. Quare frustra sunt nostro quidem iure vulgatæ illæ Doctorum sententiæ de ab-sentia restitutionem causante aduersus vsucapiones, de quibus Bart. d. l. vltim. glos. c. biduum verb. pa-lam, & verb. audiatur 2. q. 6. Fely. c. cùm Bertoldus ex. de re iud. Contra etiam hac verborum pronun-ciatione *ceux hors du Duché* absentes intelligendi, per-petua & domiciliari absentia, quibus ipsis suum hoc loco tempus præfinitur ad intercedendum anni. & diei à die certificationis. Quare si qui eorum, qui hoc modo absunt, fortuita aut temporaria præsen-tia adfuisse probentur in Britannia tempore certifi-cationis pro præsentibus habendi non erunt, nec mi-nus illis suus annus dabitur vt absentibus, nec sub verbis *de ceux du Duché* includentur: quæ verba per-manentiam habitationis notant. Quanquam hæc ver-ba ruditer expressa sunt, de eo quod significantius dici poterat domiciliariis. Nec huic sententiæ putan-dus est obstare artic. 288. infra, qui vtramque absen-tiam, & domiciliariam, & temporariam exæquat,
2 quia is articulus in suo casu intelligendus est: nec ista generalis dispositio per specialem in alio casu restrin-gitur, sicut nec illa necessitas formandæ oppositionis intra mensem à die reuersionis, in hoc articulo in-ducta putanda est, quæ nimis magna esset restrictio ad hunc textum. Et ratio longè dispar inter eum, qui de retractu agit, id est, de lucro: quo casu magis constringitur, & eius qui de conseruanda re sua la-borat, cui ideo prolixius tempus conceditur, quæ ra-tio in simili casu adfertur ab Tiraq. in retract. §. 35. glos. 2. numer. 7. Proinde nec Castrensis quidem iu-dicium nobis opponi oportet, in cons. 94. lib. 1. in fi. qui putat statuto disponente per verba absentiæ in præscriptionum materia, de personali absentia intel-ligendum l. absentem. D. verbor. signif. & l. 1. & 2. D. de procurat. nec sumendam interpretationem ex d. l. vltim. C. de præscript. long. temp. quæ aliter ab-sentiam, & præsentiam diffinit cōtra naturalem signi-ficationem verbi, quæ propriè de personali absentia intelligitur, vnde negat illius l. dispositionem produ-cendam ad statuta, in quibus verba propriè strictè, & naturaliter sint accipienda. Cui respondeo, statutum hoc nostrum non loqui per verba absentiæ, aut præ-sentiæ in quibus ille vim facit, sed verbis vti actus per-manentis, quod ille etiam ex forma enūciandi spectā-dum putat, vt videatur quibus verbis statutum vta-tur, quia hæ voces *ceux du Duché, & ceux hors du Du-ché*, non possunt conuenienter intelligi de personali absentia aut præsentia, nisi per concomitantiam do-micilij localis, & affixi loco ab origine, aut perpetua destinatione. Non excludit igitur temporaria, aut fortuita præsentia externæ prouinciæ incolam, etiam

Argentr. in Cons. Brit.

A si denunciatio in specie & in caput facta sit reperto vel testato, quòd in simili Tiraq. notat in retract. §. 3. glos. 2. numer. 25. Ioan. Igneus l. si cum omnis. D. ad Syllan. Mol. in feud. §. 13. glos. 2. numer. 5. & 6. Nec priuata denunciatio æquipollet consuetudinariæ cer-tificationi ad excludendas intercessiones, quod Bald. dixit, & Matth. Afflict. in tract. protomis. & Cepo-la cons. 47. in ciuilibus. Denique hoc tempus non currit à die scientiæ externis quidem; sed à die cer-tificationis, quæ cùm facta est haud dubiè absenti-bus, & quamlibet ignorantibus præscribitur, sine
B vlla spe restitutionis, quàm nullum vnquam ex tribu-nalibus nostris ex qualibet causa probabili, necessa-riáve admisit, quod nos ante demonstrauimus.

[c] [ET CONTRE CEVX QVI SONT HORS LE DVCHE.]

Hic casus conuersus est superioris, qui de exter-narum prouinciarum domiciliariis intelligitur, quam-quam vetus consuetudo non erat vsa verbo *qui sont*. Quæ verba faciunt, vt & de personali absentia loqui textus videri possit, quod tamen verum non est, nec
C ea fuit intentio reformatorum, nec hæ voces in su-periori clausula sunt adiectæ, sed de domiciliariis tan-tum Britanniæ statuunt. Cuius rei vehemens ratio est, quia domiciliarij Britanniæ voluntariè absentes temporaria absentia, pro præsentibus habendi sunt, cùm procuratorem dimittere debuerunt ex d. decis. Baldi d. l. ab eo. Itaque cùm nuper tutor quidam minorem studiorum causa Parisios amandasset, & ex ea causa peteret annum sibi dari ad intercedendum, qui absentibus hoc articulo conceditur à die certifi-cationis, negaui rationem eius haberi oportere, quia talis non esset illa domiciliaris absentia, quam studia
D causata essent, vulgata l. incolæ vbi Bartol. C. de in-col. lib. 12. Quod ipsum plerumque accidit, cùm pa-rentes venditis prædiis, interim dum pecuniam ad ea filiorum nomine redimenda conquirunt, procurata & affectata plerumque absentia sub bannimentorum & certificationis tempora liberos in externas prouin-cias amandant, vt obtentu talis absentiæ annum in-tegrum habeant ad intercedendum, quod facere per-mittendi non sunt, etiam circumscripta fraude absen-tiæ, nec pro absentibus habendi sunt, idque multo-minus cùm tutores in Britannia habent, aut patres,
E in quorum domibus domicilia etiam ipsi habere in-telliguntur, si alia actualia non habent, de quo Bart. differit l. 1. C. vbi pet. tuto. deb. & leg. 1. D. de tu-tor. & curat. dat. ab his.

[f] [QVE L'ACQVEREVR EVST TENV PAR AN ET IOVR.]

Notoriè, naturaliter, & corporaliter φυσικὴ κατοχὴ diximus sæpè.

[g] [APRES L'INFORMATION ET LA CERTIFICATION.]

F Notandus omnino hic terminus à quo, ad termi-num ad quem, anni & diei, in externis quidem.

[h] [SANS EMPESCHEMENT.]

Id est, sine interruptione naturali, aut ciuili quo-modo ante docuimus.

[i] [S'IL N'Y AVOIT DOL OV FRAVDE.]

1 *Fraus & dolus differunt.*
2 *Hic articulus intelligitur de fraude, quæ fit tertio.*

3 *Doli & malæ fidei differentia.* A
4 *Approprimentum conficitur etiam cõtractu dolo inito.*
5 *Dolus purgatur bannimentis.*
6 *Locus de approprimento cum mala fide latè.*
7 *Longißimæ præscriptiones bonam fidem non requirunt.*
8 *Canonistæ non admittunt cum mala fide præscriptiones.*
Omissa bonæ fidei mentio an supplenda sit.
9 *Bona fides quid & diffinitio.*
10 *Mala fides præsumpta vel interpretatiua.*
11 *Non inducitur mala fides ex dicto aduersarij.* B
12 *Præscribens an à se incipere poßit.*
13 *Hæredis mala fides an vitiet præscriptiones cœptas.*
14 *Media fides inter bonam & malam.*
15 *Conscientia Theologis, quid.*
16 *Bona fides quæ legibus est informata.*
17 *Diuturnæ poßeßiones pro iure.*
18 *Negligentiæ inest consensus.*
19 *Canonistæ in quibusdam non exigunt bonam fidem.*
20 *Statuta possunt inducere præscr. cum mala fide.*
21 *Præscriptiones bono publico inductæ.*
22 *Baldi auctoritas de approp. per bannimenta.*
23 *Præscript. statutaria mala fide non interrumpitur.* C
24 *Lapsu temporis tollitur mala fides.*
Approp. ius firmißimum.
25 *An procedat præscriptio quindecennalis cum mala fide.*

1 Et si hæ voces geminatæ δὶς κατ' τὸ αὐτὸ videntur
enunciare, tamen aliquam eorum esse differentiam
magistri putant, vt fraus genus sit, dolus species, quod
gloss. Bart. Ang. & alij tractant. l. iuris gẽtium. §. sed
si fraudandi. D. de pact. l.1. in princ. glos. verbi fraude.
D. de his qui not. infa. Bart. & Alb. l. fraudis. D.
de reg. iur. Bald. l. quæ fortuitis col. 2. C. de pign. c. D
cæterum ext. de rescr. c. ex tenore, vbi Pan. eod. tit.
Idem Pan. cons. 68. lib. 1. Certè doli vocabulum in veteri
consuetudinis libro non erat, nec fuit ratio cur à
reformatoribus adderetur, cùm fraudis vox per se
sufficeret, & materiæ articuli magis congrueret, &
text. l. si fraude. C. de præs. long. temp. vtrumque
coniunxit in hoc ipso subiecto præscribẽdi, & ex tali
titulo negat præscribi posse, & l. maioribus. C. commu.
vtriusque iud. Quæ voces etiam iure coniunguntur,
& ferè glos. pro eodem accipit. Sed nobis de
verborũ significatione non est lõga instituenda dispu- E
tatio, cum doli descriptio iure habeatur, l. 1. D. de dol.
Proinde quod magis ad rem faciat, & sciri omnino
necesse est, hic notandum, non de quouis dolo articulum
hunc intelligi oportere, sed de eo tantum qui extraneo,
id est (vt loqui solemus) tertio cuiuis extra
contrahentium personas struitur, ab ipsis contrahen-
2 tibus aut acquirente. Nam de eo qui ab ipsis inter se
contrahentibus nectitur, alteri eorum, ex quo contractus
rescindi solent, statuitur articulo 283. vltimo
huius tituli, & d. l. si fraude. In quibus, & si præscribendi
tempora eadem sunt, id est decennij ex vtro-
que dolo, tamen initia præscribendi non eodem mo- F
do inchoantur, quia in quibus cõtractibus dolus ipsis
partibus struitur, rescissiones ex ea causa à tempore
contractuum dantur, & currere incipiunt: & contra
eas ab eo tempore præscribitur. Sed cum extraneo fit
dolus ex contractu duorum, in quo ipse non interuenerit,
tempus intercedẽdi à die certificationis currere
incipit. Quare lata differentia, & magnum discrimen
apparet, multúmque interest de cuiusmodi dolo accipias.
Hîc quidem negari non potest de dolo, qui
extraneis fit, accipi hunc articulum oportere, cuius
exemplum difficile est ponere vsu, nisi cùm simulati
aut ficti in alterius necem contractus dicuntur, ex
quibus quisquam acquirens approprimentum molitur,
vt cùm mentita permutatio fit ad fraudãdum retractum,
quæ vera venditio est. Ideo decennium datur
hoc articulo ad detegendam, & persequendam
fraudem, quod nisi fit, approprimentum reualescit,
& confirmatur nonobstãte dolo, aut fraude, ad quam
aut intentandam, aut probandam nemo post id tempus
admittitur: Quare videndum ne ista confundan- 3
tur, cùm multum differant vsu, & fine, & principiis
præscriptionum. Proinde hoc quoque animaduerti
conuenit, dolum à mala fide simpliciter accepta hoc
differre, quod dolus factum continet alicuius, mala
fides simplicem scientiam alieni, quare mala fides, vt
minus peccatum, facilius eluitur bannimentorum solemnitate
scilicet, vt inferius ostendemus & certificatione,
dolus non item, cuius expostulationem non
nisi decennium excludit.

Quare hîc nobis de mala fide simpliciter sumpta
dicendum, quando hoc libro vbique à nostris præscriptionibus
bonæ fidei necessitatem exclusimus,
omnémque malam fidem detergi bannimentis diximus,
quod ipsum demonstrãdum in hunc locum reiecimus,
quando aptior nullus reperiebatur, ex quo
hoc ipso loco disertè, expresè, liquidò, perspicuè
constat approprimentum recipi ex eo contractu, in
quo dolus admissus est, qui mala fide simpliciter
sumpta multo deterior est, prorogato duntaxat prosequendi
tempore in decennium, cùm alioqui malæ
fidei simpliciter sumptæ noxa bannimentis eluatur.
Decennio lapso omnis de dolo sera quæstio est & cõticescit,
sicuti & cùm dolus inter contrahentes ipsos
admittitur. Iam hîc nemo negauerit approprimentum
confici ex contractu dolo inito, si intra præfixa
tempora reclamatum non sit, quominus in manifestatio
iure quisquam refragari possit, aut ad leges ciuiles,
Canonistarúmve sensa prouocet, qui fieri ista vlla
lege, statutóve vllo posse negant, Cum autore lege, 4
& consensu populi nemo peccet, quæ fine vtili in
publicum statuit c. qui peccat 23. quæst. 4. Bald. §. si
quis per triginta tit. si de feud. fuer. cont. cùm de publica
securitate, & dominiis rerum stabiliendis, &
tranquillitate reip. confirmanda statuit, & alteri ab
altero propter culpam aut negligẽtiam applicat, quod
legibus publicis, & Romano iuri insolens non est,
multis plerumque de causis. Nostra quidem consuetudo
cùm hic approprimentum admittit ex doloso
contractu aut malæ fidei, non tam bonam fidem repudiare
intelligenda est, quam charitas & nostra religio
amplectitur, quàm malæ fidei asperginem eluere,
& purgare bannimẽtorum solemnitate, quæ cùm
adhibita est, & lata culpa eius esse negari non potest,
qui aut id ignorauit quod omnes scirent, aut lata 5
negligentia eius qui cum sciret de re sua agi, non intercessit,
cùm maximè posset, cùm lex clamaret exclusum
iri silentium, & bannimenta vndique cierent
eum, cui dolus, aut fraus, aut præiudiciũ (vt loqui solent)
vllum comparabatur. Quod si esset factum, non
erat acquirens pretium soluturus, cuius solutionem
imminẽte euictione & intẽtata intercessione in limine
cõtractus, rectè & iure recusare poterat si esset intercessum.
Nunc solemnibus peractis, cùm non haberet
quod hisceret re & pretio fruens, solutione facta,
approprimẽtorum solemnitati cõfisus, in manifestam
captionem incidit, nec habet, quò recurrat, si vẽditor
solum vertit, aut fortunis excidit & soluendo non est,
aut anterioribus debitis vrgetur, & actione cogetur
experiri, cũ tẽpestiua intercessione monitus posset sibi
per

per retentionem pretij consulere, in quo longè plus A
cautionis est. Nec ignoramus hic rem nobis fore
cum Iurisconsultis, Canonistis, Theologis scholasti-
cis, qui sibi magisterium de mentibus sumunt, nec
dubito quin vt religiosissimus quisque fuerit, ita sibi
difficillimè extorqueri patiatur bonæ fidei in præ-
scriptionibus necessitatem, nisi opposita boni publici
consideratio, & dominiorum securitas, & publica re-
rumpub. tranquillitas animum & cogitationes ab-
ducat à specierum cõsideratione ad publicam pacem,
& leue videri faciat, quod in priuatorum incommo-
dum publica vtilitate rependitur (vt ait ille) grauis
comprimis autor. Ac de titulatis quidem nullam Iu- B
risconsulti præscriptionem sine bona fide admittunt.
l. longi, & l. si fraude. D. de præscrip. long. temp. In
longissimis 30. & quadraginta annorum Iustinianus
præter antiquorum iura bonæfidei nullam rationem
6 haberi voluit. Atque ita quantumlibet furtiuas, res
raptas denique vitio reali affectas talibus præscriptio-
nibus subiecit, de quo nos in loco de vitiis possessio-
num. Ipsas etiam promissiones vnde personales actio-
nes oriuntur, talibus præscriptionibus subdidit, cùm
ante impræscriptibiles putarentur ratione personalis
facti, quod omnem excusationem, id est, bonam fidem C
excluderet. Hæc l. 1. Cod. de annal. except. l. sicut l.
omnes C. de præscrip. 30. anno. dictauit Iustinian. &
l. vlt. C. de recep. pec. Sed tamen litium perpetuatio,
dominiorum securitas, publicum bonum & experi-
menta adegerũt imperatorem vt sic statueret, ne post
tanta temporum curricula, quisquam importunus
actor alienæ securitati insidiaretur. Et Bart. fremen-
tibus licet Canonistis statui id à principibus posse
7 sensit l. sequitur. §. si viam. D. de vsucap. In quem gra-
uiter Canonistæ coorti sunt, in totúmque negarunt
fieri vlla lege, aut auctoritate cuiusquam principis
posse, vt cum mala fide præscriptio statueretur, quæ D
vulgata est tractatio c. vlt. & c. quoniam omne ext. de
præscrip. Atque etiam amplius ausi, nullum de tali-
bus arbitrium esse passi sunt regum Dynastarum, aut
ciuilium potestatum. Quorum iudicia consensus or-
bis contempsit, cùm alium finem haberet, & publici
respectum, cùm illi singularibus speciebus affixi reip.
salutem de particularibus oppugnarent, nec quãtum
bonum esset in nece litium, magna mortalium cruce,
& publica pace intelligerent. Et fortasse fuerant fe-
rendi, si rigorem illum iusti, intra forum suum con-
scientiæ cõtinuissent. Sed cum ad cõtentiosas cogni- E
tiones & politica commercia porrigũt sua sensa, ferri
nullo modo debuit. Ex qua consideratione ipsi quo-
que præscriptiones esse, & valere in suo foro, etiam
in rebus Ecclesiasticis essent passi, quæ hisdem pene
rationibus oppugnari solerent, quas in Protheoria
deduximus. Sibi igitur id arbitrium sumpsêre in c.
ext. de op. no. nunc. & d. c. vlt. & c. quoniam omne,
statuta vero populorum, & principum cõstitutiones,
si quæ diuersum sentiunt, sic contemnunt, quomodo
priuati cuiusquam ausus. Cuius rei locos Tiraq. in
libello de præscrip. §. 1. Boër. in cons. Biturig. eod. tit.
§. 1. Cor. cons. 328. lib. 1. Balb. 2. parte tertiæ partis F
q. 14. congessêre. Itaque si statuto, vel Cõsuetudine
in totum omissa sit mentio bonæ fidei, vt hoc nostro
8 quod nusquam eius mentionem facit, supplendum
id tamen putant ex suo iure, & imperio in materia
scilicet peccati: quod Fulgos. dixit cons. 64. Cast.
cons. 229. & 439. lib. 2. & quos ibid. Tiraquel. memo-
rat. Sed nos huic nostro pernegamus talem interpre-
tationem congruere posse, quod expresse ex doloso
& fraudulento contractu, id est, præsupposita posi-
tiua mala fide præscriptionem & approprimentum

admittit: imo verius non tam posita mala fide quam
ea diluta, & purgata per bannimentorum solemnia.
Bonam fidem Iurisconsulti appellant dominij aut
cuiuscumque iuris alieni ignorantiam in acquiren-
te, malam fidem contra rei alienæ scientiam. Ergo
malæfidei possessor est, qui scit se acquirere aut pos-
sidere alienum, bonæ fidei qui tradentem Dominum
putat l. bonæ fidei. D. de verbor. signif. l. qui à quo-
libet. D. de cont. empt. glos. c. est virgo 34. q. 2. l. si
existimas. D. pro solut. c. vlt. ext. de præscript. Ex eo
regulas ducunt, qui contra prohibitionem legum,
aut iuris rem mercetur malæfidei possessorem esse. l.
vbi lex. D. de vsucap. l. qui contra ext. de reg. iur. l. 9
quemadmodum. C. de agric. & cons. lib. 11. Raph.
Cum. cons. 64. Quod nos in prohibitionibus ex pu-
blica causa factis intelligendum ante docuimus. Simili
modo qui spretis solemnibus his, quæ in cuiusque
rei alienatione pro forma requiruntur, contraxerunt,
malæ fidei sunt, qui à minore sine tutoris auctorita-
te, aut decreto ab Ecclesia, ab rep. emerunt cuius-
modi sunt, glos. l. 1. C. de fid. inst. Bald. cons. 347.
col. 1. vol. 1. Bellame. cons. 10. col. 9. Socin. cons. 22.
lib. 1. Calcan. cons. 25. col. 4. Alex. cons. 46. in fin.
lib. 3. Curtius Iunior. cons. 60. in fin. Fely. d. c. si
diligenti Ias. §. item si quis, col. 7. numer. 45. inst. de
act. qui in emente à prelato loquitur, l. 1. C. de præd.
curial. lib. 10. vbi Bart. Sed & alterius generis malam
fidem reperêre quæ præsumpta, vel interpretatiua
dicatur, cùm scilicet lis est contestata super dominio
rei, idque iuris vi & potestate, cùm re vera possit ac-
cidere ne bona fides esse desinat. Cuius rei graues sæ- 10
pè causæ incidunt, siue ex instrumentorum, & iuris
fiducia, siue ex diutina possessione, siue ex iusta igno-
rantia causata ab alieni iuris successione. l. qui in al-
terius. D. de reg. iur. siue aliunde. Nam quaslibet,
vel minus probabiles causas ad excusationem malæ
fidei recipiendas putant, etiam bestiales, vt Cor. pu-
tat & loquitur, cons. 280. vol. 4. Et alibi alij sæpè. Si
quis igitur tales aliquas, aut meliores habet, non est
putandus ad primam cuiusque petitionem in mala
fide constitui, cum ius suum indefensum non tenea-
tur relinquere. Itaque, etsi iuris effectu contestatio-
nem sequitur mala fides, intentione actoris probata,
quod ad fructuum restitutionem, & præscriptionis
interruptionem, tamen quo ad omnia, & Canonista- 11
rum intellectu, id locum habere non potest, quia
cùm peccata auctorum personam non egrediantur,
passiones animi cuiusque propriæ sunt, nec ad alios
transeant, quod ait Bald. §. 1. tit. qualit. feud. poter.
alien. sequitur, nec cum mala fide esse à quo res pe-
titum contestatione, si de iure suo constantem opinio-
nem retinet, multominus hæredem eius, in quem
alieni animi affectus, non deriuatur vllo ciuili con-
testationis effectu. Itaque & singularem, & vniuersa-
lem successorem autoris quãtumlibet malæ fidei, fieri
malæ fidei ipsum negant, & à se incipiendo præscri-
bere posse, Canonistæ frequentius admittunt, si modo
accessione talis auctoris non vtatur, de quo Cast. l. 12
nunquam. D. de vsucap. glos. magna l. tutor rerum.
D. de admi. tut. Balb. 2. parte tertiæ partis q. 3. & q.
12. c. Canonist. & Dy. in reg. possessor. in 6. Bart. l.
cum hæres. D. de per. & temp. præscrip. Corn. cons.
277. num. 5. vol. 4. Iaso. l. Pomponius. §. 1. D. de acq. 13
possess. Fely. d. c. si diligenti vers. contra famosam.
Sicuti nec è contra cœptas præscriptiones à defunctis
bona fide, hæredis mala fide interpellari Ias. d. l.
Pomponius. §. quæsitũ, & §. in dotem. Quare inepta est
Panor. & aliorum sententia, qui hæredes negant præ-
scribere posse, quia etiã si ipsi forsan in bona fide sunt,

 FFF iij

tamen teneantur exonerare conſcientiam defuncti, quaſi bono facto hæredis leuari mala defuncti conſcientia poſſit, qui ſi cum alienum haberet, reſtituere noluit, nullo alterius facto etiam reſtituta re, leuari poteſt. Neque enim miſceri conſcientiæ poſſunt, vt vnius improbitas, alterius pietate luatur, cùm ſua quæque peccata autores teneant; nec filius iniquitatem patris luat, qui alienum tenuit, ſi ipſe reſtituat. Hæc etiam non boni Theologi ſatis perſpiciunt, cùm & iuri quoque humano, & poſitiuo conueniant, quo ſuo quiſque facto plectitur ex rub. ne filius pro patre. Vera igitur & poſitiua & formalis mala fides eſt, quam probationes demonſtrant talem eſſe, interpretatiua quam iuris interpretatio præſumpſit. Sed & medium quandam inter bonam, & malam vſurpant, quæ ſit dubitantis ſcilicet, & (vt loquuntur) de iure ſuo titubantis. de quo gloſ. l. 3. §. genera. vbi Iaſ. D.
14 de acq. poſſeſſ. Bartol. l. furtum. §. fundi, & d. l. naturaliter. D. de vſucap. Tametſi Theologi qui arctius iſta expendunt, & ſequuti eos Canoniſtæ talem malæ potius attribuant, quia dubitantem potius cedere oporteat. Ergo cùm mala fides contineat ſcientiam alieni, ea perſonam ſcientis, aut opinantis non egreditur, vt nec opinatæ quidem, ex quo euenit vt eadem reſpectu diuerſorum, & bona, & mala fides ſit, quam ideo ancipitem appellari placet, & bifrontem, vt qua Titium reſpexerit ſcientia, mala ſit, qua Sempronium ignorantia, bona dicatur, de quo text. l. ſi quis fundum. D. de acq. poſſ. l. 1. §. vlt. D. vti poſſi. l. ædes. D. de ſeruit. vrba. præd. Balb. 3. parte ſextæ partis q. 3. talis bona aut mala fides huius articuli materiam reſpicit, quia externos ſpectat, & contingit, non contrahentes inter ſe. Sed ſicuti Theologi bonam fidem bona conſcientia metiuntur, quæ ab opinatione, & credulitate de quibúſque rebus proficitur, & gignitur, & inſtinctus generat, & ſyntherèſes quas vocant de rebus & actionibus bonis aut malis: Sic Iuriſconſulti quoque cùm cuiquam ſcientia rei alienæ ſcrupulum indit mali, cùm iudice ſe nemo nocés abſoluitur, & illud vrget, quos duri conſcia facti, mens habet attonitos. Illud quoque vtriſque conuenit, quod ſicuti nec Theologi non quamlibet opinationem admittunt ad ædificationem bonæ conſcientiæ, ſed ta-
15 lem volunt eſſe, quæ informata ſit è præceptis legis diuinæ, quæ nemini non ſcire permittitur, vt bona dici poſſit. Nec hæreticos homines ferunt magna confidentia iactantes conſcientiam, & ad ignes vſque durantes, cùm contra receptas ab vniuerſali Eccleſia de ſcripturis ſententias diſſerunt; quo in genere ſunt, qui nuper tantopere libertatem conſcientiæ tertio quoque verbo iactabant, cum conſcientiam omnino eos habere nullam facta & lapides ipſi clamarent. Non magis quàm eos, quos ſcriptura non excuſat, quanquam ſe obſequium putarent præſtare Deo, cum Martyres Stephanum & Apoſtolos interficerẽt: Et ſi de his ſcriptura teſtimonium perhibet, quod neſcirent quid facerent. Non fuit illa bona fides nec iuſta ignorantia, quæ melius informari poterat de ſcripturis, & ex his agnoſcere, & Chriſtum illum eſſe promiſſum Meſſiam & Apoſtolos ab eo omiſſos, cùm tamen ſcriptũ extet, quod eum non cognouerunt, quod ſi cognouiſſent, vtique Deum gloriæ non crucifixiſſent: Fuit iſta ignorantia, ſed non propterea bonæ fidei prætextu excuſabilis. Sic Iuriſconſulti, bonam fidem non recipiunt cuiuſquam, ſi non eſt legibus & moribus informata, quorum notiſſima eſt regula iuris, errore neminem à mala fide excuſari, Neque vllum talem prodeſſe ad vſucapiones l. nunquam. D. de vſucap. l. cùm lex. §. ſcire. D. de petit. hæred. Neque ad tuendam conſcientiam
ſuus cuiquam error patrocinatur. Sed de ea conſcien- 16
tia ſermo omnis legibus eſt, quæ legibus ſit & iure informata. Sed tamen cùm illi conſcientiarum arbitri, legum poteſtatem, & publica commoda, priuatorum facto, aut peccato metiuntur, hîc lapſus, cùm malæ fidei poſitione, & probatione propter paucos malos feneſtram aperiunt teſtibus & improbitati, & lites intendunt, & dominia conturbant, dum ſic ſtatuunt, æternam eſſe vendicantis auctoritatem, id eſt, nullo temporis curſu præſcriptionem perfici poſſe, quod vulgo docent d. c. vltim. & Angel. §. furtiuæ, inſt. de vſucap. Hic obtentus, & ſi ſpecioſum colorem ducit ab religione, & poteſt quandoque accidere, vt aliquis malæfidei poſſeſſor ſit. Tamen hoc præ- 17
textu remp. exagitari & conquaſſari dominiorum & commerciorum ſecuritates ex toto pernicioſum eſt, ſi hac ratione homines colliduntur argumento implacabilium litium. Quod ſi recipitur, qua ratione priuatorum poſſeſſiones moueri continget incertiſſimo æſtu, eadem regna & Dynaſtias collidi neceſſe erit, quando ex hiſtoria conſtat, eorum, quæ hodie obtinẽtur, nullũ bona fide teneri, cùm omnes violenti poſſeſſores ſint. Certè in Italia nullus penè poſſeſſor atauum nominauerit, eorum qui ciuitates, & magnas ditiones nunc occupant. Quo iure Neapolis & Inſubres teneantur omnes norunt, quo etiam Burgundia, vt omittam priſca illa inſeſſas Gallias, Hiſpaniam & cæteras orbis partes migrationibus validiorum & potentiorum. Si hoc ius eſt, noſtrorum principum priuatum erit proprius Andium Comitatus propria Anglia, quorum vtrumque Ioannes qui ſine terra dictus eſt, occiſo Atthuro Duce noſtro occupauit, cum priore gradu defunctum Regem Gotthofredus natu maior Ioannem, qui poſtremus erat, antecederet; atque ideo legitimus hæres eſſet. Quæ ſi moueri placet, conquaſſari orbem diris tumultibus oportet: ſi diutina poſſeſſio pro iure non recipitur: Et ſi verum fateri volumus, quid vllus vſquam Rex aut princeps vere ſuum poſſidet, quorum ius omne in armis eſt? Non ſic Arato Sicyonio poſt quinquageſimum annum viſum eſt, cuius factum laudant Philoſophi, cùm conſtaret illos omnes poſſeſſores, qui Sicyonem in ſediſſent, malæ fidei poſſeſſores eſſe, tyrannorum ſcilicet aſſeclas. Itaque neceſſaria illa omnino Iaſonis ſententia eſt apud Plutarchi politica, omnes qui ſe magnos iuſtitiæ cultores haberi volunt, oportere interdum iuſtitiam in paruis contemnere. Nec enim lex hoc vnquam agit, vt malam fidem inducat vel tueatur, ſed illud potius, ne prætextu indiuidui alicuius, aut particularis cauſæ publica pax interpelletur, vtque tranquillitas reip. conſtet, &
litis peſſimæ ſtirpes enecentur. Quod ſi quandoque 18
accidat, vt cuiquam mala fides ſua opituletur contra naturalem æquitatem, ſic cogitandum in comparatione publicæ quietis, leuiculum id iudicari oportere, cùm præſertim ſit quod ſibi imputet, qui legis beneficium & interceſſionem contempſit, nec poſſit negari tali aut diſſimulationi, aut negligentiæ, & patientiæ ineſſe tacitum alienationis conſenſum l. alienationis. D. de verbor. ſignif. Legalis enim iſta imputatio eſt l. 1. §. vltim. in fin. D. vſufr. quemad. cau. l. ſi finita. §. non autem. D. de dam. infect. l. qui habebat. D. de legat. 3. Bald. tit. quib. mod. feud. amittat. §. aut ſi linellario, & quæ ſupra fuſius in Protheoria deduximus. Nec detonantes Canoniſtas admittimus id, principi cuiquam non licere, cùm nullus principatus, nullum regnum præſcriptiones actionum perſonalium non admittat, ex qualibet fide &

fide & iuris communis dispositione furtiuę, raptæ, aut quomodolibet possessarum rerum, si non est reclamatum, & intercessum. Id idem consuetudines gẽtium, & recepti consensu mores, multo magis efficere potuerunt, quod generaliter Aristot. putat in politicis, quos omni legi anteferendos putat, non minus quam
19 Obertus de orto lib. 3. feud. Quid vero quod ipsi rigidi conscientiarum censores, in multis casibus præscriptiones recipiũt cum mala fide, vt in redhibitoria, & his casibus : quos Fely. & alij memorant. c. vlt. ext. de præscript. Panor. c. 1. eod. tit. Alex. & Aret. l. 1. in princip. D. de acq. possess. Bald. §. si quis per 30. tit. si de feud. fuer. contro. Denique eo decurrunt, vt ad statuti iustitiam nil præter statuentium auctoritatem deesse putent, id sibi licere, aliis non item. Hoc si verum est, de tribulis colligamus ficus, si quæ re, & substantia mala fides est protinus bona fiat, cùm pontificum auctoritas interuenerit, veluti si cum dicto aquam possint mutare vino. Sed id non admittimus, in his quæ per se de genere malorum sunt, quę cuiusquam auctoritate mutari non possunt, ne talia sint: Et planè quod
20 illi fieri posse negant, orbis terrarum contempsit. Cum nullum regnum nulla Dynastia, nõ aliquid talium statutorum habeat & obseruet, quæ salaria, mercedes, honoraria, famulorum procuratorum opificum operas, aut mercedes, certis temporibus peti statuit, post ea tempora semestris, anni, biennij, aut talia actiones nullas admittat. Nec hîc dubium multa mala fide pręscribi, cùm nemo ignoret se debere quod proscribit. Nec peccatur authoritate legis, aut negligentia, aut consensus est creditoris quod denunciante lege non agitur, aut lata culpa, & supina socordia. Iniquum in specie fortasse, sed publicè æquum, & valdè necessarium, & reip. expedit Quinquẽnio reliquiis redituum pecuniariorum, pręscribitur ab malo debitore. Sed sic necesse fuit, ne locuples creditor crudeli patientia obrueret, aliquãdo securum debitorem magnitudine debiti inopinantem improuiso ære. Nec Canonistæ cogitant aliter existimantibus verti remp. & incidiosas actiones recondi post mortẽ contrahentium aduersus pupillos & viduas, quãdoque exarsuras, si amissis forte re cautis aut incensis ædibus obseruatæ occasiones inopinato malo ingruant, & actiones veternosæ inflammentur, si forte etiam ex debitorum facilitate apochæ nullæ petitæ sunt exoluti debiti, aut astutus & nimium sedulus mercator debitum scripsit libro, quod solutum nimium obliuiosus non expunxit, aut
21 interleuit: Et constat non neminem tam diligentem reperiri. Hæc cogitare sapientes homines debuerunt pertinere ad salutem rerum pub. ne dum vitium ex parte fugiunt, in tot contraria incurrant, & grassantibus litibus dominiorum incertitudini campum aperiant, nec vero, quod priuatorum interesset, opponere publicæ tranquillitati. Cuius consideratione cùm materia incidit, nouum non est fieri iuris applicationem alteri personæ. Quare hîc quoque suo iudici permittere debuerunt talium arbitrium, vt si quis aliquãdo futurus est, qui mala mente alienum præscribat, is deum habeat vltorem, neq; censura sua constringant, quod sine publico malo nõ possunt: Nec aliter ista ciuilis societatis compages constare potest, nec quod Cicero ait solicitudinis vllus aut periculi finis futurus est. Proinde ne ista sententia nobis dumtaxat authoribus valeat, extant magnorum virorum de eo præiudicata, vt Baldi in c. debitores, ext. de iureiur. Quæ tam huic sententiæ imo consuetudini nostræ fauet, vt pro ea facta videatur, cùm sic ait. Quoties statutum incipit à monitione, veluti sub hac forma, omnes credi-
22 tores talis. N. (addo ego, & interesse prætendentes)

A veniant intra illum aut illum diem, de iure suo intercessuri sub pœna amissionis iuris, tum, inquam, non intercedente eo cuius interest omnem obligationem tam naturalem quam ciuilẽ tolli funditus, atque ideo (notandum) non exigi bonam fidem præscribentis, ego dictum maluerim purgari malam fidem, si quæ est emptoris aut acquirentis, ne postea probatio, ac ne allegatio quidem eius recipiatur. Hac sententia nihil expressius dici potest, ad probandum, quod demonstrarẽ volumus, in approprimentis bonam fidem non exigi. Quid enim aliud sunt bannimenta nostra, quàm mo-
B nitiones, quas Baldus tantam vim vult habere, illa ipsa forma, qua nos illa concipere solemus, & quibus omnes cientur, vt ni intercedant, sciant se certificatione sequuta exclusum iri. Hoc si verum est, omnis dubitandi materia præciditur. Nec diuersum Bald. docuit d. §. si quis per xxx. quem etsi Fely. d. c. vlt. versic. sextum ponit, vellicat, tamen ea sententia manifestè probatur ratione l. si eo tẽpore C. de remiss. pignor. Ideóque idem Baldus scribit, id quod contemptis bannimentis euenit sero intercessori, pœnam legalem esse potius, odio negligentis inductam, quàm pręscriptionem, id est, negligentiæ pœnam potius, quàm execu-
C tionem iniuriæ alterius damno, quod euitari potuit, & volenti videtur accidere. Quare idem Baldus c. 23
cùm non liceat, ext. de præscrip. negat præscriptiones statutarias per malam fidem interrumpi, quia quoties statutum addit, vel detrahit iuri communi, toties efficitur ius municipale & obseruandum est vt iacet, nec recipit subauditum intellectum à iure, quia statutum cùm legem corrigit, eam non interpretatur: Igitur si bonæfidei mentionem non faciat, non est quærenda à iure interpretatio. Ex qua eius ratione patet responsum ad alias aliorum omnium sententias, quæ quod expressum non sit suppleri volunt: Nec diuersum do-
D cuit Bart. l. rem quæ nobis. D. de acquir. poss. & l. cùm res. C. de probat. quod ideo non persequimur pluribus, quia in protheoria nobis hunc locum fusè videmur exequuti. Non dissimiliter igitur Bart. d. l. vlt. C. vnd. vi. & Ias. cons. 72. vol. 1. & cons. 209. vol. 2. putant post lapsum lõgissimi temporis præsumptionem malæfidei tolli, & euacuari. Sic per nostra, approprimenta, vera quoque & positiua malafides eluitur, & detergitur, quam Bartoli sententiam etsi quidam de præsumpta tantum malafide intelligunt vt Crauetta cons. 140. & in libro de tempore, tamen de vera quo-
E que id idem Decius putat cons. 267. & 273. Quare nec 24
illæ spinosæ iurisconsultorum disputationes de malæfidei positione, aut probatione eius, per quas res ex toto impræscriptibiles fiunt, & æternæ lites feruntur, nobis amplius negotium facessent. Denique nullæ positiones, nulla articulamẽta (vt loqui solent) erunt in foro recipienda de talibus: Vnaque in totum regula statuetur, quod quisque ex titulo dominij translatiuo à possessore auctore possederit, sequutis bannimentis, & certificatione optimo, & certissimo iure id eum retenturum, æternámque eius auctoritatem fore, idque vt verbis tex. vtamur, *du tout & enuers tous.* Et ali-
F bi, *de toute droicture & seigneurie.* Hæc sacrosancta iuris patrij auctoritas, & inconuulsa securitas, hæc nex litium, hic solicitudinis, & periculi finis. Hic huius ipsius tex. sensus, qui ex quolibet titulo appropriandi facultatem tribuit. Quo vnico pronunciato infinitæ dubitationes de bona, aut mala fide subinde in præscriptionibus scaturientes præfocantur, & conticescunt, suúsque æternæ legi vigor constat: Et ingens tribunalibus, & foro seges præciditur, vnáque, & simplex lex statuitur magno bonorum omnium consensu, & bono. Quod ideo pluribus necesse habui expen-

dere, quia multorum oculos ſpecioſa bonæ fidei alle-
gatione perſtringi certum eſt, quem ne quidem ego
reiiciendam puto, ſed bannimentis malam detergi cō-
tendo, ne cuius deinceps aut poſitio, aut probatio
exigenda ſit cuiuſmodi ea fuiſſe præſcribenti dicatur,
quominus de externo Romano iure iam hinc quiſ-
quam auctoritates colligendas putet ad ſubruendum,
quod mores, gentes, & conſenſus populi probauere
ante omnem memoriam. Hoc ſtetit reſpub. noſtra, id
aui, & maiores noſtri tuebantur, ſic ſtatuebant, ſic iu-
dicabatur.

Quod idem in noſtra quoque quindecennaria ſen-
tiendum puto, & ſi Bald. d.c. debitores, non idem pu-
tat, quod approprimenti ſuperiori ſpecie, propter
bannimentorum vim, effectum, & auctoritatem, &
ſic quidem ſentire neceſſe fuit iuriſconſultum in præ-
ſcriptionibus titulatis. Sed & hic tex. de ſpecie ap-
proprimentorum per bannimenta diſponit, quo ma-
ior dubitandi cauſa, quia ſic hac quindecennaria in
locum decennalis, aut vicennalis legalis ſuccedit,
quod iuriſconſulti ſemper arbitraturi ſunt, futurum
eſt vt ſine bona fide procedere non poſſit. Sed ego
exæquandam vtramque approprimenti formam, &
vires puto, cùm vt Bald. ait. d.c. cùm non liceat nuſ-
quam bonæfidei neceſſitatem conſuetudo imponat,
& perfecta quindecennaria ex titulo, ſuccedat præ-
ſumptio bonæfidei iuris, & de iure, ita vt probatio-
nem contrariam non recipiat, cùm pleniſſimè acqui-
rentibus conſultum velit. Et quod illo art. 276. De
pleniſſima ſecuritate, per verba, *du tout & enuers
tous*, diſpoſuit in edictali approprimento idem repe-
titum voluit in clauſula ſubſequenti, quæ de quin-
decennaria ſtatuit, per verbum *& auſsi* quod inden-
titatem iuris inducit.

k [OV FRAVDE.]

1 *Habens titulum à doloſo appropriat.*
Mala fides perſonalis eſt. ibid.
2 *Fraus legis & hominis deſcribitur.*
3 *Contractus nulli an tribuant appropriandi cauſam.*
4 *Simulare & diſsimulare.*
Simulati contractus an valeant ad approprimenta. ibid.
5 *Simulati diuerſo modo & fine dicuntur.*
6 *Venditio ſimulata permutatione. ibid.*
Simulatus contractus vires reſumit poſt decennium. ibid.
7 *Simulatum contractum faciunt conditiones grauiores mentitæ.*
8 *Simulatio probatur teſtibus.*
9 *Simulatio aut nullitas bannimentorum annulat approprimentum.*
10 *Simulatio*, au rembourſement.
11 *Simulationis detegendæ tempora.*

1 Hæc ſola vox in veteri fuerat, doli non erat, qua vo-
ce intelligi volebant, quod fraudandi cuiuſquã exter-
ni cauſa factum eſſet, quod in ſimulatis contractibus
ſolet accidere. Ergo intercedendi decennale ſpatiũ eſt,
quod aduerſus fraudatorem ipſum conceditur. Nam
ſi is ipſe fraudator alteri rem hoc modo acquiſitã ven-
diderit, is rectè per bannimenta appropriabit, ſi non
eſt interceſſum, tum quia dolus, & fraus vitia perſo-
nalia ſunt, quæ non tranſeunt in ſingularem ſucceſſo-
rem, gloſ. l. vitia C. de acq. poſſ. Et quod nos diximus
ſupra, tum quia vi ſuorum bannimentorum priuatim,
ſine auctoris facto aut iure is ſecundus emptor domi-
nium ſibi confirmat, de quo noſtra diſputatio fuſior

A ſupra ſuo loco, & Saly. & alij auth. malæ fidei C. de
præſ. 30. anno. Sed hic reſiſtendum eſt & ſuſpendenda
ſcriptionis feſtinatio, dum arcanum è moribus, & cō-
ſuetudine aperimus. Diximus. ſup. in verbo *par quel-* 2
que tiltre que ce ſoit, nō vnam fraudis ſpeciem iure ciuili
recenſeri, ſed eſſe, & dici quaſdam de his quidem quæ
extraneis ſtruuntur, de quibus hic ſolũ ſermo eſt, quæ
homini fieri dicantur, quaſdam quæ legi, quarum de-
ſcriptio habetur, l. ſi libertus. D. de iur. patro. quas itẽ
effectu diſcriminarit, cum quæ legi fiunt in totum cō-
tractus annullent, quæ homini fiant non item, ſed
reſcindi alienationum exceſſus cum ex talibus contra-
B ctibus accidunt, quarum exempla in donationibus fa-
ctis in fraudem cuiuſquam poſuimus. Nos iure patrio
alienationes omnes, aut donationes contra prohibi-
tionem iuris patrij factas nullas in totum eſſe docui-
mus, ſine diſcrimine legis aut hominis nullitate qui-
dem arctata, id eſt, reſpectu eorum, quos tales aliena-
tiones reſpiciũt. Itaque, & quæ in fraudem hæredum
præſumptorum aut mala mente eſſent factæ, aut quæ
vni ex hæredibus amplius virili, aut baſtardo, aut viro
ab vxore conſtante matrimonio, & tales omnes pro-
pter prohibitiones conſuetudinis, & priuationem po-
C tentiæ in verbis nullas diximus. Eadem docuimus de
his, quæ exceſſu tantum laborarent reſpectu quidem
exceſſus. Quæ cùm ita ſint, & hic textus nihilominus 3
generaliter ex omni alienatione fraudulenta, aduerſus
externum approprimentum admittat, poſt decẽnium
quidem, videndum ne contrarium decreuiſſe vtrobi-
que exiſtimemur, cùm ex talibus contractibus nullis
approprimentum confici poſſe negauerimus, cuius
contrariũ hæc conſuetudo ſtatuere videtur, & ex om-
ni contractu in fraudem facto permittere. Sic igitur
habe, hic ſim Oedipus: Cum conſuetudo appropri-
mentum ex contractu in fraudem cuiuſquã facto per-
D mittit, de eiuſmodi fraude diſpoſitionem accipiẽdam,
quæ contractum non annullet. Quo caſu appropri-
mentum admittitur ex tali contractu, etiam ſi fraude
cuiuſquam fiat, nec enim fraus omnis annullat, quia
titulus non vitiatur. Quod ſi talis titulus eſt, quem
fraus annullet, vt in omnibus exemplis quæ ante po-
ſuimus, tum & titulus, & quæ ex eo ſequuntur neceſ-
ſariò corruunt, & in totum labefactantur, nec reperit
approprimenti ſolemnitas vllum ſubiectum, cui ap-
plicetur, euaneſcente titulo in fumum per nullitatem.
Ergo quoties fraudi coniuncta eſt nullitas tituli hæc
E diſpoſitio non obtinebit, ſed talis fraus hîc præſuppo-
nenda eſt, quâ nonobſtãte titulus maneat, veluti cùm
permutatio fraudulenta fit in fraudem conſanguinei,
contractus, & vera emptio, quæ ſubeſt, non eſt nulla,
ideóque approprimentum ei applicari poteſt, ſequuto
quidem, decennio ex hoc tex. Itaque hoc imprimis
diiudicari conuenit, ſint ne contractus nulli, & tituli.
Hic hærendum, hæc digna ingeniis omnibus animad-
uerſio in iure conſuetudinario.

l [AV CONTRACT.]

F Hoc eſt, in ipſa conuentione, veluti ſi ſimulatur 4
contractus permutationis, qui retractui ſubiectus
non eſt, cùm re verâ venditionis ſit, quæ controuerſia
frequentiſſima eſt omnibus tribunalibus. Hoc igitur
loco opportunè dubitatio incidit, an ex contractu ſi-
mulato tribuatur vſucapiendi, vel appropriandi con-
ditio, & ſi fortaſſe alibi attigimus. Sed hic articulus
propriè de eo conſtituit, & nullo non die in talibus al-
legatur. Simulatio quidem non vno modo in noſtris
libris accipitur. Sed quod latini ſimulationis & diſſi-
mulationis vocibus intelligunt, hoc idem iuriſcōſulti
ſimu-

simulationis verbo exprimunt, simulamus falsa, dissimulamus vera, quod glos. quoque docuit l. 1. D. de concussio. simulat, & assimulat filio nuptias Terentianus Chremes, cum nuptias non cogitet. Et Mercurius apud Plautum in Amphitrione, Sosian simulat Amphitrionis seruum, Mercurium dissimulat, & Curios simulant qui bacchanalia viuunt. Inter apologos Æsopi asinus leonis pellem indutus leonem simulat, asinum dissimulat. Sed Asinus esse depræhensus est ab vulpe ex auriculis. Sic contractus quidam simulati, & dissimulati eodem actu, & conuentione existunt, veluti cùm simulatur permutatio, dissimulatur venditio, quæ verè contrahitur. Sed & simulati tum quoque contractus dicuntur, cùm finguntur, & re vera nullus contractus fit, aut subest, vt imaginariæ venditiones, in quibus cùm vera partium intentio non sit vllo mo-
5 do contrahere remouetur consensus ab actu. Ideóque agenti ex tali contractu obstat exceptio simulationis, quod Bartol. & Bald. dicunt l. si exceptio. C. si cert. petat. Bal. c. §. callidis tit. de proch. feud. al. per. Frider. l. nuda. D. de cont. empt. Bart. & alij l. emptor. D. de acq. pluu. arcend. veluti in pompis, & theatris, cum laruæ opplentur fœno, simulantur homines & animantia, sed detracta larua nullum animans relinquitur. Tales sunt contractus propriè simulati, id est, qui colorem habent, substantiam vero nullam. cùm scilicet nulla conuentio initur sed fingitur, nec vlla obligatio contrahitur, non aliter quàm illæ fugaces vmbræ inferorum apud virgilium, quæ eidola sunt hominum, cùm re nihil sint. Hæc differentia simulatorum cōtractuum in iure, de quibus tit. plus val. quod agit. C. & l. 1. C. de suffrag. vbi Baldus idem l. vlt. C. plus valere & l. si ex cautione C. de non num. pec. glos. l. si voluntate. C. de dot. promiss. alij. d. l. emptor. vbi Bartol. Alex. Angel. l. 1. §. si vir vxori. D. de acq. possess.

6 His positis cùm quæritur, an ex contractu simulato præscribi aut appropriari possit, sic statuendū, cùm contractus proponitur simulati tituli, sed in quo tamen de alio quouis contractu partes consentiunt, veluti cùm venditio vere fit, sed simulatur permutatio, tum haud dubiè, & præscriptio, & approprimentum confici potest ex tali contractu, sed iure consuetudinario, non nisi post decennium à die certificationis, quo elapso non est recipienda cuiusquam positio de simulatione contractus, aut quod alius contractus gestus sit quam qui exhibetur, & promulgatus est, ex quo approprimentum conficitur. Itaque vires resumit quamlibet simulatus, & pro vero habetur, exclusa omni simulationis querela fine non recipiendi. Diuersum in specie simulationis altera, in qua nullus cōtractus geritur, sed totus simulatur, & imago est, tum enim nullus tribuitur titulus, nec dominium transit, nec consensus applicatur actui, & totus vmbra est, & fumus. Hoc enim nec mile annis res præscribi posset, cùm nil agatur in præscriptionibus quidem titulatis: Nam secus in his in quibus sine titulo præscribitur. Atque hoc discrimen non animaduersum plerósque fallit, qui consulti subito respōdere solent ex contractu simulato non præscribi, & vsucapiendi conditionem non tribui, quod quam verum, aut falsum sit, ex superioribus patet. Procedit itaque approprimentum ex contractu simulato si vere contractus aliquis geritur, quod disertè tex. probat in terminis leg. vlt. D. pro donat. iure quidem patrio non nisi post decennium. Sed cum contractus fingitur, præscribi nullo modo potest quindecennio quidem, quia titulus deficit, nec vllus subest, ideóque hic finis non recipiendi fictionis allegationi non obesset, nec decennij lapsus,
A sed probatio talis fictionis recipienda esset: Nec præscriptio ante quadragesimum annum perficeretur. Hæc digna sunt animaduersione, nec vulgo tribunalium nota. Atque ex supradictis euenit, vt tam retrahentibus, quàm dominis feudorum lapso decennio obstruatur omnis aditus simulationem arguendi qualicunque fine, etiam laudimiorum, aut ventarum, quia contractus qualis legitur post id tempus, pro vero habetur; de imaginario vero nulla laudimia peti possent.

An vero ex talibus transferatur possessio ante dis-
B seruimus.

Hoc genere fraudulentorum contractuum numerantur, quibus grauiores conditiones vllę scriptæ sunt 7
quam verè conuentæ, quæ consanguineos à retractu deterreant, veluti cùm præsenti die pretium solutum dicitur, cum dies dicta esset solutioni, quo vitio detecto etiam aresto post approprimentum, retractus adiudicatus est cuidam actori anno 1572. 21. Octob. si supplementum pretij affictum est onerandæ conditionis causa, cùm de minori conuenisset, si maius pretium scriptum, quàm cōuentum, de quibus nos alibi,
C verbo *bannie*. Proinde existimandum non est hanc simulationis exceptionem passim, & cuiuis competere ad infringenda approprimenta, quod verum non est; sed his tantum dari quos simulatio respicit, vt plurimum cōsanguineos. Nam qui aut ius hypothecæ petierit, aut reditum annuum, aut seruitutem, aut qui rem vendicat, excipienti de approprimento malè de simulatione cōtractus replicat, quia quocumque tandem contractu dominij translatiuo acquirens approprimentum conficiat, nil interest talis agentis, cui tale ius est, & par conditio eius est, vt ni intercedat quocumque titulo æquè excludatur, tametsi eius intersit
D solemnia approprimenti edictalis conuellere, quod licet, quia cuiusuis interest, sed non idem in contractu ipso.

Proinde stulta est dubitatio eorum, qui prætextu 8
ordinationis Molinensis, quæ de probationibus statuit, in causis centenariis ambigunt, an simulatio contractus possit testibus probari, cùm hæc circūstantiis, & his quæ facto adiuncta sunt potius probentur ex coniecturis quam scripto, quod facie non solet laborare, sed tergo potius, non antico, sed postico, id est non apertis, sed tectis, & adumbratis, quæ nemo scri-
E pto prodiderit, is planè desipit. Itaque nemo de antiqua schola tales probationes reiicit, nec natura ipsa rerum patitur reiici, quod Ioan. Imol. sensit. c. cùm contingat. nu. 77. ext. de iuretur. glos. l. illicitas. §. veritas. D. de off. præsid. de quo locus apud Tiraq. in retract. §. 1. glos. 14. nu. 57. & sequēt. & nu. 24. & seq. Alciat. l. si maior. C. de transact. Chas. tit. *des retraicts*. §. 12. idem Tiraq. d. §. 1. glos. 7. num. 74.

m [OV AVX BANNIES.]

Duplex vitium bannimentis obstare potest, nulli- 9
F tatis scilicet aut simulationis, præter falsum. Nullitatis arguuntur, cùm contra solemnia substantialia peccatur, quia forma dat esse rei, qua contempta actus corruit, si non suo die aut loco facta sint, si non interuallis paribus, si non more maiorum, & locorum fiunt in quibus hoc vitium nullo tempore purgatur, & immedicabile est. Alterum est cùm grauiores conditiones promulgantur quàm contractus continent, aut aliud quod deterreat eos quorum interest, promulganda enim sunt omnia, quę inuitant, aut deterrent intercessores, quod in retractu sensit Tira. in retract. §. 36. glos. 2. nu. 30. & §. 35. glos. 4. num. 29. Hoc posterius vitium

decennio à tempore certificationis eluitur hoc text. A
10 nec post id tempus refricari potest. Proinde quod hic expressit *du contract ou bannies* adiicere debuit, *où à l'adiudication de promesse ou rembourssement.* Veluti accidere vidimus. Cùm prędio à patre vendito filius venditoris & fratris filius ad retractum venirent, succumbere necesse fuit fratris filium, sed cùm postea detectum esset commodato nomine ab filio venditoris id factum, vt emptori patrocinaretur per collusionem, ego quamlibet approprimento consummato ex tali adiudicatione dixi admittendum fratris filium, idque intra decénium per hunc text. qui hunc casum omisit, itidem & si simulata pretij refusio facta est, *si le rembourssement est fictif, ou la recognoissance fraudeuse.* Ego ex tali titulo nego excludi tertium cui fraus fit, ante decennium, cùm B ex toto par ratio sit, & collusio obstet veritati tituli vsque ad decennium quidem à tempore siue adiudicationis, siue alterius actus fraudulenti l. & qui sub imagine, per rationem eius. C. de distractione pig. Neque enim retractum admisisse videtur, aut passus qui iugiter tenet, & per interpositionem proximioris retentionem rei confirmare voluisse sibi deprehenditur.

Du iour de la recognoissance art. 327. N.C.

n [AVQVEL CAS.]

Et eorum, & vno de pluribus.

o [COMPETEROIT ACTION.]

Solet quidem in foro per oppositionem de non appropriando hoc quoque casu consuli.

p [IVSQVES A DIX ANS.]

Veteri consuetudine c. 41. triginta annorum tempus erat præfixum ad detegendas fraudes & collusiones contrahentium, vt & rescissionibus omnibus inter ipsos contrahentes, sed reformatoribus, & aliis qui aderant, id tempus prolixius visum, quàm hominum, & commerciorum securitati expediret. Completum vero decennium exigo ex hoc textu, etiam si iure ciuili in titulatis vltimum diem sufficere cœptum putant l. vlt. D. de diuers. & temp. præsc. l. in vsucap. D. de vsucap. Sed statuti verba aliud exigunt, nec tempus recisius patrocinari debet fraudatoribus. Itaque etiam vltimo anni die intentari oppositiones compertum, si modo citatio, & auditio partium in iudicio est subsequuta, vt ante docuimus. *Que l'adiournement soit exploicté à l'assignation.* Hoc igitur tempus lógum datum est ad detegendas fraudes, quas tempus, veritatis pater solet in solem producere. Nam etiam præsupposita præfixione temporis ad intentandum retractum, negant id currere ei, qui per fraudem ignorat veritatem contractus. de quo Arnald. Ferro. disserit. Cons. Burdegal. tit. de retract. §. 15. & Tiraqu. eod. titul. §. 35. gloss. 4. num. 32. 11

q [APRES LADICTE CERTIFICATION.]

Sæpius repetit id quod semper notandum est, quod si nulla est certificatio, totum quindecennium currit, & datur agenti.

ARTICLE CCLXX.

ARTIC. CCLXXX. NOVAE CONS.

ET nonobstant lesdits appropriemens les [a] rentes censiues, ou [b] autres foncieres, & [c] deuoirs seigneuriaux, qui sont deuz auparauant lesdicts appropriemens [d] sur les heritages, [e] ne laisseront d'estre payez à celuy, à qui ils estoyent deuz deparauant lesdits appropriemens.

ET prædictis approprimentis non vetantibus, [a] reditus censuales, [b] aut alij fundiarij, [c] nec non feudales, debiti ante approprimenta, [d] super reb. immobilib. [e] nihilominus præstabuntur illi, cui ante approprimenta debebantur.

Hic articulus continet exceptiones ad superiores approprimentorum regulas, quas per hoc ipsum confirmat. In his igitur approprimenta non obsunt agentibus, quominus debita persequantur.

a [RENTES CENSIVES.]

1 *Census Britanniæ.*
2 *Census exactionem approprimentum non impedit.*
3 *Hypothecæ præscribitur de aliis prædiis quàm datis ad censum.*
4 *Hypothecæ excluduntur auctionibus.*
5 *Solaria & reditus fundiarij.*
6 Deuoirs seigneuriaux *quæ.*
7 *Si res affirmatur libera, præscribitur nonobstante hoc textu.*
8 *Libertatis possessio.*
Simplex non solutio non constituit in possess. libertatis.
9 *Debita feudalia externorum respectu præscriptibilia sunt.*

1 Censum nostrum quo Britannia vtitur, descripsimus C artic. 73. Est vero pecuniaria pensio annua pro prædio, quod alienatur, imposita ipsi prædio. Hîc igitur statuitur ius talis reditus, & obligationem hypothecæ super reipsa non elui aut excludi approprimentis, sed saluam hypothecam & ius esse ei qui ad censum prædium dedit, quod alienatum emptor externus possidet. Cuius ratio specialis est propter obligationé realem, & quia per censum fundus ipse representatur, qui datus est perpetua hypothecæ lege & conditione. Nulla igitur possessionis aut dominij translatio talium exactionem impedit, cùm sine necessitate soluendi census res nulla venire possit, Rub. sine cens. vel reliq. 2
D C. quem titulum, etsi Molinæus in censu publico, & principali nec fortasse male intelligit, tamen magna ratione obtinuit, vt in alterius quoque generis censu, id est, priuatorum valeat. Eadem dispositio ex leg. alienatio. D. de cót. empt. l. si debitor. C. de distract. pign. c. cùm non sit ext. de decim. c. ex literis ext. de pignor. Proinde cùm audis non præiudicari hypothecæ pro censu per approprimentum, cautè intellige de eius prædij hypotheca quod ad census præstationem subiectum

iectum est per alienationem, & cuius ratione census debetur in specie. Nam aliter iudicandum est de his, quæ pro securitate talis cẽsus præter ipsum illud prædium principaliter traditum obligantur, quod interdum fieri contingit. Quo casu non est dubitandum, quin tales hypothecæ extra casum huius articuli haberi debeant, & regi lege, & conditione omnium aliarum hypothecarum, quę ab obligationibus personalibus, & accessoriis hypothecariis proficiscuntur, quæ omnes vno modo, id est, approprimentis eluuntur, & deterguntur. Sed quod hîc dicit, de his accipi debet, quæ ratione alienationis ipsius rei contractæ sunt, & rem repræsentant, & à corpore rei alienatæ abscedere non possunt. Diuersa causa est earum hypothecarum, quæ pro obligatione aut præstatione alterius debiti contrahuntur accessoriè, quæ approprimentis cedunt. Quare generales omnes hypothecæ pro quolibet debito aut præstatione subiiciuntur approprimentis, & dispositioni l. si eo tempore. C. de remis. pign. Sed illę in cõpensationem debiti contracti pro fundi traditione cautæ sunt, perpetuo rem comi-
3 tantur. Nec id mirandum, cùm res in censum datæ pene adhuc in dominio directo dantis remanere videan-
4 tur: de quo Franci non dubitant. Certè in cridis, & auctionibus non est dubium tales hypothecas excludi, si non intercedatur, fundiariis quidem censualibus; dominicis, & feudalibus sic manentibus, vt nulla adiudicatio perdecretum excludere eas possit, quod iam olim forum & tribunalia iudicabant & Mauer. probat. tit. de subhastat. num. 25. Boër. decis. 112. num. 14. & in Cons. Bitur. §. 3. & 4. & Pictonum cons. tit. de præs. §. 1. Et nouissima ord. Henrici regis cautum, quæ de cridis est art. 12.

[b] [AVTRES FONCIERES.]

5 Latini solaria ad verbum vocant, voce per omnia æquiualente, qua is reditus intelligitur, qui pro solo præstatur, immediatè scilicet à causa alienationis fundi ipsius, de quo l. 1. §. si quis nomine. D. ne quid in loc. public. Tales sunt quos testator legat de suis bonis super certo, & denominato fundo, vel cùm inuicem diuisionis hæreditariæ, aut quomodocunque cõmunis, reditus annuus alteri è consortibus constituitur in compensationem ad æquandas portiones, *retour de partages*, vt dicere solent: Denique quicunque non sunt pecunia constituti, de quibus Molin. in vsur. q. 20. Nam qui eiusmodi sunt, approprimentis succumbunt, etiam si dicta est necessitas *d'aßiette* in contractu, spectanda est enim origo constitutionis. Sed & seruitutes, & hypothecæ pro talibus, & ex talibus causis constitutæ durant, quod summoperè notandum est, ne quis, id quod sæpè dicimus hypothecas elui approprimentis, infinitè accipiat, sed hunc casum excipiat, quoties scilicet pro datione fundi sunt constitutæ, de quo fundo appropriatur.

[c] [DEVOIRS SEIGNEVRIAVX.]

6 Id est quicunque reditus, aut præstationes ex natura lege & conuentione feudali debentur. *Et qui se rendent par aduen & tenuë aux seigneurs de fief, lodes, cens, chef rentes, bail, rachapts, chambellanage, deuoirs de sergenties, receptes & tels.* Id est, cùm de iure ipso debiti controuertitur, quod hic disponitur. Nam de reliquiis statuitur art. 276. de quo nos art. seq. Vana est vero dubitatio Tiraq. de his verbis tit. de præscript. §. 1. glos. 12. quæ ipse sine ratione restringit, cùm illo loco nil aliud sit quam ταυτολογία Gallica. Quid igitur dicemus,

A si viciſsim dominus aliquid debeat vassallo ex concessione feudi, veluti si dominus ligna & materiam debeat, aut cementa ad refectionem villæ, aut vsum nemoris, aut molendini, cùm hic de debitis actiuis loquatur, passiua quæ dominus debet approprimento obliterabuntur, & negandum, cùm ratio correlationis idem ius statui poscat in his, quæ debet ipse reciprocè.

[d] [SVR LES HERITAGES]

Desquels on s'est approprié. A re scilicet rei debita non
B personæ aut à persona. l. Imperatores. D. de publican. l. forma. §. cum possessor. D. de censib. l. hactenus. D. de vsuf. l. comperit. D. de præs. 30. annor.

[e] [NE LAISSERONT D'ESTRE PAYEZ.]

Hoc est, approprimento non excluduntur, ac ne solemnitate quidem actionum, quæ propemodũ huic consuetudinariæ solemnitati respondet, quod olim 7
Io. Fab. senserat. d. l. si eo tempore, & quos late citauimus. Proinde hîc quoque est, quod vel doctiſsimi quique & iuris, & vsus admoneri debeant, nõ passim nec
C sine exceptione intelligi hanc textus dispositionem oportere, sed tum demum cùm simpliciter, & sine expressione talium debitorum res venditur, qua enunciatione non intelliguntur talia debita excludi. Secus vero in totum cùm res expressè, & affirmatiuè libera omni debito iure & onere venditur, & venditor in possessione libertatis depræhenditur fuisse anno ante venditionem. Nam tum planè per regulam *du saisy* res 8
libera transfertur, & sequutis bannimentis excluditur quilibet aut dominus feudalis aut fundiarius creditor. Dispar enim hoc & priori casu ratio est, quia in priori relicta est cautio pro domino in prouisione cõ-
D suetudinis: In secundo exclusa petitio prouisione hominis. Nec hic casus hac consuetudine expressus est, ne hoc textu decisus intelligi debet: Neque enim talia debita per se impræscriptibilia sunt, sed prouisione legis in generalibus alienationibus reseruantur, in quibus nulla mentio talium fit. Quod si priuatiuè & exclusiuè venditio concepta sit, indubiè sequuto approprimento excluduntur, per regu. *du saisy*, data quidem possessione libertatis in persona vendentis. Neque enim ista maius priuilegium habent quam ipsæ dominantes ditiones, quæ si à possessore venditæ sunt vas-
E sallo, haud dubiè approprimentis subiiciuntur, & transeunt in acquirentes, & vassallus aduersus dominum feudum præscribit, & sibi consolidat, vt demonstrabimus art. 271. Quod si verum est in ipso feudo dominante, multomagis in appendicibus verum erit, per regulam, propter vnumquodque tale, &c. Nec vero otiosè dictum volumus, quod ante à nobis dictum est id verum esse, data possessione libertatis in vendente, per regulam *du saisy à saisy*. Sed ea possessio intelligitur, cùm peteti tale debitum domino, vassallus, idémque venditor rei liberæ negauit, & solutionem recusauit, quo casu acquiescente domino, id est, litem non
F intendente, vassallus in possessione libertatis cõstituitur, quod si fecit & postea in tali possessione existens rem vendidit liberam, sequuto approprimento dominus excluditur, nonobstante hoc textu. Alioqui simplex non solutio, sine recusatione in debitis incorporalibus, non constituit quemquam in possessione libertatis, sed eò amplius oportet, vt prætensus debitor petenti domino, aut creditori fundiario solutionem negauerit, & anno toto sic tenuerit, demum rem sic liberam tradiderit emptori, ex l. hæc autem iura. D. de seruit. vrb. præd. Angel. l. malè agitur. C. de præs. long.

temp. vbi Bald. & Salic. Alex. conſ. 136. vol. 2. diximus art. 277. Boër. §. 2. & 3. tit. de præſcript. in conſ. Bituri. Atque hoc caſu hæc huius art. exceptio non excludit, aut reſtringit generales regulas *du ſaiſy*, nec ad hunc caſum extenditur. De quo conſuetudo nec cogitauit, nec ſenſit, nec hos caſus confundi oportet incogitantia, quamquam id magna licet animaduerſione dignum, tribunalia noſtra omnia ignorarũt ad hoc tempus verbis affixi, cùm diſcrimen latens non percipiunt. A Sed & hæc diſpoſitio intelligenda reſpectu dominij feudi, aut cenſus: Nam aliorum reſpectu præſcriptibilis eſt, veluti ſi cùm plures vaſſalli debeant inſolidum *ou à reuanche*, vnus ex his partem ſuam vendiderit cum onere partis diuiſæ tantum, emptor rectà appropriabit, ita vt conſors ſi inſolidum à domino conuentus ſit, non poſſit habere recurſum aduerſus conſortem, qui appropriauit hac lege, & ſi domino præiudicium non fiat. 9

ARTICLE CCLXXI.

ARTIC. CCLXXXII. NOVAE CONS.

[a] DROICTVRE [b] & ſeigneurie [c] eſt acquiſe à celuy, qui a [d] pacifiquement [e] iouy [f] ſans tiltre [g] par il [h] & ſes predeceſſeurs, [i] ou autres, [k] dont il a cauſe [l] par l'eſpace & laps de [m] quarante ans.

[a] *DOminium directum, [b] & pleniſſima proprietas [c] illi acquiſita eſt, [d] qui ſine vlla interruptione, [c] fruitus eſt, [f] ſine titulo [g] per ſe, [h] & prædeceſſores, [i] aut per alios, [k] vnde cauſam habet, [l] per lapſum [m] quadraginta annorum.*

[a] [DROICTVRE.]

1 *Præſcriptione conſuet. dominium directum acquiritur contra quàm iure ciuili.*
Obligationes naturales. ibid.
2 Droicture & ſeigneurie, *quid importent.*
3 *Dominij appellatio in ſtatutis de directo intelligenda.*
4 Seigneurie, *quid.*
5 *Præſcriptio tale ius acquirit, quale apud poſſeſſorem fuit.*
6 *Tantum præſcribitur, quantum poßidetur late.*
7 *Iura temporalia in tantum præſcribuntur, quantum poßidentur.*
8 *De pedatico tantum quantum poßidetur.*
9 *Iuriſdictio item.*
10 *Et merum imperium.*
11 *Inſtitutio & confirmatio.*
12 *Decima.*
13 *Annexa.*
14 *Iura feudalia.*
15 *Reſignationes & collationes in menſibus reſeruatis. Et permutationes. ibid.*
16 *Regalia.*
17 *Poſſeßio retinetur totius per vnum actum:*

Bonam operam nauarunt reipub. noſtræ auctores ſcribendæ conſuetudinis, cùm hunc articulum ſcripſerũt, & reformatores, cum tempus quod ante ſexaginta annorum fuerat veteri iure, nouo contraxerũt, contracta etiam hominum vita. Ac tales ſcribi articulos omnes expediret, hoc eſt qui breui & contracta pronunciatione ingentem iuris ciuilis materiam, Iuriſconſultorum pugnam, dubitationes, & rixoſas concertationes, & iudicantium diſſenſiones veluti falce præcidunt. Vtiliſſima tractatio ſi intelligatur, quantum profectum ſit hoc compendio verborum. Serio diſſeritur in ſcholis, quæ ſit præſcriptionis cuiuſque ſpeciei, vis, aut effectus in acquirendo, an omniũ vna aut eadem poteſtas ſit, an ciuiles tantum, an ne etiam naturales obligationes perimant, an dominium directum acquirant, an aliud, an prius elidant, an nouum generent, an prius maneat, an trãsferatur, an occidat, & nouum reſurgat de priori, an præſcribens cauſam habeat à tradente, an vero rei domino, & quæ infinitæ B diſſertationes ſuper hoc ipſo argumento in noſtris libris exercentur. Quas hic recudere animus non eſt, ſed vt quæque occaſio occurret, ſuis locis attingentur. Summa eſt ſcholaſticarum ſententiarum, per vſucapiones, quia bona fide & titulo nitantur dominia acquiri, ſed & obligationes naturales tolli. Non eandem naturam eſſe decennalis aut vicennariæ legalis, quia etſi, & ipſæ titulo, & bona fide nitantur, tamen mixtam habeant negligentiæ conſiderationem ex ſocordia negligentis. Itaque ciuilem dumtaxat obligationé tolli manente naturali, ex eo vendicationem non dari, ſed exceptionem præſcribenti ſi poſſeſſione forte exciderit, ex tricennaria aut quadragenaria neutram perimi, C nec vllum dominium transferri, ſed præſcriptionis exceptionem dari conuento vendicatione, aut alia actione. Sed ex cauſarum mutatione diſpoſitionum quoque mutationes affingunt. Nam cùm dicunt in longis, & longiſſimis dominium non acquiri, hoc intelligunt ſecundum naturalia præſcriptionum, cùm ſcilicet ignorantia dominorum præſupponitur. Nam data ſcientia, ex ea interpretatiuum conſenſum concludunt, qui ſufficiens ſit ad dominium acquirendum, veluti tum patientiæ tacitus, & quaſi contractus inſit. l. alienationum. D. de verb. ſignif. & l. 1. D. vſufruct. quem. cau. & in præced. art. diximus, & fuſius in protheoria. Hæc longâ, & prolixâ tractatione ſcholaſtici autores agitant, auth. niſi tricennale. D. de bon. mater. Fely. & alij in rub. ext. de præſc. Balb. in tracta. D præſc. parte. 2. q. n. 9. & 2. tertiæ partis, & l. vlt. C. de edict. d. Adri. toll. alij l. traditionibus C. de pact. Iaſ. cõſ. 7. vol. 1. Hic ferè magiſtrorum conſenſus, qui & ſi alicubi vellicari poteſt diſputando, & nuper præſcriptiones omnes æque fauorabiles quidam paradoxe diſſeruerunt, tamen nec inſtituti noſtri eſt receptas ſententias ſine magna cauſa refellere, nec vero res agentibus expedit. His igitur prætermiſſis magnopere animaduerti conuenit, quid his verbis *droicture & ſeigneurie*, conſuetudo ſtatuere voluerit, nequando ad incerta illa & diſſidioſa iuris ciuilis theoremata relabamur ignoratione melioris legiſlationis, & patrij iuris, quo ambagioſas illas concertationes magiſtrorum in totum confoſſas intelligi oportet, atque hac verborum conceptione plenum, liberum, abſolutum & inconcuſſum rerum dominiũ transferri præſcriptione, & tri- 1

& tribui. Quod hîc, *droicture*, dixit leges per verbum (ius) diffiniunt, vt dominium ſit ius, per quod libera cuique facultas tribuatur de re diſponendi. de quo Bart. & alij l. ſi quis §. differentia. D. de acquir. poſſeſſ. & in l. in re mandata. C. mand. cùm lex in re ſua quemque moderatorem facit, & arbitrum. de quo Bald. l. fœminæ. §. illud. C. de ſecund. nupt. late Fely. c. audi- tis nu. 6. ext. de præſcript. Nec hîc prolixam diſputationem inſtituimus de differentia dominij & proprietatis, de qua nuper Mol. diſſeruit. §. 55. gloſſ. 4. & §. 37. gloſ. 2. in conſ. Pariſienſi, quæ re vera è ſubiecta potius materia, quam vlla diffinitione iuris diſcerni neceſſe eſt, cùm ſint iſta verba reſpectiua, provt aliud, atque aliud obiectum reſpiciũt; Sed ea parum noſtrum ſubiectum contingunt. Id modo intelligamus, abſolutæ libertatis & proprietatis diſpoſitionem, & ius irreuocabile hoc tex. præſcribenti tribui, quale quãtumque fuerat apud eum, contra quem præſcriptum eſt. Ideóque tota illa ſpeculatio naturalium, & ciuilium obligationum, & illa acuta iuris ciuilis principia intercidunt, & euaneſcunt, tollitúrque verbis iſtis cuiuſcunque virtutis obligatio, ſolidúmque dominium quæritur: quod optimo iure vetus Roma dicebat, nulli cui-
3 quam actioni aut vendicationi obnoxium, quominus iam quiſquam hoc quidem in argumento dominiorum diſcrimina ex iuriſconſultorum libris requirat, aut vendicationum, vel exceptionum vires metiatur. Nec vero ſine veterum auctoritate ſtat hæc ſententia, quando ſic pronunciant; quoties ſtatuto caueatur dominium præſcriptione acquiri, quod hîc expreſſiſſimè ſtatuitur, toties de pleno, directo, & abſoluto dominio, & proprietate accipiendum, quia verba ſtatutorum in potiori ſignificatu intelligenda ſint, alioqui enim inane futurum ſtatutum, ſi nihil aliud præterquam quod iure communi eſt conſtitutum, ſanciat. Hoc docuit Bart. l. 1. D. de vſuc. Baldus vberius. c. cùm non liceat. ext. de præſcript. Fely. in rub. ext. de præſcript. Bertachin. in diction. verbo dominium.

Quod cum ita ſit, nemo iam hinc dubitare poterit & dominium directum acquiri longiſſimis præſcriptionibus ſine vllo titulo, quãdo in talibus nullus exigitur. Et conſequenter dari vendicationes tali præſcribenti, ſiue aduerſus priores dominos, ſiue externos quoſcunque vt iam inutilis futura ſit illa inquiſitio, an dominium transferatur, an intereat, an aliud generetur, quæ ipſam non ſine fine aliquo ab iuriſconſultis inquiruntur, ſed iure patrio præciſa hoc textu apparet, duobus verbis *de droicture & ſeigneurie.*

[b] [Et seignevrie.]

Id eſt omnimodum dominium, & poteſtas diſponendi, & fruendi, de quo ſuperiori gloſſa diximus, quod hic recognoſci poſſit. Proinde cùm conſuetudo de iure & dominio per præſcriptionem acquirendo diſponit, generaliter de poſſibilitate iuris & facultate acquirendi intelligitur. Nam de facto, non ſemper, nec neceſſario contingit tale dominium acquiri, ſed id tale tantúmque quale apud eum contra quem præſcribitur fuerat, & poſſeſſum eſt ab præſcribente, hæc enim duo coniunctim reſpici oportet. Quamobrem ſi aduerſus proprietarium quempiam vaſſallum alterius præſcribas, dominium vtile tantum præſcriptum intelligetur, quia nullum aliud fuit apud eum, contra quem præſcriptum eſt, manente directo apud ſuum dominum directum, contra quem præſcriptum non eſt. Nec eadem præſcriptio dominium & hypothecas reſpicit leg. vſucapio. C. de pi-

A gnor. & inf. dicetur. Id idem obtinet in emphytheoſi præſcripta; Idem in fundo ſeruiente præſcripto, nam ſeruituti non præſcribitur præſcriptione fundi, ſi is cui ſeruitus debetur in poſſeſſione ſeruitutis manſit. Igitur in præſcriptionibus longiſſimis, in quibus nullus titulus, nulla traditio præſupponitur, tantum præſcriptum intelligitur quantum poſſeſſum eſt, & aduerſus quem poſſeſſum eſt. Sed in titulatis in quibus traditio præſupponitur, licet à non domino regula metiendæ præſcriptionis à quantitate rei traditæ, ſequuta continuatione poſſeſſionis ſumenda
B eſt, quia præſcribens cauſam habere dicitur ab tradente, non ab vero domino, quod notabiliter Bartol. dixit l. ſi extraneus. D. de donat. inter vir. & vxor. l. 5
qui alienam. D. donat. cauſ. mort. Balb. in præſcript. 1. parte tertiæ partis. Quare inde conſequitur, vt præſcribens id tantum iuris acquirat, quod, quale, quantúmve fuit apud eum qui tradidit, vnde fit, vt præſcripto iure vaſſalli dominium tantum vtile acquiratur, præſcriptio contra iure dominij directi dominantis, directum, non aliud diuerſæ qualitatis. Ergo præſcriptione vtilis dominij præſcribens non eximitur à ſubiectione vaſſallitia, ſed ſubingreditur locum prio-
C ris vaſſalli. Nec negandum tamen quin vtrumque præſcribi, & aduerſus vtrumque poſſit, ſi poſſeſſio vtrumque feriit. Saly. l. vſucapio. C. de pignor. & id ſic vt idem & vnum tempus proſit aduerſus duos: Quod cùm fit, diuerſæ & aduerſus diuerſos præſcriptiones confici intelliguntur. quod Aluarot. & Nicol. à Neapoli tradũt tit. de feud. non hab. propr. nat. feud. Quod ideo dicendum fuit, ne quis quod ſimpliciter diximus, infinitè accipiendum putet, & potentiam iuris omni caſu in actum deduci exiſtimet. Id enim à facto, & poſſeſſionibus pendet, nec ſi fieri per
D iuris poteſtatem poteſt, ideo ſemper fieri contingit, & rectè Bald. c. 1. verſ. abbatiſſa, tit. qui feud. dar. poſſ. dixit præſcriptiones tantum habere de potentia, quãtum habeant de actu. Ea materia ſeriam tractationem deſiderat, nec otioſè percipienda eſt, & per magnũ in rebus iudicandis vſum habet. Quæ & ſi magno conatu à quibuſdam ſcholaſticis ſcriptoribus eſt tractata, non ſubacta tamen eſt, nec inutilis fuerit operæ, prolixum argumentum ad capita redigere, & in ſuas ſedes digererę, & vſum oſtendere exemplis, quæ crebrius vſu occurrunt, res agentibus, & plerumque ad 6
E oblatas ſpecies perperam applicari contingit, errore diiudicandi.

Ac primùm cùm is vſus ſit, & finis præſcriptionum, vt alteri de iure alterius quæratur, & adiiciatur, ſicuti diffinitio earum continet, non eadem tamen eſt ratio, aut fauor eius qui alienum contendit acquirere, & eius qui ſuum vult retinere, quod ipſæ quoque communis ſenſus notitiæ ſatis docent, quominus fauendum ſit res alienas aſſerentibus, ne porro poſſeſſiones producantur aut præſcriptionum effectus, quam quantum aut rerum, aut iuris, aut locorum continuere, qui locus eſt à nobis ante perſtrictus in loco de interruptionibus, ne vllæ præſcriptionum ex-
F tenſiones fiant de loco ad locum, rerum ad res, perſonarum ad perſonas, actionum ad actiones. Nam cùm vulgata regula ſit præſcriptionem nullam ſine poſſeſſione contingere, reg. ſine poſſeſſione in 6. & leg. ſine poſſeſſione. D. de vſucap. conſequens eſt dicere proportione partis ad totum, quantum poſſeſſum ſit tantum eſſe præſcriptione acquiſitum, ſiue ſit pars totius diuidui, ſiue id totum ſit. Hoc theorema à Bartolo primum traditum leg. 1. §. hoc interdicto. D. de itiner. actuq. priuat. omnes ſcholaſticos ſcriptores adſtipulatores habet, & probatur leg. quod meo. §. vlt.

D. de acq. poss. cap. cùm contingat extr. de decim.
gloss. & Cano. in c. auditis ext. de præscript. vnde il-
la Baldi sententia, quam supra citauimus, præscriptio-
nes tantum habere de potentia quãtum de actu. Qua-
re si quis præscribere velit, aduersus eum qui sit in
possessione iurium aut rerum fũdata de iure commu-
ni consuetudine, aut priuilegio, tantum de iure alie-
no præscriptione detrahet, quantum possederit, &
vsuceperit ipse, ita vt si iuris quod prætenditur, spe-
cies sint diuersæ, id tantum consequuturus sit, quod
per eiusdem speciei actus possederit, nec quidquam
amplius, manente iuris vniuersitate, in persona eius,
contra quem præscribitur. Idque verum est, siue de
rebus corporalibus præscribendis agatur, siue de in-
7 corporalibus, siue iuribus, siue seruitutibus.

Res exemplis fit illustrior, cum iura episcopalia
multa numerentur, tam ratione iurisdictionis, quàm
ordinis, atque in his ius visitandi parochias subie-
ctas, cui consequens est ius procurationum, si quis-
quam prælatus inferior visitandi ius præscripserit,
non continuò procurationis ius asserere poterit, nisi
id ipsum quoque specialiter possederit, & procuratio-
nes exegerit visitando. Quod Dy. dixit reg. possessor.
in 6. Fely. & alij d. c. auditis. glos. reg. odia in 6. Quip-
8 pe iuris episcopalis vniuersitas, apud Episcopum ma-
net, qui iure communi fundatus est.

Qui pedaticum præscripsit (pedagium vulgo scho-
la appellat vectigal quod à peditibus exigitur) non iti-
dem de sarcinis exiget aut mercibus, quas pedes quis-
quam collo aut humeris vehit, non idem ab equiti-
bus, non idem de quadrigis. Tametsi plerumque ma-
ior etiam ratio proponatur exigendi ab equitante aut
quadrigis cum pauiarium petitur, pro sternendis pa-
uimentis, silice, aut glarea. Sed hæc strictissimè accipi
conuenit, ne fiat vlla extensio de possessis ad non pos-
sessa, ne quidem ex eadem vel maioritate rationis. Er-
go qui de oleo, aut alumine quidquam præscripserit
vectigal, de axungia, bitumine, aut vlla diuersa specie
non poterit. quod Bartol. dixit l. si publicanus. §. vl-
tim. D. de public. Idem leg. Titium & Mæuium §.
altero. D. de adminis. tut. & l. cùm de in rem verso
vers. breuiter aduerte. D. de vsur. gloss. & Innoc. d. c.
auditis. Itaque, cùm nuper exorta controuersia no-
uum vectigal certis speciebus esset indictum, & pu-
blicani ad alias quoque species, causas & merces pro-
ducere in tributionem conarentur, iudicatum est fie-
ri non posse, nec quidquam præterquam quod esset
disertissimè expressum, in cautione peti amplius opor-
tere, l. vectigalia. D. de public. etiam si eadem ratio
faceret pro publicanis. Quod sapientibus iudicibus
valde precauẽdum est, ne admitti patiantur tam odio-
so in argumento, & contra libertatem publicam &
commerciorum, senserat id iam olim Ang. d. §. si quis
interdicto, Decius cons. 85. Alex. cons. 124. vol. 4. &
cons. 10. & 32. vol. 5. Lud. Rom. cons. 368. Incipi. præ-
sens consultatio. Ang. l. seruitutes quæ in superficie,
D. de seruit. vrb. præd. Resistit enim ius commune
tali acquisitioni, nisi aut longissima præscriptio aut
aliqua de titulatis, & de ipso corpore quod peti-
tur, aut de iure in specie proponatur: Ita vt nul-
la illatio fieri possit de vno ad aliud per præscriptio-
nem.

9 De iurisdictione quoque præscribenda idem pu-
tant, in cuius possessione alius quisquam sit, & plu-
res eius species proponuntur. Itaque per exercitium
iurisdictionis simplicis, aut mediæ negant imperium
10 acquiri, nec è contra, quia imperio iurisdictio non
protinus insit separatim sumpta, nec criminalem
per vsurpationem ciuilis. Sed in qua specie quis-
A quam exercuerit, aut possederit legitimo præscri-
bendi spacio, in ea tantum obtinere. Sed tamen per
actus indiuiduos eiusdem speciei totam speciem,
præscribi patiuntur, si modo alius non possideat, &
in possessione perstet. Quocirca qui imperium, & ca-
pitales cognitiones præscripserit, non minus decol-
lare posse putant, quàm furcis suspẽdere, etiam si nul-
lum vnquã sontem suspendit, propterea quod suspen-
dere, & decapitare eiusdem speciei sunt, quæ præscri-
pta præsupponitur, si modo qui prior possidebat non
& illud quoque retinuit prohibendo. Hæc latè Alex.
B Cast. Ias. & magistri in l. Imp. D. de iuris d. om. iud.
& l. si prius. D. de aq. pluu. arcend. Alex. latè cons.
68. vol. 2. Abb. c. 2. ext. de capell. monach. Fely. de
auditis Card. & Pan. c. cum contingat, ext. de decim.
Cy. & Saly. l. 1. de emanc. lib. Bald. l. 2. C. de seruit.
& aq. num. 51. Rom. d. cons. 368. Ang. l. si quis diu-
turno. D. si seruit. vend. Re vera possessionum no-
tæ & vsus legem iudicandi imponunt, estque illa iu-
dicantibus norma optima in talibus, cum tituli non
adferuntur à possessionibus sumenda, nequid temere
mutetur, iuris ordinarij prætextu. Sed huic regulæ
qui indiuiduorum possessiones ad omnia eiusdem
C speciei indiuidua præscribenda valere statuit, grandis
limitatio, præter eas, quæ vulgò traduntur iure ciui-
li, ab iure consuetudinario apponenda est, cùm sci-
licet is actus, qui in indiuiduo exercetur, licet ab na-
tura, aut iuris dispositione, sub eadem specie compræ-
hensus sit, suo generi eximitur speciali iure, & in spe-
ciem separatam transit, qui casus est art. 55. sup. Nam
qui merum imperium præscripsit, ita vt vel suspende-
re, vel quocunque modo plectere possit, igni adiudi-
care non poterit nocentem, quia per consuetudinem
hæc species suo generi exẽpta est, & certæ hominum
qualitati, id est Baronibus priuatiuè ad alios omnes
D attributa est, ita vt ad positionem præscriptionis meri
imperij in Britannia, non sequatur præscriptio pœnæ
ignis, quam consuetudo à suo genere distraxit. Qui
casus valde notandus est, & si qui alij similes dici pos-
sunt.

Ex eadem regula, quam supra deduximus, id quo-
que efficitur, quod qui in beneficialibus institutio-
nem aut confirmationem præscripserit, destituere in- 11
stitutum non poterit, quod Host. dixit c. cùm ex in-
iuncto ext. de heret. Pan. c. si quis contra clericum,
ext. de for. compet. Tum quia non tantum posses-
E sum præsupponitur, tum quia species est diuersa: Est
enim institutio voluntariæ iurisdictionis, cùm desti-
tutio in contentiosa posita sit, vt quæ causæ cogni-
tionem desideret, ideóque male de vna ad aliam in-
fertur, quod Dominicus notat. c. nemo de elect. in 6.
Quare nec qui excommunicandi ius præscripsit, idem
protinus absoluere poterit ab alio excommunica-
tum, & quæ Fely. d. c. auditis. Abbas d. c. cum olim
ext. de præsc. persequuntur. Nec præscripta cogni-
tione de appellationibus cognoscendi eadem ad pri-
mas instantias diuersæ scilicet speciei porrigetur,
quod Florian. dixit l. si quis diuturno. D. si seruit.
F vendic.

Nec præscripta certa decimarum specie in fundis 12
pluribus, eadem præscriptio porrigetur ad alios fun-
dos in quibus præscribens non possederit, aut perce-
perit decimas, c. cum cõtingat. c. tua. c. cùm in tua ext.
de præsc. Fely. d. c. auditis. Nec pręscriptio iuris quod
nunc est, ad iura superuenientia extendetur. Itaque
qui in aliena parœcia decimas pręscripsit, non obtine-
bit in noualibus, quæ de nouo coli cœpere d. c. cum
contingat.

Sd nec vlla præscriptio fundi, aut prædij ad ea ac- 13
cessoria

cessoria porrigetur, quæ per se possessa in specie non A sunt, nisi inseparabiliter annexa sint ad vnum totum conficiendum l. qui fundum. D. de vsucap. quod primus Lud. Rom. sibi annotasse visus est, vt valde singulare quodam suo singulari. Fely. vbi sup. num. 17. & 4. decla.

14 Nec præscriptio certorum iurium, aut debitorum super homines, & subiectos certi pagi, aut vici ad alios eiusdem vici porrigi poterit, quæ propria est materia art. 277. inf. & Alex. tract. cons. 16. lib. 5. Ias. cons. 81. lib. 3.

15 Et qui præscripsit vt cessiones aut resignationes B posset admittere in aliena diœcesi, non poterit permutationes quod Nic. Milus dixit in repertorio verb. Episcopus Imol. in clem. 1. de renunciat, Fely. d. c. auditis num. 13. Abb. d. cùm ex iniuncto. Sed id in suis terminis intelligi debet, id est, in iure præscripto. Ideóque restringibili ad casus & species possessas. Nam si vel priuilegio sedis apostolicæ vel concessione, vel consuetudine, vel vt vicario alicui concessa sit facultas admittendi simplices resignationes, multomagis de permutationibus admitti conueniet, quia permutationes iustitiæ potius, quam gratiæ innituntur, licet contra Fely. dicto. cap. auditis num. 13. & C Lud. Rom. cons. 330. per decis. Rotæ tit. de renunciat. in antiq. quæ ratione caret. De quo Francis. Pauinius docto libello de potest. capituli sede vacante parte 2. partis, 2. Itaque concessiones, & indulta, quæ Britanniæ episcopi obtinere solent à Pontificibus, vt conferre beneficia vacantia liceat alternatim, ad simplices resignationes, & permutationes porrigi possunt, hæc ideo magis quia iure primario beneficiorum collatio ad Episcopos spectare putatur, quam Pontifex summus iure communi non volente ad se priuatiuè contraxerit, hac quidem in regione, quæ ideo obedientiæ iam olim est appellata, & quæ tali iure, aut D priuilegio conceduntur extendi conuenit. regul. odia in 6.

16 Sic nec de legalibus, etiam si ea præscriptibilia essent, quod consuetudo prohibet, art. 56. quod vnum aliquod eorum ius præscriptum sit, extra suum casum protendetur, quod Abb. Pan. dixit. c. quod translationem ext. de off. legat.

Nec dubium, quin infinita huius regulæ exempla colligi possint à studiosis, sed ista fortasse non sine vsu coëgimus, quia non rarò incidunt tribunalibus inter E actiones rerum.

Sed & quod in præscriptionibus diximus, idem ferè accipi conuenit in his, quæ consuetudine præter ius commune cuiquam tribuuntur, quæ ipsa non magis extensionem extra suum casum recepit quam præscriptio, quod Balb. notat. 1. parte tertiæ partis. Fely. vbi sup. declar.

17 E diuerso regula alia opponitur, cùm de conseruando iure agitur, & retinenda possessione, per vnum actum aut exercitium vnius speciei, generis totius possessionem retineri. Itaque vnico actu iurisdictionis exercito totam iurisdictionem conseruari, si modo alius cæteras species non vsurpauerit, etiam si interim F vacauerint & à nullo sint exercitæ, quod Bart. & cæteri tradunt l. arboribus. §. de illo. D. de vsuf l. si vnius. D. de seruit. rustic. præd. l. qui vsumfructum. D. quemad. vsusf. amit. Bertach. in libello de gabellis parte 1. qu. 11. Est enim vtriusque regulæ diuersissima ratio, quæ vt alterum sustinet, ita alterum oppugnat casum. Hæc qui diligenter perceperit, non magnopere illi requirenda erit. Fely. & aliorum operosa tractatio d. c. auditis, de eo dicto quantum præscriptum quantum possessum.

c [Est acqvise.]

1 *Verbum præteriti temporis latæ sententiæ est & executionem importat.*

2 *Non est necessarius titulus etiam obstante præsumptione.*

Notanda verborum conceptio, per tempus præteritum, quod est iuris consummati, & perfectæ dominij translationis, ex solo temporis cursu sine misterio hominis, sola consuetudinis potestate. Sunt enim 1 talia verba præteriti temporis latæ sententiæ, vt ipso iure executionem sortientis, de quo Tiraq. l. si vnquam, verb. reuertatur, num. 32. C. de reuoc. donat. Hæc igitur consuetudo plus potest quam dispositio. l. omnes C. de præscr. 30. anno. quæ ipsa tantum tribuit huic eidem quadragenariæ, vt nihil priuati publicíve iuris cuiuscunque ab ea excipi patiatur, quod infinita & æterna illius l. dispositio statuit. Et valde ratam esse oportet, cui auctoritas populi, & consuetudinarii iuris accessit hoc textu, quod & plus pollet imperatorio iure, etiam si illud omnimodum dominium transfert. Præcidenda etiam illa Canonistarum assumptio, cùm putant in quacunque præscriptione titulum requiri, cùm præsumptio iuris est contra præscribentem, veluti cùm quisquam intra fines alienæ parœciæ, aut diœcesis decimas vult præscribere, ex qua præsumptione iuris inferunt malam fidem præscribentis. c. 1. de præscr. in 6. Nam iure ciuili, & no- 2 stro patrio quantumcunque præsumptio iuris contra faciat, data materia de se præscriptibili, quadraginta annorum spacio præscribitur sine vlla vllius tituli necessitate, alioqui nil vnquam ferè præscribi posset, cùm vnusquisque scire debeat, quod ad se non pertinet id alienum esse l. qui vas. §. vetare. D. de fur. Et nos bonæ fidei necessitatem ante expulimus foro, cùm malam diximus purgari bannimentis, quam illi ab contra pugnante iuris præsumptione colligunt. de quo & Balbus 2. parte tertiæ partis q. 6. Proinde casus particulares ab hac dispositione exceptos, siue ex materiæ inhabilitate, siue personarum, siue legis resistentia ante sumus persequuti.

d [Pacifiqvement.]

Pacifice possidere quid sit.

Pacificè dixit, sine interruptione, siue ciuili, siue naturali, interrumpitur vero præscriptio in hac quadragenaria, citatione sequuto expletamento, vt diximus in loco de interruptionibus. Nec vero minus dicendus est pacificè possidere, quod alius quisquam de fructuum parte aliquid sibi decerpsit, modo sine lite. quod Rota dixit decis. 61. incip. sufficit impetranti, in nouis glos. c. constitutus ext. de appell. glos. pragmat. tit. de pacif. verb. pacificè. Doct. clem. 1. de seq. poss. & fruct. Ideóque in beneficialibus is possidere curam dicitur, qui habet exercitium curæ, etiam si maiore bonorum parte non fruatur, glos. c. si tibi de præb. lib. 6. & d. decis. 61. siue quoad vacationem primi, siue quoad alios effectus, quibus adiungenda sunt, quæ diximus in loco de interuersis possessionibus. Aretin. in rubr. D. de acquirend. possess.

e [Iovy.]

Quid sit frui.

Fruitus sit, gaudere Galli dicunt lingua patria, quod verbum fructuum perceptioné importat: Nam

arare, serere, & talia, ad alia fiunt, & alio fini. Ideó- A que qui percepit fructus, ipse potius possidere dicitur, etiam si alius aret, & serat: Vna quæquæ enim res determinatur à suo fine, quod nos diximus d. loco de interuersionibus.

f [Sans tiltre.]

1 *Melius est titulum non producere quàm vitiosum producere.*
2 *Præscriptioni longißimæ cedunt quoquo vitio possessa.*
3 *Præscriptio quadragenaria an tollat breuiores inducta iure.*
4 *Præscriptiones seruitutum titulum non requirunt.*
5 *Seruitus à re rei debetur facto tamen hominis.*
6 *Seruitutes dominij non sunt.*
7 *Seruitutes magni momenti.*
8 *Seruitutum præscribendarum tempora.*
Seruitutes continuæ quæ. ibid.
9 *Signa affixa retinent possessionem signati.*
10 *Seruitutes ex sola naturali possessione præscribuntur.*
11 *Sine scientia non est dabilis possessio in incorporalib. & num. 22.*
12 *Discontinuæ quæ & longißimum tempus requirunt.*
13 *Seruitutes cum titulo præscribuntur sine scientia aduersarij.*
14 *Discontinuæ ex titulo præscribi possunt.*
15 *Præsumptio ex lapsu decennij.*
Possessionis probatio & tituli allegatio. ibid.
16 *Possessio ab eo haberi debet, qui potuerit seruitutem constituere.*
17 *Seruitutum personalium præscriptio.*
18 *Iurisdictionis præscriptio.*
19 *Libertatis præscriptiones.*
20 *Libertatis possessio incipit à facto prohibitiuo.*
Non vsu non præscribitur in vrbanis secus in rusticis. ibid.
21 *Seruitutes diuisæ per tempora.*
22 *Præscriptio quindecennij vniformis in omnibus seruitutibus contra quam iure.*
Duplicatio temporis in discontinuis. ibid.
23 *Seruitutum promissarum præscriptiones & constitutarum.*
24 *Patriæ potestati an præscribi poßit.*

1 Ergo cùm titulus non exigatur, si quis exhibetur, quocunque vitio laboret, in eo curiosi non sumus, etiam si omnino cautius est nullum exhibere quam vitiosum, & præsumptione niti scilicet quàm vitium prodere suo indicio, quod Cano. solent dicere in cap. dudum 2. ext. de decim. Et vulgò solet consuli triennalis regulæ presidio nitentibus, ne vllum potius producant quàm vitiosum. Sed id ideo quia vitiosus ingressus ad beneficia patere non debet. Ideo detecto vitio facto producentis nullus locus relinquitur præsumptioni, cùm in certis non sit locus coniecturis ex regula l. continuus. D. de verb. oblig. Sed in præscriptionibus contra est, quia nec verum nec præsumptum titulum requirunt, & sola legis authoritate, & F continuatione possessionis nituntur, nec metuunt præsumptionem d. c. 1. de præscript. in 6. Quare & furtiuæ res & raptæ, & qualibet fraude quæsitæ cedunt huic præscriptioni, quod nos ante disseruimus in loco de vitiis possessionum, quàmlibet reclamantibus Canonistis, longissimum enim tempus supplet
2 defectum tituli, quod vulgò dicitur, & notabiliter Castrens. dixit l. 2. C. de seruit. & aqua. Cùm alioqui mala fides semper presumatur in eo, qui sine titulo possidet, & notat l. vlt. C. vnd. vj. Cepola tit. de seruit. vrba. c. 20.

A num. 2. Bald. l. 1. num. 17. C. de seruit. & aqua, & l. 2. num. 5. eod. tit.

Sed hic amplius inquirendum est, cùm consuetu- 3
do hanc solam quadragenariam recipiat sine titulo, an eas sustulisse videatur, quæ iure ciuili breuiores sine titulo recipiuntur, veluti seruitutum continuarum, quæ decennio perficiuntur, & regulari præscriptionum corporalium tempore. Et scio vulgò dici, casus in statutis omissos ad ius cõmune vulgo remitti oportere. Ego tamen omnes antiquatas puto, & quod statuto, aut consuetudine inductum sit, nihil in iuris communis dispositione de talibus reliquisse. Quare B nullam præscriptionem recipio sine titulo quadragenaria breuiorem, qua inducta, cæteræ in totum videntur abolitæ, nec de externo iure supplendum, quod spontanea omissio repudiauit, ex sententia, & rationibus Baldi c. cùm non liceat. ext. de præscript. Sed hic locus poscit, vt de talibus dicamus aliquid, & capita receptarum de iure Romano sententiarum colligamus, quando ista à scholasticis scriptoribus traduntur perturbatè.

Receptum est theorema in seruitutibus realibus & prædialibus titulum non requiri ad præscribendum l. 4
C si quis diuturno. D. si seruit. vbi Doctor. Bart. & alij l. 1. §. vltim. D. de aq. pluu. arcend. è recentioribus. Cæpol. tit. de seruit. vrb. prædio. c. 20. Balb. præscript. tractatu 2. parte quartæ partis q. 2. Quam sententiam Lib. 1.
& si Duarenus ciuis noster olim oppugnare conatus Disp.
est, non demonstrauit tamen, nec fuit cur persuaderet. cap. 14.
Sed nec allegationem quidem tituli in talibus necessariam putant, quod Innoc. dixit c. si diligenti, ext. de præscript. Cur ita? rationes adferunt plane algentes, quia scilicet seruitutes à re rei debentur, l. qui alieno. §. vlt. D. de negot. gest. Et ideo rem ipsam de titulo sibi prouidere non potuisse, quæ ratio puerilis & friuo-
D la est: Nam etsi seruitus à re rei debeatur, & per eam conseruetur, tamen acquisitio eius sine hominis facto 5
fieri nequit, quod & Bald. agnoscit. l. 2. num. 10. C. de seruit. & aq. & sine vlla cuiusquam authoritate patet ad sensum. Alteram rationem adferunt, quod de minimo præiudicio agatur in constituendis seruitutibus, quæ nec dominio contribuantur, nec pars dominij sint, sed tantum adiectitiæ qualitates leg. quid aliud. D. de verb. signif. Hæc vbique Bartol. docet d. l. 1. §. vlt. D. de aq. pluu. arcend. & l. cum de in rem verso. D. de vsur. & leg. si certis annis. C. de pact. vbi schola Bald. l. 2. num. 10. & l. vlt. C. ne de stat. defunct. 6
E Bart. Cast. & magistri d. l. seruitutes Anto. Butrius latè. c. peruenit ext. de censib. nu. 9. Panor. & Fely. c. de quarta ext. de præscr. Cepola vbi sup. Quæ ratio, si pro perpetua accipiatur, falsissima est, cùm plerũque tanti præiudicij seruitutes dici possint, vt malis fundo ipso, & proprietate carere, quam tales pati. Pona- 7
mus enim seruitutem actus prætendi per cuiusquam arcem aut castrum flagrantibus bellis, quibus nihil cuiquam tutum est, vt nuper ciuili tumultu, quis hic dicat parum momenti verti in tali seruitute? Ponamus opposito ædificio prospectum impediri, atque inde salubres ventos excludi, & pestilentem aërem includi obstructis apertionibus. Atqui medici & architecti, qui in ponendis ædificiis aërem, & situm eligunt, & diligenter ea de re præcipiunt, non putant in eo parum esse momenti, & ille nobilis Physicus in Dalmatis vrbem quandam pestilentia affectam liberasse dicitur mutatis apertionibus, & admissis salubribus ventis. Hæc si vera sunt, necesse est plerumque falsam Bartoli aliorúmque rationem videri: Ideóque male inde colligi titulos non requiri. Ex quo & Anto. Butr. d. c. peruenit. nu. 12. agnoscere cogitur, cùm ea

ratio

ratio fallit, & magni præiudicij seruitus est toties titulum exigi, & cessante causa cessare etiam effectum. A Melior itaque ratio sit in patientia seruitutem patientis, ex qua interpretatiuus consensus colligitur, ex diuturna seruitutis tolerantia, cùm prohibere posset, quæ loco tituli habẽda sit. Sed vtamur constitutis, est enim receptissimum axioma in talibus titulum non requiri d. l. si quis diuturno, ne simus in exigenda scripti ratione nimium curiosi.

8 Sed id vt receptissimum est, id quoque superest inquirere, quanto tempore talium præscriptiones procedant. In quo id quoque theorema constituunt decennio inter præsentes, vicennio inter absentes præscribi, in continuis quidem seruitutibus, nam discontinuarum alia causa est. Continuas vero vocant, quæ B & si in principio acquisitionis factum hominis requirant ad formationem sui, tamen cum sunt formatæ successiuos hominis actus non exigunt, sed ipsæ per se rerum ipsarum notæ, seruitutes conseruant, quæ cùm ab natura insint, hoc habent ab ea, quod perpetuo agunt, quod in factis hominum nequit accidere, quorum continuæ actiones esse non possunt, quod apposite Bald. describit dict. leg. 2. num. 5. veluti C
9 aquæductus de fonte perenni, seruitus altius non tollendi, prospectus, aut quæ nobis frequens controuersia est præeminentiarum ecclesiasticarum, in quibus insignia familiaria, tumbæ, & cætera talia possessionem retinent per eas notas, quæ impressæ sunt eius cuius sunt talia symbola. Quod nos in nostris partagiis diximus qu. 23. per signum enim retinetur signatum l. stigmata. C. de fabric. lib. 12. sic perpetuus aquarum decursus ius seruitutis implet, & retinet nemine hauriente cùm semel constituta est talis seruitus, sic depressæ ædes seruituti parent semel formatæ, quod Bald. ibid. dixit. num. 9. quæ causa est, cur seruitutum præscriptiones perfici putent ex sola naturali D possessione, per eas notas, quas diximus, citra vllam ciuilem, id est, citra animum cuiusquam possessoris, realiter scilicet, quamuis in corporalibus contrarium sta-
10 tuatur, quod Bald. dixit l. 1. C. de seruit. & aq. nu. 6. Angel. §. æquè inst. de actio. & §. si quis de manso. tit. de contro. inuestit. & in repe. l. vlt. C. de præs. long. temp. Quod ipsum quoque in quasi continuis sentiunt, quo in numero stillicidiorum seruitutes reponunt, cùm, re vera, sint continuæ habitu, & si non semper pluit, vt stilicidiorum vsus sit l. foramen. D. de seruitut. rustic. præd. Sed tamen hoc amplius in talibus exigitur, cùm E scilicet titulus nullus est, quod nec possessio nec con-
11 sequenter præscriptio procedit, nisi scientia, & patientia aduersarij probetur, quia sine his non est dare possessionem in incorporalibus. l. quoties. D. de seruit. talis enim patientia pro traditione habetur. Hæc tractatio scholæ, d. l. seruitutes. d. l. quoties Bald. d. l. 2. Balb. d. parte 2. quartæ partis, quæst. 2. & 8. Milus in repertorio, verb. præscriptio iuris incorporalis.

Alterum caput est distinctionis de discontinuis, hoc est quæ facto hominis exercentur, vt viæ, itineris, F actus, aquandi pecoris, syluæ cædendæ ad materiam aut ligni vsum, aut quæ frequens nobis est stramentorum cædendorum, *pour coupper litieres*, pascendi pecoris. Denique rusticę pene omnes quod Cast. dixit, dict. leg. seruitutes, Bartol. dict. leg. 1. §. vlt. Balb. & Cæpo-
12 la vbi sup. Nam nulla de talibus sine facto hominis posset exerceri. Atque hæ iure ciuili nullo tempore acquiruntur, id est, impræscriptibiles sunt, nisi quidem tẽpore immemoriali, quod vim tituli & cõstituti iuris habet, vulgata, l. hoc iure. §. ductus aquæ. D. de itin. act. quę priuat. dict. §. vltim. D. de aqu. pluu. arcéd.

Cæterùm an hîc quoque aduersarij scientia exigatur, hîc pugnatur inter magistros, quos Balbus vbi sup. & Alex. conf. xvj. volum. v. recensent, & cons. 108. volum. 2. Ego in tam diuturno tempore negauerim requiri.

Et hæc quidem de iure Romano, Nam iure patrio antea negauimus vllam præscriptionem, sine titulo admitti minorem quadragenaria, sicuti etiam alibi negauimus vllam longiorem quadragenaria, nostro iure agnosci, quæ ea omnia præstare potest quæcunque immemorialis legalis. Ergo quod illa efficit in seruitutibus discontinuis ex dict. §. ductus aquæ, hoc idem nostra quadragenaria præstabit, ne iam ista ab externo iure requirantur, quod scientes prudentésque authores scribendæ consuetudinis omissum voluêre.

Alterum diuisionis caput est de his seruitutibus, quæ ex titulo præscriptæ prætẽduntur. Nec dubium, quin cùm antea ex receptis sentẽtiis statuerimus continuas decennio sine titulo præscribi, id multomagis idem ex titulo admittendum sit, multo potiore ratione, cùm in corporalibus quoque ea sit regularis præscribendi norma. Nec his magis necessaria aduersarij 13
patientia, quam in corporalibus pręscribendis, in quibus nil tale exigitur, l. vl. C. de præscript. long. temp. quod in non titulatis non sic fit, vt ante docuimus, ex sententia Cast. d. l. seruitutes.

Sed & discontinuas quoque vis tituli pręscriptibiles reddit, cùm euenit titulum à nõ domino haberi, quod 14
vulgò docent, l. seruitutes Cepol. & Balb. vbi sup. Butrius, d. c. peruenit, sicuti & publiciana pro talibus competit, l. si ego. §. 1. D. de public. Sunt autem ista conuertibilia publicianam dari, & præscribi posse affirmatiuè. Nec vero hic scientia aduersarij requiritur propter potentiam assistentis tituli, quod Balb. scribit vbi sup. q. 2. num. 15.

Proinde id quoque valde notari conuenit in tali- 15
bus interdum contingere, vt titulus nullus probari possit, ne tamen actori res ex toto pereat, veluti cùm decennij cõtinui vsus, & possessio proponitur, ex causa vniformi, & iure seruitutis. Id enim cũ accidit profuerit titulum allegasse, nec probandi eius vlla necessitas, data probatione decennalis possessionis, quę tantas vires habet, vt titulum præsumi faciat. Discrimen hic notari conuenit, quia cùm titulus probatur, & sequuta est possessio decennij, de iure præscriptio formalis suum effectum habet, quæ est iuris creandi in persona præscribentis, secus cùm titulus non probatur, quo casu ius non creatur, sed vt ante creatum præsumitur. Priore igitur casu ius producitur, secundo non producitur sed præsumitur. Hæc vbique obscurius Bart. recinit. d. §. vltim. D. de aqua. pluu. arcend. l. cùm de in rem verso. D. de vsur. dict. leg. seruitutes, & l. si certis annis. C. de pact. & omnes magistri agmine ducem sequuti Bald. l. 1. num. 16. C. de seruit. & aq. Alex. conf. 75. vol. 4. & nos alibi 16
hunc locum fusius sumus exequuti. Hoc discrimẽ est etiam, quod hoc casu non sufficit probare possessionem à non domino, quod sufficeret in titulatis, sed oportet possessionem aduersus eum exercitam esse, qui seruitutem constituere potuerit, hoc est, rei dominium, quæ differentia valde notanda est, cùm titulus verus non probatur, sed allegatur tantum, quod Balbus notat vbi sup. parte 2. partis quartæ q. 1. nu. 3. Cast. d. l. seruitutes. Balb. dict. l. 2. num. 18. Cæpola vbi sup. cap. 21.

Atque hæc de seruitutibus realibus & prædialibus 17
breui compendio contracta materia: Nam seruitutes personales, vt vsusfructus, cùm quidem semel pro-

ductæ, & formatæ sunt, volunt regulari corporalium tempore præscribi, decem annis scilicet cum titulo, & triginta sine titulo, dict. leg. vltim. C. de præs. long. temp. Bartol. l. iusto. §. non mutat. D. de vsucapi. Bald. l. 2. num. 4. C. de seruit. & aqua. & omnes, d. l. vlt. & l. corruptionem. C. de vsufr. Fely. c. de quarta ext. de præscript. & quos citat. num. 37. Alex. cons. 16. vol. 1. Milus verb. præscriptio iuris incorporalis. Hic enim ciuilem possessionem, hoc est animum vsufructuarij, & naturalem concurrere, quod in realibus non fit, quod Bartol. & Ias. differunt l. 3. §. ex contrario. D. de acquir. possess. & l. vlt. D. de aq. pluu. arcend.

18 An vero in hunc numerum personalium seruitutum referri iurisdictio debeat, aut ius exigendi vectigalis, aut pedagij, atque ita eodem tempore præscribi, pugnant magistri: cum Bartol. d. l. iusto, inter reales potius ponat vt Bal. l. vl. C. ne de stat. defunct. & c. tua nos extr. de iureiur. Milus in repertorio, verb. præscribi an possit ius exigendi. Vera est sententia neutri, vere & formaliter tribui iurisdictionem posse, cùm propriè seruitus non sit, quod Baldus dixit in rub. C. de vsuf. Sed dominij potius feudo adiuncti & iuris realis est, quod ratione rei & in res exercetur potius quam personas, aut in personas quidem, sed ratione rerum, nec habent oppositam aliquam proprietatem ratione cuius formaliter distinguntur. Ideoque cùm quo iure quidem vtimur, nullæ iurisdictiones habeantur, nisi iure reali nostra quidem in Britannia, de harum præscriptionibus in totum vt de realibus, & fundialibus statuendum est, & finendi pugnare scholastici authores de eo in l. imperium & l. more. D. de iuris. omnium iud. vbi ea docent, quæ non satis intelligunt ipsi, confusa iurisdictionis potestate, cùm ratione rei aut vero personaliter tribuitur, quorum accidentium non sunt effectus iidem, vt nec origo causæ. Sed de hoc Balb. vbi sup. Itaque & vsus ostendit, indubium esse quod dicimus, *Car de iurisdiction & bailliages on s'approprie comme de fonds d'heritage.*

19 Seruituti opposita est libertas, de cuius ipsius præscriptione summa hæc est receptarum sententiarum, scilicet hic quoque discrimen esse vrbanarum, & rusticarum seruitutum; vrbanas describunt, quæ ædificiis habitandi causa factis debeantur, siue habitatio in vrbe sit, siue ruri, neque enim loco vrbanas aut esse, aut dici, sed qualitate. l. vrbana. D. de verb. signif. Rusticæ sunt, quæ his ædificiis debentur, aut prædiis quæ fructuum reponendorum causa quærantur aut cogendi, & stabulandi pecoris, l. eo iure. §. vlt. D. in quib. caus. pig. vel hypot. Tametsi dominorum equilia pro vrbanis habeant, etiam si ruri sint. d. l. vrbana vbi glos. potest enim eiusdem generis ædificium vrbanum, aut rusticum esse destinatione, & vsu patrisf. quod ibi dicit de hortis vrbanis, & olitoriis. Denominantur autem seruitutes à prædio dominante, non à seruiente. l. 1. D. de seruit. vrb. præd. quam ad hoc allegat. Alb. l. de pu-
20 pillo. §. Sextus. D. de ope. no. nunc. Cæpolla in tract. seruit. vrb. præd. c. 11. Ias. §. æque si inst. de act. Itaque seruitus viæ vrbana est, si prædio vrbano debetur, rustica si rustico. Hoc discrimine posito, cùm de præscribenda libertate agitur, si à seruitute vrbana, non aliter præscribi poterit, quàm si interueniat factum prohibitiuum eius, contra quem præscribitur, text. l. hæc autē iura. D. de seruitut. vrban. præd. vbi Angel. Cast. Flor. Host. Panorm. Imol. Fely. c. de quarta ext. de præscript. Itaque solus non vsus non sufficit ad priuandum quemquam seruitute vrbana, nisi & is qui seruit, facto obstet vtenti seruitute. Alia est diiudicatio rusticarum, quæ per non vsum amittuntur, siue continuæ sint, siue discontinuæ natura, nec quidquam habet seruiens obstare facto vllo suo aut impedimento, quæ ratio est cur in his bonam fidem nō exigant, cùm in superiori casu seruitutum vrbanarum ea necessaria iure quidem ciuili putetur, quæ longa disputatio est Canonist. dict. cap. de quarta, Iurisconsultorum, l. sequitur. §. si viam. D. de vsucap. Cæpol. c. 24. Balbus 4. parte quartæ partis q. 3. 21 Porrò discontinuas natura dixi simplici non vsu pręscribi, regulari spatio decem annorum, aut viginti inter absentes, nec enim in præscribenda libertate in talibus vllum discrimen est continuarum, & discontinuarum, quæ quidem natura tales sunt. Nam quæ constitutione, & conuentione discontinuæ sunt, vt quia alternis hebdomadibus, mensibus, annis ad vtendum concessæ sunt, duplicato regulari decennij tempore, id est, vicennio præscribentur, l. vltim. C. de seruit. & aqua. glos. Angel. Castren. Florian. l. si sic. D. quemadmod. seruitut. amitt. Bald. l. 1. num. 12. C. de. seruitut. & aq. Angel. & Castren. l. hæc autem iura. D. de seruit. vrban. præd. Canonist. d. c. de quarta. Angel. Iaso. Ioan. Fab. d. §. æque si Balb. d. tract. tertia parte quartæ partis. q. 1. Ant. d. c. peruenit. Iure igitur ciuili multum interest in præscribenda libertate seruitutis, sit ne seruitus discontinua naturâ, an verò constitutione, & conuentione. Proinde vt hæc iure ciuili obtineant, tamen iure consuetudinario valere nequeunt, nā cùm eadem, & vniformis sit pręscriptio cōsuetudinaria aduersus pręsentes, & absentes scilicet quindecennij, de vtraque legali decennaria, & vicennaria sumpta, quotiescunque iure ciuili fit, vicennariæ mentio aduersus absentes vicem eius præstare intelligenda est nostra quindecennalis, quæ id idem potest, quod illa legalis, nō est igitur duplicanda nostra quindecennalis, non magis quàm vicennaria legalis, de quo Panor. litigat. d. c. de quarta, & à pluribus ei repugnatur. 22 Consequitur libertatem præscribi in continuis, & discontinuis, siue natura, siue consuetudine, siue constitutione, vno & eodem quindecennij tempore, quod tam aduersus absentes valet, quàm vicennium legale, quia duplicatio fit, sola ratione discontinui vsus, quæ discontinuatio absentiæ comparatur, vt notant. d. l. si sic. & d. l. vlt. C. de seruit. Sed & id quoque notari conuenit in præscribenda libertate, aduersarij scientiam non requiri, & aduersus ignorantem præscribi posse, l. si partem. §. 1. quemadmodum seruit. amittan. & glos. magna. d. l. si sic. Panor. d. c. de quarta. Balbus vbi sup. q. 4. Cæpolla, d. c. 24. Milus repertor. verb. præscriptio iurium.

Seruitutum vero personalium, vt vsus, habitationis, vsusfructus (neque enim plures Angel. agnoscit) in §. æque si. num. 6. & alij in rub. C. de vsufr. præscr. libertatem decennio & vicennio præscribi putant & consentiunt Doct. d. l. corruptionem.

23 Atque ista & hactenus de seruitutibus, siue realibus, siue personalibus iam formatis productis, & creatis, nam quæ tantum promissæ sunt, & in stipulationem, personalémve obligationem deductæ, cùm nōdum natæ sint ante traditionem scilicet, & patientiam vsus, præscribi non possunt, cùm nec dum sint, sed actioni ex stipulatu, & promissione pręscribitur spatio triginta annorum, vt cæteris personalibus omnibus. l. si partem in princip. D. quemad. seruit. amit. glos. & Doct. d. l. corruptionem. But. d. c. peruenit. Balb. d. parte tertia quartæ partis. q. 1. & 5. nec quidquam dici potest desinere antequam nascatur. l. si Titio vsusfructus. D. de cond. & demonstrat.

24 Antequam hinc digredimur, volumus id quoque inqui-

inquirere, an sicuti libertas à realibus seruitutibus, & item personalibus præscribitur, sic quoque existentia sui iuris præscribi possit à filiofam. cōtra patriam potestatem. Et posse putant, si filiusf. sciente, & patiente patre viginti totos annos in possessione sui iuris fuerit sic egerit, sic contraxerit vt paterfamil. patre irrequisito hæc glos. l. 1. verb. diu. & ibi. Bald. & Saly. C. de pat. potest. glos. l. 2. in glos. vlt. C. de præscript. long. temp. Barbat. inter cons. Alex. cons. vlt. vol. 4. Milus in repertor. verb. præscribi an possit liberatio. Hoc idem ex titulo, putatiuo existimant decennio fieri, si forte emancipatio non valuit, nec in iure erratum est, ius quidem consuetudinarium hoc idem tribuit filiofamil. post vicesimum quintum annum separatim à patre degenti articul. 500. aut negotiatori, ex re negotij artic. ord. 754. sed id non vi præscriptionis, quippe tempus 20. annorum in hoc statu exigeretur, sed vi emancipationis tacitæ & præsumptæ, hoc ipso quod pater id patitur.

Sed & liberatas personæ 20. annis prescribitur. l. 2. de prescript. long. temp. quæ pro libertate vbi Bald. Saly.

De libertate vassalagij hoc est exemptione à dominio directo dicemus art. 277. & Bald. tract. 2. parte 4. partis q. 6. Bartol. l. cùm de in rem verso. D. de vsur.

Atque hæ sunt receptiores iuris sententiæ de præscriptionibus seruitutum, & libertatum cuiusque speciei: Tametsi ne his quidem quidquam sine lite trāsigitur. Quæ ego non inseruissem, cùm fere indoctis quoque pateant loci, nisi, quod præcipuum in hac commentatione est, vt ostenderem, quid quaque in re esset iure patrio aliter constitutum, ne quem iuris dispositio falleret.

[g] [Par il.]

Hîc Laurentio Vallæ vapulaturi sint reformatores non obseruata ratione reciproci. Dicendum enim fuit, *par luy*, id est per se, non per, *il*, quod Latinum (illum) representat. Porro per se possidet, qui corpore suo possidet, per alium qui per villicum, actorem, procuratorem, negotiorum gestorem, colonum, œconomum, conductorem, seruum, liberum bona fide possessum, vsufructuarium, precarium aut alium quemcumque possidet, de quibus nos supra. & l. 1. §. adipiscimur, & sequentibus. D. de acq. possess. Bart. l. Pomponius. §. præterea. D. de acq. poss. per eam l. 1. §. si quis precario.

[h] [Ses predecesseurs.]

Prædecessores & decessores media iurisprudentia appellauit. Ioan. And. c. qui in aliquo lib. distinct. Fely. c. quia v. ext. de iud. Quæ voces tam singulares quam vniuersales auctores significare possunt, l. fluminum, §. adiicitur. D. de dam. infect. l. 1. §. illud. D. quor. legat. l. super. longi. C. de præsc. long. temp. Alex. & Ias. l. quidam §. nihil. D. de edend. Hic de vniuersali auctore dici intelligendum, quia particularium sua expressio sequitur verbo sequenti.

[i] [Ou autres.]

1 *Locus de accessionibus possessionum tractatur latè.*
2 *Accessiones quid sunt.*
3 *Accessione temporis nemo vtitur, à quo causam non habet.*
4 *Accessio datur ex restitutione rei per sententiam.*
5 *Accessione vti non potest qui non possidet.*
6 *Accessio non datur possessione interrupta.*
7 *Accessio vitiosa possessionis ad aliam non datur.*
A 8 *Fallit in præscriptionibus longissimis.*
9 *Vitia realia perpetuo inficiunt possessiones.*
Accessiones vitiorum non dantur successoribus vniuersalibus. ibid.
10 *Successor singularis à se incipiendo præscribit.*
Præscriptione bona fide incœpta de hæredis bona fide non curatur. ibid.

Accessio.
11 *Approprimentorum datur ex eodem titulo.*
12 *Non datur in beneficialibus.*
13 *Datur redhibita.*
14 *Datur contractu resoluto ex conuentione.*
15 *Datur retrahenti consanguineo.*
B 16 *Datur ex legato.*
17 *Datur ex dote.*
18 *Datur ex contractu rescisso.*
19 *Datur donatario.*
20 *Datur ex venditione tutoris.*
21 *Datur ex venditione.*
22 *Datur ementi ex cridis.*
23 *Datur ex precario.*
24 *Non datur vero hæredi eius possess. quæ apud putatiuum fuit.*

25 *Præscribens habere censetur titulum, ab eo qui tradidit.*

C

Cum duæ omnino auctorum qualitates dici possint, particularium scilicet, & vniuersalium, hic de particularibus agit: Nam vox alius diuersam qualitatem implicat à priore expressa. Sed vtriusque qualitatis æquè datur accessio in possessionibus ad præscribendi quidem effectum & vsum, & ad approprianđum. Atque hic locus omnino exigit, vt de possessionum accessionibus dicamus, & quæ quibus accedant ad perficiendas præscriptiones, eóque magis, quod sparsa in iure materia nusquam certas sedes habet, regulas quidem perpaucas: Et si posterior iurisprudenD tia, theses quasdam de hypothesibus vulgato scholæ more deduxit, non inutiliter id quidem, & si ferè præter scriptum. De accessionibus, inquit Iurisconsultus, nihil generaliter, nec in perpetuum diffinire possumus consistunt enim in sola æquitate. leg. de accessionibus. D. de perpet. & temp. præscript. & leg. penult. eod. titul. Accessiones, inquit, tam latè accipiendæ sunt, quàm verba eorum patent. Tribuuntur autem his, qui in alienum locum succedunt ex contractu, aut vltima volūtate: Ex quo intelligitur ea de re nihil esse regulis quidem à Iurisconsultis diffinitum. Accessio- 2 E nes Iurisconsulti appellant continuationes possessionum, quæ fiunt inter priores, & posteriores possessores, cùm posteriores à prioribus causas habent: Ex quarum possessionum coniunctione præscriptiones per lapsum temporis à iure diffiniti perficiuntur, quod gloss. dixit leg. Pomponius. §. cùm quis. D. de acquir. possess. quæ eadem adminicula Iurisconsultus appellat. Porro quod de auctoribus dicimus immediatis, eadem de mediatis intelligi cōuenit, hoc est de auctoribus auctorum, quorum possessiones & ipsæ ad præscriptiones proficiunt, eodem accessionum iure, quod Francis. Areti. not. d. l. Pomponius. §. quæsitum nuF mer. 14.

Colligendæ igitur sunt hæ theses, siue regulæ, cùm de accessionum iure quæritur.

Prima, neminem vti accessione alienæ possessionis 3 eius, à quo causam non habet d. l. Pompon. §. si liber homo, & Baldus casum ponit cons. 159. lib. 3.

Huius regulæ limitationem adiiciunt perquam notandi casus, cùm scilicet reus actori rem vt suam vendicanti restituere damnatus est sententia, re enim restituta dari victori accessionem eius temporis, quo 4 res apud reum damnatum fuit d. leg. Pomponius. §. si

liber homo & §. si iussu, vbi fusè Alexand. numer.16. A
Hîc enim duo obsunt præscriptioni, & accessioni.
Primum quod actor à reo causam non habet, ideó-
que cõtra regulam. Secundum quod hæc interruptio
naturalis videtur; ideóque potius agendum videri de-
beat aduersus reum ad damna, & interesse, quam ac-
cessio dari ex l.vlt. D. de eo per quem fact.erit. Itaque
non sine ratione esset, quod contra responderetur: Et
ita interruptio in damnorum æstimatione aduersus
reum damnatum veniret potius quam accessio posses-
sionis aduersus extraneos præsertim, quare & distare
videri poterat d.§. si liber homo, & l. si à te §.vlt. D.
de excep. rei iud. Sed tamen hoc casu contra statui- B
tur præsupposita sententia propter auctoritatem rei
iudicatæ, speciali scilicet causa, contra receptas alio-
qui regulas, quod Ang. notat. d. l. si à te Alex. Are.
Fulg. Abb. d.§. si iussu Bald. omnino cons. 159. incip.
super eo quod quæritur lib.3. Gomes. in reg. de annali
quæst. 177.

5 Secunda regula: eum qui ipse non possideat, ac-
cessione possessionis alienæ vti non posse d. l. Pom-
ponius. §. accessiones. l. in vsucapionibus. D. de per-
pet. & temp. præsc. quare ei, qui vt colonus posse-
dit, non datur accessio eius, quod suo nomine velit C
possidere.

6 Tertia, si medio tempore inter autorem & reci-
pientem possessionem ea apud extraneum fuerit, non
dari accessionem prioris possessionis ad posteriorem,
propter medium inhabile, & interiectã alienam pos-
sessionem d.l. Pomponius §. quęsitum. vbi Bart. Alex.
Ias. Fulgos. Alex. cons. 83. vol.2. & l. cùm hæredes. D.
de acq. possess. vacua tamen, id est, quæ à nemine in-
sessa esset, præscriptionem non interrumperet, nec
impediret coniunctionem extremorum sequuta con-
tinuatione accipientis. Bald.d.cõs. & Gomes. vbi sup.

7 Quarta, vitiosæ possessionis ad aliam vitiosam non D
dari accessionem in præscriptionibus quidem longi
temporis d. l. Pomponius. §.vlt. Veluti violentæ ad
alteram violentam, aut clandestinam; etsi fallit id in
longissimis 30. aut 40. annorum, in quibus quælibet,
& quantumlibet vitiosæ possessiones proficiunt, quia
nec bonam fidem, nec titulum requirunt, quod illi
ipsi auctores nuper citati docent d. §. l.vlt. & Bart.
illa ipsa l. §.cùm quis Pet.Ferrar. in pract. Papiensi in
forma positionũ actoris, verb. item quod Antonius,
& hic tex. expresè decidit hîc in longissimis dari ac-
cessiones, quod secũdum naturam huius præscriptio- E
nis intelligendum est, quæ quamlibet possessionem
admittit.

8 Sed nec vitiosæ ad iustam datur accesio. §. ex
facto. §. diutina inst. de vsucap. & d. §. vlt.

9 Sed tamen in diiudicatione talium possesionum,
quæ quibus accedere posint, aut debeant, duo pri-
mum spectanda sunt, cuiusmodi scilicet vitia posses-
sionum dicantur, tum qualitates succesionum. Nam
cùm possesionum vitia ante realia, & personalia po-
suerimus, hoc constare debet, vitia realia perpetuo
possesiones inficere tam in personis auctorũ, quàm
successorum: Ideóque in pręscriptionibus longi tem- F
poris talium accesiones dari imposibile esse, iure
quidem ciuili. Nam consuetudinario iure diuersum
obseruari docuimus, fusa demonstratione, suo loco,
nec vlla auctorum vitia nocere successoribus patrio
iure ex artic.185. Sicuti nec iure ciuili in longissimis.
Sed cùm vitia personalia dicuntur, accesiones dari
negant successoribus vniuersalibus quidem, quia suc-
cessores sunt vitiorum, & culpæ defunctorum; de sin-
gularibus successoribus repugnatũ, quia antiqui præ-
scriptiones admittebãt, si tales successores à se vellent
incipere non vtendo accesione auctoris vitiosa, quod
Canonistæ etiam data vniuersali succesione probãt.
c. vlt. ext. de præscr. & nos docuimus in loco de bona
fide. Sed antiquorum sententia quibusdam damnata
videtur per auth. malæ fidei. Cod. de præscript. long.
temp. Plures negant impediri præscriptionem singu- 10
laris successoris, si quidem à se incipiat ex vitio auto-
ris personali: Idque Canonistæ imprimis docẽt, tum
alij l. vitia. C. de acq. poss. vbi glos. l. an vitium. D.
perpet. & temp. præscr. & litigant Bart. Ang. Alb.
Alex. Aret. Fulgos. Ias. Lud. Rom. d. §. cùm quis &
§.vlt. glos. l.vlt. C. de vsucap. pro empt. & l. 2. eod.
tit. leg. vlt. C. communia de vsucap. quæ glossæ in sin-
gulari successore à se incipiente admittũt præscriptio-
nem, sed sine accessione defuncti, l. cum hæres. D. de
perp. & temp. alij repugnant, Iurisconsulti quidem è
contra cœpta à defuncto pręscriptione bona fide nus-
quam de fide hæredis qualis sit inquirendum putant,
quod Alex. ait & Ias. d. §. cùm quis. Pract. Pap. vbi
sup. Sed iure consuetudinario dantur haud dubiè ac-
cessiones quarumcũque possessionum in auctoribus.
Minus dubij si successor singularis à se incipit, & con-
tractum suum banniat aut promulget, aut quinde-
cennio integro possideat, tum enim à se incipit, nec
vlla accesione nititur, & facto præscribit aut appro-
priat; sed superiori casu cum auctor malæ fidei bien-
nio possedit, aut alio tempore, & successor tempus
quindecennij perficit iure quidem ciuili in vniuersali
successore non procederet præscriptio, in singulari
successore ne id quidem dubium esset, si accesione
auctoris vti vellet non procedere, sin nollet & à se in-
ciperet, hic lis iuris Romani. Nos qui bonæ fidei ne-
cesitatem exclusimus, approprimentum admitten-
dum putamus.

Proinde sicuti nos possesionum accesiones ad- 11
mittimus, ita & bannimentorum recipimus vsu. Ita-
que si autor vnum bannimentum fecerit, & successor
duo, & post modum certificauerit, approprimenti so-
lemnitas cõsummatur, si modo ex eodem titulo fiant
bannimenta: Nam ex diuersis titulis non procederẽt,
nisi suum cuiquam approprimentum applicaretur in-
tegrum quod valde notari conuenit. Nam aliud est
illum vel illum titulum bannire ad effectum appro-
priandi, quod ante demonstrauimus, cum inquisiui-
mus an ex pluribus titulis præscriptio posit proce-
dere.

Atque hactenus in profanis. Nam in beneficialibus 12
negant dari accesiones possesionum, quia prouisi
titulum non habent à prædecessore, sed nouum à col-
latore, quod glos. dixit verb. vacantium extrauag.
suscepti, sed vacant, vbi Guliel. de Montelaud. Ioan.
And. c. ex parte. ext. de arb. & c.2. vt lite pend. in 6.
Milus in repet. verb. successor. Ioan. Monach. d. c.2.
Gomes. in reg. de annal. q.63. & reg. de triennali q.13.
& 14. vbi inquirit an successor in beneficio de annali
aut triẽnali possesione auctoris posit excipere, quod
negat Gomes. d. q.13. etiam in subrogatis in omni re-
signantis iure q. 14. Cuius contrarium tamen sensit
Staphyl. tit. de vi & effectu claus. cap. incip. succesi-
ue, Ripa. lib.1. respons. cons.17. & glos. pragmat. in
tit. de pacif. verb. possedit. Rota decis.13. tit. de Pro-
cur. in nouis.

Sed quo magis regulæ superiores ad suas species
applicatæ inclarescant, volumus eos quidem casus, &
species hîc inserere, de quibus certa extant Iuriscon-
sultorum responsa.

Si igitur res vendita ab emptore venditori redhi- 13
bita sit, resoluto contractu, & re retradita venditori
ad complendam præscriptionem datur accesio eius
tempo-

temporis, quo res apud emptorem fuit d. l. Pomponius. §. præterea.

14 Similiter resoluto contractu ex conuentione in retractu conuentionali, aut pacto legis commissoriæ, aut adiectionis in diem, datur retrahenti accessio eius temporis retrahenti, quo res apud emptorem fuit. Doct. d. §. præterea Bald. l. 1. C. de vsuc. transfor.

15 Nec dissimilis conditio retractus legalis, aut consuetudinarij, quia legis potestate fit translatio iuris in retrahentem talis, tantique, quale apud emptorem, & venditorem fuit. Imo veluti sublato de medio emptore, ius ab venditore immediatè in retrahentem trāsit, & omnes actiones de euictione non minus competūt retrahenti quam emptori. Dantur igitur & hoc casu possessionum accessiones dict. §. præterea.

16 Sed & is cui res à testatore legata est siue purè, siue sub conditione, ea existente vtitur accessione ex persona testatoris, & hæredis, quamuis ab hærede causam non habeat: Sed & vacantis quoque hæreditatis l. Pomponius. §. sed & legatarius. D. de acq. poss. glos. l. id tempus. D. de vsucap.

17 Sed & si res à muliere doti data sit, quo iure dominium in maritum olim transibat. l. in rebus. C. de iure dot. soluto matrimonio & re ad mulierem reuersa, datur eius temporis accessio quo res apud maritum fuit dict. leg. Pomponius. §. in dotem. Iure nostro & dominium, & possessio dotis apud mulierem manent.

18 Rescisso contractu ex aliqua causa, siue conuentionali, siue legali, datur accessio ei ad quem ex rescissione reuertitur; de quo illi in d. §. præterea. Nec enim resolutio est nouus titulus, cùm fit ex causa de præterito, quod rectè Aret. notat. dict. leg. Pomponius in princip. Bald. l. 1. C. quand. lic. ab emptio disced. Secus cùm ex noua causa fit, quo tamen ipso casu non minus datur accessio, veluti ex secunda venditione, & mediata.

19 Donatario quoque datur accessio temporis, quo res ab donatore possessa est d. §. sed legatario.

Tutore vendente datur accessio pupillaris possessionis l. si seruus. D. de acq. poss. l. qui fundum. §. si
20 tutor. D. pro empt. l. in vsucapionibus. §. item danda. D. de diuers. & tempor. præscript. Sed & rescissa venditione ex nullitate decredi, dabitur accessio temporis, quo res apud emptorem fuit, quod notauimus sup. d. §. præterea. Quod generaliter in omnibus rescissionibus statuendum est.

21 Sed penè inutile est admonuisse dari accessionem eius possessionis, quæ apud venditorem fuit d. l. de accessionibus id tempus. D. de vsucap. si modo ante venditionem venditor possidebat l. dolus. §. 1. D. de contrah. empt. l. 1. vers. cùm autem. Cod. de vsucap. transfor. l. 2. §. emptori. D. pro empt.

22 Sed & ex auctione ementi datur accessio eius temporis, quo res apud debitorem fuit, qui pro venditore habetur, Itidem & eius temporis quo res apud curatores, id est, commissarios fuit pendentibus cridis (vt loquuntur) quod alibi fusè docuimus, & d. l. de accessionibus in fin.

23 Sed & qui precario dedit, finito precario recuperata possessione, accessione vtitur d. l. Pomponius. §. si is qui precario.

Ex quorum casuum similitudine decidi alij complures possunt, cùm se offerent.

Sed tamen vero hæredi non datur accessio eius possessionis, quæ apud hæredem putatiuum fuit l. &
24 non tantum. §. 1. verb. ab hærede, vbi Angel. D. de petit. hæred. Itaque si veluti proximus hæres manum sibi leuari de hæreditate obtinuerit, & ex ea causa

A octennio, aut decennio possederit, repertto postea propinquiore hærede, si res quædam aliena in hæreditate reperiatur, id octennium, quo res apud non verum hæredem fuit, non accedet vero hæredi ad perficiendum quindecennium, nisi quidem vno casu, si ille propior hæres sententia hæreditatem restituere iussus est, ex d. l. Pomponius. §. si iussu, quod ante in prima regula docuimus: Etiam si solutio debiti hæreditarij tali putatiuo hæredi facta, debitorem liberaret l. solemnibus. Cod. de rei vend. l. forma censuali. §. si cùm ego. D. de cens. Locus apud Tiraq. in retract. §.
B 1. glos. 10. num. 30.

Atque de accessionibus hactenus, non inutiliter vt spero, quæ nusquā vno loco Iurisconsulti tradidêre.

Sed enim cùm hîc dicatur auctorum iura prodesse successoribus, quod etiam ius Romanum in vniuersum statuit l. emptori. C. de euictio. vtiliter quæritur à quo præscribens causam habere videatur, an ab suo auctore scilicet à quo rem ex traditione accepit, an verò à vero Domino, cuius res fuit propria, & aduersus quem effectus præscriptionis solum operatur. Et recepta est sententia ab eo habere videri qui tradidit,
non à vero Domino, tex. l. si extraneus. D. sol. mat. l. 25
C si alienam. D. de donat. caus. mort. Balb. in præscrip. prima parte tertiæ partis quæst. 12. Cuius decisionis vsus esse potest in multis casibus.

[k] [DONT IL A CAVSE.]

Id est, *cession ou transport à tiltre vniuersel, ou particulier.* Et si vniuersale ius plenius est d. l. Pomponius. d. §. quæsitum, tamen singulare idem efficit d. l. dolia. & d. l. id tempus, & d. l. emptori. Contrario sensu, nemo accessione eius vtitur, à quo causam non habet, excepta iudicati causa, quod ante in prima regula
D documus.

[l] [PAR L'ESPACE ET LAPS.]

Computatio vero fit à die apprehensæ possessionis vsque ad consummatum diem vltimum quadragesimi anni, quæ natura est earum præscriptionum, quæ sine titulo currunt l. in vsucapionibus. D. de vsucap. l. in vsucap. D. de diuers. & tempo. præscript.

[m] [QVARANTE ANS.]

E 1 *Præscriptio quadraginta annorum.*
2 *Præscriptio quadragenaria omnia præscribit.*
Præscriptio centenaria Consuet. exclusa. *ibid.*
3 *Præscriptio immemorialis sublata.*
4 *Præscriptio cœpta sed non completa ordd. tempore, quomodo perficiatur, latè.*

Decurtata est præscriptio ab reformatoribus totis 1
annis viginti, cùm in veteri c. 254. sexaginta annorum esset, in qua quadraginta quinque annorum veram possessionem probari oportebat, & aliorum quinde-
F cim, *de euidance & de croyance, comme ils disoient.* Sed in 2
tam breui hominum vita contrahi etiam præscribendi tempora par fuit. Hoc igitur tempore quæcumque tandem res, aut ius præscriptibile est, præscribitur sine exceptione: Quæ has metas effugit in totum præscriptibilis non est, hæc absolutum & plenum ius acquirit, & æternæ auctoritatis proprietatem, sicuti 3
ex l. omnes. Cod. de præscript. 30. anno. Quare nemo posthac centenariam, aut immemorialem iuris Romani mente repetat in iure cōsuetudinario, quod nullam aliam agnoscit, & cæteras omnes externo iure inductas sepeliisse, æterna obliuione putanda est.

Quod idem & ſtante ſtatuto tali è Iuriſconſultis putauit bonus iuriſconſ. Salyc. l. querelam. Cod. de falſ. Caſt. l. cùm poſt. C. quand. de pec. act. & quos memorat Bald. 4. parte 4. partis. Et ſi ſcio vulgus ſcholaſticorum auctorum ſuo iuri affixum diuerſum tradere, ne centenarias tolli putent, niſi expreſſa diſpoſitione, quorum iudicia probanda non ſunt iure patrio, quod ſemel & abſciſſe de ſuo ſtatuit quid vellet, nec externum ius putauit eſſe tãti vt expreſſa diſpoſitione opus eſſet. Quare pragmaticorum incogitantia eſt, quod quotidie in foro abolitum externum ius centenariæ, aut immemorialis temporis recinunt in præſcriptionibus ſeruitutum diſcontinuarum, aut regalium, aut decimarum, aut talibus quæ à iure Romano repetunt, cùm pro talibus quadragenaria ſufficiat, nec vlla longior requirenda ſit ab peregrino iure, cùm ſuum ſibi maiores noſtri, & conſenſus populi, & ordinum ſtatuerint, & probauerint. Quidquid hanc effugit impræſcriptibile eſt, vt legata, art. ſeq. Quidquid præſcriptibile huic ſuccumbit. Itaque quotieſcumque cõſuetudo rem impræſcriptibilem vult reddere, quod aliquoties facit, & locos alibi notauimus, his verbis vtitur, *nonobſtant longue tenuë*, quo verbo ſuam quadragenariam indicat, qua longiorem nullam agnoſcit. Nec moror ſententias ſcholaſticorum ſcriptorum, qui de iure externo, regnorum & prouinciarum ſtatuta metiuntur, quibus iam fere nemo tenetur, vi legis quidem.

4 Sed hic caſus quidam occurrit non infrequens vſu, de quo fortaſſe non omnibus in promptu fuerit ſtatuere. Fuit ante reformatam conſuetudinem, anno ſcilicet, 1539. præſcriptio immobilium, annorũ ſexaginta, vt ante docuimus, quæ per reformatam contracta eſt ad annos 40. Proponitur præſcriptio quædam cœpta ante reformatam. Dubitatio eſt qualem præſcriptionem ſequi debeamus, veteris, an reformatæ, quia vulgatum ſit theorema, leges ſuperuenientes poſt actus cœptos futuris dare formam negotiis, nec de præteritis ſtatuere. De quo nos ante diſſeruimus, in loco de interruptionibus, cùm de ord. Regis Caroli ſumus loquuti, quæ de peremptione inſtantiæ ſtatuit anno 1564. & quid preteritum, quid futurum dici debeat, docuimus: ne hîc neceſſe ſit repetere. Vnde liquere poteſt, quæ pręſcriptiones anno 1579.

A conſummabuntur poſt quadrageſimum annum à die reformatæ conſuetudinis, omnes actiones dominiorum excluſuras propter totius pręſcriptionis tempus, poſt reformationis datam (vt loquuntur) decurſum. Sed hoc tempore, id eſt, anno 1573. quo nulla dum talis præſcriptio expleta dici poteſt, dubitatio eſt non improbabilis, quæ tẽpora ſequamur. Veluti ſi cœpta ante reformatam præſcriptione, iam quinquennium erat lapſum ſupererant tempore reformatæ, ad veterem anni quinquaginta quinque, ad nouam triginta quinque. Quid igitur ſequimur? nouam à tempore reformationis, an veterem à quo tempore cœpta eſt præſcriptio? Mihi non ſine ratione ſequenda videtur proportio temporum, vt quæque conſuetudo vetus, & noua pro præſcriptione, ante nouam cœpta

B obtineat proportione arithmetica, pro ſuo tempore. Cùm igitur reformata de veteri detraxerit tertiam temporis partem faciendo quadragenariam, quæ ante erat ſexagenaria, de eo tempore, quod de veteri reſtabat, in caſu propoſito, id eſt, quinquaginta quinque virtute nouæ detrahenda erit pars tertia, id eſt decem & octo anni cum quatuor mẽſibus, is enim numerus ter in ſe ductus 55. facit. Erit ergo id ea pręſcriptione, de qua quinque anni lapſi erant tempore reformatæ, tempus conſummandæ eius poſt reformatam, triginta ſex annorum cum octo menſibus, vt ſic detrahatur tertia veteris tẽporis per reformatam, quod diximus eſſe decem, & octo annorum cum quatuor

C menſibus. Hanc proportionem in ſimili caſu ſequuta eſt gloſ. in l. ſcimus. §. ſubſcriptionem verb. conſummationem. C. de iur. de lib. & Panor. ſimile aliquid arguit. c. vlt. num. 36. ext. de pręſcript. & Saly. auth. malæ fidei, num. 6. C. de pręſcript. long. temp. & nos diſſeruimus in artic. 266. verbo: *Et il en ait fait vne bannie*, ſup. Sed vereor, quia de ea re nihil ſit ſpecialiter à Conſuetudine cautum, ne facilè obtineri poſſit in iudicando, & ſi magna ratio pro hac ſentẽtia facit. Sed ſcio non de futuros, qui ſcripto affixi totos reformatæ quadraginta annos deſideraturi ſint, ne quid ante id tempus pręſcriptum dici poſſit odio preſcribentium in longiſſimis præſertim, cùm tamen fauorabiles præſcriptiones ſint, vt litium finis futuræ, & bono publico inductæ. Sed hac in re vnumquemque in ſuo ſenſu abundare facile patiemur.

Article CCLXXII.

Artic. CCLXXXIIII. Novae Cons. Par cinq ans, ſ'il n'y a obligation, lettre, ou promeſſe par eſcrit.

HOSE[a] mobiliaire ſe preſcript par le laps, & eſpace[b] de dix ans.

R*Es[a] mobilis præſcribitur[b] lapſu decennij.*

Chose mobiliaire.

1 *De fructuum præſcriptionibus.*
2 *Malæ fidei poſſeſſor fructus omnis generis reſtituit.*
Bonæ fidei poſſ. à die litis conteſtatæ. ibid. & num. 3.
4 *An perempta inſtantia fructus reſtituuntur, &c.*

1 Quid hac appellatione continetur extat copioſa tractatio Tiraq. §. 1. tit. de retract.

De fructibus vtilis inquiſitio, quanto tempore præſcribantur, an communi mobilium præſcriptione, & illo ipſo tempore quo res ipſæ quibus accedũt, an etiam alio: Neque res hæc valdè adhuc aduocationi videtur in foro nota. Vulgata eſt diſtinctio fructuum induſtrialium & naturalium in l. & gloſ. l. ex diuer-

D ſo. D. de rei vend. & l. certum. C. eod. induſtriales ſcilicet bona fide acquiri exceptis quidem duobus caſibus ſi extant, aut locupletior factus eſt poſſeſſor: Naturales ſemper vendicari cum extant, aut condici cum ſunt conſumpti. Nam malæ fidei poſſeſſores ſine diſtinctione omnes reſtituunt, tam ex iure quam ord. anni 1539. Hanc diſtinctionẽ alibi diximus foro ſubla- 2
tam vſu, inductúmque ſublato diſcrimine, vt omnis generis fructus ab malæ fidei poſſeſſore à tẽpore malæ fidei reſtituerentur, à bonæ fidei, à die litis cõteſtationis: Hoc ſimplex diſcrimen fori. Quid igitur, ſi quo caſu reſtitui debeant illo quidem iure, veluti cùm induſtriales extant, vel locupletior factus eſt poſſeſſor. Recepta ſentẽtia tales præſcribi admiſit triennio l. 4. §. fructus vbi Bart. Angel. Imol. Caſt. Raph. D. de vſucap.

vsucap. Itaque (mirum dictu) hic possessor damnatus rem restituere fructus non restituet, etsi triennio possederit etiam extantes veluti siliginem, & tales fruges non restituet, etiamsi eadem actione, vendicatione, condictione, vel officio iudicis vt accessiones petantur, quæ actiones, etsi personales sint, atque ideo 30. annos duraturæ, tamen veluti simplices mobilium vendicationes arctantur ad triennium, quod Cast. ait d.l. §. fructus. Hic consensus scholasticorũ omnium, quem & Bart. milies vsuuenire ait, vt practicetur l. 3. vbi Bald. & Alex. Cod. quod met. caus. & quos fusè
3 congerit Tiraq. in retract. §.1. numer. 17. Sed tamen cùm domũ veneris rarus eius dicti vsus erit, propterea quod (vt diximus) sublato fructuum discrimine, & traditione certa, nostris quidem tribunalibus, quod bonæ fidei possessor quilibet, & quoslibet suos faciat perceptione à solo, nihil illi opus est præscriptione triennali, cum sola perceptione acquirat: Malæ fidei possessor omnes restituat, nec præscribere possit. Hac simplici diuisione non relinquitur, vbi vsum habeat præscriptio, nisi cum per contestationem inducitur mala fides aduersus bonæ fidei possessorem, atque ex eo tempore, & ex ea causa solet condemnari posses-
4 sor ad fructus, à tempore scilicet litis contestatæ: Hoc casu eueniet, vt si à contestatione in lite cessatum sit, atque ita perempta instantia, effectus malæ fidei per contestationem inductus, quæ ideo mala fides interpretatiua dicitur, euacuetur, & ad nihilum recidat, ideóque nec post contestationem fructus percepti restituantur. Hæc sentẽtia vera est, etsi eam quidam in l.2.C. de fruct. & lit. expen. vellicent, plures confirmant, & vsus retinuit. Cuius argumenti aresta citat Tiraq. vbi sup. & nos alibi attigimus. Sed id intelligendum, vbi mala fides ab contestatione inducitur contra eum, qui ante bonæ fidei fuisset. Nam nullum tempus excusat à talibus eum, qui fuit id positiua mala fide, quin teneatur ad eorum restitutionem, quia illi debentur non ratione litis, aut interruptionis per litem, sed à iure ex eo quod alieni sunt, & de re aliena percepti ab sciente rem alienam, quos eum non est æquum lucrari. In his enim non curatur contestatio quin debeantur, etiam si nulla interuenit: Hæc comprimis animaduersione digna sunt. Atque ista quidem de fructibus separatim consideratis: Nam re ipsa præscripta vnde sunt percepti, ipsi quoque præscripti intelliguntur accessoriè, ita vt si hodie præscriptionem rei consummauero, fructus etiam nudius tertius percepti præscripti intelligantur, quod Bald. persequitur l. eos C. de vsur. Cast. d. §. fructus, idque dicit esse mirãdum quiddã, & re vera si per se separatim fructus considerarentur, non congrueret cum ordinariis regulis præscriptionum.

a [MOBILIAIRE.]

1 *De mobilium præscriptionibus, latè.*
2 *Mobilium præscriptiones non mutãtur foro Ecclesiastico.*

1 Veteri Consuetudine nil erat, quod sciam, de mobilium prescriptione constitutum, tametsi de actionibus personalibus ad mobilia statuebat artic. veteris. 256. Sed omnes regni Prouinciæ de eo cauerũt, quos Boër. de suis Biturigibus testatur in cons. Biturig. tit. de præscript. §.8. & de suis Pictonibus Imbertus in Enchirid. verb. vsucapio. Est tamen perquam veteris instituti vsucapio mobilium, quippe quæ ab ipsis XII. tabulis, & iuris Romani incunabulis originem, & auctoritatem habet. Fuit vero illo iure anni, vt immobilium biennij, quæ prescriptiones ad Ciceronis, & Plinij secundi tempora durarunt Romæ, Iustiniani

A seculo immutatæ, quas ille innouat in tit. de vsuc. transf. cùm Vlpiani etiamnum institutiones c.19. valuisse sua ætate annalem, & biẽnalem præscriptionem testentur. Est vero vtiliter ea de re à reformatoribus hoc articulo constitutum. Sed cur decennium statuerint, cùm triennium iure ciuili esset constitutum, & *Quinquennium art. 284. N.C.* cæteras ipsi præscriptiones contraherent, non est facile ariolari, cùm ipsi etiã Põtifices, & Canonistæ, qui 2 regulares prescriptiones immobilium valere aduersus Ecclesias non patiuntur, sed suas sibi finxerunt proprias. c. de quarta, hanc ipsam triennij nouerint in rebus Ecclesiasticis, quam valere patiuntur. Panor. B & Imol. in c. 1. ext. de restit. in integ. & quos ibi memorant. de quo Balb. in præscript. 1. parte quintæ partis in princip. numer. 10. fal. 1. & iure ciuili auth. quas actiones.C. de sacros. Eccles. & quæ ibi Ias. allegat & Saly. & si de fisco aliud statuant. §. res fisci inst. de vsucap. Si quæ ratio prorogati temporis dici potest ab reformatoribus, ab eo sumenda est, quod titulus in ea non exigitur, nec bona fides, cùm vtrumque in legali triennali sit necessarium. Ideóque nec contestatione quidem interrumpi possit nisi effectu, vt ante in loco de interruptionibus demõstrauimus l. more. D. C de rei vend. Plato quidem lib. 12. de legibus vsucapionem statuit anni, & triennij in vrbe, in agris quinquennij, & decennij, provt clandestina, aut publica fuit possessio. Est ista mediæ iurisprudentiæ vsucapio, quam vocem ad mobilia contraxerunt, cùm ante vetustissimis autorum pro præscriptione mobilium, & immobilium promiscuè vsurparetur, quod glos. notat l. 3. D. de vsucap. in princip. & inst. de vsucap. in princip. & alibi sæpe.

A qua præscriptione ex l. 12. tab. & sequuta Attinia, res furtiuas excipiebant iure ciuili longa commemoratione præsertim l. sequitur. D. de vsucap. Sed D hunc scrupulum iure consuetudinario sustulimus in loco de vitiis possessionum, sublata in totum vitiorum realium differentia, & vsu.

b [DE DIX ANS.]

1 *Hæc præscriptio nec titulum nec bonam fidem exigit.*
2 *Præscriptio mobilium quæ in actionem deductæ sunt.*
3 *Actio personalis quæ, & actio realis, & de earum præscriptione.*

Hæc consuetudo nec tituli, nec bonæ fidei me- 1
E minit: Ideo quod illa non exigit, nec nos exigimus, ne simus sapientiores lege; atque in suis terminis solo lapsu decennij currere eam patimur, & perfici. Tempus autem consummatum esse oportet, & diem vltimum cõpletum, quod in omnibus exigitur, quæ sine titulo currunt l. in vsucapinibus. D. de perp. & temp. præs. Alioqui iure ciuili contrarium accideret, quia talem sine titulo non admittit: ideo in eo cœptum esse diem sufficeret d.l. in vsucapionibus.

Proinde cùm hic res mobiles præscribi audis, intellige de rerum ipsarum præscriptione, & vendicationibus quæ pro his dantur, aut actionibus ad exhi- F bendum vendicationum præparatoriis, quia rei præscriptio necessario vendicationem excludit. Sed si res 2
mobilis in actionem deducta sit per conuentionem, stipulationem, aut promissionem, de hoc casu textus hic statuere non intelligitur, sed vetus statuebat, d. c. 256. Et pertinet hic casus ad personalium actionum præscriptiones tricennarias, quod vetus expresserat: Siue enim mobile, siue immobile in promissionem deductum sit actio personalis producitur, quæ natura sua triginta annorum est, nec pauciorum, qualecũque id sit quod in eam deducitur, neque enim materia

conuentionis actionem talem esse prestat, sed factum, & promissio personalis, nec res in promissionem de-
3 ducta, sed titulus actionis spectandus est. Itaque sicut nemo per promissionem personalem ius in re consequitur, nec vendicat, nec alium persequi potest, quàm promittétem (quod vulgo dicimus actioné personalem de fundo fundú nó sequi) sic nemo rem suá propriam per actionem parsonalem persequitur, sed védicat directo, citra vllam præsuppositionem obligationis personalis, aut promissionis quod vulgò dicitur, neminem rem suam condicere nisi à fure. Ergo quod quisquam mobile in stipulationem deduxerit, non ante trigesimum annum præscriptione amittet, nec de eo casu hic articulus statuit, sed de vendicationibus tantum. Quo sensu accipiendú est, quod vulgo dicere solent, & Tiraq. recitat in retract. §. 1. glos. 7. num. 2. actiones competétes ad res mobiles præscribi
A triennio, ad res immobiles decennio ex. §. 1. instit. de vsucap. Bald. l. non ante. C. quib. non obst. lóg. temp. præsc. quorum vtrumque de vendicationibus intelligitur, & dominij restitutoriis. Nam de personalibus vtrumque falsum esset, in quibus l. sicut. C. de præs. 30. annor. suam vim obtineret, id est, tricennaria præscriptio. Enimuero cùm personales dicimus, intelligimus eas quæ germanè tales sunt, id est, ex cóuentione, & promissione: Nam si quæ citra consensum ab lege introducuntur, vt condictio furtiua, eas nos reipsa præscripta tam excludimus, quam reales, & vendicationes omnes hoc decennio. Tametsi iure ciuili tales regularia personalium tempora obseruant: Sed nos de personalibus natiuis veris, & germanis loquimur, quæ etsi legales sunt, iure tamen cósuetudinario non eodem iure habentur in præscribendo, vt infra dicemus. §. seq.

ARTICLE CCLXXIII.

ARTIC. CCLXXXV. NOVAE CONS.

ACTION[a] personnelle se prescript par l'espace de trente ans[b] excepté des legats[c] des testamens, que[d] celuy à qui les legats sont faits, ou[e] celuy qui le represente,[f] à son action à tousiours,[g] nonobstant longue tenuë ne temps,[h] pourueu qu'il ne fust sçauant du legat, & on ne feist[i] preuue de sa sçauance, &[k] s'en purgeroit par serment s'il estoit requis.[l] Et le serment fait, luy compete action dudit legat,[m] sauf les raisons de partie aduerse.

[a] *Actio personalis præscribitur spatio annorum triginta,[b] exceptis legatis,[c] testamento relictis quorum nomine[d] legatarius,[e] aut qui illius personam repræsentat,[f] perpetuam habet actionem,[g] nec longissima possessione excluditur, aut tempore[h] modò sciens legati non esset, & illius[i] probaretur scientia de[k] qua purgare se præstito iureiurando necesse haberet, si ab eo exigeretur, &[l] dato iureiurando illi legati competit persecutio:[m] illibata tamen diuersæ partis exceptione manente.*

1 Action d'heritage, *quid velit.*
2 *Subiectum actionum non mutat earum naturam, & num. 9.*
3 *Actio personalis non sequitur fundum.*
4 *Personales quædam ex facto citra promissionem.*
5 *Actiones mixtæ in rem scriptæ.*
6 *Actiones personales 30. annorum.*
Præscriptiones personalium ignotæ iuri digestorum, & cur. ibid.
7 *Præscriptio personalium bonam fidem non exigit.*
8 *Præscribitur res breuiori tempore quam actio, & ratio.*
9 *Actionum natura malè discernitur à materia.*
10 *Finium regundorum actioni quanto tempore præscribatur.*
11 *Mixtarum præscriptiones.*
12 *Actionum transfusarum præscriptiones.*
13 *Nouationum materia.*
14 *Nouatio quæ adiicit non mutat.*
15 *Nouatæ actionis iura non autem priuilegia non trăseunt.*
16 *Nouatio quomodo fiat & quando.*
17 *Nouationum diiudicatio, latè.*
18 *Actio personalis addita reali.*
19 *Actio iudicati non nouat anteriorem.*
Nouatione liberantur hypothecæ & fideiussores. ibid.
20 *Nouatio sub verbis quidquid debetur.*
21 *Nouatio stipulationis puræ.*
22 *Delegatio species nouationis.*
B 23 *Transactio priorem actionem nouat.*
24 *Actionum nouantium, & nouatarum præscriptiones.*

[a] [ACTION PERSONELLE.]

Cum loci iure ciuili diffinitionum actionum realium, & personalium extent propria sede, titulo de obligat. & action. & Iustiniani inst. de actionib. Ex his quædam assumpta repetere, in hac ipsa materia scholasticis autoribus necessarium visum est, in l. sicut, C. de præscript. 30. anno. Sunt ista principia ciuilis disciplinæ, fateor & ferè nota: sed tamen in tribunalibus nostris vulgo tam multos falli video in diiudicatione talium, cùm ista non discernunt, & dici
audiunt, *Action d'heritage*, vt omnino crebrius hunc 1
C errorem refellere necesse habeam. Cùm res cuiusquá propria & sua à possessore repetitur, vsus est, realium actionum, quæ vendicationes dicuntur; cùm aliena sed tamen promissa aut debita, personalibus vtendum est. Error est flagitiosus, quod putant reales, aut personales fieri à materia, aut subiecto quod in actionem deducitur, quippe reales, aut personales nó facit subiectum, sed causa petendi, realis cùm dominium in petente ponitur, personales cum promissio, & obliga-
tio ex facto personæ. Nec refert quale subiectum sit, 2
nec enim minus realis est, quæ friuolum aliquod mobile cótinet, & vendicat, quam personalis quæ ingens prædium, aut latifundium dari exigit; sola enim promissio

missio facit personalem, solum dominium realem. Itaque inde euenit, vt per personalem nihil stipulanti iuris constituatur in rem, nihil dominij, ita vt qui rem promisit, non minus alienãdo dominium trãsferat, quàm alius quiuis, l. quotiens. Cod. de rei vend. nec qui ab tali venditore traditionem sit cõsequutus, minus Dominus fit aut appropriat, quia auctor suus
3 alteri dare promiserit rem eandem. Atque id est, quod vulgo dicere solent, actionem personalem fundum non sequi, id est non dari aduersus possessorem extraneum eius fundi, quem tibi alius quisquam dare promiserit, l. 1. §. hæres. D. ad Trebel. l. æris. Cod. de donat. l. cum cui. D. de act. & oblig. l. vlt. C. de hæred. act. l. 1. D. de cond. indeb. l. quædam. §. nihil interest. D. de edend. nec quiquam iure vulgatius, quia personalis à persona numquam abscedit. Dare promiseris, quocumque ieris hæc te actio sequetur, si in alium hoc transcripseris quod huic dare promiseras, ille alius non tenebitur, & personæ metis circumscri-
4 betur actio, nec egreditur vsquam ad tertium, etiamsi à promissore tuo causam habeat tuam posteriorem. Nec tamen negandum alterius etiam generis esse personales quasdam actiones, quas ex facto Iuriscõsultus appellat. l. actionum. D. de oblig. & action. quæ citra vllam promissionem personæ à lege inducãtur, veluti si damnum datum est, aut iniuria facta, Sed realium alia conditio, neque enim ab obligatione, aut promissione nascuntur: sed dominij, & proprietatis causam ex parte agentis, detentionem ex parte conuenti præsupponunt. Igitur per illas debitum, per has proprium agentis petitur; latum hic discrimen alienum ne petas vt debitum, an proprium repetas vt tuum, sine adiectione vllius promissionis rei. Hæc diuisio actionum. d. l. actionum. & §. 1. & sequent. inst. de act. & glos. d. l. sicut, ex qua diuisione nata est de duabus mixta quædam cõditio earum actionum, quæ personales in rem scriptæ dicuntur, ex eo personales dictæ, quia obligatos persequuntur naturali conditione personalium: Ex eo in rem, quia etiam aduersus extraneos possessores dantur contra regulam na-
5 turalem cæterarum personalium. Tales sunt, actio quod metus causa, quæ personaliter tenet metum inferentem: Sed tamen etiam aduersus eum datur, ad quem ex metu aliquid peruenerit, l. si cum exceptione. §. aliquando. l. metum. §. fin. D. quod met. caus. actio ad exhibẽdum. l. 3. §. est autem personalis. D. ad exhib. glos. d. §. vltim. interdicta omnia gl. l. 3. D. ad exhib. Bartol. l. si tertius. §. si prius. D. de aq. pluu. arcend. Et nostra actio ex pacto redimẽdi, quod ante docuimus, & actio retractus, tales cum propriè personales sint, tamen receptum etiam aduersus rerum possessores dari, vt & noxales quoque, & quæ pluribus exequitur And. Tiraq. in retract. §. vni. glos. 5. Ex his sequitur personales, aut reales malè describi à materia, quod imperiti faciunt, quod nos frequenter cogimur repetere, propter hunc errorem pene dixerim patrium, vt diximus sup. His positis, cùm de instituta materia quæritur, quo cuique actioni tempore præscribatur: Constat hoc textu triginta annos merè personalibus esse præfinitos, in quo cum imperatorio iure congruit ius patrium, cùm fuerit hæc Iustiniani
6 innouatio. l. 1. §. adhæc. C. de annal. except. l. 2. C. de const. pec. l. sicut. l. cùm notissimi. D. de præscript. 30. anno. & fuerat illa quidẽ prisco iuri ignota, quod glos. notarat. l. qui accidit. D. ad l. aquil. l. Iulianus. D. ex quib. caus. maior. l. si quis emptionis. Cod. de præscript. 30. anno. inst. de perpet. & temp. præs. in princip. & auth. vt Eccles. Rom. quæ glos. & si contrarium sentiat. l. prætor ait. §. hoc interdictum verb.

Argentr. in Cons. Brit.

A perpetuo. D. de oper. noui nunc. l. in omnibus. D. de diuers. & temp. tamen prior verius indicat, de eo quod nusquam in libris Digestorum deprehenditur, & consentit Bart. d. auth. vt Eccles. Rom. & l. fin. D. de eo per quem fact. erit. & d. l. in omnibus Imol. c. de quarta ext. de præscript. vbi Fely. Corn. cons. 16. & 131. vol. 2. Balbus vlt. parte quartæ partis in fin. Priscis quippe videbatur actionibus personalibus præscribi non posse, quia à facto personali, & promissione descẽderent: ideóque videri cõtra fidem, & commerciorum fœdera fieri, quod sic præscribi peteretur, nec vllo modo id posse bonæ fidei conuenire, ci-
B tra quam nullam illa tempora præscriptionem admitterent. Neque enim boni viri esse, quod spopondcrit, vlla sua mora, aut temporis lapsu velle, aut effugere, aut negare. Deinde, cum præscriptiones omnes à possessione nascantur, & cõsummentur vulgatis regulis, nullam hic fingi possessionem præscribẽtis posse. Denique si hic scopus sit, vt dominia rerum stabiliantur, in personalibus actionibus non esse verendum, ne ea moueri contingeret, cùm in his non de dominio, sed de promissione ageretur cuiusque. Hæ ferè rationes veterum dicuntur, cur præscriptionem
C nullam personalibus actionibus posuissent, quibus posterius adiunxère sese Canonistæ, qui pro iure suo, id omnino fieri posse negarent, aduersante cuiusque conscientia: De quo nullas principum leges valere passi sunt, nullam cuiusquam auctoritatem, quia nec recipienda cuiusque promissoris ea de re excusatio esset, ac ne hæredis quidem, qui in ius idem obligationémque succederet, & defuncti cõscientiam malo nexu liberare deberet. Hæc confidenter illi statuunt, quos nos in loco de bona fide congessimus. Nec vero multo plures erat difficile cumulare, si vsus tulisset. Et quam acriter in Bartolum inuecti sint, qui in
D l. sequitur in §. si viam contra sensisset, quorũ iudicia vicissim orbis contempsit, Bartoli sententiam amplexatus, quod nos illo loco fusius sumus exequuti. Ergo stat sententia, personalibus actionibus triginta 7
annis præscribi, sine vlla bonæ fidei necessitate, aut mentione, cùm id genus præscriptionis', nec eam, nec titulum exigat. De realibus illa etiam sententia vera est, eodem tempore his præscribi, quo res ipsæ præscribuntur. Itaque illo iure viginti annis ex titulo, & sine titulo 30. annis excluduntur, aut nostro quindecẽnio cum titulo, aut sine eo, quod superiore
E art. dictum est, 40. annor. Nimirum quia res præscripta vẽdicationem omnem alterius excludit, dominio in præscribentem transcripto, & translato: Ergo dominio translato consequens est, nullam aduersus Dominum dari actionem, & eum qui fuerat, suo iure excidere, ita vt præscribenti plenissimum ius acquiratur siue ad excipiendum, siue ad agendum, quod d. §. 271. diximus. Ex his planum fit dominium breuiori tempore præscribi, id est, rem ipsam, quàm actionem ad rem. Cuius rei ratio est in tituli fauore, qui in præscribendo dominio exigitur, personalibus verò actionibus obstare promissionem personalem, & factum
F cuique suum, & tituli defectum. Ex hoc actionum 8
discrimine, ille etiam effectus producitur, quia quandiu actio personalis in suis terminis stat, nec ad effectũ deducta est, sua quæ diximus tempora seruat, quod si semel executio contractus sequuta sit, & res tradita personali extincta succedit realis. Res exemplis fiet illustrior. Qui fundum vendidit, nec tradidit, non amplius quàm personali tenetur, quæ 30. annos duratura est; vbi rem tradidit, qui rei Dominus non fuerat, res prescribetur quindecẽnio. Qui seruitutem, aut vsumfructũ promisit, tenetur personali ante traditam

HHH

realiter ſeruitutem, patientia, & vſu, nec ante 30. an-
nos actio excludetur, eius, cui promiſſio facta eſt. Ser-
uitute, aut vſufructu tradito, ſolo quindecennio, ea
aduerſus quemcumque præſcribetur producenda tri-
ginta annorum actionem ſuſtinet, producta quinde-
cennium tantum. l. ſi partem vbi Bart. Angel. Flor. D.
9 quemad. ſeruit. amitt. Aret. conſ. 70. Cæpola tit. de
ſeruit. vrban. præd. tit. 21. Ex quo apparet illorum in-
cogitantia, quos ante arguimus, qui actiones à mate-
ria in præſcriptionibus diiudicant, cùm hoc argumen-
to, vno & eodem ſubiecto vtroque caſu ſuppoſito,
hoc eſt, ſeruitute, vel fundo, diuerſæ naturæ actiones
oriantur, quibus etiam diuerſæ præſcriptiones appli-
cantur. Non igitur ſubiectum actionis, ſed qualitas
actiones diſcriminat, & diuerſas præſcriptiones ex cō-
ſequentia inducit. Id idem vulgo Doct. docent, in l.
corruptionem. D. de vſuf. Quam quidam male obſta-
re putant, cùm exiſtimant actionem, quæ ſucceſſiuè
ad patientiam fruendi datur, eodem tēpore extingui,
quo ipſum vſumfructum, licet actio perſonalis ſit, &
tamen vſusfructus ex titulo decennio præſcribatur:
quod rectè gloſ. intelligit in vſufructu iam conſtitu-
to, & formato, quo caſu illa perſonalis pro patientia
fruendi non amplius duratura ſit, quàm ipſe vſus-
10 fructus, id eſt decennio. Sed ante conſtitutionem, &
traditionem non niſi 30. annis tolli poteſt, & perſo-
nalium naturam ſeruat; ex quo intelligitur, quid cen-
ſendum ſit in illa dubitatione, quanto tempore præ-
ſcribi poſſit actioni finium regundorum, ex l. vltim.
C. fin. reg. in qua ſtatuitur 30. demum annis præſcri-
bi & l. 1. §. adhæc. D. de annal. except. Cui obiici-
tur. l. 2. §. hoc ſi fundus, & l. qui fundum. D. pro
empt. quæ in finibus præſcribendis non amplius de-
cennio ſtatuit. Quarum illa conciliatio traditur, quod
illa. l. vlt. loquitur in finibus motis facto eius, qui præ-
ſcribere intendit, in quem cùm lex perſonalem actio-
nem introduxerit, conſequens eſt perſonalium tem-
pora ſpectari, quod aliter accidit in eo qui fines non
mouit, & ideo perſonali non tenetur, ſed fundum
emit cum finibus ſuis, vt optimi maximíque ſunt, &
ex traditione accepit, quo caſu, tam fines fundi tra-
ditos præſcribit quam ipſum fundum, & eodem tem-
pore, id eſt decennio, qui caſus eſt d. l. qui fundum.
Hæc Baldi ſolutio. d. l. vltim. Caſtr. conſ. 220. lib. 2.
Balbi quarta parte quartæ partis. q. 14. Ex quo appa-
ret diſcrimen actionum & præſcriptionum, etiam
dato eodem ſubiecto.
11 Inde illud non eſt difficile ſtatuere, quid de per-
ſonalibus in rem iudicādum ſit. Nam mixtæ cùm ſint
ex vtriuſque actionis natura, ſimplicium naturam ſer-
uant, ſed reſpectu diuerſo: Nimirum cùm perſonales
dicantur reſpectu eorum, in quos lex obligationem
perſonalem inducit, aliorum reſpectu in quos vt poſ-
ſeſſores, nec tamen obligatos dantur reales ſunt, ve-
luti accidit in actione quod metus cauſa, quæ aduer-
ſus metum inferentem perſonalis eſt, quia eum lex ex
facto ſuo obligat. Ideóque non niſi regulari perſona-
lium tempore is præſcribere poſſet actioni quod me-
tus cauſa: ſed tertius ad quem res deueniſſet ex tali
metu, qui reali tantum non perſonali actione tene-
tur, id eſt ratione rei. Is inquam, regulari realium
tempore præſcriberet metum paſſo rem vendicanti,
id eſt, noſtro quindecennio, quod gloſ. Bart. Saly. cæ-
terique cōfirmant. l. ſi vi. Cod. quod met. cauſ. quod
Ang. in omnibus eiuſdem generis mixtis, id eſt, in
rem ſcriptis ſequendum putat. & Bart. idem iudicat.
& Alex. Daph. Cum. conſ. 54. incip. Leonard. Tiraq.
in retract. §. 8. gloſ. 5. & §. 1. gloſ. 10. num. 14. Balbus
parte prima partis 4. princip. Igitur mixtæ ſimpli-
cium naturam ſeruant, ſed ſuo quæque reſpectu, pro-
A vt perſonaliter, aut realiter intendūtur, ideóque cùm
hypothecariæ, & aduerſus extraneos intenduntur,
excluduntur decēnali præſcriptione, aut noſtra quin-
decennali. l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. cred. lib. 7. & l. cum
notiſſimi. C. de præſ. 30. anno. l. vſucapio vbi Doct.
C. de pignor. cùm aduerſus perſonaliter obligatum,
non niſi 40. annis, quod inferius perſequemur.
Hæc mixtarum actionum conſideratio admonet, 12
vt de coniunctis quoque aut transfuſis dicamus ali-
quid, quādo & ſpeciem incidiſſe meminimus aliquā-
do. Quidam actionem realem intēderat, & vendica-
B tionem fundi aut diuiſionem, aut partagij actionem,
demum de ea tranſegerat, aut rei petitæ partem aut
pecuniam dari conuenerat certa die, deinde totos tri-
ginta annos ſtipulator tacuerat. Hic ſi priore actione
ageretur, quæ realis fuiſſe præſupponitur aduerſus
titulo poſſidentem, certum eſt iure patrio futuram
quindecennij præſcriptionem, ſin titulus non erat
quadragenariam. Vt ex tranſactione interruptionem
fingas, non amplius interrumpitur quam in ſimile
quindecēnium, ſin prior nouata aut extincta, propo-
nitur hæc lis. Multum enim intereſt an actio actioni
C addita ſit, quo caſu vtraque naturam ſuam ſeruaret,
an prior ſublata ſit ſimpliciter, an vero conditionali-
ter. Nam ſi ſublata eſt, nullus eius effectus ſupereſſe
poteſt, vt ſemel extinctæ, & ex nouatione agendum
eſt. Nec magnopere laborādum erit de præſcriptione
actionis, quæ ſemel extincta non reuiuiſcit. Erit igi-
tur huius dubitationis nodus in eo an extincta ſit, de
quo non dubitant, cùm expreſsè de nouatione con-
uenit.
Multum igitur intereſt quid agatur; Pendet enim 13
hæc dubitatio ab effectu nouationis. In qua quidem
iuris theoremata præſupponenda ſunt, ſcilicet, cum
D nouatio in confeſſo eſt, certum eſt priorem obligatio-
nem in poſteriorem transfundi, ita vt prior in totum
& ipſo iure perimatur. l. 1. D. de nouat. l. ſi fundus. §.
ſi pluris. D. de pignor. l. 3. C. de vſu. rei iud. & quæ
Bar. Ang. Caſt. Imol. & alij notant. l. qui bis idem, &
l. qui vſumfructum. D. de verb. oblig. Bart. & alij. l.
penult. D. de prætor. ſtip. Bart. l. 1. C. de iud.
Cùm contra non fieri certum & confeſſum eſt, 14
vtraque obligatio conſiſtit, & in ſuo ſtatu manet, &
poſterior priori adiicitur, & accedit. l. 2. D. de nouat.
Quod ſi idem vtraque cōtinet, ex priore agitur, quod
E Bart. & alij crebrius putant. d. l. qui bis idem. Et ea
effectum ſortita vtraque extinguitur ſin aliquid am-
plius eſt in altera id quoque peti poteſt. l. ſi mandato.
§. vltim. vbi gloſ. & Bar. D. mandat. Sic iudicati actio
priori accedit non nouando, ſed adiiciendo actionem
actioni, quod Bart. & cæteri notant, d. l. 1. C. de iud.
& l. 3. Cod. de vſur. rei iud. Bart. l. aliam. D. de nouat.
ſic etiam ſtipulatio iudicatum ſolui actioni iudicati
adiecta, nil nouat. l. ſi Stichum. §. 2. D. de nouat.
Proinde actionis nouatæ etiam priuilegia in no- 15
uantem non tranſeunt. l. 2. D. de priuileg. cred. Bart.
& Angel. d. l. aliam. Angel. §. fuerat. inſt. de act. An-
F gel. l. 1. C. de iud.
Sed cùm expreſſa eſt nouandi voluntas, nullus eſt 16
dubitationi locus. l. vlt. C. de nouat. Sed an etiam ali-
ter quam expreſſis nouationis verbis fieri contingat,
hic non vnus omnium ſenſus, cùm ſint qui illius. l.
vlt. textum ad verbum retinendum putent. Bart. con-
tra Accurſium ſequutus putet etiam hodie citra ex-
preſſionem fieri vbicumque, iure digeſtorum tacitè
fiebat, quod vbique Bart. recinit. d. l. qui bis idem. d.
l. qui vſumfructū. d. l. penult. de præt. ſtipul. d. l. aliam.
Alex. conſ. 10. vol. 2. & alij quidam. Quam ſentētiam
ipſe

ipſe Alex. oppugnat. d. l. qui vſumfructum, & ex A
profeſſo. conſ. 13. lib. 2. Saly. & Fulgoſ. d. l. vlt. Imol.
d. l. penult. Iaſ. l. ſingularia num. 37. D. de reb. creb.
& quos illi memorant. Alioqui tantam verborum ex-
preſſionem & emphaſim quibus illa, l. vlt. nouatio-
nes tacitas eximit ab diſpoſitionibus, euaneſcere &
eludi, ſi quod illa non admittit, niſi penitus expreſſis
verbis, abrogata veteri iuriſprudentia, id nos tacitè
reducimus in forum, cùm dicimus nouationem non
fieri quidem ipſo iure, ſed tamen fieri ope exceptio-
nis. Et certè ſi verum fateri volumus, ſunt iſta ludi-
cra nimium acutæ iuriſprudentiæ, tametſi in noſtris
libris non raro quiddam ſimile reperitur. Sed ipſo B
iure an ope exceptionis admittas nouationem, quid
res ſerio agentium intereſt? Si vtroque modo admit-
titur, quod lex non niſi expreſſa profeſſione admitti
voluit? Nec tamen negari poteſt, quin etiam citra
expreſſionem verbi nouandi admitti ea de debeat,
cùm ex diſpoſitionibus aut verborum conceptione
apparere poteſt id in voluntate fuiſſe contrahentium
vt facerent, non obſtante illa l. vltim. Nam plerum-
que tam apertæ eius rei coniecturæ ſunt, vt negari
non poſſit, quod toties rectè coniicimus, cùm agitur
vt prior actio per poſteriorem aboleatur & interci- C
dat, nec vtraque ſimul poteſt conſiſtere, quod Bar-
17 tol. dixit. d. l. vltim. Itaque ſi is, cui ex ſucceſſionis
cauſa pars hæreditatis debebatur, cùm fundos, &
prædia poſſet petere, pecuniam ſtipulatus eſt, atque
ita familiæ herciſcundæ, & partagij obligationem re-
miſit, aut renunciauit, negari non poterit tam na-
turæ hic fieri nouationem quàm iuris, cùm priorem
obligationem inducendo & obliterando ſtipulator
poſteriorem ſequutus eſt: Neque enim conſiſtere po-
teſt obligatio partagij, & ſtipulatio pecuniæ partagij
loco; Nam altera alteram perimit. Quod idem accidit
cùm vendicatio fundi certi in ſtipulationem alterius D
fundi, aut pecuniæ verſa eſt. Nam reales quoque no-
uari non inauditum, quod Bartol. dixit. l. 2. D. de no-
uat. Contra fit cùm prior ſcilicet, & poſterior con-
ſentiunt, & in vnum finem conueniunt, veluti ſi quis
cùm rem vẽdicaret, reſtitui tandem eam ſtipulatus ſit
ab detentore, hæ enim non pugnant & eodem fine
intenduntur, quod cùm accidit, neutra alteram no-
uat, ſed actionẽ actioni adduplicat, ita vt vtraque in-
tendi poſſit: veluti id quod ante de iudicati actione
diximus, aut de ſtipulatione iudicatum ſolui poſt rem
iudicatam, ex d. l. ſi Stichum. §. idem Celſus. D. de E
nouat. Hic (ſi quod nunc intendimus) de præſcri-
bendo agitur, & illa prior vendicatio ſcilicet ſua tem-
pora ad præſcribendum ſeruabit, id eſt, quindecen-
nium aduerſus titulo poſſidẽtem, & 40. annos aduer-
ſus alium, nec ei per poſteriorem detrahetur: imo ad
interruptionem proderit, & quia perſonalis eſt, tri-
18 cennaria erit vi ſua poſterior obligatio. Nec hîc quiſ-
quam nouationem præſumet, vt quiſquã bonæ obli-
gationi derogare voluiſſe iudicari poſſit, vt de reali
perſonalem faceret, ſed alteram potius alteri addi-
diſſe, alioqui ineptus fuerit, & imprudens, qui ius rea-
le & proprietatis ad initium perſonalis nouæ actio- F
nis deducere voluerit, quod ita fieret. l. minor. 25.
annis, qui fideicommiſſum. D. de minorib. Nec ne-
gandum tamen, quin volenti id liceat: Sed cùm vo-
luntatis quæſtio eſt, neutiquam in tam euidenti cauſa
præſumenda eſſet, cùm multo plus cautionis ſit in
19 rem quam in perſonam. Quod ſi quo caſu nouatio
concluditur, haud dubiè deteriore conditione reales
in perſonales abeunt, hypothecæ, & fideiuſſores li-
berantur, & perſonalium tempora ad prẹſcriptiones
ſpectantur, nec materia actionis prioris quidquam

amplius agit, cùm ex toto ſit ſuppreſſa, & extincta
per nouationem, cuius natura eſt perimere priorem,
ita vt eius nil ſuperſit, quodcumque id ſit quod in ea
veniret, niſi (quod cauti patresfamil. faciunt) ſtipu-
lator hypothecas priores ſibi ſaluas fore cauerit, aut
iura receperit, quod Bartol. Caſt. Imol. notant. d. l. ſi
quis aliam, & alij. l. libera. C. de ſent. & interl. iud.
& pignora liberari reſponſum. l. nouatione. D. de no-
uat. & vſuræ deſinunt currere. l. emptor. D. de no-
uat. & l. Paulus. D. eod. pœna ex priore obligatione
peti nequit. l. ſi creditor. D. eod. & mora ante facta
purgatur. l. quoties eod. tit. Perit etiam prioris actio-
nis priuilegium. d. l. aliam, & l. 2. D. de priuil. cred.
Atque hi admirandi ſunt effectus nouationum, quos
ſciri expedit, vt creditores, aut contrahentes admo-
neantur de ſuo iure recauendo, cùm nouant priores
obligationes, quas nouationes non præſumi mirum
non eſt, cùm tam noxiæ ſint: Et hanc differentiam at-
tigit Benedict. c. Raynutius verb. & vxorem. deciſ. 2.
num. 35. An ſcilicet obligatio realis deducatur in rea-
lem, & nos diximus ſup. art. 44.

Sed & ſi ſtipulationi certæ ſummæ ex aliqua cauſa 20
diſtinita, addita ſit clauſula, vt quidquid ex qua-
cumque cauſa deberetur, id totum acceptum fer-
retur, vtque vacuæ effectu eſſent quæcumque cau-
tiones anteriores, nouatio fit, quod Bartol. notat. l.
omnes. D. de nouat. quod nos quotidie facimus in
rationibus diſpungendis, & procomputis, vt loqui
ſolent.

Si quis etiam, quod purè ſtipulatus erat, poſteriùs 21
ſub conditione ſtipulatus ſit, ſed ita demum ſi condi-
tio exiſtat. l. ſi rem aliquam. D. de nouat. l. quoties
eod. tit. idem & ſi ſub die incerta, nam ea conditio-
nis loco eſt. l. 1. D. de cond. & demonſt. Nam ſi ſub
die certa concepta ſit, nouatio ſtatim fit. l. ſi Stichum.
§. 1. D. de nouat.

Delegatio quoque ſpecies nouationis eſt, quod 22
Bart. timidè ſcribit, & Angel. affirmat. l. delegare. D.
de nouat. Imol. ibid. l. penult. D. eod. tit. de quo lon-
ga diſputatio Bar. & Iaſ. l. ſingularia. D. ſi cert. pet.

Sed & tranſactione fit nouatio priorum actionum, 23
de quibus tranſactum eſt, quoniam ex his amplius
actio non datur, quod Bartol. & alij differunt. l. ſi
pro fundo. D. de tranſ. idem Bart. l. ſi quis aliam. D.
de ſolut. Boër. deciſ. 337. Idque ſpeciale putat Bart.
fauore minuendarum litium. Excipio niſi conditio-
naliter facta ſit ſub his verbis, quæ vulgò adiici ſolent.
*En quoy faiſant, fourniſſant, & accompliſſant, & non au-
trement; ledit demandeur a quitté ſeſdits droits*, hîc enim
ineſt conditio acceptilationis, aut liberationis; ita ſi
tranſactio impleatur, quæ priores non nouat niſi per
implementum conditionis, vt modo diximus. d. l. ſi
Stichum.

Sed & cùm prima obligatio inutilis eſt, ſecunda 24
vtilis eam nouat, cõtra primam vtilem, poſterior inu-
tilis non nouat. d. §. præterea inſt. quib. mod. obl. toll.

Ex quibus apparet quam diluta reddatur illa diſpo-
ſitio. d. l. vlt. quantumcumque generalis, & expreſſa
videatur, ne niſi verbis expreſſis fieri poſſit nouatio,
cùm tot exceptiones pariat, vt ſic id quoque intelli-
gatur, quoties nouatio fit, ſequenda tempora præ-
ſcriptionum actionum nouantium, nec rationem vl-
lam habendam priorum quæ nouantur, quia ex toto
perimuntur, & intercidunt. Sin nouatio non fiat,
ſua cuique actioni tempora ſeruanda eſſe, ſecundum
ſuam cuiuſque naturam: Imo & poſteriorem ope-
rari interruptionem pro priore. Ex quibus apparet
quid iudicandum ſit in caſu ſuperius à nobis pro-
poſito.

DE HYPOTHECARVM PRÆSCRIPTIONIBVS, ET AN NATVRALES OBLIGATIONES PRÆSCRIPTIONE TOLLANTVR.

1 *Hypothecarum præscriptiones.*
2 *Quid est vetus dictum* qui s'oblige, oblige le sien.
3 *Protopraxia iuris.*
4 *Hypothecæ præscribitur sine fundo.*
5 *Lis super hypotheca non facit fundum litigiosum.*
6 *Dominij & hypothecarum diuersæ præscriptiones.*
7 *Hypothecarum casus diuersi.*
8 *Creditor nullo tempore hypothecam præscribit.*
9 *Extraneus quanto tempore præscribat.*
10 *Secundus creditor quanto tempore præscribat.*
11 *Constituti nulla vis in possessoriis contra tertium.*
12 *Hypotheca præscribitur in pacto redimendi.*
13 *Discußionis defectus non impedit initium præscriptionis hypothecæ.*
14 *Discußio non requiritur in hypotheca perpetua.*
15 *Opponendum est contra approprimenta etiam pro debito conditionali.*
16 *Plegiamenta conseruatoria.*
17 *Debitor an hypothecæ præscribat.*
Extincta obligatione personali, an remaneat hypotheca. ibid.
Hypotheca simplici consensu constituitur. ibid.
18 *Hypotheca non nascitur sine personali sed tamen nata permanet.*
19 *Hypotheca longiori tempore præscribitur, quam dominio.*
20 *Ius concomitans præscribitur cum suo principali.*
21 *Ius personale consequens reali eodem tempore præscribitur, & item 31.*
22 *Actio personalis assecla realis.*
23 *Hypotheca superesse potest personali extincta.*
24 *Obligationis naturalis sublatio in hypothecis.*
25 *Naturalis obligationis extinctio in præscriptionibus, latè & 30.*
26 *Præscriptio pro veritate habetur.*
27 *Præscriptio pacto æquiparatur.*
28 *Præscriptio pro solutione est.*
29 *Debita præscripta non debentur.*
30 *Hypotheca adiuncta pacto de reuendendo præscribitur cum personali.*
31 *Reditus constitutio* par assiette.
32 *Naturalium & ciuilium obligationum differentia inanis.*
33 *Naturalium effectus sublati.*
34 *Naturalis obligatio an sententia tollatur.*
35 *Naturales obligationes non sunt in delictis.*

1 De hypothecariarum actionum pręscriptionibus, A tractatio digna est quæ intelligatur, eóque magis, quod hoc titulo nihil de his iure patrio constitutum est, supplendum igitur quod deficit ex iure ciuili, & vsu fori. Quod antequam facimus conuellendus est inueteratus & famosus error pragmaticorum, qui ex artic. 188. & altero 194. sub titulo de obligationibus, omni obligationi inesse tacitas hypothecas putant, atque illud vulgatum ab auis axioma subinde ingeminant, *Qui s'oblige, oblige le sien*, quod ipsis iuris ci-

Hodie verum propter art. 177. N. C.

2 uilis principiis repugnat, neque ipsa Consuetudo id sensit, & perspicuè falsum apparet. Nam cùm hypothecarum duæ omnino sint conditiones, conuentionalium scilicet, quæ ex conuentione partium inducuntur, & legalium quæ ab lege, Consuetudine, vel B statuto dispositionibus apponuntur, sine vlla expressione, seclusis conuentionalibus, si non sunt appositæ, necesse est superesse solas legales tacitas. Negamus verò illius dispositionem indefinitè accipi oportere. Sunt enim illi quatuor casus illo 188. expressi, speciales quod præclarè apparet ex illo ipso articulo, verbo *pour les causes susdites*, cùm cõtra sint iuris communis, & patrij regulæ. Sed & docuimus articulum illum 194. de iure hypothecarum intelligi non debe-

3 re, sed de iure πρωτοπραξίας quod seclusa omni hypotheca ius ciuile interdũ tribuit personalibus actionibus, cùm ex prioritate temporis tamen nulla prælationem habeat, quod vulgò traditur. l. priuilegia. D. de priuil. cred. l. 1. C. de priui. dot. Cano. reg. qui C prior. vbi Dyn. ext. de reg. iuris. Quod igitur ius ciuile quibusdam actionibus personalibus tribuit, hoc ius nostrum patrium, omni omnino personali adiicit, nec tamen vlla hypotheca subintelligitur in vlla personali, nisi si quo casu specialiter à lege inducta est. Quod si (vt imperiti putant) omni personali inesset hypotheca, frustra hic textus album occuparet, qui de merè, & simpliciter personalibus disponit, & easdem eis præscriptiones opponit, quas & ius ciuile eiusdem generis, & nominis obligationibus, regulares scilicet, & ordinarias 30. annorum. Esse igitur quasdam merè personales actiones, abstractas ab omni realium consortio oportet, nec verum est

A (quod illi volunt) personalibus inesse tacitas ex Consuetudine hypothecas, nisi vbi Consuetudo in specie exprimit.

Sed & illud quoque præmittendum est, separatas 4 esse hypothecarum, & fundorum præscriptiones, nec hypothecarum obligationes impedire fundorum hypothecatorum præscriptiones. Sunt enim ista diuersa; quare si quis prædium emerit, pręscribere non prohibetur dominium, quia alius id idem hypothecarum habeat, nec lis intentata aut contestata super iure hypothecæ impedit approprimentum dominij aut proprietatis, nec dominium litigiosum fit, quia de hypotheca lis sit, nec per alterius actionis intentionem interrumpitur alterius præscriptio, nec intercessio de vno iure formata pro altera interrumpet, quod Bart. B scribit. l. 1. C. de litig. & l. 1. D. de litig. Idem. l. quà- 5 quam. §. Iulianus. D. de aq. pluu. arcend. Angel. l. 1. C. si aduers. cred. lib. 7. Rom. cons. 270. Nec mala fides, id est, scientia alienæ hypothecæ super fundo empto, impedit fundi ipsius præscriptionem, nec è contra l. si quis fundum vbi glos. D. de acq. poss. glos. verbo possidente, vbi Angel. & Saly. c. l. sint Cod. de præscri. 30. anno. Spec. tit. præs. parte 4. prope fin. Bart. l. sicut. C. de præscript. 30. anno. Balb. in præscript. parte 2. tertiæ partis q. 4. Adeóque negant malam fidem auctoris, qui rem hypothecauerat postea vendiderat, emptori nocere, cùm in præscriptione dominij contra sit, & hanc volunt esse limitationem ad auth. malæ fidei C. de præscript. 30. anno. Oldrad. C cons. 19. Aret. & Ioan. Fab. §. item seruiana instit. de actio. Iacob. de Aret. Cy. Bald. Angel. Saly. d. auth. malæ fidei. Aret. §. sed iste inst. de act. Cæterum etsi diuersæ sint præscriptiones dominij, & hypothecarum, ita vt in mobilibus dominium iure ciuili triennio præscribatur, hypothecæ rei mobilis non nisi decennio præscribitur, quod admirandum videri possit, & rationem adferre conati. l. vsucapio. Cod. de pignor. & l. 1. si aduers. cred. C. nullam probabilem adferunt præter voluntatem constituentium, Bart. l. 1. §. cùm prędium. D. de pigno. In quo id quoque dignum nota, quod licet hæ præscriptiones dominij, & hy- 6 pothecæ sua quæque tempora exigant, tamen idem

tempus

tempus vtrique proficit, ita vt triennium de decennio profit ad dominium, idem triennium in cócursu iunctum septennio ad efficiendum decennium valeat aduersus hypothecas. Itaque eadem fidelia dealbantur duo parietes, quod expresse glos. & Saly. & Ang. docuêre. d.l. vsucapio.

7 Proinde cùm de hypothecarum præscriptionibus agimus, separandi sunt tres casus: Cùm scilicet alter ex contrahentibus pignus possidet, quod interdum accidit in persona creditoris, nonnunquam in persona debitoris. Tertius casus est, cùm neuter eorum, sed extraneus aliquis rem hypothecatam possidet, quibus casibus suæ cuique præscriptiones sunt comparatæ.

De creditore primùm dicamus, qui etsi sola conuentione sine vlla traditione hypothecam acquirit. §. item seruiana instit. de actionibus, tamen sæpè contingit procedi ad traditionem, quo casu creditor naturaliter, & ciuiliter possidet, quoad omnes alios effectus, præterquam dominij, & acquisitionis proprietatis, quoad quos debitor verè possidet per manus creditoris l. pignori. D. de vsucap. l. sciendum. §. creditor. D. qui satisd. cog. & Saly. notat d.l. cùm notissimi. §. sed cùm illud. Igitur cùm ad effectum præscribendi non valeat talis possessio l. nec creditor. C. de pignor. l. 2. D. pro empt. & nos notauimus sup. sequitur præscribere ipsum non posse, cùm sine possessione præscriptio non procedat, ipse autem alteri possidet, ipsáque illa possessio in qualitate hypothecæ implicitam habens recognitionem alienæ proprietatis perpetuam & successiuam, l. ex sextante. D. de except. rei iud. semper & successiuè interrumpit pro debitore; sunt enim ista incompatibilia, dominum rei esse, & possidere pro suo, & rem hypothecæ iure tenere, quæ non nisi aliena cuiquam obligari potest, l. neque pignus. D. de reg. iuris l. 2. D. de pigno. act. nisi in casibus notatis à glos. d. l. ex sextante. Vnde fit, vt quamdiu durat talis hypotheca, & possessio sit qualificata, nullo tempore inchoari possit præscriptio; quod Ioan. Fab. Bald. & Saly. notant d. §. illud Bald. in rub. de præscript. & c. quoniam frequenter vbi & Panorm. §. fin. ext. vt lit. non contest. Cast. l. pignori & l. si rem. §. omnis. D. de pignor. act. Bald. conf. 342. vol. 1. Balb. in præscript. 4. parte 5. partis q. 2. Igneus latè l. in cognitione. D. ad Syllan. Nisi quidem possessionem interuerterit, & ea interuersa longissimo tempore tenuerit, vt suo loco diximus.

9 De casu conuerso cùm alter contrahentium, id est, debitor possidet inferius dicemus, quia prolixior ea tractatio est. Nunc de extraneo dicendum, id est, tertio quouis possessore, ad quem res hypothecata peruenit ex titulo, aut sine titulo, in quo recepta est sententia, extraneum qui cum titulo, & vt ius ciuile expetit, bona fide, id est, ignorans rem alteri esse hypothecatam, possederit spacio decem annorum, aut xx. inter absentes præscribere posse, is enim non possidet rem in qualitate hypothecæ, nec de alieno contractu tenetur, & sine titulo xxx. annis. Hic text. l. 1. & 2. C. si aduers. cred. l. an vitium in fin. D. de diuers. & temp. præscript. & l. creditor eodem tit. glo. l. si obligata. C. de euict. glos. l. vsucapio. D. de pign. Bart. Bald. Angel. Saly. Fulgos. Alb. Cy. Fulgo. d. l. 1. iidem l. 2. C. de luit. pignor. Bart. Alb. Alex. Rom. Imol. Angel. Cum l. debitor. D. ad Trebel. loci l. cum notissimi in princip. & §. seq. C. de præs. 30. anno. Bart. l. 1. §. cùm prædium. D. de pignor. Io. Fab. d. §. Item Seruiana. Oldrad. conf. 19. Alex. conf. 226. lib. 2. Spec. tit. de præscript. in fin. Matth. Afflict.

Argentr. in Cons. Brit.

A decis. Neapol. 139. Extraneum vero tex. etiam hæredem alterius contrahentium diffinit, qui iure aliquo ex titulo particulari redemit de extraneo, quod suus auctor debitor alienauerat, post hypothecam impositam d. l. an vitium. Nec mirum tali præscriptione excludi hypothecas, cùm etiam dominia tanto tempore præscribantur. Excipiunt nisi cùm secundus creditor habens eandem rem hypothecatam, vult præscribere aduersus priorem creditorem sub eadem hypotheca. Nam hoc casu non minus 30. annis præscribit d. l. cum notissimi, quo loco rationem constituti adferunt. Iure patrio, cùm externus aliquis rem alteri

B hypothecatam acquirit ex titulo, haud dubiè quindecennio præscribit, aut approprimẽtorum solemnibus, non minus quàm ipsum rei dominium præsupposita regula *du saisy*, id est possessione annali auctoris. Idque sine exceptione, ita vt etiam excludatur 10 prior creditor contra casum d. l. cùm notissimi: Sine titulo nullũ immobile minus quadraginta annis præscribi potest. Nec ego illum casum quicquam moror aut excipio, quem Iurisconsulti excipiunt, cùm scilicet debitor in constituenda hypotheca etiam adiecit constitutum, aut precarium, quo casu alienata

C per debitorem constitutarium possessione condictionem ex l. vltim. C. de acquir. poss. dari volunt ad xxx. vsque annos aduersus tertium possessorem causam habentem à tali constituente, quod latè Afflict. persequitur d. decis. 139. Fulgos. conf. 214. Francisc. Cremens. sing. 61. Angel. Alex. Lud. Rom. l. exitus. D. de acq. poss. & quos Boër. memorat decis. 182. in fin. Nam ante docuimus talis constituti aut precarij nul- 11 lam apud nos rationem haberi in approprimẽtis, nec ea vllo modo, aut inhiberi, aut procedere ex talibus possessionibus. Deinde & si illi volunt nulla facta excussione principalium debitorum agi aduersus extra-

D neos possessores posse remedio illius legis vlt. C. de acq. poss. quod Iacob. Butrig. dicit auth. si hoc debitor. C. de pignor. Angel. Ioan. Imol. Alex. d. l. exitus Ias. & Aret. §. item si quis in fraudem inst. de actio. tamen id verum esset ante completam præscriptionem extranei aut approprimenta perfecta intercedendo, post id serum esset, nec admittendum. Quare nec illius casus decisionem, quam ibi Boër. 12 adscribit, de eo qui vendidit cum pacto reemendi retenta hypotheca, vt sic impediatur alienatio, recipere mus; tertio possessore approprimentis securitatem

E consequuto, aut post quindecennium: Nam de ipso contrahente hypothecæ possessore, qui sequens casus est, aliud diceremus.

Hoc etiam casu, vt obiter annotemus, vana est, 13 & ludificatrix Alex. sententia, qui conf. 58. lib. 5. in casu quo extraneus hypothecam possidet & præscribit, non ante inchoari præscriptionem putat, quam creditor debitorem excusserit, quia scilicet ante tertium possessorem conuenire non potuerit, quam excusso principali ex regula non valenti, quam sententiam refutauimus sup. opinor probabiliter. Quæ enim frons est replicãtis aduersus præscriptionis exceptio-

F nem, ego agere non potui: Cur non potuisti? quia nolui excutere, & casum impotentiæ nectere à voluntate sui ipsius. Hæc sensu communi plane destituuntur, & nos ibi pluribus sumus persequuti. Addidimus hîc quod iure, quo vtimur, falsum est assumptũ Alex. cùm ait, non ante agi posse aduersus extraneos pignorum possessores, quàm excusso principali debitore. Nam iure quoq; actio procedit, & cõdemnatio sequi 14 potest, si non opponatur ab possessore de discussione, & multis casibus istam discussionem non exigimus, veluti in hypotheca perpetuò duratura pro debito

successiuo, vt reditu annuo, quo casu directo, & sine A
discussione agimus aduersus possessores specialium
hypothecarum, quod secus habet in debitis vna vice
dissoluendis, quæ discussionem exigunt, quod iam
olim Boër. notarat decis. 295. col. penul. Sed etsi vera
esset discussionis necessitas, tamen necessaria esset
(extraneo possidere aut appropriare incipiente) inter-
cessio & oppositio, quia in debitis & obligationibus
quamlibet cōditionalibus, aut euentu aliquo suspen-
sis, nec in iudicium in præsens deducibilibus, semper
intercedendum est approprimentis ad cōseruationem
iuris quandoque extituri, quod etiam iure Doctores
15 probant l. si ita stipulatus fuerim. §. cùm stipulamur. B
D. de verb. obligat. quod nos sup. fusius sumus exe-
quuti, quem in vsum reperta sunt nostra plegiamenta
16 conseruatoria, quibus nullo non die vtimur. Addidit
& alias rationes ad improbandum Alex. sententiam
vir. doctus Francis. Balb. in lib. de præscript. parte 5.
partis q. 3. & parte 6. casu 22. & si Tiraq. sine ratione
Alex. sequitur lib. de præscript. §. 1. glos. 7. quam ipse-
met. Alex. improbat in cons. 220. incip. ponderatis
lib. 6. ea ratione quam diximus, quia scilicet iudicium
procedit aduersus quamlibet tertiū possessorem, non
excusso principali, si ille tertius non opponat, quod C
Bart. dixit d. l. 2. vbi glo. & Doct: C. com. diuid. Quare
iam liquido apparet non rectè dici, præscriptionem
non currere creditori aduersus tertium possessorem,
donec discussio facta sit, quæ actionem non impedit,
nec iusta excusatio est non agendi. Sed iure patrio res
indubia est.

Restat tertius diuisionis nostræ casus cùm debi-
tor ipse, qui se obligauit, hypothecam possidet, aut
eius hæres, in quorum personis personalis, & hypo-
thecaria concurrunt, posterior prioris accessoria. At-
que hoc casu vtraque naturam suam seruat, & sua cuí-
que præscriptio comparata est, personali tricennaria, D
hypothecariæ quadragenaria d. l. cùm notissimi l. 1. §.
ad hæc. C. de annal. except. Tametsi multis de causis
id sic esse constitutum mihi semper mirum visum est,
cùm non multum ciuilis rationis habere videatur,
nec satis iuris principiis congruat extinctæ personali
superesse hypothecariam ex eodem debito, & obliga-
tione eiusdem loci, & temporis. Nam primùm ipsa
iuris principia exposcere videbantur, vt in iure reali
constituendo naturalis aliquis actus interueniret; Ac
sicuti nullum dominium ex communibus regulis sine
traditione reali, & corporali κατ᾽ ἔργον transfertur vulga- E
ta l. traditionibus. C. de pact. sic quoque in iure reali
constituendo symbolum aliquod corporale interce-
deret in hypothecis, quod veteri iure per æs, & li-
bram, & cæteras ferè rerum translationes fiebat, & si
superstitiosius quàm commerciis conueniret, cùm vt
ait Bald. d. l. 3. C. de cond. ob causam, principia natu-
ralia non possint in totum remoueri ab actibus homi-
num, cùm dominia à possessione cœperint. Sed in hy-
pothecis ius reale cōstitui sic, vt obligatus atque adeo
tertius possessor cogi possit re obligata cedere l. vlt.
C. de hæred. actio. non potest non mirū videri, idque
sine vlla traditione l. 1. D. de pignorib. & sola con- F
uentione. §. Item seruiana inst. de act.

17 Mirandum & illud, quod hypotheca constitui,
creari, nascíve non possit sine personali l. fideiussor
obligari vbi Bart. D. de fid. Doct. l. 2. Cod. de luitio.
pigno. Alb. latè l. vlt. C. de hæred. vel act. vend. Ta-
men postquam connata est, etiam mortua, & extincta
sua matre, id est, actione personali, hypothecariam
subsistere posse & superesse d. l. 2. C. de luit. pigno. vbi
Bart. Bald. Saly. Alb. Cy. Angel. Fulg. Ioan. Fab. ibid.
Cæteri l. cùm quis. C. de iur. fact. ignor. quod ipsum

Hinc vide additam art. 285. N. C.

fortasse non tam mirandum videretur, cùm in diuer-
sas personas hypothecariæ & personales competunt,
personales scilicet aduersus obligatos, hæredésve eo-
rum ex sua obligatione, & hypothecariæ aduersus ex-
traneos possessores ratione detentionis rei. Hic in-
quam vtramque subsistere per se, & hypothecariam
ab personali abstractam intelligere non est difficile,
etiam si nulla personalis superesset, nullo fortasse ex-
tante obligati hærede, cùm hypothecaria natura rea-
lis nullam obligationem præsupponat. quod Bart. &
Imol. confirmant l. debitor. D. ad Trebel. Bald. d.
l. 2. Sed enim cùm personalis & hypothecaria eidem 18
actori aduersus eundem reum competunt, mirum
omnino videri debet extingui per se personalem
tempore, & tamen superesse hypothecariam, & non
potius accessoriam vna cum sua principali vnica præ-
scriptione consumi, nec videatur hypothecaria par-
ticularem causam habere, cùm ipsa per se conside-
rata hypothecaria obligationem non inducat, sed ad-
ueniat alteri ad pleniorem securitatem consequendi
eius quod in personalem deductum est. Sed illa ta-
men imperatoria constitutio, l. cùm notissimi, con-
tra statuit, & veluti annoso trunco applicatam hæ-
deram, remoto eo, per se stare facit hypothecariam,
& ei separatam præscriptionem, & longiorem vitam
tribuit.

Nec illud quidem non alienum à receptis regu- 19
lis quod cùm dominiorum ipsorum præscriptiones
cum titulo, non longioris temporis toto iure consti-
tuantur. quam decennij, aut nostri quindecennij, in
hypothecis tanto longius statui. In quibus non de
dominio, re quidem super omnem aliam momen-
tosa, sed de iure in re statuendo, ad finem confir-
mandi cuiusquam debiti agitur, cùm dominium se-
mel quæsitum nulla lex reuocare possit, hypothecam
reuocet solutio, si quidem solutione eius quod de-
betur tollitur omnis cuiuscumque speciei obligatio
l. si rem. §. omnis. D. de pignor. act. l. si quis nec cau-
sam. §. rei. D. si cert. pet. & nascitur debitori hypo-
thecaria. Cur igitur si proportione agimus, & men-
sura mometorum, quæ in quaque præscriptione ver-
tuntur, longius tempus statuimus in hypothecariis
quam dominiis? cur non breuius? si non breuius,
cur non eiusdem? si non est eiusdem, cur longioris?
Cur ipsa personalis cui propter personale cuiusquam
factum, & promissionem, & malam fidem, & cogni-
tionem facti sui, nulla olim appingi bona fides po-
terat, vetustissimo vero iure nulla præscriptio obiici,
nec hodie etiam Canonistæ patiuntur (vt diximus)
in loco de bona fide; cur (inquam) ad triginta an-
nos iure nouo redacta est, & hypothecaria superesse
permittitur, & vero nata cum ipsa personali & eo-
dem momento, & tempore & facto? Nam friuolum
est quod scholastici auctores respondent Bald. & An-
gel. d. l. cum notissimi & d. l. 2. de luit. pignor. ius
in re potentius quam in personam: & ideo longius
tempus statui, quod ipsum verum est quamdiu durat
& exerceri potest, sed cùm præscriptum & tempore
extinctum est, tota potentia eius eliditur, breuiori
autem tempore elidi, quam personale amitti, ante
docuimus, ne dominia diu incerta sint, & quia per-
sonalibus præscribenti obest suum ipsius factū. Quod
si ea vera esset ratio, iniquè, & improportionabili-
ter de dominio ipso breuiori tempore transferendo
esset constitutum, cùm hoc iure dominij nullum po-
tentius dici possit, ipsæ verò hypothecæ neutiquam
tanti sint?

Adde quod in l. corruptionem. C. de vsuf. vulgò 20
Angel. Bald. & cæteri tradunt, quoties personalis

affecla ſit realis iuris præſcripti, toties ipſum ex cōcomitantia cum perſonali extingui. Sed hoc in caſu conuerſo non patiuntur, cùm realis perſonali acceſſoria eſt, ſed cur ita? Friuola enim ratio Saly. quia dominium præſcribens rem poſſidet, perſonali præſcribens non item: Atqui ſic perſonalis actio in perſona agentis conſiſtit, quomodo vendicatio in dominio rei, & tam vtrique facile eſt experiri, & interrumpere. Cur igitur longius tēpus hypothecariæ præſcribitur quam dominio & vendicationibus. Nec enim quidquam hic facit poſſeſſio in præſcribente ad facultatem interrumpendi in agente, cùm debitor magis teneatur ex eo quod promiſit, quā poſſeſſor ex eo quod poſſidet, contra quem in realibus nulla obligatio eſt, ideóque longius tempus ſtatui debuerit perſonali quam hypothecæ. Quare iſta ſæpius æſtimanti de principiis iuris nulla mihi videntur ratione ſic eſſe conſtituta, & vt ita ſint rationem requiro, certè earum quæ adferuntur, nulla probabiliter dicitur, & hæc ad ea quæ inferius dicemus valitura ſint.

21 Nunc vtamur conſtitutis. Cenſent igitur hypothecariam, quę initio ſubſiſtere ſola non poterat niſi perſonali applicata, & innitens, mortua & extincta perſonali ſupereſſe poſſe, & cedi alteram ſine altera cuilibet. Tametſi hic locus non ſine pugna tranſigitur, nec ipſe ſibi Bart. conſtat in l. fideiuſſ. obligari. D. de fideiuſſ. Idem l. ſi pignori. D. famil. hercíſ. l. ſi ſolutum de oblig. & act. l. hæres l. debitor. D. ad Trebel. l. 1. §. cùm prædium. D. de pignor. & d. l. vſucapio. D. de pignor. & quos alios memorat. Boër. deciſ. 335. & Tiraq. in retract. §. 26. gl. 1. nu. 72. Alb. latè l. vlt. C. de hæred. vel act. vend. vbi plura exempla ſeparatarum collegit; Idque toties accidere volunt, quoties non eadem eſt æquitas vtriuſque tollendæ. Igitur quoties ſolutione, nouatione, iureiurando, ſententia, cōfuſione, additione voluntaria, & perpetua perſonalis extinguatur, toties extingui etiam hypothecariam, quia ſublato ipſo debito, actiones ad id competentes tolli etiam neceſſe ſit ſolutione eius, quod debeatur. Denique idem fieri quoties quomodocunque ſatisfit creditori: ita vt inde conſenſus ſiue tacitus ſiue expreſſus creditoris eliciatur, tum enim obligationem naturalem conſenſu initam eodem conſenſu diſſolui, toties igitur reſolui hypothecam l. ſoluitur. l. cum colono. D. quibus mod. pign. vel hyp. ſolui. Hæc Bart. Ang. Imol. Cum. in l. debitor. D. ad Treb. omnes d. l. 2. C. de luit. pign. Ang. Aret. §. præterea inſt. quib. mod. toll. oblig.

Hypotheca nō supereſt hodie art. 285. n. c.

22 Sed in caſu præſcriptionis, de quo maximè agimus, contra fere omnes putant. Nam cùm initio obligatio naturalis contracta ſit, diſſolui eam ſine creditoris cōſenſu nullo modo poſſe, niſi (vt ante diximus) quocunque modo eis ſatisfactum ſit, ita vt in conſenſum ducatur, ſed in præſcriptione nihil tale accidere, in qua nullus conſenſus verus, vel interpretatiuus concludi poſſit, quod Bald. ait d. auth. ad hæc. C. de vſur. Itaque ſupereſſe naturalem obligationem, & præſcribenti exceptionem dumtaxat parari ad elidendam actionem. Id cùm ita ſit obligationi naturali rectè accedere & fideiuſſores & hypothecas l. Græcè, l. fideiuſſor obligari. D. de fideiuſſ. non abſurdè igitur dici ſupereſſe hypothecam, cùm obligatio naturalis ſubſit cui applicetur, nec in totum extincta ſit materia obligationis. Nec enim præſcriptiones longiſſimas repertas eſſe ad dominiorum trāſlationes, cùm in his nihil ſit quod poſſideatur, ſed ad excludēdas actiones per exceptiones: Sed interim remanere naturales obligationes, ex quo fomite acceſſoriæ omnes obligationes ſuſtineri poſſint. Hæ magiſtrorum traditiones Bartol. Bald. & aliorum l. cùm quis. C. de iur. & fact. ignor. Baldi nu-

A mer. 8. eiuſdem auth. ad hæc num. item 8. C. de vſur. Imol. c. vlt. ext. de præſcript. num. 17. Bart. ext. ad reprimendum verb. denunciato. Bald. l. vlt. num. 5. C. ex quibus cauſ. maior. Bald. c. eccleſia ext. de conſtit. Idē l. vlt. oppoſ. 13. C. de edict. d. Adria. vbi & alij quoque Angel. & Bald. d. l. cùm notiſſimi & idem l. 1. C. ſi aduerſ. delict. & l. 1. C. ſi aduerſ. cred. Bart. Caſt. Imol. l. vlt. D. rem rat. haber. gloſ. l. vbicūque. D. de fideiuſſ. Bartol. Ang. Fulg. l. vlt. §. vlt. D. quod quiſque iur. gloſ. l. obligationum. §. placet. D. de act. & obligat. Corn. conſ. 20. lib. 1. Bald. Caſt. Angel. Saly. d. l. cùm notiſſi-

B mi Balb. in præſcript. prima parte q. 6. & parte 2. partis 3. q. 10. & 14. Melius iudicant qui naturalem hanc tam delibutam, eneruem & elumbem remanere putant, ita vt plane nil virium habeat, veluti vmbra ſine corpore, fugax idolum & figura rei. Quare ne vulgatos quidem effectus naturalium obligationum conſequi poteſt, quibus (vt ante diximus) & fideiuſſores accedunt & hypothecæ. Sed huic nullus fideiuſſor, nulla hypotheca poſſet accedere. l. ſi quis poſtquam de fideiuſſ. D. & quod Io. Imol. & ex eo Fely. memorant c. ad aures ext. de præſcript. Balb. d. part. 1. q. 5. & 6. nu.

C 10. Bald. l. tam mandatori. C. de non. nu. pec. & l. omnes. C. de præſ. 30. ann.

Sed præter hanc multæ, & magnæ rationes dicuntur, cur ne hæc quidem naturalis obligationis imago ſupereſſe debeat præſcriptione liberato. Quid enim hoc eſt ſupereſſe imaginem rei re ſublata, cùm omnes eius effectus tolli in confeſſo ſit, quod Bart. ait, & eum ſequuti in d. l. vlt. D. rem rat. hab. Panorm. Imol. Fely. Butrius d. c. ad aures. Itaque & fideiuſſorem negant accedere d. l. ſi poſtquam. Et quod magis eſt ſolutum repeti poſſe d. l. fin. quod eſt contra naturam obligationum naturalium germanarum, ex quibus

D ſolutum non repetitur l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor. D. de fideiuſ. & fideiuſſor accedit. d. l. 1. D. de fideiuſſ. 23

Tum id quod præſcriptio pro veritate habetur, gl. magna verſ. ſed ſi egi. D. de edend. quam Bald allegat. §. ſi quis per triginta tit. ſi de feud. fuer. con. int. do. & agnat. vaſſal. 24

Præſcriptio item pacto æquiparatur, quod Bald. ait §. fin. tit. de feud. dat. in vicem l. commiſſoriæ, & text. probat ineſſe conſenſum alienationi l. alienationis. D. de verb. ſignif. l. 1. §. vlt. D. vſuf. quemad.

E cau. & nos hunc locum in protheoria ſumus perſequuti, etiam ſi Bald. pugnat de auth. adhæc, quod ſi conſenſus ineſt neceſſario obligatio naturalis, ſi quæ fuerat, diſſoluitur, ex theoremate l. ſi vnus. §. pactus. D. de pact. l. Stichum. §. naturalis. D. de fideiuſſ. quo argumento Ang. vtitur l. 1. num. 53. C. de iud. 25

Præſcriptio etiam pro ſolutione eſt l. ſi pupillus. §. vlt. D. de adminiſt. tutor. & notatur d. l. 2. C. de luit. pigno. ſolutione autem tollitur omnis obligatio, l. omnes, poſt exacta præſcriptionum tempora, pleniſſimam ſecuritatem tribuit, & actioni vlterius viuen-

F di poteſtatem adimit, quod idem facit, & ad hoc Panor. id notat. c. ad aures ext. de præſcript. Sed non eſſet illa pleniſſima ſecuritas, quæ vllam vllius generis obligationem relinqueret, ne naturalem quidem quæ retentionis, exceptionis, compenſationis, fideiuſſionis & alios complures effectus habere iure ciuili traditur. 26

Quod ius ciuile omnibus in perſonalibus ſtatuit, vt 30. annis præſcribantur, id ſtatutum hoc & conſuetudo amplius, & pinguius feciſſe intelligi debet, ne nihil ad ſtatutum addat, idque de hypothecariis quoque, de quibus mentionem nullam fecit, quæ 27

à personalibus conuentionibus causam & originem sumpsêre.

28 Si consensu obligationes naturales tolluntur, necesse est, quæ ab consuetudine per præscriptionem excluduntur, tales iudicari, quando consensu populus sibi talem consuetudinem induxit. Consensu igitur remittitur, quod sic quisquam præscribi passus est, cùm consentiant omnes præscriptionibus conuentionalibus tolli actiones naturales Bartol. & alij d. l. vlt. rem rat. hab. scribit. Bald. c. debitores ext. de iureiur. quod quoties statutum incipit à monitione, vt veniât omnes interesse prætendentes intra certam diem, toties si non venerunt, obligationem naturalem tolli, nec simplicem præscriptionem induci. Id igitur cùm fiat in approprimentis nostris, naturalis quoque obligatio tolli intelligitur.

29 Curator siue exequutor testamenti, qui testatoris debita iussus sit soluere, non rectè præscripta debita soluit. sunt igitur ista indebita quod Bart. dixit l. si is cui §. Flauius. D. de solut. idem l. quibus diebus. §. domini. D. de cond. & demonst. & ibi Imol. Bald. l. id quod pauperibus. C. de episc. & cler. quia de debitis intelligitur dispositio, quæ exigi efficaciter possint.

30 Quibus rationibus adductus & sentire & dicere cogor, sublata personali præscriptione per statutum vt hoc articulo, nullam superesse naturalem, ergo nec fideiussionem superesse, ne hypothecariam: Meríque fumi videri debent res agentibus idolum istud naturalis obligationis (quod sine re, & effectu fatentur esse) residere in natura, nec ista abstracta à materia speculatio veluti sonus aut vmbra, conuenire potest commercia, & iudicia tractantibus. Sed sunt istæ otiosæ studiosorum hominum cogitationes in secessu literario. Sed cùm ciuilis materia omnis circa res aut personas versetur, sitque subiectum id omnis ciuilis controuersiæ, merito ista vt spinosa contemni debuerunt, vt nullum tribunal ea recipit. Quæ me rationes impulêre, vt consultus aliquando de eo pacto, quo quisquam reuendere toties quoties agenti libuisset, promisisset, ac apposita triginta annorum præscriptione personali extincta, de adiuncta hypo-

Art. 285. n. C.

31 thecaria quid censerem interrogatus, responderem vtramque sepultam videri si non verbis, certe sensu & intellectu consuetudinis, quando hypothecaria nil aliud esset, quam accessio, & adiutrix prioris actio eodem tempore, & eadem causa orta, & prognata quo illa prior, quam extinctam in confesso esset, & quod imperatoria constitutione d. l. cum notissimi, aliter esset constitutum, Iuris Romani esse sanctionem, sed non tanti, vt consuetudinis securitates, & certissimas approprimentorum leges posset vincere, & quod aliter Boër. iudicasset decis. 182. ex illo iure dedu-

32 ctum. Et post hæc scripta, Masuerium in tit. de præs. num. 7. idem sentientem reperi, vbi hypothecariam etiam 30. annis tolli dixit, quia consuetudo Aruerniæ aliam præscriptionem non nosset sicut nec nostra, quod nos ostendemus art. 276. Boër. decis. 328. num. 3. Quod ipsum in eo quoque casu iudicandum putaui, quo quisquam annuum reditum alteri spopondisset sub hypothecis lege etiam dicta assignandi *charge d'assiette*, cùm post trigesimum annum extincta personali de hypotheca quæstio intenderetur. Et quod aliter imperatori (id quidem non magna ratione) esset decretum, intelligi non posse, cùm in totum extincta obligatio personalis diceretur, ac per consequens naturalis, iure quidem nostro. Enimuero ista, taliáque subinde ex vero æstimantem me subinde piget istius priscæ sapientiæ, quæ verũ bonum æquúm-

A que professa, hæreat identidem in istis apiculis. Illa
ipsa obligationum naturalium ciuiliúmque differen-
tia, vt in re sit aliquid, quod mihi quidem videtur,
nec necessario nec vtiliter à cognitione principiorum
ciuilis disciplinæ traducta est ad actiones rerum &
puluerem. Primùm cùm naturales obligationes non
vnius quidem generis eas statuerent iuris authores,
omnibus æquè potestatem, & energiam agendi negauerunt, nudásque conuentiones & pacta nuda ap-
pellarunt, quibus vim omnem abstulerunt quidquam
persequendi, nisi aut factum, aut datio alterius, aut
stipulatio, id est ciuile auxilium accessisset, sine quo
B essent sine rebus nomina. Cæterùm cùm agendi vim 33
negarent, excipiendi concesserunt: Inde natæ reten-
tiones, compensationes, fideiussiones naturalibus
obligationibus attributæ, quibus sic vetitum alte-
rum impetere, sua domi tueri non negatum id qui-
dem, sicuti iudico, nec aptè, nec appositè, quan-
do vix negari potest ciuiles esse istos effectus, qui
obligationi naturali per se consideratæ & finibus po-
testatis suæ conclusæ non conueniant, eneruì per se,
& vt finxêre eam, elumbi, siquidem nec verè talis
obligatio dici potest, & quod sic dicitur, abusiuè di-
C citur, quomodo iurisconsultus loquitur l. fideiusso-
res obligari. §. fideiussor. D. de fideiuss. Aut igitur
ex toto ciuiles effectus tribui, si talis erat, aut in to-
tum adimi si abusiuè erat, conueniebat: Et semel &
abscisse statui in ciuili materia obligationis naturalis
vim nullam esse, si per se sumeretur, nisi ciuilis etiam
nexus accessisset. Cùm excipiendi potestatem, com-
pensationis, & innumeros effectus ex his deduxêre,
mirandas struxêre conflictationes opinionum, & iu-
diciorum, quas hic non libet regerere, grandis vo-
luminis materiam. Deinde cùm & illud quoque sta-
tuêre naturales obligationes in potestate iuris aut sta-
D tutorum non esse, quia naturalia immutabilia sint,
quod illi perpetuo statuunt vt Bartol. l. vbicunque.
D. de fideiussor. & Bald. l. tam mandatori. C. de non
numer. pecun. ídque ex vulgatis regulis, solum re-
linquêre consensum ad eas dissoluendas. Ex quo
euenit crescentibus subinde mortalium controuer-
siis, & seculis ingeniorum acumina renouantibus, vt
subinde posterior iurisprudentia inquirere cogere-
tur, qualis ex quoque ciuili actu consensus inferri
posset, siue tacitus siue expressus, nam vtrumque
valere ad dissoluẽdam obligationem naturalem, quod
E Bartol. ait d. l. vbicunque. Ex ea dubitatione miri- 34
fica quædam profluxêre responsa, an sententia natu-
ralem tolleret, an idem absolutoria de iure certo, de
iure dubio, an eadem condemnatoria efficeret, de
quo Bartol. Bald. & alij l. cùm quis. C. de iur. & fact.
ignor. Bart. d. l. vbicunque. Angel. l. 1. C. de iud. De
iureiurando etiam an id efficeret, an idem cùm à par-
te esset delatum, an idem cùm à iudice, an relictum
ex testamento minus solemni naturaliter deberetur
ex consensu, an quod detrahi posset ex falcidia es-
set debitum, & sexcenta talia. Sed enim amplius au-
si, cùm naturam in totum immutabilem disseruissent
F ab iure ciuili, ex eodem iure deportatorum obliga-
tiones naturales transtulêre in fiscum. Bal. d. l. cùm
quis. Bartol. & alij d. l. vbicunque, cùm nulla natu-
ræ lex hoc statuisset. Sed & restituta per fideicommis-
sum hæreditate naturales obligationes in fideicom-
missarium transposuêre l. sancimus. C. ad Trebell.
præclarè repugnante ipsa rerum natura, quæ quem-
que non nisi ab suo ipsius consensu obligat, non ma-
gis quam vt cuiusquam anima in alium migret, nec
vnius consensus alterius consensus esse possit. Bald.
etiam in c. debitores ext. de iureiur. per monitiones,

qualia

qualia sunt bannimenta nostra tolli obligationes naturales putat. Illud verò prope insaniam est, quod ab ipsis delictis obligationes naturales colligunt, veluti in pœnam consentiat qui delinquit, quod solent l. 1. §. ad bestias D. de his qui not. inf. l. ex hoc iure. D. de iustit. & iur. quæ tam futiliter dicuntur, vt mirer talis sententiæ vllos reperiri posse aut authores, aut asseclas, cùm à natura inditum id potius sit, vt se corpúsque suum animans omne tueatur. Nam & si Aristoteles ipsa etiam delicta inter συναλλάγματα reponit, ea tamen non à consensu, sed à legis potestate proueniunt, id est alterum alteri obligant, non consensu sed lege. Nec si Calanus Indus sponte neci suæ consensit, consensus dici debet naturæ, sed cuiuslibet perturbationis impellentis potius, repugnante natura, & reclamante, nec quod ille fecit actus naturæ fuit consentientis, quam legem membrorum Apostolus appellat. Denique infinitus sim, si quæ hæc posterior iurisprudentia pugnantia, absurda, incerta, ἀνακόλουθα, ex hac ipsa collectione consensus per singulos ciuiles actus tradiderit, persequi velim, dum iura naturæ immutabilia faciunt, ac protinus eadem ex iure hoc ipso ciuili, & vero, & suo sensu mutant, & inuertunt, abolent, transferunt. constringunt, quæ omnia comminisci coguntur, propter traditos naturalium obligationum effectus, qui à consensu ducuntur. Consensum autem à variis actibus ciuilibus colligunt, quæ controuersiæ omnes sedari poterant, si quod in agendo naturalibus obligationibus ademerunt, id quoque in excipiendo fecissent, ne vllus omnino talium ciuili in materia effectus, aut vis esset, nisi accedente ciuili nexu; vt ita naturalis obligatio naturæ relinqueretur, abstracta à ciuili materia, nisi ciuilis quoque auctoritas accessisset, stipulatio, factum, datio, aut quidquam talium.

DE IVRE OFFERENDI, QVOD AD HYPOTHECARIAM CONSEQVENDAM spectat, diximus supra.

1 *An Officio iudicis præscribi possit.*
2 *An quæstioni de errore calculi.*
3 *An actioni de euictione.*
4 *An conditionalibus contractibus.*
5 *Conditionales creditores debent intercedere.*
6 *Plegiamenta conseruatoria.*

1 De officio iudicis, an ei quoque præscribi possit, incessit dubitatio, quando vulgo dici solet id nullam præsupponere obligationem, & tamen etiam actionis verbo compræhenditur. l. actionis verbo. D. de act. & obligat. etsi non ab obligatione l. qui per collusionem in fin. D. de act. empt. Et tamen idem de eo quod de actionibus personalibus putant, ne minus triginta annis præscribi possit glos. Angel. Saly. Bald. l. sicut, verb. persequutione. C. de præscript. 30. annor. Bartol. l. prætor. §. vltim. D. de op. no. nunc. Locus apud Balbum, 4. parte 4. partis q. 10. Tiraquel. in retract. §. 35. glos. 4. numer. 40. & in l. si vnquam, verb. reuertatur q. 48. Sed re præscripta hoc ipsum officium extinguitur, vt quod obligatum non habeat præscribentem extraneum quidem: Nam aduersus eum contra quem competit, 30. anni expectandi essent. Sed non vnius generis ad restitutiones dantur, quæ si per hoc petuntur, non iure actionis intra quadriennium petendæ sunt à die cessantis impedimenti, ex l. vltim. C. de temp. in integ. rest. Bartol.

A l. 1. C. de iud. & nos in loco de interruptionibus de eo sumus loquuti.

Proinde etsi ad omnes omnino personales hæc regula de triginta annis comparata est, tamen animaduerti conuenit speciales esse eius numeri quasdam, quæ ea lege, iure quidem ciuili non teneantur, veluti de errore calculi, si forte in examinandis rationibus in eo est erratum, intra quod tempus reformari peti debeat aut possit. Extat iurisconsulti responsum vsque ad 30. annos admitti l. penult. D. de reb. ad ciuitat. pertin. si per gratiam magistratus quidquam remissum sit in publicis rationibus dispungendis de- 2
B cennij tempore præscribi & glos. l. 2. vbi Ioan. Plat. C. de iur. fisc. Et verum fortasse fuerit, quamuis posterioris dicti non magna ratio appareat, quo tempore contractuum rescissiones in triginta annos prorogabantur, hodie aut appellatione succurrendum esset, si iudicis subductio intercessisset, aut decennio si error partium dumtaxat in calculo proponeretur, quando voluntariorum cognitionum omnium rescissiones, ad id tempus redactæ sunt, art. 283. vlt. huius tituli.

Ne actionis quidem de euictione alia conditio est, 3
C quàm tricennalis præscriptionis, sed id tempus non ante currit, quàm res euicta sit l. si rem & l. si post. D. de euict. Panor. cons. 21. vol. 2. Cuius rei exemplum ponit Tiraq. in præscript. §. 1. glos. ad fin. Cuius rei ratio redditur, quia non valenti agere non currit præscriptio, sed ante emptores agere non potuisse, quàm res euinceretur, d. l. qui rem & d. l. si post. Sed ne quem fallat huius dicti auctoritas, iure consuetudinario locum non haberet post approprimentorum solemnia aut perfectam præscriptionem, nisi aut intercessum esset aut interrupta præscriptio, propter approprimentorum regulas, & fori vsum. Ex quo
D certo diffinitur, ex omnibus omnino causis siue conditionalibus, siue alio euentu suspensis intercedendum esse plegiamento conseruatorio, alioqui plena emptorum securitate excludi omnes omnium intercessiones; quare frequentissimæ illæ sunt foro intercessionum formulæ. *En preiudice de garentage de telle chose venduë*, etiam si nulla dum lis mota sit de proprietate.

Atque hæc in actionibus personalibus puris. Nam 4
quibus apposita est conditio, non ante nascitur actio quam conditio extiterit: Nam non valenti agere ne-
E gatur currere præscriptio l. 1. C. de annal. excep. Hæc recepta iuris ciuilis sententia l. cùm notissimi. §. illud autem. C. de præscript. 30. anno. l. vltim. §. fin. autem aliquid. C. de caduc. toll. l. in causæ 2. §. Pomponius. D. de minorib. l. si in persona. C. de fideicom. Currit igitur tempus ab eo tempore quo agi potest, sed ante conditionis existentiam actio non nata est. Et hoc in veris conditionibus; Nam in præsens aut præteritum conceptæ, actionis natiuitatem non suspendunt l. si ita stipulatus. D. de verb. oblig. l. cùm in secundo. D. de iniust. & irrit. test. l. cùm in præsens. D. de reb. cred. Quæ necessariæ item sunt, actutum
F non suspendunt l. si pupillus. §. qui sub conditione. D. de nouat. Dies apposita conditionem non facit, quamuis longa, & dies statim cedit, & si ante diem agi non possit l. si dies. D. quand. dies legat. ced. Diuersum est in die incerta, nam pro conditione est, l. 1. D. de cond. & demonst. sed hæc iuris sunt, & proinde alterius loci. Sed grandi nota dignum erit, quod 5
dicemus iure consuetudinario aliud obseruari. Nam cùm bannimentorum solemnia promulgantur, omnes omnino creditores quamlibet conditionales intercedere oportet, quocumque euentu sint suspensæ

eorum actiones, alioqui excluduntur, quod hoc ipso statuto præsupposito Mediolani Cattel. Cotta. vere & rectè scripsit in memorial. verb. statuto seu decreto Mediolani, & ante eum senserat Christoph. Cast. l. si stipulatus fuerim. §. cùm stipulamur. D. verb. oblig. & Raph. Cum. eod. loco. Pet. Besutius, & Hieronym. Tortus, & Ias. etiam si in casu statuti sui Mediol. alio reuoluitur, sed id propter alias & diuersas clausulas eiusdem statuti. Sed hanc sententiam probant Cum. & Ias. rationibus iuris, & ex fine, & intentione statuti, quàm rectè Ias. aduertit, cùm illa proclamatio solemnis fiat propter extraneos & incertos creditores quorum interest, quorum & si iura conditionalia in præsens deduci non possunt aduersus debitores ipsos, tamen rectè deducuntur aduersus emptores rei sub conditione obligatæ, vt ipsi emptores admoneantur de iure suo, & de imminentia euictionis, ne forte interim pretium soluant, & re posterius euicta sera sit admonitio venditore for-
6 tè existente non soluendo, aut fugitiuo. Et hoc iure vtimur & ad hunc finem reperta sunt nostra plegiamenta conseruatoria: In quibus nihil concluditur vi formatæ oppositionis, quam vt ius conditionale saluum sit, quandocumque existente conditione, aut lite finita, cum debitore, aut quid tale, ne interim per approprimentum, extranei res subducatur de obligatione, sera posterius futura querela. Nemo igitur posthac obiiciat de iure illud vulgatum, non valenti agere d. l. 1. C. de annal. quoniam in potestate cuiuscumque est de iure quidem agere, & experiri plegiamento conseruatorio: Nam de impedimentis facti alibi dicemus. Idem igitur iudicandum de præscriptione aut approprimento hęreditate iacente, cùm vicem hæredis suppleat Curia saisita, vt & contra dotem mulieris; de quo nos dicemus art. 445. & Catel. Cotta vbi supra.

[b] [EXCEPTE' DES LEGATS.]

1. *Legata quanto tempore præscribantur.*
2. *Ad legata plures actiones competunt.*
3. *Consuetudine vna tantum actio.*
4. *Actio personalis competit, & extinguitur 30. annis.*

1 Hæc exceptio non est à tota regula: Est enim aduersus legata triginta quoque annorum præscriptio, sed exceptio est de principio & inchoatione præscriptionis, quia cùm in personalibus præscriptio inchoëtur protinus quam agi potest, id est, bannimentis crebescentibus aut intra quindecennium, nulla scientiæ aut ignorantiæ ratione habita, vt ante docuimus, in hoc legatorum casu tempus à die scientiæ relicti inchoatur, vtile igitur hoc tempus est in sui initio, sed
2 in cursu continuum. Iure ciuili tres proditæ sunt actiones ad consequenda legata, & suas quæque præscriptiones habent, vendicatio, hypothecaria, personalis, atque valdè inter se differentes, & fines planè contrarios. Ideóque nullo iuris casu præterquam hoc speciali possent ad idem subiectum concurrere, sed tamen ita proditum. l. 1. C. com. de leg. §. sed nostra inst. de leg. latè Bart. Ias. & alij l. 1. D. de leg. vendicatio ex eo datur, quia dominium directo transfertur in legatarium l. à Titio D. de furt. l. si tibi homo. §. cùm seruus. D. de legat. 1. Sed hoc fictum dominium est, alioqui personali agi non posset. §. si itaque
3 inst. de act. Moribus nostris id ius non admittimus, quia cùm hæredem saisitum esse oporteat vi consuetudinis, de cuius manu rem accipi oportet, omnino personali experiundum est, & de iure relicti inquiri

A & cognosci: ne si in ægritudine quidem defunctus saisierit legatarium, quod iure admittunt, l. Lucius vbi Dy. Bartol. Bald. l. legatum vbi Bald. Alber. Cum. D. de legat. 1. quoniam id videtur in præiudicium consuetudinis fieri, & ad eludendam eius dispositionem, idque tempore inhabili ad disponendum de actu naturali & traditionis effectu qui in potestate consuetudinis est, non hominis, nec enim posset testator disponere, vt alius quàm hæres saisitus esset, non magis quam constitutum apponere collato effectu post tempus mortis, quod latè Tiraq. exequitur in lib. de constit. parte 3. limitatione 2. si quis contra faciat
B competit interdictum quorum legatorum, aut condictio ex articulo 2. tituli primi huius consuetudinis. Porro aduersus talem vendicationem de iure ciuili comparata est præscriptio annalis post quam intendi nequit l. 2. C. si aduers. credit. vt inde intelligi possit non esse hanc integri dominij vendicationem sed potius quod diximus ficti, & legalis non naturalis & ex consensu. Altera, id est, hypothecaria, dari potest legatario, cui regulari 40. annorum tempore ab hærede legantis præscribitur d. l. cùm notissimi. Iure nostro ex his quæ ante diximus extincta personali ipsa quo-
C que hypothecaria si quæ esset præscriberetur, siue annuum, & repetitum, siue vnicum legatum esset d. l. cùm notissimi. §. in his. & si non ab eodem tempore inchoetur præscriptio, tempus enim præscribendi semper est triginta annorum & vniforme hæredi quidem: Nam extraneus legitimo quindecennij tempore præscribit, vt ante docuimus. Sed hic articulus 4
perspicuè ostendit pro legatis solam personalem competere, & omnem actionem lapsu triginta annorum consumi. Hic enim de personalibus agitur, & exceptionem oportet esse de regula: Alioqui tam inepta esset enunciatio, quàm si quis diceret, Om-
D nes homines currunt præter bouem. Iure quidem ciuili personalem ex testamento xxx. annis excludi non dubium, quod Bald. differit, consil. 136. volum. 5. incip. quædam vidua, Anchar. consil. 554. ex d. §. in his autem. Quo eodem tempore ius adeundæ hæreditatis excluditur, quod illi tractant l. licet. C. de iur. delib. Socin. consil. 67. lib. 1. & cons. 2. lib. 3. & ius deliberandi, Bald. cons. 368. lib. 5. Anch. reg. sine possessione vers. Idem intelligas in 6.

[c] [DES TESTAMENTS.]

E Cur hoc? cùm nisi testamento legata dici nequeant.

[d] [CELVY A QVI LES LEGATS SONT FAITS.]

1. *Legata incertis personis an præscribantur iure.*
2. *Legata ad pias causas ad procuratorum curam pertinent.*

Legatarius. Bonam operam hic nauarunt reipub. 1
prisci consuetudinis auctores, in præcidenda ingenti litium materia: Hîc de legato certæ personæ facto statuitur. Sed ingens & pene furiosa concertatio de
F legatis incertis personis factis vt pauperibus innominatis, quæ dubitatio olim Boërium doctissimum virum ita exercuit, vt nihil vnquam sibi difficilius in controuersiis iudicandis accidisse fateatur, decis. 39. nec frigens pugna, aut pauci aut tenuis notæ pugnantes. Cùm quidam hic quoque, & eo casu præscribi posse putent, ne melioris sint conditionis quam ecclesia, aduersus quam quadraginta annis præscribitur, quidam contra putent ratione incertitudinis legatariorum, quidam etiam si maximè præscriptio valeret dari restitutionem ex capite ignorantiæ, sed

eam

eam restitutionem cæteri non admittunt post quadragesimum annum: Et sunt sui cuiusque sententiæ authores. Olim quidem actiones de talibus ab episcopis intendi poterant l. nulli. C. de episc. & cler. Sed ea propria erat diaconorum, aut œconomorum cura, ex quorum negligentia sunt qui putant præscribi talibus relictis, sed scientibus demum, aut certè supinè ignorantibus. Hodie actores procuratorésque fiscales tales intendunt. Hæc dubitatio plena manu à Boërio tractatur d. decis. 39. Et si verum fateri volumus, etiam iure ciuili præscriptio longissimi temporis admittenda est in talibus: De restitutione magna est pugna, quam ego, admittendam non puto ex capite ignorantiæ post 30. annum, multominus post quadragesimum. Quæ controuersia hic abscissè præcisa est, cùm ne certis quidem personis legatariorum præscribi possit, multominus incertis, nisi à die scientiæ, præsertim in legatis piis & pauperum, quorum multo fauorabilior est causa. Quare hîc ea dubitatio non cadit, an restitutio detur aduersus præscriptionem, quando in totum præscribi nequit: Non est igitur restitutio necessaria. De eo vero quod communitati, ecclesiæ, ciuitati relictum sit, diximus in loco de publicorum præscriptione, déque abrogatione l. vlt. C. de sacros. eccles. quæ inde repeti possint.

[e] [Celvy qvi le represente.]

Hæres scilicet vniuersalis: Nam qui in specie cessionem acceptaret talis relicti, non posset excusatione vti ignorantiæ; ipsa enim cessio scientiam proderet. Nec verò iure veteri vtimur, quo legata caduca fiebant, transmittitur enim semper legatorum ius ad hæredem.

[f] [Ha son action a tousiours.]

Nil est quod præscriptionem quadragenariam effugiat.

Hæc dictio (*tousiours*) idem valet quod semper, aut perpetuo, quorum verborum vi quæsitum est, an omnis præscriptio tam viginti quam 30. annorum sublata videretur, si quando lege aut statuto expressum esset actionem perpetuò durare, quod Bald. negauit l. 1. D. solut. mat. Sed hac de re diffusa extat tractatio Tiraquell. in retract. conuent. §. 1. glos. 2. numer. 8. & seq. Sed senserint illi quidlibet, ex hoc textu perspicuum est hic tricennariæ & longissimæ cuiuis derogari. Sed superest quærendum, an ita extensa saltem centum annorum curriculo terminetur, quod vulgò putant, quod Boer. allegat d. decis. 39. numer. 9. & nos sup. disseruimus artic. 271. verbo, *quarante ans*. Ego id omne impræscriptibile puto, quod nostræ quadragenariæ non cedit: de quo Aymo. Crauetta latè lib. de tempore parte 4. q. 22. Balb. 5. parte 5. partis q. 9. Bertach. in lexico verb. præscriptio tollitur. Tiraq. vbi sup. num. 23. & nos art. 55.

[g] [Nonobstant longve tenve.]

Id est longissima præscriptione, & lapsu triginta aut quadraginta annorum, talibus enim derogat. Hic igitur consuetudo resistit præscriptioni, & principiis, & rem impræscriptibilem reddit.

[h] [Povrvev qv'il ne fvst sçavant.]

In testamentis præscriptio non currit ignoranti.

Hæc exceptio confirmat regulam vniuersalem, quæ habet præscriptiones statutarias & consuetudinarias currere indistinctè aduersus ignorantes, & aduersus absentes, de quo nos sup. articul. 226. vers. *enuers tous*. & campus apud Tiraquell. in retract. §. 36. glos. 4. numer. 4. à qua speciali consideratione vt existimo piorum relictorum, quæ testamentis relinqui solent, hic casus exceptus est. Regulare vero est, iure ciuili in omni testamentaria dispositione, ne tempus cuiquam ignoranti currat, ad exclusionem relicti l. 3. §. si quis hæredi. D. de statulib. l. si hæreditas. C. de statulib. & ibi Bartol. & Bald. l. si in diem. D. de cond. & demonst. Bartol. l. vltim. §. sin autem dubius glos. verbo delatam. C. de iur. delib. Anchar. c. nos quidem extra de testament. Idem cons. 29. nominatim de legatis Anchar. consil. 170. Bald. consil. 204. volum. 4. Decius consil. 267. Alexand. cons. 16. volum. 5. incip. Perspectis.

[i] [Prevve de sa sçavance.]

Currit igitur præscriptio scienti relictum etiam ante acceptationem, de quo quidam dubitarunt. Sed Anchar. confirmat reg. sine possessione. de reg. iur. in 6. Socin. cons. 2. volum. 3. ad fin. Decius d. cons. 554. Paul. Parisiens. cons. 92. volum. 3. Socin. Iunior. cons. 145. numer. 71. Marianus cons. 65. lib. 1. Sed probanda est scientia excipienti de ea, quia illa in alieno facto non præsumitur, quod Alex. fusius persequitur, d. cons. 116. Sed & probationis loco interdum est præsumptio, si legatarius testamento condendo afuit, si vicinus, si familiaris, si necessarius, si consiliorum defuncti particeps, & quæ Anchar. allegat in eam rem cons. 170. Boër. d. decisione. 13. Bald. cons. 204. vol. 4. vbi specificam scientiam exigit inspectis & cognitis verbis testamenti. Sed id mihi non vsquequaque probatur, & si ad exclusionem iuris id exigunt.

[k] [S'en pvrgeront.]

Iuramentum hoc purgationis est de scientia, quæ vt plurimum sacramento probatur.

[l] [Et le serment faict.]

Et sic probata ignorantia, quæ alioqui præsumitur, & scientiam dicenti incumbit probatio.

[m] [Savf les raisons.]

Hoc facto enim tollitur dumtaxat exceptio præscriptionis, quæ agenti obstabat, ea dempta saluæ sunt peremptoriæ, omnes dilatoriæ etiam, & quæ ex substantia testamenti, solemnitatis, aut inualiditate relicti opponi possunt.

Article CCLXXIIII.

Artic. cclxxxviii. Novae Cons.

A[a]ction de crime[b] est esteinte[c] par cinq ans,[d] prouuant l'accusé son bon nom,[e] si l'accusateur ne vouloit[f] prouuer le faict de certain.

[a] *Actio ex delicto,[b] moritur[c] quinquennio vertente,[d] probando existimationis integritatem,[e] nisi si accusator[f] contenderet liquidò crimen probare.*

1 *Cognitiones ordinariæ exoleuêre.*
2 *Publicorum criminum prosequutiones.*
3 *Ciuiles prosequutiones ordinariæ.*
4 *Publicorum iudiciorum ordo & solemnia.*
5 *Sine accusatore neminem damnatum olim.*
6 *Quæstiones extraordinariæ iam olim receptæ pro ordinariis.*
7 *Quæstiones gentibus exteris vsurpatæ contempto ordine iudiciorum.*
Inscriptio in priuatis quoque iudiciis vsitata olim. ibid.
Eadem nunc abolita.
8 *Eadem reuocanda in vsum: nisi quis suam iniuriam persequatur.*
9 *Ordinaria hodie iudicia sunt omnia.*
10 *Pœnales & persequutoriæ quæ sint.*
A quibus exerceantur. ibid.
11 *Publica cur dicantur.*
12 *Priuato crimine damnati infames non sunt iure.*
Mala discrimina publicorum & priuatorum. ibid.
13 *Improbata hac de re Canonistarum sententia.*
14 *Pœnales prosequutiones à priuatis non exercentur.*
15 *Inquisitio generalis de vita cuiusquam non est probanda.*
16 *Iudicium ciuile & criminale diuerso modo accipitur nostris quam olim iure.*
17 *Si iudices diuersi sint criminalium & ciuilium ad quem spectet cognitio &c.*
Processu ordinariè constituto, cuius deinceps erit cognitio criminalis, an ciuilis. ibid.
18 *Appellatio à criminali iudice ad quem deuoluatur lite ciuiliter constituta.*

1 Antequam huius articuli materiam ingredimur, pauca quædam præfari necesse est de ordinandis criminalibus iudiciis, & qui mos antiquorum fuerit: Romanos dico quo demum antiquato, vt deinde institui, & ordinari gentibus cæteris talis iudicia cœperint, quæ cui agendi forma successerit foro, quid in his illisve melius, & conuenientius fiat, quod eo magis faciendum putamus, quod homines adolescentes, & nuper à Iustiniano manumissi, cùm è scholæ vmbraculis in puluerem descendere, ante penè senuêre quam veteris, & noui moris discrimen & fines intelligat.
2 Fuêre prisco Romano iure duæ persequendi criminis rationes, illa quidem longe antiquior, quam ordinariam dicebant, & publicam. Publica iudicia, ait Iustinianus, neque per actiones ordinantur, neque omnino quidquam simile habent cum cæteris iudiciis, magnáque diuersitas eorum est, & instituendo, & in exercédo; sed neque ciuilia quidem, & de re pecuniaria, sine solemnibus suis olim fuêre quod l. vlt. C. de interd. indicat, & §. vltim. inst. eod. & l. antep. D. de negot.
3 gest. Quorum tam anxia solemnia fuêre, vt mirum sit sub illis legibus vllum omnino sontem criminis damnari potuisse, aut quemquam ad suum aliquando talibus peruenisse. Posterius fastiditis ambagibus talibus repertæ quas extraordinem cognitiones, & iudi-

A cia appellauêre: Quarum vsu & vtilitate percepta ipsi quoque veteres priores illas sponte exolescere passi sunt. Nam illæ formulę & solemnitates de accusatore constituendo, inscriptio, inter reos receptio, interrogatio legibus, & quę articul. 120. supra memorauimus, multa perplexa & rerum inania habuerunt, certè prolixissima. Postulatio reorum propriè, illis solemnibus accusatio dicebatur, & propria publicorum iudiciorum intentio, de qua tituli noti in iure. Sed ea prope- 4
modum exoleuerant, ipsorum iam tum iurisconsultorum, Vlpiani & Pauli temporibus l. hodie. D. de pœn. l. ordo. D. de public. iudic. l. 1. §. senatusconsultum. D. ad Turpil. Ergo magnæ illæ, & sinuosæ difficultates de accusatore deligendo explosæ (vnde illæ oratorum
B diuinationes) & abolitæ, quo in genere extat illa Ciceronis in Verrê: de quibus l. si cui. D. de accus. Mortuo vero accusatore nomen rei eximere nobis inauditum, quin ex eadem instantia & peragi possit, contra l. libellorum. §. si accusator. D. de accusat. l. accusatore. D. de public. iudic. Sed nec receptæ accusationum abolitiones, quo quidem sensu in iure vsurpantur, sub titulis de abolitionibus. Nec accusator custodiam init cum reo, contra l. vltim. C. de accusat. Nec cautio præstatur de implenda accusatione, aut perseuerando vsque ad finem l. si cui & l. qui crimen. C. qui accusar. poss. & d. l. si cui. Et tamen solemne illis fuit; sine accusatore neminem condemnari l. rescriptio. §. si quis
C accusatorem. D. ad municip. quamquam aliquando & certis casibus fieret, quos glo. colligit l. 2. §. vnde quæri. D. de adul. glo. c. 1. ext. vt Eccles. benef. & alia quædam quæ ab studiosis collecta sunt ex antiquitate, & ab quibusdam eruditis plura quædam ostentata, quàm præstita de eo genere; & si illud vulgatum sine accusatore &c. Duarenus ciuis noster non probat, quod & si fortasse perpetuum non fuit, frequentius tamen fuit sine accusatore neminem damnari. Sed posterius gliscentibus maleficiis & inuerecundis seculis, repertum damnato priore accusationum more, extraordinem de criminibus quæri, nec flagrantia crimina, tam lenta remedia ferre poterant, quod d. l. hodie, ostendit. Ita- 6
que crebrę à senatu, crebræ & magistratibus quæstiones extraordinem decretę, partim denunciantibus delatoribus partim cura officij, & in prouinciis præsidi-
D bus ex officio inquirentibus, quorum in mandatis id præcipuum fuit sceleratos conquirere l. congruit. D. de off. præs. l. 4. §. mandatis. D. ad l. Iul. peculat. §. oportet auth. de mandat. princip. Interdum renunciante officio, eirenarchis, stationariis, curiosis l. diuus. D. de cust. reor. l. 4. C. de curios. lib. 12. & tit. de eirenarchis. Quare quod in constituendis iudiciis ordinariis leges poterant, hoc idem magistratus in ordinãdis extraordinem quæstionibus efficiebãt, spreto illo ordine, qui in ciuilibus quoque iudiciis posterius contemni cœpit. §. vlt. inst. de interd. l. incerti. C. de interd. & d. l. antep. Et certè res spectantibus non poterant non videri veteris ordinis formulæ superstitiosæ, & nugatrices, vt nimium quomodo quidem Iurisconsultus loquitur.

7 loquitur. d. l. antep. superuacuæ. Quamobrem extraordinariarum persequutionum ratio & institutum valde gentibus exteris extra Rom. Imperium est probatum, ferèque receptum vbique extra ordinem de crimine inquirere, cuius institutum sumitur ab ea quam vocant inquisitione inductúmque, vt tam publicis quam in priuatis delictis eadem persequutionum ratio seruaretur. Nam in priuatis quoque receptum ostendit. l. vl. D. de priuat. delict. & l. vl. D. de furt. & l. qui iniuriarum. D. de iniur. l. diuus. D. de crimin. expil. hæred. damnatis ordinariorum solemnibus, nisi quod inscriptionis necessitatem ab ordinariis in istam quoque vt necessariam & vtilem traduxêre. d. l. vlt. D. de furt. vt licentia accusandi comprimeretur similitudine periculi, nisi quis suam suorúmve iniuriam persequeretur, quæ ipsa inscriptio & si fere exoleuit vsu, quod de Italis quoque tribunalibus memorat Ang. in malef. me authore tamen hoc seculo, & necessaria, & reuocanda, cùm quis sese delator intrudit sponte, nec suam suorúmve iniuriam persequitur solo odio personæ delationem professus, dum obtentu legum, & iuris, iræ, & vltioni obsequitur, aut homo aliquis nihili qui nihil habet, quod in offensio-
8 ne deperdat (vt Cicero loquitur) alteri operam præstat, ad alienam famam, & dignitatem aspergendam infamia, aut periculo, quo fine Regis qui nunc regnat Ordinationes clancularium instigatorem edi præcipiunt ab Procuratoribus fisci. Recepta igitur hac forma extraordinariarum cognitionum abrogata ordinaria illa vetus est. Sed ratio appellationis paululum est immutata, quia nos quoque extraordinarias appellamus cognitiones, non respectu veterum ordinariarum, quas exteræ gentes nunquam vsurparunt, sed respectu ciuilium iudiciorum, quæ per actiones & præscriptas regulas texuntur, quod nos Art. 33. notauimus, & art. 102. cùm si verum amamus, & rem ipsam spectamus ea quæ hodie extraordinaria appellamus, non minus ordinaria sint quam quæcumque alia & ciuilia ipsa, vt quæ constant certissimis regulis
9 & formis ab exordio vsque ad finem Ordinationibus Regum describi & designari, quod iam olim Angel. aduerterat lib. de malefic. verb. hæc est quædam inquisitio vers. quæro an inquisitus, ex Bartol. l. si maritus. §. sed si extraneus. D. de adult. & Canon. in rub. ext. de iud. Sed cùm è maleficiis omnibus ferè duæ actiones oriantur, altera prosequutoria, qua quis rem suam persequitur, altera pœnalis quæ publicam pœnam, aut exemplum, aut mulctam intendit: Diuisa etiam & separata earum persequutio est, nec aut pœnalis à priuato homine, aut persequutoria rei ab officio intentari possit. Officium voco publici procuratorem quem fiscalem appellamus, pœnales voco eas quas Iustinianus describit. §. pœnales inst. de actio.
10 nisi quod, nulla verè talis à priuatis moribus quidem nostris intenditur, tametsi per extraordinarias cognitiones, & pœnales, & rei persequutoriæ deduci soleant, quod olim non fiebat, vnde illa nata dubitatio, quando ciuilis actio criminali præiudicet, & l. si præses. C. ad l. Flau. de plagiar. Sed cùm hodie nemo vnus pœnalem, & persequutoriam possit intendere, frustra quæritur, an alteri per alterum præiudicium fiat instituta actione, cùm constet non fieri vulgatis regulis, de quo tum probabiliter dubitabatur, cùm vtraque vni competebat. Nam etiam ciuili iudicio potest actor interesse ex maleficio consequi, omissa extraordinaria via. l. prætor. §. 1. D. de iniur. l. prætor. D. vi bono. rapt. l. vlt. D. de priuat. delict. l. diuus. D. de crimin. expil. hæred. l. 1. C. de plag. l. de fide. C. de fals. Igneus latè. l. in cognitione. num. 59. ad Syll. Sed si fe-

A cerit, inutilis quæstio est, an criminali præiudicatum sit; Constat enim non præiudicatum pœnali actu to procuratori fisci, nec publico per priuatum hominem præiudicari potuit. Sic nec publicorum iudiciorum, & priuatorum in delictis quidem vllum nobis superest discrimen, vnus enim ordo eadem ratio prosequutionis. Publica illi vocabant quia priscis temporibus de illis populi erat cognitio, quod Pomponius ait. l. 2. D. de reg. iuris, vt quæ ad remp. maximè spectarent. Et quia legibus illis publica & popularis fuit de talibus prosequutio. l. 1. D. de publ. iud. inst. eod.
B tit. quo loco nominatim à Iustiniano enumerantur.
Sunt vero duodecim, aut vnum amplius, quibus po- 11
steriores hæresis crimen adiecère l. Manichæos. Co. de hæret. & aliquando etiam præuaricationis. l. 3. de præuari. D. addidit & alia Bald. in rub. C. qui accus. poss. Angel. in malefic. verb. ad querelam. His damnati infames fiebant. l. in infamem. D. de pub. iud. Priuato crimine damnatus, id est, extra titulos earum legum nemo, nisi cùm actiones ciuiles ex hisdem factis descendentes infamabant, vt furti aut iniuriarum, doli, quæ etiam ciuiliter intentatæ infamant. l. 1. D. de his qui not. inf. Quare mihi sæpè ista æstimanti & 12
C mirari vehementer subit, veteris illius iurisprudentiæ mentem, quid ita publico iudicio damnati omnes infames fierent, priuato iudicio nemo, cùm ratione & iudicio quæque suis ponderibus librantibus constet, multa priuata improbiora & atrociora publicis, & certè inter publica adscribi oportuerat. Nam cur legis Iuliæ de vi priuata crimen publicum est, quod in priuatum & sine armis committitur? Cur legis Flauiæ de plagiariis, quæ de alieno seruo statuit? Cur legis Corneliæ de vitiato instrumento,
& omnes æquè infamant? Cur legis Iuliæ repetun- 13
darum crimen publicum est, concussionis crimen
D multo grauissimum in priuatis est, nec infamat damnatum, quod glos. ait. d. l. infamem, & l. 1. D. de concuss. Atque hic solus titulus persequutionis, id est, verborum sonus totam rem inuertit, concussionis crimine intentato illæsa est existimatio, muta titulum ex eodem, & vnico facto, & admisso, repetundarum facies infamabit? Cur ita res, & serio agentibus tanti est mutatis nominibus oculis inspersisse puluerem, vt res eadem alia atque alia videretur, veluti illa suilla hospitis Philopœmenis, cùm eadem diuersis condimentis præberetur? Cur plagij crimen publicum est, alie-
E num seruum occultasse, corrupisse non est, cùm serui corrupti agitur, Cur lex Cornelia publico iudicio infamat, & falsi tenetur qui eandem rem duobus vendidit, si tu stellionatus, postules priuato crimine nemo infamaretur. l. 2. D. de crim. stell. l. 3. D. de pub. iud. Cur etiam in priuatis actio furti infamat etiam ciuilis, condictio furtiua ex eodem facto non infamat. Cur publicorum iudiciorum persequutiones cuiuslibet de populo sunt, priuatorum quamlibet atrocium non sunt, sed eorum tantum qui suam, vel suorum iniuriam persequuntur. l. vltim. D. de priuat. delict. Et verum liceat confiteri, multa in veterum, & illius reip.
F institutis auctoritas vetustatis defendit, cum ratio desit, & verò etiam iudicium defuisse interdum videatur.
tur. Nam Canonistarum sensa non magis recipimus, 14
qui hodie omnia de delictis iudicia publica esse putant ratione vsi, quia omnis sententia ex causa maleficij lata infamet, de quo Io. Fab. §. vl. inst. de pœn. tem. litig. Bald. in rub. Cod. qui accus. poss. Neque enim ideo publica dicuntur, quia infament, sed ideo infamant quia publica sunt. Et rectè Bald. ait publica esse, nō genere pœnæ sed causa admissi, quomodo quidam de patribus dixit, martyres non facit pœna, sed causa.

Publica verò nō alia causa fecit, quàm populi Romani, & rogantium auctoritas, quorum legibus cùm non teneamur ratione ista, non præiudiciis regenda sunt, & inter publica habenda quæ rempublicam vexant facto aut exemplo. Non moueri nos oportet eo, quod Pompeius lege de parricidiis statuerit, aut Fla-
15 uius de plagio, aut Iulius legibus Iuliis. Sed vt redeamus vnde digressa est oratio, semel est statuendum publicæ pœnæ exactionem in priuati cuiusquam iure nō esse, quod Bald. d. rub. in statutariis omnibus delictorum persequutionibus iudicandum putat, etiam si denunciatores admittimus. Sed nisi eorum priuatim interfit, nec iudicio interesse, nec quidquam petere possunt, sed alteri, id est, officio subscriptores sunt; pœnæ tamen delationum subduntur, titulo de delatoribus. C. & l. 2. §. diuus. D. de iur. fis. Idque certo,
16 & designato in specie crimine. Nam de vita cuiusquam generaliter inquiri; quod hæc sæcula interdum innouarunt, cuiquam non permissum, alioqui nemo innocens futurus sit, si vagari in aliena existimatione liceat. l. prætor. D. de iniur. Quo magis decet eos qui publicè reipub. procurant videre, ne personam cuiquam suam temere accommodent ad negotium alteri facessendum, præsertim si dignitate præditus, & integræ existimationis est: qua in re religiosè maiores nostri sunt versati, cùm aliter cuiquam officio, in causam citra periculum delationis descēdere non liceret, quam si iudex exploratis ante probationibus decreuisset *qu'ils appeloyent procez decretez*. Et fortasse eum morem reuocari expediret.

Finiero si hoc addidero, inutiles, & vsu recepto falsas posterioris iurisprudentiæ descriptiones, cùm iudicium criminale diffiniunt, in quo pœna applicatur fisco, ciuile cùm parti, de quo Bart. l. 1. D. de sep. viol.
18 Canonist. in rub. de iudic. Nec enim vlla pœna est quam pars persequatur: & recepto vsu criminalia non tantum à materia, & subiecto, sed ab titulo, & genere prosequutionis metimur: Eámque solum criminalem causam dicimus, cuius extraordinariè fit constituta prosequutio, ciuilémque ordinariè, & per actiones ciuiles. Ita vt partita in plures iudices potestate, is qui de criminalibus iudicat, semper extraordinariæ suæ cognitionis initia taxat ab inquisitione inchoando, alter ciuiliter tantum, & per institutas actiones; & si interdum accidit, vt criminalis in ciuilem demigret, & è contra ciuilis in criminalem, vt l. quod euitandi. C. de cond. ob. turp. caus. Quanquam non iure nec ordine factum, quod traducta de criminali ad ciuilem cognitione, nuper iudicium est criminalibus attributum, quos oportebat lite ciuiliter constituta defunctos, ad eos remittere cognitionem, quorum ea de re pecuniaria cognitio est l. defuncto. D. de pub. iud. & l. 1. D. de abig. l. seruus. D. de act. & oblig. Nam sicuti ad criminis defensionē de vi, aut furto nihil profuerit dominium rei in exceptionem deduxisse, si nihil de eo probatum est l. plagij. 2. C. ad legem Iul. de plagiar. ita ad suppilandam & præoccupandam alienam iurisdictionem valere non debet crimen confictum, cùm persequutoria rei actio ciuilis de ea re extaret. Fictum autem crimen apparet, aut alieni nominis factum, nec tali cognitione dignum, cùm ille ipse capitalium cognitor, suo etiam iudicio litem ordinariè constituendam iudicauit, quo facto eadémque opera iudicium sibi abdicauit. d. l. defuncto. l. solent. D. de cust. reor. l. ad officium. §. officium. D. de re milit. l. Præses. C. de plagiar. l. 1. D. de abig. Nec idonea de causa contradicitur, quia causa ab inquisitione cœperit, quod ex libello fieri solet ad solùm agentis expostulationem, & plerúmque malignè, & detorquendæ
A cognitionis causa. Reo certè interrogato & deducta in exceptionem rei proprietate de qua litigatur, ciuiliter constituto iudicio, ciuilis cognitionis id iudicium est. d. l. defuncto. Adde quod plerúmque idem admissum calumniosè suppressa qualitate in delictum transit, veluti fores effregisse, bona exportasse, per se de genere malorum est, & inquisitio ex tali libello admittitur. Sed quid? Adde apparitoris id esse factum 19
aut iudicis iussum, qui manu militari ex iure aliquem ad restituendam rem cogendum decreuit, criminis causa ex toto excidet, id suppressisse in libello, obrepsisse est iudici. Ideóque non idonea causa retinen-
B dæ cognitionis, quæ ab eo cœpit vnde non debuit, & inter iudicantium concertationes facile est ambitionem facti adumbrare prætextu ignorantiæ, Cuius facti multominus admittenda executio est, cùm ille capitalium cognitor litem ciuiliter, & ordinariè, & constituit, & iudicat, nec extraordinariam redintegrat. Quin & si alij ciuilium, alij capitalium appellationum iudices dicantur, earum litium quę ordinariè, erunt constitutæ appellationes ad ciuiles iudices pertinebunt expressa decis. Rotæ x. in antiquis. Hæc viam præstruent ad ea quæ sequuntur.

C

[2] [Action de crime.]

1 *Accusationis & actionis differentia, etsi pro eodem accipiantur.*
2 *Obligatio naturalis non contrahitur ex delicto, late.*
3 *Obligationes ex delicto tolluntur hac præscriptione.*
4 *Rei persequutoriæ an tollantur.*
5 *An statuto ciuilis, & criminalis simul tolluntur. & nu. 7.*
6 *Si ciuilis citra delicti causam intenditur.*
7 *Inquiri de maleficiis præscriptis non debet.*
D 8 *Canonistæ præscriptiones criminales excludunt omnes.*

Actio ciuilis est, & persequutoria rei, quæ parti læ- 1
sæ competit, accusatio quæ procuratori publici, tametsi non habet antiqua solemnia, & si interdū actio pro accusatione ponitur, vt l. 1. D. de crimin. stel. & titulo quando actio ciuilis criminali præiudicet, id est, quando actio priuati publicæ accusationi, vnde perduellionis actionem Cicero dixit, & notat. Duar. lib. 1. & alij. l. qui accusare. C. qui accus. possunt & è contra hoc ipso tex. vtrumque confundit. Nam initio
E actionē dixit & in medio & fine *l'accusé & accusateur*. latè Ias. §. pœnales. num. 40. inst. de act. Cùm ergo ex quoque crimine duæ persequutiones nascantur ex facto inducta obligatione. l. actionis, & l. obligamur. D. de actio. & oblig. l. ex maleficiis eod. tit. pœnalis scilicet fisco, & ea quam lex generat ex facto, vt Iurisconsultus loquitur. d. l. actionum, id est, propter id quod quisquam fecit: iusta hîc dubitatio est, quæ sit ea quam hic Cōsuetudo tollere voluit, an ciuilis an pœnalis, an
vtraque. Differitur in scholis, an ex delicto obligatio 2
naturalis aliqua gignatur id est, an aliquis consensus insit in delinquente ad subeundam pœnā, quod vulgo
F putant ex auctoritate glos. l. 1. §. ad bestias verb. honorari, & §. quia vero, verb. amatores periculi auth. de nō alienand. aut permut. reb. Eccles. & quos Imol. allegat. cap. vltim. ext. de præscript. Bartol. & alij. l. ex hoc iure. D. de iust. & iure & l. cùm quis. C. de iur. & fac. ignor. Angel. l. 2. C. de iud. Bar. & alij. l. vlt. D. rem rat. hab. Hæc sententia perquàm ridicula est, & si magnos authores habet, ex delicto inesse consensum in pœnam. Et quod ille. §. quia verò, per auxesim dixit amatores periculi, pro libera dispositione accipere, non magis quam illud scripturæ, qui amat periculum

peribit

peribit in illo. Iste consensus non est naturæ & mul-
tominus talis, qui obligationem naturalem generet.
Nam cùm mater natura sui conseruatrix sit, & quod
Cicero dicit, omni animanti inditum sit, vt se cor-
púsque suum tueatur, bruta & irrationabilis est præ-
sumptio aut consequutio, quod quisquam ex suo de-
licto consentire in suam perniciem existimetur. Re-
pugnat naturæ, quæ tota cohorrescit ad istam cogita-
tionem, nisi fortè consensisse Leandrum putamus vt
mergeretur, cùm audax clamaret in vndis. Parcite
dum propero, mergite dum redeo. An quisquam pu-
tat consensum fuisse, quod amor figurate expressit.
Quod Sceuola perire voluit, quod Calanus Indus suo
consensu periit, tribui non debuit naturæ, quæ ista ex
toto abhorret & exhorrescit, sed vehementi phanta-
siæ à perturbatione animi commotæ, & impulsæ ad
istum non consensum, sed motum contra naturam.
Itaque delinquenti non inest consensus, sed pertur-
batio, vt causa impulsa, & mota fuisse videatur necis
suæ qui deliquit, impulsiua perturbatio, cuius primi
motus in potestate hominis esse negantur; vis igitur
potius fuit quàm consensus, si resisti non potuit, quod
ipsum sacra philosophia non admittit. Hoc sensu di-
citur illud, ex te perditio tua Israel. An igitur ab obli-
gatione naturali periisse Israelem putamus, qui subter
se haberet appetitum suum quod alibi dicitur, cui do-
minari debuisset. Nec mouendi sumus quia Aristote-
les delicta inter συναλλάγματα posuerit, id est, cõtractus
& commercia vnde obligationes gignuntur, quo sen-
su à nostris sæpè mali contractus dicuntur, quia con-
tractus verbum latius est, nec ad positionem eius vo-
cis necessariò sequitur obligatio ex consensu obliga-
tiones à lege inducantur. Et ideo in diuisione actio-
num, quæ ex obligationibus nascuntur, alias ex con-
sensu, alias ex facto Iurisconsultus ponit. d. l. actionũ.
Ex facto sunt de eo quod quisquam admisit, extant &
tituli de his obligationibus diuersi institutionibus Iu-
stiniani. Et si igitur contractus quosdam appellari cõ-
tingat à consensu, tamen in delictis obligatio non
nascitur à consensu, sed à re ipsa, id est maleficio indi-
ta ex lege, inst. de obligat. ex delict. in princip. Quod
cùm intelligerent quidam non naturales eas sed quasi
3 naturales appellauerunt vt Bald. auth. ad hæc. C. de
vsur. Bart. l. 1. D. de cond. indeb. neutrum vere. Con-
sequitur eas actiones quæ tales sint & naturales obli-
gationes non habent antecedentes, præscriptione in
totum extingui & aboleri: ergo hoc quinquennio in
totum consumi, quod ne illi quidem negant Bart. d. l.
fin. & l. vbicunque. D. de fideiuss. Angel. d. l. 1. alij d.
l. ex hoc iure. d. l. cùm quis Bald. l. si pœnæ. Cod. de
cond. indeb. Canon. d. cap. fin. & Felyn. c. ad aures
4 ext. de præscript. De quo quidẽ nemo dubitat in mere
pœnalibus ad actionem pœnæ, sed de persequutoria
rei & ciuili quæ parti datur maior dubitatio, quia
Bald. non putat in hac tolli naturalem, quã semel præ-
suppostuit inesse. d. auth. ad hæc. Imol. d. c. vlt. tolli
putat effectu, ideóque & præscribi ciuili vers. Sed ad-
uerte: Francis. Balb. in tract. de præscript part. 4. par-
tis. 4. q. 2. allegat Bartolum dicere in l. 1. §. ait prætor.
D. de aleat. quod si per statutum tollatur criminis
5 conuentio post certum tempus, quod intelligi debeat
tam de ciuili, quàm criminali, quod ego tamen apud
Bartol. non reperio. Sed Saly. d. l. querela sublata lapsu
temporis ciuili putat criminalem quoque tolli & è
contra, quod & Angel. probat. Quare sequitur actio-
nis verbo, quo hæc consuetudo vtitur, & sua vi perse-
quutoriam significat, pœnalem quoque & multoma-
gis tolli, & quæ habetur dispositio inf. art. 278. de bre-
uioribus præscriptionibus loquitur, hæc de longiori-
bus, quas tamen contrahit de legalibus vicennariis. l.
querela. C. de fals.

Proinde cum ciuiles & rei persequutorias quin-
quennio excludi dico, eas intelligo per quas interesse
petitur, aut reparatio, vt loquimur, ex delicto, hoc
est in quibus medium concludendi, & causa obliga-
tionis constituitur in facto, vt & ex delicto libellatur,
vt aiunt, de facto personali, ex quo lex obligationem
induxit. d. l. actionum, secus si ciuili actione abstra-
cta delicti causa quisquam experiretur ciuili iudicio.
Itaque si quis vendicationem rei mobilis aut immo-
bilis intenderet, cuius causa est in proprietate agentis
& detentione possessoris, hanc indubiè existimãdum
vt & vẽdicationem suis temporibus duraturam, etiam
si per vim aut delictum res ad reum peruenerit, si mo-
do delicti causa non intenditur: Et res mobilis toto 6
decennio petetur, nec ciuili actioni per criminalem
hîc præiudicabitur, quia ciuilis non ab causa delicti
sed aliunde nascitur: nec agitur, vt aduersus detento-
rem. Nec mere persequutorias, id est, in quibus acto-
ri abest, & reo adest, tolli puto minori tempore quam
30. annorum, id est, personalium tempore, si persona-
libus agatur, aut realium si realibus, extra tamen de-
licti causam, alioqui manifesta iniuria contingeret
alium cum aliena iactura, idque per scelus locupletari
lapsu quinquennij, cùm actiones rei persequutoriæ
ciuiles non tollantur nisi suis temporibus, reales
nostro quindecennio, personales 30. annis, in quibus
tamen nullum est delictum, quod si interuenit ne-
cesse est longiores præscriptiones dari odio delin-
quentis, ego semper de rei persequutorijs loquor.
Nam de capitalibus mirum videri non debet si bre-
uiori tempore tollantur, quod Saly. notat. d. l. que-
rela, vt illæ quoque in quibus reo nihil adest, quas
simili criminalium tempore tollendas puto, ex illis
decis. Saly. & Angel. quia in istis nulla vendicatio po-
test competere, nulla personalis ex consensu, & ideo
necesse sit criminis & delicti causam in iudicium
deducere, quod fieri nequit, vt diximus, post hoc
quinquennium. Summa igitur esto criminales actio-
nes & accusationes pœnales extingui lapsu huius
quinquennij, sed & eas omnes in quibus & si actor
damnum accepit reo tamen nihil adest, vt in actione
iniuriarum aut damni dati. Quod si reo adest aliquid,
tum ciuilem actionem persequutoriam, ordinaria
cognitione tolli, iniquum, & iniurium esse, modo ex
delicto media concludendi non sumantur. Sed ex illo,
res mea apud te est sine causa. l. si me & Titium. D.
si cert. pet. ne alioqui breuiori tempore ex furti, rapi-
næ & cæteris causis possidentes præscribant res
suas persequentibus, quam nullo adiuncto delicto te-
nentes, quod natura improbat, l. atqui natura. D. de
negot. gest.

Igitur alteram alterius expressione tolli Docto- 7
res putant, vt his verbis in text. expressis dubitan-
dum non sit tolli pœnales omnes, cũ actiones ciuiles
tollantur, verbo actionis expresso. Idque verũ est, non
solum, si regulari accusationis via ageretur, quæ no-
bis exoleuit, sed etiam si per inquisitionem, idémque
quacũque via quis de criminis causa experiatur, quod
Bartol. Bald. Salyc. Cyn. Oldrad. Ang. putant. d. l.
querela. Ang. l. si vacantia ad fin. C. de bon. vacant.
lib. 10. Imol. l. diuus. D. de re iud. Anchar. consil. 190. &
si Aufrer. pugnat, cùm officio iudicis agitur decis. 188.
Huius rei insigne exemplum posuit Boër. decis. 26.
quo loco fœminam incendiariam probato delicto
priore damnatam, post legitimam præscriptionem ex
appellatione absolutam scribit se præsidente Burde-
galensi Curiæ ex d. l. querela, etsi Ioan. Igneus prin-

ceps & ipſe Rothomagenſis Curiæ neget ſe vidiſſe expreſſe deciſum in homicidio, etiam ſi caſus ſemel eueniſſet, nec putat, l. querela in homicidio locum habere. l.in cognitione. num.176.D. ad S.C.ſyllania. motus quia illa lege dicatur parricidij ſontes ſemper ex eo S.C. accuſare permitti. Sed valeant ſcholaſticæ rationes quæ fundum non habent, nam quod hæret in verbo, ſemper nihil momenti habet, ponitur enim ibi reſpectu quinquennij, quod præfixum eſt accuſationi aperti teſtamenti ante vindicatam mortem defuncti.

Quamobrem & ſi delictum in confeſſo ſit, atque adeo plene probatum, iure quidem ciuili vindicari non poterit poſt vigeſimum annum, quod Bald.dixit. c. vlt.ext.de off.deleg.Hyp.Marſil. in pract.criminali. §. poſtquam num.10. & l.1.in princip.& fin. D. de quæſt. quod tamen iure conſuetudinario,ex hoc textu locum non haberet, quia præſcriptionis exceptionem excludit,veritate probationis directæ. Illud quoque conſequetur ex hac diſputatione, vt mandata generaliter cognitione aut commiſſione inquirendi de maleficiis, de præſcriptis inquiri ne poſſit, quod Bartol. & Imol. dixerunt. l. Lucius. Titius. §. qui marito. D. de legat. 2. Canoniſt. c. cùm venerabilis ext.
8 de except. Et iſta iure quidem ciuili, nam Canoniſtæ nullo tempore criminis perſequutioni præſcribi poſſe putant fini quidem, vt pœnitentia imponatur 33. q. 2. gloſ.c. admonere. Panor. & Fely. c.vlt.ext.de præſcript. ſicuti nec in cauſis matrimonialibus, & his delictis in quibus etiam peracta pœnitentia executio ordinis impeditur: de quibus Cano. cap. inquiſitionis ext. de accuſat Abb. Butr. Imol. Fely. c. licet cauſam ext. de probat. Boër. deciſ.26. Balb. quarta parte quartæ partis. quæſt. 2.

[b] [Est esteinte.]

1 *Hæc exceptio finis eſt non recipiendi.*
2 *Omni litis parti opponitur.*
3 *Præſcriptio legalis criminibus.*

1 Non potuit Conſuetudo aptius ſuppreſſionem ſignificare, quo ipſo Iuriſconſulti crebrò vtuntur, vt cùm dicunt actiones ſemel extinctas non reuiuiſcere, & hoc ipſo in ſubiecto Iuriſconſultus. l. ſed ſi vnius. §. ſi cum ante iudicem. D.de iniur. & l.1. §.accuſationem. D.ad Turpil. nulla erit (inquit) accuſatio, quam temporis ſpatium, aut perſonæ vitium, omnimodo remoueat, reóque ſecuritatem timoris ac periculi remittat. Hic igitur etiam ipſi Iuriſconſulti fatentur naturalem obligationem, ſi quæ erat, extingui & euaneſcere in totum, vt Bald. l.ſi pœnæ. D. de cond. indeb. Eſt itaque hæc exceptio finis non recipiendi, certiſſimus, vltra quem in lite progredi non licet reo
2 excipiente. Et vero in quacunque litis parte opponi eam poſſe puto, quia reddit iudicium retro nullum refuſis tamen expenſis voluntarij proceſſus. In totum non oppoſita procedet iudicium, & ex eo ſequens condemnatio valebit, quod Bartol. ait.l.1.§.accuſatorem.D.ad Turpil.l.abſentem in fin.D. de pœ. Quare miratus ſum nuper, cũ ab reo quopiam talis exceptio eſſet oppoſita, iudicantes reſpondiſſe, *il n'y a lieu de decret*, quod reſponſum non ſatis idoneum erat ad iudicandum,an ſuper exceptione preſcriptionis,id eſt,ſuper fine non recipiendi eſſet ſtatutum, an ex eo, quia idonea non eſſet de crimine probatio; fuit igitur ſic concipiendum iudicatum, *Le demandeur n'eſt receuable*, Nam illud. *Il n'y a lieu de decret*, alio fine dicitur. Hæc
3 conſuetudinaria præſcriptio in criminalibus cõtracta

A eſt de vicennali legali, quæ in falſo & cæteris ferè criminalibus iure ciuili introducta eſt, in l. querela. C. de falſ. Et in omnibus criminibus obtinet,pro regula,niſi ſi quæ ſpeciales habent taxatas præſcriptiones, cuiuſmodi quædam enumerat gloſ. d. l. querela.

[c] [Par cinq ans.

1 *Præſcriptio contra crimina de iure.*
2 *Criminum exceptiones perpetuæ.*
3 *A quo tempore incipit hoc quinquennium.*
B 4 *Hæc præſcripcio currit ignorantibus.*

Ergo lapſu quinquennij de conſuetudine, tam 1
præſcribitur accuſationi de crimine, quàm de iure ciuili viginti annorum ſpatio. Similis temporis præſcriptio iure in accuſatione adulterij. l.1. §. accuſatorem. D.ad Turpil. l. quinquennium ad l.Iul.de adult. D. in peculatu. l. peculatus. D. ad l. Iul. peculat. in accuſatione hæredis ob apertas tabulas teſtamenti,ante vindicatam mortem defuncti.l.in cognitione D. ad Senatuſconſ. Syllan. Item in accuſatione apoſtaſiæ. l.apoſtatarum. Cod.de apoſtat. Sed & quædam relegatio-
C nes eius temporis iure reperiuntur. Quæ ipſa ad hoc tempus rediguntur, vt ſit, pro omnibus criminibus vniformis præſcriptio. Sed breuiores hoc quinquennio, ſi quæ ſunt, in ſuo tempore durant, vt Art. 278. in fin. & crimina ſtellionatus quorum accuſationes biennio durant, quia ciuilis de dolo non amplius durat. Sed & quæ crimina via exceptionis opponuntur 2
perpetuo durant ad effectum quidem ciuilem excludendæ actionis, ſicuti, ſi mulier dotem petat excipiendo vſque ad triginta annos opponi poſſet de adulterio, quod Bal. dixit.l.cum mulier. D. ſol.mat. Bart. l. miles. §. ſocer. D.de adult. & aduerſus vtentem falſo
D inſtrumento,perpetua eſt,exceptio falſi; quod ego verum puto,niſi ab die inſtitutę accuſationis toto quinquennio proſequutio ſiluerit, quo ad hoc quidem, vt criminaliter puniatur falſum. Deniquæ quæ temporalia ſunt ad agendum perpetua ſunt ad excipiendum. l.pure. D de excep. Quinquennium hoc porro cõple- 3
tũ eſſe oportet, vt in perſonalibus omnibus. l.in omnibus.D.de act. & obligat. quod & ſi ab die ſciẽtiæ delicti tantũ quidam inchoari volunt, vt Angel. l.genero D.de his qui not.infam. & quos latè Tiraq. in retract. §.35. gloſ. 4. Boër. deciſ. 26. nos art.31. ſup. Ego tamen
E protinus ab admiſſo inchoandũ puto. l. mariti. §. quinquennium D. de adult. & quia præſcriptionis conſue- 4
tudinariæ omnes citra vllam ſcientię neceſſitaté etiam ignorãtibus currunt. Quod ſi aliter ſtatuitur, futurum eſt, vt nulla vnquam præſcriptio in criminalibus locũ ſit habitura, quia nihil facilius ſit quàm negligentiam adumbrare prætextu ignorantiæ, & cuique obuium ſit ignorantiam cauſari, cùm ęlogia & notoria partibus non edantur, nec facile ſit ignorantiam conuincere. Nam quo ad multandos iudices ob negligentiam alia fortaſſe ſcientiæ, aut ignorantiæ æſtimatio eſt, quod nos d.§.31. diximus.

F

[d] [Provvant l'accvsé.]

Hæc diſpoſitio non eſt neceſſitatis.

Hoc gerundium, conditionem non importat, ſed formam accidentalem hic inducit, ſine qua actus non minus conſiſtit. Ideóque etiam ſi quis tranſacto quinquennio exiſtimationis integritatem non probet, non propterea recipienda eſt accuſatio. Nec enim forma ſubſtantialis putanda eſt: Sed & penè ſuperuacua eſt iſta cautio, cùm ne dæmones quidem hac in re

teſtibus

testibus suis sint carituri, & aloqui gerundiuum non semper conditionem includit, de quo latè Molin. in feud. §. 1. Proinde hæc probatio ab reo exigitur, nec ex officio fit, & verba ad accusatum diriguntur. Sed & contra probari posse puto, fini tantum indicendæ emendæ ciuilis & pecuniariæ si accusatus in purgatione deficit, quo genere censuræ Canonistæ vtuntur ex sola diffamatione citra accusationum solemnia, de qua Bart. & post eum Hyppol. Mars. l. de minore. §. plurimum. D. de quæst.

[c] [Si l'accvsatevr.]

Actionis vox in principio, & hic accusationis mentio confusionem intellectus arguunt, & incogitantiam reformatorum: Sed tamen indicant præcipuum scopum fuisse tollere accusationes pœnales.

[f] [Provver le fait de certain.]

Expungenda hæc exceptio artic.

Art. 288. N. C. hanc — Me auctore in totum expungenda est hæc clausula, si quando manus altera reformationi consuetu- A dinis adhibetur. Nec video, cur tam ineptam, & insulsam clausulam reformatores de veteri libro transferendam putarint: Nam cùm ea sit exceptiua à priore dispositione, cuiusmodi ista exceptio est, quæ in totum tollit regulam & dictum, veluti si quis diceret, omnes homines currunt præter bipedes, is nihil in affirmatiua relinquet, quia tantū excepit, quantum posuit. Nam cùm omnes bipedes sint efficietur exceptione, ne quisquam currere dicatur, quod in dicto tamen continebatur. Sic cùm hîc dicat, omnes accusationes quinquennio excludi, fatua est addita aduersatiua exceptio, nisi accusator liquido crimē probare velit, quia B nemo crimen aliter probat, quàm probationibus luce clarioribus, vulgata l. vlt. Cod. de probat. relata etiam inter Canones. Itaque eueniet, vt nulla accusatio reiiciatur, cùm nulla recipiatur, nisi spondente actore claras probationes. Quod si hæc dispositio sic stare permittitur, nihil aliud obtinebit, quàm ne post quinquennium quisquam ex indiciis damnetur, quantumlibet indubitatis; de quorum vi longa est commentatio Hipoly. Mars. in practica. §. quoniam, & §. diligenter. Et in reliquum criminales accusationes viginti demum annorum curriculis succumbent.

Clausulam nō exprimit producta in decennium præscriptione, si de crimine expostulatio & inquisitiones facta sint

Article CCLXXV.

Nvlle [a] longue tenue nuist [b] entre freres & sœurs [c] viuans, & ne leur porte preiudice, [d] quant au faict de leurs partages.

Longißima [a] poßeßio [b] inter fratres, & sorores [c] superstites, inanis est, nec præiudicium infert, [d] quod ad illorum partagia.

[a] [Longve tenve.]

1 *Discrimen huius art. & 267. sup.*
2 *Poßeßio vnius hæredis de toto omnibus prodest.*
3 *Famil. hercisc. iudicio præscribitur iure.*
4 *Repudiatio non infertur à temporis lapsu.*
5 *Ex titulo particulari præscribitur inter cohæredes.*
6 *An præsumptio diuisionis inducatur à tempore. Præscriptio & præsumptio differunt. ibid.*
7 *Enormitas portionum resistit præsumptioni.*

1 Hic articulus quod ante admonuimus præponi debuit articulo 267. quia in hoc de generali præscriptione inter cohæredes agitur ante diuisionem factam, illo de præscriptione itidem inter cohæredes, sed post diuisionem & partagium factum, inqua annus dumtaxat est constitutus. Hic inter fratres dumtaxat, ille inter quoscunque cohæredes, hic inter viuentes solum obtinet, ille inter omnes, & mortuos quoque; itaque hic inhibet præscriptionem inter viuentes, non ne diuisio fiat, quod consuetudo non intendit, sed ne quisquam lapsu temporis maioré portionem hæreditatis acquirat, quàm quanta ad eum de iure succedendi pertinet. Est autem huius consuetudinis ratio, quia reciproca & respectiua generis, & sanguinis agnitio inter fratres viuentes habet etiam inclusam & implicitam & successiuā agnitionem suæ 2 cuiusque virilis de hæreditate communi. Ita vt possessio vnius de ampliore portione familiaritatis, & necessitudinis iure, & titulo fieri censeatur, quam rationem etiam Cy. Saly. & Ang. notant l. 1. §. ad hæc C. de annal. except. vbi agit de præscriptione actionis familiæ herciscundæ. & nos diximus sup. art. 265. verbo C *& saisy*, notat Bald. l. vlt. C. fin. regund. Ergo quantolibet tempore siue maior natu, siue alius de fratribus communem hæreditatem aut eius maiorem partem possederit non præscribit, quia sibi, & iure suo non amplius sua portione possidere intelligitur; iure ciuili aliud erat cōstitutum actioni tali scilicet præscribi 30. annis, noua constitutione d. §. ad hæc Bart. Bald. Saly. Cast. Ang. l. si maior. C. com. diuid. per l. seruū communem. C. famli. herciscum. l. hæreditaté. C. in quib. 3
caus. cess. long. temp. præscript. Iidem illi l. licet. C. de iur. delib. Ias. Angel. Aret. §. quædam inst. de actio. Quare hic locum non habitura est dubitatio, quàm Bald. facit in d. l. licet, de eo fratre qui viginti totos annos hæreditatem, siue testamento, siue ab intestato delatam sibi & fratribus, solus ipse possedisset, an fratres iudicio famil. hercisc. ad diuisionem agentes posset exceptione tacitæ repudiationis excludere, quod D ne iure quidē fieri posse admittit. Corn. ibid. & Cast. Alb. Alex. Ias. & Imol. & Francisc. Aret. probant l. 4
recusari. D. de acq. hæred. & Balb. refert. parte prima tertiæ partis princip. qu. 10. ad fin. & iterum quarta parte quartę partis q. 13. Itaque si eueniat, vt quisquam natu maximus sinat fratres secum habitare, bonáque hæreditaria administrare, componere de debitis, officiales constituere, subditorum professiones & tenuta recipere, audire rationes seruientium & apparitorum, & talia facere, sibi non præiudicat, quod Cast. consuluit cons. 179. in causa quam magnificus col. 4. lib. 1. Est enim maioris momenti, quam vt ab actibus tacitis colligi renunciatio possit, & repetiit idem Paul. l. qui familiaritatis. D. de acq. possess. Carol. Ruin. cons. 34. in hac lite. col. 5. lib. 1. Retulit Benedic. c. Raynutius verb. eodem testamento relinquens, *le premier*. nu. 146.

Sed hæc consuetudo apertius præscriptioni resistit, &
eam inchoari impedit vt l. vnus. C. in quibus caus. cess.
long. temp. præscript. Atque ista locum habent in iu-
dicio diuisionis & partagij, si modo possessor alium
titulum non habet quam hæreditarium & successo-
rium: Nam si particularem aliquem de his quos ante
enumerauimus, id est alium quam pro hærede, quin
ex eo præscribere possit rem quantumlibet hæredita-
riam, non est dubium d. l. hæreditatem. Et ideo si cō-
uentus probet se aliunde emisse aut donatione acce-
pisse, cùm quindecennij lapsu excludet agentem, quod
5 Bald. ait l. vlt. C. fin regund. & d. l licet. Bald. d. q. 13. Et
hoc est quod dici solet, petitioné hæreditatis non dari
aduersus titulo possidētem, quia qui ex titulo possidet
non oppugnat intentionem agentis, quod hæres sit,
nec contestatur de qualitate hæredis, sed rem quæ pe-
titur, aliunde suam esse dicit, non ex causa hæredita-
ria, sed titulo aliquo singulari, quod glos. recte d. l. hæ-
reditatem, & d. l. licet, explicat.

Sed cùm hic tex. in suo casu præscriptionem in to-
tum inhibeat, dubitatum non sine causa est, an ne sal-
tem aliqua præsumptio diuisionis factæ alleganti eam
assistat ex diuturno 30. aut 40. annorum lapsu, & pos-
sessione portionum pro diuiso per id tempus facta ab
6 omnibus hæredibus. Nam scripto probari non posse
præsupponimus. Quare si quæ præsumptio ex tali fa-
cto à lege sustineretur, planè vtilis esset, nec semel tan-
tum euenisse vsu vidimus. Deficiente iusta probatio-
ne vtile est habere præsumptiones. Hic casus diuersus
est à superiore, quia in illo de iure quærendo per præ-
scriptionem agitur. Acquirit enim naturâ, & effectu
suo præscriptio alienum, præsumptio non acquirit,
sed acquisitum probat, & facit fidem de eo quod alle-
gatur, nec probatur iustis probationibus. Præscri-
ptio ponit ius in esse, præsumptio ponit in luce. Sicu-
ti sol qui lapides infossos terræ, non producit, sed de-
tegit oculis refossos. Non format igitur dominium
præsumptio sed probat, prior est essentia, posterior
probatio rei. Hanc dubitationem ex glos. Doctores
sunt persequuti l. si maior. C. com. diuidund. putānt-
que diuisionem præsumi ex tali separatarum portio-
num possessione, quam Iacob. Butrig. Oldrad. Ray.
Bart. & alij sequuntur Bald. Ang. Cast. & quos con-
gessit pro ea parte Tiraq. opere imperfecto. de præ-
scriptio. §. 1. glos. 4. notabili 14. & præstantissimus
Iurisconsultus Boër. decis. 58. ad plenum. Sunt & qui
contrà sentiant, vt Pet. Rauen. Cy. & Saly. & Angel.
Media via placuit prudentioribus, vt neque numquā,
neque semper ea præsumptio locum habeat. Quæ
enim præsumptio in præiudicantibus, præsertim po-
test capi de eo qui totam & solidam hæreditaté pos-
sidet? quæ de eo qui ex toto tam enormen vt nulla cō-
iectura credi possit vllum fuisse tam supinum hære-
dem, qui talem diuisionem pati posset, aut tam ini-
quum mensorem aut æstimatorem? Hic non sine cau-
sa differitur ab doctis coniecturæ aut præsumptioni
diuisionis obstare aliam fortiorem sui cuique iuris
conseruandi, & enormitatis impatientiam, & recte.
Quod si res prope æquilibrium est aut enormitatem
fecit vnius cultura, bona & diligens aut loci opportu-
nitas cùm initio non multum abessent ab eodem va-
7 lore, tum inquam recte dici ex patientia videri diui-
sionem factam, & si scripto non probetur: & hæc sen-
tentia perquam æqua est præsertim inter rusticos, in-
ter quos de paruo fieri solet diuisio, & qui scripturam
non adhibent æquitate animi & bonitate mentium
confisi nullam posterius de ea re fore controuersiam.
Nec mihi ea præsumptio excludenda videtur hoc tex.
ne facile diuisiones bona mente factę ingruente quo-
A piam diffidiosi ingenij cohærede, aut vero (quod sæ-
pius accidit) alienæ litis cessionario, bene compositæ
partes moueantur, Et sui cuiquam labores pereant in
colendo suo post tanta tempora, post & quod negari
non possit, supinam decennij negligentiam.

[b] [Entre freres et soeurs.]

1 *Titulus pro hærede.*
2 *Remotiori gradu præscribitur.*

De his posterius dicemus. Sed interim hic mira-
B ri non desinimus, quod nusquam consuetudo boni
tituli pro hærede meminerit. ex quo iure ciuili tam
bene præscriptio inducitur aduersus extraneos quos-
cunque, qua in animaduertentia factum hodie vi-
deo, vt nemo in foro tam boni tituli vsu fruatur &
cùm aliorum allegatione nullo non die tribunalia
perstrepant, hunc in obliuione iacere, qui frequen-
tior esse debuit. Vtantur igitur posthac me authore,
quando nullus in iure potior etiam aduersus extra-
neos. Nam hic articulus inter cohæredes tantum sta-
tuit, vt & ille prior 267. & in suo dumtaxat casu in-
C ter fratres scilicet, eósque viuentes locum habet &
quandiu viuunt, nec ad alios consortes cuiusquam
hæreditatis extra personas expressas porrigi debet,
quibus rationibus ante diximus. Et quia fratrum
gratia, & bona fides exuberantior esse debet, & quid
suum, aut non suum sit, melius intelligunt. Non
facienda est igitur extensio, quod alioqui in statu-
tis non fit de persona expressa ad non expressam,
nec ex identitate quidem, aut maioritate rationis,
quod nos alibi attigimus, in partag. qu. 8. Fely. c.
auditis, ext. de præscriptio. Balb. 2. parte princip.
ad fin. Nil igitur vetat alios gradus remotiores con-
D sortes inter se longo vsu præscribere legitimo statu-
to tempore.

[c] [Vivans.]

1 *Ratio huius dispositionis inter mortuos non obtinet.*
2 *De fi. o, qui viagium paternum præscripsit.*

Hæc adiectio necessitatem qualitatis in disposi- 1
tione importat, qua deficiente, deficit & dispositio si
verba conuenire desinant, sed in eo quod non defi-
E cit eadem locum habebit. Itaque frater superstes nun-
quam præscribet quandiu viuet. Hæres præmortui
præscribere non vetabitur hac dispositione aduer-
sus superstitem. Tum quia hæc consuetudo eum ca-
sum non inclusit, imò exclusit adiectione qualitatis,
tum quia iusta ignorantia, & bona fides eius est, qui
in alterius ius succedit, regul. qui in alterius, & in bo-
nis paternis illud reperit, quod post tot annos com-
mune dicitur ab negligēte, & supino superstite. Con-
tra euenit in superstite in cuius persona nil mutatur,
nec scientia eius alterationem recipit fratris morte.
Poterit igitur talis hæres fratris filius præscriptionem 2
F à se inchoare, nam accessio ex persona defuncti non
dabitur, vt incapacis per legem. Quare nec eam sen-
tentiam probauero, quam Nicolaus Valla olim Britā-
nicæ curiæ consiliarius dictam in Curia Rhenensi (vt
vocat) scribit, de fratris maioris hærede, qui id ven-
dicaret aduersus secundonati hæredes, quod olim be-
neficio suo illi concessum diceret vtendum fruēdum,
cùm illi se præscriptione tuerentur è suo capite, cùm
pro actore iudicatum dicit non vno errore. Et quia ti-
tulum pro hærede pro putatiuo accipit, qui verus &
german⁹ est, & in casu posito alius etiā erat pro diuiso
scilicet,

ſcilicet, de quo ſuo loco diximus, & quia hic articulus cum inter fratres viuos præſcriptionem inhibet, de mortuis aliud ſenſiſſe intelligi debet, & quia ait ex conſuetudine noſtra requiri 40. annos ad præſcribẽdas res ſoli, quod verum eſt, deficiente titulo, quod ſi is adſit, vt titulus pro hærede, & alius pro diuiſo, falſum erit. Nam quod de ſtipulatione rem reddi addit, eluebatur præſcriptione tricenaria, quam in facto ponit, & poſſeſſio interuerſa dici non debuit ignorante hærede, qui à ſe ex titulo quidem ſuo poterat præ- A ſcriptionem inchoare. Cùm contra etiam aduerſus ignorantes præſcriptiones conſuetudinariæ currant, vt ſuo loco demonſtrauimus, de quo nos ſup. fuſius.

[d] [QVANT AV FAIT DE LEVR PARTAGE.]

Excipiendo ſcilicet, de dominio præſcripto aduerſus petentem partagium fratrem: Nam fructuum alia ratio eſt, quia in his alius huius ipſius conſuetudinis articulus præſcriptionem admittit artic. 527. ne niſi à die petitionis iudicialis debeantur.

ARTICLE CCLXXVI.

LES deuoirs[a] de lodes, ventes, rachats,[b] & autres droits[c] ſeigneuriaux, [d] qui ne chéent d'an en an, [e] ne ſe preſcriuent, [f] s'ils ne ſont écheus. [g] Et où ils écherroient, ils ſe preſcriuent[h] par trente ans, [i] eu égard au temps qu'ils ſeront écheus. ARTIC. CCLXXXI. NOVAE CONS.

DEbita[a] laudimiorum, ventarum, rachatuum,[b] & aliorum iurium[c] feudalium,[d] quæ non annua die excidunt,[e] non præſcribuntur,[f] ni exciderint:[g] quod ſi exciderent, præſcribuntur,[h] annis triginta, à die quo ceſſerint.

[a] [DE LODES.]

1 *Ius percipiendi obuentiones eſt ſoli.*
2 *Obuentiones vbi inciderint & dies ceſſit mobiles ſint.*
3 *Obuentiones ſeparatum ius à ſolo ſunt.*
4 *A ſimplici non ſolutione non inchoatur poſſeſſio in iuribus.*
5 *Non præſcribitur obuentioni antequam debeatur.*
6 *Simplex ceſſatio ſufficit in obuentionibus.*

1 De talium debitorum conditione, & iure, ſcripſimus copioſè ſatis ſup. tit. 2. harum conſuetudinum. Sed cùm de præſcriptionibus talium hic agitur, præſupponẽdum eſt ius ipſum redemptiui aut laudimiorum, nec quotam eorum vllam cõtrouerſam eſſe, ſed in confeſſo eſſe ius ipſum prætenſi debiti; Sed recuſari obuentionem, quæ pro vna vice excidiſſe dicitur, fortaſſe quia ex natura contractus facti deberi negetur, aut quia mutatio vaſſalli negetur eſſe facta per mortem. Tales enim ſi in cõtrouerſiam venirent, non poſſent breuiore tempore præſcribi, quàm quælibet res ſoli, & ad hunc articulum non pertinerent ſed ad 2 270. Hic de obuẽtionibus agitur, id eſt *des droits écheus.* Cuiuſmodi in articulo continentur, *& des arrerages.* Tales obuentiones cùm ſemel dies venit inter mobilia computantur, & his debentur quibus mobilia cedunt. Et quod in fructibus naturalibus, qui ex ſolo percipiuntur facit ſeparatio ad fructuum lucrum, hoc in talibus facit diei ceſſio, aut penſionum dies, & terminus adueniens: Qui vbi euenit fructus talium obuentionum, vt corpus ſeparatum, & abſtractum à fundo conſiderantur. Nec ſunt fundus, aut pars fundi, aut immobilis, ſed mobilibus tribuuntur, & per ſe ſtant, quod Bald. dixit c. quæ in Eccleſiarum verſ. ſed ſtatim quæritur. ext. de conſt. Idem & in c. 1. de eo qui mitt. in poſſ. cauſ. res ſer. ext. vbi & Franc. & ideo ſeparatam conditionem habent ab rebus ſoli, & ſuas ſeparatim præſcriptiones, quod Molin. etiam docet in conſ. Pariſ. tit. de feud. §. 1. gloſ. 1. q. 3. numer. 36. & §. 7. limitat. 4. & Doct. auth. male agitur 1. Cod. de præſcript. 30. annor. Boër. tit. de præſcript. §. 3. Quare ſi actionibus perſonalibus petantur, vt ſolent regulari perſonalium tẽpore præſcribentur; tota B dubitatio in materia articuli eſſe ſolet à quo tempore præſcriptiones in talibus incipiant. Et quidem ſi de 3 ipſo iure percipiendi talia quæratur, veluti ſi negetur ius eſſe rachatus, aut laudimiorum, aut camerarij Domino feudi, quia talis non ſit lex feudi hoc caſu negant à ſimplici ceſſatione debiti inchoari præſcriptionem, nec ſic vaſſallum conſtitui in poſſeſſione libertatis, quæ neceſſaria ſit ad præſcribendum. Sed præter ceſſationem oportere etiam, vt Domino petenti vaſſallus reſtiterit, & recuſauerit ſolutionem, & Dominus acquieuerit, aut certè ſine lite contumaciam vaſſalli pertulerit, hoc vero caſu ſic conſtitui vaſſallum in poſſeſſione libertatis à debito, quæ ex 4 illa hora præſcriptionem inchoet, niſi Dominus inſti- C terit, & interruperit; hæc recepta ſententia Doct. d. auth. male agitur Bald. l. 1. C. de ſeruit. & aq. Alex. conſ. 136. vol. 2. & diximus alibi plenius. Inde fit, vt ſi totis mile annis rachatus nullus accidat, aut nulla laudimia, talibus præſcribi nequeat, neque iuri & obligationi debiti ipſius, quod Panor. Imol. & cæteri particulariter notant c. ad audientiam ext. de præſcript. Bald. l. cùm ſcimus. C. de agric. & cenſ. lib. 11. Bald. c. ex part. ext. de teſtib. Boër. deciſ. 132. & 125. Sed ita demum poſtquam producta ineſſe deberi 5 incipiunt, & petenti Domino negata ſunt, cùm controuerſia iuris ex eo tempore ipſis iuribus præſcribi incipiet ſpatio 40. annorum, aliud eſt in præſcriptionibus obuentionum, quarum dies ceſſit, vt arrera- D giorum, reditus annui, aut rachatus, aut laudimiorum quæ deberi cœperunt, & iure confeſſo, quia in talibus ſimplex ceſſatio præſcriptionem inchóat, & 30. annis continuata perficitur l. cùm notiſſimi. §. in his. Cod. de præſcript. 30. annor. Quorum caſuum diſcrimen magnopere intelligi conuenit; & tractat 6 Balb. parte 4. parte quartæ partis q. 12. Boër. d. §. 3. & d. deciſ. 172. & 125. Aufrer. q. 343. Pyrrhus in conſ. Aurel. tit. de præſcript. §. 4. & tit. de feud. §. 10. & de cenſib. §. vlt.

[b] [OV AVTRES DEVOIRS.]

1 *Non debitum non probatur ex non ſolutionibus ſed recuſatione ſoluendi.*
2 *Cum Vitreio Barone controuerſia, de Camerario.*

Siue ex conditione, & tenore feudi, & inuestitu- A
ræ debeantur, qualia sunt feudorum quæ pactionata
solent vocare feudistæ, siue ex natura eius, siue ex-
pressione pacti debeantur. *Tels sont rachats, lodes, cham-
bellenage, deuoirs de receptes à mutation de vassal*, & talia
omnia, quæ cum negantur deberi, alius est præscri-
bendi tempus & possessionis inchoandæ ratio, aliud
item cùm in confesso sunt, sed tamen pro illa vice ne-
gantur debita. Itaque quandoque consultus, cùm
Vitreius Baro homagia sua indixisset, & ex Consue-
tudine camerarium exigeret, vassalli vllum deberi per-
negarunt, addita ratione quia nullum vnquam soluis- B
1 sent ipsi neque maiores eorum. Dixi ex non solutio-
ne non probari præscriptionem eius iuris, quod ipse
2 consuetudinis textus debitũ faceret & fundaret: Nec
propterea vassallos esse in possessione exemptionis
(quanquam vnus ipse inter eos aderam) & consuetu-
dinem semper esse in viridi obseruatione, quæ inten-
tionem Baronis fundaret. Itaque requiri probatio-
nem de recusatione talis debiti petenti Baroni ante
quadraginta annos factam, & eius patientiam, alio-
qui ex non solutione possessionem libertatis non in-
ferri, nec consequenter præscriptionis vllum princi-
pium, quæ possessione negatiua probari posset, nisi C
forte in professionibus feudalibus & tenutis esset ex-
pressum *& sans deuoir de chambellenage.* Hoc si esset,
sufficientem esse libertatis probationem, vel si actua-
riorum acta referrent vassallos recusasse, nec Domi-
nus professiones ex eo impugnauerit, aut litem in-
tenderit de debito. Aliter nec possessionem, nec præ-
scriptionem libertatis vllam poni posse aduersus Do-
minum fundatum in Consuetudine. Idem iudican-
dum, *des aydes coustumiers, desquels est parlé* tit. 2. quæ
ne mile quidem annis præscribi possunt, etiam si ne-
mo his vtatur, vt certe rari vtuntur, nisi cùm petita, D
& negata probantur, & legitimum temporis spatium
post recusationem (refutationem vulgo vocant) in-
tercessit: de quo vtilis commentatio extat Boërij d.
decis. 125. nec ista vulgo nota sunt. Boër. item d. de-
cis. 132.

[e] [SEIGNEVRIAVX.]

Hæc qualitas adiecta non est intelligenda disposi-
tionem restringere, quia in omnibus ex quacumque
causa debitis obuentionibus idem intelligendum, ne
ante præscribi possint quam eorum dies cesserit aut E
conditio, quia scilicet ante eum diem agi non potest:
Ergo nec præscriptio currit l. cùm notissimi. §. illud
autem plus. Cod. de præscript. 30. annor.

[d] [QVI NE CHEENT D'AN EN AN.]

1 *Annua quid.*
2 *Præscriptio annuorum legatorum.*
Præscriptio annuorum debitorum. *ibid.*
3 *An pluribus præscriptionibus opus sit, latè.*
4 *Vna sufficiet vsu Franciæ.*
5 *Arreragiorum petitio debebatur totius lapsi temporis olim.* F
Si le contract portoit assiette.
6 *Præscripto principali præscribuntur arreragia.*
7 *Arreragia aliam naturam sortiuntur.*
8 *Arreragia eluuntur approprimento, & præscriptione rei.*
9 *An hypothecaria agentibus ob reditus arreragia præscribi poßint.*
10 *Arreragiis etiam sub hypotheca præscribitur 30. annis.*
11 *Arreragiis redituum constitutorum pecunia præscribitur quinquennio.*
12 *Etiam Ecclesiæ approprimentis tenentur.*
13 *Repetitioni arreragiorum ex Vsuraria causa solutorum præscribitur.*

Quæ scilicet non annis vertentibus accidunt, nec 1
anniuersaria sunt, sed à certo euentu, casu & facto
proueniunt, vt laudimia à cõtractu, rachatus à mor-
te, *chambellenage* ab homagio, & alia eiusmodi, qui-
bus præscribi nequit antequam debeantur, deben-
tur vero ex facto, die, euentu aliquo, vt in exem-
plis patet.

Quid vero in casu conuerso, cùm scilicet annua
sunt debita, pensiones, reditus. Annua interdum Iu-
risconsulti vocant, substantiuè subintellecto adiecto,
pro cibariis alimentis, & talibus, vt titulo de annuis
legatis & l. 3. D. quand. dies legat. ced. & illo Iu-
uenalis loco. Sunt quæ tortoribus annua præstent.
Quanto tempore talibus aut talium reliquiis præ-
scribatur hic non statuitur, quia dispositio tota in
duobus casibus contrariis & aduersatiuis hic positis,
de debitis tantum vna vice soluendis, & non annuis
constituit. De annuis magna inter Iurisconsultos
pugna, & totis campis sparsæ vltramontanorum, &
citramõtanorum factiones, antesignanis Martino, &
Bulgaro primi nominis iurisperitis sui temporis. Ac
primus Martinus disseruit in annuis præscribendis,
siue ex legatis & vltimis voluntatibus, siue ex con-
tractibus debeantur, tot præscriptiones tricennarias
requiri quot anni essent, & suis cuiusque anni præsta-
tionibus, non aliter præscribi, quod si verum esset,
eueniret vt trigesimæ præstationi ante annum sexa-
gesimum præscribi non posset. Et habuit ille suæ
sententiæ adstipulatores Cyn. Pet. de Bellapert. Ia-
cob. de Aret. & Ray. de veteribus & Spec. tit. de præ- 2
script. §. 1. Ant. Butr. c. peruenit. ext. de censib. &
Host. in summa de præscript. §. quæ exiguntur. Alb.
l. cum notissimi. §. in his. Cod. de præscript. 30. an-
nor. eundem l. de pupillo. §. si plures. D. de op. no.
nunc. Aufrer. q. 341. Papam decis. 406. qui pro ea
sententia in suo Delphinatu iudicatum scribit.

Diuersum sensêre autore Bulgaro Bald. & qui- 3
dam alij. d. §. in his Bartol. d. §. si pluribus, Aret.
cons. 112. Corneus cons. 22. lib. Ias. cons. lib. 1. vnam-
que omnibus annis præscriptionem sufficere putant,
ita fieri vt trigesimo anno omnibus omnium anno-
rum præstationibus à die cessationis præscriptio per-
fecta reperiatur, quia contractus, (etiam si in legatis
plura censeantur) vnicus sit l. eos. Cod. de vsur. in
quibus nihilominus idem putant ex d. §. in his.

Tertia sententia ambas superiores discreuit distinctione, vt in legatis annuis plures præscriptiones requirantur, quia plura legata sint, in contractibus vna sufficiat, atque hæc communis fere & recepta inualuit, quæ Azonis fuit. Accursij d. §. in his, tum Oldrad. & Odoff. & Angel. Canonist. Ioan. And. & Abb. Panor. c. auditis ext. de præscript. Angel. d. l. eos. Balbi quarta parte 4. partis q. 4.

Magni hic conflictus & certè etiam veteribus agitati, quos vt Imperator illius l. auctor tolleret, sententiam suam ediderat, & re vera vtrumque legatorum, & contractuum casum parificat, & exæquat, & in vtroque præscriptionem vult inchoari à fine cuiusque anni quæ Martini fuit, & eum fortem textum esse dixit Ias. d. l. de pupillo. & hanc Ioan. Faber. de iure veriorem esse putat, vt & Nicol. Boër. decis. 336. & §. 4. tit. de præscript. in cons. Biturig. Et certè videtur assensionem habere & è iure. Sed idem tamen

generali

generali obseruatione regni Franciæ receptum testantur, vt vna pro omnibus omnium annorum presta-
4 tionibus præscriptio sufficiat; & verum est, & hoc iure vtimur, nec quantum ad reliquias præstationum aut arreragia legatorum aut contractuum vlla differentia, quod & iam olim Masuerius homo valde peritus fori scripserat, in titulo de præscript. Et si eandem dubitationem recudit Aymo Crauetta in lib. de tempore part. 4. quæst. 20. cap. incip. Materia, & plane scholasticè. Sed enim admonendi quoque sumus veteri foro illud obseruatum, vt cum reliquiæ siue arreragia reditus fundiarij peterentur, accessoriè ad petitionem continuationis reditus aut assignatio-
5 nis *& d'assiette*, toties inquam tanti temporis peti possent, quantum ad ipsius reditus præscriptionem requireretur. Quare cùm reditus talis non minus 60. annis præscribi posset, totius eius temporis peti reliquiæ poterant, si modo vt dixi accessoriè eodem libello peterentur. Nam separatæ petitionis arreragiorum per se alia erat causa, quibus triginta annorum præscriptio obstabat, ex illa sententia quam modo in Francia receptam diximus. Cuius dubitationis controuersia cum se in Curia Parisiensi obtulisset, quo tempore de causis appellationum Britanniæ iudicabat, nec satis crederet affirmantibus id iuris in Britannia receptum, per turbas inquiri constituit, probatóque vtendi modo ex appellatione iudicatum confirmauit *entre les Sieurs de Marneuf, & de la Haye de Torcé.* Nunc mihi non satis causæ videtur, cur id fieri debeat, ne cecis arreragiorum debitis incauti patresfam. inuoluti repentinis actionibus opprimantur, insidiosis persæpe occasionibus irretiti, in totúmque placet ratio quæ redituum constitutorum pecunia, ex iisdem causis cursum vsurarum inhibuit, ne maligna agentium cunctatione veluti impendente Dionysij Siracusani gladio Damo-
6 clis capiti, subito obruantur incauti debitores. Nec si ante reformatam Consuetudinem errore potius vtentium, quàm vero iure id erat receptum, producendum deinde ad consequentiam est, vt text. ait. l. quod non ratione, D. de legib. nec satis ab veteribus animaduersam talium conditionem apparet, cùm aliter vsurparent, si arreragia per se petebantur, aliter cùm vt accessiones debiti annui, & text. obstet l. eos. Cod. de vsur. vbi Bald. vbi præscriptione principalis præscribuntur & vsuræ, & quæcumque accessoria. Nunc cùm constet, vt ante docuimus, arreragiorum causam abstractam esse & separatam à debito, nec fundi aut reditus partem facere, sed postquam exciderunt per se subsistere, & mobilium naturam assu-
7 mere, siue quo ad diuisionem inter viri, & vxoris heredes, siue quo ad heredes diuersos mobilium aut immobilium, siue quo ad pignorationes in bonis clericorum, siue quo ad donatarios mobilium, denique quo ad omnes effectus qui vsquam cogitari possunt, quod Bald. dixit d. c. quæ in Ecclesiarum, & nemo peritus fori negauerit, relinquitur cùm mobilia sint, si aduersus extraneum pignoris detentorem petantur, personali peti non posse, cùm obligatus non sit personali detentor, reali igitur petenda sunt, quæ ad summum non durat, nisi vsque ad triginta annos aduersus tertium possessorem l. cum notissimi. C. de præs. 30. annor. Et nos ante serio disseruimus, id quidem iure ciuili. Nam & consuetudinario iure approprimentorum solemnitate, ea in totum eluuntur ab extraneo, aut quindecennij lapsu, quia omne ius reale, ipsúmque adeo dominium tanto tempore elui-
8 tur, quanto magis realis obligatio, imo non obligatio cùm sola hypotheca vt realis nullam obligatio-

Idem auctor ad art. 280. N. C.

A nem presupponat, quod Bartol. & Imol. differunt l. debitor. D. ad S. C. Trebel. alij l. 2. C. de luit. pig. sed sola detentio obliget, igitur rei prescriptione actiones reales excluduntur. Sin aduersus obligatum, eiúsve heredem agatur, & personalis intenditur triginta annis arreragiis prescribitur ex regula antedicta. Sed de hypothecaria hic erat dubitatio, veteres cum accessoriè petebantur, totius temporis petebant aduersus obligatum heredémve (nam hic 9
casus semper retinendus est) sin per hypothecariam, & per se separatim quidam contendebant vsque ad quadraginta annos agi posse, quia tanti temporis sit
B hypothecaria actio d. l. cùm notissimi, nam iure consuetudinario nil ea de re cautum. Ego prescriptione personalis consumi accessoriam hypothecariam, ante docui, cùm in eadem persona concurrunt personalis & hypothecaria, id est aduersus obligatum aut eius hæredem, quod & Mas. sensit tit. de præscript. num. 7. etiam si obstet d. l. cùm notissimi, quæ ideo sustinetur iure ciuili, quia naturalem obligationem tolli præscriptione non putant, cùm contra fieri demonstrauerimus. Et hanc quadragenariam in hypothecis consuetudo non norit: Sed vt quam maxi-
C mè obtinere debeat ratione iuris ipsius, & debiti, cùm ad continuationem agitur, ratione arreragiorum obtinere nequit, postquam separatam naturam assumpserunt & in mobilia transierunt, ideoque his vt personaliter debitis 30. annis præscribi omnino debet, nec amplius de reali debito aut fundiario agitur per petitionem eorum, & propterea realium na- 10
turam non seruant ad præscriptiones perficiendas. Nec bona est cõsequentia dominium sine titulo non minore tempore quam quadraginta annorum præscribi potest, ergo nec obligationi rei, id est hypothecæ præscribi, cùm argumenta à maiore ad mi-
D nus non procedant. Sic, quis non potest quod maius est, ergo non potest quod minus est. Summa igitur hic esto arreragiis & reliquiis vt ex obligatione personali, & mobilibus debitis triginta annis præscribi etiam ab obligato aut eius herede, nec rem hypothecatam obligari pro talibus in longius tempus. Et istud etiam iure ciuili verum est, quo etiam cùm traditur hypothecariam durare quadraginta annis, intelligendum pro iure ipso debiti, & continuatione, cuius di- 11
uersa natura est ab arreragiis scilicet, vt immobilis ad mobile. Quod ipsum in reditibus fundialibus, & re-
E liquiis eorum dictum volumus. Nam pecunia cõstitutorum alia conditio, quorum reliquiæ nulla actione peti possunt amplius quam quinque annorum, quia ratio ordinationis vniuersalis est, & ridiculum iudicium eorum, qui putant per actionem personalem longioris temporis non posse peti reliquias, sed per actionem hypothecariam posse, hoc est, quod altera manus porrigas, altera eludere, quod si amittitur, quis non videt causam ordinationis finalem eludi, hoc est repentinæ oppressionis cumulatorum arreragiorum? quæ nihil interest debitoris qua ratione extorqueas, si extorquere permittitur, contra
F omnino quam ordinatio intendit. Nec potuit carere iusta reprehensione eorum sententia, qui nuper diuersum iudicarunt prætextu intentatæ hypothecæ, in qua agebatur ad continuationem reditus, *portant assiette.* Valet enim hypotheca pro continuatione iuris immobilis, sed pro arreragiis præscriptis, per ordinationem, aut longioris temporis quam quantum mobiles actiones durant, valere non potest. Illud etiam inuita Themide factum exclamare cogor, quod cùm extraneus quidam fundum nuper emisset liberum, atque de eo appropriasset, sacratus quidem, qui

Sic additum artic. 285. N. C.

reditum pecunia conſtitutum ſibi deberi diceret, interceſſit, idque poſt peracta approprimentorum ſolemnia, & iudicatum abſtulit iniquiſſimè, cum approprimentorum ſacroſanctæ leges palam violarentur, & iniuria fauor Eccleſiarum opponeretur, quæ & ipſæ præſcriptionibus cum rebus ſuis obligantur.

Idem auctor artic. 274. N. C.

12 c. de quarta ext. de præſcript. & text. in cenſu c. olim ext. de cenſib. nec ſpeciales habent de Conſuetudine præſcriptiones vllas, præter generaliter conſtitutas, & conſuetudinis iure tenentur, quæ ipſis præſentibus & conſentientibus ſancita eſt, & promulgata cùm immobilia clericorum ſubiiciantur legibus regum & regni, quod nos artic. 44. fusè ſumus perſequuti. Et ideo Maſ. in tit. de præſcript. num. 9. cenſum præſcribi dixit aduerſus principem Eccleſias, & quoſcumque, tex. c. olim ext. de cenſib. Illud vero multo iniquius, extraneum illum emptorem ad reliquias præteriti temporis damnatum, cùm iſta vt mobilia omnibus approprimentis excludantur, quod hic textus ſtatuit. Sed tamen non conuenit ſubiicere legum poteſtatem ſacroſanctam iudicantium inſtabilitati, aut ludificanti arbitrio, quo enim iure exceptio ab huius articuli diſpoſitione ſuſtinetur in Eccleſiis, quæ prælatos, & procuratores habēt qui intercedere poſſunt. Et puto etiam fixas habent in beneficiis ſedes & ſacris interſunt, cùm bannimenta promulgantur. Sit igitur bene iudicantibus ſacroſancta legum auctoritas & æterna veneratio. Aliter nihil fixum, nil cuiuſquam proprium futurum eſt, quod iam olim Cicero quæſtus eſt. Nec fando quiſquam de maioribus noſtris quidquam factum, vnquam tale audierat foro. Addimus verò quod (magis mirandum eſt) cum contractibus vſurariis declarandis nulla præſcriptio obſtet, quominus vitij arguantur, & ſoluta arreragia in ſortem imputentur, tamen præſcribi, & condictioni, & imputationi talium que ante triginta annos ſoluta reperiuntur, quod Molin. rectè ſenſit in contractibus vſurar. quæſt. 17. num. 197.

[e] [Ne se prescrivent.]

Id eſt præſcribi nequeunt. Et ratio eſt, quia iuri nondum nato præſcribi nequit, quia id in iudicium deduci non poteſt: Ergo nec præſcribi ex reg. non valenti agere l. 1. Cod. de annal. except. & alibi diximus & l. vlt. §. ſin autem. C. communia de legat. vbi Caſt.

[f] [S'ils sont escheus.]

Etiam ſi in libris omnibus, ipsóque adeo archetypo ab ipſis reformatoribus ſcripto, ita habeatur, Tamen manifeſtiſſima ratio cogit addi negatiuam *s'ils ne ſont eſcheus*, quod etiam clauſula aduerſatiua ſubſequens oſtendit, quæ dicit *Et où ils eſcherroient.*

[g] [Et ou ils escherroient.]

Hæc eſt aduerſatiua prioris clauſulæ, & facti, & iuris, quæ ita in priore legendum docet, vt diximus. Melius dixiſſet per idem tēpus. *Et où ils ſeroient eſcheus*, non per coniunctiuum, ſed perfectum, à quo tempore præſcriptio inchoatur.

[h] [Par trente ans.]

Præſcribitur perſonali & hypot. eodem tempore.

Hæc diſpoſitio planè conuincit verum eſſe, quod dicimus, præſcripta perſonali conſumi & hypothecariam pro reliquiis & arreragiis. Addo & iure conſuetudinario pro principali debito, quod conſ. Bleſ. & Turon. ſtatuunt. Nam conſtat Domino feudi pro ſuis debitis hic expreſſis competere hypothecam, probatur etiam iure l. etiam. D. qui pot. in pign. habeant. l. quærebatur eod. tit. l. grege. §. in ſuperficiariis. D. de pign. Et tamen hîc traditur talibus debitis præſcribi triginta annorum ſpátio. Conſtat igitur cùm ipſi debito præſcribatur nullam ſupereſſe hypothecam ad vlterius tempus: Nec enim actioni tantum ſed obligationi in totum præſcribitur quæcumque actionem producere poſſit. Non nouit igitur conſuetudo, quod ante diximus, vllam hypothecarum præſcriptionem, longiorem 30. annis, nec illam illius l. cum notiſſimi. Et quod magis mireris, hic agit de actione competente aduerſus obligatum, quę longiſſima eſt iure præſcriptio quadraginta annorum, & in caſu valde fauorabili debiti fundiarij, cuius quàm longiſſimam (ſi vſquam alias) oportebat eſſe præſcriptionem. Nemo igitur poſthac nobis faceſſat negotium, veluti hac de re ſingulariter cenſeamus.

[i] [Ev egard av temps.]

In venditionibus ſub conditione redimendi actio ad laudimia non competit, niſi reuendendi tempore finito.

Doaria ſuſpendit executionem debiti, non ipſum debitum in redemptiuo.

Hoc eſt à die quo deberi incœperunt, id eſt quo ceſſerunt; Itaque ſi fundus venditus eſt ſub conditione octo annorum redemptionis, ante agi non poterit ad laudimia, quàm illi integri tranſierint. Incipiet igitur tempus laudimiis præſcribendi, à tempore principij noui anni, quia prius agi non potuit. Idem in contractibus conditionalibus ſubſtantiæ ſuſpenſiuis, ſecus in conditionaliter reſoluentibus tantùm, vt ante docuimus. Hæc intellige circumſcripta interruptione, & ſecluſa ſiue per ſolutionem, ſiue alios modos. De redemptiuo poteſt dubitari, ſi forte proprietarius deceſſit relicta doaria, aut fratre viagerio. Nam fruendi ius differtur in tempus mortis eorum. Reſpondeo, tempus hic non eſſe ſuſpenſiuum obligationis aut debiti, quod ſtatim cedit à morte proprietarij, Sed percipiendi dies differtur; igitur curret præſcriptio Domino feudi, cum ſtatim & pure agere poſſit vt debitum ſoluatur, & vt percipere liceat ſua die, quod niſi fecerit, etiam ſi doaria totos triginta annos ſupervixerit, atque ita executionem debiti impediuerit, excluſus reperietur præſcriptione, ea mortua. Plane alias ſcribitur conditiones neceſſarias, vt mortis non ſuſpendere obligationes, ſed differre ſolutionem. Et habet locum diſpoſitio, & verificantur hæc verba, *ſils ſont eſcheus*, in hoc caſu, diximus artic. 77.

Sed & ſi cùm duo litigant de proprietate rei, aut feudi, cuius ratione laudimia debeantur, is demum qui vicerit, poſt trigeſimum annum ea petens excludetur præſcriptione, quia aut poſſeſſor interim agere potuit, aut qui non poſſidebat interrumpere, ſed excluſus in condemnatione damnorum id conſequetur à victo, quod laudimiorum nomine conſequuturus erat ſine lite, veluti fructuum partem.

Article CCLXXVII.

QVAND[a] aucun Seigneur[b] a accoustumé[c] leuer & vser d'aucuns subsides[d] en sa Seigneurie, &[e] qu'vn ou plusieurs[f] des demeurans & estans[g] entre les metes dudit Seigneur,[h] & en sa Seigneurie pretendét[i] exemption desdits subsides,[k] ils sont tenus de prouuer[l] le tiltre[m] de leur exemption,[n] ores qu'ils diroiét[o] qu'ils ne leurs predecesseurs ou aucteurs,[p] n'en auroient iamais payé aucune chose. Artic. CCLXXXIX. Novae Cons.

Et à faute de prouuer leur tiltre d'exemption,[q] le Seigneur en pourra vser comme sur les autres hommes,[r] és lieux circonuoisins,[s] nonobstant longue tenuë. Artic. CCXC. Novae Cons.

CVm[a] aliquis Dominus[b] solitus est[c] exigere, & vti subsidiis, in[d] suo feudo, &[e] vnus, aut plures,[f] ex domiciliariis, & intra[g] metas Domini,[h] & in illius ditione consistentibus,[i] talium iurium exemptionem intenderent,[k] probare tenentur,[l] titulum[m] suæ libertatis,[n] quamuis allegarent,[o] se, aut suos decessores, aut auctores,[p] nunquam quidquam eorum præstitisse.

Et non probato exemptionis titulo,[q] Dominus prædictis iuribus vti poterit, veluti in reliquos vassallos[r] eiusdem territorij,[s] nihil vetante libertatis possessione longissima.

1 *Noua vectigalia nisi iussu principis institui non possunt.*
2 *Hic articulus non pertinet ad publicas intributiones.*
3 *Regalia ad priuatos non pertinent.*
4 *Tenor inuestiturarum respiciendus præcipuè.*
5 *Possessiones determinantur à titulo.*
Possessiones obseruandæ vbi titulus non est. ibid.
6 *Consuetudo feudorum naturam determinat.*
7 *Vbi non inuenitur conuentio, lex quærenda est.*
8 *Substantia naturalia, accidentalia feudorum.*
9 *Substantialium effectus, & vis, & quæ sint.*
10 *Naturalia quæ.*
11 *Homagium est de naturalibus, nec semper debetur.*
12 *Naturalia per non vsum non amittuntur.*
13 *Accidentalia quæ & cuius de his probatio.*
14 *Probatio iurium naturalium, aut accidentalium cuius sit.*

Non alius articulo toto hoc libro ampliorem ciuilis materiæ segetem continet, quæ ex intima iurisprudentia deducitur, & si prima fronte, ni altius introspicitur, cum notissimis iuris regulis pugnare in speciem videtur, cum valde consentiat, quod nos demonstrandum suscepimus. Nota est lex & receptissima regno obseruatio, nemini licere quidquam no-
1 uæ aut insolitæ intributionis indicere siue suis siue alieno iuri subditis, nisi id regis iussu, idque expressa sacra forma fiat, quod etiam olim Imp. sanxerant l. 1. C. super deind. & extat ea de re rub. Noua vectigal. Cod. qua de re crebræ & repetitæ extant regum constitutiones, quas nos memorauimus art. 56. sup. & artic. 37. Sed vt hæc vera sint, hic articulus ad talia non pertinet, quæ incertam erogationis formam
2 habent, & pro summo imperio indicuntur. Sed ad ea potius, quæ priuati iuris sunt, & in priuatorum commercia cadunt, & ex causis certis & determinatis feudo annexis petuntur, & vniformem habent præstationem. Hæc materia hoc subiectum est istius articuli, ne quis latius vagetur. In qua tractatione expendenda. Primùm omnium constitui oportet se-

A cludendas ab hac dispositione præstationes omnes eas, obuentiones & debita, quæ in titulum iúsve cadunt eorum, quæ regalia & nobilitates Ducum appellantur, cuius generis omnes priuatis interdictæ 3
sunt, nec in eorum possessionem cadunt, & imprææscriptibiles sunt ex inhabilitate commercij. In his frustra quisquam niteretur hoc tex. cùm dixit *ont accoustumé*, quia omnis, qui talia vendicat, habet necesse se fundare in titulo scripto ex concessione aut priuilegio principis literis consignato, & vbi iuris est, homologato d. art. 56. & ord. Petri Ducis 1451. Sine his frustra litigatur, frustra longissima aut æterna possessio obtenditur, cùm semper obstet incapa-
B citas tenentis, non possidentis, sed incubantis potius. Hic seclusis hic articulus statuere intelligendus est de his, quæ emptionibus, permutationibus, hæreditatibus, dotibus, infeodationibus in priuata commercia transeunt, nec lege vetantur, in quibus ipsis hæc primum lex seruanda est, vt cõuentiones, pactiones legésque in contractu dictæ seruentur, quæ præcipuè spectandæ sunt, vt quales quantásque præstationes, debita iuráve dari, fieri conuenerit, & tales hæ ad vnguem dentur, fiant: est enim illa vera diiudicatio controuersiarum de talibus, vt tenor contractus inspiciatur, & quo in argumento nunc versamur, in infeodationibus tenor inuestiturarũ spectetur, quem locum congerit Boër. decis. 263. num. 2. 4
C & numer. 6. & tex. c. 1. tit. de feud. cognit. Soz. cons. 165. vol. 2. vers. quarto & vltimo. numer. 5. & 9. Et tenor inuestituræ derogat omni naturæ feudorum c. 1. tit. de duobus fratribus, & iterum Oldrad. cons. 284. incip. factum tale est, quidam miles Ias. cons. 180. vol. 2. numer. 3. Bald. l. quoties. Cod. de suis & legit. idem Ias. cons. 136. vol. 4. Alb. in diction. verb. feudum. Anan. cons. 7. Cum. cons. 161. Sed quia rarum est vt in tanta rerum antiquitate & casibus reperiri inuestituræ queant, si de his non docetur, potissima habenda ratio possessionum, in quibus quisquam reperitur Dominus feudi, quæ ex recognitionibus & actualibus præstationibus & apochis pro-

bantur, quia vbi titulus non ostenditur, is determi- A
natur à possessionibus vt è contra cùm apparet titu-
lus, possessiones ab eo legem accipiunt l.1.C. de imp.
5 lucrat. describ. lib.10. Et nos diximus alibi. Nam in-
feodationum cùm instrumenta apparent tanta vis est,
vt possint etiam naturalia feudorum immutare, &
alterare: quod Bald dicit d. c. 1. tit. de duob. fra-
trib. & c.1. §. denique tit. quæ fuit prim. caus. be-
nef. amitt. & l. quoties. Cod. de suis & legit. Quod
si horum nihil est, id est, neque concessio feudi ap-
paret, nec iusta est probatio possessionum quid, qua-
le, quantúmve debeatur, tum seruanda est consue- B
6 tudo, à qua regularis, ordinaria, & fixa feudorum
natura in quaque regione determinatur. Est enim na-
tura feudorum quærenda in Consuetudine. Ideóque
Bald. l. liberti libertæque. Cod. de op. lib. scribit
quod si clare non constat de certo modo vsus & pos-
sessionis, iudicandum est de eo secundum regularem
naturam feudi, & vbi non inuenitur conuentio, aut
determinatio hominis, quærenda est ab lege, quæ
idem valet in casu dubio quod pactum & conuentio
in casu certo, quod idem Bald. ait l. 1. quæst. 31. D. de
7 rer. diuis. Idem l. 2. col. 2. Cod. de iur. emphy. idem C
l. vlt. C. de lib. caus. & c. 1. tit. de cap. Conrad. Bald.
& Aluarot. c. 1. tit. de feud. dat. in vic. leg. com.
Consuetudo enim in talibus inducit naturam, quod
Bald. ait. l. contractus col. penult. Cod. de fid. instr.
& eam informat quod Ias. & Decius dixere l. certi
condictio. §. si nummos. D. de reb. cred. quia con-
cessio semper intelligitur facta secundum morem so-
litum; cuius rei locos Boër. congerit. d. decis. 263.
numer. 7. Igitur cùm in vno quoque contractu sua
substantialia sint, naturalia, & ferè accidentalia quo-
que, ista eadem in infeodationibus reperiuntur, de
8 quib. glos. & Doct. l. pacta conuenta. D. de contra. D
empt. & l. iurisgentium vbi Angel. D. de pact. sub-
stantialia in totum immutabilia sunt, quibus si vis af-
fertur contractus tales esse desinunt, & in diuersas
conuentiones transeunt, & degenerant, quod nota-
tur l. vbi ita donatur. D. de donat. l. cùm precario.
D. de precari. Socin. d. conf. 165. vol. 2. num. 13. Ta-
lia sunt in concessionibus feudorum dominij vtilis
translatio directi retentio, sine quibus nulla infeoda-
tio in suo nomine & contractu consistit, sed in alium
transit potius, nec talis dici aut esse potest si contra
9 ista conuentum est, non magis quàm emptio, sine E
pretio, aut locatio sine mercede. Secunda est ratio
naturalium hoc est quæ Cõsuetudine cuiusquam loci
publica feudis indicuntur, veluti homagium, came-
10 rarium, opitulationes, in hac quidem Britannia, quæ
omnia ex regulari omnium feudorum ligiorum con-
ditione & natura debẽtur, & omnibus feudis insunt,
citra vllam necessitatem expressionis talium in infeo-
dationibus, & subinducuntur à Consuetudine, etiam
si de his nihil cautum aut dictum sit. Talia diuersam
naturam habent ab substantialibus, nam alterationes
ab conuentionibus partium accipiunt. Socin. d. conf.
165. num. 12. vers. quinto probatur. Alex. conf. 2. col. F
11 pen. vol. 5. Bald. cap. 1. de duob. fratrib. l. 1. §. sed si
quis. Cod. de lat. lib. tol. Ias. conf. 180. vol. 2. num. 3.
Bald. c. 1. §. denique tit. quo fuer. prim. caus. benef.
amit. & l. quoties. C. de suis & legit. & detrahi pos-
sunt, citra subiecti corruptionem, nec minus infeo-
datio consistit, si homagij debitum detrahuntur, vt
nec iure patrio in omnibus debetur, vt in casu art.
317. & hac lege Mediolani Ducatus teneri imperio
dicitur. Nec si nulla laudimia deberi, aut opitulatio-
nes cautum sit in concessione feudi, ideo infeodatio
vitiabitur, quod eueniret, si ista substantialia essent

A omnino. In talibus vera, & notanda regula, quæ ad 12
hunc textum pertinet, nullo tempore, nullis seculis
amitti talia naturalia, & quæ ex Consuetudine de-
beantur, per non vsum, siue quia Dominus non vsus
sit, quia casus non tulerit, siue quia præstationes re-
miserit, siue aliunde acciderit non deperdi, quod Ab-
bas Fely. Imol. notant c. ad audientiam ext. de præ-
script. Imol. & Bal. c. ex parte ext. de testib. c. sanci-
mus tit. de feud. si culp. non amitt. l. in filiis vbi Bart.
de decur. lib. 10. Cod. Flor. l. hæc autem. D. de seruit.
vrb. præd. Iacob. in tractatu de Roydis. Boër. decis.
132. & 263. num. 7. & nos sup. attigimus, verbo, *ou*
B *autres deuoirs*, nisi denegatio, aut aliud factum vassalli
interuenisset, quale ibi scripsimus, quoniam Consue-
tudinis scriptæ perpetua, & successiua interruptio
semper debitum facit, & pręstationes renouat in con-
tingentia casuum, quibus euenientibus debentur, &
sunt in continua actione, quia illa non ab hominis
facto aut prouisione, sed Consuetudinis necessitate 13
proueniunt. Tertio loco accidentalia habentur, ea
verò sunt quæ præter naturalia & expressa Consuetu-
dinis dispositione, hominum conuentione apponun-
tur, quæ tam varia, & deformia ipsa sunt, quam ho-
C minum voluntates, & cogitationes. In substantialibus
igitur, & naturalibus semper actor fundatam suam
intentionem reperit in lege, & Consuetudine, nec
ei laborandum in talibus, in probationibus, probata
quidem qualitate dominica, & vassallitia. Nam his
probatis protinus accurrit Cõsuetudo, & sua vi agen-
ti assistit. Contra in accidentalibus euenit, quia omni-
no probanda sunt iustis probationibus, cùm in lege,
& Consuetudine nihil tale debitum reperiatur. Cùm
ergo, oneris aut præstationis aliquid petitur præter id
quod Consuetudo expressit Dominus partes actoris 14
explere debet, recusante quidem vassallo. In his omni-
D no hic textus locum habet, ad talia factus est, ad con-
firmandas, & adiuuandas dominorum intentiones,
cùm scriptum non habent, & de iure suo periclitan-
tur, vt quod reliquum est ad possessoriorum actuum
continuationem confugiatur, quibus probatis tum
quoque hac sua dispositione auxiliatur. Non creat ta-
men debita, nec ea generat, sed ex possessionis con-
tinuatione, illa sufficienti præsumptione & probatio-
ne fulcit & sustinet, qualia præstita proponuntur,
etiam si titulus nullus ostenditur debiti, alioqui ob-
staret dispositio. l. Domini prædiorum. l. cùm satis.
E §. caueant. de agric. & cens. lib. 11. C. & præsumptio.
quod Mol. tractat. §. 53. numer. 16. & 17. tit. de cens.
quibus de causis Domini prædiorum noui quidquam
debiti exigere vetantur præter dictas solitas præsta-
tiones. Atque id quod de toto dicitur, hoc est de so-
lido iure præstationis, ne quidquam exigatur indebi-
tum, id in parte quoque locum habet, ne aliud am-
pliúsve petatur, quàm quod debetur, néve census,
aut reditus augeatur, sed id tantum, taléque, quan-
tum, qualéque præstari solitum est, & contra facienti
magna pœna indicitur ab Consuetudine, artic. 116. &
F item art. 609. expressa dispositione, & satis aculeata.
Bald. c. 1. tit. qualiter vassallus iur. deb. fidel. l. 1. vbi
Bart. Plat. Rebuf. Luc. de Penna. C. in quib. caus.
colo. domi. accus. poss. & quos Boër. congerit. d.
decis. 132. num. 3. & decis. 126. numer. 5. Quod igitur
hoc iure petitur, iure priuato petetur, non vi Cõsue-
tudinis scriptæ, vt ex ea debitum, sed ex prouisione
hominis, sed probatio ab Consuetudine auctoritatem
habebit, quod valde notandum est.

[a] [AVCVN SEIGNEVR.]

1 Seigneur *dicitur respectu feudi.*

2 *Qualitas dominica primùm probanda.*
3 *Non Domini, aut Domini mediati non sunt fundati in iure.*

1 Hæc vox & adscriptæ subinde aliæ *de seigneurie*, indicant de materia & subiecto feudali agi, & de his iuribus quæ ex causa immediata feudi, & infeudationis debentur, non simpliciter, & abstractè à causa
2 personali, vel iurisdictionali. Quare agenti ex hoc Articulo qualitas dominica primùm omnium probanda erit, vt antecedens necessarium, quia si ea in controuersia esset de incerto, nihil concludi posset præter incertum; Qualitati probatæ, & confessa infeudatione, addenda & probatio de finibus, tum de conditione, & iure ipsius feudi. Hæc tria omnino probari oportet, quod vbique generale est in omni dispositione, vt qualitatem probari ante omnia oporteat, si causa est producendæ actionis, vulgati loci. l.
3 non ignorat. Cod. qui acus. poss. & quos Molin. congerit in feud. §.8. glos.1. num.9. Nec ignoro quosdam esse, qui iura quædam talia in alienos etiam subditos vendicent, & duntaxat vicinos, cuiusmodi Marcillei quidam Quintanas vendicare dicitur. Sed qui eiusmodi sunt non habent fundatam intentionem ex hoc Articulo, nec hac dispositione defenduntur: & cum eis verba non conueniant dominicæ qualitatis, nec dispositio conuenire potest, ac ne ciuili quidem iure niti possunt, sed aut titulos probare debent, aut præscriptiones, quod ait Aret. cons.132. quia ius commune resistit talia vendicanti in alienum subditum. Ideóque quasi possessio talium non releuat ab onere probandi, text. c. cùm personæ, vbi Gem. & Franc. de priuileg. in 6. Ideóque ne possessorio quidem simplici vinceret talis possessor. de quo sententia est Molinæi. d. §.2. glos. 6. num.4.

b [A ACCOVSTVMÉ.]

1 *Intellectus huius verbi* accoustumé, *& num.4.*
2 *Vulquecini vsus Parisiorum agri.*
3 *Baillium Britanniæ.*
4 *Vnica solutio constituit in possessione.*
5 *Solere quid importet.*
6 *Consuetudinis diffinitio.*
7 *Præscriptio quid, & quomodo differt à Consuetudine.*
8 *Vsurpatio quid.*
9 *Intellectus art. 546. in cons.*
10 *Quot actus requirantur ad vocem* accoustumé.
11 *Intellectus. l. cùm de in rem verso & similibus.*
12 *Quid differat à præscriptione.*
13 *Præstari solita dominis terrarum debentur etiam non probato titulo.*
14 *Recognitio implicita solutioni.*
15 *Præstationes iure debiti.*
Diu coxisse in furno alieno non obligat. ibid.

1 Diximus ante & nobis nunc quoque repetendum est, de substantialibus feudorum hîc non agi, sine quibus feudum non consistit. In quibus ad positionem actus sequitur positio essẽtialium eius partium, vt in venditione, mercis, & pretij, in infeodatione directi & vtilis dominij. Sed nec de naturalibus quidem statuit, quæ scriptam à Consuetudine habent descriptionem, qualia sunt laudimia, ventæ, cameraria, opitulationes, fides, homagia, rachatus, quæ singula fundatam habent auctoritatem in Consuetudine, & ideo posita qualitate dominica, & vassallitia certi feudi ratione, talia extrinseca probatione non indigent, ꝙ debeantur, imo qui ab talibus exemptio-

Argentr. in Cons. Brit.

A nem prætendit, necesse habet probare. Nec ex toto assentior Molin. qui in §. 2. glos. 6. tit. de feud. ait, dominos feudorum qui ex Consuetudine vulquecini feuda à se teneri intendunt, teneri probare claré de prima infeodatione, quia ille vulquecini vsus sit contra ius consuetudinarium ordinarium territorij Parisiensis particulari quodam tractu Pontisaræ & vallis Caliæ obseruatus, vulquecini vsum vocant, quo omni manus mutatione releuium debetur, atque adeo quod Molinæus magis miratur in linea directa, & sordidi & auari cuiusdam hominis inuentum esse putat. Hoc quidem Molinæus non miraretur, si Bri-
B tanniam incoluisset, scilicet deberi rachatum in linea directa, debentur enim talia conuentionibus, interdum & lege etsi omni quidem mutatione non debentur. Sed Baillium Filiceriorum non multum diuerso iure habetur in Britannia, quàm Parisiorum vulquecinum, quod in certa Britanniæ parte locum habet agro scilicet Filiceriorum & Nannetum regalibus (vt vocant) cum antiquissimæ Britanniæ concessiones feudorum penè omnes tales fuerint, sicuti vulquecinum certo tractu territorij Parisiensis. Quod vtrumque etsi præter Consuetudinarium quidem ius
C ordinarium statuatur, quod tamen Molin. putat, contra ius non est, nec ei Consuetudo scripta resistit, sed valere patitur, nec abrogat. Sed sic ius commune statuit, vt in specie sua diuersum illud valere patiatur, vnde Molinæus illud efficit, ne ex tali possessione Dominus releuetur à probatione, ex reg. c. cùm personæ de priuil. in 6. Bart. Alex. & Ias. l. si prius. D. de op. no. nunc. Ego & si tale ius diuersum sit ab ordinario, contrarium tamen nego dici debere ordinario, cùm in sua specie auctoritatem habeat à Consuetudine vniuersali, quæ per hunc Articulum aucto-ritatem præstat omnibus extraordinariis, & acciden-
D talibus conuentionibus in feudorum concessionibus, vt ius ipsum feudorum, vt ante diximus. Quare si quæ pacta apponuntur contraria naturalibus, quæ ab Consuetudine expressa sunt, re vera tunc dici debent contra ius commune, cùm non opposita, diuersa dici debent, non contraria; quare etiam in possessorio ex probatione talis possessionis vinceret possessor contra quàm Molin. putat ex malo assumpto, & si ille tandem etiam in petitorio ex trium concursu, quæ ibi ponit vincere posse possessorem putet. Nec nos in possessorio tanti temporis lapsum requi- 3
E rimus quantum ille, & vnicam in triennio sufficere putamus ex art.230. Et alibi quæst.20. num.209. lib. de vsuris vnicam solutionem in possessorio satis esse putat. & Bart. l. solent. §.1. D. de off. proconf. Doct. c. querelam ext. de elect. vtitur enim ille consequentia falsa ex falso assumpto, quod scilicet talis possessio sit contra ius ordinarium scriptum Consuetudine. Pertinet autem hic Articulus ad pacta accidentalia feudorum, id est omnia alia quam quæ scripta Consuetudine continentur, quæ nec ex titulo probantur, nec ex præscriptione, vt ita intelligatur quæ & cuiusmodi probatio esse debeat ad ea probanda, cùm
F de his contenditur, & in obscuro sunt, nec extant tabulæ, statuitque id ius, quod in vniuersum territorium vt vnum corpus prætenditur, singularibus singulorum hominum præstationibus probari, vt partium vnius totius quod inferius suo loco dicemus. Proinde hîc notari valde conuenit de præscriptione non agi: Nec quod Molinæus lapsum triginta annorum in talibus requirit, id est, tempus regularium præscriptionum ad rem facit, propterea quod legem, cum de in re verso & similes negat habere locum cùm de dominiis rei soli agitur, aut debitis magni

2 *Anno 1570. hoc Baillium Filiceriorum mutatum in rachatum. Idem ab Episcopo Nannetensi faciendũ Regi, rescripto ad id impetrato, &c.*

momenti, vt de releuio vulquecini, de quo ille. d. §. 2. A
4 & §. 7. num. 17. in feud. & d. §. 2. gloſ. 6. vtitur igi-
tur hæc conſuetudo verbis *a accouſtumé*, quibus non
præſcriptionem de gnat, nec præſcriptionum tem-
pora, ſed iterationem actuum & præſtationum. Alio-
qui ſi de præſcriptione ſtatueret, his verbis non vte-
retur *a accouſtumé*, ſed verbis iuris conſummati lo-
queretur, *celuy qui a preſcript*, vt toto hoc titulo, nec
eſſet hæc diſpoſitio de dubio, quis enim dubitaret ta-
lia iura pręſcriptione acquiri. Deinde cùm ſuperio-
ribus articulis ſuas quibuſque rebus mobilibus, aut
ſoli præſcriptiones appoſuerit, quo vſu idem hic re-
formatores repeterent, per verba certè non apta. B
Non igitur de præſcribendi tempore aut pręſcriptio-
num iure hîc loquitur, nec de dominij acquiſitio-
ne, ſed probatione, & præſumptione eius, ſi liqui-
dæ probationes non extant. Nam cùm præſcriptio
diffiniatur eſſe dominij acquiſitio per continuatio-
nem temporis à lege diffiniti. l.3. D. de vſucap. Hæc
diſpoſitio prorſus tanti temporis non eſt, vt ad præ-
ſcriptionem ſufficere poſſit, videndum igitur quid
importent hæc verba, *a accouſtumé*, & cuius tempo-
ris hæc aſſuetudo iudicari debeat. Hic ſe pandere in-
cipit materia Articuli. Bart. quidem. l. Mela. §.1. D. C
5 de alim. legat. huius vocis (ſolitus) quæ noſtrum *a
accouſtumé*, valet, ſignificatum implet vna vice, quod
per quam abſurdum eſt, & vulgari prouerbio refel-
litur, *Vne fois n'eſt pas couſtume*, Et illo vnica hirundo
non facit ver, & ideo alibi ad duas vices producit,
l. 1. C. de ſent. & interl. iud. Et ſi demum agnoſcit
ſe de ſignificatu eius vocis nunquam fuiſſe bene cla-
rum (vt loquitur.) Quod ſi verum fateri volumus,
ea vox nullam determinationem recipit à lege ſcripta,
ſed à ſubiecta materia. Sed quia in huius materiæ ex-
plicatione, crebro nobis vtendum erit verbis conſue-
tudinis pręſcriptionis, vſurpationis, neceſſario nobis D
de vſu earum vocum aliquid dicendum eſt, ne ſi ali-
ter accipiuntur, quàm pro materia, incidamus in pa-
6 ralogiſmos de rebus. Nota eſt conſuetudinis ſignifi-
catio pro moribus, vniuerſali populi cuiuſque con-
ſenſu per lapſum diuturni tẽporis inductis, & vſum;
vis eius eſt vniuerſum populum tenere poſtquam in-
ducta eſt. Et publico in commune acquirere, priua-
tim vt vni nemini cuiquam, alioqui priuilegium eſſet,
aut ius ſingulare potius quam cõſuetudo. Ac tametſi
de eo iure ſinguli vtilitatem putant, non tamen in
priuato ſuo vel proprio iure faciunt, quod priuatio- E
nem ad alterum importat, ſed ſicvt ſinguli de mul-
tis veluti, qui ex fonte publico aquam ducunt pri-
uato ſuo iure non faciunt, ſed eo quo vnicuíque idem
licet. Itaque ſic quiſque vtitur, vt alium ſimiliter vten-
tem prohibere non poſſit, quod aliter fit in re aut
iure proprio, cuius proprietatis verum ſymbolum eſt
7 alterum prohibere, ne vtatur fruatur, agat, eat. Di-
uerſum ius eſt pręſcriptio, quæ priuatum cuiuſque
poſſidentis ius ex priuato titulo, & poſſeſſione quæ-
ſitum, & iuris alieni tranſlatiuum eſt. Atque hæc ſua
etiam diuerſa tempora habet, nec eadem ſemper vt
conſuetudo. Sed & alias differentias Balbus in lib. de F
præſcript. parte 1. quæſt. 10. Felyn. c. auditis ext. de
præſcript. Bart. & alij, l. de quib. ext. de legib. po-
nunt quæ non ſunt huius loci, & alij in rub. C. quæ
ſit long. cõſuet. c. cùm Eccleſia ſutrina de cauſ. poſſ.
& propri. ext. in fin. tertia eſt quam vſurpationem
libuit appellare, nec, vti opinor, ineptè, non pro illa
8 quidem interruptrice, de qua Iuriſconſ. l. 2. D. de
vſucap. tametſi infrequenti ſignificatu, ſed pro ea
potius, quæ frequentem cuiuſque rei, aut vocis vſum
ſignificat. Hoc quidẽ loco pro repetita decẽ annorũ

iuris cuiuſque, aut debiti ex cauſa feudali exactio-
ne, quæ ſub iſtis ipſis verbis *a accouſtumé* ab conſue-
tudine deſignatur. Et certè exprimi conueniebat, ſi
ſatis conſilij reformatoribus fuiſſet, vt nec ſatis fuit
autori. d. l. litibus. qui nec ipſe expreſſit, ne vocis in-
definita prolatio ambiguum relinqueret, de quo no-
bis relicta eſt materia differendi, eóque magis quod
in argumento non diſſimili magnos etiam conſultos
fori labi deprehendimus, articul. 546. verbo, *qui ſe* 9
ſont gouuernez noblement és temps paſſez cùm rogati cu-
ius temporis aut vſus ea verba *és temps paſſez* puta-
rent, reſponderent ſexaginta non minus annorum
id ſibi tempus videri, de quo illis verbis conſuetudi-
nis præſcriberetur. Interrogatus dixi eos vehemen-
ter falli, & manifeſtum eſſe paralogiſmum à verbo
Conſuetudinis & pręſcriptionis ad verbum *accouſtu-
mé*. Neque enim eo loco agi de acquirendo iure par-
tagij beſſalis *auantageux* vocamus, per pręſcriptio-
nem, ſed de probatione eius, quod de eo more cuí-
que familiæ priuatim eſſet receptum tempore Con-
ſuetudinis reformatæ. Nam ius ipſum & Conſuetu-
dinem, quæ tale ius fecerat, in diuidendis hęreditati-
bus eſſe per aſſiſiam Gotthofredi primum conſtitu-
tum. Sed inter Barones, & Equites tantum: at vero
veterem ſuperueniſſe Conſuetudinem, quæ ius idem
omnibus æquè nobilibus, ſi vti vellent, impertiretur.
Id idem vltima reformatione eius eſſe confirmatum.
Certum igitur per ſe ius eſſe, & ab aſſiſia & poſte- 10
riore Conſuetudine inductum, nec de eo creando,
aut producendo amplius quæri, quod malè exige-
rent hi, qui ſexaginta annorum curricula expoſce-
rent ad eorum verborum, *és temps paſſez*, verificatio-
nem, vt loquuntur, quod legitimum tempus præ-
ſcriptionum illo tempore erat. Sed id tantum inqui-
rendum, an id ius ſemel formatum à Conſuetudine,
in familiam ſuam quæque gens, familiáve recepiſſet,
voluntatis igitur non iuris ea quæſtio fuit. An quęque
familia, de qua controuerteretur, id ius recepiſſet, &
exactis temporibus, eo vſa probaretur, id verò, non
ex temporis diuturnitate, aut lapſu, ſed ex repetitis
actibus, & vicibus ſimilium diuiſionum diiudican-
dum, adeóque paucorum annorum, ſi cõſtaret vnam,
& eandem familiam idem iuris, & eundem partien-
dæ hęreditatis morem vſurpaſſe. Neque enim id agi,
nec in eo quæſtionem verti, vt hoc diuidundarum
hęreditatum ius induceretur, aut conſtitueretur, ve-
luti ante inauditum fuiſſet, quod ipſum vix ac ne vix
quidem vlla per ſe priuata familia poſſet, quod fusè
tractauimus in noſtris partagiis. Sed id potius, an
id quod vetus conſtitutio & Conſuetudinis auctori-
tas ſtatuiſſet, vtendíque cuiuis nobili poteſtatem fe-
ciſſet, vnus aliquis in ſuam gentem recepiſſet, &
vſurpaſſet per actus plures & iteratos. Id vero vna
atque alia vice fieri, & tot actibus idoneum probari
cuiúſque familiæ conſenſum, ad Conſuetudinis ius
conſequendum, quod nos ibid. quæſt. 23. ex And.
Iſer. c. Imperialem, §. præterea ducatus tit. de proh.
feud. al. per fred. probauimus. Quod diſcrimen ma-
nifeſtè probatur in d. c. cùm Eccleſia ſutrina, vbi dif-
ferentiam facit inter præſcriptionem & vſurpatio-
nem trium actuum per minus tempus quam quod
ad pręſcriptionem ſatis ſit. & Alexand. conſ. 5. nu-
mer. 4. lib. 5. Iaſ. 180. volum. 2. c. quærelam verſ.
per multa tempora ext. de elect. Eſt enim illa bini
actus vſurpatio, ſufficiens probatio recepti moris,
& acceptationis eius iuris, cuius acceptandi poteſta-
tem Conſuetudo omnibus fecerat: nec ad id vllius
temporis lapſus requiritur ſed tantum actuum ge-
minatio, veluti ſi quis fontem aperuiſſet in ſuo;
& tibi

& tibi liberum fecisset vti, si velles, etiam tuo iure, A
opinor in verificando, vt loquuntur hoc verbo si velles, hoc est ad concessionis acceptationem sufficeret semel atque iterum hausisse, quam longo tempore hausisses nil referret, quia non à tempore, aut præscriptione ius tale tribueretur, sed à concedente. Sic quidem consuetudinis auctoritas ius induxit ipsa talium diuisionum, id constituit, & confirmauit, nec alio auctore opus habuit ad id statuendum, & vti nobilibus omnibus, si vellet, permisit. Multis placuit, quibusdam displicuit, facti quæstio est, non iuris, id enim tantum quæritur, an tu, an alius, an quiuis eius quidem ordinis hominum vti voluerit, voluisse pro- B
batio quærenda est ab vsurpatione actuum, temporis aut præscriptionis nulla quæstio est, quæ iuris priuati est, sed id de quo agitur consuetudinarium, & publicum, & commune ius omnium, quod ad sui creationem prescriptione non indiget. Ergo sicut illo loco, ita hoc quoque de vsurpatione agitur actuum repetitorum, per quos consensus & voluntas cuiusque, de quoque actu colligi possit, nõ de prescriptione quæ iuris productiua est, sed de probatione eius iuris, quod iam ante productum est, in terminis hic quidem. l. cùm de in rem verso. D. de vsur. & l. si C
certis annis. C. de pactis. l. litibus. C. de agricol. & cens. lib. 11. l. si filius. Cod. de petit. hæred. quarum vna, & eadem sententia est, nec tamen ad hæc tempora satis tribunalibus nostris percepta, aut vsitata. In quibus quidam magno errore de præscriptionibus statui putauerunt, qui merito sunt iam olim, ac nuper etiam à bonis Iurisconsultis repræhensi, vsúsque
11 eius iuris ostensus foro, nuper ab Carol. Molin. semel in libro de vsur. q. 20. Atque iterum in feud. d. §. 7. & nos satis copiosè diximus. d. artic. 266. verbo *Prouuant le tiltre.* Quod igitur est instrumentum ad
12 probandum debitum in casu suo, hoc idem est præ- D
sumptio ex decennalis temporis præstationibus collecta, si modo vniformes sunt. Præscriptio ius est acquirens, huius temporis præstationes probant de causa quæ prætenditur. Itaque non creant per se ius, sed creatum & deductum probant. Sed quia ista explicatè sunt à Molinæo tradita, hæc recudere consilium non est, de quibus multa scitè, & vtiliter scripsit
13 Balb. in lib. de præscript. parte tertia q. 10. Et extat de eo quoque vtile consilium Alex. 124. vol. 4. quo loco ait homines cuiusque loci posse compelli ad faciendum, & præstandum dominis terrarum ea, quæ E
soliti sunt præstare & facere de longa consuetudine, si modo deducatur causa aliqua specifica debiti prætensi, etiam si ea non probetur iusta probatione, quæ sententia in terminis huius consuetudinis seruanda est, data præstationum decennalium probatione vniformi. Quod si acciderit, vt præstationum apochis inesset etiam (quod cauti solent facere) recognitio aliqua aut confessio debiti, tum etiam magis valeret actus ad probationem, de quo extat optimum consilium Steph. Bert. 182. volum. 1. incip. licet regula-
14 riter. Sed tamen non in quauis materia, nec omni subiecto habent locum illæ ll. cùm de in rem verso, F
& l. litibus & l. si certis annis. Sed duntaxat cùm de præstationibus personalibus agitur: Nec verò de dominiis rerum, vt inf. dicemus verbo, *le Seigneur en*
15 *pourra vser*, propter rerum momentum.

Etiam voluntatis est quæstio respectu nobiliũ communium, qui hodie possunt vsurpare partagium vespalem, si ante annum 1480. probauerint se & decessores nobiles art. 541. N. C.

Cùm de præstationibus loquimur, de his intelligimus, quæ vt ex debito præstantur ex vna certa, & eadem specifica causa, excludimus gratuitas, & quæ beneficè fiunt, aut per eleemosynam, aut xeniorum, aut familiaritatis, & per gratiam, veluti etiam si quis in molendino tuo centum annis molat, aut in furno coquat, non possis cogere, vt id deinceps faciat, quod commodo suo fecit, non necessitate debiti. Quod Cepola pluribus exequitur in lib. de seruitutibus tit. de furno. Matth. Afflict. decis. Neap. 388. Papa decis. 298. Steph. Bert. d. cons. 182. nisi quidem tu præscripseris longo tempore cogendo. Ideóque in diuisionum hæreditariarum imputationibus, non veniunt fructus talium redituum, vt fortuiti, art. 353. & 542.

Denique illud quoque hoc loco notari conuenit, cùm ex præstationibus præsumptionem debiti colligimus, non sic accipi, vt omnimodo ei præsumptioni stetur, si reus contrarium probare velit, nec enim iuris est, & de iure hæc præsumptio. Itaque sæpè per indirectum contrarium probatur, cùm scilicet diuersificatur præstationis causa, vt cùm ex alia causa probatur facta, quàm ex ea quæ prætenditur, aut cùm gratuita fuisse dicitur, aut denique alia quæuis causa prætexitur, quàm debiti. Quod Balb. d. part. 3. notat. d. quæst. 10. numer. 21. & 24. & locos colligit, vt & Molin. vbi. sup. quæst. 20. numer. 205.

[c] [LEVER ET VSER D'AVCVNS SVBSIDES.]

1 Subsides, *quid sunt.*
2 *Ea quæ incertam habent formam erogationis.*
3 *Vniformes præstationes esse oportet.*

Vox ex toto Latina, etsi non suo hic quidem ger- 1
mano sensu. Sed tamen eo vsu deducta vt præstationes significet, iura & debita quæ Domini terrarum (vt dicere solent) ratione suorum feudorum exigere solent à subditis, siue pecuniæ, siue obsequiorum & operarum sint, modo certam erogationis formam habeant. Tametsi etiam quibusdam locis esse audio, qui incertam habeant *qu'ils appellent taillables à volonté.* Verum hoc regium est, penè tyrannicum dixe-
ram. Sed vniformes oportet nostras esse, & ex certa 2
causa, & diffinitæ quantitatis, & modi, quia præsumptio legum adaptari non debet ad ea, quæ incertam formam habent erogationis, quod tex. ait. l. Seio. D. de ann. legat. Balb. & Aluarot. c. 1. §. si
quis per 30. tit. si de feud. fuer. cont. int. dom. & 3
agnat.

[d] [EN SA SEIGNEVRIE.]

1 *Positiones in hoc casu quomodo concipiendæ.*
2 *Personalis facti nulla consequentia.*
3 Fiefs reuanchables.
4 *Exercitium iuris in parte conseruat in toto, latè.*
5 *Præsumptio de iuribus dominorum.*
6 *Particularia non inferunt generaliter.*
Vectigal de vna re non infert ad aliam. *ibid.*
7 *Vicinorum locorum Consuetudo.*
8 *Onera apposita ex præstationibus sustinentur.*

Hic mihi intende lector: Nam hic text. in spe- 1
ciem pugnare videtur cum iuris regulis, vt ante diximus. Hoc tu igitur præcipuè animaduerte, quoties hic casus occurret, primam & principalem positionem faciendam de iure vniuersali, super toto vniuerso feudi. Nam præterquam, quod extra territorium nulla cuiusquam intentio fundari potest in talibus debitis, extra naturam feudi, non magis quam vt ius dicenti extra territorium pareatur, l. fin. D. de iuris. omni. iud. & quisque extra territorium suum priuatus sit l. 4. D. de off. præsid. Illud idem in feudis accidit, quod Iacob. de Sancto Georgio notat. in

tract. de Roydis num. 7. Ioan. Fab. & Paul. Cast. l. restituta. Cod. de aduo. diuers. iud. illud etiam valdè spectandum, vt ius deducatur ex vniuerso in totum corpus, non ita vt de indiuiduo vno concludatur ad aliud, quia à separatis non valeret illatio. Facienda est igitur positio talis quod N. Dominus est talis feudi, cuius N. etiam vassallus est, & intra eius fines possidet prædium. Domino vero in totum feudum, hominésque eius omnes & singulos tale ius esse, id sic iam olim habitum, sic possessum, vassallos vero toto anteacto decennio & singulis quibúsque annis illud atque illud debitum ex causa feudi soluisse sine lite & pacificè. Denique aptissimè in foro dici solet. *Tel est l'vsement du fief*, quæ consuetudo Curtis Domini

2 solet in feudis appellari. Per quæ verba ius ex vniuerso proponitur, alioqui à personali cuiusquam facto, aut præstatione inepta esset, & in consequens illatio ad alios vassallos, aut indiuidua alia; ex regula res inter al. actas, & factum cuiusquam personale personam eius non egreditur: Quod nos alibi fusius demonstrauimus ex Alex. cons. 16. & cons. 32. vol. 5. Sed vbi ius à toto duxeris in totum necessario eueniet vt subiectæ eius partes & indiuidua eidem iuri subiiciantur, non vt species suo generi, sed partes in toto. Deinde vbi realiter & in subiectum feudum ius imprimitur vniuersaliter, vniuersas eius partes afficit, & singulas, & probatæ etiam singularium vassallorum præstationes, & detentorum singularium prędiorum ius vniuersale conseruant aduersus alios non vt diuersos, sed vt eiusdem corporis partes, hoc genere feuda nostræ Britanniæ sunt quæ nos appellare solemus *fiefs reuanchables*, *égaillables*, *cheans & leuans*,

3 & si quæ talia sunt, quia omnes & singuli talium partium detentores vni & eidem legi & conditioni feudi per omnes partes & indiuidua subiiciuntur, veluti corpora, quæ Iurisconsultus ex Philosophorum sententiis dicit constare ex pluribus distantibus, in quibus quidem præscribendis singula corpora spectantur, & suas causas habent vt vniuerso adiungantur, sed semel adiuncta, & vnita, iure vniuersi partes eius omnes habentur. l. rerum mixtura. D. de vsucap. Quo fit, vt cùm de conseruãdo iure quæritur, vnico actu in vnum, aut paucos exercito totius possessio conseruetur, quem locum nos ante latè exercuimus, idque nõ vi singularis cuiusquam aut personalis facti sed iuris realiter, in feudi partes exerciti. Quominus obstare putanda sit regula illa, quæ communia sunt pluribus vt singulis, facto maioris partis, non subiici & ne si omnes quidem singuli vno excepto consenserint, quod notatur. l. naturaliter. D. de vsucap. & regu. quod maior pars, quæ in rebus vniuersitatum & corporum communibus disponit. Vnde fit, vt nemo ex his qui in solutionem præstationum & iurium debitorum ex qualitate & conditione feudi cessarunt, constituatur per hoc in possessione libertatis aut exemptionis, quia per exercitium iurium in partes, possessio totius retinetur: quod Bart. ait. l. arboribus. §. de illo. D. de vsuf. l. si vnus. D. de seruit. rust. præd. ex quo illa Anton. Butrij sententia. c. ex multiplici, ext. de decim. quod etiam præscriptio extenditur ad particularitatem iuris comprehensi sub aliquo vniuersali iure, ne contingat rem eandem diuerso iure censeri, quando particularitates habent se, vt partes vnius totius, ex Innoc. c. dilectus ext. de capel. monach. & retulit Francis. Balb. d. quæst. 10. numer. 20. hoc est cùm partes per se non subsistunt vt integrales, sed vt portiones vnius totius. Quia tum quod iuris est in toto dominio feudi, idem erit in omnes totius partes. l. æde sacra. D. de cont. empt. Bald. l. qui vsumfructum. D. quemadm. seruit. amitt. Ex eo est, quod Innoc. dixit c. Episcopus ext. de off. ord. Episcopum, qui fundatus est in toto territorio suæ iurisdictionis aut diocesis, & si aliquo capitulo iurisdictionis, vel in certas personas vsus non sit, tamen semper eum posse exercere in qualibet parte, id quod habet in toto, & vbique tribunal ponere, quod & in omni iurisdictione accidit ratione territorij competente, scripsit Florian. l. si quis diuturno. D. si seruit. vend. Fely. c. auditis ext. de præscript. Quæ eadem sententia est in hoc ipso subiecto Pet. & Cy. in rub. C. quæ sit long. cons. quos sequuntur Bart. & Alb. d. rub. & Bart. l. 2. eod. tit. Quod si quis nobilis aiunt solitus subditos collectare, collectam imponendo allegat ius vniuersale, potest ipse subditos omnes collectare, ex eo quod cum paucioribus fecit, & possedit, & idem sensit & docuit Alex. d. cons. 124. lib. 4. & quos retulit Boër. decis. 126. numer. 4. & 263. numer. 7. Contra accidit, cùm 5

ius singulare prætenditur contra vnum, aut plures ex possessione quam quis habet aduersus vnum aut plures etiam si ex talibus particularibus maior numerus, aut potior pars efficeretur, quia de particularium facto, aut iure passiuo non fit consequentia ad alios, aut diuersos vassallos. Ideóque qui iurisdictionem pręscripsit incertos homines cuiusquam pagi, aut vici, aut vrbis, ex eo extensionem non potest facere ad alios eiusdem pagi homines, vel vicos, vel partem eiusdem, quia in iure acquirendo valet regula, tantum præscriptum quantum possessum est, nec personale factum, aut præstatio, aut consensus personas egreditur præstantium, aut consentientium, licet in iure retinendo iam quæsito aliud sit, ex Bart. l. miles. ita. §. 1. D. de milit. testam. Alex. cons. 16. vol. 5. Et ideo exactio vectigalis facta de certis personis, aut rebus, & mercibus ad alias non porrigetur, quia præscriptiones & possessiones restringuntur, vt proprios facti terminos non excedant. Bald. l. vlt. C. communia vtriusque iud. Innoc. d. c. dilectus Ias. cons. 81. lib. 3. Cast. d. l. restituta. D. ad Trebel. & diximus alibi. Ex quo illa Molinæi determinatio in. §. 2. glos. 6. ad fin. tit. de feud. vbi inquirit, cùm in præsulatu Parisiensi patronus aliquis probat reliqua omnia feuda à se dependentia, & omnia circum vicina subesse, oneri vulquecini (quod quale sit ante diximus) vtrum 6

hæc probatio sufficiat ad probandum, quod certum feudum, de quo quæstio est (adiicere debuit intra eosdem eiusdem feudi limites situm) eidem oneri subiiciatur, si de eo nihil in specie appareat. Et negat probari, quia c. cùm olim ext. de consuet. & c. 2. ext. de capel. monach. & c. Ecclesiis, & c. sopitæ & c. super eo de censibus, quæ vicinas consuetudines spectare videntur, non de iure ipso probando disponant, sed de qualitate aut quantitate iuris per se confessi, & tunc ad eas verificandas locorum vicinorum consuetudinem rectè attendi, secus si de ipso iure, & onere ageretur, quia illo casu circum vicinorum prædiorum consuetudo nihil concludat ad onerandum intermedium prędium, cuius rei exemplum ponit in consuet. Blesensi decens. Cari pretij, quod probatio de vicinis feudis nihil inferat ad alia pro Domino feudi. Et fortasse verum est in terminis d. consuetudinis, in quam Cari pretij vsus non est relatus scripto, imo Aresto Curiæ exemptus, & repositus in probatione iuris priuati; de quo ille pluribus. §. 55. titul. de censib. Sed tamen concludit quod si cum possessione generali & indifferenti ostenderetur, vniuersalis titulus de præterito onere super vniuerso territorio, quod sufficeret, Atque idem ferè censet. §. 7. in fin.

fin. præsertim vbi non est determinata certa localis consuetudo in loco & d. §.53. plena manu recudit. Boër. decis.263. numer.7. Sed iure nostro, & in casu consuetudinis, atque etiam de iure, & si verum est, quod tali casu intentio dominorum non est fundata de iure publico consuetudinis, quæ nihil de talibus oneribus præscribit, vt de baillio Filicerorum (quod ego vulquecino æquiparo) tamen fundatur à iure priuato concessionum feodalium, quarum probato hoc text. & iure habet auctoritatem à præstationum verificatione, repetitarum per decennium ex vna eadem & vniformi causa. Nec recipiendæ sunt præsumptiones iuris, quas Molinæus colligit aduersus tales præsumptiones iuris, de extortis per vim & impressionem dominorum feudalium oneribus, de quibus d.
7 §.53. num.17. & 18. Quæ iniqua præsumptio est, nec locum habere potest, nisi in nouis, & insolitis oneribus, & præstationibus,& indeterminatis,& quæ certam erogationis formam non habent, l. Seio. D. de aur. & arg. leg. & probata in Domino ingenij & motum acerbitate, tyrannica & exactrice in talibus exigendis, cui tamen præsumptioni multa sunt, quæ responderi possunt, auctoritas magistratuum, & obseruata toto regno æqualis iuris & legum executio, in quo tribunalia patent, non omnes subiecti inopes, non omnes rustici, multi vrbani, fori accolæ, multi fori asseclæ, multi litigatores. Et est quidem iure nostro satis acerbè ea de re contra dominos constitutum art. 116. & 609. Denique nunc & pueri nasum Rhinocerotis habent, nullus Dominus astutior rustico Pictauo, aut Normano, aut Cenomano, non ille quicquam ne vnguem quidem vltra debitum extorserit ab vllo rustico. Hæc si Molinæus cogitasset aliis moribus alio tempore non putasset inter non vnius generis præsumptiones eas eligendas, quæ vitio plus tribuunt quam iuri. Et cùm tales præstationes diuersas origines habere contingat, pactionum conuentionum, concessionum feudalium, priuilegiorum, præscriptionum, ad eas potissimum non adiecisset animum, quas ab rapacitate, & inclementia animi interdum prouenire accidit, cùm vbique leges & Magistratus talibus obstent, cùm ius etiam opinationi obstet repetita, voluntaria, & causata decem annorum præstatio, quæ violentiæ præsumptionem, si quæ erat, abluit. Certè eiusmodi præsumptio negari non potest fallax, & incerta, atque adeo contra naturam esset, nec ab lege adminiculum haberet, ideóque & legibus insufficiens ad quidquam efficiendum, quam etiam hic textus palam reuincit, qui ex repetitis præstationibus iustum, & legitimum initium præsumit constitutionis alioqui incertæ. Itaque quod Mol. §.2. glos. 6. colligit, tituli probandi necessitatem, negamus imponi ab ea præsumptione quam fingit, & hoc articulo, tum etiam vltimo huius cõsuetudinis sustineri dominorum actiones dicimus, ex præsumptis causis præstationum in materia licita & commerciali, quantumlibet grauia onera dicatur, propterea quod initio ea lex infeudationi dicta est, & libuit beneficium non accipere, recusanti onera, atque etiam
8 nunc, & quouis tempore liceat, grauato onus exuere abdicatione feudi, quam refutationem solent appellare & guerpimẽtum. Nec vllum tam onerosum feudum reperiatur, quod non accipientem reperiat, imo & quiddam vtile ferat suo mercatori. Itaque etsi talia pacta priuati iuris sint non consuetudinarij, habent tamen probationes eorum auctoritatem à consuetudine & iure publico hic & art. vltim. huius libri. Non igitur oppugnanda sunt præsumptione iuris, quod ille vbique iniquior Dominus feudorũ facit. Sed spectan-

A dæ causæ, & probationes causarum, & an ab vniuerso, an vero à speciebus per se ius dicatur, quæ propria materia est huius tituli.

e [Vn ov plvsievrs.]

Imo & si omnes præter vnum negarent deberi, nihilominus per vnius solutionem possessio retinetur in totius feudi subiectos, realiter scilicet è iure rei innixo, nec per negationem subditi possessionem libertatis præscriberent, nisi Dominus post negationem conquiesceret, vt inferius dicemus. Neque igi-
B tur particularium præstatio in iure singulari, valet ad efficiendos alios vassallos, aut feuda eorum: Neque item eorum denegatio Dominum priuat possessione in iure vniuersaliter probato in totum feudum.

f [Des demevrans.]

Addi potuerat, *& teneurs*, quamuis alicubi etiam ex simplici domicilij constitutione talia iura debeantur, & noui feudum quoddam in quo incolæ etiam ratione simplicis incolatus feudi, de omni friuolo, omni suppellectili, instrumentóve quadrãgulo, quod
C feudo exportant Domino pendere quiddam coguntur, *qu'ils appellent droit de leuage*, hæc scilicet lex est & conditio feudi, rei, & locis annexa, quam si Molinæus fando audisset, fulgurasset, tonasset esse hanc tyrannidem, exactionem, & grauamina inaudita per metum olim extorta; sed sunt ista vetustissima, & omnem memoriam superant, & olim suas causas habuerunt, quas nunc nos ignoramus, sed creberrima sunt in Britannia feuda talis tenoris: de quibus sera esset huius temporis expostulatio.

g [Entre les metes de la Seignevrie.]

D
1 *Domini fundati sunt in naturalibus feudorum, non in accidentalibus.*
2 *Probatio* de l'vsement du fief *Dominum fundat.*
3 *Alodia nobis nulla.*
4 *Omnia feudalia sunt in Britannia.*
Domini fundati sunt intra metas feudi sui. ibid.
5 Des terres vaines, & vagues en Bretagne.

Hic tex. optimus & vtilis ad refellendas scholasticorum autorum sententias, qui contra pronunciare
E solent. Diximus initio huius articuli Dominos feudo- 1
rum de iure quidem consuetudinario solum fundatos esse in naturalibus feudorum, id est, in his quæ consuetudo expresè omni Domino feudi debita adscripsit, & exempla talium adiecimus, de quibus & Molin. scripsit in feud. §.7. num.30. Cætera omnia quæ accidentalia nominauimus, id est, quæ à prouisione hominis, nec vero à iure & Cõsuetudine scripta cauta sunt pactionibus inuestiturarum probanda esse à dominis, sicuti actoribus omnibus cùm eorum intentio negatur inuestituris, recognitionibus, professionibus, dinumeramentis, actibus possessoriis, atque
F quod hic agimus, præstationibus repetitis ex certa & determinata causa, sed probata qualitate dominica & correlatiua vassallitia, & feudi realibus debi- 2
tis, & iuribus, id est, *l'vsement du fief*, fundatur deinceps intentio Domini aduersus omnem vassallum intra easdem metas consistentem, veluti iure in totum territorium, & quamlibet eius partem fuso. Ita vt iura eadem possit exercere in qualibet parte, quæ habet in toto l. æde sacra. §. fin. D. de contra. em[illegible] c. cùm Episcopus ext. de off. ord. c.1. §. item si quis tit. si de feud. defund. quod idem Socin. sensit l.1. prin.

in col. 4. D. de acquir. poſſeſſ. Ioan. Faber. l. 1. verb.
Sed tu potes dicere. C. de ſum. Trinit. & l. 1. C. de iur.
emph. Falſa vero Canoniſt. ſententia Panorm. Hoſt.
3 And. Boich. Fely. c. ſi diligenti. & quos Molin. alle-
gat. §. 46. num. 5. quod de iure Domini fundati ſint
in iuriſdictione abſtracta & feudo tantum, non etiam
in dominio directo; Cuius contrarium verum eſt iure
conſuetudinario, quo omnes Domini feudorum do-
minium directum habent omnium ſubfeudorum, et ſi
ne iuriſdictionem habeant poteſt contingere. Fal-
ſum etiam illud quod à primario & naturali primæ-
uo rerum ſtatu, rem omnem liberam putant, ita vbi
ſunt alaudia potius alaudialem quam feudalem, id
eſt, ſeruilem. Nam & ſi alicubi talia alaudia ſunt, in
Britānia certè nulla ſunt, imo vulgatum vbique axio-
ma, omnia omnium poſſeſſorum dominia & poſſeſ-
ſiones in feudum teneri, vndecumque habeantur,
Nunc & noua art. 328. quod vetus conſuetudo expreſſerat cap. 224. *Homme ne peut tenir terre ſans Seigneur*, & mirum eſt ab refor-
mata eſſe omiſſum, cùm ad multa efficienda & con-
cludenda poſſet prodeſſe tale aſſumptum, quod ta-
men omitti non debuit, cùm de facto verum ſit, &
hoc iure vtamur, quod & olim in regeſta Cameræ
computorum relatum Molinæus notat, & de facto in
multis locis non eſſe verum, dicit propter frequen-
4 tiam alaudiorum. Sed ſentiant illi quidlibet ſuo pri-
uatim iure: Nam præſumptio imo neceſſitas verita-
tis habet, quod omnia feudalia ſunt in Britannia, quo
ſic ſtante aliud quoque ex eo concluditur, quod Do-
mini feudorum intra metas ditionum fundati ſunt in
dominio terrarum incultarum, & deſertarum, & va-
cantium, & inanium, de quo vulgo litigant in l. rem
quæ nobis. D. de acqu. poſſeſſ. Iaſ. & Fab. l. 1. C. de
iur. emphit. Barbat. conſ. 50. vol. 1. Caſt. conſ. 179.
lib. 1. In quo concludunt contrarium, ſed id ab vno
illo falſo aſſumpto, quod res quælibet libera præſu-
matur, cùm nobis oppoſitum verum ſit, hoc eſt rem
omnem ſeruire, nec vllam eſſe liberam à conditione
feudali. Ex contrario igitur aſſumpto neceſſe eſt con-
trarium concludi, & ex hoc textu, dominos quoſque
probatis finibus territoriorum fundatos in omnibus
incluſis intra eaſdē metas, vt partibus ſui feudi, etiam
aduerſus regem, qui licet fundatus ſit in ſupremo reſ-
ſortu & protectione, & dominio ſupremo, non ta-
men in proprietate rei cuiuſque, quod vulgo notant
in l. bene à Zenone. C. de quad. præſcript. & quos
5 Molin. colligit. ibid. num. 5. Quare cùm anno 1567.
Rex Carolus ſtatuiſſet tales terras incultas vacantes
inanes, paludéſque vænire pretio, obſtitêre incolæ
Britāniæ & declarationem expreſsêre, ne id cuiquam
fraudi eſſet, néve aliæ intelligerētur edicto quam quæ
iuris dominici eſſent. Quia aut Baro aut Dominus
feudi tam fundatus eſt in ſuo dominio vtili intra ſuas
metas, quam Rex in vniuerſali & primario. Imo hoc
potentius, quod generi per ſpeciem derogatur, & ſpe-
cialis præſumptio vincit generalem, vt dicit Bald. l.
ſiue poſſidetis. C. de probat. per quam ſpeciem do-
minium illud primarium non tollitur, ſed diuerſifica-
tur & diſtinguitur in ſpecies qualificatas vtilis & di-
recti. Talia ſunt, quæ nos in tribunalibus noſtris, ver-
bis conſuetudinariis ſolemus appellare, *gallois*, hoc
eſt, terræ & agri vacantes interiacentes inter agros
limitatos, quos nos ſolemus dicere eſſe proprios do-
minorum feudi, etiam ſi interdum contingat eos in
vſu eſſe vicinorū & ſubditorū eiuſdem Domini, ideó-
que & tale ius ſæpè profeſſionibus inferi ſoleat. Vana
igitur nobis quidem illa alaudiorum iura, & omnia
Art. 328. N. C. quæ cum ſuo effectu, & præſumptione. *Car en Bretagne nul ne peut tenir terre ſans Seigneur.* Cui conue-

A niunt Meldenſis, & Meledunenſis conſuetudo, &
aliæ quam plures.

h [Et en sa seignevrie.]

1 *Fines feudi certi eſſe debent & continentes.*
2 *Feudi partes diſtantes, aut concretæ.*
3 *Feuda annexa non ſunt eadem.*
4 *Amortiſatio inducitur tempore. An eximat à iuriſdictione.*
Indemnitas Domini præſtita. ibid.

Fines hos & limites oportet eſſe certos, vt inde 1
B certum quiddam poſſit colligi & concludi, nam ex
dubiis nihil infertur præter dubium. Probari igitur
eos oportet. Sed & continentes oportet eſſe, id eſt
ne quid alienum medio interiaceat, quod raro acci-
dit in Britannia, aut certè in confeſſo, ita vt vaſſal-
lus non neget ſe hominem eius feudi, quo caſu, pro-
bandus tantum reſtat vſus, id eſt lex feudi, *l'vſement*. Nam ſi ex pluribus prædiis diſtantibus conſta- 2
rent, non eſſet fundata Domini intentio, niſi in con-
feſſo etiam eſſet talia prædia eiuſdem feudi eſſe in
concreto, veluti in his quæ noſtro more ſolemus ap-
C pellare. *Fougeres à Rennes, Vitré à Rennes, Matignon à Rennes.* Iſta enim non ſunt eorumdem limitum, nec
primario feudo adiiciuntur, vt partes, ſed vt prin-
cipaliter annexa, ideóque naturam ſuam ſeruant, nec
reguntur conditione primariorum capitum quibus
annexa ſunt, nec ſunt eiuſdem temporis infeoda-
tiones, ſed à dominis matrimoniis, aut hæreditati-
bus, aut aliis titulis acquiſitæ, & ſuis dominiis & an-
nexæ & adiunctæ, ſed æquè principaliter vt determi-
nat l. 1. D. de legat. 1. & quiddam Mol. notauit d. §. 3
46. numer. 7. Sed & interdum accidit certas fundo-
rum partes, aut prædia Eccleſiarum, aut communi-
D tatum dotibus dari à dominis prædiorum, vt frequen-
ter fit in fundiationibus miſſarum, quod cùm eue-
nit, & ſi Domini feudorum id poſſint impedire ex
artic. 345. & detentores cogere ad vacuandas manus
ſuas (ſic enim loquuntur) tamen ſi non fecerint, &
quadraginta totos annos paſſi ſunt talia poſſideri ab
manu mortua, id amplius non poſſunt, & prȩſumptio
alia inſurgit, quod olim indemniſata ſint, & affran-
chiſata, vt loquuntur, de eorum conſenſu, ita vt am-
plius litem de eo mouere non poſſunt, quod & Mol.
notat. §. 41. numer. 60. & plures ea re conſuetudines
E memorat. Quod cum accidit, talia feuda per ſe inci-
piunt ſeparatum territorium facere, & ſeparantur à
lege & conditione reliqui feudi, & naturam mutant,
& enclaues dicuntur, & ad Dominum ſuperiorem iu-
riſdictio, & reſſortus reuertitur, nec amplius de cor-
pore feudi, aut Baroniæ dicũtur, niſi ſibi iuriſdictio-
nem Barones aut homagium exceperint; quamuis
Mol. per amortiſationem, ac ne conſecrationem qui- 4
dem Eccleſiæ putet locum conſecratum eximi à ter-
ritorio, & iuriſdictione dominorum feudi: Sed in
eodem adhuc reſidere, & exerceri poſſe iuriſdictio-
nem, & probat auctoritate Baldi, quod Eccleſiæ ſint
F de territorio poteſtatis, Sed ibi Bald. nullam amorti-
ſationem, aut præſcriptionem manus mortuæ, aut
indemniſationem præſupponit, quorum aliquod ſi
interuenerit, nec expreſsè appareat de retentione ta-
lis iuris, tranſit ea iuriſdictio ab inferiore ad ſuperio-
rem, & ſi quidem remanet in territorio amortiſan-
tis, quod ſolus Rex facere poteſt, ſed deſinit eſſe in
territorio, & coërctione eius cõtra quem plenum ius
emancipationis præſcriptum eſt, aut qui indemnita-
tis nomine quidquam accepit ſine reſeruatione con-
ſentiendo amortiſationi; & hoc iure vtimur, de quo
magna,

magna, & antiqua lis est inter Regem & Baronem Vitræi ratione prioratuum in dicta Baronia sitorum, quorum possessiones pleno iure olim amortisatæ dicuntur, & præscripta omnis feudalis subiectio, & iurisdictio sine vlla retentione. Sed hæc sunt alterius loci. Propter alia tamen apposita sunt hæc verba, *entre les metes dudit seigneur & en sa seigneurie*, alterum enim accidere potest scilicet, vt intra metas sint, domino circumquaque feudi terminos possidente, & tamen vt quoddam particulare feudum eius non sit, quo tropo dixit Paulus, ex nobis exierunt sed de nobis non erat: Et pater exemplis supradictis, *& aux enclaues*. Cæterum hic apparet dominum extra territorium suum fundari non posse, nisi in titulo aut præscriptione in exigendis talibus, quod expresse decidit Francisc. Aret. consil. 132. quod ad hoc ipsum factum est in eodem ipso argumento.

[i] [Exemption.]

Impropriè loquitur, nam priuatio præsupponit habitum, & exemptio præexistentiam subiectionis; sed dicere debuit *non subiection ou liberté ou n'estre tenus.*

[k] [Ils sont tenus prouver le tiltre de leur exemption.

1 *Libertas præsumitur.*
2 *Qualitas præsumitur ex præsenti statu.*
3 *Pendente lite nil nouari.*
4 *Extensio non fit de persona ad personam: tantum præscriptum quantum possessum.*
5 *Seruitutes non sunt contra ius commune.*
6 *Præstationes ius fundant, ita vt subiecti debeant probare libertatem.*

1 Multa huic dispositione obstare videbantur, atque in his certissimæ iuris regulæ de elementis iuris ciuilis deductæ. Primùm rei cuique & personæ connatæ libertatis præsumptio, & consideratio, de qua l. imperator & l. cuius. D. seruit. vrb. præd. Quod si ita est grauari reum probatione libertatis alienum à iure videbatur.

2 Secunda regula est, quod quali quisque in statu reperitur, talis præsumitur pendente lite, & talis debet iudicari, qui in possessione libertatis est liber in possessione seruitutis seruus, ingenuitatis ingenuus, nobilitatis nobilis, ignobilitatis ignobilis, articu. 155. & quos Tiraquel. in tractat. nobilitatis congerit q. 10. & q. 14. in partagiis nostris q. 21. Hic autem vassalli in facto proponuntur nunquam soluisse, & sic in possessione libertatis, & tamen pro seruitute pronunciatur, quod exemplum est Appianæ insaniæ, & crudelitatis, qui ex possessione libertatis, secundum seruitutem vindicias dedit, ob quod factum secessio patrum & plebis facta est.

3 Tertia, quod qua quisque in possessione iuris reperitur, in eadem pendente lite tuendus est, etiam aduersus fiscum l. res quæ in controuersia. D. de iur. fisc. l. prohibitum. C. eod. tit. lib. 10. c. cùm venissent ext. de institut. c. 1. & 2. ext. vt lit. pend. c. volumus, 16. q. 4. c. dudum ext. de priuileg. l. 2. C. de probat. l. vltim. Cod. de rei vendic. §. illud. quoque auth. in med. lit. non fier. sac. for. col. 8. l. diuus. D. de petit. hæred. & l. non ideo. C. de lib. caus. l. 1. C. si per vim vel alio mod.

Quarta, res inter alios actas aliis non nocere l. sæpe. D. de re iud. & tit. eodem. C. c. cùm super ext. de re iudic.

A Quinta in materia præscriptionis aut consuetudinis inducendę aut inductæ, non esse faciendam extensionem de persona ad personam, neque actiuè neque passiuè, male igitur hic fieri extensionem de soluentibus ad non soluẽtes, à possessis ad non possessa, de quo nos sup. art. 271. verbo *& seigneurie* & Fely. c. auditis ext. de præscript. Balb. parte 2. principali q. 2. in fin. Boër. decis. 263. art. consil. 132. Atqui hic contra fit. 4

Sexta tantum præscriptum quantum possessum, & contra quos possessum, quod nos late sumus exequuti d. art. 271. hic amplius peti quam possessum sit. 5

B Septima factum negantis per rerum naturam nullam esse probationem, ideóque nisi intentione actoris probata non debere reum probatione exemptionis grauari.

Quæ cùm receptissima sint iuris theoremata, hîc videri poterat ista dispositione ea omnia violari, sed non ita est, responsióque ad omnia vna est, per repetitas tot annorum præstationes ex causa vniformi, induci debiti allegati præsumptionem, atque ex ea dominorum intentionem fundari, ex consuetudine curtis præsumpta, idem iuris in partes esse quod sit in totum, & in singulares vassallos vt detentores partium C feudi, similiter per omnes suas partes affecti, ad quod probandum magna adminicula ducuntur ex professionibus quas domini actores, suis & ipsi dominis exhibent talium iurium professorias, & si per se illa quidem in totum non probent l. censualis professio. C. de donat. sic euenit, vt dominorum intentione fundata regulæ illæ & theoremata omnia, quæ ex aduerso opponuntur, pro dominis facere reperiantur, quia & si iure primario res omnes liberæ præsumantur, iure tamen gentium introductæ sunt seruitutes, hominum, & prædiorum, & iure ciuili confirmatæ. Ideóque non contra ius sed præter ius esse dicuntur, 6
D licet ius partis impetat, quod glos. notat in c. 1. de præscript. in 6. alij l. 1. C. de seruitut. & aq. & nos alibi diximus. Quare cùm probatis tanti temporis præstationibus vassalli in possessione seruitutis reperiantur, prouocantes de seruitute in libertatem interim seruire oportet, iuxta l. circa de probat. D. & quæ ante diximus. Nec magis obstat, quod de extensionibus non faciendis in materia consuetudinaria, aut præscriptionum obiicitur, quippe ista per extẽsionem non fiunt, quæ intelligitur de separatis ad separata, aut diuersa, hîc autem non ita fit, sed potius illatio de toto ad suas E partes concretas & vnitas, & eadem corpora de pluribus composita, ne vna & eadem res diuerso iure censeatur d. l. æde sacra.

Quare hoc ipso in subiecto iam olim Io. Fab. senserat, quod si vnus pluresue domini à suis subditis aliquid exigere sint soliti, dominis in quasi possessione existentibus, probationem libertatis subditis incumbere, quod ait. §. æquè si agant inst. de actio. nec multum diuersum quod scribit. §. ex non scripto inst. de iur. nat. Boër. decis. 126. Demum hîc non quæritur de acquirendo iure per præscriptionem, quod etiam ex diuerso obiicitur, sed de retinendo, quod per vnum F actum fieri potest, per partes ad totius conseruationem, vt suo loco demonstrauimus. 7

[l] [Le tiltre.]

1 *Titulus in feudalibus quomodo probetur.*
2 *Exemptio quomodo probetur.*
3 *Cessatio aut non solutio debiti.*

Id est concessionem libertatis, aut priuilegium à domino feudi concessum, probatur autem negatiuè

per professiones feudales anteriorum temporum, si nihil tale continent, & per inuestituras, cùm quidem indebitum dicitur, & condicitur. Nam si exemptio proponeretur, ab confesso debito, necessario, aut priuilegium, aut alio modo probanda esset per liberationum instrumentum, secundum quæ de renouationibus inuestiturarum tradit Molin. in feud. §. 5. num. 74. infra. Sed & præscribi quoque exemptio posset à talibus tempore 40. annorum: Neque enim hæc consuetudo eam tollere voluit, quia de simplici cessatione solutionis mentionem ponit, à qua in talibus præscriptio initium capere non potest, vt ante docuimus, sed vltra non solutionem ad possessionem libertatis ineundam, necessaria est denegatio vassalli facta petenti domino, & eidem acquiescenti, neque enim aliter in possessione constituitur, nec aliter potest præscribere, quod nos ante fusè sumus persequuti, & vulgo tractant l. male agitur. C. de præs. 30. annor. Alex. cons. 136. vol. 2. & cons. 30. volum. 2. & 124. lib. 4. Iacob. de S. Georg. de hommagiis num. 41. Sed tamen dubium non est, quin libertas à talibus iuribus sit præscriptibilis, concurrentibus necessariis, vt art. superiore diximus.

m [De levr exemption.]

Quia scilicet domini intentio fundata est per probationem præstationum.

n [Ores qv'il diroyent.]

Addo *& prouueroyent*, probant vero hoc ipso quod non probatur contrarium: Nam solutionem alleganti ad possessionem incumbit probatio, probant & obliquè probando solutiones ex alia causa factas: Nam si primæ solutionis causa probantur sequentes indeterminatæ ab ea determinantur, etiam citra relationem, quod Mol. censuit lib. de vsu. nu. 211. & item. §. 46. nu. 23. in feud. & quos allegat. Quare probatis solutionibus reus semper intendere debet, vt solutionum causas diuersificet ex aliis causis quam prætensis, quia simpliciter factæ semper habent tacitam relationem ad suam primam causam, & implicitam repetitionem eius, cùm nulla diuersa probatur.

o [Qv'ils ne levrs predecessevrs.]

Siue singulares, siue vniuersales, non refert in negatiuis. Quod si de authore probaretur, ex eius solutione subsequutis aliis vsque ad decem vrgeretur reus. Sed si vassallus eum negaret authorem suum fuisse, nec habuisse causam ab eo qui soluit, probandum esset, de quo tamen alibi diximus, an probata simplicis detentoris solutione, præiudicium fiat nunc tenenti, de quo Benedic. rep. c. Raynutius verb. & vxorem numer. 447.

p [N'en avoir iamais rien payé.]

Simplex allegatio non solutionis, adde & si non debiti diceretur non opponendo de præscriptione, quæ olim debiti confessionem videretur implicare.

q [Le seignevr en povrra vser.]

1 *Decennalis præstatio an valeat in petitorio.*
2 *Vnica solutio constituit in possessione.*

Adde etiam via executionis, si vltimo triennio in possessione solutionis fuit, sin minus via actionis A art. 230. Sed iusta dubitatio est, an præstatione talium solutionum dominus vincere possit, tam in petitorio quam in possessorio l. cùm de in rem verso. habet locum in realibus, & rerum dominiis de iure, vt nec l. litibus, & l. si certis annis. De possessorio non magna causa dubitandi, quando etiam vnica solutio pro vltimo anno, aut vno de tribus constituit in possessione d. art. 230. & Mol. d. lib. de vsur. q. 20. nu. 209. & Cast. dixit l. sicuti §. sed si quæratur. D. si seruit. vend. & Spec. ti. de locato. §. nunc aliqua Bart. l. solent. D. de off. procons. Hoc idem ille in cons. Paris. §. 7. limi. 5. & §. 2. glos. 6. num. 4. Tametsi in hoc vlt. loco B triginta annorum cursum exigit, & d. glos. 6. ex eo quia illæ l. si certis annis & l. litibus intelligi debeant tantum in præstationibus prætensis ex obligationibus personalibus, in quibus multiplex prætensi debitoris factum, non sola passio probat obligationis ignotum principium secus in realibus, veluti debitis ex causa feudali, & rerum dominiis, in quibus illæ locum habere non possunt, vt puta nisi ostenso, aut probato titulo, aut certè longissimi temporis cursu, alioqui accideret confundi totam materiam præscriptionum, quæ in longi temporis prescriptionibus dominiorum C exigunt probari titulum l. diutina l. nec petentem C. de præs. long. temp. l. nullo C. de rei vend. l. Celsus. D. de vsucap. quod ante eum notarat Balb. d. part. 3. q. 10. Vt igitur vtraque dispositio locum habeat, negãt cùm de probatione dominiorum rerum soli ambigitur in petitorio citandas esse dd. ll. litibus l. si certis annis & l. cùm de in rem verso. quæ paribus passibus ambulant, sed in his probandos esse titulos ex d. l. nullo l. diutina l. nec petentem, quod verum est per text. consuetudinis 266. qui magis etiam vrget, vbi diximus verbo, *prouuant le tiltre*. Igitur quoties de petitorio agetur proprietate, aut dominio rei soli, aut rei D pro solo habitæ, vt debitorum feudalium magni momenti, vel vulquecini Parisiensis agri, aut nostri ballij, aut iuris rachatus, aut talium, erit in petitorio explodenda omnis mentio earum legum, quod Molin. sero ait dict. §. 7. limit. 5. l. num. 19. gloss. verb. tempora cap. querelam. ext. de elect. Et vulgo etiam sentiunt in dd. ll. in rebus magni momenti, cuiusmodi sunt dominia, sed in rebus non talibus quales volunt esse seruitutes, & præstationes ab obligationibus personalibus earum dispositiones admittunt omninóque in talibus momentosis, titulus probandus erit in peti- E torio ad præscribendum, & totius præscriptionis implementum. Sed in paruis, & personalibus dd. ll. ad præsumptionem tituli etiam in petitorio valebunt: quo casu sententia Spec. & Cast. accipitur, de qua ante diximus & Molin. dict. qu. 20. num. 209. Ego in feudalibus quoque iuribus, & debitis accipiendam dico hanc dispositionem, annuis dumtaxat, & quæ quotannis recurrunt, vt ea decem annorum præstationibus probari sufficiat ad idoneam debiti præsumptionem ex causa infeodationis prætensæ, nec alius sensus huius articuli esse potest, qui in materia feudali loquitur, & statuit, per verbum *a accoustumé*, quod F verbum simplicem vsurpationem significat, minoré, & breuiorem præscriptione legitima, & completa, sicut text. loquitur d. l. litibus, eos, inquit, dicimus qui non ex longo, prolixóque tempore vel longinqua, & inueterata redituum susceptione sufficientem habent cautelam, quæ lex (vt ante docuimus) de præscriptione intelligi non potest, cùm minus tribuat decennio, quàm complendæ præscriptioni sufficiat: & se declarat parenthesi, quod si verum est, intelligi omnino eam necesse est in prestationibus annuis minoris temporis, quæ si incidunt etiam in petitorio obtinere

debent

debent per hunc tex. Cæterum quia in idem tempus nec præstationes possunt incidere nec adaptari ad debita interpellata, & quæ semel tantum in morte accidunt, vt releuia, rachatus, & baillium. In his, inquam, habere locum hæc dispositio nequit, sed vnicus actus vltimus constituit in possessione, sed petitorium propterea obtineri non posset. In quo omnino tituli probandi sunt in terminis illius articuli 266. aut per inuestituras, & recognitiones, quæ non sunt ipsæ quidem tituli, sunt tamen probationes de titulo idoneæ, quod Molin. notat. §. 1. glos. 5. num. 33. & §. 7. nu. 22.

Summa igitur hæc esto, decem annorum præstationibus cuiusquam debiti, ex causa vniformi, & eadem probari debitum, & debiti causam sufficienti præsumptione, nisi quidem contra probetur ex dispositione leg. cùm de in rem verso leg. si certis annis l. litibus, siue petitorio, siue possessorio agatur.

Eas tamen leges omnes locum non habere, quoties de dominio rerum soli, aut rebus magni momenti agitur, sed de præstationibus ex causa personali dumtaxat, aut seruitutibus.

Ex hoc textu tamen in præstationibus, & iuribus feudalibus annuis quidem, eas decem annorum præstationes idem efficere, quod iure ciuili, id est, præsumptionem inducere de titulo, & valere eas etiam in petitorio, in quibus alioqui omnino probandus esset titulus ex illo art. 266.

[r] [Es lievx circonvoisins.]

1 *An procedat argumentum à vicinitate locorum in quibus aliqua debita exercentur.*
2 *A particulari cuiusquam facto nil infertur contra alium.*

1 *Hommes ès lieux circonuoisins*, hoc est eiusdem territorij subiectis, atque hic vicinitatis nomen impropriè sumitur, pro partibus eiusdem corporis, & vniuersi, cùm propriè vicinitas in separatis dicenda sit, à quibus ad separata non infertur, sed adhærentes vnius corporis partes, non propriè vicinæ sibi dicuntur, quod hîc fit, qui enim aurem hominis tetigit, is totum hominem tetigisse videtur l. vulgaris. D. de furt. Quæritur in iure, an si quando accidat, vt controuersia

A diiudicanda sit, in certo loco, in quo de ea re nil certi moris reperiatur, an è vicinorum locorum moribus argumentum duci possit, huius loci sunt in tex. & glos. c. cùm olim ext. de consuet. cap. super eo. ext. de cognat. spirit. cap. super eo. cap. ecclesiis c. sopitæ ext. de cens. cap. 2. ext. de capel. monach. quos tamen vulgo intelligunt receptis sententiis, vbi non de iure ipso debiti controuersia est, sed aut de modo, aut quantitate, aut qualitate perceptionis. Nam si de imponendo aliquo onere extraordinario agatur, etiam si maximè in locis circumuicinis obtineat, nihil concludere ad onerandum eodem debito certum particulare prædium, intermedium etiam intra eiusdem territorij metas situm, nisi quidem aut præscriptio, aut titulus ostendatur, aut certè in sitis sub vno territorio

B ius deducatur ab vniuerso, & tale dicatur in totum, & singulares eius partes, quæ textus nostri dispositio est. Nec enim id tale, aut tantum præstare potest hominis cuiusquam singularis factum, aut consuetudo priuati hominis, vt ad alios homines, aut causas, aut loca porrigatur, quàm cum quibus est actum, & vt nec vicinorum locorum consuetudines, nisi cùm domi specialis de eo nulla est, quod illis locis Doct. tradunt Boer. decis. 263. num. 10. & §. 10. & tit. de iuris. om. iud. in consuet. Biturig.

[s] [Nonobstant longve tenve.]

1 *Præscriptio his verbis non tollitur.*

C Hoc est nonobstante cuiuscunque temporis cessatione solutionis, ante quidem decennales præstationes factas, quia subsequutæ præstationes tanti temporis fortiores eluunt quascunque indebiti præsumptiones, ita vt cedat infirmior præsumptio fortiori. Denique id etiam intelligẽdum his verbis non excludi præscriptionem, si tota & integra præcessit, cum suis requisitis hoc est, si accessisset vltra non solutionem, etiam recusatio debiti, & sequuta esset non solutio per spatium temporis à lege diffiniti & sufficientis ad præscriptionem. Nam ante diximus admitti probationem contra præstationum continuationem. Probaretur autem indebitum præscriptione probata, quæ tamen in talibus inchoari nequit, nisi à tempore recusatæ solutionis cum peteretur.

Article CCLXXVIII.

T[a]OVT tor-fait[b] où eschet[c] amende[d] ciuile[e] au seigneur,[f] est estaint[g] par an & iour[h], s'il n'est poursuiuy:[i] & n'est par ledit laps de temps d'an & iour tollu l'interest ciuil, de la partie offensee. Artic. ccxci. Novae Cons.

[a] *Omne delictum[b] quod continet,[c] pœnam[d] pecuniariam,[e] domino adiudicandam,[f] euanescit,[g] anni & diei lapsu,[h] si persecutio eius facta non fuerit:[i] nec tamen præfato anni & diei curriculo, tollitur interesse ciuile, illius cui damnum datum est.*

1 *Delictum crimen, peccatum.*
2 *Priuatorum delictorum prosequutio.*
3 *Publicorum item prosequutio pecuniaria, aut pœnalis.*
4 *Differentia huius art. & art. 274.*

Tout tor-fait.] *Tor-fait.* Francica voce idem est, quod delicti latinis, id est leuius aliquod admissum contra 1 leges, veluti ea quæ non sponte nec dolo malo, sed tamen aliqua cum culpa admittuntur, aut excedunt

D defensionis modum, ex quibus pœna irrogatur dumtaxat pecuniaria. Crimen & peccatum de atrocioribus dicuntur, ideóque & priuata delicta interdum appellantur, ex quibus obligationes nascũtur, de quibus in titulo de obligat. quæ ex delict. & quasi delict. nascuntur. Priuatorum delictorum etiam olim prosequutio eorum tantum fuit, qui suam vel suorum iniuriam persequebantur. Publicorum, cuiusuis de populo, & fine publico, quod tex. indicat l. 2. D. de publ. 2

iud. vtramque vocum delicti, & peccati Cicero lib.2.
de inuentione discriminat, qui peccare volent, inquit,
necesse aliquando habebunt primum delinquere, &
glos. attigit l.1. C. si aduersus delict. & glos. verbo de-
liquit auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. ag. oport.
3 & glos. reg. peccatum de reg. iur. in 6. Oriuntur igi-
tur ex delictis omnibus duæ prosequutiones, altera
pœnalis scilicet, altera rei prosequutoria, omnis pro-
sequutoria pecuniaria est, nam apud nos ad vindictam
simpliciter nulla ferè tribuitur, ne actio quidem iniu-
riarum, quæ semper coniunctum habet interesse pri-
uatum, & quam reparationem solemus appellare,
etiam si reus conuictus interdum facere aut dicere cō-
demnetur, quod recantationem sonet. Ne actiones
quidem illæ, quæ triplum aut quadruplum inducunt
legibus, priuatorum actionibus vsurpantur, & pœna-
les semper procurator publicus exercet. Eæ vero de
omni siue publico crimine, siue priuato intendantur,
interdum pecuniariam interdum capitalem habent
condemnationem d.l.2. l. licitatio §. quod illicitæ. D.
de publ. & d. auth. qua in prouincia l. qui seruum. D.
de act. & oblig. Etsi prosequutio interdum ordina-
riè nonnunquam extraordinariè intenditur. Capitalis
quidem pœna aut corporis coërctio, quam afflictio-
nem corporis dicere solemus in foro, nemini indici-
tur vsu nostro ordinario iudicio, pecuniæ quidem &
potest & solet. Sed hæc nos art. 274. fusius. Et discri-
men prosequutionum traditur sup. art. 178. & seq.
4 Hic autem articulus differt ab 274. in eo, quod ille de
præscriptionibus accusationum capitalium omnium
generaliter agit, & actionum aut prosequutionum,
quæ ex his descendunt: hoc vero tantum statuitur de
his, quorum pœna non nisi pecuniaria condemnatio
esse potest, nec vlla grauior, hoc est, vt dicere solemus,
emendatio solum ciuilis & pecuniaria, quacumque
tandem via agatur, siue ordinaria, siue extraordina-
ria, cuius generis prosequutiones facit annales; itaque
articulus hic subiungi debuit art. 274. vt exceptio suæ
regulæ.

b [Ov eschet amende civile.]

Hic articulus omnino negatiuè concipi debuit sic, *ou n'eschet qu'amende ciuile*, propositione oppositi, vt eius materiam separaret à materia art. 274. in quo de omnibus criminibus, & omnis generis pœnalibus prosequutionibus agitur generali enunciato & regula, cùm hic de certa specie statuat, quæ scilicet pro pœna, pecuniariam dumtaxat, nec aliam potest continere damnationem, quod in delictis leuioribus accidit. In hac itaque clausula de pœnalis actionis prosequutione agit, & præscriptione eius aduersus publici procuratorem, in sequente de rei prosequutoria, quæ parti datur.

c [Amende.]

Idem est quod pœna iuris ciuilis, de quo exempla posuimus art. 33. sup. hîc agitur de pœnali prosequutione præscribenda, quæ per fiscum exerceri solet cui nihil abest reo nihil adest, quæ mere pœnalium descriptio est in §. pœnales inst. de act. & diximus d. art. 274.

d [Civile.]

1 *Præscriptio pendet à probatione facti.*
2 *Pœnæ iuris ciuilis exoleuêre & in vsu consuetudinariæ,*
ibidem.
3 *Pœnæ quæ sunt in vsu, sunt in arbitrio iudicantium.*
4 *Auctoris hac de re querela &c.*

A Id est, *pecuniaire.*] Neque enim hîc prosequutio- 1
ciuilis, & ordinariæ attingitur discrimen. Porro hu-
ius dispositionis valde meo quidem iudicio incerta est
regula, quæ præscriptionis legem format à fine & qua-
litate pœnæ, de qua iudicantium valde incertum est
arbitrium, & alius damnat, alius absoluit, alius am-
pliat, alius non liquere sibi affirmat, sicuti patroni il-
li Terentiani, idque ex hisdem probationibus. Itaque
ante determinandum est, qualis pœna delicto con-
gruat, quam de præscriptione statui possit, pœna au-
tem à probationibus omnino æstimanda est, sic fit
vt cùm hic finis sit non recipiendi & litis finitæ, &
B initio ad processum (vt loqui solent) opponatur, ne-
cessario lis sustinenda sit, fini quidem non recipien-
dæ prosequutionis, quoniam de pœnæ genere dissen-
titur, quia de facti qualitate non constet, veluti si ho-
micidium factum sit, cùm de genere malorum sit, om-
nino reus probare debet aut casu factum, aut ad sui
defensionem, quo probato non nisi pecuniaria con-
demnatio esse potest. An igitur tali prosequutioni
præscriptum sit, pendere necesse est à probatione fa-
cti, quod cùm probatur, satius est pronunciari absolu-
toriè in terminis art. 594. & 597. quam super fine non
C recipiendi, quia in illo de materia & facti iustitia agi-
tur, in hoc de forma potius, *& de gaigner sa cause par*
exploict, comme ils disent. Certæ quidem pœnæ iure ci- 2
uili inductæ penè ex toto exoleuerunt vsu, nec eas re-
tineri expedit, in quibus nullæ ferè grauiores legun-
tur, quam deportationis aut relegationis, nullæ qui-
dem certe frequentiores in responsis iurisconsulto-
rum, tametsi eas impp. quidam interdum asperauêre.
Sed nec hæ nec illæ nostris temporibus satis conue-
niunt. Consuetudinarias seruari ad vnguem expedie-
bat, quæ in potestate iudicantium prorsus esse nō de-
bebant, quod l. ordo D. de pub. iud. dixit & l.1. in
D princip. ad S.C. Turpil. eleganti responso & l. hodie.
D. de pœn. Sed quia facti quæstio in arbitrio iudican- 3
tium relicta est, quod illa l. ordo dicit, nec aliter fieri
potuit inter tot circunstantias, euenit vt ex facti æsti-
matione & probationum diiudicatione arbitrium ad
pœnæ quoque qualitatem producerent iudicantes sæ-
pè contra ius, cùm sepositis circunstantiis, imo atro-
cioribus adiunctis, quàm consuetudo deposceret, ne 4
tum quidem pœnas consuetudinarias imponerent,
quod sine exemplo est, & ab impotentia imperij, &
magistratus proficiscitur, cùm probationes æstimant
E quantum lubet, pœnam item irrogant quantam lu-
bet, & quod ex perturbatione animi propendeat, adū-
brant prætextu circunstantiarū, quæ sæpe nullæ sunt,
nisi etiam atrociores, & præclara legum, & patrij iu-
ris ludificatione conscientiam prætexunt, & indul-
gent animorum motibus, & gratiæ. Alibi seuerius,
alibi leuius eadem crimina coërcêtur. Tholosæ com-
primis seueri esse dicuntur, Parisiis aqua inspergitur.
Noui iudices magnorum cœtuum, qui gloriarentur,
se nunquam interfuisse indicio capitali, nec cùm si
interfuissent, vllum vnquam sontem ex animi sui sen-
tentia damnatum, adderent etiam ne se iudicio suo
F damnaturos vnquam vllos: Alij aliud atque aliud de
eadem delicti specie iudicant etiam exclusis circum-
stantiis. Mihi certè crudelis hæc clementia videri so-
let, quæ legum seueritatem sontium noxæ condonat,
& alienas iniurias remittit contumeliosis, & nocenti-
bus iniquissima statera. Difficile est ista lege coërcere
(ais) planè difficile, inquam, sepositis quidem circun-
stantiis, cùm nullæ factum extenuant, sed si tale est,
quale lex pœnam imponit aut etiam atrocius, non dif-
ficile, & aliter fieri intolerandum. Vnde etiam furor
emicat, quod læsa patientia nūc fere quisque priuatim
sibi

sibi ius dicere, & manu vendicare aggreditur, quod ex legibus sibi non reponi indignatur. Sed in hac affecta, & afflicta rep. oppressis legibus, furentibus Venere, vino, gratia, auaritia, emptis magistratibus, labante imperio, sine fructu nostra querela est, nisi si quid Nemesis audit.

[e] [Av seignevr.]

Cuius de ea re cognitio est, & ad quem pœnæ exactio ex admisso pertinet.

[f] [Est esteint.]

De vi huius vocis in præscriptionibus diximus d. art. 274. Magis mirum hoc enunciatum ad factum ipsum referri veluti infectum fieri possit contra l. in bello §. factæ. D. de cap. & contra naturam ipsam. Sed tamen iuris effectu pro infecto haberi potest, quod factum est semel, & vero sæpè fit. & Tiraq. notauit in primig. q. 34. & in constituto lim. 7. Quod igitur hæc consuetudo factũ pro infecto habet, ad effectum prosequutionis magis magísque prohibendum dicit, veluti non factum prosequutio nulla consequi possit.

[g] [Par an et iovr.]

1 *An hæc dispositio habeat locum in delictis successiuis.*
2 *Quotidie appellatur à grauamine successiuo.*

A die admissi criminis, aut delicti, quod ante demonstrauimus art. 274. Atque istud quidem, obtinet in delictis, quæ momento admittuntur. Sed magna dubitatio est de his, quæ tractum successiuum & per-
1 manentem habent, veluti siquis cum alterius vxore consuetudinem habeat ante plures annos, & lex vt hæc nostra vetet inquiri de admissis ante annum, vel si quis coitionem in remp. fecerit ante decem annos, is adhuc hodie moueat, cuius rei exẽpla nobis nimium familiaria sunt, & consuetudo vetet, inquiri de admissis ante quinquennium vt art. 274. an talia delicta extincta dicantur, an vnum, an plura sint? Hanc dubitationem agitat Bart. l. qui §. in popularibus. D. de iureiur. & eum sequuti Ang. Cast. Fulgos. Alex. Ias. Bart. dubitationẽ distinctione resoluit, quod mihi quidem videtur non valde probabili, cùm lex scilicet aut factum per se aut animum respicit. Mihi quidem sine distinctione videtur ex cõtinuatione delicti per actus reiterabiles interrumpi omnem præscriptionem, facto ipsius præscribentis, veluti in eo accidit, qui idem debitum sæpius agnoscit per temporum interualla, qui non nisi ab tempore vltimæ agnitionis, præscriptionem potest inchoare, sic qui idem delictum sæpius iterat, aut continuat, facit ne præscribere possit, veluti

A de eo dicere solemus, qui in vincula coniectus est, qui 2
& si intra decem dies appellare teneatur, tamen omni die quandiu detinetur appellare potest, quia quotidie grauatur successiuo grauamine, quod Specu. dixit tit. de appell. §. restat, & Bal. l. 2. de episc. An. Io. dud. c. dilectus 2. ext. de appell. Ias. d. §. in popularibus, & vsus obseruat Philip. Francus. c. ex parte de appel. in 6. Denique sensu communi carent, qui ad præscriptionem prosequutionis ex delicto initium spectant delicti si idem iteretur, cùm re vera id non vnum sit, nec facile aliter Theologis posset persuaderi.

[h] [S'il n'est povrsvivy.]

B

Quæ, & cuiusmodi prosequutio exigatur ad interruptiones earum actionum, quæ de crimine, aut aliter intenduntur, diximus loco singulari de interruptionibus, ac docuimus non veram esse Bartoli de ea re sententiam l. mariti. §. quinquennium. D. de adult. & in l. naturaliter. D. de vsucap. Melior omnino Baldi opinatio in l. 2. D. de eo per quem fact. erit & l. 2. C. quand. libel. princip. dat. & Angel. l. 1. C. de iudic. Quare non agam hîc pluribus.

[i] [Et n'est par le dict temps tolv l'interest civil.]

C

1 *Quid interest inter hunc articulum & sup. 274.*
2 *Interruptio procuratoris fiscalis non prodest parti ciuili.*

Cum iure ciuili sublata per consuetudinem aut statutum pœnali accusatione, tolli ciuilem quoque & pecuniariam prosequutionem dixerimus, & rei persequutorias ex delicto descendentes, & è contra, hîc non idem statuitur, propter præscriptionis breuitatem, quia anni tantum est, viuit, itaque hæc persequutoria diutius, quia maior eius consideratio est quã pœnalis, nec tamen vltra quinquennium viuet, quia ex illo articulo 274. omnis siue criminalis, siue perse- 1
quutoria ex crimine descendens tollitur illo temporis spatio, vt iure ciuili vicennio. Quæ igitur effu-
D git hunc articulum recidit in regulam illam articuli 274. quæ ordinaria & generalis est, vnde euenit, vt cum hæc rei persequutoria quinquennalis sit, interrupta non amplius alio quinquennio duret. Sed & illud animaduerti conuenit, cùm hodie rei persequutoriæ, & pœnales in eadem persona concurrere non possint, vt interruptione facta à procuratore fisci
pro sua pœnali, extensio fieri non debeat pro prose- 2
quutoria, quæ natura est interruptionum omnium ciuilium, ne nisi interrumpenti possint prodesse, nec extensio fiat de persona ad personam, quod alibi fusius demonstrauimus, cùm fines sint diuersi, vt & personæ.

Article CCLXXIX.

Tovte action [a] d'endommagement de bestes, [b] payement de foages, [c] tailles, [d] imposts, [e] billots, [f] guets, & [g] defauts d'auoir moulu aux moulins, sont toluz par an & iour, s'il n'y a eu poursuite. Artic. ccxcii. Novae Cons.

Omnis actio [a] damni ab animalibus feris dati, [b] præstationes focariorum, [c] taliarum, [d] vectigalium, [e] cæterarum quarumuis, [f] intributionum, [g] & actio quæ datur si alibi molitum sit, tolluntur anni, & diei termino, si earum rerum facta persecutio nusquam appareat.

Hic articulus non eſt priſcæ conſuetudinis ſcri-
ptæ, ſed eſt deſcriptum de veteri quadam ordinatione
ducis Ioannis anni 1420. quæ deinde in conſuetudinis
textum deſultauit, more veteri quo parlamentis ge-
neralibus decreta, conſuetudinis textui inſerere ſo-
lebant.

[a] [D'endommagement de bestes.]

Quod ſcilicet agris, aut frugibus ab animalibus fe-
ris nocitum ſit, & diſpoſitioni tituli *des aßiſes* ſubia-
ceat. Nam ſi quid à feris animantibus homini, aut pe-
cori nocitum ſit, ad noxales pertinet, quæ perpetuæ
ſunt l. penult. D. de noxalib. aut ad titulum ſi quadru-
pes pauper. feciſ. dicat.

[b] [Payement de foages.]

1 *Focarium non priſcum inuentum.*
2 *Focarium munus mixtum ex re & perſona.*
3 *Nobiles eximunt res, quas per ſe colunt ord. Caroli 6.*
4 *Focarium nuper à presbiteris exactum.*

Focaria à foco appellari eadem analogia, qua ſola-
1 ria à ſolo alibi docuimus. Fuit pridem focarium an-
nuum intributum, quod principibus in ſingulos fo-
cos cogebatur, Capitatio intra ducentos exactos an-
nos reperta Italis ſcriptoribus miris talium artificibus
non ignota, à quibus talia omnia eruſcationum fiſca-
lium inuenta dimanarunt, & nos malorum magiſtro-
rum nimium ſeduli fuimus diſcipuli. Hæc eſt Franco-
rum talia, quam bellorum neceſſitates reperêre reip.
anguſtiæ & facilia populi obſequia paſſa ſunt: pede-
tentim primo & ſummiſſe petebantur, nec niſi opti-
matum venia, quibus initio partes lucri decidebantur.
Cuius rei etiamnum imago manet, cùm annis verten-
tibus in conuentibus ordinum peti in more eſt, anti-
qui ſpiritus ſpecie & inani repræſentatione libertatis
priſcæ populi, & optimatum. Qua de re veteres prin-
cipum auctoritates adhuc reperiuntur, & conſignatæ
ſingraphæ, quibus cauetur, ne ea exegiſſe fraudi ſit,
vel populo, vel optimatibus, néve auctoramento ha-
beatur ſeruitij. Nunc verò nullum certius regibus in-
tributum, vbi principũ poſtulationes per populi ob-
ſequia eualuêre, iure optimo feciſſe videri volũt, quod
patientia olim obtinuêre, certiſſimo victuris morta-
2 libus exemplo vt talium principiis obſtent. Genus eſt
intributionis nec ex toto realis, nec perſonalis, ſed ex
vtraque mixte. Reale munus iuriſconſulti vocãt, quod
pro patrimonio realiter inducitur, & veluti abs re ipſa
péditur: Perſonale quod aut perſonali opera, aut ſum-
ptu, & impendiis cuiuſquam præſtatur, l. 2. D. de mu-
nerib. & hono. l. reſcripto eo. tit. Namque hoc ha-
bet à realium munerum conditione, quod in æſtimã-
da præſtationis quantitate, patrimonij, & bonorum
omnium ratio habetur. A perſonalibus habet, quod
pro bonis omnibus cuiuſcumque loci in loco domi-
cilij ſoluitur, quod etiam pro artificiis pro operis, pro
mercede famulatus exigitur, quod ego quidem iudi-
co, non æquo iure etiamſi nil ſoli poſſidetur. Hoc ab
perſona habet, quod nobiles eo eximuntur. Hoc abs
re quod pro rebus ignobilibus à ſe poſſeſſis ſoluere
coguntur, quas quidem per colonos ſiue partiarios ſi-
3 ue alios colunt. Nam eorum, quæ aut manu ſua, ſi
quis Cincinnatus ſit, aut per operas colat, libera eo
munere conditio eſt, more ante omnem memoriam
recepto, nec quidquam iudiciis crebrius exemplo, &
extat inter priſcas ordinationes Caroli VI. ann. 1408.
articulus quidam in ſtylo parlam. tit. de talliis art. 19.
A quo cauetur ne nobiles pro bonis ignobilibus ſiue
mobilibus ſiue immobilibus quidquam ſoluere co-
gantur, quocunque modo ea acquiſierint & quam-
diu ea poſſident, cuius meminit Guil. Benedic. in rep.
c. Raynutius verb. & vxorem deciſ. 4. in fin. & are-
ſtum ad hoc, allegat, & morem ſui Delphinatus Guy-
do Papæ deciſ. 384. de qua & Tiraq. in tract. nobilita-
tis quæſt. 20. numer. 165. & ſeqq. quod valdè nota-
ri conuenit, cùm morem omnes ſciant, cauſas & au-
ctoritates aut nemo aut pauci. Nouitium & huius 4
temporis inſtitutum eſt, quod presbyteri id ſoluunt
B pro patrimoniolo ſuo, in quo perſonalis intributio
veteribus fuiſſe apparet. Tempus autem huius anna-
lis præſcriptionis incipit currere à die, quo focarium
exigi potuit, hoc eſt à die quo peræquatio facta eſt,
& numeri coactoribus ſunt traditi, id eſt, rotuli colle-
ctoribus deliberati, menſe ſcilicet Sèptembri, &
Ianuario.

[c] [Tailles.]

1 *Taliæ nomine omne genus intributionis intelligitur.*
2 *Annus à quo die incipit currere.*

C

Cùm principes noſtri pridem ciuitates eximerent,
inuidioſo, & odioſo inuento fecerunt idem, quod
prouerbio dicitur Pauſonis equus. Nam mutatis no-
minibus, & temporum interuallis aliud vrbibus in
tributum indixêre, quod quarto quoque anno pen-
ditur, taliam appellant. Sed & taliæ nomine genus 1
omne ordinariæ, & extraordinariæ intributionis ac-
cipiendum eſt, cui æquali anni tempore præſcribitur
comme peages, paſſages, preuoſtés, traittes, entrees, deuoirs de Addit.
ports & haures, impoſitions foraines, ſubuentions ſubſides. art. 291.
Finalement toutes eſpeces de gabelles ſe preſcriuent par ſembla- N. C.
D *ble temps*, niſi quidem, aut ſyngrapha, aut obligatio
authentica, aut promiſſio ſcripto emiſſa ſit. Hîc enim
ſcripta vt exempla non reſtringunt regulam, nec talia
vnquam qualia nunc exiguntur fando conſuetudo,
aut illius ætatis homines audierant, haud dubie ex-
preſſuri ſi prouidiſſent. Currit autem hic annus à die 2
quo deberi inceperunt. Nam commiſſo ob non ſolu-
tum vectigal, aut aliud tale, aut profeſſionem omiſ-
ſam, ſpecialis oppoſita eſt præſcriptio quinquennij l.
2. C. de vectigal. & commiſ. quorum actiones eodem
tempore tolli, quo ipſa debita æquum eſt, ex hac di-
E ſpoſitione.

[d] [Imposts.]

Genus & ipſum vectigalis, quod œnopolis impo-
nitur ſolidus pro denario, quo vinum minutatim væ-
nit, Hoc nobiles & qui de ſuo patrimonio collegêre
& monetarij, & quidam priuilegiati non ſoluunt, ſed
nec apparitores quidam dumtaxat, quibus hoc olim à
principibus indultum eſt, cùm auctoritates produ-
cuntur ætate patrum, nec incolæ feudorum templa-
riorum ſoluebant, erántque omnes illorũ ædes exem-
F ptæ; Franci quartum denarium appellant alicubi nec
ſcio cuius temporis ſit inuentum.

[e] [Billots.]

Inuentum poſterioris memoriæ principum, quod
ipſum œnopolis quoque imminet, alibi *appetiſſement*
appellant, voce flagitium teſtante, quo venia facta
eſt talibus menſura minore vendendi, ſi modo id præ-
ſtarent 30. ſolidos in quodque vini dolium. Pium ini-
tio inuentum vt cætera degenerauit in acerbitatem
exactio-

exactionis, cùm initio ædificandis ædibus sacris esset repertum.

[f] [GVETS.]

f De his abundè sumus loquuti art. 91. sup. déque eorum origine, & iure, quo minus hîc repetere necesse sit, currit autem annus à die, quo deberi incepêre.

[g] [DEFAVX D'AVOIR MOVLV.]

Præsupponenda hîc dispositio art. 266. Currit verò à die quo alibi molitum sit. Idem de actionibus, quæ dantur ex eo quia salem alibi quisquam, quàm à regis A apothecis comparauerit, quamuis benignitate diuum hæc necessitas (& si sæpius tentata) adhuc nobis imponi non potuit.

[h] [S'IL N'Y A POVRSVITE.]

Qualis esse debeat diximus in loco de interruptionibus, per citationem scilicet; & sententiam Bartoli l. 2. §. si rem. D. de vsucap. pro empt. & l. 2. C. quando libell. princip. dat. reiecimus vsu & foro, dum has consuetudines & mores populi pro iure prætorio accipit, & contestationem requirit. Rationes adiecimus.

ARTICLE CCLXXX.

CELVY [a] [b] qui s'est obligé [c] en espoir d'auoir [d] le prest ou la denree, [e] & n'a eu l'vn ne l'autre, [f] peut par action les demander [g] dedans deux ans [h] apres l'obligation, & non plus, sinon que [i] procés fust meu au dedans desdits deux ans.

Abrogatus ARTIC. CCXCIII. NOVAE CONS. nec amplius admittitur exceptio ne malo non numeratæ pecuniæ.

[a] *ILle [b] qui se obligauit, [c] spe futuræ [d] numerationis, aut recipiendæ mercis, [e] & neutrum eorum in manu habet, [f] potest actionis vi, præfata exigere, [g] intra biennij metas, [h] post obligationem computatione facta, non vltra, nisi si lis contestata fuisset biennij illius interstitio.*

1 *Improbata de non numerata pecunia exceptio.*
2 *Abolenda exceptio de non &c.*
3 *In quib. contractib. locum habeat.*
4 *Reus numerationem probat.*
5 *Si nulla confeßio de recepto, & 6.*

1 Extant in iure imperatorio tituli de non numerata pecunia Codice & institutionibus Iustiniani, item titulus de literarum obligationibus, qui exceptionem non numeratæ pecuniæ in vsum inuexere, ignotam hoc quidem iure, & vsu priscæ iurisprudentiæ ἀναργυρίας. Iustinianus & Harmenopulus factitio nomine appellant. Atque haud scio quam prudenter quóve iuris bono id inuentum Impp. placuerit, quod vt mihi quidem videtur, & res ipsa ostendit in totum aboleri potius expediebat & expungi, aut supprimi cauillatorios titulos de bono iure, ne subsidio essent fraudatoribus, & cauillosis debitoribus, quorum nemo his moribus tam supinus reperitur, vt cautionẽ emittat nisi prius numerato. Quo magis mirandum, cùm probabilius sit accepisse confitentem, & vero in hominum actibus id frequentius accidat, contrariam tamen præsumptionem non numerati legibus placuisse. Me quidem arbitro talis exceptio neque bonæ fidei conuenit, & biennio toto operiri calumniantium artes & effugia, nil aliud videtur, quam fraudes alere publica iuris auctoritate, & maligna sapientia fouere debitorum perfidiam. Extat Demosthenis iusta querela oratione contra Dionys. qua fidem scripti vbique eludi maligno artificio quæritur: & tutelam eius fidei iudicibus commendat ὅσα, inquit, αὐτὸς ἥττηρος ἕτερος ὁμολογήσῃ κυρία ταῦτα ἐῖ. In quam sententiam est illud Plauti. Nostra (inquit) ætas non multum gerit fidei. Numeratur pecunia, adsunt testes duodecim. Præsto est qui scribat actuarius, & tamen inuenitur Rhetor qui factum neget. Talia hominum ingenia, nimium multa è rep. non est adiuuari versuta ista iurisprudentia. Quod si maximè talem exceptionem admitti placebat, & verum à probationibus quærebatur, cur placuit B creditorem post scriptam, consignatámque debitoris manu syngrapham onerari agentem enormi & insolenti probandi necessitate inducta in vniuersum non numerati præsumptione, quæ professione diserta receptum confitentis prorsus elui debuerat. Cur creditor cogitur probare, quod testatio debitoris cõuincit factum, contra regulas. Namque & si factum negantis, negetur etiam per naturam vllam probationem l. asseueratio eod. tit. tamen consignatum scriptum manus agnita debitoris, & illo die, hora & loco factum, conuinci potest contraria probatione. De quo Doct. d. l. asseueratio & l. si ex cautione. C. de C non num. pecun. Quale vero istud est, quod sic statuitur à particularibus ad vniuersalia. Extitit aliquis, qui cautionem emisit, nec tamen recepit quod cauit: ergo indefinitè nullius cuiusquam cautioni credendum, ergo omnes creditores fraudatores sunt, syngraphæ omnes fallaces, mendaces omnium debitorum manus, & quod magis mirandũ aduersus se ipsas, quod vt nimis indignum imperator exagitat, leg. generaliter C. de non num. pecun. Hæc quis nos coegit credere? Atqui & naturæ, & iuri multo magis cõueniens erat illud prę̃sumptum, nec sine causa emissas omnes cautiones, nec omnes homines supinos, aut stultos, nec omnes fallaces, aut frudulentos. Cur quia aliquis decollauit, etiam veris omnibus fides adimitur sine vlla personarum distinctione, gradus, ætatis di D gnitatis? Quid ita non placet iura ad ea accommodari quæ εἰς τὸ πλεῖστον occurrunt, quæ vera est regula censendi de quibusuis? Cur in mutuo fit, quod in cæteris contractibus omnibus contra fit iure toto? In contractibus permutationis, emptionis, & cæteris omnibus, licet itidem excipere de re non tradita, pretióve non soluto. Sed omnes tamen exceptiones tales reuincuntur aut confessione excipientis aut syngrapha, & manu eius qui quidquam solutum, traditum, prestitúmve fateatur, quæ si apparet pro veritate est. Contra restitanti vna via relinquitur falsi arguendi. Tales exceptiones cùm æqui polleant exceptioni non

numeratæ pecuniæ in mutuo, & ab eadem causa & A
iure æquo proficiscantur, quod Bald. agnoscit vers.
quæro nunquid exceptio l. in contractibus in prin-
cip. C. de non num. pecun. glos. verbo minime exten-
dantur inst. de lit. obliga. Idem Bald. & omnes Doct.
l. si ex cautione. C. eod. tit. Henrich. Boich. ciuis no-
ster c. si cautio ext. de probat Angel. d. tit. de lit. obli-
gat. num. 4. & in aliis contractibus confessiones sta-
tim præiudicant l. generaliter. C. eod. Angel. §. 1. inst.
de lit. obligat. Bald. l. si ex pretio ad fin. C. si cert. pet.
Cur diuersum ius in mutuo placet? Nam illa ratio di-
uersitatis quam adferunt, quia in mutuo proniores B
homines sunt ad confitendum, quod glos. ariolatur
d. l. in contractibus verbo penitus, per se falsa est, &
improbabilis, nec quidquam habet virium ad tale ius
statuendum, cùm sæpius mercatores de receptis mer-
cibus confiteantur, quæ absunt, & per institores in
nundinis veneunt, aut certis locis tradi conuenit,
emissa interim cautione, quam in vllo mutuo, quod
omnium hominum non est, nec temporum & rarius
exercetur quam mercatura, & hæc ratio per se tam
eneruis est & diluta, nec tanti, vt pro iuris regula pro-
poni debuerit aut statui à conditoribus legum, & bo-
nis cautionibus contra legem fides adimi, & puden- C
tes, & officiosi creditores iniuria affici, qui sine testi-
bus, & arbitris vt quisque vir optimus est, credunt fre-
quentius. An ideo eos fraudari oportuit, quia offi-
cium non vanditarunt consciis testibus aut antestatis,
qui alienam penuriam extra efferrent, & aduocati
alienam inopiam proderent. Cur necessitas imponi-
tur cuiusque officio, vt aut gratiam vendat iactatione
meriti, & beneficentiæ, aut re sua careat. Quis rem
tantam putauit esse credendam incertæ, & sæpius fal-
sæ præsumptioni, quæ qualis sit, & quam iniquâ opi-
natione nitatur ante diximus. Quid ita, si à vero iu-
dicium controuersiarum expetitur intra biennium D
non vera est confessio, post biennium verior vero exi-
stimatur, opinor præsumptione alia, cùm nihil ex-
trinsecus in actu interueniat præter temporis lapsum,
quod regulariter negatur esse modus tollendæ, aut in-
ducendæ obligationis l. obligationum fere §. placet
D. de act. & oblig. Atqui hic inducere negari non po-
test in quo dissoluendo valde laborat Ang. §. idem iu-
ris num. 11. inst. de except. & argutatur potius quam
2 ratiocinatur. Quare ex toto tollendum è foro, com-
Hinc art. 293 N. C. merciisque totum hoc excipiendi, aut decipiendi po-
tius fermentum puto, probóque Francorum iudi- E
cium, & morem, qui hanc exceptionem excluserunt
foro, vt inutilem, noxiam, & cauillatricem, nisi qui-
dem excipiens in se onus probandi recipiat, re vera nu-
merationem non esse factam, quod olim Masuer. val-
de peritus fori scripsit tit. de obligat. §. 7. Boër. tit. de
iuris. omn. iud. §. viij. Imbert. lib. 1. inst. cap. 3. Rebuff.
tit. de chirog. recog. & in tit. de lit. oblig. in ord. pas-
sim. Quare illis tribunalibus negant talis exceptionis
obiectionem impedire prouisionem, aut garnimen-
tum manus, veluti satis sit probationis in cautionis
scripto, quod tamen admitti non possit, si exceptio
ista naturam regularem ciuilis iuris seruaret, & pro- F
bationis necessitatem reiiceret in agentem, quia si
cautio pro iusta probatione non esset omnino proui-
sio, aut manus garnimentum ex ea iudicari non pos-
set, cùm numerationis fidem aliunde adstruendam,
quam ex cautione scripta constitutum sit. Itaque velu-
ti iusta probatione Francorum vsu reus vrgetur, ita vt
interim garnire (vt illi loquuntur) adigatur, dum non
numerati probationem reus aliunde comparat quam
à legis ciuilis præsumptione, quæ apud illos non ob-
tinet, & merito.

Cæterùm non omittendum hunc articulum non 3
propriè pertinere ad titulos iuris de nõ numerata pe-
cunia, quæ de iure exceptio comparata est aduersus
agentes ex mutui dumtaxat causa. Nam in cæteris
contractibus vsum non habet. Sed hîc amplius ali-
quid constituitur de danda actione ei qui cautionem
dedit, non ad condicendam syngrapham quæ recepta
est iuris obseruatio & practica, sed ad id petendum
quod cautione continetur, & traditum negatur. Sed
tamen id in illa actione commune est cum illa iuris
exceptione, quod vtrobique bienni, tempus statuitur,
de exceptione hic nulla mentio, nisi quod illa regula
succedit, cui damus actionem multo magis exceptio-
nem daturi sumus. l. 1. §. quod autem. D. de superf.
Proinde nec hic quidem traditur, cuius sit de re non 4
tradita probatio, & posset intelligi nihil hic iuris noui
de ea constituti, nisi quia indubia fori consuetudo in-
terpretata est hoc sensu, vt reus numerationem pro-
bare debeat, & alioqui de re indubia futura erat hæc
dispositio; quis enim negaturus erat, reum id præstare
debere, de quo conuenisset, si factum, præstitúmve nõ
esset. Sed dubium faciebat obligatio emissa cõtinens
traditionis confessionem quod hic præsupponendum
est, & præfinitum biennij tempus ostendit, de hoc ca-
su emissæ confessionis hunc tex. intelligendum. Nam 5
si confessio emissa non esset, futura erat triginta anno-
rum actio, vt personalium omnium vita, & hic tex. in
eo deficit, quod addere debuerat. *Celuy qui s'est obligé & confesse auoir eu le prest & la denrée, combien qu'il ne l'ait euë.* Nulla igitur erit hoc casu agentis probatio
de non recepto, nec sua cautione, aut confessione gra-
uabitur, quàm hic ius patrium eneruat, & inutilem
reddit intra biennium, sicut ius ciuile eneruat confes-
sionem eandem ex parte rei excipientis de non nu-
merata. Hi igitur casus conuersi sunt, & correlatiui. 6
Consuetudo in actione loquitur, ius scriptum in ex-
ceptione, & vtrobique confessionem infringit confi-
tentis intra biennium. Itaque quod vulgo in tribuna-
libus nostris exceptio non numeratæ pecuniæ locum
habet, non habet ab iure patrio scripto, quando in ca-
su exceptionis nihil est constitutum, quod hic appa-
ret. Sed habet à Romano, aut certè ab illa regula. Cui
damus actionem multo magis damus exceptionem.
Illud vero contra ius disertè hic statuitur, quod talis
siue actio, siue exceptio admittitur in omnibus con-
tractibus vltra mutuum. Cùm illo iure in mutuo dũ-
taxat obtineat vt ante diximus, & in cæteris omnibus
emissa confessio in scripto probet, etiam absente par-
te l. Publia. D. depos. & ideo oneret confitentem pro-
batione contrarij. Sed & illud quoque contra ius
Romanum, quod actionem dat ad mutuum conse-
quendum, cùm ex illo condictio dumtaxat cautionis
detur, nec reus cogatur mutuare, vt infra dicemus.
Hæc pauci aduertêre.

[a] [CELVY.]

1 *Cui competat hæc exceptio &c.*
2 *Ciuitati competit &c.*
3 *Minori competit hæc exceptio &c.*
4 *An hæc exceptio competat mercatorib. &c.*

Quicunque is tandem sit & cuiusque ordinis, eccle- 1
sia, clericus, miles, mercator, in mutuo quidem: Ne-
que enim in mercatura est mutuare, vt quisquam ta-
lem exceptionem prætextu commercij excludendam
putet, de quo Pan. c. vlt. ext. de solut. Et si in termi-
nis quidem huius text. persæpe in foro petentes mer-
cium traditionem post emissas cõfessiones viderimus,
ex ge-

ex generalitate huius text. Clericis autem & ecclesiis hanc exceptionem competere intra biennium, post id tempus non item, defendunt. Panorm. Imol.
2 Anton. Butrius c. vlt. de solut. Sed & ciuitati quoque Ias. l. ciuitas & l. qui pecuniam. D. si cert. pet. malè post biennium competere putat ex ratione, quia ciuitas non aliter obligetur ex mutuo, quam si id in vtilitatem ciuilitatis verbum probetur; id enim nō est exceptionem nō numeratæ pecuniæ opponere, quam si numeratam constaret ciuitas non aliter restituere ex facto administratoris teneretur, quam si in eius vtilitatem versam constaret. Etiam si quiddam diuersum innuere Ang. videtur. §. idem iuris num. 5. instr.
3 de excep. & Hostiens. tuetur d. c. fin. toto conatu. Minorem non dubium toto minoritatis tempore opponere posse, quod gloss. putat leg. vlt. verbo legis interpretationem C. in quibus caus. in integ. rest. non est necess. gloss. & Doct. l. si intra & l. vlt. C. de non num. pec. post maioritatem statim currit. Sed & contra maiorem cœpta indistinctè currit contra hæredem etiam minorem, ex l. etiam ei. D. de minorib. & his
4 quæ alibi diximus, & Angel. vbi sup. num. 3. Mercatoribus quidem, & negotiatoribus, tùm trapezitis quoque & mensulariis, & publicanis, & mancipibus vectigalium quidam magna de causa, id est, propter tutelam publicæ fidei denegandam talem exceptionem putant, vt quæ bonam fidem non resipiat, aut commerciorum securitatem, quod Bald. dixit l. frustra. C. de non num. pec. gloss. §. argentariorum auth. de fideiuss. Ias. l. 2. §. creditum. l. singularia & l. qui pecuniam. D. si cert. petat. & si de eo Salyc. ambigit. Sed vt diximus tribunalia nostra tales exceptiones admittunt, non satis æquo iure; quod ego quidem iudico, cùm exuberare in talibus commerciorum fidem oporteat. Sed & liberto contra patronum, & filio contra patrem dari exceptionem sensit glos. d. l. si ex cautione, verbo pecuniæ.

[b] [QVI S'OBLIGE.]

1 *De obligatione sine vlla confeßione recepti.*
2 *De obligatione cum confeßione de recepto.*
3 *Exceptio de parte vt de toto competit.*
4 *Fideiussori & expromissori competit.*
5 *Non numeratæ dotis exceptio.*
6 *An ceßionario competat.*

1 Non satis hic exprimitur verborum, ad id quod consuetudo intendit. Nam hic obligationem tantum proponit, quæ si sola est citra confessionem recepti, non est necessaria exceptio non numeratæ pecuniæ, sed vltra hoc verbum, *qui s'oblige*, addendum fuit *par confeßion de reçeu*, obligatio enim quæ aut traditionem rei, & numerationem actualem non cōtinet, aut confessionem de re veluti quæ sine causa sit, idonea non est ad agendum l. cum de indebito. D. de probat. & l. nulla ratio. D. de donat. glos. in hoc ipso argumento l. generaliter, verbo eámque causam C. eo. tit. Ideoque nihil est tali casu necesse vti hac exceptione. Sed cùm confessio inest, hic dubitatio, propter naturam eius quæ naturaliter probationem facti impor-
2 tat. Sed tamen in casu non numerati mutui idem obtinet speciali iure. Igitur quoties in mutuo nihil præter confessionem numerationis in instrumento reperitur, toties obstat exceptio non numeratæ pecuniæ. Proinde cùm confessionem dicimus nihil interesse putamus scripta ne sit an minus, vtrique enim probatæ tam obstat exceptio non numeratæ, quod Doct. putant l. si non singuli. C. si cert. pet. Ang. latè

A d. §. Idem iuris num. 22. inst. de actionib. glos. auth. rogati C. de testib. Bartol. Saly. d. l. si ex cautione. Improbata opinione glos. d. l. si non singuli verbo. rei gestæ. Sed & in confessionis enunciatione nihil refert, an concipiatur per verba de præterito, hoc modo, confiteor me centum recepisse, an in præsens centum quæ hac die aut nunc recipio, quod gloss. dixit d. tit. de lit. obligat. instit. verbo debere, nec item per verba promissionis, quod gloss. dixit verbo conscribuntur leg. in contractibus. C. eod. titul. ne si iuramentum quidem ad promissionem accesserit leg. vltim. C. eod. titul. siue syngrapha, & subscriptio priuata sit, siue authentica, & publicæ auctoritatis, si modo nihil amplius, quàm confessionem recepti contineat, quod omnes notant d. l. si ex cautione text. & gloss. l. 1. C. de confess. Adde etiam si tenor exprimat confessionem, non fieri spe futuræ numerationis, quod Bald. ait dict. leg. ex contractibus. Neque quidquam refert, an exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciatum sit glos. d. leg. si ex cautione vbi Cy. & Bart. l. si mulier. D. ad vell. Angel. dict. tit. de lit. obligat. nu. 14. & dict. §. idem iuris num. 37. Proinde 3
B
quæ de toto dicuntur eadem de parte intelligi conuenit, vt quæ ratione totius cautioni exceptio opponitur, eadem & partis cuiuslibet opponi possit, id est, partem aliquam solutam non esse text. leg. minorem.
C
C. eod. tit. Nec vero principali tantum debitori, aut 4
promissori competit hæc exceptio, sed etiam mandatori, fideiussori, expromissori, aut alij interuenienti alienæ obligationi leg. tam mandatori. C. de non. nu. pec. & leg. frustra eod. tit. licet in constituente aliud sit d. l. frustra. Nec vero illis tantum datur exceptio, & creditoribus quoque obligati, qui & nolente, & inuito eo possint ad interuertendas anteriorum creditorum obligationes, qui verè non numerarunt, hanc
D exceptionem ex persona debitoris opponere, l. si cui eod. tit. Ang. d. §. idem iuris. nu. 13. Et latè Boër. decis. 330. Ergo si pater aliquis mercatorem iusserit filio in scholis agenti pecuniam, & viaticum numerare, quod numeratum non sit, vti poterit exceptione d. l. tam mandatori.

Quod in mutuo traditur, id quoque in dotis pro- 5
missione obtinet, cui ea quoque exceptio non numeratæ dotis obiicitur, l. in contractibus. §. sed quoniam. C. de non. nu. pec. l. si voluntate. C. de dot. promiss. secundum tempora præfixa auth. quod locum. C. de
E dot. caut. non num. de quo lata est tractatio Boër. d. decis. 330. Angel. §. fuerat inst. de act. vnde euenit, vt si maritus aliquis in contractu matrimonij fateatur sibi numerata esse decem milia, aut quiddam aliud, nec ea summa tota, parsve eius numerata sit, vt intra decennium liceat obiicere numerationem non esse factam, si instrumentum nihil prǽter confessionem contineat.

De cessionario dubitari potest, si quis mercator, 6
cum ad manum nō haberet vnde solueret, plures syngraphas creditori tradiderit, & nomina cesserit in solutionem debiti, an sicut debitor conuentus intra
F biennium poterat excipere non numeratum aduersus suum creditorem, sic quoque possit aduersus eum cui nominis cessio facta est. Hæc dubitatio etsi probabiles vtrinque habet rationes tamē resoluitur vtrique obstare, quod Angel. scribit in specie dict. §. idem iuris num. 18. quod ego quoque existimo.

[c] [EN ESPOIR.]

Quod ius ciuile dicit spe futuræ numerationis.

[d] [Le prest.]

1 Le Preſt, *Mutuum*, & Denrees *quid.*
2 *Exceptio non numer. pecun. in mutuo tantùm.*

1 Hæc vox Francica, tametſi tam mutuum, quàm commodatum poteſt ſignificare: tamen ex ſubiecta materia, pro mutuo in pecunia numerata accipitur, ideóque particula (*ou*) quę adiicitur, non indicat actus diuerſitatem ſed ſpecierum. Nam cùm mutuum non tantum in pecunia numerata conſiſtat, ſed etiam in omnibus ſpeciebus quæ pondere, numero, aut menſura conſtant, verbum *le preſt* contraxit ad pecuniam ſignatam tantum, vocem *de la denree*, ad ſpecies in quibus mutuum conſiſtit, vox *denree*, contracta ab integra, *à deneree*, antiquo gallico vocabulo, quod omnem ſpeciem promercalem ſignificat, quæ pecunia vænit. Sed hoc loco reſtringenda eſt ad ſpecies mutuabiles tantum, quod ni ita fieret, eueniret, vt hæc diſpoſitio locum obtineret in omni omnino contractu emptionis, permutationis, & alio. Et ita admitti oportere exceptionem non numerationis vbique, quæ nimia, & iniqua eſſet extenſio iuris ſpecialis ad ſpecies alias, & contractus diuerſos, in quibus de iure communi ante negauimus exceptiones non numerati locum habere poſt confeſſionem, ſed eam ſtatim præiudicare, & vim ſuam obtinere, quod omnis ſchola docet
2 d. l. ſi ex cautione & c. vlt. ext. de ſolut. Quare ne hæc irregularis, & enormis diſpoſitio, quæ de iure in mutuo tantum vſum habet, producatur ad alios diuerſi generis contractus, quod neceſſe eſſet euenire accepta generaliter ſignificatione verbi *denree*, pro omni ſpecie promercali, hic omnino vocem hanc contrahi, & reſtringi oportet, ad ſpecies eas demum, in quibus mutuum non minus conſiſtit, quàm in pecunia, quæ ſcilicet pondere, numero, & menſura conſtant, ne ſcilicet hæc diſpoſitio contra regularem naturam cæterorum contractuum, & iuris diſpoſitionem, mutui terminos ad quos ſolos eſt adaptabilis, egrediatur. Neque id cuiquam abſurdum videri debet, cùm iure quoque ciuili rei appellatio generalis ſit, & omnem cuiuſcunque generis ſpeciem, & corporis ſignificare poſſit, l. rei. D. de verb. ſignif. quo tamen verbo tex. ſæpè vtitur in deſignanda exceptione non numeratæ pecuniæ vt l. in contractibus. In quibus, inquit, pecuniæ, vel aliæ res numeratæ, vel datæ conſcribuntur, & ibidem, repetitur, & §. quoniam, numeratio pecuniarum, vel datio certarum ſpecierum ſcripta eſt, quo loco rei appellationem infinitam rectè gloſ. reſtringendam putat, ad eas quæ pondere, numero & menſura conſtant, verb. aliæ res, hoc eſt, in quibus mutuum tantum poteſt conſiſtere. In quo ſolo locum habet talis exceptio, quia ſi generaliter in omni contractu, in quo res dari dicatur, exceptio hæc locum haberet, incideretur in abſurdum, vt confeſſionis nulla in totum vis eſſet in contractibus aliis, quando ſine vllo eius reſpectu ſemper agenti incumberet probatio, & iuris ſpecialiſſimi fieret extenſio extra ſuum caſum, contra receptas ſententias. Quod hîc igitur dicit, *denree*, verbum eſt æquipollens verbo iuris, rei. Ideóque & illud quoque reſtringi oportet ad res fungibiles in ſua ſpecie, id eſt, in quibus mutuum conſiſtit, extra quod nulla vis eſt exceptionis, aut actionis fundatæ in non numeratione. Quæ res valde hic notanda eſt, nec omnibus fortaſſe animaduerſa.

[e] [Et n'a ev l'vn n'y l'avtre.]

Quod præſumitur intra biennium quidem in

A mutuo, ſiue pecunia conſiſtat, ſiue pondere, vt argento infecto, ſiue menſura, vt frumento, ſiue numero, vt pecunia.

[f] [Pevt par action.]

1 *An competat actio aduerſus promittentem mutuare, & è contra.*
2 *Danda actio ſi intereſt &c.*
3 *An actor pendente lite petat prouiſionem.*
4 *An reus etiam pendente exceptione de non numerata pecunia.*

B Hîc ſedata iuris ciuilis dubitatio, cùm multi ne- 1 nent in eum, qui mutuare promiſit, vllam competere actionem, vt mutuum det, ſed ſatis eſſe, ſi is cui promiſſum eſt, ſuam ſyngrapham condicat. Id ſentit Bartol. l. ſi fideiuſſor creditoris. D. de fideiuſſ. & l. ſi cui. C. de cond. ex l. Id ex contrarietate diuerſi caſus arguit, quia qui pecuniam mutuari ſtipulatus eſt, non tenetur accipere ſi nolit l. qui pecuniam D. ſi cert. pet, ſimili ratione correlationis nõ teneri creditorem, aut promiſſorem mutuare. Hæc caſuum comparatio valde impar eſt, cùm multo magis interſit obligati accipere, quàm promittentis numerare, etiam ſi ſub vſuris promiſſa ſit, cum facilis ſit mutatio nominis, & crediti, & tot reperiantur qui credi efflagitent. Sed tamen huc tandem Bart. delabitur, vt pro cuiuſque intereſſe danda ſit actio, obligato ſi eius intereſt accipere, & promiſſori ſi alioqui interſit, nec poſſit vſuras aliũde reparare l. qui Romæ in princip. D. de verb. oblig. Zaz. d. l. qui pecuniam, alioqui vtroque caſu recuſantem ad intereſſe condemnandum. Hæc ſen- 2 tentia rationem habet, & vt nunc viuitur neceſſario tuenda, alioqui pleróſque circumueniri doloſa promiſſione contingeret, veluti ſi dies forte exitura erat D reddendi ex lege contractus prædij, aut pœnæ cuiuſquam committendæ, multum omnino intereſt promiſſa die numerari. Alioqui magno dãno inanis promiſſio ſtaret, & hanc ſententiam Lud. Rom. Zaz. & Bald. l. qui pecuniam, rectè defendunt. Et text. hic expreſſus dubitationem diſcutit, data actione ex mutui promiſſione. Quid igitur ſi actor intentata tali 3 actione interim prouiſionem debiti petat, an ea hic rectè cadet, & puto cùm confeſſio recepti, intra hoc tempus legale, & conſuetudinarium pro nulla habeatur, negante actore numerationem, manente promiſ- E ſione inſcriptis parata, prouiſionem dari commode poſſe data prius dilatione modica reo, ad aſtruendam confeſſioni probationem, alioqui poſterius probata numeratione, & veritate, iniqua eſſet bina vnius nominis, & promiſſi (quam non oportet præcipitari) feſtinata præſtatio, cùm præſertim extet confeſſio ſcripta, & ſi non ex toto valida, ſufficiens tamen ad expectãdam aliquam rationabilem moram ſolutionis. De exceptione non numeratæ pecuniæ eadem dubitatio eſſe poteſt, Cùm creditor ante biennium petit proui- 4 ſionem ſummæ contentæ in ſyngrapha, oppoſita exceptione, pragmatici vbique prouiſionem dari ex tali F ſchedula cõfirmant: quod verum eſſe poteſt in his locis, in quibus exceptionis probatio de non recepto incumbit excipienti, interim dum ſua confeſſione premitur, ſed vbi ſuſpenditur vis confeſſionis, quod fit à regulari conditione exceptionis non numeratæ pecuniæ vbi naturam ſuam ſeruat, tali caſu neutiquam cadit prouiſio, quia ea fundari non poſſet, niſi in confeſſione, cuius vis nulla eſt intra biennium, nec effectum vllum habet probationis, cui ſi fides adſtruitur ex teſtibus, iam prouiſio extra locum eſt, cùm ex inqueſta (vt loquuntur) dari nõ poſſit, ſed lis ſuo marte currere

debeat

debeat l. 1. C. si per vim vel al. mod. Itaque & si articulus 263. omne iudicatum vult executioni mandari, etiam si diceretur nulla exceptione admissa, tamen non numeratæ pecuniæ exceptio obstaret prouisionem petenti, quod expresse Bartol. & Bald. notant l. 3. C. de postuland. Bald. l. pecuniæ C. de solut. Ias. d.l. qui pecuniam. Contra fit in cæteris contractibus, quàm mutui, in quibus rei traditæ confessio statim non expectato biennio vim suam probatoriam obtinet, nec vt in mutuo eneruatur, & ideo sufficiens est probatio, ad prouisionis effectum, nisi alio modo confessio elidatur.

[a] [Dedans devx ans.]

1 *Tempus proponendæ exceptionis non numeratæ pecuniæ.*
2 *An exceptio non numer. pecu. vltra biennium non extendatur.*
3 *Deficiente tali exceptione succedit exceptio doli perpetua & num. 4.*

1 Ex lege Honorij olim quinquennium, de quo constitutio extat. C. Theod. si certum petat. chirographo, & eius meminit l. in contractibus C. eod. tit. & inst. de lit. obligat. Sed id tempus Iustinianus decurtauit ad biennium, insita instabilitate imperatorib. illis, qui mira varietate, & inconstantia abrogarunt, mutarunt, addiderunt, inuerterunt subinde alius, quod alius prior statuisset, vnde tot nouellarum aliarum super aliis interpolatio, & materia, cùm ne vnus quidem, & idem sæpe iuris conditor sibi constet. Veteri consuetudine, quatuor dumtaxat mensium erat actio, & præstabat non esse immutatum. Prisco iure nondum reperta exceptione non numeratæ pecuniæ, duæ exceptiones dabantur, non numeratum petenti, doli scilicet, de qua in l. si ex cautione. C. eod. tit. & in factum alia, de qua in l. cum vltra, quarum differentias Ias. & Zaz. d. l. qui pecuniam describunt, glos. & Bald d.l. cum vltra. glos. d.l. si ex cautione, quas sciri non magnopere interest res agentium, quia sunt ista legalium potius acuminum discrimina, quam re-
2 rum, quod Zaz. pene agnoscit. Sed cùm exceptionis non numeratæ pecuniæ (quocunque tandem modo opponatur) vita non amplius biennio duret, vt nec actionis de non numerato, magnopere sciri interest, an post id tempus, si quisquam re vera confessum non acceperit, & statuto tempore exceptionem, aut condictionem omiserit, vllum remedium, vllàve exceptio competat. Et sunt qui negent verbis affixi d.l. in contractibus, vbi ait, nullo modo post statutum tempus querelam introduci posse, & plures rationes cumulat Angel. d.§. Idem iuris num. 4. Et Salic. l. asseueratio eod. tit. Sed verior sententia est quæ contra putat, cum distinctione. Nam cùm exceptio non numeratæ pecuniæ ex toto sit enormis, vt pote quæ euacuata vi confessionis probationem in agentem regerat, contra naturam omnium exceptionum, quarum probatio incumbit reis proponentibus, fit vt biennio concludatur: extra id tempus in totum emoriatur, cum sua natura d. l. in contractibus. Sed si aliquis casus reperiretur, in quo exceptio talis proponeretur, quæ germanam naturam probationum seruaret, vt quando reus probationes offert, & in se assumit, tum haud dubiè omnis iuris ratio posceret, vt natura regularis iuris seruaretur, cuius regula est exceptiones esse perpetuas l. pure. D. de dol. except. & alia, quæ temporalia sint ad agendum ea ad excipiendum esse per-
3 petua l. 1. §. hæc autem. D. de superf. Hoc casu voces exceptionem doli, omissa non numeratæ men-

A tione, ea iusta, & æqua erit, si probetur, & illa l. in contractibus suum locum & vim obtinebit, quæ illam biennalem non sinit viuere, vt irregularem, & enormen, sed hæc regularis obtinebit suam vim, quarum discrimen totum versatur in probationis onere reiiciendo in excipientem. Ita fiet, vt ius ordinarium, & regulæ obtineant in vniuersum, ius speciale in suo casu: de quo ille titulus de non numerata pecunia factus est, cùm de regulari, & ordinato nihil statuat. & ideo excludere censeri nō debeat regularem exceptionum naturam. Neque enim tam bonam defensionem
B excludi, iuris, & æqui ratio patitur, si quis dilucidè probare velit, sibi non esse numeratum, quominus intra triginta annos probare possit. Itidem & qui agit, si præter confessionem etiam non traditæ rei probationes habeat. Id & gl. sensit. verbo scriptura insti. de lit. ob. Pet. & Bal. l. si intra eo. ti. C. gl. d.l. si ex cautione vers. probare Bald. Ias. d.l. qui pecuniam glos. vlt. l. qui debere se. C. de cond. indeb. Angel. Aret. latè d. §. Idem iuris. nu. 4. Saly. d.l. asseueratio. Ang. cons. 156. Panor. Io. And. Barbat. Imo. omnes c. vlt. ext. de solut. Fulgos. l. vlt. C. de cond. ex lege Bald. Saly. Cast. d. l. in contractibus in princip. de quo sine
C causa dubitat Bald. l. cum quis C. de iur. & fact. igno.
Ergo sic existima, hoc iure exceptionem non nume- 4
ratæ pecuniæ, vt monstruosam suffocari biennio, quia confessionis vim infringit, & actorem onerat. Sed illam doli, de eadem non numeratione, quàm regulari probatione reus vult instruere, non est boni, & æqui iuris excludere: & ideo perpetuam esse, id est, tamdiu opponi posse quandiu agi potest. De modo autem probandæ talis negatiuæ, tota schola differit l. si ex cautione & Cano. c. si cautio ext. de fid. instr. & multa Boër. addit ad Dyn. de reg. iur. reg. locupletari, & si Barbatius scribit, Clementem quartum pon-
D tificem, post biennium, talem exceptionem non dedisse, quàm bono iure, perspicua ratio ex superioribus ostendit.

[b] [Apres l'obligation.]

1 *Ante biennium an post vlla sit obligatio naturalis.*
2 *Casus in quib. non habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ.*

A die cautionis emissæ, & obligationis contractæ,
E vt ex iure quoque Bart. & Saly. d.l. si ex cautione Angel. d. tit. de lit. obligat. Cano. d.c. si cautio. Currit autem hoc tempus de momento ad momentum, quod Bald. dixit d.l. in contractibus. Post biennium agentis nulla probatio est, quia confessio recepti vires suas resumit, & probat contenta in confessione, adeo vt ne iurare quidem cogatur ex delatione d. l. in contractibus §. illo. Vnde illa dubitatio de iure, an ante bien- 1
nium vlla sit obligatio naturalis, an post biennium demū inchoetur, de quo disputatio d. tit. de lit. obligat. & d. §. idem iuris num. 10. Proinde hæc intelligi conuenit, cùm sit contestatio super exceptione non nu-
F meratæ, quæ in vim peremptoriæ opponitur: de quo Angel. d. §. Idem iuris, in fin. Nam si de solutione exciperetur, solutio implicaret confessionem debiti; & ideo ad non numeratę exceptionem rediri non posset, nisi refusis expensis, & beneficio rescripti, quo iure quidem vtimur.

Atque hactenus de huius exceptionis vi, & natura, 2
quam tamen multi sæpe casus excludunt; ille præcipuè notandus, cùm debiti causa in mutuum transfertur, veluti si quis cùm ex locato deberet, syngrapham mutui dederit, quod fit perquam sæpe, hic casus exce-

ptionem non numeratæ excludit, ſed obligationis A prioris cauſa probanda eſt, l. aduerſus. C. eod. l. ex pretio. C. ſi cert. pet.

Alius ſi ex interuallo dicto factóve agnita ſit cautionis veritas, ſiue verbis, ſiue ſolutione partis debiti l. cum fidem eod. tit. Nam pars debiti ſoluta etiam in non ſoluta, ſed eadem ſyngrapha cauta præiudicium facit ſoluenti l. minorem eod. tit. vbi gloſ. Bald. in margarita verb. negatiua. Rom. conſ. 445. Fely. c. tertio loco ext. de probat. Ange. d. §. idem iuris num. 38. ſiue partem debiti ſoluat, ſine vſurarum.

Alius eſt in confeſſione facta in forma iuriſdictionis contentioſæ, iudice cognoſcente: Nam apud tabularios in forma voluntariæ non prodeſſet, niſi realis numeratio inſtrumento contineretur, quod Cy. dixit d. l. in contractibus. Angel. vbi ſup. num. 60. Bald. & Iaſ. d. l. qui pecuniam.

Alius cùm numeratio realis facta inſtrumento continetur l. 1. C. de can. frum. vrb. Rom. lib. XI.

Alius ſi confeſſio continet numerationem ex cauſa tranſactionis factam l. ſi tranſactionis. C. eod.

Alius ſi geminata eſt ex interuallo confeſſio d. l. cum fidem gloſ. l. in contractibus vbi Bald. & Angel. d. §. ſed quoniam Lud. Rom. l. ſi vera §. de viro Fall. 31. D. ſol. mat. Iaſ. d. l. qui pecuniam.

Alius in confeſſione facta in teſtamento gloſ. l. 1. vbi Bart. & Bal. D. de falſ. cauſ. adiect. Iaſ. d. l. qui pecuniam Bald. c. literis ext. de præſump. & tit. de pact. conſt. verbo vaſſalli.

Traduntur & aliæ exceptiones complures, ſed illæ parui momenti, & quidem non omnes veræ, & ad decem collegit Rebuff. in ord. ti. de chirog. recog. B quaſdam Iaſ. d. l. qui pecuniam Canoniſt. d. c. ſi cautio. Multa etiam de renunciatione tali exceptioni facta. Ang. d. §. idem iuris.

[1] [Procez fut meu.]

Id eſt, conteſtatio litis facta, quia aliter in hoc caſu interruptio non fit l. vlt. C. de cond. ex l. gloſ. vlt. verbo nihil conqueſtus C. ſi maior fact. alien. rat. hab. gloſ. verbo probare d. l. ſi ex cautione, vel parte abſente ex forma d. l. in contractibus §. in omni.

Article CCLXXXI.

Artic. CCXCIIII Novae Cons.

NTRE le ſeigneur lige & homme de foy, [a] longue tenuë ne nuiſt, [b] ne porte preiudice [c] audit ſeigneur, [d] qu'il n'ait le retraict de ſes hommes à Cour, & moulin.

INter Dominum ligium, & vaſſallum fidelitatem debentem, [a] longiſſima poſſeſſio non nocet, [b] nec præiudicium affert [c] prædicto Domino, [d] quo minus ſubiectos ſuos retrahere & reuocare poſſit.

Entre le seigneur.

1 *Artic. male deſcriptus de veteri.*
2 *An dominus contra vaſſallum præſcribere poſſit & è contra.*
3 *An vaſſallus præſcribere poſſit libertatem contra dominum.*
4 *An extraneus præſcribat prædium ſeruiens aduerſus verum vaſſallum.*
5 *De retractu molitorio intelligendus hic artic.*

1 Hic articulus omnino negligenter, & imperitè ſcriptus eſt ab reformatoribus: Nam cùm generalem regulam conſtituere deberent, hoc modo. *Nulle longue tenue ne nuiſt, & ne vaut entre le ſeigneur, & homme de foy,* quo iure cæteræ ferè Franciæ prouinciæ vtuntur, iure ſuo ciuili, & patrio, hic reformatores adſtrinxerũt diſpoſitionem ad particularem retractus cauſam. Re verâ apparet hunc articulum deſcriptum eſſe de veteri c. 252. in quo hæc ipſa verba formalia reperiuntur, & de retractu molitorio ſtatuit quod hic non exprimit, vt neſcias, an de iuriſdictionali retractu agat, quando eadem verba huic quoque retractui conuenire poſſunt. Ergo vulgatum illud, quod Franci allegare ſolent, *entre le ſeigneur & le vaſſal preſcription n'a lieu,* nullam in iure noſtro patrio auctoritatem habet, ſed recurrendum eſt ad ius commune præſcriptionũ. Sed & imprudenter hic ex parte Domini addita eſt qualitas, veluti iſta expreſſa reſtrictiua ſit diſpoſitionis ad Dominos dumtaxat ligios, cum hoc ius locum habeat in omnibus ſpeciebus inueſtiturarum *& en toutes ſortes de teneures qui ſont trois,* art. 310. inf. caſus eſt in art. C 348. & 351. expreſſus art. 357. Nec melius ex parte vaſſalli addidit qualitatem *d'homme de foy,* cùm ſint feuda quædam, quæ fidelitatem expreſſam non debent, quæ præſtari ſolet in homagio faciendo corporaliter, & ferè vaſſallis nobilibus, & nobiliter tenentibus imponitur. *Et toutesfois tous ſubjets de toutes teneures, encores qu'ils ne doiuent ny foy ny hommage, ſont ſuiets à ce retraict.* Caſus eſt art. 317. *la fille ne doit foy ne hommage à ſon aiſné, Et toutesfois elle eſt ſuiecte à ce retraict* d. art. 351. Debuit igitur hic articulus collocari ſub rubrica *des moulins,* quæ materia eſt totius illius articuli 252. ex quo hic deſcriptus eſt, & male ſeparatus ab ſuo titulo. Non faciunt enim qualitates adiectæ, aut ligij, aut hominis fidelis, quidquam hoc loco, ad reſtrictionem diſpoſitionis, quæ generaliter in omni ſpecie inueſtituræ locum habet in retractu quidem molitorio.

Ergo quoties quæſtio incidet de præſcriptionibus, D inter dominos, & vaſſallos, aliunde decidendæ erunt, quàm ex hoc articulo, qui in vno tantum retractus caſu loquitur, & recurrendum ad ius commune, & artic. 270. & 276. in eo quod diſponunt, videndum igitur, quæ ſit iuris communis diſpoſitio.

Huius verò tractationis tria ſunt capita. Cum quæritur affirmatiuè, an dominus contra vaſſallum præſcribere poſſit, id eſt, vtile dominium, quod apud vaſſallum eſt, ita præſcribere, vt cum ſuo directo conſolidetur, aut etiam certa ſeruitia, aut iura debita ampliora, quàm lege, & tenore inueſtituræ debeantur. An contra vaſſallus directum dominium, ita vt ſibi ipſe dominus ſit, & ſui arbitrij, & id feudum acquirere, cuius ipſe antea ſubiectus erat.

Alterum

Alterum caput eſt, an negatiuè vaſſallus præſcribere poſſit libertatem ſimpliciter contra Dominum, id eſt, exemptionem, & emancipationem ab omni vaſſallagio, ſubiectione, & homagio in totum, vel in parte à cæteris ſeruitiis, & præſtationibus.

Tertium caput, an extraneus aliquis, id eſt, tertius quidam præter Dominum aut vaſſallum, poſſit aduerſus Dominum aliquem ſuum, directum dominium & ius ſubiectionis & vaſſallagij præſcribere, præſcripto prædio dominante, an etiam prædio ſeruiente aduerſus vaſſallum.

2 De primò, non eſt cur dubitetur, cùm ſit tex. expreſſus affirmatiuè, Dominum poſſe præſcribere fundum ſeruientem, & ita vtrumque dominium conſolidare. Ita vt ſi Dominus prædium ſeruiens triginta annis pro ſuo poſſederit, vaſſallum excludat, vaſſallus viciſſim Dominum, vt & vaſſallagium quoque, ſi fortè ſe vaſſallum prætendat ratione talis prædij, cuius ratione longiſſimo tempore obſequia præſtiterit, & in fidem receptus ſit, in qualitate relatiua prætenſa. §. ſi quis per 30. tit. ſi de feud. fuer. cont. int. domin. & agnat. vaſſal. vbi Bald. Præpoſ. Aluarot. Laudenſis. And. de Iſer. & cæteri Bart. Ang. Plat. Lucas de Penna And. Barul. l. litibus. C. de agric. & cenſ. lib. 11. C. Bart. & cæteri l. cum de in rem verſo. D. de vſur. & l. ſolent. D. de off. proconſ. Bart. & Ang. l. malè agitur. C. de præſ. 30. ann. Iaſ. l. 2. num. 158. C. de iur. emphyt. & §. præiudiciales inſt. de actio. Alex. conſ. 169. vol. 2. & conſ. 113. vol. 4. ad finem & conſ. 13. vol. 1. Ioan. And. ad Spec. in rub. de feud. §. 2. verſ. tertio quæro Decius conſ. 144. And. de Iſer. tit. de inueſt. de re alien. Afflict. in conſt. Neapol. conſt. 31. lib. 3. §. Conſuetudinem. deciſ. Tholoſ. 398. Boër. in conſ. Biturig. tit. de præſ. §. 3. §. 4. & deciſ. 211. Molin. in feud. §. 7. Can. Panor. Hoſt. Ioan. And. Card. Fely. c. ad audientiam. ext. de preſcript. Balb. in præſcript. 4. parte 4. partis q. 12. Nec ius noſtrum Conſuetudinarium repugnat tali præſcriptioni affirmatiuè, ſi in ea qualitate vaſſallus Dominus vaſſallum longo quadraginta annorum ſpatio agnouerit. Sed mala ratio ab ſcholaſticis ſcriptoribus adfertur, cur preſcriptionem longiſſimi temporis triginta annorum requirant, nec tali caſu diſpoſitionem d. l. cùm de in rem verſo. & l. ſi certis annis valere patiantur ex decennalibus preſtationibus, quia, inquiunt, de mutatione ſtatus perſonalis agatur, id eſt, vt de libero quis fiat vaſſallus, quo caſu rem tanti eſſe putant, vt in eo leges valere non debeant illæ: nec curſus temporis minor tricennario admitti. Quæ ratio per quam falſa eſt, cùm adiectione qualitatis vaſſallitiæ ratione certi, & determinati prædij, nihil in conditione perſonæ mutetur, nec in ea vlla paſſio accidat, aut alteratio, cùm non perſona perſonæ, ſed res rei ſubiiciatur, etiam ſi reuerentialis quædam inde ſubiectio reſultet, quæ tamen talis non eſt, quin quandoque liberum ſit feudum refutare, atque ita ſe omni ſeruitio, obſequio, & debito feudali eximere, quem locum Molin. tractat. in feud. §. 1. gloſſ. 5. num. 4. & hoc ipſum attigit d. §. 7. nu. 8. vnde fit, vt potius alteratio accidat in feudo à perſona, quã perſonæ à feudo, quod patet art. 340. infr. & 95. ſup. Additur illa ratio etiam, quod feuda apud nos ſimpliciter patrimonialia ſunt, nec quidquam differunt à reliquo patrimonio, quod latè Tiraq. in tract. *le mort ſaiſit le vif*, part. 4. declar. 5. tract. Imo iure noſtro nullum patrimonium eſſe poteſt, quod non conſiſtat in feudo, vt ſup. docuimus. Eſt igitur infirma illa ratio quæ magnitudinem præiudicij metitur à mutatione ſtatus perſonalis, quæ nulla contingit per præſcriptionem feudi ſeruientis, quæ quando libet exuitur.

A Quæ de toto dicimus eadem in partibus intelligenda, id eſt ſi totum feudum ſolidum præſcribi poteſt, poſſunt & eius partes, iura, obſequia, ſeruitia, præſtationes ratione eius debitæ, quod Afflict. expreſſè dicit d. §. Conſuetudinem num. 8. Nec contra ſtatuere putandus eſt art. 270. qui loquitur in approprimentis, quæ ratione externorum perficiuntur, & dominos ipſos non reſpiciunt, qui in poſſeſſione iurium ſuorum eſſe præſupponuntur tempore bannimentorum: Ideóque per ea iuribus ſuis excludi non poſſunt, per regulam negatiuam *du non ſaiſy*. Quod ſi approprimenta eos reſpicerent, vt quia venditores

B in poſſeſſione libertatis eſſent, per denegationem iurium dominicorum, re ſic libere tranſlata, & ſequuto approprimento, haud dubiè Dominus iure ſuo excluderetur, nonobſtante illo art. 270. quam limitationem ibi dedimus ad illum articulum indeterminatè cõceptum. Nec enim talia impræſcriptibilia ſunt per ſe, cùm ſolida ipſa dominia, & ditiones prædiorum dominantium ſint & ipſæ præſcriptibiles, à quibus talia iura, & debita depẽdent, & quorum partes ſunt. Eſſet igitur abſurdiſſimum putare, dominia ipſa præſcriptibilia eſſe, quod negari ex ſuperioribus nequit,

C & iura ab his dependentia non eſſe, imo meliori conditione eſſe, quàm illa, quorum reſpectu talia ſunt, quod valde notari conuenit, ne quis incautè illa indeterminata diſpoſitione fallatur, quæ re vera loquitur in approprimento inter externos nulla facta mẽtione iurium dominicorum, contra quæ præſcribi non intenditur: Quæ ſingularis animaduerſio eſt. Sed cùm de præſtationibus præſcribendis agitur, præcipuè poſitiones faciendæ ſunt de cauſis, vt ſcilicet cauſatæ, & vniformes ſint ex cauſa feudali, quod Molin. not. §. 7. num. 13. Alex. d. conſ. 169. vol. 2. & 136. vol. 1.

Alterum caput eſt de præſcriptione negatiua, an 3

D ſcilicet vaſſallus preſcribere poſſit exemptionem à iure vaſſallitio, id eſt, ne vaſſallus ſit, vel Dominus ne illum vaſſallum habeat. Hic caſus vt plurimum contingit ex parte vaſſallorum, dum liberationem à certis debitis iuribus, & præſtationibus prætendunt ex præſcriptione, qui caſus francis frequens eſt, in illo ſuo pronunciato. *Entre vaſſal & Seigneur ne ſied preſcription.* Atque in hac quidem ſpecie hi quos ante allegauimus dubitant, an præſcriptiones admittantur talium. Et diximus art. 276. & 270. Sed tota cautio eſt in diiudicatione initij poſſeſſionum, quæ ad tales

E præſcriptiones neceſſariæ ſunt: Nec enim eodem modo inchoantur. Nam quæ ad præſcribendas reliquias obuentionum earum pertinent, quarum dies ceſſit, poſſeſſiones, & præſcriptiones ex ſimplici ceſſatione ſolutionis incipiunt, poſt quam ſi legitimus triginta annorum curſus lapſus ſit, præſcriptio perficitur, d. art. 276. Sin vero de iuribus ipſis, liberatione eorum, & exemptione agatur, initium præſcriptionis non fit à ſimplici ſolutionis ceſſatione, ſed ab eo die, quo vaſſallus petenti Domino debitum negauerit, ſi Dominus non interceſſit, & ita vaſſallo in poſſeſſione libertatis conſtituto ſequuta ſit præſcriptio decenna-

F lis ex titulo, aut quindecennalis noſtra, aut approprimentum l. hæc autem iura. D. de ſeruit. vrb. præd. quod nos illo artic. 270. & 276. fuſius ſumus perſequuti: Quod intelligendum eſt reſpectu iuris negati, Nam in aliis agnitis præiudicium non fit. Inde notãda illa ſententia, quod ſi Dominus in qualitate Domini prædium aliquod præhenderit ex defectu fortè hominis, aut profeſſionis, aut aliorũ iurium feudalium, etiam ſi mile annis ex tali cauſa feudum tenuerit nunquam præſcribet, & quandocumque oblatis iuribus id reſtituere cogetur, quia qualitas præhenſionis im-

plicitam habet agnitionem qualitatis & iuris vassallitij, ex quo facta est præhensio, quod rectè aduersus Chassaneum Molinæus defendit d. §.7. num.13. Iaso. d.l.2. C. de iur. emphyt. num. 159. Boër. d. decis.211. Quod ego intelligo, nisi Dominus possessionis causam interuerterit, & pro suo possidere cœperit, ex eo q̃ petenti vassallo restitutioné denegauerit, & deinceps à tempore interuersionis quadraginta anni lapsi sunt, vt diximus in loco de interuersis poss. Sed quamdiu qualitatis primordia manet (manere autem semper præsumuntur) ex sua causa tamdiu non præscribitur, vt nec à debitore creditori in hypothecaria.

4 Tertium caput est, cùm quæritur: An extraneus aliquis prædium seruiens præscribere possit aduersus verum cuiusquam vassallum, An item prædium dominans, ratione cuius multa vassallagia debentur, qui casus non magnam habet dubitationem expressus cap. 1. tit. de capit. Conrad. vbi Bald. Aluarot. Signor. Homod. cons. 10. Ioan. Fab. §. penult. inst. de iure pers. Panorm. & Fely. d. c. ad audientiam. Molin. d. §.7. Nec probanda est Lud. Rom. sententia, qui putat ex facto vassalli extraneo cuiquam titulum tribui non posse, ad tale ius præscribendum aduersus Dominum directum feudi, ratione addita, ne cogatur Dominus alium habere vassallum, quàm eum quem velit. sensit id cons. 166. & 371. & ante eum sic Host. quoque ratiocinatus est, merito ab Panor. & Fely. repræhensus d. c. ad audientiam, & si iure illo feudali non fuit in potestate vassalli feudi alienatio, sed nos alio iure vtimur.

Ex his patere potest breuiter, an & quando inter Dominum, & vassallum præscriptio possit incidere, de quo ipso fusa est tractatio apud Molin. d.§.7. quo loco multa diffinit de speciali, & locali iure Parisiensis agri, & præfecturæ contra iuris communis sententias, quæ pro recepto iure accipienda non sunt, & territorium illud non transgrediuntur.

[a] [Longve tenve.]

Id est, in iurium præscriptione cessatio solutionis, cùm de libertate agitur in casu huius articuli *longue tenuë*, intelligitur tempus infinitum quo subiecti alio diuerterint ad molendum, quàm ad Domini moletrinam, quia non per hoc in possessione libertatis constituuntur, de qua voce *longue tenuë*. Molin. in hoc ipso subiecto d. §.9. limitat.3.

[b] [Ne porte preivdice.

Nec in petitorio nec in possessorio, propter negatiuam Cõsuetudinis dispositionem, successiuè & continuo repugnantis, & quia hoc casu non est dare possessionem ex parte vassalli, quia Cõsuetudinis dispositio semper interrũpit, tum quia vassalli nõ propterea ad alias moletrinas diuerterunt, quia Dominum priuare vellent suo iure aut contra eum præscribant, sed propter commodiorem vsum, aut viciniorem fortè moletrinam, aut liberaliorem molitorem, per quæ vassallus non constituitur in possessione iuris priuatiui, aut negatiui, vt ante diximus.

[c] [Avdit Seignevr.]

Nec è contra vassallo in casu conuerso, de quo inf. art.357.

[d] [Qv'il n'ait le retrait.]

Hæc adiectio dispositionem restringit ad casum, in quo disponit retractus scilicet, nec extra suos terminos debet extendi. Retractus autem, siue reuocatio subditorum, & si duplex intelligi potest, iurisdictionis scilicet, de quo sup. art.28. & molitorius; hîc de molitorio intelligitur, quia articulus descriptus est de veteri. In quo perspicuè, & sine dubio de tali statuit, quem vulgò districtum molendini appellant; de quo art.350. infra, cùm scilicet Dominus superior molendinum de nouo ædificat, & errabũdos ante subiectos ad molam reuocat, quod posse eum statuitur sine vlla temporis præscriptione, quia id ius exercere de facto non valenti præscriptio currere non potuit: Nam retractui iurisdictionali alteri pręscribi non potest, sicuti nec iurisdictio ipsa, quod ante suo loco diximus.

Atqui etiã iurisdictionum art. 294. N.C.

Article CCLXXXII.

Artic. ccxcv. Novae Cons.

VN contractant de chose mobiliaire [a] pourra pour iuste cause demander la rescission du cõtract, [b] en intimant & declarant [c] à la partie [d] dedans vingtquatre heures, [e] qu'il ne le veut tenir. Et s'il demandoit la rescission [f] pour deception d'outre moitié de iuste prix, [g] deuroit demander ou la rescission, ou que le iuste prix luy fust suppleé. [h] Et n'est tolluë la redhibitoire qu'elle ne se puisse intenter dedans le temps de droit, qui est de [i] six mois.

QVi de re mobili contraxit [a] poterit ex legitima causa contractus rescissionem postulare, [b] denunciatione, & protestatione facta [c] alteri contrahentium [d] intra xxiiij. horas [e] se à conuentione velle resilire, quod si resolutionem contractus postularet [f] eo nomine, quòd deceptus & circumscriptus esset vltra dimidiam iusti pretij, [g] petere deberet, vt aut rescinderetur cõtractus, aut sibi suppleretur, quod deest vero pretio, [h] nec ob id tamen sublata est actio redhibitoria quominus proponi possit intra tempus iure præstitutum, [i] quod sex mensium est.

Plures vero in his causæ dici possunt, vt immobilibus quoque, doli, metus, vis, turpis causæ, enormis læsionis, quas omnes causas solemus in foro ex rescripto rescissorio intendere, etiam si dolo causam dante contractui ius sit dicere ipso iure nullum esse contractum l. & eleganter. D. de dol. & l. doli. C. de inut. stipul. l. si dolo. C. de resc. vend. l. si fraude. C. de præs. long. temp. & l. 4. D. pro soc. vetus quidem

quidem plures expresserat, & in his vinolentiam: de qua nos alibi. A

ᵃ [Povrra.]

Tempus eius petendæ non diffinit, quod erat olim in omnibus rescissionibus triginta annorum, nunc contractius factum articulo sequenti, etiam in immobilibus, & certè breuius quiddam in mobilibus statui oportebat, tum ratione minoris interesse, cùm vilis eorum possessio dicatur vulgo, tum quia consuetudo breuius vbique talium spacium in præscriptionibus statuit, vt patet. art. 272. & omisisse incogitantia est reformatorum. B

ᵇ [En intimant et declarant.]

1 *Hæc denunciatio fit in iudicio aut extra iudicium, &c.*
2 *Necessaria denunciatio rescißionem petenti in mobilib. & num. 4.*
3 *Quomodo denunciatio facienda parte absente.*
4 *Denunciatio inutilis, si iusta causa rescißionis non subsit nota.*

1 *En declarant, & intimant.*] Siue in iudicio, siue extra iudicium testato, & coram tabulariis, siue testibus rogatis, fortuitos nisi spectatæ probitatis in re momentosa non admiserim: Sed & per apparitores cum antestatis fieri posset hæc denunciatio, & protestatio, C
2 quæ iudicis interuentionem non requirit. Cæterùm necessaria omnino hæc denunciatio est rescissionem petituro in mobilibus quidem, nec aliter via futura est ad rescissoriam actionem, sicuti veteri iure ante non poterat agi rescissoria, quàm erat in restitutione in integrum obtentum l. in honorariis. verb. sed cum rescissa. D. de act. & oblig. §. sed istæ. inst. de act. & nos alibi diximus. Sic hic non potest aliter intendi rescissoria, quam hæc denunciatio intercesserit, idque intra spatium hîc diffinitū, nec vltra id, quoniam post D id tempus consuetudo acceptationem contractus infert præsumptione iuris, & de iure, ita vt contra probari nequeat, quam ipsam rationem vetus vnde hæc descripta est expresserat. Sic fit vt post id tēpus executione à lege facta moræ purgatio admitti nequeat l. si is cui. D. de legat. 1. Bart. l. si insulam q. 4. D. de verb. obligat. Rom. cons. 427. Ideóque hæc verba cōcepta sunt per gerundiuum, quod necessitatem importat, cùm verbo futuri temporis adiungitur *pourra*, ex sententia Barto. l. si ita ex parte. D. de acq. hæred. Id idem in immobilibus non fieri pretij, & æstimationis magnitudo facit. E

ᶜ [A la partie.]

3 Si ea præsens est, sin sui copiam non fecerit apud iudicem ex libello ex forma l. in contractibus §. in omni C. de non num. pec. l. vlt. C. de iur. dom. imp. l. denunciasse. D. de adult. l. vim passam §. in matrimonio. D. eod. tit. l. 4. §. toties. D. de dam. infect. ad domum scilicet, & mansionem; notandum autem simplicem declarationem non sufficere, nisi hæc quoque denunciatio interuenerit.

ᵈ [Dans vingt-qvatre hevres.] F

Qui dies est naturalis, sumpta dispositio ex l. capite quinto. D. de adult.

ᵉ [Qv'il ne le vevt tenir.

4 Hic subsiste. Nec enim huius intimationis semper necessarium cōsequens est rescissio, hoc est ad intimationem non protinus cōsequitur necessariam esse resolutionem, quod vulgo imperiti putant cōtra regulas iuris, quibus cauetur contractus initio voluntatis esse, sed posterius esse necessitatis l. sicut. C. de act. & obligat. vbi latè glos. Non igitur cuiusuis est eos pro arbitrio infringere, vt l. 1. C. quād. lic. ab empt. disced. l. de cōtractu. l. non est. C. de rescind. vend. nec fisci, nec alterius cuiusquam priuilegiati l. ratas eod. tit. ne è rescripto quidem d. l. de contractu. & l. inciuile. C. de rei vend. nec enim ab alterius voluntate pendent, sed vltra id idoneæ causæ probandæ sunt, cur rescindi debeant. Nostrates rustici vulgo vinum, & ebrietatem solent causari, digni qui cum suo contractu vapulent, cùm talibus causis nituntur. Sed hoc agit tex. hic, vt non aliter via aperiatur rescissioni contractus de re mobili, quàm si hæc denunciatio interuenerit, sicuti olim ante rescissionem obtentam non dabatur. Hinc fit, vt sine hac denunciatione rescissio nunquam procedat, cum hac non semper procedat.

ᶠ [Povr deception d'ovtre moitié.]

1 *An l. 2. C. de resc. vend, locum habeat in mobilibus.*
2 *In preciosis mobilib. debet habere locum d. l. 2. & nu. 3.*
3 *Gemmarum equorum serici iuuenes emptores, &c.*

Hic textus quæstionem decidit vsus alioqui ambigui. An scilicet in mobilium contractibus competat remedium l. 2. Cod. de rescind. vendit. de qua nil ille quidem tex. expresè differit. Sed glos. & scholastici scriptores cùm de ineunda mobiliū æstimatione dissferunt, ad materiam illius legis satis ostendunt eandem in his rationem sequi, vt eadem exceptio eosdem effectus pariat. Et si verum fateri volumus, & ab rerum æstimationibus, & pretiis damna cōtrahentium æstimamus, fateamur necesse est, plerumque in mobilibus maiora posse incidere, ac valde in cōsideratas eorum rationes, qui ista per omnia eadem trutina appendūt semel, & absolutè negata rescissione, non alia ratione, quam quia de re mobili agatur, cùm quidem talia omnium æstimationum reperiantur, non minus quam immobilia, vt gemmæ, & monilia, & marmora. Itaque gemmæ decem milium ducatorum venditioni ademisse id remedium, fundo triginta librarum dedisse, non alia ratione, quàm quia hæc mobilis, illis immobile est, plane sine ratione est, nec vllam conuenientem proportionem habet. Et si illud vulgatum obiici solet, mobilium vilis, & abiecta possessio est, ex l. si rem mobilem. D. de acq. poss. quod sæpe perquam falsum est. Quod si deceptio ab æstimatione rei quæritur, non maior causa est, cur in altero potius, quàm alio detur præsupposito damno non inæquali. Et si quidem nō semper mobilia quamlibet preciosa, vim, & effectum immobilium possunt supplere, vt in satisdationibus propter interuersionis, aut alterationis facilitatem, aut retractus causam in quibus nullo modo par est ratio, quod Tiraquellus admonet in retract. §. 1. glos. 7. num. 99. Tamen tum exæquant, cum æstimatione tantum quæritur ad deceptionis mensuram, & sibi ex æquilibrio respondent, nec refert mobile an immobile sit, quod perdis, si tanti vtrumque est quod perdis. Quare est alio iure Franci vti dicuntur, vt iam olim testatus est Mas. de empt. §. Item pro re mobili, nec pro re mobili rescissionem tribuere ex d. l. 2. quod & recentiores iurisperiti confirmant. Molin. tit. de feud. §. 22. q. 10. ad fin. & Rebuff. tit. de resciss. contractuum, tamen semper negasse, & in omni cuiuscumque æstimationis mobili, iniurium, & cōtra ius, & rationem est, cùm nil aliud rationis adfertur, quàm quia mobile; & compertum habeamus magnas sæpe, & graues causas esse rescissionum, veluti cum circumforanci mercatores gemmas diuēdunt duplo plus sæpè, quam valeant, aut imperiti rerum adolescētes nu-

A per à tutoribus manumissi, equos, & sericum immensum mercantur. Talibus speciebus lubenter rescissorias actiones dederim, & iniquum fuerit negasse. Nec tamen censeo id remedium friuolo cuiuis applicari debere, cùm sic arbitrantibus futurum sit, vt infinitæ lites exoriantur de re qualibet nihili, tam litigioso æuo; & intra certam æstimationem consistere rescissionum in talibus metas velim. Sed indistinctè denegari ius non patitur, & maiores nostri, quorum istud hic constitutum legitur, non hoc sunt arbitrati, hoc quidem parum cautè, quod æstimationis modum nullum certum posuêre, cùm maximè deberent. Sed prudentes iudices sunt facturi.

Æstimationem ponit artic. 295. N. C.

B

g [Devroit demander ou la rescission.]

1 *In rescissoriis conclusio alternatiua aut ad rem aut ad pretium.*
2 *Actor compellandus pretium restituere post rei electionem de pretio, &c.*

1 Hic quoque iuris ciuilis dubitatio præciditur quomodo scilicet in libello talis rescissoriæ sit còcludendum, cùm multi putēt solam rescissionem esse in obligatione, ideóque ad eam solam concludendum, licet supplementum in cōdemnationem venire possit, quæ sententia recitatur à Bart. d. l. 2. vers. vidimus, & ibi Angel. & hanc amplectitur Odoff. Nic. Mattarel. Bald. q. 10. & 11. & hác dicit esse veritatem, aliter æstimantibus futurum vt re perempta agi non possit ad rei restitutionem. Et ideo in l. 1. C. de rescind. vend. ait pretium reddi non esse de substātia libelli, sed pertinere ad iudicem, ne aliter cōdemnatio restitutionis fiat quam restituto pretio, quod Saly. quoque probat d. l. 2. q. 19. Cast. q. 15. Spec. tit. de empt. & vend. & tit. de rescind. vend. §. nunc dicendum. latè Fabian. de monte Sancti Sabini in tract. de empt. q. 8. & hæc quidem iure ciuili maiorem speciem ex regulis habet. Sed Bart. denique & Angel. alternatiuam conclusionem, quam hic Consuetudo ponit, magis probant, & Panor. Ioan. And. Host. Cano. cap. cùm dilecti. ext. de empt. & vend. & Francisc. Cremens. sing. 84. And. Barbatius ibid. Ipse quoque Baldus autor diuersæ sentētiæ huc quoque delabitur. l. maioribus. C. communia vtriusque iud. & Molinæus. §. 22. num. 42. in feud. Sed ista spineta tolli ex rerum actionibus interfuit reip. nostræ, idque potius spectari, vt suum quisque quam celerrimè consequatur spreta ista morosa philosophia nimium ingeniosæ disciplinæ.

C D E

2 Sed hic quęrimus quod aliquando vsu venisse vidimus. Deceptus in vēditione prædij, egerat rescissoria, & obtinuerat, reus damnatus restituere, aut supplere pretium, restitutionem rei delegerat. Sed qui sententiam obtinuerat aut cunctabatur, aut palam fatebatur se pretium restituere non posse, & iudicato obsistebat, reus vrgebat & iudicatum cōmune esse contendebat, séque ex eo tam niti posse quā ipsum actorem; opponebat actor l. si iudex. D. de minoribus, vbi minori obtenta restitutione per sententiam permittitur absistere si velit iure quæsito, & vsu sententiæ, & glos. clem. cōstitutionem verb. nolle vti de elect. quæ negat, eum contra quem rescriptum impetratum est, posse eo vti nolente impetrante, vt & Innoc. Host. Ioan. And. Panor. c. ex conquestione. ext. de rest. spol. Contra iudicatum est ex sententia agere reum posse, & actorem compellere, vt fundum venditum reciperet, & pretium restitueret. Nam illius legis, si iudex, specialem esse casum & dispositionem, quæ

F

A in his tantum locum habeat, quæ iure aliquo singulari alicui quæsita sunt, aut extraordinario & personali, veluti restitutione in integrum ex causa minoritatis, qui casus est d. l. si iudex, vt ibid. Baldus ait, idem l. 2. quæst. 2. C. de fideiuss. minor. & in d. c. ex conquestione. Secus in ea sententia, quæ iure, communi lata est, quia is qui obtinuit non potest ab ea recedere, nec habet locum pœnitentia, quod Balbus dicit l. si constante. §. quoties. D. sol. matrim. & ibid. Angel. Imol. Roman. Cast. Alex. nonobstante d. l. si iudex, quæ speciale ius continet. Itaque & in casu B redhibitoriæ, qui subsequitur, probat re redhibita per sententiam non posse actorem abstinere sententia, & rem retinere, vt euitet restitutionem pretij, sed venditori, qui rem, aut mancipium ex sententia potest recuperare, competere actionem in factum, id quidem Bald. l. si prędium col. 2. vers. sed penè lata est sententia. C. de ædilit. actio. quæ sententia mire huic loco accommodata est propter vtrumque huius text. casum.

Cęteræ dubitationes, quæ plurimæ ex huius text. materia oriuntur petendæ sunt è suis locis d. l. 2. & C c. cum dilecti. ex. de empt. & vend. Cuius item temporis æstimatio facienda sit, l. si voluntate. Cod. de rescind. vend. déque recto eius ineundæ modo, & quæ alia huc pertinet.

h [Et n'est tollve la redhibitoire.]

1 *Legale tempus in redhibitoria, &c.*
2 *In quibus locum habeat redhibitoria.*
3 *De æstimatoria quanti minoris.*

Hæc exceptio in veteri non fuit, & nimium hic 1
D seduli reformatores fuêre; nisi quod dubitari poterat, an eadem solemnitas in omnibus contractibus resolutiuis de re mobili requireretur. Hic quidē redhibitoriæ legale tempus confirmatur, nec erit necessaria illa intimatio aut declaratio, de qua supra in rescissionibus, quia hic text. se refert ad iuris dispositionem, quæ nil tale exigit. Durat autem hæc actio sex mensibus l. sciendum. §. tempus. D. de ædilit. ed.
Pertinet vero ad venditiones rerum, aut animalium, 2
aut prędiorum quibus vitium inest pręter quam fiscalium l. 1. §. illud eod. tit. tum etiam ad permutationes d. l. sciendum. §. empt. ad locationes non pertinet d. l. sciendum, ac ne donationes quidem l. ad E res donatas. D. eod. tit. Nec solum ad dominia, & proprietates, sed ad vsumfructum quoque l. si tamen. §. non solum eod. tit. & ad prædia l. 1. etiam eod. tit. l. fin. C. de ædilit. act. si fortè pestibiles agri sunt, aut imaginibus infestantur l. etiam. D. eod. l. 4. C. eod. & Plinius lib. 7. epist. Cic. in off. lib. 3. Credo vero ideo hoc loco reformatores mentionem intulisse redhibitoriæ, quia magnam affinitatem habet cum restitutione in integrum l. cum autem Iulianus. D. de ædil. ed. & l. facta eod. tit.

F

i [Six mois.]

d. l. secundum. Sunt vero vtiles d. l. sciendum Bart. l. superuacuam. C de temp. in integ. rest. pest. glos.
Sed hic mirandum cùm tanti Iurisconsulti tam sedu- 3
lam operam adhiberent in excipienda redhibitoria, nihil de æstimatoria, quanti minoris cauisse quæ huic affinis est, imo interdum pro ea intenditur, & aliam consumit l. si is qui hæres. §. 1. D. de except. rei iud. & ciuilis quædam est, alia prætoria, & effectus describit glos. l. Iulianus in princip. D. de act. empti.

Compe-

Competit vero omissa redhibitoria post sex menses intra annum, ad id quanto minoris quisquam rem empturus erat si vitium sciffet l. si tamen in princip. D. de ædilict. ed. intra sex menses eodem effectu quo redhibitoria si omnino empturus non erat. Manebit A igitur & hæc in suo statu vt redhibitoria, cùm easdem causas habeat, aut penè easdem, fines quidem non semper, sed tamen aliquando eosdem d.l. si is qui & l. bouem. §. aliquando eod. tit. Bald. l. 2. numer. 5. C. de rescind. vend.

Article CCLXXXIII.

TOVTES[a] rescissions de contracts,[b] distraits,[c] ou autres actes quelsconques[d] sur heritages, fondées[e] sur dol, fraude, circonuention,[f] crainte,[g] violence,[h] ou deception,[i] d'outre moitié de iuste prix,[k] se prescriront par le laps[l] de dix ans[m] continuels,[n] à conter du iour que lesdits contracts, distraits, ou autres actes auront esté faits:[o] & que la cause de crainte,[p] violence, ou autre[q] cause legitime, empeschant[r] de droit ou fait la poursuite desdites rescissions cessera.

Artic. CCLXXV. CCLXXVI. *in fine* CCXCVII. Novae Cons.

[a] *OMnes rescissiones contractuum,*[b] *distractuum,*[c] *aut aliorum quorumlibet actuum,*[d] *super rebus soli, aut immobilibus initorum, & quorum arguitur,*[e] *dolus, fraus, circumuentio,*[f] *metus*[g] *vis,*[h] *aut captio,*[i] *vltra dimidiam iusti pretij,*[k] *præscribentur*[l] *decennio*[m] *continuo,*[n] *quod computabitur, à die, quo dicti contractus, distractus, aut alij actus fuerint celebrati,*[o] *& à cessatione metus,*[p] *vis, aut alius*[q] *legitimæ causæ, quæ moram iniiceret,*[r] *iure, aut facto, prædictis rescissionibus.*

[a] [TOVTES RESCISSIONS.]

Glossa I.

1 *Rescißiones quæ.*
2 *Restitutiones quæ.*
3 *Tempora petendæ rescißionis, num. 5. & 7.*
4 *Quod intersit inter art. 266. & hunc art. 283.*
5 *Hic art. de præscriptionib. actionum rescissoriarum.*
6 *Decennij præscriptio in rescißionib.*
7 *Nullitatis causæ sub dolo continentur.*
8 *Nullitatis titulorum à causis publicis aut priuatis.*
9 *Ex publica causa contractus nulli.*
10 *Nullitates ex publica causa ab omnibus perpetuo opponuntur.*
11 *Nec rescißionib. opus est, num. 12.*
13 *In nullitatib. ex defectu formæ substantialis, &c.*
14 *Idem in priuato interesse cùm ab lege respectu extranei nullitas, &c.*
15 *Rescißionis vsus est in consensu aut facto partis.*
16 *Cera redempta in pretio, quod officit, &c.*
17 *Citatione interrumpũtur præscriptiones actionum rescissoriarum.*
18 *De cumulatione aut subordinatione actionum rescindentis & rescissorij.*
19 *Vtraque actio semel & simul intentanda.*
20 *Et in vna ad aliam fit interruptio.*
21 *An actio rescindens opposita per exceptionem interrumpat in rescissoriis.*
22 *An probationes in rescindente, factæ valeant in rescissoria.*
23 *Ea de re hypothesis.*
24 *Iudex domicilij est iudex in rescißione.*
25 *Pendente lite rescißionis contractus adimplendus.*
26 *Nisi inhabilitas contrahentis in promptu appareret.*

Rescissionum materiam scholastici scriptores perperam cum restitutionibus in integrum, siue minorum siue maiorum confundunt, cùm vtriusque di- B uersa sint principia, & causæ, Rescissiones ex facto, 1
& conuentionibus partium nascuntur, cum contra intentionem alterius in contrahendo aliquid dolo vel fraude alterius patratum est, quo deceptio contigerit vel contrahentem induxerit, ad id cui seclusa fraude consensurus non erat, vt si vi, vel metu assensus expressus est, aut eorum aliquid quæ hoc articulo continentur, vnde fit, vt cum à talibus factis actiones oriantur, rescissiones item producantur, si quid dolo vel fraude in his est admissum, quæ vtræque non ante triginta annos tolli possunt præscriptione: Sed resti- 2
tutiones in integrum, quæ minoribus tribuuntur, Ecclesiis aut vero maioribus ex his casibus qui citra factum partium extrinsecus contingunt, absentia, ignorantia, non tuto accessu, aquarum eluuie, & talibus inopinatis euentibus & generaliter ex illa clausula, si qua mihi iusta causa videbitur, non vllo actionis iure sed officio iudicis à lege inducto petuntur, quia ex talibus nulla obligatio inducitur aduersus C alium cum quo negotium est, cuius nullum factum proponitur: Ideóque nulla actio eius rei aut euentus causa, cum alio esse potest. Denique officium iudicis nullam obligationem præsupponit. l. qui per collusionem. D. de act. empt. Quamobrem apparet diuer- 3
sas vt causas, ita etiam tempora petendarum rescissionum & restitutionum. Fuit veteri iure annuum restitutoriarum actionum tempus maioribus, sed posterius quadriennij continui esse cœpit l. superuacuam. C. de temp. in integ. rest. cum ille annus vtilis ante fuisset, de quo l. in honorariis. §. sed cum rescissa. D. de act. & oblig. Ias. Aret. Fab. Dy. §. rursus inst. de act. Hoc ius ad Ecclesias quoque productum est c. 1. de rest. in integ. in 6. & clem vnica eod. tit. Minoribus quoque idem tempus à primo maioritatis die concedebatur d. l. superuacuam. Sed de his inferius videbimus. Sunt igitur paria præscriptionum tempora in petendis rescissionibus ex contractu, & restitutionibus, per officium iudicis.

4 Sed antequam materiam hanc ingredimur diligenter præmonendi ſumus, quid inter hunc articulum & eum qui ſupra poſitus eſt numer. 266. interſit. Nam & ſi vtriuſque tempora eadem ſunt decēnij ſcilicet, tamen longa eſt finis, & vſus eorum eſt differentia, Ille enim de eo dolo & ea fraude ſtatuit, quæ ex contractu duorum extraneo cuipiam extra cōtrahentes ſtruitur, cui dolo occurritur per oppoſitionem, & intercesſionem, ſi modo eam intra decennium intendat, quod ipſum decēnium à die demum certificatio-
5 nis bannimentorum currere incipit, nec ante. Sed hic articulus loquitur de eo dolo qui ab ipſis contrahentibus inter ſe admittitur, ex quo cùm cauſam dedit contractui, aut incidit in contractum reſciſſiones cōceduntur, quæ vulgata eſt tractatio tit. de dol. ſcholæ totius l.2. & Angel. l. ſi dolo.C. de reſcind.vend.Currit autem ab ipſo die contractus initi. Hoc vtriuſque articuli diſcrimen valde notari conuenit, ne temporis identitas paralogiſmum inducat in diiudicāda diſpoſitione vtriuſque. Sed de reſtitutionibus poſterius.

Hic quando de præſcriptionibus reſciſſoriarum actionum quæritur, quæ ex dolo, fraude, circumuentione, vi, metu, deceptione alterius è contrahentibus naſcuntur, vel etiam extra contractum ſiue iudicialiter ſiue extraiudicialiter, ſi modo factum alterius partis eam noxam admiſit, quod cùm accidit, datur actio ex facto perſonali, quæ ante triginta annos non intercedit, quæ tractatio eſt gloſ. l. ex contractibus. C. ex quibus cauſ. maior. Bart. & aliorum d. l. & eleganter gloſ. 1. & totius ſcholæ l.2. in princip. C. de reſcind. ven. gloſ. & Angel. l. ſi dolo eod. tit. glo. & Bart. l.1. C.de iud. aliorum l.ſi quis cùm aliter. D.de verb. obligat. Cano. c. cùm dilecti. ext.de empt.& vend. c. 1. de reſt. in integ. in 6. & clem. 1. eod. tit. Bart. & Saly. l. vlt. ſuper gloſ. verbi in minorum. C. de temp. in integ. reſt. pet.

Nec magnopere laborandum eſt res agentibus cuiuſmodi iſtæ ſint actiones, per quas reſciſſiones petantur, officium iudicis nobile, condictio certi, an actio de dolo. De quo Pet. Cyn. & alij pugnant d.l. 2. & d.l. ſi quis cùm aliter, quæ technicam reſipiunt, & magiſtros fateor: Sed hodie in puluere verſantibus, & foro nihil eſt neceſſe, cùm nec nomina veterum actionum, nec formas, aut effecta omnia neceſſe habeamus conſectari meliore vſu & neceſſitatibus hominum magis quam arti accommodato l. pen. D. de neg. geſt.

6 Proinde hæc ſcriptura huius articuli pene ad verbum deſcripta eſt de Ord. Lud. XII. Regis, quæ facta eſt de concilij ſententia, anno 1512. artic. 40. paucis admodum immutatis, quibuſdam etiam ex illa ex ſcriptis, quæ minimè in ius conſuetudinarium inferri conueniebat, vt ſuo loco dicemus. Ratio eius in præfatione ſcripta eſt, quia reſciſſionum tempus nimium videretur longum, quod iure ciuili eſſet conſtitutum, & incertæ cuiuſque futuræ poſſeſſiones eſſent, nemo araturus, aut implantaturus, aut inædificaturus dubij iuris poſſeſſionem. Ex quo viſum eſt decēnij tempus ſatis longum, & tricennarium contrahi, ad oppugnandos & infirmandos titulos quiſque dediſſet ipſe, ſi cauſa rationabilis ineſſet, atque ita depoſito metu & periculo quiſque ſuo contractu, & re acquiſita frueretur, araret & coleret, & contractus ex toto reualeſcerent. Hæc vera conſtituti cauſa, manentibus interim reſtitutionibus, id eſt, noſtris releuamentis in ſuo ſtatu, de quibus illa ordinatione eſt conſtitutum: Nec perturbari materiam oportet vtriuſque, affinitate argumenti.

7 Sed cùm hic & ciuili iure multæ reſciſſionum cau-
A ſæ dicantur, quas omnes ex reſcripto reſciſſorio intendi vſu Francorum tribunalium vſurpatum eſt, de his cōtractibus qui nullitatis arguuntur nihil hic eſt expreſsè traditum, niſi quod doli quoque cauſa adiecta eſt, ex quo cum contractui bonæ fidei cauſam dedit, nullum eſſe contractum volunt d.l. & eleganter d.l. ſi dolo eod. tit. l. dolo. C. de inutil. ſtipul. cùm incidit reſciſſiooem admittunt Ang. d. l. ſi dolo, alij d.l. ſi quis cùm aliter, & tamen hunc etiam doli caſum ſubiicit reſciſſionum regulæ hic articulus, etiam ſi contractus ex dolo nullus eſt ipſo iure, Ex quo Rebuff. ſcribit etiam ex areſto nullitatis cauſas illo arti-
B culo legem non habere, ſed vſque ad triginta annos agi poſſe ad declarationem nullitatis contractus, qui ipſo iure nullus ſit. Et vt ea ſententia quibuſdam de cauſis & nullitatibus rationem habeat per omnia habere non poteſt, ſi hæc diſpoſitio valitura eſt, quæ de dolo reſciſſionem, eámque decēnalem præfinit. Dixi- 8
mus initio, cùm de nullitatibus titulorum egimus, eas variis euenire de cauſis, & alias publicum ſpectare, alias à priuatis cauſis deduximus. Et earum quæ ex cauſis publicis nullæ ſunt, exempla dedimus, cùm ex turpi cauſa contrahitur, aut turpiter promittitur, &
C generaliter contra bonos mores, quod medico ab ægroto, quod patrono à cliente, quod iudici ab litigatore detur, valetudinis curandæ, litis perſequendæ, aut iudicandæ in ea cauſa eſſe. Tales cōtractus ex pu- 9
blicis cauſis nulli ſunt perperua & prohibitoria legis diſpoſitione, de quo vulgò diſſeritur, l. cùm lex D. de fideiuſſ. l. non dubium. C. de legib. Ex perſonis, cùm ab his fiunt, quibus bonis eſt interdictum, aut qui capitali ſupplicio damnati ſunt, & ius ciuile ſuæ ciuitatis amiſerunt ex criminis cauſa, aut qui intellectum non habent, & ideo nec conſenſum, furioſi, dementes: de quibus Bart. l.1. D. de nouat. & d.l. cùm lex &
D alij l. is cui bonis. D. de verb. oblig. Ex rebus, cùm res in commercio non ſunt, ſacræ, religioſæ, ſepulchra, domanium regis, liber homo. Hæ omnes nullitates publicas prohibitionis cauſas habent, quare ſi quando contra fit, in totum nihili eſt quod fit, actus pro non factis nec dictis habentur, ſine vllo iuris effectu, ne nomine quidem, aut appellatione contractus digni, ſed actus tantum meri facti propter legis ptohibitionem ex publica cauſa. Tales nullitates ipſum actum 10
per ſe afficiunt, & ideo ab omnibus opponi poſſunt etiam quorum ea res non eſt, quibus tales contractus
E obiiciuntur, ad impediendas cuiuſcumque pręiudicij pręſcriptiones, ex talibus dictis titulis. Eſt enim publica & popularis pręſcriptionis prohibitio. Itaque ſi quis tibi quacumque de cauſa agenti opponat exceptionem emptionis de re ſacra, aut contractus cum furioſo facti, aut infante, aut promiſſi hominis occidendi cauſa, replicare poſſis contradicēdo & actum refellendo, hic tuus dictus titulus re vera titulus non eſt, ſed actus facti nullo iuris effectu, nec poſſit excipiens duplicare, tua non intereſt, cum potentiam iuris tali actui lex ademerit realiter, ita vt ſine vllo ef-
fectu maneat aduerſus quemcumque intendatur pro
F titulo. Tales nullitates fateor reſciſſionibus non in- 11
digent, ipſa enim legis executio pro nullitate eſt, nec hominis, aut factum, aut iudicium expectat, aut declarationem, quia potentiam lex remouit ab actu, & nullitatem impreſſit actui. Vnde his perpetuo nulli- 12
tates obiici poſſunt, nec iſta decennij regula conſtringuntur, quæ de his tantum ſtatuit, quæ priuatas cauſas annullationis habent, & ideo in talibus actus nulli non ſunt propter conſenſum qui interuenit, ac proinde non ſine priuatorum querelis infringuntur, propoſitis & probatis, idque intra tempora hic pręfixa:

quia initio validi post inualiditati subiecti, rursum reualescunt tempore, si non oppugnantur suo tempore, validior enim ad annullationem multo est publica quàm priuata causa, cùm lex prioribus resistit, priuatis non assistit.

Quod si nullitates ex publicis causis, rebus aut personis indictæ huic articulo subiicerentur, necessario eueniret, vt intra decennium hoc, peti deberent, quia omnium rescissionum vnica lex hæc est. Sed id perquam falsum est, & tamdiu opponi possunt, quamdiu res ipsæ prescriptæ non sunt, in casibus prescriptibilibus, id est, intra quadraginta annos. Nam res quantumcumque turpiter acquisitæ furto, latrocinio, aut talibus causis præscribi iure ciuili possunt, non ex titulo qui vitiosus est, sed longissimo tempore, quod titulum non exigit. Non est igitur in talibus necessaria rescissio, quæ si adhibetur, facti potius dicitur quàm iuris ad summouendum impedimentum facti. Nam iuridicæ rescissiones habédæ sunt, quæ aduersus contractus per se quidem, & iure subsistentes intenduntur, sed propter intercurrétes causas rescissibiles sunt.

13 Eadem ratio nullitatum, quæ ex defectu substantialis formæ incurrunt, si testamentum minus solemne, decretum, insinuatio, aut tale aliquid nullum dicitur, non est necessaria rescissio, etenim cùm de forma constitutum sit legibus, aut ordinationibus præscripta, si ea adhibita non doceatur, deesse intelligitur, atque ita actus corruit, & in totum nullus est, nec rescriptum necessarium est ad arguendam nullitatem.

14 Sed ne illæ quidem, quæ priuatum interesse respiciunt, & ab lege respectu extranei cuiusquam apponuntur, necessarium habent vsum rescriptorum rescissoriorum. Quod pater vni ex filiis donauerit preter modum, quod vnus paterfam. vni ex præsumptis hæredibus præter suam ratam, quod vir vxori, aut vxor viro, tali remedio nil indiget, quia hæredi aut filio ex suo priuatim iure & capite contra factum defuncti venire licet, & immensitatis aut inofficiosi arguere donationem, nec habet necesse petere rescissionem, sed recta replicare potest de nullitate actus.

15 Relinquitur rescissionum vsum non in omnibus nullitatum causis tribui, quod vulgò respondere solent pragmatici, sed eo demum casu quo consensus partis aut suum ipsius factum obiicitur, quod vt conuellat necesse habet qui consensit eo refugere, vt rescindi petat, quod alieno dolo aut fraude inductus fecerit, quod remedium iure qu dem ciuili nó aliunde quam ab Magistratibus peti solebat, & in conuentibus ordinum Aureliis actum est, vt hoc ius restitueretur.

16 Sed hoc æui quo pretio ius omne prostare cœpit, decretum præferri non potuit, duplicato nuper etiam, quod magis mirandum sit, eius mangonij pretio. Nec id ætas patrum in Britannia norat, quo tempore simplicissimè quisque suum ius exequebatur, nec cera redempta in pretio erat. Sed trãscripto in regiam Frãcorum Ducatu nostro, commerciis malorũ Magistrorum facti sumus non boni discipuli, vt Coraces Titiæ, & mile modis reperimus lites texere, retexere, producere, inuertere. Sic, Gallia causidicos docuit facunda Britãnos. Petuntur igitur ex rescripto rescissiones cõtractuum aut aliorum actuum, in quibus agentis factum ab reo obiicitur: Sed id intra decennium, quod nisi fiat reualescunt post id tempus contractus, in totúmque talis nullitatis querela intercidit, quæ ex causis hic expressis intendi poterat.

17 Porro quomodo interrumpantur hæc rescissionum petendarum tempora diximus alibi, citatione scilicet quomodo actiones personales omnes, si modo intra prescriptionis tempora partes in iudicio audian-

A tur. *Et qu'il soit exploicté dedans le temps en vertu d'iceluy* quod alibi docuimus. Et vetus consuetudo expresserat. Ne tamen ex eo quisquam protinus inferat contestationem necessariam esse, quæ in personalium actionum interruptione non exigitur. De illo etiam an interruptio in rescindente facta valeat in rescissorio, alibi disseruimus suis locis.

Exigit fortasse hic locus, vt extra præscriptionis 18 materiam, quæ sola hic proponitur, dicamus etiam aliquid quod ad rem faciat, de cumulatione aut subordinatione harum actionum, rescindẽtis & rescissoriæ, de quarum vi nominibus, & origine, non citra

B sudorem disputationem transigunt Doctores, Bartolus imprimis l. ab hostibus, §. sed simpliciter, & l. nec non §. exemplo. D. ex quibus caus. maior. l. in honorariis. §. sed cùm rescissa. D. de actio. & oblig. Dyn. Ioan. Fab. Angel. Aret. Ias. §. rursus instit. de act. nũc nullus est tam tyro, qui ista nesciat. Illa vero dubitatio intensior, an vtraque simul intentari actio possit. 19 Erat aliquis qui prædium vẽdicaret, fraude aduersarij inductus, vt bonam litem remitteret, detecta fraude rescindentem actionem ex rescripto intendit, & prioris litis aramenta (vt loquuntur) resumpsit: tota iu-

C risprudentia hîc reclamat, nec ante de priore lite, aut ante competente actione, aut iure contestari posse, quam claustra refracta sint, quæ ante obsunt, trãsactio si lis fuit aut contractus, quibus demum perruptis via fiat ad priorem actionem, ergo ante rem vẽdicari non posse, quam contractus venditionis rei ob dimidiam iusti pretij non solutam fuerit rescissus; quidam tamen subordinatè actiones istas intendi admittebant, nec sine lite ista in tribunalibus olim transacta aresta quæ scriptoribus Francicis memorantur ostendunt; & quæ Imbertus in Enchirid. scripsit verbo nullum. Fuit ista disputatio, d. l. honorariis, d. l. ab hosti-

D bus. Cyn. Pet. Baldi Saly. Alber. & aliorum, l. quod tempore. C. de restit. minor. Dyn. Ioan. Fab. Iason. Bald. Angel. d. §. rursus Specul. §. 1. vers. sed nunquid in eod. libello, titulo de integ. restit. Pet. Ferrar. in libello de restit. integ. glos. verbi admittẽdum. Et pro hac sententia iudicatum ab suis Delphinatibus scripsit Guid. Papa quæst. 143. quanquam alteram sententiam magis probaturus ni præiudicato vetaretur. Sed hanc dubitationem tribunalia præciderunt obseruatione, quæ vtramque actionem simul & semel intentant, & contestantur, quod longe ante proba-

E uerat, glos. clem. 1. de restit. in integ. verbo sin minus in fine, & receptum vsu testatur. De quo dubitari in nostris quidem tribunalibus non conuenit, cùm de eo extet. Ordin. Francisci Regis I. nostræ priuatim Britanniæ edita anno 1535. art. 29. Ex quo illud 20 etiam consequi necesse fuit, vt interruptio in vno facta, in alio quoque interrumpat, cùm vna eadémque lite intenduntur, quod cùm olim aliter fieret, nec ante rescissorium intendi posset quem rescindens (quam nos instantiam literarum solemus appellare) esset finitum, & pro actore iudicatum, alioqui si succubuerat via ad rescissorium enixius obstruebatur.

F Illud quoque consequebatur, vt interruptio in vno facta, in alio non prodesset, & separata tempora præscriptionum rescindentis & rescissorij essent, quod Ioan. Fab. & Ias. differunt. Nunc vero vtrique rescindenti, & rescissorio vnicum hoc decennij tempus est præfixum, & vna interruptio vtrobique actionem conseruat, mixta indiuiduè instantia. Cui dubitatio- 21 ni alia quoque agnata est, an scilicet opposita actione rescindente per viam exceptionis interruptio fiat in rescissoria, quod quomodo fiat Bart. innuit magis quàm explicat, credo foro minus exercitatus: Non

longa est fabula, & abunde talium experimentorum tribunalia suggerũt. Egerat aliquis actiones ex empto ad rei traditionem, reus obstabat, & excipiendo remedium rescissorium intenderat. Sed & replicando intendi frequens, vendicauerat aliquis fundum, reus de contractu vẽditionis exceperat, exceptione empti, actor viso instrumẽto, quod à patre erat confectum, & venditio facta, instantiam literarum rescissoriarum intendit. Hic Bartol. Angel. Ias. & cæteri. l. nam & postea. §. minor. D. de iureiur. interim actionem suspendi volunt, & super exceptione principaliter veluti præiudiciali cognosci, atque ita fieri interruptionem, si exceptio per viam actionis intenditur, secus si vi ordinariæ, & vsitatæ exceptionis ad finem tantum repellendæ actionis ageretur, nec ex parte excipientis conclusio restitutoria intentaretur, quia receptum sit theorema exceptiones non interrumpere sua vi, de quo Saly. l.vlt. C. in quib. causis maior. Barto. d. l. nec non §. exemplo. Ioan. Fab. l. cùm notissimi. C. de præscript. 30. annor. Bartol. l. exceptiones. §. intercessiones. D. de excep. Atque sic eos necesse fuit iudicare, posito eo, quod ante ex his recitauimus, de rescindente separata instantia vt præiudiciali iudicari oportere, nec eas posse cõiungi propter
22 præiudicium in altera. Vnde illa quoque inquisitio an probationes in altera instantia factæ, in alia valerent, si fortè actor in rescindente obtinuisset, & nunc rescissoriam adornaret, & valere quidem putarunt, sed non facere plenam fidem, quia alia instantia & diuersi fines essent: Quod Alb. & Saly. disputant l. fin. C. in quib. caus. maior. & d. l. quod tempore Ioan. Fab. §. Sed istæ inst. de act. Guido Pap. decis. 132. Sed amplius deliberandum, & vsu docemur amplius aliquid inquirẽdum. Quare hic habẽdum, cum in actione aut instantia rescindente non aliud quæratur quam de rescindẽdi causis dolo, vi, metu, aut talibus, frustra induci probationes super dominio rei, est enim is tantum rescissionis finis, vt actor reponatur in eum statum in quo erat ante eum contractum per quem deceptus est, quod Bart. persequitur. d. l. ab hostibus, & alij. d. §. rursus. Ad quem effectum sufficit probatio causarum, de dominio enim & proprietate nondum quæritur, quia adhuc actor ad id admissus non est, & obstat rescindendus ante contractus. Itaque tota dominij & proprietatis disceptatio propria est iudicij rescissorij, postquam actor in rescindente obtinuerit. Nec est hic magna litigandi materia, cùm ex sententia Doctorum duæ instãtiæ separatæ fiunt, non probare eas probationes, quæ in alio iudicio sunt factæ, etiam inter easdem personas, sed alio fine, & loci ea de re sunt vulgati. Sed iure quo vtimur, & si instantias omnino coniungi oporteat, contingit tamen eas non semper ab initio iunctas esse, veluti hoc
23 casu: Cum filius hæres suspicaretur prædium aliquod venditum ab patre, nec instrumentum venditionis reperiret, sciret tamen non iusto pretio venditum, vt necessitatem exprimeret ab reo tituli vẽditionis exhibendi, ab vendicatione prædij exorsus est, libellum porrexit, & conclusit possessione cedi, lite cõtestata probationem induxit, testes citauit super dominio & hæreditatis capione, reus visis probationibus veritus ne cedere cogeretur, coactus titulum vẽditionis tandem ostendit. Hic actor obtento quod intenderat, rescissionem contractus petit, ex l. 2. de rescind. vend. veluti replicando, quod Bart. cæterique ex eo videntur attingere d. §. si minor. Hic si de probationibus quæritur, scio sæpe in foro in hac secunda literarum & rescissionis instãtia probationes induci de dominio, & positiones fieri de eo & proprietatis iure. Quod nullo modo facere sinendi sunt, cùm de eo planè in priore instantia, cuius ea erat propria, & particularis sedes, & locus cognitum, & probatum sit, & in totum diuersus finis sit posterioris rescissoriæ instantiæ de probatione scilicet causarum rescissionis duntaxat, quæ initio quidem intendi debuerat, si de exceptione, id est, contractu rescissibili constitisset. Sed is in productione demum, & inter aliud litis instrumentum apparuit, ex quo nata rescissionis materia, cuius prætextu non est retentanda prioris actionis aut dominij probatio, aut causa præterita perfecta suo fine & cõclusa. Neque enim quod de dominio inquiritur, id inquam est ab actione rescindente, sed est ab actione anteriore per venditionem amissa, & quæ restitui petitur, quæ coniunctim quidem fit, cùm instãtiæ initio iunctæ sunt, & vnica contestatione & dilatione, sed si quo modo instantias separari contingat, suos quæque fines, & probationes habent, & concludẽdi media in rescindente dolum, aut deceptionem in priore, & vendicatione dominium. Nec probationum tempora semel finita redintegranda sunt, prætextu nouæ instantiæ, cuius alius finis est, nec confundi obtentu, coniunctionis earum, aut cumulationis. Atque ea finium diuersitas antiquis causa fuit, cur cumulari eas posse negarent, quia in his rescindens esset, veluti antecedẽs necessarium, quo si actor excideret, non esset de rescissorio laborãdum, & fuit illa probabilis ratio, nisi ex opposito illud ipsum respõderetur, etiam probatis rescissionis causis, molestam & sumptuosam nouæ instantiæ redintegrationem futuram. Hæc nulla scholę vmbracula docuerint, pulueris sunt & fori, quæ nullus in scholis rectè aut percipit ipse, aut docet.

Quis in ea causa iudex sit non dubitandum, cùm 24
text. exprimat domicilij iudicem. l. quoniam. C. vbi & apud quem de caus. in integ. rest. cog. deb. Bar. ibi & quos Tiraq. in legib. connub. glos. 5. num. 8. omnino, Imol. in clem. 1. de rest. in integ. num. 27. Bart. l. 2. D. de eo quod cert. loc. Datur enim personaliter, & mirandum etiam aduersus extraneum, cum quo non est contractum rescissionem, quam restitutionem in integrum hoc casu ex dolo textus vocat dari non posse, sed aduersus decipiẽtem tãtum. l. dolus. C. de rescind. vend. cùm restitutio in integrum minorum detur aduersus quemlibet extraneum, vt in rem scripta. l. in causæ. §. interdũ. D. de minorib. Rebuf. tit. de restit. in præfat. in fin. Certè ex eo quod metus causa gestum sit, actio aduersus quemlibet extraneum possessorem datur. l. si cum exceptione. §. in hac actione. D. quod met. causa. In qua de facto personali auctoris cognoscendum est, id est, metu illato ab auctore sine facto personali possessoris, ex quo iudicãdum cum rescissio de causa doli aut vna de his hic expressa intenditur agi aduersus tertios possessores posse, & illum text. d. l. dolus intelligendum in vendicatione directa aduersus tertium, quæ re vera intendi non potest, nisi impetrata, & obtenta prius rescissione. Sed ipsa restitutio in rem est, vt rescissio, & id videtur potius, alioqui in diuersas personas diuidi rescindens & rescissorium contingeret, contra tex. Ordinationis: Multa vtilia ad hunc locum colligit in alio tamen casu Boër. decis. 182.

Proinde (& si peruulgatum) non omisero postula- 25
ta rescissione, & pendente lite super ea interim, quod ex cõtractu dari fieríve conuenerit præstari oportere. Id enim est quod dicitur in integ. rest. postul. ne quid no. fiat rub. Cod. hoc est omnia in eo statu esse, quo ante rescissionem res erat, & contractum obtinere, de quo authentica extat, esset enim iniquum propter rescissionem petitam ex causis extrinsecis, de quibus non

non constat, nec præsumuntur, interim vim potestátemve contractus patentis nec vlla specie vitiosi inhiberi. Quæ ratio est tit. in integ. rest. postul. & si de sententiæ executione, postulata restitutione Pontifex videatur dubitare, in c. suscitata ext. de rest. in integrum, de quo tamen nemo nunc dubitat, siue proposito errore, siue literis ciuilibus obtentis. Sunt vero hæc, quæ de executione dicimus pendente rescissione tam vera, vt etiam si inhabilitas in contrahente proponatur, etiam exclusiua consensus, vt in furioso, pupillo, prodigo, tamen idem obtineat, & executio ex tali contractu ab eis facto rectè postuletur, de quo Rebuf. arresta memorat. d. art. 40. Ord. Lud. Reg. glos. & Molin. vnum in specie in his quæ ad styl. Parlam. adiunxit part. 7. Aresto 135. Contrarium olim senserant & docuerant Aufrer. q. Tholos. 54. & Papa decis. 215.
26 Et re vera, si de eo quod proponitur furore, dementia, interdictione, minoritate in promptu constaret, ex sermone interrogati, sententia interdictionis, aspectu ab ætate, facienda executio non esset nec danda prouisio ex tali contractu, si nil horum probari posset in continenti, fieret haud dubie executio & vero fieri receptum, & cõtractum executioni mãdari, quo solo casu prouisio in instãtia rescissoria cadit, de contentis scilicet in contractu nec amplius: Nam restitutionem petenti vel rescissionem, nunquam datur prouisio contra contractum, esset enim id verè nouare pendente in integ. restit. de quo nos in libello de partag. q. 9.

[b] [DISTRACTS.]

GLOSSA 2.

1 *Distractus quid, & num. 4.*
2 *In transactionib. veris non est locus rescißioni.*
3 *Affectati nominis & tituli transactiones rescinduntur.*
4 *Quictantia à minore in maioritate facta curatori, &c.*

1 Vox inaudita Francis, sed tamen illa Lud. XII. Ord. vsurpata, quæ omnes cuiuscumque modi contractuum resolutiones, quæ ex conuentione fiunt, hic comprehendit, liberationes, renuntiationes, repudiationes, reuocationes & tales actus. Bartol. l. eleganter. §. non solum. D. de dol. dicit quod sicut dolus dans causam contractui impedit obligationem, ita dans causam dissolutioni impedit liberationem in contractibus quidem bonæ fidei, de quibus dubitatum aliquibus casibus, an contractus appellatione censerentur, sed hic locus pertractatus est copiosè ab
2 Tiraq. in legibus connubialib. glos. 5. In hanc ipsam dubitationem cadere poterant transactiones, de quibus exertè pugnatur in schola cum deceptio, & dolus re ipsa tantum intercessisse proponitur aliis negãtibus, aliis affirmantibus. Nam quin dolo aut metu factæ rescissioni subiaceant dubitari non debet. l. interpositas, & l. si maior. Cod. de transact. id est, cùm dolus consilio admissus proponitur. Sin re ipsa, hic confligitur. l. 2. C. de rescind. vend. ab aliis. l. si quis cùm aliter. D. de verb. oblig. Cano. c. cum causa ext. de empt. & vend. Alex. cons. 42. volum. 1. & aliis alibi; Sed in hoc non est multum ponẽdum operæ, quãdo Ordination. Regis Caroli IX. qui tum regnabat anni 1564. cautum est, ne posthac transactiones ex ea causa rescindantur, magno reip. bono, si se Magistratus constantes adhibeant eius legis custodes, quando aliter nihil firmi, fixive in conuentionibus hominum futurum sit, si lites ex litibus serantur, & ingens sit operæ pretium bono viro à lite discessisse, quantumcumque bona, hoc seculo, quo bonis nulla penè secu-

A ritas est ab insanis, indoctis, gratiosis, & redemptis arbitris, qui nuper iudicia obsedêre, quo euenit vt tunicam petenti dari potius palium expediat, quàm litigare, cum iniuriæ etiam Magistratus authoritas adhibetur, duplici dolore & noxa. Eam ordinationem 3
fori asseclæ plerumque conuellere nituntur prætextu anterioris temporis, aut cùm affectati nominis, & tituli trãsactiones dicuntur, cùm re vera lis nulla esset, nec fortasse mouendæ materia, in quo prudentem, & oculatũ se iudicem præstare oportet, vt legem finémque eius obseruet diligenter, nec è diuerso ex aliena materia colorem appingi patiatur non veri nec talis
B argumenti, quale lex desiderat. Denique quæ veræ transactiones sunt omnino obtinere oportet, & si omnia omnium tribunalium mangonia repugnarent, sub constantibus Magistratibus quidem.

Sed sub hoc verbo *distracts*, liberationes & qui- 4
tantiæ generales intelligi possunt, quas minores post maioritatem faciunt suis tutoribus, aut generaliter quicumque his, qui rationibus subiecti sunt, quæ si non contineant expressas expensarum rationes quid, quantum, cui, quare sit expẽsum, ex forma eius quod Bart. & Plat. aiunt. l. comperimus. Cod. de nauic.
C non valet liberatio, & rescindi potest intra hoc decennium, etiam si iuramentum accesserit, etiam si aliquis extraneus promisit facere ratificare, minore in ætate constituto: Etiam si dictum sit visis acceptis, & expensis *charge & décharge*: & omnibus talibus confessionibus, nisi de ipsa vtraque accepti & expensi pagina appareat, aut notarius referat re vera rationes propositas, & dispunctas, & subductas: qua de re extant duo optima & plenissima consilia Ias. 219. lib. 2. Anchar. cons. 330. vbi de talibus liberationibus rescindendis ad plenum agunt.

D [c] [OV AVTRES ACTES.]

GLOSSA 3.

1 *Actus dolo gesti qui in nomen contractus non transeunt.*
2 *Rebuffi improbata sentẽtia nec prorogãdum tempus, &c.*

Nam alij quoque actus geri dolo possunt, qui in 1
nomen conuentionis aut contractus non transeunt, & tamen dolo & fraude cuiusquam geruntur, veluti si quis à doloso creditore persuasus onerosam hæreditatem
E adierit, l. si quis affirmauerit. D. de dol. si fœmina soluto matrimonio ab hæredibus viri inducta sit, vt communitatem acceptaret, sicuti forum loquitur, aut si quis quemquam litiganti summiserit, qui litem perditam nunciaret, vt meliore conditione transigeret, cuius rei arestum Rebuf. memorat, & aliquando ex facto incidisse meminimus, si quis ad ampla relicta dolo testatorem induxerit, vt suis compendiis consuleret. Denique multi casus dici talis doli, fraudis, & metus possunt, qui in nomen cõtractus non trãseant, ex quo necessario hæc vox *autres actes* adiicienda fuit. Nec Rebuffo assentior, qui putat rescissiones eas, 2
F quæ competant ex aliis causis quam hic expressis, hoc tempore non finiri, sed triginta annos durare. Ego quascumque rescissiones ex facto partium procedentes illi legi, & huic dispositioni subiici puto: Sed restitutiones aduersus iudicata ex his ipsis causis, & l. si prætor. §. Marcellus. D. de iud. sua habent præfixa tempora quadriennij, neque per hanc dispositionem mutanda sunt, ne in Ecclesiis quidem c. 1. de rest. in integ. in 6. Itaque quod de temporibus literarum ciuilium impetrandarum dicit, non probo, nec enim breuiorum præscriptionum tẽpora debent prorogari,

cùm hic finis fuerit ord. vt longiores decurtaret. Nec per hanc consuetudinem aut ord. propositio erroris, quæ quinquénio finiri debet, prorogata intelligitur, per hæc verba *ou autres actes*, quia suas speciales prouisiones habent tales restitutiones contra iudicata.

[d] [SVR HERITAGES.]

Hoc verbum præter textum ordinationis additum est ab reformatoribus, quia de mobilibus supra speciali dispositione statuerat, & hoc tantum restabat, vt ne immobilibus statueretur.

[e] [SVR DOL FRAVDE.]

GLOSSA 4.

1 *Dolus dans causam contractui bonæ fidei aut incidens, &c.*
2 *In stricti iuris obligationib. de dolo agendum.*
3 *Has argutias iuris damnat auctor.*
4 *Boni viri est semper bene agere.*

Hæc verba subinde coniungi solent, vt alibi diximus. 1 Huius argumenti receptarum sententiarum, hæc sunt capita, dolum qui bonæ fidei contractui causam dederit contractum ipso iure efficere nullum, l. & elegáter. D. de dol. l. si dolo & l. dolus, C. de rescind. vend. Sed qui dolus inciderit in contractum, non facere contractum nullum sed rescissibilem: ideóque actione opus esse ex eo cótractu. Dedisse autem causam intelligunt, cùm causa contrahendi dolosa fuerit, nec aliter erat quis contracturus, incidere vero cùm erat quidem contracturus, sed non eo modo, quod Alber. & Saly. notant. Quod si contractus ipso iure nullus sit, non agi actione ex contractu ad rescissionem quatenus de facto processit, sed códictione certi aut de dolo. Cæterùm traditione sequuta ex cótractu quamlibet nullo dominium transferri, de quo, d. l. & eleganter, l. 2. C. de rescind. vend. l. si quis cùm aliter. D. de verb. oblig. Proinde nullos esse prosequente demum eo qui dolum passus est, qui in potestate habeat eos expresse, vel tacitè agendo ex eis confirmare, quod idem non potest qui dolum admisit, l. transactione. C. de transact.

2 In stricti iuris obligationibus nullitatem non iudicari ex dolo partis, sed de dolo agendum, vt rescindantur, l. dolo. C. de inutilib. stip. Idem etsi incidat.

Quod si vterque contractus coniungatur bonæ fidei, vt venditionis, & stricti iuris adiuncta stipulatione. Hic stricti iuris obligationem naturam eius sequi, cui adiiciatur, ꝙ Ang. dicit d. l. 2. C. de rescind. vend. & vulgata tractatio est. l. si quis cùm aliter. D. de verb. obligat.

Ex dolo extranei aut proxenetæ contractum nullum non fieri, nec vllam dari aduersus contrahentem actionem, sed de dolo aduersus extraneum, qui dolum admisit. Fulgos. addit. d. l. & eleganter, etiam aduersus cótrahentem si ille extraneus soluendo non sit.

Pet. de bella Pertica omnimodo contractus dolo initos valere putat, si sua substantialia habeant, siue stricti iuris sint, siue bonæ fidei, qui aliorum omnium repræhensionem incurrit: Sed vsus Franciæ eius opinionem sequitur, qui ex omni contractu quantumlibet dolo inito, & actiones dat, & non aliter quam rescripto rescindit, quod & hic tex. ostendit; & illa Lud. XII. ordinatio, & omissa rescissione tales contractus reualescunt.

3 Hæc summa receptarum sententiarum, quæ magistros exagitat & committit, & sunt ista iuris prisci theoremata fateor, sed quod verè, & pace iurisprudentiæ dicere liceat, multa hìc mihi technicam, & magisterium redolere videntur, potius quam disciplinam boni, & æqui. Contractus dolo initos valere non posse, eosdem ex dolo rescindi nunc actione ex contractu, nunc de dolo, nunc condictione certi, inuenta sunt hominum otiosorum, & tricas captantium, reipub. malo & eorum qui ista discunt, & in vsum inuehunt. Bonæ fidei obligationes nullas reddi ex dolo, stricti iuris non item, istud est sensibus illudere acumine inutili. Sunt ista artis fateor, & magisterij. Sed arti insunt argutiæ, quæ miseris litigantibus, & sua persequentibus tam inutiliter, & noxiè propinantur, quam vinum febricitantibus. Quorsum afs si naturales notiones ius & rectum docere possunt sine spinosis, & sinuosis istis præceptionibus? Si quod in veterum commerciis perpetuum fuit, & métibus hominum æterna lex indita inter bonos benè agier. Cur quidam contractus bonæ fidei nomen sibi vendicant, cæteri stricti iuris dicuntur, quasi in his liberius sit fallere, aut cùm viri boni officium sit bene agere, aliud in eo exigatur, cùm stipulatur, quàm cùm vendit, locat, permutat, nec id totum bonæ fidei sit, quod vir bonus agit. Sed magistri rationem reddere conantur, non minus in stricti iuris obligationibus bonam fidem exigi, sed in aliis exuberantiorem. Cur ita? Huius discriminis defensionem ex professo suscepit glos. c. cùm venerabilis ext. de except. §. omnium instit. de actio. & Panorm. d. c. cùm dilecti, & alias differentias, quas ex bonæ fidei mensura adferunt. Sed cur igitur aliæ hanc sibi qualitatem, vt proprij tituli vendicant? cur bonæ fidei dicuntur, & opponuntur aliis? Addunt quia in stricti iuris actionibus non veniunt, nisi ea quæ exigit stricta actionis natura, nec vsuræ nisi promissæ, nec accessoria, nec ea de quibus non est cogitatum. Audio. Nec ista ita esse responsa & tradita ignoro. Vrge. Sed cur ita? Respondent, quia obligationum diuersa est natura. Quid ita? Cur non eadem & vbique bona fides exuberat, nec eundem habent finem boni & æqui. Opinor respondeant, sic traditum à magistris? Ita ne; sacerdotibus boni, & æqui quales se esse, & dici voluerunt, & Cic. lib. 3. offic. eorũ formas effingit, cùm hinc isti tam sinuosi, & mirabiles effectus proueniant, quos ab istis assumptis ducunt. Quare nihil viri boni interesse puto 4
ad validitatem contractus, dolum ne adhibeat stricti iuris obligationi an bonæ fidei. Si viri boni est bene agere nihil refert, quo nomine appelles id quod agit, nec agendi facultas adstringenda est actionis finibus, sed agentis mente. Quamobrem ista cuiuslibet auctoritatis inuenta procul iudiciis exulare cupio, & vnicam iudicandi normam constitui ex bona fide.

[f] [FRAVDE, DOL, CIRCONVENTION.]

ταυτολογία Gallica, cùm sigillatim tantum possint quam coniuncta.

[g] [CRAINTE.

GLOSSA 5.

1 *Quod metus causa est actio in rem scripta.*
2 *Eius tempora ad præscribendum.*
3 *Vis & metus differentia.*
4 *Tempus præscriptionis in actione de vi.*
5 *Quæ dimidia in deceptione.*
6 *In contractib. fœneratitiis nulla præscriptio circa dimidiam, &c.*

Metum

Metum diffinit. l. 1. D. quod met. cauſ. Metum A
facit ſollicitudo impendẽtis mali, quod Cicero ſemel
1 atque iterum deſcribit, lib. 3. Tuſc. quæſtion. Eius
quod metu actum ſit actio eſt in rem ſcripta, quæ datur tam aduerſus metum inferẽtem quam extraneum quemlibet ad quem aliquid ea de re peruenerit, etiam ſi metus particeps non ſit, l. metum, §. quod autem, & l. ſi cum exceptione, §. hac actione. D. quod met.
2 cauſ. l. 3. Cod. eodem. Hæc actio perſonalis eſt, & de iure triginta annos durabat ex gloſ. d. l. 3. & quod ibi Doctores Cyn. Bartol. Angel. Salyc. Alex. tradunt, ea quidem aduerſus metum inferentem, quæ ipſa hoc textu ad decennium contrahitur. Sed aduerſus extraneum, B ad quem ea de re aliquid peruenerat, eius tantum temporis erat quo res præſcribi poterat, id eſt, decennij inter præſentes, viginti inter abſentes, neque enim id vitium reale eſt, vt ante docuimus, in loco de vitiis. Ideóque extraneus poſſeſſor rem præſcribere non prohibetur quindecennio, aut noſtris approprimentis. Habet igitur bifrontem vſum aduerſus metum inferentem & extraneum poſſeſſorem, de quo alibi ſæpè diximus.

[h] [Violence.]

C

3 Vim, cuius qualitates deſcribit gloſ. l. extat. D. de eo quod met. cauſ. & l. 1. D. & C. ſunt autem vis & metus diuerſa: Namque metus ſine vi eſſe poteſt, & contra vis ſine metu, ſed tamen alterum eorum ſufficiens cauſa eſſe poteſt ad reſcindendum contractum, qui ex vi nullus non eſt, cùm coacta voluntas, voluntas ſit, de quo in l. ſi mulier. §. ſi metu. D. quod met. cauſ. Huius actionis tricennalis vt metus erat præ-
4 ſcriptio ante hunc articulum & ord. Ludouici d. l. 3. C. quod met. cauſ. vbi Bart. Alex. Saly. Ang. & cæteri. Sed hæc vis intelligitur, per quam contractus aliquis, aut conuentio inita eſt, quæ reſcindi petitur, D alioqui ſi ſimpliciter ablatiua eſſet triginta annorum daretur actio, quia ibi nulla conuentio præſupponitur, quæ reſcindi debeat aut poſſit.

[i] [Ov deception d'ovtre moitié.]

5 Huius tractationis ſedes eſt l. 2. & l. ſi voluntate. C. de reſcind. vend. aliorum l. ſi quis cùm aliter. D. de verb. obligat. Canoniſt. cap. cùm cauſæ c. cùm dilecti ext. de empt. & vend. in quo mirum eſt, non conuenire inter magiſtros de proportione huius di- E midiæ in emptore & venditore, quæ dicatur dimidia aut dupla. Ipſe quoque Molinæus tam vtrumque conſtanter affirmat, quam negat duobus locis tit. de feud. §. 22. q. 9. & lib. de vſur. q. 14. cùm vtrobique contraria æquè confidenter aſſerat, ſed tamen vtrumque verum eſſe non potuit, de quo hîc non libet pluribus conflictari: Sed vſus vicit dici dimidiam, quæ decem ſit in viginti, & 20. quæ in quadraginta, quæ vltra citràve ſit, vltra dimidiam dici iuſti pretij dici, & reſciſſioni locum facere.

6 Proinde id non omiſero in contractibus fœneratitiis & reditualibus hanc proportionem dimidiæ non F ſpectari, quæ in contractibus commutatiuis vſurpatur, propter pretij incertitudinem. Sed cùm fœneraticiorum norma hodie deſcripta ſit lege, certa & diffinita, ad rationem ſcilicet quindecim pro vno quod ab eo puncto citra declinatum ſit, vel in nummo totum contractum irritat, & vſurarium reddit, nec vlli præſcriptioni talis nullitas cædit, quominus vel poſt centeſimum annum deduci poſſit, quod Molin. perſequitur in lib. de vſur. quæſt. 27. ampliat. 14. & nos ſuo loco fusè ante ſumus exequuti.

Argentr. in Conſ. Brit.

[k] [Se prescriront.]

Glossa 6.

1 *Actiones reſciſsionum præſcribuntur decennio.*
2 *De mala fide inter contra hoſtes art. ſtatuit.*
3 *Emptor præſcribit.*
4 *Actiones reſciſsionum præſcribuntur xxx. annis iure ciuili.*
5 *Et correctus art. Conſ. And. & Cænom. contra Molinæum.*
6 *Continuum tempus aut vtile quid.*
7 *Continuum intelligitur in ſimplici enunciatione.*
8 *Tempus regulariter incipit à die actus, &c.*

Hic tu igitur ſedulo animaduerte præſcribi reſciſ- 1
ſionibus decennio, quantumcumque dolus, fraus, circumuentio, aut quælibet mala fides arguatur, vicimus igitur etiam ſi omnes nobis Canoniſtarum ſententiæ & auctoritates opponerentur, præſcriptiones ſtatutarias etiam cum poſitiua & ſpecifica mala fide currere & procedere, quod hic text. probat, quem locum abunde ſua ſede ſumus perſequuti, & præſertim ſi titulus eſt, vt hic præſupponitur, quanquam hîc non de rei ipſius præſcriptione, ſed de reſciſſione agitur, quia res à Domino vendita præſupponitur, quo caſu nullus eſt vſus præſcriptionis rei. Atque vt hic 2
articulus de mala fide inter ipſos contrahentes inter ſe ſtatuit, ſic ille 266. de mala fide contrahentium aduerſus extraneos; vtrobique igitur ex mala fide procedit præſcriptio, etiamſi omnia omnium iudicia obſtarent, cum diſertè ſcripto oppugnẽtur. Ex quo illud 3
quoque conſequens eſt, falſam eſſe eorum ſentẽtiam, qui emptorem non poſſe præſcribere putant, ex eo titulo quem ſcit reſtitutioni aut reſciſſioni ſubiectũ, quæ perſpicuè hic reuincitur, & tamen ſenſere Imol. & Ant. Butr. c. ad Apoſtolicæ ext. de donat. Alex. conſ. 46. lib. 3. Fely. c. de quarta ext. de præſcript.

[l] [De dix ans.]

Cùm ante reſciſſiones, quæ per actiones petebantur triginta annorum eſſent gloſ. l. in maiorum l. fin. 4
C. de temp. in integ. reſt. pet. gloſ. ex contractibus. Cod. ex quib. cauſ. maior. l. 3. C. quod met. cauſ. & Doct. l. 2. C. de reſcind. vend. nos in princip. huius articuli. Extat in conſ. Andium art. 447. & Cenoma- 5
norum 432. quæ triginta annorum tempora præfinit reſciſſionibus, quos Molin. in additionibus non putat eſſe correctos ord. Lud. licet poſteriori & exiſtimet regis ordinationem parũ rationabilem vt iuris communis correctoriam, ita vt potius illum articulum de tricennaria obtinere debere putet, veluti communi conſenſu ordinum editum non obſtãte ordinatione. Sed id difficile fuerit obtinere vſu, & re vera contra obſeruatur. Nec ego iudicium Molin. probo; Sed tamen qui ius ciuile æquius putat, ſic viſum eſt homini in palatio Pariſienſi educato, reipub. & rerum gerendarum perito non idem protinus videri debet.

[m] [Continvels.]

Continuum tempus quod perpetuo & ſine inter- 6
miſſione currit, quod ne feriati dies, nec abſentia, nec iudicis factum, nec iuſtitium vllum impedit currere, clem. vnica vbi gloſ. & Cano. verbo cõtinuum de reſt. in integ. verb. ſuperuacuam Bart. & alij l. vlt. Cod. de temp. in integ. reſtit. gloſ. rub. D. de perpet. & temp. præſcript. vbi Bart. vtile contra cui iſta omnia obſunt. Regulariter ſimplici temporis enunciatione, omne tempus continuum intelligitur, ſiue in legalibus ſiue ſtatutariis præſcriptionibus, quod gloſ. & Bart. notãt

MMM iij

d. rub. & currit de momento ad momentum, quod regulate est in præscriptionibus omnibus, vt de momento ad momentum currant, totúmque tempus compleri oporteat l. in vsucapionibus. D. de vsucap. l. in omnibus vbi glos. D. de act. & obligat. l. nunquam. §. in vsucapionibus. D. de vsucap. glos. §. 1. verbo triennium inst. de vsucap. Angel. §. in petenda inst. de bono possess. & quæ pluribus Balb. prima parte 4. partis q. 6. differit; cùm contra sit in vsucap. & titulatis præscriptionibus, quæ vltimam diem attingi solum postulant, non vero compleri in momẽto. Porro quod hîc tempus continuum facit intellige in cursu suo. Nam de principio contra est.

Porro hic reformatores expunxerunt verba ordinationis, quæ eiusmodi erant *d'ores en auant, tant en nos pays coustumiers, que de droit escrit.* Et quidem vox *d'ores en auant*, omitti non debuit ne ad lites tum pendentes produci dispositio intelligeretur, cùm verbum futuri temporis *se prescriront* adderent ex illa ord. & in iure nouo condendo operæpretium erat addere, reliquum cùm suæ tantum Britanniæ ius consuetudinarium ponerent, necessarium non fuit, sed ordinationis verba ius toto regno constituunt.

n [A CONTER DV IOVR.]

8 Regulare est vt quoties lex disposuit de tempore respectu actus, tempus id currere incipiet à die illius actus, nisi speciali aliqua cõsideratione diuersum suadeatur, probat. text. l. ait lex. D. ad l. aquil. l. annus. D. de calum. l. mariti. §. sex mensium. D. de adult. l. 1. §. dies. D. de lib. agnos. l. qui duos. §. 1. D. de manumis. Signorol. de Homod. cons. 8. incip. in quæst. vertente inter nigrum. In omnibus quidem læsionibus ex contractu à die læsionis, quæ ab ipso contractu oriuntur, glos. verbo Illuxerit. Cod. de temp. in integ. rest. pet.

o [ET QVE LA CRAINTE.]

GLOSSA 7.

1 *Tempus in principio vtile fit continuum in cursu.*
2 *Tempus à die maioritatis continuum.*
3 *Iure municipali tempus continuum tam in principio quam in cursu.*
4 *Reformatorum incogitantia.*
5 *Sæuitia mariti & alij casus, &c.*

1 Hæc adiectio id tempus, quod supra continuum fecit in cursu, hic facit vtile in sui principio, ne scilicet ante illud currere incipiat, quam impedimentum cesset. Sed vbi currere incœperit, nullo impedimento interpellatur, quod contra fit in præscriptionibus, quæ contra minores currunt. 2 Nam tempus à die maioritatis continuum est, in cursu vtile, vt inferius dicemus. Ratio huius dispositionis est, quæ principium inhibet; quia non valenti agere non currit prescriptio l. 1. Cod. de annal. l. vlt. §. sin autem. C. communia de legat. quam regulam fundatam in ratione naturali (vt Bald. ait) oportet locum habere in statutariis quoque præscriptionibus, quod ille ait auth. nisi tricennale. C. de bon. matern. & l. vlt. §. donec. C. de iure delib. Pan. cons. 22. vol. 2. 3 Sed nos alibi demonstrauimus nos alio iure vti, nec absentiæ, ignorantiæ, aut talium causarum rationem haberi ad inhibendos cursus præscriptionum, in præscriptionibus statutariis aut consuetudinariis, in quibus omnibus, quæ hoc titulo cõtinentur, tempus certum & continuum sit, tam in principio quam in cursu, nisi sicubi contra fieri exprimitur, vt art. 445.

A Quare hic se reformatorum incogitantia prodit, 4
qui veluti nimium diligẽtes, & accurati pictores cùm corpora effingunt imitantur etiam næuos in facie, sic isti cùm de lege regia regni præscriptiones rescissionum vellent efformare, de ea quæ ad instar ciuilis & legalis per legem regiam erat effecta, magno errore non sensere se statutariam, id est, diuersi iuris aliam constituere, cuius natura futura esset alia, nec hanc consuetudinariam id admitteret, quod illa legalis vt scilicet tempus vtile sit. Quod lex regia ciuilis & ipsa constituit, merum ius ciuile resipit. Quod consuetudinaria dictare debuit, diuersam etiam naturam debuit habere; B nec sacro prouerbio in boue & asino arari oportuit, & misceri promiscuo vsu diuersas formas. Nec moueri nos oportuit illa naturali æquitate, qua Bald. nititur, quia qua ratione contra naturalem istam æquitatem præscriptiones ciuiles inductæ sunt cõtra regulam naturæ neminem locupletari cum aliena iactura, eadem ratione (inquam) decursu earum tolli vtilia tempora debuêre, vt inde ius certius & possessionum securitas existeret. Quas ob causas cogitare debuerũt reformatores, se diuersam à iure ciuili præscriptionis speciem condere, quæ iuris ciuilis accidentia C non reciperet, & mala imitatione iuris ciuilis næuos traduceret in consuetudinis vsum & auctoritatem, cùm nec scientiæ, nec ignorantiæ causas, quæ potissimæ sunt vtilium emptorum causæ iure quidem ciuili, in tricennalibus præscriptionibus recepisset, quod l. vlt. Cod. de præs. long. temp. docet & l. sicut in fin. princ. C. de præs. 30. annor. quarum dispositionem posterior iurisprudentia interpretatione elusit, occasione l. vlt. Cod. de temp. in integ. rest. pet. Quare denique tolli vtilia tempora è præscriptionibus opportebat, & restitutiones denegari, si quid in iuris dicendi functione, certi, si quid in dominiis re- D rum, fixi, constituere erat in animo, omninóque magnos viros, & gerendæ reipub. peritos, & prudentes ita censere necesse est, quibus fori mangonium, & iuris cauponatio displicet, quæ miserè prætextu istius iuris per omnia tribunalia exercentur. Sed quoniam ista ferri conuenit, quia ita cõstituta sunt, hanc dispositionem non amplius extendi conuenit, quàm quantum continet, in casibus scilicet rescissionum ex causis hic expressis ex facto partium.

p [VIOLENCE.]

Casus poni potest in vxore, quæ sæuitia successiua 5
E mariti impellitur ad quæque patienda, de quo extat artic. 445. infra. & quæ alienationẽ rerum suarum impedire non potest, aut ad consensum adigitur, aut dilapidationem inhibere nequit, nec rerum suarum restitutionem petere, aut marito ad inopiam vergentẽ actionem intendere l. in rebus. §. omnis. C. de iure dot. & l. si constante in princip. D. solut. matrimo. vel in filiafamil. qui ob continuum patris metum vetatur agere l. 1. Cod. de annal. except. vel in subdito, qui homini impotentis iræ aut truculento & feroci subest, nec propterea audet iudicium implora- F re, de quo Canonist. c. ex trãsmissa, extra de prescript. qui locus tractatur à Balb. 6. parte princip. casu 16. & 20.

q [CAVSE LEGITIME.]

Hoc est, quæ à lege sustineatur, aut moribus: Quia regula est non valenti agere non currere præscriptionem l. 1. C. de annal. l. 1. C. de bon. mater. l. vlt. §. sin autem. C. cõmunia de legat. Cano. d. c. ex transmissa. & c. quia diuersitatem ext. de conces. præb. Bart. l. Senatus. D. de off. præsid. Balb. 1. parte 4. partis casu 21.

r [D

[r] [De droict.]

Glossa 8.

1 *Casus 12. in quibus præscriptio non currit iure ciuili.*
2 *Sed decennio præscribuntur iure Consuet. & nu. 10.*
3 *De restitutionib. minorum & maiorum.*
4 *Restitutionum & rescißionum differentia.*
5 *Restitutio non datur si alia actio competat.*
6 *An restitutio actionis iure non competat.*
7 *Exceptio notanda.*
8 *Hodie Rescißiones & Restitutiones decennio præscribuntur à die maioritatis nu. 10.*
9 *Restitutiones quadriennij, quinquennij, decennij, iure Ciuili.*
10 *Decennium ab ordinatione æque omnibus præfixum.*
11 *Reformatorum incogitantia & vsus contrarius ex ordina.*
12 *Rebufus male subordinat duo decennia.*
13 *Verus sensus ordinationis.*
14 *Appellationes non admittendæ de Decretis, &c.*
15 *Præscriptione completa non quærendum de validitate decreti.*
16 *De temporib. restitutionum quæ maioribus dantur.*

1 Talis fuit olim causa in excommunicato, qui in forensi conflictu audiri nequibat, quam tamen exceptionem consortio Francorum docti, iam in nostris tribunalibus non recepimus, cùm ætate patrum nihil esset in illis frequentius quàm talem exceptionem vsitari. Sed tamen eam causam prodesse ad inhibendam præscriptionem, si sic impeditus potuerat absolutionem petere, quod Bald. ait l. Sed etsi per prætorem. §. 1. D. ex quib. caus. maior. Lud. Rom. cons. 9.

Eadem causa est filiifamilias, in his quidem bonis in quibus pater vsumfructum habet, atque ideo actionum exercitium l. 1. C. de annal. l. 1. C. de bon. mater. Nam in cæteris quæ propria eius sunt, qualia Britanniæ quidem vsu sunt omnia, etiam materna, cùm agendi facultatem recusante patre à iudice consequi possit, & auctorisationem petere, non putant iustum tale impedimẽtum esse ad impediendum principium præscriptionis, quia id remoueri potuit, quod Panor. ait c. ex transmissa Bart. l. 3. §. vsuras. D. de cont. iud. tutel. Ias. cons. 118. vol. 4. Ioan. Fab. l. 1. C. de bon. mat. vbi hoc expressè tenet.

Mulieris maritæ erat futurum idem iudicium ex hisdem causis, quia & ipsa agendi veniam recusante marito consequi potuit à iudice, ex ar. 428. Sed tamen simpliciter à die soluti matrimonij cursum præscriptionis inchoat. art. 445.

Nec hæres ante aditam hæreditatem iure ciuili, nobis ante immixtionem aut acceptationem agere potest, nec conueniri, Ideóque legatariis interim tempus non currit Bald. l. 1. C. communia de legat. Corneus cons. 79. vol. 2.

Creditor conditionalis in eadem causa est, quia ante agere non potest, quam conditio extiterit l. cum notissimi. §. illud. C. de præscript. 30. & Lud. Rom. scribit cons. 84. nisi potestatiua sit conditio, & quã agens potuerit implere, & sibi actionem patefacere, tum enim impediri non videri, qui potuerit facere vt posset, quod Bald. dixit l. 1. §. sub conditione. D. si quis omiss. caus. test. Roma. d. cons. 84. Ex qua decisione male Rebuf. infert venditione facta sub pacto reuendendi, non currere venditori præscriptionem, nisi à tempore redimendi finito, cùm omni die possit agere, de quo nos alibi.

A Sed & cùm duobus tempora subordinata sunt ad agendum, quamdiu tempus prioris durat, sequenti non currit l. 1. §. donec. C. de iure delib.

Sed & nuper iudicatum, cùm quidam causa retractus consignasset pecuniam, & lis totis quadraginta annis durasset, inter retrahentem, & emptorem, victo demum retrahente cùm pecuniam consignatam vellet repetere, & consignatarius sese præscriptione longissimi temporis tueretur, non videri præscriptionem cucurrisse, quia agere ante finitam retractus litem actor non potuisset. Quæ tamen sententia extra casus hic expressos valde periculosa est in iure con- B suetudinario, quo agendi tempora continua sunt, vt ante demonstrauimus, præterquam in casu huius art.

Sed & facti impedimenta hoc idem (verbo *de fait*, veluti si quis ignorat ius sibi competere) l. vlt. Cod. de temp. in integ. rest. pet. Alex. cons. 89. vol. 2. & 169.

Ex causa absentiæ necessaria & probabili l. vlt. D. ex quib. caus. maior. Ex eo quia in vinculis detineatur l. ait prætor eod. tit. & l. succurritur. Aut quia ab hoste captus sit l. 1. l. item ei. D. eod. tit.

C Quia reip. causa absit l. 1. eod. tit. nisi quidem affectata absentia. Si tutus accessus non fuit clem. pastoralis. Ext. de re iud. c. accidens ext. vt lit. non contest.

Si tempestatibus retentus quis est, aut aquarum eluuie l. 1. D. de diuers. & temp. præscript.

Si iustitium fuit & magistratus sui copiam non fecit d. l. 1. D. de diuers. l. 1. §. dies. D. quand. appel. sit l. 2. § dies. D. quis ord. in bono. posseß.

Si quis morbo, peste, bello impeditur l. 2. D. si quis caut. c. ad supplicationem, ext. de renunc. c. ex parte, ext. de appel. Si minor. pupillus, infans, furiosus, D amens.

Proinde impedimenta ista penè omnia eluuntur vno responso, cùm scilicet absuturus, aut retentus, aut impeditus, procuratorem dimittere potuit, aut litem contestari, aut aliomodo interrumpere præscriptionem, cuius rei tractatio est l. vlt. D. ex quib. caus. maior. Semper enim absuturi debent dimittere procuratores ad impediendas præscriptiones, quod nos alibi ex Bart. diximus d. l. fin.

Ergo decennio transacto obstabit omnibus rescissionibus exceptio litis finitæ id est, finis non reci- 2
E piendi, nec contestari, aut super principali respondere quisquam cogetur, quod alibi fusius sumus persequuti.

De modis interrumpendi hanc præscriptionis speciem diximus alibi.

Sed propter affinitatem materiæ, hic quoque de re- 3
stitutionibus minorum, & maiorum, & temporibus earum intentandarum tractationem annectere visum est ex ord. Francisci Regis primi anni 1539. art. 134. propterea quod in eo argumento plurima sunt animaduersione digna, nec tamen tribunalibus vulgo nota, multa certè cum iure nostro patrio non vsque-
F quaque congruunt. Restitutiones minoribus con- 4
ceduntur beneficio ætatis, cùm facilitate sua, vel alieno facto læsi sunt, maioribus ex clausula si quã mihi iusta causa videbitur; verum sicut recissiones conceduntur his qui facto dolóve partium læsi sunt, sic restitutiones sæpius ex aliis causis sine vllo partium facto dari solent. Rescissiones in suo nomine tribunalibus manent, restitutiones releuamentorum nomine, vsu intelliguntur, quo ipso nomine vtitur glos. c. 1. de restit. in integ. in 6. Finis rescissionum vt acti us dolo facti rescindantur, restitutionum vt amissæ actiones

A citra contractum, restituantur. Et si non raro vtraque appellatio confunditur vt l. dolus C. de rescind. vend. vbi restitutionem vsurpat pro rescissione. Sed & è restitutionibus eas quæ minoribus & maioribus conceduntur, iudicis officio concedi eodem modo traditum. De minorum restitutionibus tex. l. quod si minor. in fin. l. in causæ. §. interdum. D. de minorib. l. vlt. vbi Doct. C. ex quib. maior glos. l. in causa 2. in princip. D. de min. Bartol. l. 2. D. quod cert. loco. Quæ
5 causa est, cur negēt restitutionem dari cùm per actionem minori succurri potest d. l. in causæ & l. vlt. si tut. vel cur. interuen. Quod si restitutio concessa est actio ante extincta restituitur, quod glos. ait d. l. in causæ, quæ innuere videtur rescindens & rescissorium simul
6 intendi posse. Negant igitur contra veteris glosatoris sententiam restitutionem iure actionis competere: Ideoque quadriennio concludi, stato earum restitutionum tempore, quæ officio Iudicis conceduntur. Nam si quo casu per actionem cōpeteret, veluti si factum aut dolus partis interuenerit in actu cum minore gesto, regularia cęterarum rescissionum tēpora non magis minori, negari poterunt quam maiori ex hisdem causis: Ideóque non minoris temporis essent hoc casu restitutiones minorum quam maiorum, tri-
7 ginta annorum scilicet olim. Quod ideo dictum voluimus, ne quis id quod vbique de minorum restitutionibus dicitur officio iudicis dandis putet esse perpetuum, Ideóque nunquam eas quadriennij metas excedere. Nam si in actu qui cum eo gestus est, dolus partis interuenit non minus rescissio competet, si volet eam intendere quam maiori, & eadem tempora seruabit, qui cùm per actionem ex contractu purgatur triginta annorum actio est, glos. l. vlt. verb. in minorum C. de temp. in integ. rest. glos. l. ex contractibus C. ex quib. caus. maior. & l. 1. C. de iud. vbi Bart. Doct. l. 2. C. de rescind. vend. & glos. c. dile-
8 cti. ext. de empt. Hodie per hanc ordinationem rescissiones, & restitutiones, quæ minoribus dantur in totum exæquantur ex quibuscunque causis competant, nec post decennium competunt à die maioritatis, sicut nec maioribus quidem: Sunt vero ordinationis regiæ verba. *Nous voulans oster aucunes difficultés.*

9 Sunt quidem in hac ordinatione aliqua, sed in ista non sunt omnia, & vt multas spinosas quæstiones iuris sustulerit, nimium multas reliquit. Dubitationis materia oriebatur ex l. vlt. C. de temp. in integ. rest. & l. vlt. C. si maior. fact. alien. rat. habuer. quæ non eiusdem temporis omnes, nec eadem decempeda metiendæ videbantur, altera quadriennium restitutionibus tam maiorum quàm minorū statuit, altera quinquennium & in contractibus lucratiuis decennium, vtraque Iustiniani, & eodem volumine, neutra alterius mentionem infert, quas quidam ita conciliabant, vt alteram locum habere vellent in alienationibus rerum minorum cum decreto factis, alteram, si cum decreto. Rursum eas restitutiones, quæ iure actionis minoribus darentur (vt ante diximus) multi iudicabant non posse breuiori tempore concludi, quàm quę maioribus competerent. Nam cur minus iuris esset minoribus, & imbecillæ ætati? Sed & in foro Parisiensi non vna patronorum factio, cùm nullitatū causas in contractibus minorum non minus triginta annis excludi multi obstinatè contenderent, quippe restitutione nil opus esse aduersus contractum per se nullum, nec ergo vlla tempora tali querelæ opponi debere, quia actus temporis cursu non posset reualescere; quidam ad nullitatis causam etiam læsionem adiungebant, vt triginta annorum esset actio, aut resti-

A tutio, sin sola læsio solum quadriennium dabant. Hos 10
conflictus vt sedaret vir ille, qui tum in foro vehementer eas pugnas caluisset, primas ordinis togati adeptus, author fuit scribendæ legis regiæ, quæ anno 1539. ea de re lata est, in qua alia atque alia eius consessus, & hominum iudicia extare non ignoraret. Igitur sic cōstitutum omnes omnium restitutionum causas, quæ maioribus factis darentur, ex eo quod in minoritate gessissent, siue nullitatis, siue læsionis, siue imbecillitatis essent, intra decennium à maioritate cœpta instituendas esse. Sed essétne id tempus continuum initio, an in cursu non satis erat expressum, cùm initio vtile l. 1. C. de temp. in integ. rest. statuisset, & verba in hac ord. scripta in cursu vtile facere videantur verbo, *sinon comme en semblable cas seroit permis aux maieurs.* Quæ ratio admissa in cursu, vt in initio quoque idem obtineat valde identitas monet, si quidem hędem causæ proponuntur. Quam tamen clausulam in totū me auctore expungi oportebat, si ius certum constituere erat in animo, ea addita ad veterem iuris dubitationē de continuatione temporis rediri necesse fuit, magno iuris & reip. malo, cùm nostræ statutariæ omnes præscriptiones continui temporis essent constitutæ, & aliter sentientibus necesse sit infinitas & diutinas cōtrouersias de iure dominiorum prætextu talium restitutionum, quæ passim ex his causis dantur, relinqui & æstuare tribunalia gliscentibus talium illecebris. Nec 11
hic quidem temperare queo, quin reformatorum incogitantiam reprehendam, qui quo anno ac mense illa lex regia de decennalibus restitutionum præscriptionibus promulgabatur, alium ipsi ac diuersum in suum reformatæ consuetudinis Codicem articulum eadem de re constituebant art. 462. inf. vt scilicet minoribus maioribus factis tempus non longius quadriennio ad restitutiones obtinendas daretur. Quæ cùm valdè pugnent, scio obtinuisse vsu regiam, sed quod compertum habeo & externorū iudicum calculis, sed moris patrij, scriptíque nostri iuris non satis accurata animaduersione, quod vinci externo iure non oportebat. Inepta etiam illa Rebuffi ratiocinatio, qui ex illa clausula, *sinon ainsi comme maieurs,* putat hic duo decennia subordinari, ita vt lapso tempore quod ex causa minoritatis competit, aliud subordinetur vt maiori, veluti si quis minor in minori ætate ætatis facilitate & vltra dimidiam deceptus esset, huic vt minori dari hoc decennium aduersus id quod facilitate ætatis amisisset, eo lapso alterum illi superesse decennium vt maiori, ex eo quod vltra dimidiam esset deceptus. Ita fieret hæc præscriptio annorum 45. quo nihil dici potest absurdius. Et si etiam inter arestorum centones quædam in eam sententiam memorantur falso, sicuti ego credere cogor, & regula sit, quoties duæ actiones eodem tempore concurrunt, inuicem compatientes, toties vtrisque tempus idem currere, nec tempora subordinari ex glos. l. contra maiores. C. de inoff. test. & facit decis. Bart. l. 2. ad fin. D. de re iud. & quæ Tiraq. scribit in Retr. conuent. §. 2. num. 17. & 66. Et ratio dictat quoties vno & eodem tempore actiones ex pluribus causis ad idem intendi possunt, malignam esse alterius dilationem in vlterius tempus, quod vulgo docent, l. licet. Cod. de iud. Bartol. l. an & eandem. D. de excep. rei iud. l. rebus. D. de arbit. Panor. c. 2. ext. de libel. oblat. Et apparet hanc sententiam finem & vtilitatem legis corrumpere, si ad finiendas lites & confirmanda dominia reperta, litem aliam de alia instaurat, & reparat. Neque is fuit 13
sensus verborum ordinationis *sinon ainsi que les maieurs:* Sed is potius, si pendente illo restitutionum decennio, occurrit vlla causa de his ex quibus maiores restituuntur,

art. 235. N.C.

Et deci- nimum- positum, art. 236. N.C.

tuuntur, puta absentiæ, posse eius decennij cursum impediri pendente absentia, & restitutionem ad id tempus peti, quod & glos. dixit d. l. 1. C. de temp. in integ. rest. Idem & in omnibus maiorũ causis quas ante adscripsimus, quæ si incidunt, cuiquam maiori facto
14 occasionem restitutionis præstant. Illud vero magis mirandum, magnorum cõcessuum iudiciis crebro recipi appellationes, decretis alienationibus rerum minorum interpositis etiam post viginti, & vero ad triginta annos, cum de lesione per contractum, nullitate, dolo, aut alio modo post decennium queri non possit, & interpositio decreti nihil aliud sit, quam solemnitas extrinseca actui alienationis interueniẽs, quæ diuturniora tempora habere non debuit, quam nullitas per contractũ, cum eundem effectum gignat. Deinde cùm quisquam rem minoris ex titulo possidet, per contractum confirmatur titulus per decennij lapsum post
15 maioritatem lapsi. Quare absurdum est præscriptione completa quæri de decreti validitate, quod non est ipsum titulus, sed titulo aduenit, vt extrinsecum, ex l. si filius. C. de petit. hæreditatis; & alibi diximus verb. *Par achapt de iustice.* Et si solus contractus interuenerit, post decennium nullam esse ex dolo, nullitate, aut alia quacunque causa recantationem, si vero addideris decretum, adiectione eius deterius ius constitui perquam absurdum. Sed is modus interponendarum appellationum ab decretis, ab his temporibus manarat, quo nullitatum persequutio erat tricennalis, quem ipsum modum post eas contractas ad decennium retinuerunt, dum appellantibus fauent non recte, obtentu licet ætatis.

De temporibus restitutionum, id est, releuamentorum, quæ maioribus dantur ex iustis causis sic habendum, intra quadriennium eas dari cùm officio iudicis dantur & ipsæ ad id tempus restituendum, quod per eas causas amissum sit, quæ sine partis facto ex inopinato accidunt, quæ tractatio est l. vlt. C. de temp. in integ. rest. & totius fere tituli eius, de quibus nullæ regum ordinationes expressæ (quod sciam) extant, nec vlla hac significantior, quæ tamen non principaliter nec per se, sed enunciatiuè & per relationem disponit, cùm minores maiores factos ait ex his causis restitui, quomodo maiores omnes, ita fit vt bona sit illatio, maiores ex quibusdam causis his scilicet, quæ iure ciuili descriptæ sunt restitui debere: Est enim hæc exceptio de iure ciuili traducta, ex qua illud accidere necesse est, vt recidamus in illud chaos opinationum, an ignorantia, aut beneficij, aut iuris, aut instrumentorum iusta causa sit restitutionis: de quo tam multa Tiraqu. in §. 35. Sed vt ea valeant iure ciuili, nego vllas aduersus præscriptiones consuetudinarias restitutiones maioribus dari posse, quod ante plene tractauimus. Nec illa ordinatio tanti est, vt ius consuetudinarium abrogare debeat, enũciatiua potius quam dispositiua verborum conceptione, quæ vix pro lege habenda est, & ius ciuile potius quam consuetudinarium redolet. 16

TITVLVS DECIMVSQVINTVS, DE IVRE ΠΡΟΤΙΜΗΣΕΩΣ, SEV DE RETRACTV GENTILITIO.

TILTRE QVINZIEME, Des Premesses, & Retraict lignager.

AD RVBRICAM.

PREMESSES à proximitate maiores nostri appellarunt contracta voce veluti *proximesses*: Nam inepta est deductio, ac ne Varroni quidẽ placitura quamlibet magno talium artifici, ab ignota & externa voce προτίμησις: Veteribus quidem Britannis ignota retractus vox, & si vsus non dispar. Sed de hac materia cùm extent vberes hominum doctorum commentationes, & diatribæ professæ operæ Baldi, Afflicti, Gerardi Bagoili l.2. Cod. de pact. int.empt. & vend. Ioannis Ignei in l.dudum Cod. de contrah.empt. & omnium copiam multò Andreæ Tiraquelli tractatlo ea de re superet, hic actum agere non statui, locos tamen indicabo, quibus quæque dubitatio congruat, & vbi reperiri possit, annotatis obiter quæ vsus, aut ius patrium de alienis immutauit, & deflexit ab receptis antiquorum sententiis.

ARTICLE CCLXXXIIII.

ARTIC. CCXCVIII. NOVAE CONS.

PREMESSE est octroyee, [a] à tous ceux qui sont du lignage [b] dedans le neufiesme degré [c] du ramage dont procede l'heritage.

IVri proximitatis locus est inter personas, [a] qui in lineagij [b] nono gradu sunt, [c] ex ramagio vnde hæreditas descendit.

GLOSSA I.

1 *Consanguinitatis iura finiuntur gradu nono.*
2 *Ramagium & gradus, seu linea sunt coniunctim in Retractu.*
3 *Per Approprimentum incipit principium stipitis, seu Ramagij noui.*

1 [a] *A tous ceux du lignage.*] *Lignage* à linea deducitur: Est autem linea progressus & descensus personarum per plures gradus ab vno aliquo stipite, de quo locus apud Tiraquellum in retractu. §.1. glo.9.

[b] *Dedans le neufiesme degré*]. Ius Romanum etiam decimum gradum admittit in computatione consanguinitatis, quem locum cumulat Tiraqu. d.§.1. glo.9. Decius Consil. 35. & 321. Scribit quidam eruditus lib. de doman.1. cap.13. propinquo etiam super decimum gradum aresto datam bonorum possessionem, & exclusos diuersę lineæ propinquiores gradus anno.1572.

A Nostrum ius vbi consanguinitatis iura finire videtur gradu nono, vt hoc artic. 162. nec id sine auctore & exemplo. Porro agenti hoc iure singuli gradus in specie proponendi, & deducendi sunt in facto, atque etiam probandi, de quo Tiraquel.d.§.1.glo.16.&§.11. glo.1. num.9.

Hoc casu dubitatum; quid si consanguineus retraxit prædium iure consanguinitatis, sed id aliquanto post iterum vendidit, An consanguinei eius retractum habituri sunt, de ascendentibus & collateralibus loquor. Mouet dubitationem, quod per acquisitionem & approprimentum res exiuit de ramagio etsi non de genere, sed vtrumque coniunctim inesse oportet, & non inesse ramagium docebimus glo. seq. Ego quidem existimauerim in eo quod iure sanguinis retrahat de rebus maiorum, admitti consanguineos posito quod per stipitem communem res à cõsanguineo acquisita & reuendita transierit, veluti manẽtibus pristinis causis & ramagio. Sed si consanguineus non 2

iure

iure sanguinis retraxerit sed vt quilibet extraneus emptione spontanea, & de eo appropriauerit eum inquã, excludi consanguineos collaterales etiam fratres & de genere eximi, quia vt ab extraneo res empta sit, non à sanguinis causa. Itaque incipit per approprimentum facere principium stipitis noui l. pronunciatio. §. familiæ. D. de verb. signific. & excludit veterem lineam ascendentium & collateralium, ita vt descendentes ab eo iam inde exclusuri sint fratres acquirentis, quod non fieret, vt pote propinquiores vno gradu, nisi quia finis imponitur ramagio veteri per approprimentum, & fit initium noui, & hæreditagium dici nouum non antiquum aut paternum. Nec aliter censuisse putandus est Chassan. eod. tit. §. 1. verb. *ancien*: quia loquitur in casu rei subiectæ retractui alienatæ, nulla præsupposita exclusione per approprimentum, certe idem censuit Boërius decis. 76. ad finem.

GLOSSA 2.

1 *Consanguinitas & ramagiũ simul necessaria in retractu.*
2 *Quid est linea seu consanguinitas Ramagium quid est, ibidem & num. 4.*
3 *Recens acquisitum non cadit in Ramagium ascendentium.*
4 *In successionib. fit recursus per gradus superiores. Contra in Retractu.*
5 *Ramagium sursum non recurrit.*
6 *Exempla à Natura pro Ramagio.*
7 *Quæ auo non fuerunt, non sunt de ramagio eius.*
8 *Non est Ramagium in acquestu à fratre facto &c.*
9 *Ramagium non inducitur in ascendentib. per Approprimenta: Nec in collateralib. descendentib.*
10 *Res à patre vendita est in ramagio filij &c.*

1 [c] *Du ramage dont procede l'heritage.*] *Ramage* hæc vox dubitationem de iure valde controuersam decidit. An scilicet in acquestibus cuiusque fiat locus retractui consanguineis. Duo omnino in retractu (iure quidem patrio) principia exiguntur, quæ intendere & probare necesse habet agens ad retractum, consanguinitas & ramagium, à quo alterum remoueas itidem & auferas agendi potentiam; necessario autem posito acquestu remouetur ramagium, ideóque & retrahendi potentia & ius, vtrumque enim coniunctum necessarium, vt hic & art. 292. & 307. & item 309. & 456.

2 Diximus lineam, vnde lineagium dicatur esse progressum plurium personarum descendentium ab stipite. Rami sunt brachia ab vno stipite lateraliter surgentia, vt in arboribus perspicitur ab ramis ramagium dicitur: fit autem ramagium per progressum prædij retrahendi à stipite communi in gradus descendentes. Sanguis personas respicit, sed ramagium res potius, & sicuti consanguinitas confici nequit nec intelligi, nisi per stipitem aliquam in communem descensus fiat in plures; sic nec ramagium rei, nisi res retrahenda transierit per stipitem, & auctorem communem generis & possessorem rei communem. Hîc dico venditoris & retrahentis, ad positionem sanguinis non sequitur ramagij positio; fieri enim potest, vt consanguinei sint, nec tamen res quæ petitur possessa fuerit vnquam à parentibus, aut auis communibus. Sed ramagium sine consanguinitate antecedente fingi nequit, nemo nascitur sine patre, auo, & matre & auia. Sed fieri potest vt eo mortuo, qui tales habuit, quadrifariam bona dispertiantur, pro vt à quoque res deuenerit ad eum, qui sine hæredibus mortuus est, Itidem si antequam moreretur, distraxit quædam, ea per retractum peti ab consanguineis de linea & rama-

A gio rerum possint, ab aliis non possint, tametsi consanguineis & ipsis. Hæc ante aliquot annos parum intellecta diu multúmque tribunalia nostra fatigarũt, multúmque eruditis luctandum fuit, vt ista persuaderent, cùm inueterato errore quidam contenderent ramagium fieri approprimentis, incipiendo à persona acquirentis & recurrendo per gradus superiores, per quos res acquisita numquam transierat, quod perspicuè falsum est, & proinde contra naturam, quod sensus communis quoque docet & notitiæ communes, Nam quod vnus quisque sibi nunc primum acquirit. 3
B impossibile est cadere in ramagium ascendentium, ergo nec per eos collateralium, quia ramagium non fit, nisi per trãsitum per stipitem communem & sanguinis auctorem. Quod filius acquirit de rebus extraneorum, id in ramagio patris vnquam esse impossibile est, quia per patrem res numquam transiit, sed incipit à filio, id est eo gradu à quo non fit recursus supra, vt res dicatur fuisse de gente, aut maiorum. Nam etsi in hæ- 4
reditatibus capiendis, & iure successionum aliter fiat, & in acquestibus filiorum contingat ascendentes succedere, & subinde fit recursus per gradus superiores ad inueniendum gradum proximiorem successibilem;
C tamen eadem ratio non valet in retractu, quo in succedendo nil aliud quam sanguis exigitur, & contingentia consanguinitatis, sed retractus vltra sanguinem etiam ramagium requirit: esse autem ramagium diximus transitum rei per gradus ascendentes vendentis & retrahentis communes. Nam cùm tota causa retractus sit aut certe potissima in eo, quod maiorum res fuit, ea causa ab acquestibus in totum obest sine quo posito non est fundata agentis intentio. Ac sicut 5
frater dici nequit, nisi qui cùm pater communis est, ita nec res de ramagio, nisi per stipitem communem vtriusque vendentis & retrahentis transierit, nec ma-
D gis potest sursum recurrere, quam vt amnis recurrat in suos fõtes, aut lapis incauto elapsus feriat eum, qui supra caput est. Exempla ex natura rem repræsentant 6
oculis: cùm arbor è trunco ramos eiecerit, & late fecerit tabulata, succus qui à terra matre deducitur per cõmunem stipitem, cõmunicatur ramis omnibus, alioqui crescere eos necesse sit. Succus in hominibus sanguis est, qui descendentibus communicatur per stipitem, cùm vero rami adoleuerunt, si quid alteri separatim indideris, inserueris, inoculaueris, nihil eius ex toto ad alterum ramum proueniet, hîc sæpe emoritur
E ille, alter crescit, sobolescit, arborescit, & suis item ramulis incipit esse stipes. Hęc aperte iurisconsultus docet. l. pronunciatio. §. familiæ. D. de verbor. signific. Communi (inquit) iure familiam dicunt omniũ agnatorum: Nam etsi mortuo patrefamilias singuli singulas familias habent, tamen omnes qui sub vnius potestate fuerunt, recte eiusdem familię appellabuntur; Sic agnatio per communicationem sanguinis fit, sed ramagium rerum incipit ab acquirente vt singulæ familiæ. Quod igitur ramorum alter incrementi capit, semel emissus à stipite alteri nõ proficit: nam sibi ramus quisque sobolescit, sibi increscit, sibi viuit, & si princi-
F pium ducat à communi stipite. Sic qui maximi in Europa amnes dicuntur Rhenus, Rhodanus, Ligeris, & Danubius iisdem fontibus certe montibus non adeo diuersis oriri dicuntur: Id si ita est, & aliquo casu accidat, vt in suos fontes recurrant, vt olim Iordanes conuersus retrorsum, eas aquas illi fontes agnoscent pro suis: sed si quis de Arari Rhodanus, de Mosella Rhenus, de Sauo aut Tibisco Danubius conuexerunt, eos illi fontes pro suis non agnoscent; sunt enim illi amnes influentes, non confluentes à fonte, & rami itẽ in arboribus agnati non connati sunt. Multa hæredi- 7

tatibus, multa contractibus, aut matrimoniis in stirpes quasque decurrunt, nunc primùm quæ auo non fuêre, nec de ramagio eorum dici possunt. Probant id & feudorum leges, cùm in beneficij collatione sic cautum est patri & agnatis; sæpe quæri incidit, quid feudum paternum dicatur, quid item nouum, propterea quod de paterno nulla cuiusquam agnati potestas est in prejudicium alterius. Quare feudum paternum siue antiquũ, quod sic describere sæpe coguntur, vt dicant quod fuit eius parentis, qui fuit cõmunis totius agnationis, hoc est, quod transit per patrem communem totius generis c.1.tit. de succes. fratr. quod & Baldus & cæteri ibi diffiniunt, & latè demonstrat. Ias. cõsil.184. nu.2.vol.2. & cõsil.136.vol.4. Math. Afflict. constit. 18. Neapol. nu.22.lib.3. Signorol. Homod. cõsil.81. & hũc locum cumulat. Tiraqu. in retractu. §.14. & item. §.32.
8 Boër. in consuet. Bitur. tit. de retra. §.1. Quod cùm ita sit, & consuetudo ramagium requirat, perspicuum est in acquestibus ab vno fratre factis locum non posse habere retractum, quia ramagium nullum intercedat, ex eo quia res transitum non facit per patrem cõmunem, sed nunc primùm incipit à fratre à suo facto & acquisitione, quod probatur. d. cap. & iuris communis esse & consuetudinis Franciæ scribit Ioan. Fab. §. sed & si plures instit. de legit. agnat. success. De quo etsi varie pro moribus cuiusque prouinciæ est constitutum, & variantes consuetudines memorat. Tiraqu. d. §.32. & Masuer. tit. de retra. tamen iuris sententia ista verior est seposita consuetudinis dispositione expressa, quod Gerard Bagoillus cẽsuit in tractatione retractus. Quo magis miror aliter de consuetudine Franciæ testatum esse Molin. in feud. §. 15. nisi ab ætate Ioan. Fabri &
9 Masuerij immutata est. Nec ratio diuersa sententium in Britannia rectè petita est ab approprimentis, quo quidem appropriãti acquirenti cauẽt & prospiciunt, & descendentibus ab eo, sed recurrere non possunt sursum, nec ramagium inducere in personis ascẽdentium, qui rem acquisitam numquam possederunt, nec descendẽtibus per lineam collateralem communicare ramagium potuerunt, vt inde faciant ingressum ad retractum. Nec enim approprimẽta agunt retro, sed ex tempore consummationis eius solemnitatis in futu-

A rum, nec refluxus fit ab inferioribus in corpora superiora: nec is approprimẽtorum finis aut respectus est, vt alteri acquirat quam acquirenti, ne vllo modo consanguineos respicit. Quare omninò ratione & iudicio deficitur, quod de approprimentis obiicitur, quod inserere & implantare in lineam descendentem potest, recurrere in superiores gradus nequit, cùm initium accipiat in secundis & ramagio, nec soli sanguini tribuatur. Hæc sententia manifesta iuris ratione, & ipsis naturę principiis defensa vt obtineret diu pugnatum est, demum & sententia & aresto valuit *Entre Iamet le Coruasier d'vne part & Vincent Iamet d'autre*, 17. *Feb.* 1567.
B quo frater ab retractu rei per fratrem acquisitę exclusus est. Etsi olim contra iudicatum constaret. *Pour Guillaume Prod'home pour la terre de Galisson en retraict d'vn acquest d'vn frere.* Et contra constat casus oppositi inutilem esse dubitationem, An scilicet filius retrahere possit, rem à patre acquisitam deinde venditam, cum constet à gradu superiori semper inflexum fieri, & vt sanguinem sic ramagium induci acquisitione in gradu superiori. Nam res paterna etiamsi auita nõ sit, semper est in ramagio filij, nec minus quam acquisita in hæreditate, rem enim fuisse maiorũ negari nequit, quod retractus est causa, & quæ pluribus memorat. Boër. decis. 76. & Tiraq. vbi supra. Inutilis est vero hoc casu dubitatio, de eo quod nõ appropriatum sit, quod quidem valere potest & proficere cõsanguineis
C primi venditoris, cùm æquum sit & ratio poscit anteferri filio, quamdiu appropriatum non est, & venitur ad retractum primæ venditionis, quę & à patre & filio ex æquo rem auferre potest. Sed si nullus eorũ venerit & pater reuendiderit, haud dubiè in ramagio & consanguinitate filij est, quod pater vendit, & subiicitur retractui, qui petitur de contractu patris, si nemo de consanguineis primi venditoris, qui patri vẽdidit, occurrit. Nam post approprimentum dubitatio nulla esse potest, aut post annum & diem in locis, vbi anno & die consanguinei excluduntur.

Hoc loco succedunt dubitationes, quid acquestus titulo contineatur, An res permutata cum alia vicem eius subeat, an consolidata, an reuersa, quæ nos plena manu tractauimus. *Tit. des mariages* & Tiraq. d. §.32.

ARTICLE CCLXXXV.

Artic. ccxcix. Novae Cons.

TOVT presme & lignager peut retirer [b] la chose subiecte à premesse en [c] payant par luy le vray prix conuenu entre le vendeur & l'acheteur, & [d] les loyaux fraiz coustz & mises, [e] sans fraude.

[a] *QVilibet proximus, & ex eadem linea descendens, potest retrahere rem,* [b] *quæ retractui subiacet,* [c] *modò præstet verum pretium, inter venditorem, & emptorem in lege conuentionis comprehensum,* [d] *& legitimas impensas,* [e] *absque fraudatione.*

[a] *Tout presme & lignager.*] Cur sic, cùm nemo *presme* dici possit qui non sit & *lignager*. Demenda igitur coniunctio; & proinde hic locus de personarum habilitate ad retractum late exercetur à Tiraqu. §.1. glo.1.

Tout.] *Et toute*, quod Tiraq. prolixa commentatione persequitur inutili ostentatione copiæ hoc quidem loco §.1. glo.9. Boër. tit. de retractu. §.3.

[b] *La chose subiecte à retraict.*] Locus de rebus, quæ retrahi possunt, tractatur ab Tiraquello. §.1. glo.7.

D [c] *Payant le prix.*] Hic item locus de pretio ab Tiraquello. §.1. glo.18. & in lib. de retractu conuent. §.1. glo.3. Chassan. §.1. eod. tit. & congruit art.293.

[d] *Loyaux coustz.*] Idem §. 29. glo. 3. & in conuentionali. §.6. glo.2. Molin. in feud. §.13. glo.9.

[e] *Sans fraude.*] Tiraqu. itidem. §.2. glo.3. & §.36. glo. 2. Nos in approprimentis art.269. Boerius tit. *de retenue de fief.* §.2.

Article CCLXXXVI.

Et si le presme a faict faire vn [b] adiournement a ban [c] de quinzaine [d] à la paroisse ou les heritages, sur [e] lesquels il demande la premesse, sont situez, & luy ait esté à ladicte quinzaine, ou [f] apres la premesse [g] iudiciairement [h] adiugee, [i] autre plus prochain lignager n'aura lesdictes choses par premesse. Artic. ccc. Nouae Cons.

[a] Si proximus fieri curauerit edictalem [b] citationem [c] dierum quindecim [d] in paroecia, in qua res soli, & immobiles [e] retrahendæ, sitæ sunt, & medio quindecim dierum spatio, [f] aut lapso quindecimo die, ius retractus [g] in iudicio [h] ei adiudicatum fuerit [i], alius proximior consanguineus retrahere volens excludetur.

Glossa I.

1 *Proximus venditoris quis.*
2 *Citatio Edictalis aduersus consanguineos.*
3 *Tempus legale non decurtandum.*
4 *Denunciatio quando & cui facienda. Proximiori datur Retractus ibid.*
5 *Iudice sedente Retractus adiudicatur.*
6 *Monitio facta de adiudicatione valet pro citatione.*

1 [a] *Et si le presme.*] Proximum intellige venditoris de linea & ramagio rei non stipitis, quod quidam controuertunt, de quo Tiraq. §.11. glo.1. num.5. & 12. & 18. Chassan. hoc tit. §.1. verb. *dont meut l'heritage.* Debet autem actor probare sese in gradu intra nonum: Sed in concursu cum alio debet se probare proximiorem, quod in hæreditatibus quoque capiendis receptum est, & notat Tiraqu. d. §.11. glo.1. nu.5.

2 [b] *Adiournement à ban.*] Edictalis citatio qua consanguinei omnes edicto euocantur, si quid contradicere velint petito retractui, nominatim autem inseri citationis causa, & finis debet, addito, ni compareant fore, vt excludantur per rationes Tiraquelli d. §.36. glo.2. nu. 3. & num. 30. Multomagis autem valeret denunciatio cuiquam in specie facta. Quid vero si aliunde resciuerit proximior retractum peti: Ego excludi non puto, cùm hæc exclusionis forma præscripta sit lege, & quæratur de iuris priuatione, de quo apud Tiraq. quæritur. d. §.36. quæst.11. & quos citat, ne si præsens quidem fuerit venditioni.

3 [c] *De quinzaine.*] Hoc tempus decurtari nequit, cùm legale sit, & de forma actus l.2. D. de re iud. de quo Tiraq. §.1. glo.10. nu.57. Boer. decis. d. §.1. & itē Chassan. d. §.1. verb. *le plus prochain.* longius autem necessarium nō est, & derogat regulari dispositioni de temporibus vadimoniorum, quæ est art. 25. supra: hanc autem eandem cautionem ad excludendos proximos tradiderat Cynus l. manifestissimi. C. de furt. Boer. §.2.

[d] *A la paroisse*] *ou paroisses.* Si plures sint, de quo nos art. 268.

4 [e] *Sur lesquels.*] Imo *desquels.* Hæc igitur denunciatio fieri potest quolibet tempore ante petitam & post petitam retractus adiudicationem. Sed cùm appareat hoc factam extraneo venditionem, maior erat futura dubitatio, si non extraneo sed consanguineo & ipsi facta erat venditio, cùm res sic vendita non exeat de genere, sed tamen hîc deciditur, tum quoque dari retractum proximiori aduersus remotiorē, de quo Tiraq. §.11. glo.6. nu.6. Boer. dec.76. Ioan. Faber. §. ita demum. instit. de hæred. ab intest. Boer. §.3. & si variatur iure prouinciarum: Quin etiamsi proximior sit, is qui

A emit, excipere debet de gradu, de quo Tiraq. §.11. glo. 7. num.2.

[f] *Ou apres.*] Alioqui prҽcipitata adiudicatio non excluderet, pro vt nec defectus ante concessus, nisi post tempus repetita noua assignatione.

[g] *Iudiciairement.*] Oportet igitur hoc casu in iudicio retractū adiudicari sedente iudice, aut certe defectum concedi, & eius vi fieri adiudicationem iudiciali pronunciatione, nec domi valeret contentiosè agenti aduersus absentem. 5

[h] *Adiugee.*] Hoc ordine citatio adiudicationem præcedit, qui tamen ordo substantialis non est, nam post adiudicationem facta citatio monitione facta adiudicationis factæ idem præstaret: Nam consanguinei nil interest quo ordine citetur, si modo ex æquo audiri B potest, & saluæ rationes sunt. Quod si quandoque lapso die quindecimo veniat proximior ante adiudicationem, admittendum puto rebus integris: per locos quos Boerius congerit tit. de *retenue de fief.* §.2. & sola adiudicatio excludit proximiorem, nec esset recipienda appellatio eius, qui à tali adiudicatione appellaret, esset enim hoc appellare ab ipsa consuetudine, quę ius firmauit in persona remotioris ex lapsu temporis. Sed nec restitutio vlla de causa tribuendum aduersus ius quæsitum. 6

Quid si vocatus declarauit se nolle retrahere, amplius admitti nequit Boer. d. §.2.

C

Glossa 2.

1 *Quis præfertur in Retractu de pluribus consanguineis eiusdem gradus.*
2 Apres la reconnoissance l'achepteur doit estre renuoyé hors d'instance, &c.
3 *Omnes & singuli agniti ad retractum, debent insolidum pretium refundere emptori &c.*
4 *Quis propinquior.*

[i] *Autre plus prochain lignager.*] Diuersi casus multi hîc poni possunt, cùm omnes eodem gradu sunt, omnes admittuntur, nec refert sint ne nobiles an pagani, nam D retractus defertur sanguini ex gradus paritate aut prelatione, non ordini succedendi, quare de pluribus fratribus, & si nostro iure in hereditatibus primogenitus nobilium præfertur, tamen in retractu non meliore iure est quam vltimus frater, cùm eodem gradu sint. Et si scio quosdam rationem & ordinem male secutos aliud sensisse, si plures diuersi gradus sūt, & omnes de suo gradu probāt, anteferēdus est prior & proximior. Si vnus prior probat, & si gradu posterior ei res restituenda est ad onus, vt loquuntur, processus aliorum, 1

Argentræus, in Brit. Cons. NNN

& præstita cautione de re restituenda ex forma l. is à quo D. de rei vend. & l. cum idem D. petit. hæred. & l. à diuo Pio. §. in venditione. D. de re iud. quo facto emptor omnino lite & iudicio absoluendus est, nec cogendus sustinere processum, sed id præsente aut vocato litigatore faciendum est, alioqui quia hæc agnitio posset lite pendente facta fraudulenta videri, non ante solemus iudicio emittere *que l'acheteur n'ait faict venir à l'estat du procés celuy qu'il a reconneu pendant le procés, mais iceluy venu & soustenant sa reconnoissance, il s'en doit aller hors d'instance & de cause*, quod & Tiraq. notat. §. 11. glo. 3. & in fine num. 1. & §. 12. glo. 1. nu. 26. & §. 1. glo. 17. Boer. §. 2. Si nemo adhuc dum probauit, & emptori visum est vnum recognoscere, is intra octiduum protinus ab agnatione pretium refundere debet alioqui excluditur.
3 Si omnes & singuli agniti sint itidem & ipsi insolidum debent pretium refundere, alioqui singuli excluduntur, quod & Tiraq. demonstrat. §. 11. glos. 7. Quod si vnus partem pretij non soluerit, & quidquam supersit de toto pretio omnibus nocet quia emptor resolutionem contractus per partes pati non tenetur per ea quæ dicemus: Art. 294. nec obligationis conditio mutatur ex personis retra-A hentium. l. 2. §. ex his. D. de verbor. obligation. Tiraquell. in retract. §. 23. glos. 9. & retra c. conuent. §. 1. gl. 6. nu. 30. aut cæteris nolentibus, vnus totum potest exercere, de quo Tiraquell. vbi supra. nu. 32. Singuli agendi eadem & vnica tempora habent, ad refundendum pretiũ, nec subordinantur, de quo Tiraquel. dict. §. 2. glos. 1. numer. 5. in retra. conuent. Moli. §. 4. quæstion. quarta. Nec vnus expectare debet: quid alius faciat, & omnibus idem tempus currit, omnes ibidem excludit. Omnes admissi in eodem gradu partes sibi faciunt per concursum, de quo Boer. d. §. 2. sed respectu emptoris nulla diuisio fit pretij. Proinde cum propinquiorem dicimus, intelligimus de eo, qui verè est 4
B in gradu propinquiori. Nam repræsentationem per eum gradum, qui remotior est, retractus nõ admittit, art. 315. N. C.
& si diuerso iure Pictones vtantur; ita fit, vt frater excludat fratris filium in retractu rei quæ patris cõmunis fuit, & ita de cæteris, quod Tiraq. tradit. d. §. 11. glos. 9. de quo cùm valde dubitaretur, quia hæreditatum alia sit ratio, scriptis tamen rationibus fecimus vt hæc sentẽtia etiam Aresto confirmaretur die 3. Augusti, Anno 1565. *entre la Dame de Kerueno, nommee Pinard, & le sieur de Cosquier.*

Article CCLXXXVII.

Artic. CCCI. Novae Cons.

RECOGNOISSANCE[a] de premesse ne[b] sera censee, ne reputee valable, au preiudice du tiers, si elle n'est faicte[c] en iugement, aux plaids ou hors plaids, au[d] lieu où l'on a accoustumé tenir la iurisdiction.

Agnitio,[a] siue admissio cognationis,[b] non censebitur, aut reputabitur valida, nisi si ritè peracta est,[c] in iudicio, placitis, aut extra placita,[d] locis, quibus iurisdictio exerceri solita est.

[a] *Recognoissance.*] Hic Articulus non est simpliciter accipiendus, nec enim pertinet ad ipsos inter se contrahentes, qui de consensu in materia cõmerciali, & non prohibita quiduis possunt de eo, & in iudicio & extra iudicium & per cõtractum, & quouis modo. Nec volentibus fraus fit in re quæ priuatum interesse respicit.

[b] *Ne sera censee valable.*] Respectu consanguineorum venientium ad retractum cum clancularius actus sit extra iudicium factus.

C [c] *En iugement.*] Iudice postulationibus vacante, & si de ea litem intendi nihil est necesse, quis enim cogat litigare consentientes. Turones talem recognitionem pro voluntaria venditione habent.

[d] *Au lieu.*] pro tribunali. l. vlt. D. de iust. & iur. & hoc respectu, iitidem extraneorum: nam inter consentientes prorogatio admittitur de loco ad locum.

Article CCLXXXVIII.

Art. CCCII. Novae Cons.

LE[a] presme qui n'est demeurant au Duché[b] ou est absent dudict Duché[c] à an & iour[d] apres l'information & certification faicte des bannies en iugement, pour demander la premesse[e]: Et s'il retournoit dedans l'an audict Duché, il doit se[f] pleger ou intenter son action en demande de premesse[g] dedans vn mois apres son retour, autrement ne sera reçeu.

Proximus[a] qui domicilium in Ducatu[b] non habet, aut qui in Ducatu impræsentiarum non est,[c] annum habet, & diem[d] post informationem bannimentorum in iudicio factam, ad ius retractus postulandum,[e] & si intra annum in ducatum redierit: debet[f] intercedere, aut actionem dictare, & implorare ius retractus,[g] intra mensem ab reditu illius numerandum, cæterùm excludetur.

[a] *Le presme*

[a] *Le presme qui n'est demeurant au Duché.*] Id est, *non domiciliaire.*

[b] *Ou est absent.*] Etiam si domicilium habeat in Ducatu: hîc vero mirandum non fieri distinctionem absentiæ necessariæ, voluntariæ, aut probabilis, vt in l. vlt. C. de restit. in integ. & omni cuiuscunque absentiæ idem ius tribui, nec vsquam in iure earum æqua sit conditio, & voluntariè absens procuratorem dimittere debuerit, de quo Tiraq. §. 35. glos. 3. Hæc autem absentia intelligitur, quæ contractus, bannimentorum, & certificationis tempore durauerit: Alioqui si aliquo tempore præsens fuerit, vel bannimentorum, vel certificationis pro præsente habendus est.

[c] *An & iour.*] Quod regulare est tempus retrahendi, cùm nullum à lege præfixum est, aut consuetudi- A ne, cap. 1. tit. si de feud. fuer. controu. inter dom. & agna. Ceterum beneficium hoc non tollitur cautione. Art. 286. qui ibi de præsentibus loquitur. Sed nec denunciatio quidem absenti facta in specie, quia beneficium à consuetudine tribuitur, de quo Tiraq. §. 36. glos. 2. num. 24.

[d] *Apres la certification.*] id est, ab vltimo actu approprimenti, vt Art. 269.

[e] *S'il retournoit.*] Cessante scilicet causa excusationis.

[f] *Plege.*] Id est, intercedere & denunciare dicam emptori, siue in iudicio, siue extra iudicium, nec vlla iudicis commissio necessaria est, de quo nos. Ar. 269. vel actionem retractus dictare.

[g] *Dedans vn mois.*] Speciale tempus in retractu, de quo nos d. Art. 269. non tamen ad alios casus generaliter producendum.

Article CCLXXXIX.

T est tenu le presme absent prouuer son absence, si elle est desniee. Art. CCCII Novae Cons.

ET obstringitur proximus absens, absentiam probare, si ea negata esset.

Qui absentiam ponit siue agendo, siue excipiendo probare debet, de quo Tiraquellus in legib. connubial. glos. 8. quæst. 2.

Article CCXC.

E vendeur & l'achepteur sont tenus de iurer comme le marché fut faict, s'ils en sont requis. Artic. CCCIII. Novae Cons.

VEnditor, & emptor, tenentur præstare iusiurandum, de veritate contractus, si ab eis exigatur.

Hoc idem tenentur petente domino feudi pro laudimiis, de quo Tiraq. de retra. §. 2. Chassan. §. 12. Et quid in herede emptoris, aut secundo emptore. Tiraq. ibid. B Quid in retractu feudali, an dominus tenetur iurare, pendet ab eo. An ius sit cessibile, de quo Molinæus. §. 13. num. 31. latè ibidem.

Article CCXCI.

T si le presme [a] vouloit prouuer la maniere du marché, parauant qu'il eust [b] pris le serment: il seroit reçeu à le prouuer: [c] nonobstant que le seigneur ou ses officiers eussent pris le serment pour auoir les ventes, parauant que le presme fust conneu. Art. CCCV. Novae Cons.

QVod si proximus [a] vellet veritatem contractus probare, [b] antequam iusiurandum acceptasset ad probationem admitteretur [c] quamuis Dominus, aut illius Officiarij iusiurandum suscepissent, ad optinenda laudimia, antequam proximus in gradu recognitus fuisset.

Hic locus apud Tiraquellum. §. 4. Sed an venditoris idoneum sit testimonium, & omnino non puto, nam & coniunctio sanguinis, & obliqua reuocatio rei in familiã valde suspecta esse debet aduersus extraneum testificante, de quo Tiraq. §. 1. glos. 14. num. 46.

[a] *Voudroit prouuer la maniere.*] Veri vel simulati tituli. C

[b] *Pris le serment.*] decisif. Nam iuramentum purgationis, aut calumniæ probationem non excludit.

[c] *Nonobstant le Seigneur.*] Quod ipsum aliquid absurdi continet, cùm verum omnium respectu verum sit, sed id facit partium diuersitas, etsi periurij probandi hîc magna causa.

Article CCXCII.

Artic. ccvi. Novae Cons. *addit in Retractu feodali &c.*

Et au cas qu'il n'y auroit presme,[a] du ramage qui voulist venir au retraict, le Seigneur feodal, [b] ou celuy qui a rente & censiue peut retirer les heritages vendus par puissance de fief, ou de cens.

Etsi eueniret, vt nullus extaret proximus è [a] ramagio, qui ad retractum postularet admitti, Dominus feudalis, aut [b] censualis, retrahendi res immobiles facultatem habet, iure feudi, siue census.

Retractus consanguineorum domini causam antecedit, de quo dotationes Tiraquelli in retract. §.21. Boerij. §.5. Chassan. §.10. Boer. decis. 279. Molinæi in feudis. §.15. Masuer. tit. de loca. Sed res est peruulgata.

[a] *Du ramage.*] Oportet igitur de ramagio esse petentis consanguinei, etiam ad effectum excludendi domini; quare non quilibet consanguineus venditoris admititur, sed is tantum de cuius ramagio res est. Ergo hîc apertissimè probatur nostra sententia, qui dicimus deficiente linea masculina, de cuius ramagio res est, dominum feudi præferri in successione alteri consan- A guineo de aliena linea, & illud incerti auctoris perspicuè falsum, *qu'où ramage defaut, lignage succede.* quod nos plena manu discussimus. Art. 456.

[b] *Ou celuy qui a rente censiue.*] Congruit, Art. 299. idque mirum non census, quo vtimur, nullam feudalē obligationem *d'obeyssance ou de iurisdiction* præsupponat. Hîc verò videtur domini directi retentionem operari, cuius vi retractus cōpetat. Quid igitur si dominus feudi, & censualis concurrunt in petitione retractus? Ego censuarium anteferendum puto, vt proximum & immediatum concessionis rei auctorem, vt Art. 63. & 303. in voce, *puissance de cens.*

Article CCXCIII.

Artic. ccvii. Novae Cons. *dicit* dans 15. iours.

Celuy qui est reconneu à presme[a] par l'achepteur, doit payer reaument[b] & de faict le prix de la chose qu'il pretend auoir par retraict,[c] selon qu'il est contenu au contract, & les loyaux cousts, & mises[d] dedans huict iours[e] apres la recognoissance[f] autremēt il est hors de la premesse.

Qui agnitus, & admissus est, ad retrahendum[a] ab emptore, refundere debet [b] realiter, & de facto, pretium rei quam retractus iure reuocare contendit, pretium autem, [c] quale in conuentione constitutum est, & legitimas impensas, [d] intra ogdoadem à recognitione currentem, si secus faxit, iure proximitatis excludetur.

Glossa i.

1. *Adiudicatio minimè necessaria.*
2. *Nulla debiti compensatio pro pretio Retractus &c.*
3. *Octiduum currit à die exhibiti instrumenti.*
4. *Tempus legale nunquam prærogandum à iudice.*
5. *Retrahens cum sacco venire debet contra Tiraq.*

1 Hic Articulus compingi debuit cum Art. 285. & 301. hîc notandum solam recognitionē locum facere huic Articulo & necessitati refundendi pretij, nec esse necessariam adiudicationem, cùm nullæ sunt partes iudicis in agnoscentem, nam in iure confessi pro iudicatis habentur. l. post rem. D. de re iudic. Nam & sine iudice, & extra iudicium, & vbique fieri potest agnitio respectu partium, & post agnitionem protinus succedit Consuetudinaria dispositio de refundendo. Sed & si indefinita sit oppositio, id est, sine vlla adiectione causæ obtulisse retractum, prodest ad excludendum eum, qui quandoque petiturus erat, qui nisi satisfacit ex quo agnitus est, excluditur.

Hodie necessaria adiudicatio art. 307 N. C.

[a] *Par l'achepteur.*] Aut Procuratorem ad hoc specialem, de quo Tiraq. §. 1. glos. 10. num. 94. & 102. & §. 36. glos. 2. num. 4. & 12. in fine numero 93. & §. 9. glos. vlt. num. 7.

B [b] *Reaulment & de faict.*] Non satis fuerit debiti com- 2 pensationem obtulisse: hæc enim verba immotæ & præcisæ necessitatis, quod Tiraq. probat. §. 3. glos. 3. nec idem præstaret fideiussores aut pignora obtulisse, de quo ille. d. §. 3. num. 14. & glos. 17. num. 8.

[c] *Selon qu'il est conuenu au contract.*] De quo aliter con- 3 stare non potest quam exhibito & lecto contractu, nec enim pretium bannimentis expressum sufficit ad hanc exclusionem veluti ex plena cognitione. Currit igitur octiduum in effectu à die exhibiti instrumenti de quo Tiraquell. §. 4. glos. 2. nu. 33. & §. 2. quod sic accipiendum est, si dies solutionis venit: Nam si per contractum continetur dilatio, fruetur dilatione & C retrahens.

[d] *Dedans huict iours.*] Simile tempus, Pictonibus. §. 3. simile Biturigib. eod. tit. §. 1. Nec ante hæc tempora quisquam dubitarat hoc octiduum confici ab octauo ad octauum; à die Lunæ ad alterum diem similem, quoad ineptè acuti homines decem exegere, cùm octo Consuetudo non amplius præscripsisset, de quo nos alibi. Proinde iniqua eorum iudicia, & ambitiosa, qui 4 tempus legale auctoritate prorogare præsumpsere, quod nulla cuiusquam auctoritas potest, nisi conculcata consuetudinis dispositione, de quo Tiraq. 1. glos. 10. nu. 30. Hoc enim in potestate cuiusquam hominis

non

sãs que ledict temps puisse estre prolõgé. &c.

non est, nisi leges sibi velit subiicere. Sed etsi de tempore aliter conuenire potest inter consentientes, tamen tertio petenti ea dilatio præiudicium non facit, quominus agat, & ex defectu refusionis intra tempus factæ succedat in retractum. Nec probãda Tiraquelli sententia, in §.3. glos.2. qui putat, si absentis Procuratori agnitio facta sit, dilationem solutionis, vltra tempus legale dandum, veluti improuisa recognitione circumuento, quod per quã iniquum esset, cum actor in potestate habuerit, quando ad retractum veniret, nec venire sine sacco debuerit, nec eius oportunitates reus debeat expectare, cùm intelligere actor debeat tempus semper impendens & præcisum. Quare etiam

A Aresto Parisiensi iudicatum *entre maistre Gilles Melot Conseiller, & Meneust Receueur de Foulgeres.*

[e] *Apres la recognoissance*] *presupposant l'exhibition du contract, & cognoissance du prix, & les fraiz liquidez.*

[f] *Autrement il est hors de la premesse.*] Hæc verba sunt latæ sententiæ, & dispositionis secum trahentis executionem, ita vt nullo modo purgatio moræ, restitutio, aut appellatio admitti queat, de quo Tiraq. §. 3. glos. 4. Ita autem excluditur ne nouam oppositionem formare possit, etiam si approprimentum necdum esset consummatum, semel enim exclusus iure recipi nequit, de quo rationes vtiles adfert Tiraq. §.8. glos. 7. num.24.

Article CCXCIIII.

Le[a] presme peut demander & auoir premesse au tout du contract subiect à premesse[b] ou à ce qu'il en pourra payer, pourueu que les choses où il pretẽd la premesse, se puissent[c] commodémẽt diuiser. Et au cas que le presme ne voudroit payer que partie, si l'achepteur ou le creancier, auquel auroyent esté les heritages[d] baillez en payement, requeroit à la iustice, que ledit presme iurast[e] qu'il n'en peust plus payer[f] sans mal-mettre son estat, il, ou son procureur specialement fondé[g], le doit iurer, ou accomplir le payement. Artic. CCCVIII. Novae Cons.

Proximus[a] potest postulare retractum, aut totius rei, quæ obnoxia est retractui, aut eius tantum partis cuius exoluendæ facultatem habet, modò res quæ in retractum cadunt[c] commodam diuisionem patiantur, quod si accideret, vt proximus partem modò pretij vellet resarcire, & emptor, aut verò creditor, cui res immobiles crediti nomine essent addictæ[d] in solutum, à iudice postularet, vt proximus adhibito iureiurando affirmaret, se maiorem pecuniam exoluere non posse[f] nisi cum detrimento rei familiaris, ille, aut illius Procurator ad hanc rem specialiter datus, illud ipsum[g] iurare debet, aut refundere, totum pretium conuentum.

Glossa I.

1 *Artic. contra ius & rationem.*
2 *Approprimenta indiuidua.*

[a] *Le presme peut demander.*] Hoc quidem iure communi & recepto.

1 [b] *Ou à ce qu'il en pourra payer.*] Hoc vero contra ius, imo contra rationem & regulas, ac multarum prouinciarum mores, quæ tractatio est Articuli 23. in Consuet. Picton. apud Tiraq. & in retractu conuent. §.1. glo.6. num.30. Boër. tit. de retract. §.5. & cap.1. & itẽ decis. 51. Chassan. §.1. verb. *son heritage*, & Arestum citat sui Parlamenti. Summa rationum, quia vnus est contractus, & ideò resolutio eius per partes fieri nequit. l. quod autem. §.vlt. & l. seq. & l. quod si vno. D. de in diem adiecti. & quia sequeretur aliquem inuitum cogi ad communionem, & quia totũ in se præualet parti in parte, & quæ ille pluribus demonstrat, & de pluribus rebus diuersis pretiis venditis. Hoc ius igitur speciale est, & contra regulas, quod tamen Bertachinus etiam iure communi sequendũ putabat in repertorio
2 in verb. emptor retrouendens. Quò argumento quidã probare nisi sunt, approprimenta esse indiuidua, sic vt nisi de omnibus cuiusque rei partibus appropriatum esset, totum approprimentum corrueret. Quæ collectiò ineptissima deducta de contractuum indiuiduorum natura, manifesto errore traducta est ad appro-

B primentorum actus & solemnitates, qui etsi indiuidui sunt penes se, penes subiectas partes tam diuidui sunt, quam hypothecæ in pluribus corporibus vno contractu conuentæ, quæ per partes resolui possunt, & liberari consensu, iudiciis, præscriptionibus. Et in corporibus, quæ ex pluribus distantibus constant, singulæ suas item causas, & præscriptiones sequuntur ex illo tantum præscriptum quantum possessum. Sed id nos fusius demonstrauimus in approprimentis rationibus tam necessariis, vt omnino facessere ceruicosas opinationes necesse sit, & vero cedere. art.265. glo. in verb. *ou par Cour superieure.*

[c] *Commodément diuiser.*] Non solum *diuiser*, sed & *commodément*, nam ratione indiuidui satius est rem remanere apud emptorem.

C [d] *Baillez en payement.*] Subinde huius moris meminit, etsi nunc obsoleti inter repugnantes quidem, tametsi inter consentientes pro venditione habeatur.

[e] *Qu'il n'en peut plus payer.*] Hoc est, non amplius sibi suppetere pecuniæ ad facultatem retrahendi, ne scilicet maligna dissimulatione alienum contractum distrahat.

[f] *Sans mal-mettre son estat.*] Ita vt cogatur iam parta distrahere.

[g] *Le doit iurer.*] Sed tamen ante iuramentum probatio recipi posset contrarij facti, & facultatum copia argui.

Article CCXCV.

Art. cccix. Novae Cons.

Et ou dit cas n'auroit le presme par sa premesse des pieces à son election, [a] s'il n'y auoit qu'vn marché, qu'il ne peust tout auoir, s'il s'y aplegeoit: mais lors doiuent entr'eux [b] partir par loties, s'ils ne font autre accord. Et ce que escherroit audit presme en son lot selon le marché, luy demeurera.

Et præfata conditione, proximus iure retractus res pro arbitrio optare non posset, vnico existente contractu, [a] & vniuersum habere non posset, si se præberet intercessorem, sed tunc inter partes, res in [b] portiones dissecari debent, nisi si aliud conueniatur, & quod proximo in portionem obuenerit, ex præscripto conuentionis apud eum remanebit.

Glossa I.

1 *Non est Electio retrahentis de partib. & nu. 3.*
2 *Plures res venditæ vno instrumento an sit vnus contractus.*
3 *Arbitrio æstimatorum fit electio* des loties *&c.*
4 *Prætium refundendum hoc art. est in marsupio retrahentis.*

1 Multæ enim & magnæ rationes obstant, ne contra regulas iuris admissus etiam emptorem in eo grauet, vt deligat, quid de toto velit, & reliquum ita depretiet, vt sit nihili.

2 [a] *S'il n'y auoit qu'vn marché.*] Nam etiam si vno instrumento contineantur plures res venditæ pretiis in singulas res diuisis, censentur esse plures venditiones. Itidem etsi certa corpora venditione, & alia permutatione sint translata, duo sunt contractus, l. cũ eiusdem, l. si plura. D. de ædil. ed. l. quod sæpe. §. in his. D. de cōtrah. empt. l. in bello. §. vlt. D. de capt. & postl. reu. Aret. & Socin. l. si ex toto. §. vlt. D. de legat. 1. Fabian. de monte lib. de vendit. 5. quæst. princip. Bald. l. vlt. §. A præterea. C. de iur. dot. & quod Tiraq. d. 23. glos. 1. nu. 17. Itidem si vno pretio, sed diuiso in corpora, de quo ille num. 18. & hoc etiam iure communi licebit retrahenti petere, quid de pluribus velit retrahere.

[b] *Partir par loties.*] Sed arbitrio æstimatorum, nisi aliter conuenire possunt, nec enim ferendus est retrahens, qui vtilia omnia & pinguia prædia velit retrahere, & sterilia relinquere, aut habitationes adimere, aut horrea colligendis fructibus l. qui vtiliũ & l. quisquis. C. de omn. ag. deser. lib. 11. Neque enim quisquam tali conditione erat contracturus, nec si quis omne pratum retinere velit. Sed ista iudicantis & æstimatorum diiudicatio est, non arbitrij priuati quæ diuisio æsti- B mationum fit etiam respectu dominorum, si plures sunt pro iudicio diuisionis laudimiorum, quæ ad quemque debent, pertinere. 3

Atque hic notandum est, hoc casu non esse expectandam exhibitionem contractus ad sciendum quod in pretio sit, quia istud pendet ab retrahentis facultate, ideóque protinus offerre debet, quid velit, quia quantum velit in marsupio est, nec legem capit à contractu qui totus non retrahitur. 4

Article CCXCVI.

Art. cccx. Novae Cons.

Et peut l'acquereur auoir le serment du presme, ou de son tuteur s'il le requiert, qu'il faict ledit retraict [a] pour le retenir à luy [b] sans fraude.

Et potest qui retrahendæ rei dominium acquisierat, iusiurandum exigere à proximo, aut illius tutore, si postulet, quod rem redhibet, [a] vt retineat ipse, [b] non fraudationis causa.

Glossa.

1 *Retractus personalis, & non cessibilis.*
2 *Rem retractam si extraneus possideat, fraus est.*
3 *Fraus retrahentis nomen accommodantis extraneo.*

1 Cum retractus sit personalissimus, vt qui sanguini tribuatur & genti, non extraneo, & adeo cedi nullo modo alteri possit, quod latè demonstrat Tiraquellus §. 26. relinquitur quod simulato sanguinis prætextu accommodetur extraneo, contra ius esse, & ei recte sacramentum retrahentis peti, de eo quod in eius animo & mente tegatur.

2 [a] *Pour retenir à luy sans fraude.*] Quid igitur si secuta sententia adiudicationis, atque adeo executione, extraneus reperiatur rem retractam possidere, de quo C iam tum suspicio erat, cùm peteretur. Ego vero hoc casu puto sententiam retractari, & veluti detecta fraude peti retractum posse; quod ex breuitate temporis iudicandum puto si intra breue tempus reperiatur extraneus possidere id quod negauerat, sibi vnquam quærendum: Breuitatem temporis anno æstimauit. Cum igitur de æstimandis fraudulentis permutationibus, ob id quod permutans rem permutatam reperiatur possidere, de quo Tiraq. §. 1. glos. 14. num. 36. Certe si vllo modo probatur fides interposita inter consanguineum & extraneum de re restituenda & accommodando nomine, fraudem probata habuerim, nec aliter de eo quærendum, omninóque adiudicationem prætextu iuris factam, cùm fraude fieret, reuocandam ab extraneo possessore.

[b] Sans

appelât contre Charlotte de Mõtauban, pour la Seigneurie des Perrines pres Nantes &c.

[b] *Sans fraude.*] Fraus detegitur, cùm consanguineus deprehenditur nomen extraneo accommodasse, & fidem dedisse de re restituenda, si hoc consilio res retracta est, & extraneus reperitur rem non longo post interuallo possidere, vel rescriptum antigraphum de eo reperitur: Probatur autem coniecturis antecedentibus consequentibus & adiunctis. Falsissimum quod quidam putarunt, non nisi instrumentis probari posse, veluti obtinente ordinatione regia; facta enim extrinsecus fraudem potius probant: quia nemo tam supinus est, vt scribi patiatur, quæ fraudulenter fecit, de quo Tiraq. §. 1. glos. 14. numer. 58.
3 & in præfatione retract. conuent. numer. 36. & §. 1. glos. 7. num. 74. Chassan. §. 12. Alciat. collegit coniecturas decem. l. si maior. Cod. de transact. Magna A & operosa dubitatio est, an Ecclesia emphiteosim ad se reuersam rursus reuocare teneatur agnatis prioris emphiteotæ, de quo exertè disputat Decius consil. 131. & consil. 328. Quidam non putant, si Ecclesia sibi eam retinere velit soluendo meliorationes: Non probat hoc Decius inquit, quia Ecclesia semper diceret se retinere velle, & ita eludere intentionem agnatorum: sed probat Alciatus l. si mihi & titio. D. de verbor. obligat. quia inquit ex post facto diiudicatur, quia si reperiatur Ecclesia aliis dedisse intra annum competit agnatis rescissoria, atque hic ipsissimus casus est, quo si consanguineum dixerit sibi retinere velle, & intra annum reperiatur extraneus facto eius possidere, finis probata videtur, & danda est rescissoria.

Article CCXCVII.

Premesse n'appartient à aucun s'il [a] ne l'a au temps de la bannie [b] ou de l'information, comme si vn enfant estoit encore à nasquir [c] apres l'information, il n'auroit la premesse. Artic. CCCXI. Novae Cons.

NVlli ius proximitatis competit, ni [a] iam diu illud habuerit quo tempore edictales bannimentorum denunciationes celebrabantur, [b] aut apud acta informatio relata est, veluti si quis in rerum natura non esset, [c] post informationem retrahere volens non audiretur.

Hæc quæstio valde olim dubia Iurisconsultis fuit, quam plena manu exercet Tiraquellus. §. 1. glos. 9. numer. 80. Denique incertus incertos dimittit, nisi quod propendet, vt putet non admitti ad retractum qui post venditionem concepti sunt, cõtra iudicatum Chopp. scribit Aresto anni 1547. lib. 3. c. 6. & admissos etiam eos, qui post venditionem nati essent intra tempora, quibus retractus petitio competit, hoc est nobis intra tempus certificationis aut quindecennij, quod & olim Bagoillus putarat Boër. hoc tit. §. 2. Ferron. eod. tit. §. 9. Idem Boër. decis. 12. Chassan. hoc tit. §. 1. verbo, *le plus prochain.* B

[a] *S'il ne l'a.*] Hoc est nisi ius habeat.

[b] *Ou de l'information.*] Qui vltimus actus claudit Approprimentum, & excludit omnes æquè retrahentes.

[c] *Apres l'information.*] Id est, *Certification.* Hæc ipsa sententia eius Aresti, quod citauimus, vt quilibet admittatur, quoad clausa sint tempora retractus petendi, etsi natus post contractum. Ergo bannitus tempore contractus & rehabilitatus, aut restitutus tempore certificationis, petere poterit, quia tempus habile reperitur, nonobstante eo quod Tiraq. scribit vbi supra num. 103.

Article CCXCVIII.

Il ne doit auoir premesse en pur feage de [a] noble fief, pourueu que celuy qui fait le feage, [b] retienne à soy les obeïssances, [c] parce que les cousins ou autres parens des bailleurs ne leur feroient les seruitudes comme gens estranges. Artic. CCCXII. Novae Cons.

REtractui locus non est in [a] mera infeodatione nobilis feudi, modo ille qui in feudum dedit, [b] dominium directum apud se retineat, [c] quia filij, aut cæteri qui cognationis iure infeodantes contingunt, eis seruitutes, vt extranei non exhiberent.

Nam & iure quoque negant retractum habere locum in infeodatione, de quo locus apud Tiraquellum. §. 1. glos. 14. num. 90. Ferron. in retractu. §. 25.

[a] *Noble fief.*] Inutilis adiectio, cùm in feudo ignobili idem ius sit.

[b] *Retenir à soy les obeïssances.*] Hoc est dominium directum, q est substantiale contractus infeodationis.

[c] *Parce que les enfans ou autres parens.*] Hæc perquam futilis ratio est ad impediendum retractum; alioqui C si vera esset, nulla infeodatio confieret consanguineo facta. Deinde cùm talia à re rei potius debeantur quam personæ, quid attinet de conditione personarum sumi considerationes, quod nos art. 540. differimus, & alibi sæpe. Sed videri potest sumpta ex ratione glossæ. l. 1. §. veteres. D. de acq. poss. Melior ratio sumitur Iurisconsultis, quod infeodatio resipit potius donationem & contractum gratuitum quam onerosum, qui retractum non admittit.

Article CCXCIX.

Artic. cccxiii. Novae Cons.

Mais en tout loüage ou[a] engage où il y a[b] plus de quatre ans à eschoir au temps de la demande. Et en tout autre[c] contract censuel, doit estre premesse adiugée & octroyée.

Sed in omni locationis contractu, aut[a] antichreseos, qui quatuor annorum spatium excedit tempore petitionis,[c] item in contractu censuali debet ius retractus postulantibus indulgeri.

Glossa 1.

1 *Decennium an sit longum tempus.*
2 *Locus retractui in locatione quadriennium excedente male.*

Meminit huius consuetudinis Tiraq. in retract. §.1. glos.14. num.89. Cùm quærit in locatione an habeat locum retractus, de quo non putat nisi sit ad longum tempus, quam habent pro alienatione & emphiteosi, & ideo vltra nouennium ab Ecclesia fieri nequit, quod notât c.vlt. ext. ne præl. vt su. Bald. cons. 475. lib.1. incipiente ad euidentiam. Longum vero tempus decem annis æstimant glos. l. cùm de in rem verso. C. de vsur. l. si filius. Cod. de petit. hæred. hoc idem in paruo tempore, cùm pacto de renouando in id tempus, quod iunctum cum priore facit longum tempus, de quo Lapus allegatione 12. & quos Tiraq.
1 in retract. conuent. in præfat. numer.11. Molin. in feud. §.41. quæst.8. Ergo intra decennium pro breui habent & alienationem non continente, quod decennij sit longum existimant & alienationem continere, & dominij vtilis translationem, quod ille congerit d. glos.14. num.80. Quare cum per breue non fiat alienatio in extraneam lineam non putant esse locum retractui. D. de long. aut longissim. temporis dubitat. num.89. Sed ea dubitatio isto iure exempta, quando-
2 quidem in omni locatione quadriennium excedente retractum tribuit, veluti non ex alienatione tantum, sed pro vtilitate & commodo quod percipitur ex contractu consanguinei tribuendus sit dispositione (meo iudicio) inutili, & reperta ad subuertendos côtractus, & commerciis noxia, & cauillatrice, vt valde mirer tam parum mentis fuisse scripti auctoribus, vt recentiores in luce non viderent côtractus factos à parentibus filiorum puberum & impuberum mutato nomine eludi, id est ab his ipsis qui contraxissent reperto qui per inuidiam plus aliquid adiiceret mercedi. Id verè est fauere fraudibus in re aperta. Hoc quidem recentes melius, quod de quadriennio cauerût, cùm in veteri de anno tantum statueretur, c. 220. Et tamen pro alienatione non habebant cùm laudimia non debeantur, nisi nouennium excedat. art.63. Nos certè aliquando filiis honoratorum talem retractum non dedimus, veluti quorum côditio non ferret conditiones recipere, & mercari, & propter euidentem accommodati nominis fraudem. Sed quid in simplici venditione fructuum Chassan. §.2. ver. *son heritage.* Quid si doaria locat suum doarium, & plane apparet hac dispositione compræhendi, qua commodum & vtilitas in quadriennium locata facit locum huic retractui.

[a] *Engage.*] Antichresis huius forma describitur infra art.301. vbi dicemus.

[b] *Plus de quatre ans.*] Plus aliquid quatuor annis superesse oportet leg. hæc adiectio. D. de verb. signif. cùm hæc dispositio legis sit, non testis depositio. Nec

S'il reste encor six ans, art. 313. N. C.

A refert pretium per singulos annos appositum sit, an pro toto tempore vnum, de quo Tiraq. §.1. glos. 14. num. 86. vulgata tractatio Bartol. l. cum filius. §. pater. D. de legat.2.

Glossa 2.

1 *An in domaniis congedialib. habet locum retractus.*
Domanij congedialis contractus descriptio. ibid.
2 *Domanium congediale ad longum tempus dominium vtile transfert.*
3 *Britones inferiores pro mobili accipiunt.*
4 *Si immobilis sit contractus doma. conged. est locus retractui.*
D. Argentrei sententia. ibid.

[c] *Contract censuel.*] Congruit articulus 292. sed circumscripta Consuetudine Molinæus negat Dominum directum posse retractum petere re censuali vendita.
B §.55. quæst.10. An vero in vêditione redituum generalium super bonis omnibus quod Ioan. Fab. putat. §.vlt. Instit. de duob. reis Tiraq. §.1. glos. 6. num.3. Quid item in datione fundi in assieptam pro reditu constituto & habet locum retractus de quo Tiraq. §.1. glos.14. numer.117. Chassan. in retract. §.1. verb. *vendu*, & tit. de cens. §.1.

Quid de domaniis congedialibus. Hunc con- 1
tractum Romana Iurisprudentia non norat, sed tamen in eo non multum absimiles sunt proditi. Contractum hunc sic describunt, vt dicant esse concessionem certi prædij fruendi ad tempus certum, aut incertum pro certo quopiam prestando in annos singulos: sic vt post tempus cogi possit accipiens migrare, non ante tamen quam refusis impensis ædificiorum & meliorationum, quas accipiens fecit pro perpetua rei vtilitate. Qui ad certum tempus accipit, lapso tempore migrat, qui ad incertum quotidie excedere iuberi potest, sed tamen non omnibus Domini condi-
C tionem permittitur onerare talibus melioramentis. Hic côtractus nullum dominium in accipientem tráfert, præter hypothecam pro iure successiuæ fruitionis, & melioramentorum sumptibus, si quidem fit ad modicum tempus, id est ad nouennium: Nam qui ad 2
indeterminatas concessiones dantur longi temporis, non minus quam conductiones longi têporis & similes his Emphiteoses vtile dominium transferre creduntur, quod Tiraq. exequitur d. glos.14. num. 89. Decius omnino consil.204. Molin. §.57. numer.25. Nec precarium aut precaria, aut locatio, aut libellus, aut Emphiteosis, aut census, aut feudum, aut superficies censeri debent, aut quidquam eorum faciunt attribuere quidquam de iure differentiæ & propriæ, quæ Iason exequitur l.1. Cod. de iur. Emphit. Certè cum Emphiteosi ad non longum tempus magnam habet affinitatem, quæ pro modico quopiam præstádo datur, quod fructibus non ex toto respôdeat, quo casu locatio esset, sed habet quædam non côuenientia cum

cum Emphiteosi. Ne contractus superficiei censeri debeat, facit quod superficies propria sit accipientis, nec Dominus inuitum potest expellere, qui accepit:
3 quod contra est in domanio congediali. An mobile id ius sit an immobile litigatur, vlteriores quidem Britanni vere Armorici pro immobili vtuntur, quia nec vt mobile id in cõmunibus matrimoniorum partiuntur, nec in hæreditatibus diuidunt, & doariis concedunt, quo fit vt iudicio locorum & vsu inter mobilia habeantur, & si substantia videri possunt nihil amplius esse quam iura ad mobilia consequenda, id est, fructus sine vlla iuris cuiusque realis translatione.
4 Quod si immobilia sint, consequens est & retractum pro his dari, quia huic iuri iura immobilia, actiones, seruitutes, & quælibet realia subiiciantur: & iudicatum solemni Aresto scimus vlt. Aprilis 1577. retractũ competere. Mea quidem sententia, domania quæ ad breue tempus cõceduntur intra nouennium, quia ius nullum reale transferunt, & in dominio concedentis manent, non magis retractui subiiciuntur, quam locationes de iure quæ retractũ non admittunt, vt ante diximus. Sed quando sic visum est Consuetudini in locationibus retractum tribuere, eadem ratio facit,

Vide infra de laudimiis cap. 1. §. 40.

A imo & maior, vt & in concessione domaniorum tribuatur, si modo plus quadriennio de tẽpore fruendi superest, sed in perpetuis aut indefinitis quas pro immobilibus illa gens in commerciis & iudiciis habet, indistinctè certè scitum est nullo casu dominium ab concedente abscedere, & conditionem reliqui domanij ab Domino retenti seruare, itavt si mobile sit, mobile item apud accipientem maneat, nec ex persona accipientis cõditionem mutet, cum ex titulo accipiat non translatiuo dominij, adeo vt non magis focarium debeat quam quoduis Domini prædium pagano locatum, quod iure nostro nullum soluit. Quare & Dominus id dominium professione feudali comprehen-
B dere tenetur, & homagia facere, & talia quorum nihil ad accipientem pertinet, vtpote quæ sunt meri dominij, & proprietatis symbola, & à Domino solo prestãda, & finita cõcessione ad Dominum redeunt non iure consolidationis, sed finito fruendi iure. An vero tẽporalis, aut perpetua, aut indefinita concessio præsumatur, iudicãdum ex Cõsuetudine regionis, quo iure talia cõcedi soleant. Sin non appareat minoris temporis puto ex sententia Bart. l. 1. D. si ager vectiga. vel emph. peta. Ias. l. 2. num. 163. C. de iure emphiteutico.

Article CCC.

Artic. CCCXV. Novae Cons.

En échange qui est faite de[a] terre pour terre, [b] ores qu'elle soit aualuée prix pour prix, n'y a premesse, si ce n'estoit en [c] herbergerie où plusieurs seroient herbregez, & d'vn de ceux qui y auroit droit en fist échange à personne estrange & les autres, ou autre qui auroient part en la maison & herbregement pretendroient qu'ils ne fussent [d] commodément herbregez & logez. Auquel cas Iustice y pouruoiroit par conseil & aduis de prud'hommes, qui aduiseront & ordonneront [e] s'il en auroit necessité & besoin. Et s'il se trouue qu'il en eust necessité, la Iustice luy baillera ladite chose échangée [f] en recompensant le permutant personne estrange [g] d'autre maison ou heritage [h] suffisant & aisible le plus qu'elle pourroit estre trouuée par ledit compermutant.

QVando permutatur fundus, [a] pro alio item fundo, [b] quamuis vterque æstimatus sit, huic redhibitioni gentilitiæ locus non est, nisi [c] in habitationibus vbi plures cohabitarent, & eorum vnus, qui pro parte ius in illis haberet, illud extraneo ex permutationis causa cederet, & alij, aut alius cum quo tale domicilium siue habitationis ius commune esset, contenderet, non sat idoneè, [d] & commodè inhabitare: hoc casu, prouidebit iudex, adhibito virorũ spectatæ fidei consilio, qui iudicent & examinent, [e] an necessitate fulciretur postulantis desiderium, & explorata necessitate, iudex cohabitatori illi addicet rem permutatam, repensis extraneo permutanti [g] aliis ædibus, aut aliis immobilibus, [h] æquipollentibus, quantum inuenire in permutantis facultate situm erit.

Glossa I.

1 *An pro reditu redimibili dare sit permutatio.*
2 *Omnis æstimatio non facit emptionem.*
3 *Permutans obligans se ad inueniendum emptorem, &c.*
4 *Æquè commoda habitatio tribuenda hoc art. &c.*

An in permutatione locum habeat retractus, hîc quoque seria est dubitatio Tiraq. d. §. 1. glos. 14. numer. 19. qui & Consuetudines prouinciarum memo-

Vide artic. 316. N. C.

C rat & Boër. tit. de retra. §. 1. & decis. 144. 183. & 263. Mol. tit. de feud. §. q. 22. Chass. §. 1. Igneus rep. l. dudum. C. de contrah. empt. Plures non putant, sed de eo ferè Consuetudines locorum statuunt.

[a] *Terre pour terre.*] *Ou autre immeuble.* Quæ demum vera permutatio est, nam quæ pro mobili fit, venditio est, aut in venditionem recidit, de quo ille numer. 40. & Molin. §. 13. glos. 5. numer. 49. Boër. §. 1. Quid si pro
1 reditu, sed natura vel lege redimibili, Igneus l. 3. §. conditioni. D. ad Sena. Syllan. putat in venditionem

recidere, Molin. varius eſt. §.23. q.23. & §.7. Tiraq. A dubitat. d. gloſ. 14. num. 120. Ego quantum ad laudimiorum debitum expectandam redemptionem puto, ſed ad diiudicandam ſpeciem contractus ſufficere rem eſſe redimibilem lege perpetua, aut natura, vt pecuniæ vice fungi videri debeat, alioqui infinitæ fraudes Domini locorum fierent.

2 [b] *Ores qu'elle ſoit aualuée prix pour prix.*] Contra quam iure, nam cùm pro re immobili alius fundus æſtimatus datur, fit venditio, quod Bald. Bart. Salyc. putant l. 1. C. de rer. permut. Bolog. conſ. 25. Sed tamen non omnis æſtimatio facit emptionem, & hoc caſu apponitur demonſtrationis gratia, vt æqualitas rerum permutatarum intelligatur. l. cum poſt. §. cum res. D. de iur. dot. l. ſi æſtimatis. D. ſol. matri. vt hoc caſu Mol. tit. de cenſib. §.55. gloſ. 1. q. 7. num. 106. Tiraq. d. gloſ. 14. num. 19. B

3 Quid ſi permutans obligat ſe ad inueniendum emptorem rei quam dat, qui tantum vel tantum daturus ſit: Ego meram venditionem eſſe dico, neque enim intereſt an quiſquam ſoluat, aut ſoluentem producat, id eſt, per ſe vel per alium faciat l. pretij cauſa. C. de reſcind. vend. Doctores ibidem & l. ſingularia. D. de reb. cred. l. in numerationis. D. de ſolut. Nec me mouent Areſta, quæ vulgo memorãtur ab Tiraq. in præfa. & areſtologis, & quæ alia Choppinus citat, quæ quidem locum habere poſſunt, cùm emptor cõtingenter offertur ſine obligatione permutantis, ſed ſi de eo obligatio contrahatur de reperiendo emptore, nil intereſt ſoluat ipſe an ſoluentem producat, vbi ſemel contractum eſt, quid ſolui debeat.

A [c] *Herbregerie.*] Vetus vox pro habitatione & circunſtantibus hortis.

[d] *Commodément.*] Hîc commodum ſpectat, & pro commodo infra reponit neceſſitatis cauſam, inter quæ multum intereſt.

[e] *S'il en auroit neceßité & beſoin.*] Cur igitur ex commodo ſupra hoc ius tribuit, cum hîc neceſſitatem exigat.

[f] *En recompenſant le permutant perſonne eſtrange.*] Cùm hic caſus contra regulas ſtatuatur, æquum fuit rationem haberi contrahentis, & tantumdem reponi quantum adimeretur.

[g] *D'autre maiſon.*] Notandum hîc rem non euinci ſimpliciter hominis facto, ſed legis, ideóque & à lege ſuppletur, quod in permutationibus fit, & in locationibus, vt ſi frui non licet, æquè commodam habitationem tribuendo locator liberetur, l. ſi quis domum D. loca. l. qui autem. §. ſi ante. D. de conſt. pecu. Quod in feudis quoque conſtituitur c. 1. de Inueſt. de re al. fa. vbi Aluarot. & Bald. quem textum dicunt admirabilem, & item tit. ſi de feud. inter vaſſa. fuer. cont. vbi & Bald. Card. Alex. Iſer. Bald. c. 1. §. 1. tit. de nom. forni. fidel. & quos Boër. deciſ. 19. Quanquam in venditionibus aliud ſit, nec emptor fundatus ſit re euicta ad concludendum ad recompenſationem prædialem rei euictæ, ſed ad duplam tantum, aut damna, aut intereſſe, quod gloſ. & Bart. notãt. d. l. ſi quis domum. Etſi Maſuer. putat alternatiuè bene concludi ad damna, aut compenſationem tit. de empt. num. 19. 4

[h] *Suffiſant & aiſible.*] Id eſt, æquiualente & commodè.

Article CCCI.

Artic. CCCXIII. Novae Cons. Pourueu qu'il reſte ſix ans de la iouïſſance dudit heritage.

VAND heritage eſt baillé pour iouïr des leuées [a] par certains ans & iuſques au parfait payement de la debte du creancier, le preſme a droit de premeſſe ſur ledit heritage, en payant au creancier reaument & de fait, [b] ce qui luy eſtoit deu, ou reſtera lors que le preſme fait ledit retraict, ſinon qu'il reſte plus [c] de quatre ans de la iouïſſance dudit heritage audit creancier.

QVando hæredium fruendum datur [a] ad certos annos, & donec pleniſſima creditæ pecuniæ ſolutio factæ fuerit, proximus ius hæredij redhibendi habet, ſi prius creditori ſoluerit realiter, & de facto, [b] quod ei debebatur, aut quod ex obligatione diſſoluendum ſupereſſet, tempore quo proximus ad retractum accedit, niſi ſi plus quatuor annis adhuc creditor ex lege contractus frui debeat.

Glossa I.

1 *Antichreſis quid, item & pignoris contractus.*
2 *An pignoris fructus loco vſurarum cedere poßint.*

1 Hæc ipſiſſima deſcriptio contractus, de quo ſubinde conſuetudo meminit *qu'ils appellent d'engage*, Is veteribus fuit vetuſtiſſimus, nunc non perinde recepto vſu redituum conſtitutorum, vnde pecuniæ vberior prouentus fuit priſcorum Iuriſconſultorum antichreſis, cùm ſcilicet datur res fruenda, quoad ſors credita tota de fructibus annuis repoſita & diſſoluta ſit, ac tum demum reſtituenda, vt ita creditor ſine interpellandi moleſtia per manus ſuas ſuum ſeruet, & ſibi ſoluat. In ſimplicibus pignoribus certum C eſt fructus de pignore perceptos ſortem extenuare l. 1. & 2. C. de pign. act. l. 1. C. de diſtr. pign. l. 2. C. de pact. pig. cap. cum contra ex de pignor. & quos Tiraq. in retractu. §. 15. glo. 3. & in retra. conuent. §. 4. gloſ. 4. num. 5. Quare quos fructus de pignore accepit creditor, hos in ſortem imputat. Vnde dubitatum, 2 an fieri poſſit pacto, vt tales fructus cederentur loco vſurarum & pecuniæ intervſurio, & vt loquuntur pro intereſſe. Quidam enim non admittunt propter fraudis vſurariæ ſuſpicionem, cùm vſura ſemper admittatur, quoties aliquid accedit ſorti. Quibuſdam tales cõtractus non diſplicent propter incertitudinem, quia poteſt accidere, vt fructus rei non reſpondeant vſuræ pecuniæ, quin etiam canoniſtæ admittunt, de quo Bart. Bald. Salyc. l. ſi ea lege l. ſi eo pactone, l. ex prædiis.

diis. C. de vsur. Pet. Iacob. in practica tit. de gageria, & quos Tiraquel. in retract. conuent. numer. 133. in fine & l. si vnquam verb. donatione largitus num. 131. Boër. decis. 44. num. 24. Ego in contractu mutui, qui nullum interesse admittit, ferendum id non puto, in venditione reditus puto, sed ita ne valor fructuum multum declinet à iusta reditus & interesse debiti, ratione & taxatione legali interesse vnus pro quindecim, secũdum qualitatem personarum permissi olim, A sed quod hodie executum sit, de quo Molinæus in vsuris quæst. 35. num. 266.

[a] *Par certains ans iusques au parfait payement.*] Id erat antichresis descriptio: sed qua rarus creditor vtitur, Nemo enim tam seram pecuniæ solutionem ferret.

[b] *Ce que luy estoit deu ou restera.*] *Aux termes contenus par le contract d'engage.*

[c] *Plus de quatre ans.*] Vt art. 299. supra.

Article CCCII.

Le temps de bail, rachat ou saisie faite[a] par defaut d'hommage &[b] iceux finis, & les terres deliurées, l'on peut venir par voye de plegement ou de premesse: & ne doit celuy temps nuire aux presmes.

Tempore baillij, rachatus, aut manus iniectionis[a] finito ob hominij defectum,[b] prædiisque liberatis veniri potest via intercessionis, aut proximitatis, nec præfatum tempus proximis fraudi esse debet.

Difficile est omnino iudicare, quæ ratio sit huius dispositionis, nam cùm in retractu de iure Domini agatur, non satis magna causa est prorogandi temporis ad actionem, quę sumitur à perceptione fructuum sola. Nam cùm manum Dominus iniicit feudo ex causis hîc expressis, fructuum tantum causa in eo vertitur, cur igitur ex causa quæ fructus tantum respicit, & sæpe vnius dũtaxat anni differũtur petitoriæ actiones, cùm experiri liceat de iure proprietatis nonobstante eo, quod alius re fruatur speciali quopiam iure. Neque enim alia ratio dici potest, nisi quia retrahens non esset fruiturus, sed quid obstat quominus de proprietate experiatur.

[a] *Par faute d'hommage.*] Idem ex quacumque causa B manus Domini iniecta sit ex causa quidem feudi, nam si ex delicto, quæ causa extranea est, vt de casu ad casum non sit facienda extensio.

[b] *Et iceux fruits.*] Si tamen acquirens faceret approprimenti solemnia per bannimenta, hîc retrahens intercedere deberet intra certificationem; neque enim retrahens prohibetur agere, sed non cogitur nisi causaliter cùm bannimenta fiunt: nam etiam iniecta manu bannire permittitur, quia bannimenta non exigunt vacuam possessionem tradi, quod in approprimentis dicimus, & manus dominica non spoliat vassallum possessione, de quo Molinæus §. 1. glos. 4. numer. 23. in feud.

Article CCCIII.

Si le Seigneur suserain ou autre noble acquiert du fief roturier de l'homme à son subiect noble, le prochain Seigneur se peut opposer, pource qu'il est plus presme à retraire son fief. Artic. CCCXVIII. Nouas Cons.

Si superior, & qui plenissimo iure Dominus est, aut alius nobilis acquirit, ex feudo ignobili vassalli, subiecti sui nobilis, proximus immediatè Dominus intercedere potest, quia proximior est in proprij feudi retractu.

Hic qualitates *de noble en l'acquereur, & de roturier au fief, & de subiect noble*, ex toto superfluunt; Nam hoc ius competit omni qualitati Domini, etiam si nobilis non sit, & ratione omnis feudi, etiam si nobile non sit. Hoc autem in summa habet, ius retrahendi Domino immediato competere, vt cætera omnia iura dominica, propterea quod vassallus vassalli mei non est meus vassallus, de quo nos art. 68. & Molin. §. 1. glos. 6. Iacob. in feud. vers. & cum pacto. Quin & illud tractatum, an Dominus immediatus possit cogere Dominum inferiorem ad manumittendum tale feudum, id est vacuandum manus suas de feudo sibi C immediatè subiecto, quia inconueniens sit ratione eiusdem subiecti vnum & eundem esse subiectum & Dominum; & olim putarat Speculator in tit. de feud. §. quoniam quæst. 40. & Molin. §. 30. numer. 182. Atque in regibus quidem ordinatione regia Ioannis cautum, vt id faciant, de quo Molin. §. 13. glos. 4. numer. 3. quia impossibile sit regem cuiquam subiici subiectorum nexu quidem feudali, alioqui contingeret successu temporis omnia in regiam confluere variis de causis & titulis. Sed in cæteris dominiis non perinde vsitatum, & si ex conuenientia οἰκονομίᾳ quidem repugnat.

ARTICLE CCCIIII.

ARTIC. CCCXIX. NOVAE CONS.

VAND l'achat des choses heritelles est fait durant le mariage[a] en la premesse de l'vn ou de l'autre des mariez, & l'vn d'eux decede, celuy qui demeure,[b] ou son hoir peut mettre hors par premesse,[c] nonobstāt l'appropriance, les hoirs du decedé, de ce qui aura esté conquis en sa premesse, payant[d] le demy denier de la chose conquise, de ce qu'elle aura cousté à acquerir par le marché: Et pour les baux, vins, & ventes[e] dedans l'an & le iour du decez, nonobstant l'appropriement fait par lesdits mariez durant leur mariage.

QVando emptio rerum soli, aut immobilium contrahitur manente matrimonio,[a] in proximitate alterutrius maritorum, & eorum vnus fato suo fungitur, ille qui superuixit,[b] aut qui in illius ius successit, potest iure cognationis summouere,[c] approprimentis nihil vetantibus, hæredes prædefuncti, quod ad rem quæ in sua proximitate acquisita fuerit, modo dimidium pretij soluat, quod ex instrumenti tenore numeratum esse constiterit, aliásue expensas veluti vina & laudimia intra annum, & diem à morte supputandum, approprimentis, quæ à prædictis coniugibus facta essent, hac in parte silentibus.

Meminit similium consuetudinum Tiraq. in retractu. §.17. 18. 19. ratio statuti est, quia actiones ad retractum constante matrimonio à coniugibus exerceri nequeunt aduersus alterum ab altero, cùm pecunia sit in dispositione mariti, ideóque agere non valentibus non currit præscriptio.

[a] *En la premesse.*] id est, *au lignage ou ramage de l'vn ou de l'autre.* Congruit infra art.307.

[b] *Ou son hoir.*] Notandum hîc dari retractum hæredi, vt hæredi non vt consanguineo, imo etsi consanguineus non sit: & ratio est, quia viuens coniux consanguineus agere non potuit. Scitum est enim cõsanguini actione instituta ius transmitti ad hæredem etiam extraneum non consanguineum iure quæsito, sed id pro parte hæreditaria tantum.

[c] *Nonobstant l'Appropriance.*] *Soit par bannies, ou laps de temps.*

[d] *Le demy denier.*] Quia alia dimidia ad petentem pertinet.

[e] *Dedās l'an & le iour.*] Id est, *de la dissolution du mariage*

ARTICLE CCCV.

ARTIC. CCCXX. NOVAE CONS.

T aussi l'heritier du decedé peut mettre hors le suruiuant par maniere semblable, s'il y a eu quelque chose acquise en la premesse du decedé,[a] sauf audit viuant iouïr de sa donation que le premier viuant luy auroit faite, auquel cas sursoira le remboursement, iusques apres le decez du donataire, en baillant caution.

QVin etiam defuncti hæres, superstitem eadem ratione excludere potest, si quid in proximitate, siue cognatione defuncti conquisitum fuerit,[a] saluo tamen apud superstitem donationis vsufructu manente, quam primus viuens in illum contulisset.

Hic articulus superfluit, cum sit casus conuersus superioris satis in eo expressus.

[a] *Sauf au viuant à iouïr de sa donaison.*] *Des acquests*, scilicet, *faite au suruiuant*, qua donatarius fruitur nonobstante retractu. Quod si contractus resoluitur in pecuniam resoluto vi redemptiuæ conditionis contractu venditionis, hoc casu superstes fruetur præstita cautione, vt in vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur. Sed de eo nos alibi.

Quid igitur si duo Coniuges prædium cõpararunt, & vnus aliquis consanguineus vult partem mariti extranei per retractum petere: An admittitur, an in pendenti erit retractus, donec soluto matrimonio appareat, an vxor hęrésve eius velit retrahere beneficio huius cõsuetudinis. Dicẽdum si retrahens proximior sit vxore, protinus retractũ ei adiudicãdum, sin remotior dissolutionem expectandam ex art.308. infra, idque sola declaratione vxoris, quod intendat retrahere.

Quæsitum memini, cùm quidam decessisset facto conquestu communi cum vxore, & vxorem testamento dedisset tutricem filio, illa cùm posset retractum nomine filij à se petere de conquestu, qui in linea filij esset; non petiit, mortuo post annum filio hæredes eius retractum petebãt, quia illa tempus labi permisisset, cum à se retractum petere debuisset. Dixi actionem retractus nonnisi à volente exerceri, nec vlli tutori incumbere, vt retractum peteret, nec matrem contra se agere pro filio cogendam esse, & sententia aresto placuit, *pour la vefue de Maistre Iean de la Houle Conseiller*, 14. Martij 1570.

ARTICLE

Article CCCVI.

Et s'ils ne les mettroient hors dedans l'an & le iour du decez par leur premesse, les autres en demeureroient appropriez. Artic. CCCXXI. Novae Cons.

Quod si intra anni, & diei metas, cæteros iure cognationis non expellerent, alij ritè appropriati remanerent.

Article CCCVII.

S'il y avoit conquest fait en la premesse & ramage de l'vn des mariez, celuy ou celle où ramage duquel il auroit esté conquis & fait, en pourroit ietter hors celuy ou ceux qui ne sont du ramage dedans l'an & le iour, apres que leschoiste leur seroit venuë, en payant le my-denier comme dessus. Artic. CCCXXII. Novae Cons.

Si quid acquisitum esset in cognatione, & ramagio coniugum alterius, ille, aut illa, in cuius ramagio res quæsita fuisset, posset expellere illum, aut illos, qui eidem non coherent ramagio, intra anni, & diei curricula, postquam successio huiusmodi conquestus ad eos peruenisset modo dimidiam pretij pendat, vt in superioribus dispositum.

Superfluum & recinit disposita artic. 304.

Article CCCVIII.

Et si ceux hoirs ne voulsissent, ou ne peussent ietter les autres hoirs hors de leur ligne,[a] ceux qui seroiēt de celuy ramage, & presmes plus loingtains[b] pourrōt retirer ledit acquest en payāt le my-denier cōme dessus. Artic. CCCXXIII. Novae Cons.

Quod si prædicti hæredes nollent, aut non possent cæteros hæredes à sua linea remouere,[a] eiusdem ramagij, & vlteriores cognati[b] poterunt præposita acquisita retrahere, solutione dimidiati pretij facta, vt supra.

[a] *Ceux qui seront dudit ramage.*] Nota vbique repeti, *ramage.*
[b] *Pourront retirer ledit acquest.*] Intra vnum & eundem annum, neque enim hoc tempus subordinatur, sed A currit omnibus simul, & semel. Quare posterior videre debet; ne frustratoria expectatione eludatur, si ipsa ad retractum non veniat, de quo Tiraq. in retractu. conu. §.2. glos.1. num.65. & 66. Diximus art. 286.

Article CCCIX.

Les enfans aux bastards, naiz en loyal mariage, auront premesse aux terres de leur lignage, qui viendront du ramage deuers pere, ou deuers mere de ceux bastards, dont ils seront yssus, quand personnes estrangers les acquerroient. Artic. CCCXXV. Novae Cons.

Liberis nothorum, qui ex iustis nuptiis quæsiti sunt, conceditur prædia suæ agnationis retrahere, quæ ex ramagio patris, aut matris eorum obuenerint, si extrariæ personæ eorum rerum dominium acquirerent.

Les enfans.] Cum bastardus, aut nothus principium sit suæ agnationis, nec ab agnatione ascendentium sit, quod Bart. notat. l. pronunciatio. §. fam. D. de verb. signif. quem locum tractat Tiraq. §.1. glo.2. num.6. relinquitur eum non admitti ad hereditates ascendentium, nec cōsanguineorum, qui per ascēdentes fiunt, quod art. 450. statuitur, ideóque nec ad retractū, cum nec lineam faciant, nec ramagium, quod Masuer. scri- B bit in retract. §. penult. & Bened. ca. Raynutius verb. & vxorem in loco de success. ab intestat. num. 113. Angel. cōsil. 191. nec vicissim patres bastardorū, de quib. Tiraq. in primogen. q.12. Sed ipsi bastardi, si prolem legitimant sustulerunt, principium stipitis faciunt ad omnes descendentes ab eis, sed non in quæsitis ab ascendentibus eorum. De legitimatis eodem loco Tiraquellus agit & Chassaneus. §.1. eod. tit.

TITVLVS DECIMVSSEXTVS,

DE FEVDIS, FIDELITATIBVS, ET HOMAGIIS.

TILTRE SEIZIEME.

Des Fiefs, Feautez, & Hommages.

AD RVBRICAM.

1 *Feudi quædam substantialia.*
2 *Naturalia quædam.*
3 *Accidentalia quædam feudi.*
4 *Libri feudistici pene inutiles.*
5 *Naturalia non egent probatione.*

Iason Zasius Molin. Hieron. Cuiacius.

NTEQVAM hunc titulum ingredimur, præfanda quædam sunt
vtilia ad vsum, nec fortasse omnibus obuia: Nam illa philologica
de origine feudorum & diuisionibus eorum eruditi quidam nuper
seriò, & accuratè sunt persecuti: & si illi quidem non pauca
B de coniecturis sæpe non ita probabilibus, Sed quid
facias in re tam obscura. Diximus alibi & hîc quoque
repetendum contractus feudi (quem nos *feage* dicimus)
quædam vt aliorum omnium contractuum substantialia
esse; quædam naturalia, cætera accidenta-
1 lia. Substantialia, sunt sine quibus contractus non
consistit, & quibus si vis affertur contractus desinit
esse talis, etsi conuentio ipsa vt quælibet innominata
pactio non semper corruat. Tale est in feudo, quod
dominium vtile ad vassallum cùm sit, directum ab
domino retinetur. Tale etiam, quod fidelitas exhibeatur,
etsi sacramentum ipsum fidelitatis remitti
potest nec substantiale est. Tale quod sine pretij in-
C teruentu conceditur ex art. 344. iure quidem patrio.
Nam feudistico scripto diuersum putant. Sine his
feudum non est contractus qui initur. Quod si quidpiam
contra fiat, feudum esse desinit & degenerabit,
& in aliam conuentionem transibit aliquam de permissis
siue nominatam, siue innominatam, quæ tra-
2 ctatio est, l. vbi ita donatur. D. donat. Huius item
contractus quædam naturalia sunt, omnia scilicet,
quæ moribus cuiusque gentis ex natura actus citra
vllam expressionem debentur ab ipsa consuetudine
tacitè addita aut subintellecta: talia sunt, *ventes,
lots, chambellage, hommage, droicts de succeder aux bastards,*
D *bannies.* Ista enim etsi alibi alia diuersa sunt intra territorij
cuiusque metas, tamen debentur, quamuis nihil
in inuestitura seu concessione de his dictum sit; &
in faciendo feagio nil cautum sit. Eadem si nunquam
soluta sint, ne mile quidem annis iuri petendi derogatur
occasione quandocumque accidente, nisi negatione
debitoris, ex qua vassallus in possessione lon-
A gissima fuerit, quæ nos fusè persecuti sumus in titul.
de Approprimentis. §. 276. inde fit, vt si laudimia
nunquam petita sint, nil vetet ea peti quandocumque
noua feudi seruieutis venditio facta fuerit. De
Camerario idem iudicium & talibus quæ ex vniuersalis
territorij conditione debentur ex articul.
277. Nam ex superioribus non omnia vbique debentur
sed alibi alia laudimia quidem & ventæ
vbique. Talia omnia naturalia quæ dicimus, conuentionibus
partium subijciuntur, & mutari, adimíque
possunt citra contractus feudi corruptionem
in totum & in parte: fieri enim posset pacto
& tenore inuestituræ, ne quid istorum deberetur,
B nec feudum esse desineret, nec enim periret substantia
feagij vt articul. 397. 354. 356. 358. 363. Atque
ista in totum pendent ab consuetudine cuiusque
loci aut regionis, Italiæ alia, Germaniæ, item nobis
alia provt more gentis cuiusque inuexêre, de quibus
Zasius lib. de feudis parte, 12. Nam quæ in Germania
aut Italia naturæ feudorum tribuuntur, alibi
sunt alia, quia si vsquam alias in feudis maxime mores
variant. Itaque quod apud Zasium legis feudorum
naturæ tribui & subintelligi etiam non expressa,
ne in Britanniam produxeris, nec quæ Mediolani
somniarunt Obertus aut Gerardus eadem nobis probantur.

C Accidentalia sunt quæ in totum ab conuentioni- 3
bus partium pendent, id est, non debentur nisi cauta
& expressa, *comme rentes, deuoirs*, est qui ranas debeat
compescere dum dormitur, est qui muscum colligere
ad officia naturæ, est qui corollas offerre, qui basiare,
& infinita talia. Hæc à nemine præstantur nisi promissa
ex tenore inuestituræ; ex quo feuda pactionata
Itali scriptores solent appellare: Hæc taliaque adesse
& abesse possunt citra feudi aut contractus corruptionem,
de quibus dicere solent tenorem inuestituræ
derogare omni naturæ feudorum, quem locum
cumulat Tiraquellus, in l. si vnquam verbo libertus,
num. 9. C. de reuoc. donat. & Zasius, dict. parte
D 12. & parte 1. late Curtius libello de feudis parte 1.
quæst. 6. quod dictum de naturalibus intelligendum
est. Nam substantialia immutabilia sunt.
Quo factum est; vt libri illi feudorum, qui ha- 4
bentur in manibus, penè inutiles nobis sint reddiri
mutata conditione feudorum pro moribus cuiusque
gentis, nec in his ita multum ponendum
sit

ſit operæ, & ſi quidem in vmbraculis ſcholaſtici ſtudij legi eos non improbem ad deformationem vt lineamenta materiæ: Sed cum ad forum veneris pene dedidiciſſe profuerit, ne fallant auctoritate iuris non recepti. Nec illud quidem recipimus, quod illi tradunt, feuda quæ ad certa & determinata ſeruitia dentur, improprie feuda dici, veluti ex natura ad incerta potius dari ſoleant capit. 1. vbi gloſſ. & doctores. de capit. qui

A cur. vend. capit. 2. titul. in quib. cauſ. feud. amit. capit. 1. §. penult. tit. quid ſit inueſtit. Cuius oppoſitum in totum obſeruamus, ne vlla debeantur obſequia niſi condicta & expreſſa inueſtitura. Naturalia probatione non egent, cùm ſint fundata in conſuetudine quantocumque tempore omiſſa. Accidentalia egent, & omnino probari conuenit inueſtituris aut profeſſionibus interdum & teſtibus. 5

ARTICLE CCCX.

L y a trois manieres de tenues, qui ſont appelees nobles.

ARTIC. CCCXXIX. NOVAE CONS.

TRes ſunt ſpecies conceſsionum feudalium, quæ nobiles appellantur.

1 Teneure, *quid ſit.*
2 *Feudorum quædam differentiæ moribus incognitæ.*
3 *Nobilitas feudi non à perſona, ſed à re metitur, & lege poſſeſsionis.*
4 *Nobilitare eſt inter regalia.*
5 *Feudorum quædam diuiſiones ſeu qualitates moribus ignorantur.*
6 *Paganicæ conceſsiones in feudis quæ.*

Il y a trois manieres.] Hoc eſt iure & moribus gentis triplici conditione feuda conceduntur. Nam in totum alaudia nulla ſunt quod veteri expreſſum capit. 224. incaute in noua omiſſum eſt. *Et art. 328. N. C.*

1 *De teneures.*] Externi *teneures*, aptius dicunt, intelligimus autem leges, modos & deſcriptiones feudorum à conſuetudine inductas &, quæ ſubintelliguntur, ita vt protinus quam dixeris, *tenue comme iuueigneur d'aiſné, ou comme de ſeigneur lige, ou à ligence*, intelligas ex conſuetudine ſcripta quæ cuiuſque natura & iura ſint & inueſtiturarum differentiæ, etiam ſine expreſſione contrahentium. C

Qui ſont appelees nobles.] frequenter eueniet iuri patrio operam nauantibus vt dediſcenda ſint, quæ ex illa feudiſtica Mediolanenſium farragine didiſceris quę in ſcholis teritur: Nam illi nobilia feuda vocant, quæ à nobilibus ſunt conceſſa, nobiliora etiam pro vt qui dederit nobilitate excellat: itaque præcellere quæ à regibus, ſecundo ordine à Ducibus, atque ita deinceps gradu facto conceſſa fuerint. Qua ratione ignobilia & Burgenſia vocant, quæ ab ignobilibus conferuntur, ipſos etiam qui accipiunt eadem ratione nominibus diſtingunt Capitaneos, vaſſallos; Valuaſſores & valuaſſinos appellantes, quæ illorum vulgata eſt tractatio. Sed eorum nihil nobis in vſu eſt qui nobilita-
3 tem feudorum non metimur à perſonis concedentium aut accipientium, ſed realiter à lege conceſſionis prout ſic vel ſic habenda, vel tenenda, conceſſa ſint nobiliter, vel ignobiliter. Quare à rege conceſſa, nihil prohibet ignobiliter poſſideri id eſt, *roturierement, comme il faict aux landes qu'il baille de ſon domaine tous les iours, ou aux domaines congeables qu'il affieſe aux payſans.* Quod cùm ſit etiam ſi talia commerciis ad nobiles deuenerint, in ſua conditione manent, & focariorum debitis ſubijciuntur, vt item nobilia ſi ad ignobiles deerrauerint in ſua conditione perſtant. Sunt enim iura talium realia, & rebus infixa, nec à perſonis ſtatum ſuum ducunt. Itaque, quo iure vtitur, nullus Dux Marchio aut quantalibet percellens dignitate & titulo conceſſione feudi quemquam nobilitat. vt feudiſtæ volunt: regum iſta poteſtas eſt, atque inter re- *Art. 258. Ed. Bleſ.*

B galia numeratur vt quemquam nobiliter, ſiue feudi creatione noua ſiue alienatione eius, quod iam ante creatum ſit. Nec rex ipſe collatione talium quenquam nobilitare intelligitur, alioqui non nobilem, 4 niſi ex certa ſcientia, nec ignarus conditionis accipientis contulerit; quo caſu diſpenſare intelligitur, & nobilitare ad effectum capacitatis talis feudi, quod alioqui non conceſſurus tali iudicandus eſt. Veluti nuper cùm equitatus dignitatem ambitioſe terræ filius quiſque & ignobilis à principe peteret, nemo non abſtulit quod cuperet, cum iſta decora concedere quam numerare potius videretur. In eo numero, cùm plures ignobiles apparuiſſent, rectè reſponſum tales obrepſiſſe principi videri, cùm conditionem ſuam mentiti eſſent, & ambitus potius damnandi viderentur, qui non regis ſponte, ſed magnatum ſuffragationibus in eos titulos irrepſiſſent. Nec igitur Ducatus aut Marchionatus collatio nobilitat, aut receptio in fidem regiam niſi ab ſciente facta ſit, cui conferret, nec vulgata receptione homagij iuri communi præiudicari. Proinde id nobis feudum nobile dicitur & vſurpatur quod iure ac lege nobilitet, habendi nobili conceditur, dicta neceſſitate præſtandi hominij & obſequiorum talium quæ à nobilibus ex dignitate præſtari poſſint, citra vllas artificiales aut fabriles operas, art. 95. ſup. Hæc lex, recti D feudi nobilis, tum illa natura vt perpetuo pro accipiente, heredibuſque eius conferatur, atque etiam ſucceſſoribus particularibus, & cauſam habentibus, ita vt adimi nequeat niſi ex cauſa & iure non omnibus illis quidem aut conſuetudine expreſſis. Cæteras 5 feudorum diuiſiones, ſecularia, Eccleſiaſtici, fœminini aut maſculini de Camera de Cauena; Gaſtaldiæ, antiqui, noui & tales, quæ qualitates ſunt potius ex conuentione vſu ignoramus omnes etſi quidem in conſenſum & commercia, ſi quis velit, poſſit inducere; ſed præter naturam eorum, quæ conſuetudo introduxit.

E *Nobles.*] Nam & quædam ignobiles & paganicæ 6 ſunt conceſſiones quæ ſine homagij lege & ad determinata ſeruitia manualia & vilia debita conceduntur pecuniaria potius quam honorifica & quæ quis paganicè tenenda acceperit, non poſſit alteri nobiliter habenda in feudum concedere in præiudicium ſuperioris domini aut regis aut eorum quorum intereſt ratione intributionis focariorum. Talium ex natura eſt, etſi præter naturam interdum cauta hominij iura, nouimus in côceſſionibus paganorum, ſed vt diximus pręter naturam, nam ex conſuetudine non debetur, ex conuentione eſt, & accidenti quod cautū eſt.

Article CCCXI.

Art. ccc. & Art. cccxxix. Novae Cons.

L'VNE[a] eſt tenuë comme iuueigneur d'aiſné) [b] lequel iuueigneur, s'il tient en parage [c] tient auſſi en ligence du Seigneur ſuzerain de qui les choſes ſont prochement tenuës: La ſeconde maniere s'appelle tenuë à [d] ligence: Et la tierce quand aucun ſans tenuë en iuueigneurie, tient de ſon prochain Seigneur, qui tient en celuy cas [e] comme du Seigneur lige.

QVædam [a] ſecundo nato tenetur, quam habet à primogenito, [b] qui ſecundo natus, ſi teneat iure paragij, [c] tenet etiam in [d] ligentia, à ſuperiori Domino, vnde immediatè res tenentur, Secunda appellatur detentio in ligentia, tertia, quando quis non vt ſecundogenitus obtinens, tenet à Domino ſuo immediatè proximo, qui tenet illa ſpecie, [e] tãquam à Domino ligio.

1 *Quatuor differentiæ* de teneure feodale.
2 *Prima* comme iuueigneur d'aiſné en parage. *ibidem.*
3 *Secunda* de iuueigneur ſans parage.
4 *Nobilis controuerſia adhuc non deciſa.*

L'vne eſt tenuë comme iuueigneur d'aiſné.] Hîc articulus perperam numeris ſeparatus eſt à ſuperiore. Perſequitur vero feudalium conceſſionum iura & naturam ſingulas nominibus diſcernit iura ſubſequentibus articulis ſigillatim accipientur.
1 Tres facit conceſſionum nominationes, ſimplices duas, mixtam vnam, de duabus, Simplex eſt, *la tenuë comme iuueigneur d'aiſné*, Simplex item, *comme de Seigneur lige.* Mixta de vtraque, *comme iuueigneur d'aiſné, & de la ligence au ſuperieur de tous deux.* Hæc diuiſio de nobilibus tantum conceſſionibus ſtatuit, nec plena eſt, cùm quartam omittat, *qui eſt comme iuueigneur d'aiſné ſans parage.* Sed hoc quotus quiſque intelligit? vix quidem qui in foro ſenuêre. Dicam itaque plenius, nec dubito, quin dictum expediat, & multi, niſi obeſt inuidia, gratiam mihi ſint habituri. Primus ego viam aperuero, quod multorum annorum accurata obſeruatione veteris & innouati iuris ad hæc tempora etiamnum ignoratum deprehenderim: dicam autem ſic, vt ab omnibus intelligi poſſit.

Hinc artic. 331. N.C.

2 *Il y a en la Couſtume de ce pays quatre differences de teneures feodales, nobles & vne roturiere. La premiere des nobles eſt comme iuueigneur d'aiſné en parage, que les anciens en leurs lettres appelloient en ramage. Qui ſe fait quand le fils aiſné baille à ſon frere puiſné, que nous appelons iuueigneur, vne terre pour ſon parage pour tenir de luy aiſné & ſes ſucceſſeurs comme iuueigneur d'aiſné en parage. Ceſte forme de teneure en parage ſe pratique aux prochaines Prouinces d'Anjou, Touraine, le Maine, & ailleurs. Et appellent l'aiſné le parageur, & le puiſné le parageau. Qui tient en ceſte façon eſt dit tenir en parage, eſtant tenuë de freres, pairs de degré & de ſang, ainſi dit de parité. Ceſte tenue par la Couſtume emporte plus de deuoirs d'honneur & de deferences que de profitables pecuniels ou de reuenu pour l'aiſné: car tel vaſſal ne doit bail, ny rachat de ſon fief, art. 74. & 320. ny ventes, art. 312. & n'eſt ſubiet à la haute Iuſtice de l'aiſné, art. 312. ny aux amendes de fol-appel ou contredits, ny de defautss, art. 312. il doit neantmoins foy & hommage, art. 320. fors la fille qui n'en doit en ſa vie, art. 317. Pour hommage, il ne doit que la bouche & les mains, art. 325. l'aiſné eſt tenu luy recognoiſtre ſa tenue, art. 316. le puiſné ſe ſied à* A *la dextre de l'aiſné en ſa Cour ou de ſon Iuge pour marque de vraye parité, art. 314. Il eſt excuſé de la preſomption de contumace par ſon ſerment, art. 313.*

Voila les droits reciproques de ceſte tenuë qui ſont de la nature de la tenuë ſans beſoin d'en faire expreſſion ou conuention eſtans deuoirs imprimez en l'acte & teneure feodale par la Couſtume reellement quels nous auons mis cy-deſſus, inter naturalia actus. *Ne ſe doit toutesfois nier que de conuention, il ne s'y en puiſſe adiouſter d'autres & profitables en l'infeodation, mais en ce cas ils ſeront deuz par accident & par la conuention & ſe mettront,* inter accidentalia actus, *qui ne ſeroient deuz s'ils n'auoient eſté conuenus. Ce* B *qui eſt baillé à tenir aux termes & deuoirs couſtumiers s'appelle* feudum rectum, *Ce que outre ſe met de conuention fait degenerer le fief* à natura feudi recti, *aux termes du tiltre,* de feud. non hab. prop. nat. feud. & latè Zaſius Lib. de feudis part. 12. Curtius in feudis part. 1. quæſt. 6. num. 24.

La teneure comme iuueigneur ſans parage s'appelle quand 3 *le parage eſt finy. Il ſe finiſt par trois accidents, choſe non gueres cognue aux practiciens. Le premier quand les degrez de l'aiſné & puiſné deſcendent ſi bas que le lignage finiſt, ce que ceſte Couſtume meſure, au neufieſme degré comme nous prouue l'art. 284. En Anjou, & à Blois, quand* C *les vns & les autres ſe peuuent marier enſemble. Le ſecond quand l'aiſné ou puiſné aliene ſon fief en main eſtrangere, comme il eſt permis & preſuppoſé en l'art. 141. & 317. Le tiers quand le puiſné baille ſon fief à tenir de luy à ſon iuueigneur qui s'appelle ſour-iuueigneur, dont eſt parlé en l'artic. 259. les Angeuins & Tourangeois ont autres droicts & couſtumes: car les puiſnez ne doiuent point de ligence au ſuperieur, l'aiſné reſpond pour tous ſes puiſnez, & ſe charge de leur hommage.*

Artic. 331. N.C.

En tous ces cas le parage ſe finiſt defaillant la parité & le lignage, & va le fief en main eſtrangere, l'effect de ceſte defaillance ne tolliſt pas les droicts vtiles & de reuenus deubs D *à l'aiſné en ſa repreſentation par la conceſſion de fief: mais les honneurs & deferences de reuerence perſonnelle deubs du puiſné ou reciproques de l'aiſné ſont oſtees, & s'eſuanouyſſent tout ainſi que le lignage ſe perd, par la raiſon de l'artic. 298. En ſorte que tous les deuoirs cy-deſſus dicts ceſſent. Le iuueigneur donc ou ſa repreſentation apres le parage finy ne ſera plus quitte de ſon hommage par la forme de l'art. 325. ains ſera vn plain hommage en la forme de l'art. 326. Il ne ſe ſeoira plus à la dextre de l'aiſné, l'aiſné reprẽdra la haute iuſtice ſur luy, il ne ſera quitte des amendes de contumace d'obeyr à ſa Cour par ſerment, tous les debuoirs reuerentiels ceſſeront.*

Demeu-

Demeureront les droicts vtiles & de reuenu la foy l'hommage, fruicts de male foy par faute d'iceluy. Non dissimiliter atque contingit in operis officialibus patronorum an libertis præstandis, quæ extraneis cedi nequeunt, & liberis patronorum debentur etiam si heredes non sint, vt affixæ personæ fabriles & artificiales & cedi possunt l. opus in rerum. D. de oper. libert. vulgo. l. si non sortem. §. libertus. D. de condict. indeb. & quæ Molinæus tractat. in feudis. §. 1. glos. 3. nu. 24. hæc similitudo ob oculos ponit discrimen talium quæ à consideratione personæ sumuntur & ab ea separari non possunt; aut vero possunt; vt quæ reuerentia generis & necessitudine sanguinis tribuuntur eadem abscedente sanguine & genere desinant, de quibus nos d. art. 298. Super hoc iure nobilis me adolescente, controuersia
4 orta est, necdum vero finem accepit Parlamento Parisiensi indecisa. Dux Britanniæ auorum memoria opimas ditiones principis cuiusdam viri confiscauit ob perduellionem & in fiscum redegit, eas cum per annos aliquot tenuisset, rursum in feudum concessit cuidam ex suis, addita clausula, quo iure, quaque conditione vassallus ille perduellionis postulatus tenuisset ante confiscationem. Qui beneficium acceperat, protinus ad obsequium feudi collati, vassallos deuocauit in quibus principe quidam loco fuit qui pridem beneficium suum tenuisset *comme iuueigneur d'aisné* à feudo confiscato, obstitit is, ac rationes attulit se quidem pridem beneficio obstrictum fuisse *comme iuueigneur d'aisné* domino feudi confiscati germano quidem suo & genere non dispari nunc cum id feudum ad extraneos peruenerit semel confiscatione ad Ducem, deinde iterum concessione ad extraneum paragium semel & iterum finitum, genus & gentem desiisse lege pristini feudi, quæ olim fuisset, amplius non teneri. Nam cum omne hommagium in persona Ducis ligium sit, vt principis summi mutata conditione feudi per incorporationem domanio factam, concessione noua restitui in pristinam causam non potuisse, non magis quam genus & gentem, & sanguinis iura semel extincta, nec amplius eam clausulam, quo iure quaque lege, &c. potuisse, quam quod natura pateretur & noua concessione feudum nouum constitui relatiuè quidem ad priores concessiones, sed vetus desiisse confusione semel facta agentis & patientis. Hæc controuersia totos iam triginta annos, indecisa controuertentes fatigat, ex quo primùm mota est. Cum ad verum ventum est negari non potest paragium mutatione sanguinis, & interuentu extraneæ personæ extinctum quæ semel atque iterum in proposito casu accidisse proponitur, & quod ante confiscationem hommagium & feudum *en iuueigneurerie* fuerint, post confiscationem, incorporationémque ligium in persona principis factum, cui sine exceptione hommagia præstari oportet ligia. Quare mutatione personarum, & generis, & confusione dominiorum directi & vtilis in persona principis facta, quod denuo alteri concessum sit, etsi legibus non dissimilibus nouum, & aliud diuersum feudum intelligi, nec instaurari noua concessione potuisse, quod natura semel esset extinctum, nec magis suscitari posset ab homine, quam homo quilibet mortuus, vt nec factum infectum fieri. Sed cùm sublato paragio docuerimus manere concessionem *en iuueigneurie*, pro homagio & fide & iuribus vtilibus & realibus in extraneis, sequitur hoc casu hommagium fuisse debitum, quod etiam in tali concessione debetur art. 330. ac nisi sit præstitum in tempore, fructus malæ fidei qui dicuntur debitos, & manum iniici potuisse. Hæc vera sunt, etiam si omnes repugnarent: & multi de consultis non satis hac quidem in re consulti

Argentr. in Cons. Brit.

A contra censerent, quæ nullus magister in scholis docuerit, rarus in foro, de arcanis scilicet patriæ iurisprudentiæ.

De la tenue lige à ligence & roturiere, inferius dicetur, quæ superioris diuisionis partes sunt.

GLOSSA.

1 Tout iuueigneur tient aussi à ligence du superieur.
2 *Lige verbi significatio & seq.*
3 *An ligij voce vassallus intelligatur.*
B 4 *Feudum non ligium.*
5 *Apud Britones ligium est homagium exhibitum domino immediato.*
6 *Homagium simplex quid.*

[b] *Lequel iuueigneur s'il tient en parage*] Hæc enuntiatio conditionalis & modificata sub verbis *(s'il tient en parage)* perspicuè dat intelligi esse aliquod de feudis *de iuueigneur a aisné, qui ne tient pas en parage*, & obliquè consuetudo significat, quod ante docuimus, etsi nusquam expressum: alioquin quorsum hæc oratio *s'il tient en parage*, si non & casus aliquis dabilis est, *qui ne soit en parage.* Nam frustra in conditione ponitur natura contingibili, si aliter non potest euenire, & puræ dispositiones habentur, in quibus conditiones apponuntur omnino & necessario exituræ: nam conditionem omnino talem esse oportet: quæ habeat se contigibiliter ad euentum. Probat igitur, quod ante diximus, *qu'il y a des teneures comme de iuueigneur d'aisné, qui ne sont pas en parage.* Sed tamen non rectè hæc dispositio in conditione posita est, sed alio respectu cum dicitur, *si le iuueigneur tient en parage, il tient aussi en ligence car tout iuueigneur, quel qu'il soit, tient comme iuueigneur d'aisné soit en parage ou sans parage, tient consequemment à ligence du seigneur suzerain de l'aisné, & y eust il dix iuueigneurs de rang subordinez, ce qui se prouue par l'art. 259.* & ideo hæc clausula inconsideratè posita est in conditione, veluti ad restringendam dispositionem ad casum paragii, cùm vniuersalis esse debeat & indefinita: & hoc casu plura sunt vtilia dominia vnius directi de quo Molinæus in feudis. §. 1. glo. 6. nu. 4. 1

Art. 331. N. C.

C

D

[c] *Tient aussi à ligence.*] Istud feudum siue concessio feudi mixta est de ligia & *de iuueigneurie*, sed diuerso respectu diuersorum dominorum; ad positionem igitur *de la tenue en iuueigneurie*, sequitur positio *de la ligence au superieur seigneur de l'aisné*, veluti antecedens necessarium, vt ita talis subinfeodatio fiat quam minimo domini ligij incommodo. 2

E

[d] *Ligence*] Verbum coniugatum est à ligio, ligium à ligua, verbo italico, quo verbo etiam Albertus Crantz historiæ Normaniæ scriptor vtitur, & item Antoninus Florentinus historicus parte 3. tit. 29. cap. 3. §. 6. liga confederatio & consociatio est aduersus quenquam: ligentiæ verbo vsus est Sigibertus in chronico de rege Scotiæ loquens anni 1176. fecit (inquit) homagium & ligentiam de terra sua. Hic textus differentiam ponit inter ligiam & ligentiam, ligiam enim esse immediati vassalli, ligentiam mediati, vt infra dicemus. *Ceste seconde maniere de tenue est simple & la suiuante aussi.*

F

[e] *Comme de seigneur lige*] pugnant duo eruditi viri valde exertè super huius vocis significatione & vsu: vnus vt demonstret ligij voce non alium intelligi quam vassallum, & eum quemlibet: alius, vt eum vassallum designari agnoscat, tamen non eum quemuis, sed eum qui fidelitatem iurat nulla cuiusquam alterius fidelitate salua, id est, sine exceptione contra omnes qualis summis principibus præstari solet: nec dubium quin italis scriptoribus, vnde ea vox ad nos manauit

hoc sensu accipi soleat, cuius rei testes sunt Bald. & Aluar. in prælud. feud. diuis. 7. glos. Clement. pastoralis, de re iudic. Spec. tit. de feud. §. 1. & Iason in prælud. feud. Quam ob rem negant quemquam duorum ligium esse posse Specul. vbi supra Baldus & Aluar. Iacob. de sancto Georgio, lib. de feud. verbo in feudũ & tit. de homag. Matth. Afflict. constit. reg. rub. 15. lib. 3. & glo. d. Clemen. Quos locos prior pro se de barbaris scriptoribus allegat, egregiè contra eius sententiam faciunt. Ligij certè libri vulgati feudorũ non meminère sed vsus inuexit & ætas non multo illis libris posterior quibus interdũ illa farrago scriptionũ, quæ libris illis addita est vtitur de quo locus poscit vt aliquid amplius dicamus. Ligium igitur scriptores feudorum describunt quod immediatè principis beneficio habeatur eius qui superiorem non agnoscat, & exors sit omnis alieni imperij, hominium quod ab eo præstetur, ligium item dici, quod concipi solet sub verbis de fidelitatem & auxilium præstando regi contra omnes homines qui viuere & mori possunt, quod feudistæ dicunt nemine dempto. Cui sic præstetur necesse est eum suprema potestate præditum. Nam nec alij cuiquam eadem forma præstari potest: etsi fortè esset præstitum superioris persona semper excepta in-
4 telligeretur ex §. contra omnes tit. hic finitur lex incipit, idque ligia persona summo imperio prædita facit non ligij vox aut significatio de qua, cùm barbara sit, non fuit pugnandum eruditis viris, cum auctoritatem non habeat ab vllo iure sed intelligentia vtentium, alibi alia provt descripsit vsus. In principis persona talia feuda & homagia sunt omnia ligia, extra eam nulla: Cuius præstandi forma est, quod vassallus iunctis manibus discincto gladio, & in genua prouolutus sacramento adigitur. Hæc nota supremi imperij, etsi & aliis cuiuslibet notæ penè idem vsurpatum ambitiose scimus inciuiliter & inurbane. Feudum non ligium vocant commune & regulare omnium vassallorum, quo sacramento fidelitatis adstringuntur, sed cum exceptione superiorũ omnium & antiquiorum
5 dominorum. d. §. contra omnes. In hoc promissio continetur de iuuando Domino ex forma fidelitatis, nisi quod de armis iuramẽto olim cõtinebatur, nunc eximi solet: propterea quod nemini cuiquam ius est arma mouendi, de quo art. 56. diximus, etsi veteribus formulis vsitatum vassallos iuramento obsequij armati obstringi solere pro se & vassallis suis, ita vt suis vassallis stipati ad obsequium venirent *auec deux, trois, & quatre Cheualiers d'Ost, selon la qualité de leurs fiefs & de leurs vassaux.* Quo tempore mirum non erat

A vassallos de armato obsequio promittere: Nunc recta & immediatè omnes vassalli pro feudis suis ad obsequia regis, citantur *tant en proche qu'en arriere-fief.* Proinde vt de ligio amplius dicamus illa Italica significatio nobis recepta non est: quæ supremi imperij agnitione fit, sed pro vulgari & communi feudi & homagij iure, quod à quolibet vassallo cuilibet Dominò præstari solet ratione dominij directi *& d'obeïssance,* & simplicis superioritatis feudalis iure. Itaque hîc ligium homagium appellatur quod cuique Domino immediato feudi exhibetur, etiam si ille alium superiorem habeat: quomodo suis quoque vsurpari Gui- 6
B do Papa decis. 310. retulit & Petrus Iacobus quem Papa refert: quo significatu & vsu Cenomani & alij quidem accipiunt. Hoc significatu nil vetat vnum plurium esse ligium, cum in omnibus personæ, quæ iure excipi debent; semper intelliguntur exceptæ, quod Molinæus κατιχηνσικῶς fieri putat: & verum fortasse, si vllo probato iure & legibus feudi ligij facta esset descriptio ex moribus Italiæ. Sed cum nec vsus nec barbaræ vocis significatio auctoritatem habeat ab lege non rectè abusiuè vsurpari dicitur, quod legem non habet, & cui consuetudo aliam atque aliam vim & effectum tribuit, cum alioqui nec vocis proprieta-
C te, nec vi ab extrema moribus attributa teneamur. Præter superiora hominia ligia & nõ ligia, aliud quoque veteribus in vsu fuit, quod homagium simplex dicebatur & historiæ meminere, quod fœderatorum principum inter se fuit, qui lege quidem feudali non tenerentur, sed qui vt inferiores, angustioris dignitatis titulis sese summisisset vassallósque suos. Huius descriptio cognoscenda est ex. l. non dubito. D. de capt. & postlim. reuers. fœderum (inquit) duæ species fuerunt, vnum æquum & pari conditione amicitiæ causa factum, addo ego & consociationis, hoc, par & æqualis vtriusque fœderari conditio & honos
D est. Tale est quod rex Francus icit cum Hispano, Anglus Rex cum Franco & ferè eorum qui sese mutuo nulla obsequij necessitate attingunt. Alterum impar vt cum conuenit vt alterius maiestatem alter comiter conseruet, qua formula adiecta intelligitur non pari iure vt sæpe titulis imparibus alterum altero esse superiorem cuius Cicero oratione pro Balbo & Liuius non semel meminere. Hoc cum præstatur sola dignitatis prærogatiua immediata causa talis submissionis intelligitur, beneficij dati aut accepti nulla, hoc est nullam præsupponit concessionem feudalem, nec qui id præstat, agnoscit se esse vassallum alterius. Tale fuit, quod pridem, &c.

Article CCCXII.

Artic. CCCXLI. Novae Cons.

L'AISNE'[a] sur son iuueigneur n'a point de haute Iustice, ne[b] ventes à luy demourantes.

Primogenitus[a] in secundonatum merum non habet imperium, [b] seu altam iustitiam nec laudimiorum retentionem.

1 *Primogenitus non habet* haute Iustice *in secundogenitum.*

2 Ny ventes ny rachat.

L'aisné sur son iuueigneur.] Eodem iure Andes Cenomani Turones vtuntur, quod scilicet primogenitus nullam habet iurisdictionem in secundonatum

E nisi in duobus, in controuersia scilicet mensurarum, & recusandi paragij. Hoc iure primogenito iurisdictio capitalis in secundogenitum adimitur, & eius vassallos, & quæ ab ea dependent, sed negato imperio & alta iustitia & actibus ab his depẽdentibus merodia & bassa (vt loquuntur) si ex conuentione retenta est exerceri potest artic. seq. Et cum hæc sit nota

& cond tio, *de la tenue comme iuueigneur d'aisné*, non valet pactum aut concessio feudi huius conditionis & tenuræ in qua retinetur imperium in præiudicium quidem domini ligij, licet inter ipsos inter se contrahentes valeret, vt contra naturalia tantum appositum per ea quæ diximus in rubrica. Itaque non potest subsistere conquerente domino, *qu'il soit baillé à tenir comme iuueigneur d'aisné & que l'aisné retienne haute iustice sur son puisné ou ses vassaux & subiects.* Et si hîc de vassallis nil exprimitur, & ratio dispar dici potest, cur in paragio non detur imperium in parem præsertim capitalium cognitionum: cum in vassallis impar si ratio, vsus tamen de vassallis quoque idem obseruat manente quidem paragio.

[b] *Ny rentes à luy demeurantes.*] Hîc obliquè significat primogenito dari exactionem laudimiorum quæ subditi secundogeniti debeant de contractibus suis, retétionem non item, sed per manus eius domino ligio solui debere. Addi hîc oportet nec baillium nec redéptiuum primogenito deberi art. 74. supra & infra art. 320. His finibus talis concessionis descriptis à consuetudine derogari nequit pacto partium in præiudicium domini ligij, quia consuetudo non alia lege aut pacto permissura erat talem subinfeodationem in præiudicium primi domini ligij quod nos dicemus art. 344.

Article CCCXIII.

Quand[a] l'aisné conuient son iuueigneur par sa Cour il[b] doit luy intimer en quelle cause &[c] demande &[d] de temps competant,[e] à fin qu'il se puisse pouruoir de conseil [f] autrement n'est tenu le iuueigneur comparoir & [g] qu'il y ait des gens assistans en sa Cour qui puissent recorder les exploicts qui auroyent esté faicts si le iuueigneur le requiert. Et posé que le iuueigneur auroit[h] defailli par trois fois, & qu'il fust adiourné[i] o intimation, s'il[k] n'est iugé a vaincu[l] en iurant, qu'il n'eust fait lesdits defauts[m] en mespris & contemnement de son aisné, il seroit[n] quitte des defauts aussi[o] sera quitte des denegations, contredits & appellations, qui seroyent ensuiz le iour & s'en departant[p] celuy iour. Artic. cccxxviii. Novae Cons.

Quando[a] primogenitus secundonatum in ius ad suum tribunal prouocat,[b] debet illi libellum offerre, cuius causæ,[c] petitionisve nomine illum in ius abstrahat, continens,[d] & ei largiri legitima tempora[e] intra quæ aduocatum quærat:[f] aliàs sistere se iudicio non tenetur secundo natus,[g] & assidere debent tribunali, idoneæ personæ, ad probationem actorum, quæ per acta fuissent, si ita postulet secundonatus, & hoc posito,[h] quod se non stiterit natu minor, post trinam denunciationem, & dies ei fuisset indicta, &[i] confecta citatio,[k] nisi damnatus sit, obtinebit,[l] præstito iureiurando, se vadimonium non deseruisse,[m] in contemptum fratris natu maioris, dictis[n] defectibus absolueretur, negationibus, refutationibus, & interpositis appellationibus, quæ eo die subsecutæ fuissent,[o] modo illis renuntiaret,[p] eodem die.

1 *Primogenitus habet mediam & infimam iurisdictionem in secundo genitum.*
2 *Citationes omnes hodie sunt libellandæ.*
3 *Symbolum* de la tenue en iuueigneurie & en parage *& seq.*

1 [a] *Quand l'aisné conuient.*] Hîc datur intelligi mediam & infimam iurisdictionem esse primogenito in secundo genitum *en la tenuë comme iuueigneur d'aisné:* Tametsi incidenter & veluti enunciatiuè, quod tamen disertè & principaliter propter se exprimi conueniebat art. superiori, cum res sit non parui momenti & digna de qua caueretur nusquam alibi cautum, tum propter vicinas consuetudines, quæ alio iure vtuntur, à quibus interdum quæri solet interpretatio omissorum.

2 [b] *Il doit intimer en quelque cause.*] hæc dispositio à veteri & obsoleto iure manauit, quo generales citationes admittebantur, vt quis veniret de iure responsurus: quamuis tales vetus quoque iurisprudentia non probasset, l. vlt. C. de anna. except. & cap. 2. ex. de libel. obla. de quo nos art. 266. supra. Sed hodie ex regum ordinationibus libellatæ esse debent omnes, ordin. Franc. I. 1539. art. 16. & art. 22. etiam adiecta nullitatis pœna ord. Caroli IX. art. 1. publicata Maij 1564 nominatim in materia feudali art. 11. d. ord. diximus art. 116. supra *il faut specifier les causes des saisies, afin que le vassal les entende pour faire les offres pertinentes, & deduire ses defenses.*

[c] *Et demande.*] Qua alia esse nequit ferè quam ex causa feudali & iuribus ex causa debitis: Nam si quid extrinsecus per contractum deberi, diceretur, superior ligius adeundus esset, nec in sua causa iudicaret. Diximus art. 49.

[d] *De temps competent.*] Ex illo vulgari iuris theoremate citatio nimium arcta non arctat citatum, quæ tamen purgatur per subsequentem comparitionem. 3

[e] *A fin qu'il se puisse pouruoir de conseil.*] Vt quærat aduocatũ l. ab hostibus. §. fin. l. ait prætor. §. fin. D. ex quib. cau. maio. cap. statutum. §. sancimus de rescript. in 6. Sed etsi non habeat, primogenitus dare tenetur l. 1. D. de postul. Sed & quod de loco omisit suplendum est, ex art. 20 §. & art. 771. infra & d. cap. statutum: neque enim ferendum est quod Normani faciunt vbiuis ius

dici in ædibus, ad furnum, ad quercum & loca minime idonea. A

[f] *Autrement n'est tenu le iuueigneur.*] Ergo nec defectus concessi valebunt, nec necessaria erit appellatio consuetudine actum annullante. l. 1. D. de feriis l. si feriatis. D. de arbitris.

[g] *Et qu'il y ait des gens.*] Hoc ius ductum ex veteri more quo acta testibus probabantur art. 154. quod nos abrogatum diximus ibidem & scriptis probanda, & in hanc causam habendos actuarios, quo in genere valde peccatur in Normania inferiori, vbi iudices ipsi acta scribunt, quibus sic licet quæque interuertere & mutare adscribere, inducere, inserere.

[h] *Defailly par trois fois.*] Hæc sunt exoleti iuris vestigia & reliquiæ priscæ praxis & stili, hodie ex ordinat. anni 1539. duo sufficiunt.

[i] *O intimation du defaut.*] *& qu'à faute de comparoir il sera procede à l'adiudication de la demande, c'est en effect le profit de defauts que les anciens appeloyent adiournement o intimation.*

[k] *S'il n'est iugé.*] Vetus item formula, nunc dicimus *si le profit des defauts n'est pas encor iugé.* Nam post iudicatum moræ purgatio non admittitur, & omnino appellandum est aut parendum iudicatis.

[l] *En iurant.*] Hæc vna de notis & symbolis *de la tenue en parage*; scilicet. *que le puisné ou iuueigneur rabat le defaut par son serment car le teneur en iuueigneurie sans parage ne seroit pas reçeu de mesmes ne quitte par serment.* 3

[m] *En mespris.*] Hic contemptus enim luitur emenda art. 520. Nam non adfuisse vadimonio contempsisse est superioris vocationem.

[n] *Quitte des defauts.*] *Tant du profit que des despens, art.* 520.

B [o] *En s'en departant celuy iour.*] Negatio feudi cōmissum importat vt infra dicemus, *le contredit, l'amende*, art. 618. In appellatione multo grauissima debetur ex ordinationib. Sed tamen si his omnibus cesserit secundo genitus impune est hæc quoque nota est *de parage.*

[p] *Ledict iour.*] Etsi in vulgaribus appellationibus octo dies dentur ad cedēdum appellationibus, hoc ius isto casu non obtinebit, sed eodem die cedi oportebit, inest enim huic causæ specialius aliquid propter contemptum & obligationem fidelitatis & honoris ob beneficium debiti.

Article CCCXIIII.

Artic. CCCXXXIX. Novae Cons.

LE [a] iuueigneur pource qu'il tient en parage de l'aisné, se peut seoir en sa Cour iouxte son aisné.

SEcundò [a] natus [b] dummodo in paragio teneat, sedere in suo tribunali potest, ad dextram maioris natu aut iudicis sui.

1 *Sedere iuxta primogenitum aliud symbolum* de la tenuë en iuueigneurie.

Le iuueigneur.] Hoc ipsum aliud symbolum *est de la tenue en parage* nam vulgari concessioni *de iuueigneurie simple*, non conceditur sedere ad dextram finito aut non superstante paragio, cum id sit præcipuum paritatis iudicium, & honoris æqualitaté significet; quando hic honos & gentibus omnibus præcipuus est & secundus à primo; vnde illud decantatū scripturæ, sedere à dextris dare nō est meum, sedere à dextris apostolis non concessum; vt medius alibi apud Numidas, alibi sinistrum latus vt in conuentibus ordinum in sacris in præeminentiis Ecclesiasticis in parlamentis. C

Card. Baro. Anal. lib. 3. anno domini 325.

[b] *Pource.*] Vox obsoleta de veteri iure translata quæ vbique idem significat, quod nostrum *pourueu*, id est dummodo vt hinc quoque intelligas non cuilibet tenurę, aut conditioni feudali *de iuueigneurie* competere, sed ei demum quæ paragij est, & à genere causam habet.

Article CCCXV.

Artic. CCCXL. Novae Cons.

SI [a] le iuueigneur allegue vers son aisné [b] la forme de sa tenue & qu'il tient de luy comme iuueigneur, l'aisné est tenu de luy connoistre, [c] autrement ne seroit tenu le iuueigneur, respondre à son aisné.

SI [a] secundonatus allegaret apud maiorem natu [b] modum detentionis suæ, & se tanquam secundonatum ab illo tenere: primogenitus illum agnoscere coarctatur, [c] cæterùm ille primogenito respondere non tenetur.

1 *Vt vassallus agnoscit dominum, sic dominus vassallum.*

2 *Quid si dominus agnoscens ligium negat* la teneure en iuueigneurie.

3 *Si dominus non agnoscit vassallū nec vassallus dominum.*

1 *Si le iuueigneur.*] Hic articulus æquitate nititur vt ex correlatione officij, & contractus feudalis dominus perinde vassallum agnoscere teneatur, sicut vassallus dominum. Intelligitur autem siue agendo siue excipiendo vassallus suam qualitatem in iudicium deduxerit vel eam allegauerit, atque idem generaliter in omni conditione feudi obtinet: Nam dominus qui qualitatem vassalitiam negat, excludit se ab omni iure, quod ab ea qualitate promanat, quæ cùm antecedens sit, omnino ante in confesso esse debet quá consequens ex ea quodcunque peti possit, nam non entis D

nullæ

nullæ sunt qualitates, nec recte vassalitia petit, qui vassallum non agnoscit. Quare non est istud ius speciale in hoc genere feudi.

Vicissim & vassallus dominum agnoscere debet & qualitatem prætensam alioqui dominus eum inuestire non tenetur, nec recipere ad homagium, quod Andes & Cenomani vocant *racompter le parage.* hoc est recensere genus & gradus sanguinis etsi feudi ostensionem iure speciali facere non teneatur secundogenitus art. 141.

2 Quod si dominus vassallitium agnoscit ligium sed negat *la iuueigneurie* res iudicanda ex possessionibus;& B professionibus feudalibus vltimis, sed quia qualitatis diuersitas debita etiam & iura attributa diuersificat, interim pendente lite, & probatione incerta vassallus ad ea debita adigendus est, quæ certum est vtrouis casu debitum iri vt homagium & fidelitatem, nó ligium, id enim in controuersia manet:sed quale vassallus non diffitetur etsi dominus non compellitur id recipere in alia qualitate quam prætensa, nisi velit: sed interim nó potest de confessione qualificata subtrahere qualita-

A tem adiectam ad effectum vt eum cópellat ad ligium, & absolutum homagium, cum vassallus reus sit, ne prouisionaliter quidem cum istud genus *detenuë*, tum habeat auctoritatem à cósuetudine quàm ligia quantumlibet frequentius vsitata. Quæ tamen intelligenda sunt ante probatam intentionem domini: nam ea fundata prouisionaliter ligium præstare vassallus cogendus esset.

[b] *La forme.*] Id est, *la tenue qualifiée de iuueigneurie*, quod verbo sequenti exprimit.

[c] *Autrement ne seroit tenu.*] Quem enim dominus non B agnoscit, nec is dominum agnoscere compellitur, sicut ille Quintus Martius cum ad eum comprehendédum Philippus Consul viatorem misisset, ille reiecto viatore: Non es inquit, mihi Philippe Consul si ego tibi senator non sum: Et ille maritus non est habendus qui vxorem pro matrefamilias non habet. Quæ quidem intelligenda sunt ante fundatam domini intentionem: nam ea fundata vassallus, qui qualitatem pretendit aliam, debet eam probare & interim probationi agentis prouisionaliter succumbere.

ARTICLE CCCXVI.

ET [a] celuy qui tient autrement que comme iuueigneur ne [b] peut contraindre son seigneur à luy recognoistre sa tenue [c] & qu'il fust son seigneur, si [d] celuy seigneur ne l'auoit auparauant contrainct ou voulu contraindre à [e] luy faire plus grandes seruitutes que [f] les accoustumees.

1 ARTIC. CCCXLIX. NOVAE CONS.

ET [a] qui alia ratione tenet, quàm secundonati nomine, [b] non potest adigere dominum, ad suæ detentionis recognitionem, & illius dominum esse, [d] modo si non illius dominus, vassallum coëgisset antea, aut verò constringere voluisset, [e] ad maiores sibi seruitutes præstandas, [f] quàm antea fuissent constitutæ.

1 *Iniquitas articuli ostenditur.*

1 [a] *Et celuy.*] Puta *ligence ou comme iuueigneur sans parage.*

[b] *Ne peut contraindre son seigneur.*] Hæc dispositio pace prisci æui dictum sit, manifestam iniquitatem continet & inciuilis est: Nam cum reciproca & mutua sit officij necessitudo inter dominum & vassallum, ita eadem fere sibi inuicem debeant, præter sacraméti præstationem quę domino remittitur, quod vulgo notant tit. qualiter vassal. iur. deb. & in tit. de noua forma fidelitatis, & quos notat Molinæus. §. 2. glo. 4. quæst. 2. de feud. Cùm insuper fines feudi digito ostendere vassallus teneatur, tú titulos quod nos art. 141. supra tractauimus: magna iniquitas ea quod hîc statuitur, ne ad simplicem quidem & verbalem recognitioné vassalli dominum teneri, cum eius nil intersit, si vere vassallus est & qué aliquando ipse aut prædecessores eius D inuestierint, iterum recolere. Id ius id ratio ciuilis exposcit, id mutuum officium & beneficij lex. Cur negatur inter infensos cum liceat vno verbo, hac opera defungi: Plus etiam feudorum iura admiserant; vt & petenti vassallo instrumenta & inuestiturarum priscas tabulas domino exhibere petenti & roganti vassallo dominus teneatur. quinetiam quod maius est, fines prætensi feudi ostendere gl. c. illud tit. de prohib. feud. alien. per Freder. vbi Bald. & Card. per l. Titius hæres. D. de act. empt. quod Molinæus fusius persequitur. §. 5. num. 4. tit. de feud. Boer. tit. de feud. in cons. Bitur. §. 12. Quod & iure deberi ostendit etiam

C circumscripta consuetudine aut iure feudorum & consuetudinem Aruerniæ damnat vt tyrannicam, quæ de monstrando feudo, idem quod nostra d. art. 141. statuit multo magis exclamaturus si hanc vidisset: quæ non solum ostensionem non patitur exigi ab domino, sed ne simplicem quidem recognitionem verbalem veri vassalli, quod valde abhorret à bona fide & æquo, & oblata occasione mutandum censeo.

[c] *Et qu'il fust son seigneur.*] Non modo non patitur dominum adigi ad confessionem qualificatam feudi, quale sit sed ne an sit quidem, idque admodum inciuiliter.

[d] *Si celuy seigneur ne l'auoit auparauant contrainct*] Hic quoque ἀσύμμετρος. Nec enim ista rectè sunt proportionata ad sese *de contraindre le seigneur en ce cas à recognoistre* D *le vassal, pource que ledit seigneur ait plus demandé des debuoirs qu'il ne luy estoit deu.* Nam agnitio vassalli respicit substátiam feudalis concessionis, seruitutes, aut vt loquuntur debita feudalia accidentia respiciunt, vt diximus in rubrica. Itaque sunt ista separata, nec recte coërcetur dominus in his quæ substantialia respiciunt quia peccauerit in accidentalibus cum qualitatibus detractis maneat substantia. l. in noxalibus. §. si detracta. D. de noxa. lib. nec agnitio vassallitij reparat iniuriam plus petitionis sed debuerat dicere. *Si le seigneur ne luy auoit premier fait controuerse sur la qualité de vassallage ou sur sa tenuë.*

[e] *A luy faire plus grandes seruitutes.*] Hoc igitur solo casu dominus vassallum agnoscere cogetur, quod nisi

faciat sequitur vt ante vassallus obsequi non debeat aut alia iura *& debuoirs*, facere quam dominus agnouerit: est enim illa iusta grauaminis & plegiamenti causa pendente cognitione. Quod si denique sententiam domini sustinuerit, non ante obsequetur quam restitutis in integrũ omnibus, solemniter eum agnouerit etsi hanc inter priuationis causas iuris & domi- A nij directi feudistæ ponunt omnes c. 1. tit. quæ fuer. prim. ca. benef. & quos Moli. d. §. 30. quæst. 48. Sed id negat obseruari, & verum est.

[f] *Que les accoustumees.*] dicendum fuit *que les deuës*, valent enim præstationes ad possessoria sed ad petitoria, & proprietatis quæstionem non perinde, nisi diuturni temporis sint diximus art. 277. verbo *accoustumé*.

Article CCCXVII.

Artic. cccxxxvi. Novae Cons.

LA [a] sœur n'est tenue à faire hommage à son aisné des choses à elle baillees par son aisné,[b] s'il n'est conuenu: mais l'aisné ou celuy qui le represente peut apres la mort de la sœur requerir son hoir, ou celuy qui auroit cause d'elle, nonobstant toute longue tenue, à luy faire la foy.

SOror non adigitur homagium facere primogenito de rebus sibi à primogenito addictis, propter legitimam nisi si aliter conuentum fuerit, sed primogenitus, aut qui illius personam repræsentat potest post sororis mortem citare illius hæredes, aut ab illa titulum habentem, nihil adiuuante possessione longissima, ad sibi fidelitatem exhibendam.

1 Teneure comme iuueigneur *fit ex conuentione.*
2 *Morte sororũ paragium finitur.*
3 *Omagium inter naturalia, & contra illud non currit præscriptio.*

[a] *La sœur.*] Intellige sororem cui frater primogenitus partagium suum concessit *pour tenir de luy comme iuueigneur d'aisné. Parquoy il appert que la tenuë de iuueigneurerie change de cõdition pour le regard de l'hommage de la personne de la fille.* Quia masculus sine dubio qui receptus est in hominem à fratre homagium debet art. 322. 325. & 331. rationem constituti diuersam reddere difficile est, nec alia quam constituentium voluntas sed repetendum & id quod diximus hîc intelligi de concessione feudali facta *à tenir comme iuueigneur d'aisné.* Nam in simplici datione partagij sine retentione homagij fidelitatis aut feudi *& d'obeyssance*, nulla fidelitas deberetur *ny obeyssance qui n'est deuë que de conuention*, id est, *s'il est ainsi conuenu entre les parties.* Quare nuper magnos Momo cachinnos mouere, qui iudicio contentioso familiæ ercifcundæ adiudicata portione secundo genito necessitatem addiderint *de tenir comme iuueigneur d'aisné* veluti ea legalis & consuetudinaria esset necessitas, aut partagij onus, cum non nisi ex conuentione debeatur in concessione apposita sed eam inuitus secundo genitus subire non cogitur, qui titulum debiti non habet à fratre, sed à patre communi, nec adigitur accipere portionem suam oneratam extrinseco onere à debitore suo, à quo nil accepit titulo lucratiuo, nec legem potest ponere solutioni eius quod debet. Nec enim quisquam eum onerare potest quem non honorat & vetus expresserat cap. 223.

Tamẽ hoc inductum art. 541. in fine. N. C.

[b] *S'il n'est conuenu.*] Soror igitur ex consuetudinis dispositione nõ debet vllum homagium *en sa tenue comme iuueigneur d'aisné.* Excepto, *s'il ne vient de conuention de parties.* Ex quo apparet quod in rubrica diximus. Naturalia feudorum esse conuentionibus & pactis mutabilia citra subiecti corruptionem.

[c] *Des choses à elle baillees.*] *En son partage.*

B [d] *Celuy qui le represente.*] Siue particularis is sit successor, siue vniuersalis *causayant ou heritier.* Si forte primogenitus feudum suum alienauerit cum suis vassalis & homagiis quod facere potest vt art. 141. & 336.

[e] *Apres la mort de la sœur.*] Nam ante mortem eius nequit, sed finito morte paragio per transitum in personam alterius gentis & nominis, mutatur conditio inuestituræ & feudi veluti personis generique concessæ immunitates ad eos non porrigantur, qui per fœminini sexus gradus descendant. l. 1. in fine. D. de iure immunit. Sic in l. maritum. D. sol. matrim. priuilegium fœminæ attributum hæredi eius extraneo non tribuitur & l. rei. §. 1. ibidem l. sciendum. D. de re iudic. l. 1.

C C. de priuil. dot.

[f] *Requerir.*] id est *sommer.*

[g] *Ou celuy qui auroit cause d'elle.*] Causam habentem siue vniuersalem siue particularem, sed hoc verbum adiunctum verbo hæredis, cuius vniuersalis significatio est, ostendit de singulari successore accipiendum alioqui superflua esset adiectio & ταυτολογία inutilis, de quo art. 141. & 336.

[h] *Nonobstant toute longue tenue.*] Etiam mille annorum. Ratio huius articuli in eo est, quod fusè sumus artic. 277. exequuti, quia scilicet hoc homagium isto casu excepto debetur ex dispositione cõsuetudinis & inter

D naturalia feudorum computatur. Ideoque nullo tempore præscribi possunt per non vsum l. hęc autem iura D. de seruit. vrb. præd. Nam consuetudo semper loquitur & interpellat, & debitum facit, ita vt non solutio non præiudicet nisi in præteritis. Sed præscriptio inchoari nequit sine possessione ex regula sine possessione. D. de vsucap. possessio autem in iuribus negatiuis non inchoatur à simplici non solutione, nisi & negatio & recusatio debiti præcesserit & ex eo tempore conuentus sese in libertatem asseruerit hæc ratio eadem art. 357. & 358. de quo nos fusius d. art.

[i] *Faire la foy.*] Quod hîc dicit *faire la foy*, initio dixerat *faire l'hommage.* Itaque pro eodem accipit, etsi quidam intersit, pro eodem vsurpat & infra art. 320.

Article CCCXVIII.

ET [a] si ledit hoir, ou celuy qui auroit cause, [b] apres ladicte requeste, est en default de faire la foy, l'aisné ou celuy qui le represente [c] peut saysir les fruits, [d] pour en iouyr autant de temps, qu'on auroit esté en defaut de faire la foy depuis ladicte requeste. Et ne sont tenus les hoirs, où qui en ont cause, à faire la foy, [e] iusques à ce qu'ils ayent esté requis, si auparauant ceux de qui ils ont cause, n'auoyent esté [f] en la foy de l'aisné, où de ceux dont ils auroyent cause.

Artic. cccxxxvi. & cccxxxvii. Novae Cons.

[a] *QVod si præfatus hæres, aut qui causam habet, [b] post prædictam interpellationem, in mora versatur, præstandæ fidelitatis: primogenitus, aut qui illius vicem repræsentat, [c] potest iniicere manum in fructus, [d] fruendos tanto tempore, quantum transactum fuisset, à cessatione præstandæ fidei, post denunciationem, nec compelluntur hæredes, aut qui causam habent, ad homagium seu fidem, [e] antequam eos interpellauerit Dominus, nisi antea illi vnde causam habent, [f] in possessione fidei primogenitum, aut illos ex quibus titulum habent, constituissent.*

[a] *Et si ledit hoir.*] vt articulo superiori.

[b] *Apres ladicte requeste.*] Notanter dicit, hoc casu speciali, quia regulariter interpellatio vassalli non requiritur sed sponte offerre debet homagium, alioqui plectitur amissione fructuum art. 322. & seq.

[c] *Peut saisir.*] Ex art. 323. Intellige *pourueu qu'il saisisse dedans l'an de la sommation*, Sed & excipe casum *si le vassal auoit esté an & iour en possession auquel cas il faudroit venir par action.* art. 115. & 107. & 334. *& ne suffiroit la sommation.*

[d] *Pour en iouyr.*] Ex articulo. 323.

[e] *Iusques à ce qu'ils ayent esté requis.*] hic casus per locum à speciali confirmat regulam d. art. 322. & sententiam nostram qui dicimus interpellationem domini non requiri ad lucrum fructuum quos malæ fidei vocant, vt ibi dicemus.

A [f] *N'auoyent esté en la foy*] Congruit art. 336. infra. Hoc vero intendit primogenitum qui sit in possessione fidei hoc est cui de eo feudo prius fides facta sit, quo casu summatio nulla exigitur, & manus iniici potest ex manus mutatione antequam vassallus incipiat esse annalis possessor. Cõstituitur autem dominus in possessione fidei ad effectũ vt summatio non exigatur per vnicum actum, si semel eundem vassallum vel auctorẽ eius in fidem receperit cap. cum Ecclesia Sutrina. ext. de caus. poss. & propr. diximus art. 277 Card. Alex. cap. 1. tit. quæ fuer. prim. cau. Bald. cap. preterea tit. de prohib. feud. alien. per Freder. vbi dicit cũ inuestitura peti debeat intra annum sub pæna priuationis feudi vt d. c. 1 & 2. quæ fuer. pri. cau. excusari vassallum si pro eo nulla vnquam inuestitura petita est, & pœnam imponi ex defectu petitæ renouationis Curtius d. c. 1.

Article CCCXIX.

ET [a] s'il y a seigneur lige, à qui la foy seroit deuë, [b] il deuroit iouyr des fruicts, des terres, pour ledit defaut de foy, [c] & non pas l'aisné pour celuy temps.

Artic. cccxliii. Novae Cons.

ET [a] si esset dominus ligius, cui fidelitas deberetur, [b] ad illum fructuum prædialium causa pertinet, propter defectum fidei, [c] non ad primogenitum, illo tempore.

1 *In debitis feudalibus prior est immediati domini causa.*

2 *Primogenitus posterior domino ligio.*

[a] *Et s'il y a seigneur lige.*] id est, *suserain de tous les deux, comme par force il faut qu'il y en ait vn.*] Nec debuit ista dispositio concipi per coniunctionem. Si veluti esset conditionalis.

[b] *Il deuroit iouyr des fruicts.*] *Cecy se fait* dato cõcursu ligij
1 & primogeniti. Alioqui in omnibus debitis feudalibus semper prior est immediati causa in consequendis iuribus. *Ou il n'y a suzeigneurerie ains simple ligence* art. 68. *Mais la suzeigneurerie est plus foible en droit que la ligence*, quod patet infra Art. 331. Quod omnes isti ligi esset domini proximi semper potior causa de quo Molinæus. §. 1. glos. 6.

B [c] *Et non pas l'aisné pour celuy temps.*] Is qui ligentiam ha- 2
bet, ius habet anterius & potentius primogenito, & tempore prius, ideo præferendus est in concursu, cùm sit ipse velut causa influens totius subalternationis. Sed finita domini ligij causa, succedit primogeniti sua, quę vt à ratione & causa sua subordinata est, ita etiam tempore subordinatur actiuè & passiuè art. 321. infra & frui incipiet desinente ligio, qui finito suo tempore cursu veluti lampada primogenito tradit, vt is quoque ius suũ vt posterior creditor exequatur, & quandiu ligius tenet non currit annus manus iniectionis, quin quandocumque exempta ligij manu ipse fruatur: congruit art. 336.

Article CCCXX.

Art. cccxli Novae Cons.

L[a] AISNÉ ne doit auoir de son iuueigneur pour l'hommage que le baiser, & la foy, & ce qu'il peut auoir[b] par raison des defauts de foy. [c] Et bail, & le rachapt[d] ou autres emoluments doiuent demourer au seigneur, auquel est deuë la ligence.

[a] PRimogenitus à secundo, propter homagij causam extorquere non debet, nisi osculum, & pactum fidelis obsequij, & quidquid in eum confluere posset, [b] propter fidelitatis defectum, [c] & baillium seu redemptionem feudi, nec[d] non cætera emolumenta, domino adiudicari debent, qui ligentiam habet.

1 *Homagij vox non est prisci iuris, nec in libris feudorum.* A
2 *Definitio homagij, & fidelitatis deque horum differentia.*
3 *Homagij conceptio apud priscos.*
4 *Aliter homagium ligium regibus præstatur.*

1 [a] *L'aisné ne doit.*] Et si inter homagium, quod quidam malunt hominium dici ex analogia, & fidelitatē quiddam interest, & separatas habent causas & fines: tamen sæpe pro eodem & iure feudali, & hoc quoque confunduntur & pro eodem ponuntur. hic homagij notas adscribit, & in art. 327. fidelitatis formam. Homagium vox prisci iuris non est, nec libris feudorum quidem aut auctoribus eorum audita, nisi quod in extraordinariis quibusdam capitulis, quæ posterioris tēporis sunt, mentio eorum haberi dicitur; meminere eius tamen Pontifices cap. ex diligenti ext. de Symo. cap. vlt. ext. de regul. iur. cap. grandi. ex. de sup. neg. præl. glossa quidem d. cap. vlt. ext. de reg. iur. homagium diffinit esse fidelitatē & Speculator tit. de feud. Iacobi de Sancto Georgio tit. de homagiis in libello
2 de feudis. Est verò homagium professio cuiusquam quod homo sit, id est, subiectus alterius cum veneratione exhibita beneficij accepti nomine ex more cuiusque gentis; fidelitas est repromissio siue sponsio fidelis obsequij cuiquam præstandi de quad. Art. 327. Sunt ista ergo vt apparet vsu separata & fine. Itaque Episcopi & prælati Regibus hominia non præstant, id est personas suas non subiiciunt d. c. vlt. fidelitatis tamen iuramentum præstare solent & vero adiguntur, nec ante manus Regia eximitur beneficiis vacantibus. Sed & à quibusdam vassallis fidelitas nulla iuramento præstatur. §. nulla, tit. per quos fiat inuestit. & §. 2. quæ fuer. prim. cau. benef. amitt. & tit. qual. dom. feu. priu. Ac non deberi quidem fidelitas ex natura actus non potest, sed iuramentum multis remittitur vt Duci Mediolani & multis. Et Adrianus Papa in controuersia inter ipsum & Imperatorem concordanda apud Radeuicum, ait Episcopos solam Impeatori fidelitatem sine homagio facere debere sine personarum subiectione, quæ scilicet homagio adstringitur. Et idem in appendice eius libri Friderico Imperatori obiectat quod homagium exquirat ab Episcopis, & Sigibertus, Episcopi & Abbates (inquit) homagium non fecerunt, sed sacramento se constrinxerunt de Episcopis Angliæ loquens & alibi sæpe ostenditur & Gallia vsurpat. Huius forma alia atque alia pro moribus est. Regibus quidem absolutè præstantur homagia ligia sine exceptione iunctis manibus, discincto ense, de genibus in manibus fere Cancellarij. Ac per se homagium solum confessionem 3 subiectionis personalis continet cum adoratione personali: fuit autem hæc homagij conceptio priscis. *Ie deuiens vostre homme pour raison de telles choses qui me sont escheuës ou aduenues à tel ou tel titre. Et au Coustumier d'Angleterre, Monseigneur, ie deuiens vostre homme de foy, de bouche, & de mains, iure & promets que ie vous seray feable pour tels fiefs que ie tiens de vous: & mettant ses mains entre les mains du seigneur, le seigneur dict, vous deuenez mō homme, & m'asseurez de me porter foy & loyauté de fief, dont vous requerez estre reçeu à homme, que vous tenez & tiendrez de moy. Le subiect respond, Amen. Le seigdeur replique. Je vous reçoy sauf mon droit & l'autruy, & doit le seigneur le baiser.* Hæc est conceptio vetus veteri consue- B tudine expressa, à qua non multum adhuc variatum est, nisi quod in Regiis homagiis iuratur contra omnes qui viuere & mori possunt. Et Ammonij historia 4 exemplum apponit, Tassilo (inquit) cum primoribus gentis suæ venit, & more Francico in manus Regis in vassallum manibus suis semetipsum commendauit, libro quarto capite 64. Et Adrianus dicta epistola, manus sacratas manibus tuis iniectis, Barbariæ est stoliditatis, quod ab quibusdam etiam pedibus osculum fertur, quod etiam lege fieri sibi Diocletianus voluit, & Caligula, Cæsari Iulio semel factum vix excusatum scribit Seneca libro secundo de beneficiis. Ciuilius alij manibus ferri admisere, Tacitus lib. decimoquinto: genibus (inquit) eius aduolui, dextram eius osculis fatigare, & lib. 17. osculari (inquit) Othonis manum, C quod ipsum palpationis genus nuper ad nos ex Italia demigrauit pudendo exemplo. Osculum ipsius quoque homagij symbolum est, & genu flexio quam inferioribus à Rege Mol. non conuenire putat. §. 2. nu. 14. glos. 4. Nec ego probo & si primores viri de eo nil remittere solent.

[b] *Pour raison du defaut de foy.*] *Qui sont les fruicts perceus auant que faire la foy*, infra articulo 322. & supra 318.

[c] *Et le bail & le rachapt.*] Supra art. 312. & art. 74. *combien que par l'aßise du Comte Geffroy, l'aisné auoit bail sur son puisné.*

[d] *Ou autre emoluments.*] Legendum *& autres emoluments, comme lodes & ventes, chambellenage, & ce qui est deu en fief par la coustume* ex natura indita feudis omnibus.

D'ARGENTR
TRACTAT
VARI

23

17

7 tamen deberi nil vetat, fi conuentum eft. Hoc pofito intelligenda regula, euictionem, quæ ex
natura contractus debeatur, excludi fcientia temporis, aut acquirentis rem alienam, fed non
eam quæ ex ftipulatione, hoc eft, qui fciens rem alienam emat, de euictione non poffe agere:
nifi tamen de euictione ftipulatus fit, quo cafu ex fcientia tali, euictio nõ excluditur. d.l.fi quis
feudum: fcientia enim excludit prouifionem legalem non conuentionalem. Bald. l. fi fratres.
Cod.com.vtriuf. iud. Quod intelligendum eft etiam fi fciens emptor à fciente vẽditore eme-
rit: nam in hoc quidem cafu, euictio debetur, nifi ex conuentione, cap. 1. tit. de inueft. de re
alien.fa.Roman. Confil.396. Alex. Confil. 69. lib. 4. & quos Tiraquellus in retra. §. 12. glo. 1.
8 num. 8. Illud etiam valde notandum perfecto contractu, in quo de euictione nil dictum fit
agi poffe vt caueatur, quod gloffa prima dixit l. rem alienam. D. de contrah. empt. Caftren.
9 confil.207. lib.1. Qui fcienter rem alienam emit, nec de euictione agit, nec pretium repetit. l.
emptorem.§.vlt.D.de act.emp. quem locum implet Tiraquell. in retra. vbi fupra nu.11. Gafp.
10 Caballin. Qui pactus eft, ne de euictione teneatur, de ea non tenebitur, nec ad intereffe, ad
pretij tamen reftitutionem tenebitur. d.l.emptorem.§.fin. Nifi quidem expreffio facta fit eius
ipfius caufæ, ex qua res euicta eft, quod ibidem Tiraq. notat. num.14. Doctores. l.qui liberta-
11 tis.D.de euiction.Caballin.d.num.26. Proinde pactum generale, ne quis de euictione tenea-
tur, ei nunquam prodeft, qui non ignorat caufam, ex qua res euincitur, & eam tacet, id enim
dolo non caret. l.tenetur. §.vlt.vbi Bart.D.de actio.empt.d.l.emptorem.§. denique. qui cafus
valde notandus eft. Hæ vtiles & vfitatæ funt iuris fentẽtiæ. Proinde id quoque addidero com-
12 miffa ftipulatione de euictione ob rem euictam non dari actionem ad recompenfationem eius
rei, quæ euicta eft in re eiufdem naturæ, hoc eft vt fundus pro fundo detur & recompenfetur,
aut reditus pro reditu, fed ad id tantùm quod intereft, id eft res æftimationem, pretij repetitio-
nem, & vfuras pretij, aut conuentas, aut legales, ad fructus rei minimè. l. datio. §.1. D. de act.
empt. excepto quidem diuifionis aut partagij cafu, in quo fi res euicta fit, quæ ex diuifione ob-
13 uenerit, fuppletio ex rebus hæreditariis fieri debet in fpeciebus non in pecunia. Noftris qui-
dem tribunalibus inaudita & infolens duplæ ftipulatio, nec amplius eo nomine præftari folet,
14 quàm quod intereft vti diximus ex l.fi in venditione.D.de euictionibus. Demum illud notan-
dum eft, & fi agi poffit aduerfus auctorem, vt & defenfionem litis inftitutæ fuper re vendita in
fe fufcipiat, & fuis fumptibus fuftineat, tamen de euictione non ante agitur, quam res per fen-
15 tentiam euicta fit.l.non dubitatur.C.de euictio. Hęc vero actio, cùm perfonalis fit triginta an-
nis durat, nec ante ei præfcribi incipit quàm res euicta fit. Nam cùm ante agi non potuerit, non
valenti agere non potuit currere præfcriptio.l.empti.vbi Salyc.C.de euict.& nos tit.de appro-
primentis latè diximus. Art. 275 ficuti nec fideiuffor pro euictione datus, poteft petere fe libe-